


SACRAE ROTAE ROMANAE DECISIONVM RECENTIORVM

PARS DECIMA.

NOVISSIMA.


Maximè ab Anno Domini MDCXXXXVII. vsque ad totum Annum MDCXXXXIX.

Cum Appendice in fine earum Decisionum, quæ in ipsis Decisionibus allegantur in eisdem Causis emanatarum, & non dum publici Iuris factarum.

A PAVLO RVBEO I.C. ROMANO, ET IN ROMANA CVRIA ADVOCATO

SELECTARVM, ET NVLLIBI IMPRESSARVM.

Cum Argumentis, Summarijs, & Indicibus locupletissimis, Non tam Causarum, & quidem triplici modo, quam Rerum, & Materiarum, vt solitum est, digestis.



ROMÆ, Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apostolicæ, M.DC.LXVI.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.



SANCTISSIMO, ET

BEATISSIMO PETRO,

IESV CHRISTI

D. N. VICARIO.

REGNI OMNIVM SÆCVLORVM
MAGNO CLAVIGERO,

PRINCIPI GLORIOSISSIMO,
COLLEGII APOSTOLICI
ECCLESIÆ MILITANTIS PETRÆ FVNDAMENTALI.

SVPREMORVM PONTIFICVM ROMANORVM
ANTESIGNANO MAXIMO.

ROMANÆ CIVITATIS VRBIVM REGINÆ,
PROTECTORI VIGILANTISSIMO, ET STVDIOSISSIMO &c.

Paulus Rubeus Romanus, eius Cæleſtem Benedictionem, & Protectionem efficacem, humiliter implorando, deuotè inſcribit.



IBER, cum ſit liber, quidem in ſua libertate eſse debet, ſi non dicam, Mortalis Mœcenatis nomine, nuncupetur, cuius gratia, & patrocinium, aut ſallax, aut perennaturum non eſt, Sed melius ſub alicuius Cæleſtis Principis nunquam defuturam tutelam, in publicum Solem, prodeat, maximèque ſi talis Princeps plurimum gratia polleat apud eum, qui REX REGVM, ET DOMINVS DOMINANTIVM, appellatur.

† Talem,

Talem, Te nemo non dixerit (*ò Petre Sanctissime, Militantis Ecclesiæ fundamentalis, & solidissima Petra,*) qui tali, ac tanta beneuolentia à CHRISTO DOMINO exceptus es, vt CHRISTVS ipse à TE scire voluerit, an Tu eum amares, vt legere est *apud Ioann. cap.* 22. ibi, PETRE AMAS ME? & Tu prudenter respondisti, DOMINE TV SCIS, QVIA AMO TE, Verum nec ista simplici assertione ipse DEVS contentus (vt ita dicam) fuit, nam super hoc, iterum, atque iterum voluit se certiorem reddere, *vt habetur in eodem cap.* 22.

Quidquod, dum adhuc in humanis eras, viuæ vocis Oraculo in Beatorum albo, relatus es, ab ipso eodem CHRISTO, vt videre est *apud Matth. cap.* 16. sic enim ibi legitur BEATVS ES SIMON BAR-IONA &c. Ac deinde tantam, ac talem confidentiam Tibi ostendit, vt promiserit Tibi tradere Claues Regni Cœlorum, *vt habetur apud eumdem locum Matth. cap.* 16. ibi, ET TIBI DABO CLAVES REGNI COELORVM, &c. prout Tibi eædem in effectu creditæ fuerunt.

Ex quibus aperte dignoscimus, ad cuius dilectionis, & confidentiæ gradum, & quidem altissimum apud PRÆPOTENTEM DEVM nostrum sis, Quare nec leuiter quidem dubitandum venit, quidquid ab eodem pro nobis intercedere pro tua pietate dignaris, celeri, & gratioso rescripto, obtinere valeamus. Personis enim valde dilectis vix audita eorum petitione, vltra omne conceditur. Et multoties in concessione præuenitur, quia tunc maior est gratia. Hinc illud dictum,

SEMEL DEDIT, QVI ROGATVS, QVI NON, BIS.

Sanè Reges, Principes, &c. Terreni, quando realiter, & ex corde, diligunt aliquem, ita vt amor dici possit de prima liga, solent aliquando ei tradere sigillum Regium, vt fecit Rex Assuerus, Amano, & Mardocheo, vt habetur in *Ester. cap.* 22.

Aut solent eidem dare plurima folia alba, cum subscriptione Regia, vt quem velint ad eorum libitum gratificent, signum hoc confidentiæ credo, quod sit vltimum humanæ beneuolentiæ, ita vt detur NON PLVS VLTRA. Non debemus cogitare quod DEVS non superet talia signa, eaque non demonstret effectualiter cum suis ad magnum signum dilectis, Qualis Tu es, *O Petre*, super qua solida Petra ædificauit ipse DEVS dilectam Ecclesiam suam, & es Princeps Apostolorum. Quare possumus credere, quod in Tua Potestate sit Anulus Regius, & habeas plurima folia alba cum subscriptione REGIS REGVM, vt illis mediantibus gratifices, & lætifices tuos Deuotos, dispensando, quando vis, sicut vis, & cui vis, Thesauros præciosissimos Gratiarum Diuinarum.

Quis hæc audiendo, desiderio non desideret, sub vmbra Tuæ validæ protectionis zelanter confugere. Ego enim imitabor exemplum antiquorum illorum Christianorum primitiuæ Ecclesiæ Catholicæ, qui congestum pecuniarum cumulum ex distractione bonorum, ad tuos proijciebant pedes. Sic, & ego congestum ex collectione Decisionum Sacræ Rotæ Vrbis, & Orbis Areopagi, præsentem cumulum, seù Volumen, ad Tuos sanctissimos Pedes venerabundus, prouoluo, Vt Tua sanctissima Dextera benedicente, Id, quod ferè priuatum erat, publici Iuris fiat, & quod est industriæ, ac laboris paucorũ Iuris Prudentum ex toto tamen Terrarum Orbe selectorũ, in omnium commune bonum, & præsertim in solamen miserorum Litigantium; perpetuò in lumine publico existant, Nam Rota Romana est Oraculũ VERITATIS,

ET IVRISCONSVLTORVM PHOENIX.

Vlterius, si honestatis, & æquitatis Leges seruare volumus, cui melius, & aptius Iura Romanæ Ciuitatis, idest, Decisiones Sacræ Rotæ Romanæ, quas veluti Leges alteras emanare videmus, inscribi possunt, quam Tibi eiusdem Vrbis Romanæ, vigilantissimo Protectori, ac studiosissima beneuolentia Cælesti Aduocato, prout experien-

rientia ipsa, tanti patrocinij effectus demonstrat, & mox tangam.

Quotiescumque enim *(O Petre Gloriosissime)* aduertis, quod in Tremendo Diuinæ Signaturæ Iustitiæ Tribunali, tractatur de iustè punienda, seu fulminanda Vrbe Romana ob eius grauiora peccata, Tu statim in eodem compares Tribunali, & auditis iustis quærelis Iustitiæ DIVINÆ,

Tunc tam grauiter, & efficacium rationum pondere, orare, & perorare incipis, ac tali ardore, & deprecationum conatu, talem causam protegis, ac defendis, vt oblato tuo sanguine, ac tot purpuratorum Martyrum innumerabili exercitu, qui in eadem Vrbe fortissime pro ipso Iudice CHRISTO, dimicantes, occubuerunt, totidemq; piorum operum exercitationibus, impetres inducias pœnitentiæ.

Quare DEVS mutat, vt olim Niniuentium, decretum, si nouerint Ciues emendare crimina, sicque Diuinam Iustitiam ad misericordiam flectas. Mitigato igitur facto, cum Ius ex facto pendeat, & vt nos dicere solemus, Modica etiam facti mutatio, mutat totum Ius. Vnde fit, vt malefactis mutatis, pœnitentia mediante, ius ipsum vindictæ mutetur.

Et eò libentiùs, ac faciliùs, quia, fideiussore Ecclesia sancta, Naturæ Diuinæ proprium est, *Misereri semper, & parcere &c.* Expectat nos ad pœnitentiam Benignus DEVS noster, vt misereatur nostri. Hinc illud Psalm. 144.

ET MISERATIONES EIVS, SVPER OMNIA OPERA EIVS.

Loco ergo Iustitię, & seueritatis, DEVS clementiam, & magnam Misericordiam suam Vrbi Romæ benignè ostendit, Fulmina verò in auream pluuiam gratiarũ diuinarum conuertit. Quare *(O Petre, Ecclesiæ Petra)* tantum operaris, vt vincas inuincibilem. Itaut dulciter cani possit, lętissimum illud dictum, TRIVMPHAT DE DEO AMOR. O fœlix Roma, & verè inuidenda, quæ tantum, & tam potentem habes Protectorem apud Regem Tremendæ Maiestatis.

Neque est, quod quisquam miretur tuum hunc tam singularem, tam constantem amorem, quo Romam complecteris, eius exordium, diuinũ prorsus extitisse animaduertens. Quippe Tu scelerati Neronis Cæsaris, crudelitatibus, ac pijs & ardentibus Catholicorum precibus quasi coactus fuisti relinquere Romam, ne Tu, qui eras caput Ecclesiæ, perires, Quare fugam arripuisti à Roma, Sanè aufugisti ab ipsa Roma, sed non effugisti benignitatem, & amorem, quem ipse CHRISTVS erga Romanam Vrbem deferebat; Nam dum Tu clam, & sollicitè ab ea fugiebas, vidisti Tuum dilectum Magistrum, ad Romam properantem, ipsum ambulare.

Vnde ab admiratione, & stupore defixus, mente concepisti, quod DIVINAE MAIESTATI non parum dilecta, & grata erat Ciuitas Romana. Quare sancto zelo, & curiositate accensus, ante eiusdem pedes Te proijcisti, & eius Clementiam deprecatus fuisti, dicendo, DOMINE QVO VADIS, & ipse benigniter Tibi respondit,

VADO ROMAM, ITERVM CRVCIFIGI.

Ex qua præmeditata iam à TE responsione, tali, ac tanto cordis dolore intrinseco, tactus fuisti, supra illa arrepta fuga, vt ab eo tempore, adamare cœpisti Vrbem Romanam, vti dilectissimam Sponsam, amore quidem zelotypo. Vnde tunc absolute deliberasti, à fuga omninò desistere, & Romam anxiè redire, vt inferiùs dicam.

Clementia enim SALVATORIS Nostri, noluit sine miraculo talem apparitionem relinquere, Nam EO disparente, & existens in lapide marmoreo, ibi reliquit sculptam plantarum suarum diuinarum imaginem. Qualis fortunatus lapis, hodie decenter conseruatur in Ecclesia S. Sebastiani extra Vrbem ad Altare Reliquiarum, & pauci sunt dies, me talem imaginem dictarum diuinarum plantarum, veneratum esse. Atque & ne talis memoria tam miraculosæ apparitionis, quæ accidit propè

pe Vrbis Portam olim Capenam, & hodie Portam Sancti Sebastiani nuncupatam tractu temporis periret, Pietas Romana, in loco vbi apparuit Benignitas Saluatoris Nostri, ædificauit Capellam rotundam in medio viæ, & vulgo vocatur,

DOMINE, QVO VADIS,

Et in loco vbi disparuit, & reliquit CHRISTVS dictam imaginem suarum diuinarum plantarum, extruxit Ecclesiam, quæ hodie vocatur Sancta MARIA Plantarum, atque tales memoriæ in non parua veneratione apud Populum sunt.

Redeo ad Te (*O Petre Sanctissime*) magnis passibus Romam redeuntem, quoniam *Amanti, sicuti Sapienti, pauca*, vnde generose spretis quibusuis Fidelium ardentissimis precibus, & delusa quauis crudelissima morte, paulo post, sub perfido, & tenebrarum filio, Nerone, pro defensione, & zelo sanctæ Fidei Catholicæ mortem Crucis tolerare non dubitasti. Et sicuti Clementissimus Dominus DEVS Noster, Mundi stimulatus amore, in Cruce voluit mori, vt brachia extendendo, totum Mundum ad salutem amplecteretur; Ita & Tu Romanæ Vrbis charitatis ardore impulsus, quoque brachia in Cruce expandisti, vt dilectissimam tuam Romam, totam, ad salutem complectereris.

Quam enim gratum, & acceptum fuerit istud gloriosum tuum hic Romæ consummatum Martyrium in conspectu DIVINO, euentus bene id demonstrauit. Nam ille, qui mirabilia magna facit solus, operatus est, vt ipsa Roma, quæ erat vitiorum omnium, & superstitionis Metropolis, frementium bestiarum Sylua, necnon omnium errorum Magistra (vt Magni Leonis verba vsurpem) deindè aspicitur facta Discipula veritatis, Gens sancta, Populus electus, Ciuitas sacerdotalis, & regia, Fidei sedes, atque magistra.

O altitudo diuinarum Gratiarum, ò scientiæ DEI impenetrabilia penetrabilia. Quid plura, Roma, quæ erat superbum, & eleuatum Solium insanæ Gentilitatis, vbi sedebant Imperatores Romani, Orbis Monarchæ.

Nunc in eadem Vrbe, Summus Pontifex Romanus, Dictator Cœlestis, Oraculum DIVINVM, Catholicæque Religionis Maximus Præsul, Potentum Virga, Tyrannorum Malleus, Flagellum Hæreticorum, Vniuersi Arbiter & Moderator, Tuus successor gloriosè regnat, & triumphat.

Saneque id aptè commemorauit Rota Romana *in causa Cæsaraugustana Cathedralitatis* 1.*Martij* 1630.*coram bo.me.Coccino, quam decisionem retuli supra par.* 5. *rec. tom.* 1.*decis.* 353. *num.* 10. Vbi post quam fuit assertum, voluntate Diuina fuisse effectum, vt Beatissimi Petrus, & Paulus Romæ suum consummarent Martyrium, sic præcisè ad propositum subditur, *Vt vbi caput superstitionis erat, ibi quiesceret caput Sanctitatis, & vbi Gentiliũ Principes habitabant, ibi Ecclesiarum Principes morarentur.*

Romam igitur Tuo sacrato cruore lustratam, & illustratam ad illud Dignitatis fastigiũ sublimatam videmus, vt veluti Diuini Imperij Soliũ veneretur, & Successorum Tuorum veneranda Maiestas, tamquam æmula Solis in omnibus Mundi partibus dilatata iam est. Imo vti angustis relictis terminis Zodiaci, à Zeferinis portis Paradisi, vsque ad abyssos Auerni se extendit gloriosè. Quid inde mirum si Romanæ Sedi, Cæsarea se submittat Maiestas, ac Reges deuotè, sua prætiosiora diademata, prosternant, *vt alias exaggeraui supra in par.* 3. *recent. in Annotat. ad decis.* 2. §. 5. *nu.*48., ibi, *Imo relictis terminis Zodiaci, vti angustis &c.*

Fortunatus si quidem essem, si modò voluntati meæ satisfaciendo, gloriarum tuarum (*O Petre Magnanime*) amplitudinem exaggerare mihi esset concessum, sed heu? Sol non potest aspici, cum oculis Noctuæ. Quare cum impossibilium nulla detur obligatio. Hinc aureum illud monitum. ID VELIS, QVOD POS-

POSSIS. Cum igitur professione sim Legista, in practica ponam *textum in leg. ædificia. 11. ff. de seruit. vrb. præd.* Vbi determinatur, *Si quis habeat parietem, super qua constituta sit seruitus altius non tollendi, potest tamen super illius altitudinem tenere verduram.* Sicque super ea, quis tenere valet arbores, cum differentia sit inter seruitutem altius non tollendi, & seruitutem prospectus, sed de hoc alibi dicam.

Intellectus ergo meus cum habeat constitutam seruitutem altius non se extollendi, & maxime circa Cælestia. Imo, vt alter Publicanus, de quo *apud Luc. cap. 18.* nec sanè oculos in Cœlum tollere audere deberem. Quarè etiam si non apponam verduram, idest, viridantes affectus, tamen vtar colore viridi, qui est symbolum spei, & fiduciæ. Sancta igitur spe, & fiducia plenus, humiliter ad tuum Sepulchrum celeberrimum prostratus, hic Romæ existens, in amplissima Tibi dicata Basilica Vaticana, Vrbis, & Orbis miraculo, ardentissime Te peroro, atque exoro, vt dum dies est, & aperta reperitur Porta Signaturæ Cælestis Gratiarum Diuinarum, efficaciter mihi infimo clientulo tuo, omnibusque meis, ac singulis hæc pia legentibus,

Dilectus Tuus Magister, & Clementissimus DOMINVS Noster pro sua immensa pietate, ostendere nobis dignetur Clementiam suam, & secundum multitudinem miserationum suarum, deleat nobis omnes iniquitates nostras, sicque ante funeris nostri inexorabilem horam, impetres nobis, vt habeamus veracem cordis contritionem, puram oris confessionem, condignam satisfactionem, & omnium peccatorum nostrorum plenariam remissionem.

Nam sic deposito, hoc mortali corpore, perueniamus ad Cœlum, vbi Tu *(O Dulcissime Petre)* es Clauiger Regni Cœlorũ, & lætanter, ac benigne nobis Regnũ omniũ Sæculorum aperies, & fęliciter, mediante tamen ignominiosissima, & innocentissima morte SALVATORIS Nostri (O immensi DEI, immensa PIETAS) propter nos homines, & propter nostram salutem, passa, in Cœlum intrabimus, & non habebimus amplius in æternum, quid desiderare, quia ibi bonorum omnium affluentiam profectissimam habebimus. O Vtinam?

Reliquum nunc est, quia, omnes breuitatis Cancellos pertransiui, vt fini properando, submisse, & suppliciter exorem Te (*O Beatissime Petre*) vt perpetua defensione me miserum Peccatorem adiuues. Et Dilectam Ciuitatem tuam Romanam pergas efficaciter, sicuti facis, protegere, Et quemadmodum dum Tu in ea vixisti, mediante vmbra Tui corporis, omnes corporum ægritudines propulsabas, Ita & nunc, qui Gloriosus in Cælo triumphas, sub vmbra Tui potentis patrocinij, vitiorum morbos omnes, ab ea depellas.

Itaut Roma Tua dici Iure possit, & non tam in conseruanda illibatè Sanctam Fidem Catholicam, & Apostolicam, inuiolata persistat, sed etiam omnibus sit nitidum speculum, piè, sanctèque viuendi. Sicque factis confirmet, quod verbis affirmat. Vnde non immeritò nunc possit prædicari de Romanis, præclarum illud encomium, ad quod sublimati fuerunt olim ipsi Romani, ab amantissimo tuo consocio Paulo Apostolo, scribendo ad eosdem cap. 1. ibi,

OMNIBVS, QVI SVNT ROMÆ, DILECTIS DEI, VOCATIS SANCTIS, &c.




Priuilegiorum Summa pro Impressore Camerali, & Vaticano.

CLemens Papa VIII. Diplomate sanxit ne quis citra voluntatem Dominici Basæ, olim in Typographia Vaticana Impressoris Sacram Bibliam, Concilia generalia, Epistolas decretales, Libros ad Ecclesiasticum munus pertinentes, ac etiam Sanctorum Patrum volumina, Libros etiam cuiuscumque generis, vel nouiter ab ipso edendos, vel nouis additionibus auctos, per decennium ab editione cuiusque voluminis imprimat, vel impressa venalia habeat. Quòd Priuilegium Paulus Papa V. peculiari Chirographo in fauorem Hieremiæ Guelphi I.V.D. ac Impressoris Cameralis transtulit, indulsitque. Idem Gregorius Papa XV. literis expeditis ratum, firmùmque haberi voluit. Violatores excommunicationis latæ sententiæ pœna puniantur. Quod si in Terris S.R.E. subiectis id contigerit, confiscatione etiam Librorum, ac quingentorum ducatorum auri solutione mulctabuntur, vt latiùs patet in literis ipsius Gregorij Papæ sub datum Romæ apud S. Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die 22. Octobris 1621. Pontificatus sui anno primo. Ac idem Vrbanus Octauus peculiaribus literis datis apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 23. Maij 1628. Pontificatus sui anno quinto in fauorem Andreæ Brogiotti Impressoris Cameralis, & Vaticani transtulit, indulsitque. Ac iterum Innocentius X. peculiaribus literis datis apud S. Petrum in fauorem Angeli Balladori, pariter Impressoris Cameralis, & Vaticani, confirmauit, sub annulo Piscatoris die 1. Martij 1646. Et tandem omnia supradicta priuilegia, & gratias amplè confirmauit, & indulsit Sanctissimus D.N. Alexander VII. in fauorem Zenobij Masotti, præsentis Impressoris Cameralis, & Vaticani, datis literis die 14. Decembris 1663. Pontificatus anno Decimo.

Summa Priuilegij Apostolici concessi Paulo Rubeo I. C. Romano Decisionum Selectori.

VRbanus Papa VIII. fel. rec. Datis literis apud S. Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris 23. Iulij 1642. Pontficatus anno 18. signatis M.A. Maraldus, Indulsit Paulo Rubeo V.I.D. Romano, ne quis durante termino viginti annorum, tam prorsùs in Statu Ecclesiastico mediatè, & immediatè subiecto, quàm alibi vbicumque citra, & vltra Montes existeñ omnia, & singula per d. Paulum iam edita, & deinceps etiam ædenda Volumina, & Opera, prout sunt præsentes *Decisiones Part. 10. Recent. ab anno* 1647. *vsque ad ann.* 1649. sine speciali d. Pauli, eiusque hæredum, & successorum licentia in scriptis habita, imprimere, vel ab alio, seu ab alijs imprimi facere, seu impressas vendere, aut venalia habere, proponere, vel aliter ædere, aut euulgare, seu etiam pro vsu proprio habere, vel tenere posse, sub pœna violatoribus *excommunicationis maioris latæ sententiæ*, à qua, nisi à Romano Pontifice pro tempore existentibus, præterquàm in mortis articulo, absolui nequeat, ac in d. Sedis Apostolica ditione existentibus, etiam *sub quingentorum ducatorum auri de Camera, & amissionis librorum*, pœnis toties quoties contrauentum fuerit, ipso facto, & absque declaratione incurrendis, & aliàs, prout latiùs habetur in dictis literis Apostolicis, de quibus supra, & per extensum habetur in 3. & 4. part. Decisionum Recentiorum Rotæ Romanæ, & in 2. & 3. Tom. eiusdem part. 4. recent. & in part. 5. & 7. pariter recent. & alijs Voluminibus ab eodem Paulo Rubeo in lucem datis.



Imprimatur, si videbitur Reuerendiss. P. Magistro Sac. Palatij Apostolici.

O. Archiepisc. Patracen. Vicesg.

Imprimatur,

Fr. Hyacinthus Libellus Sac. Pal. Apostolici Mag.

IN-

SVMMARIVM
SEQVENTIS DISCVRSVS
AD IVRIS, ET PIETATIS STVDIOSOS.

1 *Mundus senescit, & proritus edendi volumina iuuenescit.*
2 *Libri bonum esset, vt sic aucti essent in qualitate, sicuti sunt in quantitate.*
3 *Libri, quando possent dici florida viridaria, magis electorum florum, redolentia.*
4 *Libri in eorum frontispicio multa aliquando promittunt, sed intus non obseruant.*
5 *Mulieribus, & Frontispicys librorum, non ita facile est credendum.*
6 *Librorum prima pagina, multoties representat velum Parrasij.*
7 *Parrasius pinxit sic ad viuum velum, vt Zeusim deceperit, ita quod dum illud leuare voluit, vt videret picturam, delusus remansit.*
8 *Velum Parrasij, præter ipsum velum, intus aliam picturam non habebat.*
9 *Speciosa sæpe fallunt.*
10 *Libri aliquando prima facie decipiunt, sicut Poma, quæ in Sodoma nascuntur.*
11 *Poma, quæ in Sodoma nascuntur, primo aspectu videntur speciosa, sed intus aliud non adest, nisi cinis, & fumus.*
12 *Libri, qui deseruiunt ad augendum numerum eorum experiuntur pleni telis aranearum, & num. 17.*
13 *Eliogabala, quid iusserit, vt ostenderet aliquod argumentum Almæ Ciuitatis Romanæ, & num. 15.*
14 *Roma est locus dignus, quo eat, omnis Deus.*
16 *Roma est Ciuitatum Elena.*
17 *Stultitia est, edere libros plenos telis aranearum.*
18 *Ignorantes tacendo, videntur sapientes.*
19 *Libros aliquos melius est non legere quam legendo, perdere somnum, & oleum.*
20 *in Libris nouis aliquando tota nocte expiscatur, & nihil boni capitur.*
21 *Libri, quando sunt boni, & vtiles Reipublicæ, in tenebris non debent delitescere.*
22 *Libri vtiles, omnis ratio postulat, & omnis æquitas suadet, vt in lumine publico exeant.*
23 *Decisionum Rotæ Romanæ Volumina, sunt vocanda Thesauri; Verba uniones, & Folia, gemmaria.*
24 *Decisionum Rotæ Romanæ volumina, in solamen, & vtililatem Litigantium sunt edenda.*
25 *in Decisionibus Rotæ Romanæ qualis opinio sit vera, & omnino amplectenda, bene ostenditur.*
26 *in Iure non est ita facile veritatem conclusionum, aspicere.*
Ius Commune, hodie post tot Doctorum scriptita, totum conturbatum & obscuratum est, num. 26.
27 *Ius in tot tenebris existendo, veritatis aurata Lux cerni amplius non potest.*
28 *In Iure semper sunt rabiosæ tempestates, & sæpe miserabilia naufragia audiuntur.*
29 *Tempestas omnis sedatur in Iure dum fauorabilis ventus decisionum Rotæ Romanæ spirat & quare num. 31. & 32.*
33 *per Editionem Decisionum Rotæ Romanæ Causidici instruuntur, & Iudices quid agere debeant admonentur circa sententias ferendus.*
34 *Decisionibus Rotæ Romanæ editis, Litium tenebræ fugantur, tamquam adhibitis luminibus.*
Status Reipublicæ firmatur per editionem Decisionum Rotæ Romanae.
35 *Decisiones Rotae Romanae vbique Gentium corruscant & collucent.*
Decisiones Rotae Romanae, sunt praecipuae Iustitiae Iubar. num. 35.
36 *Decisiones Rotæ Romanae sunt totius Romanae Curiae splendor, & gloria.*
37 *Auditores duodecim Rotae Romanae, sunt duodecim Salamones.*
38 *Decisionum Rotae Romanae gratus odor, vndique redolet.*
Sonus Decisionum Rotæ Romanæ in omnem terram exiuit, num. 35.
39 *Editio Decisionum Rotae Romanae ab omnibus communiter desideratur.*
Decisiones Rotæ Romanæ satis per se vibrant, ac feriunt Mortalium oculos, num. 39.
40 *Decisiones Rotæ Romanæ, tanta grauitate, dulcedine sunt permistæ, vt omnes alliciant.*
Decisiones Rotæ Romanæ omnes impetu rationum suspendunt & studiosos abunde reficiunt num. 40.
41 *Rota Romana suam ipsius excellentiam superauit.*
42 *Surd. Egregius ille I.C. satiari non poterat lectione Decisionum Rotæ Romanæ, & quare.*
43 *Desiderium iuuandi bono publico, quando est ingens, magna operatur.*
44 *Ignis, quando est magnus, non ita facile extinguitur.*
45 *Vitæ finis, libentissimo animo, simpliei nutui Diuino committendus est.*
Voluntati Diuinæ omnia committenda sunt, vt omnia secundum suam voluntatem dirigantur, n. 45.
Vita, & mors in manu DEI est, num. 45.
46 *DEVS in voluntate hominum solum posuit, bene, vel male viuendo, bonam, vel malam mortem, sortiri.*
Delicta commissa fateri, indicium sanitatis est.
47 *Errorem à se commissum, quando quis fatetur, quasi innocens est.*
48 *Ingenia humana, ad suam cuique leuandam culpam, nimio plus, facunda sunt.*
49 *Culpam commissam excusare, altera culpa est.*
Crimina alys criminibus non sunt medenda. numer. 49.
50 *Excusationes, quando sunt commissa delicta apud prudentes viros sunt exosæ.*
51 *Homo in crimine deprehensus si velit exquisitis verbis se excusare, odio dignus est.*
52 *Delicta absque velo excusationis fatenda sunt.*
53 *Decisiones Rotæ Romanæ, cum sint doctissimæ, & elaboratissimæ non egent aliena luce.*



EXCELLENTISSIMIS DD.

IVRIS PRVDENTIÆ ROMANÆ MINISTRIS

AC CATHOLICÆ PIETATIS STVDIOSIS.

PAVLVS RVBEVS Romanus, salutem in EO in QVO est vera Salus ardenter deprecatur.



ELEBRE non minus, quam verum est illud dictum, quod Mundus senescit & proritus ne dicam rabies, edendi Volumina, iuuenescit. Vtinam ad eam peruẽti essemus felicitatem, vt Libri tantum
2 sumpsissent † incrementum in qualitate, quãtum sunt aucti in quantitate, Nam libri non possent dici libri, sed verius florida Viridiariã
3 vndique grato Florum † magis electorum odore, fragrantia, sed libri non in pondere, sed in numero aucti tantummodo sunt, quid boni est sperandum.
4 O quanti † sunt libri, qui in eorum frontispicio, superbas promissiones habent, sed intus postea nihil de eis obseruant, Forsitan non sine cur, dixit facetus ille Vir, Quod Mulie-
5 ribus, & Principijs Librorum, non ita facile credendum est.

Multoties enim prima librorum pagina re-
6 præsentat celebre illud Velum † Parrasij, sic viuis coloribus, & à Magistra manu depictũ, significans cooperire aliquam picturam, vt
7 cum † Zeusis, vollet videre interiorem picturam, atque apprehendere volens velum, tur-
8 piter delusus remansit. Nam † veritas fuit, quod præter velum depictum, aliud non fuit
9 inuentum. Sicque dici potest, *Speciosa † sæpe fallunt*.

Decipiunt aliquando Libri, & sunt que-
10 madmodum Poma, † quæ in Sodoma nascuntur, nam primo aspectu videntur pulchra & speciosa, sed intus aliud non habent, nisi
11 fumum et cinerem, & dum aperiuntur † in nihilo euanescunt, sicuti etiam accidit multoties in libris, qui deseruiunt ad augendum eo-
12 rum quantitatem, † & non qualitatem, & sic reperiuntur pleni telis aranearum.

Nec incongruit, quod ferunt Historiæ de
13 Eliogabalo, qui † volens demonstrare Orbi Terrarum aliquod argumentum Magnificentiæ, Pulchritudinis, ac Maiestatis Romanæ Ciuitatis Vrbium Almæ Reginæ, necnon Orbis Dominatricis, vnde bene cecinit Poeta ille celebris,

14 *Roma † est locus dignus, quo eat omnis Deus*.

Ordinauit enim dictus Eliogabalus, vt in loco quodam determinato quilibet Vrbis habitator asportaret ibi omnes areanearum te-
15 las suæ † domus, Vnde erectus fuit magnus earum Mons, & illum ostendebat omnibus, vt sic mente conciperent, qualis erat magni-
16 tudo, & Maiestas Ciuitatis † Romanæ Vrbiũ Helenæ. Quis est, qui pleno ore, & quidem non sine magna causa prædictam Eliogabili stultitiam.

Sed non est ista insania, similis eorum, qui volentes manifestare Orbi suum sublime, &
17 pulchrum ingenium, † implent suos libros, seu illorum foglia plena telis aranearum Ita
18 vt eos Legentes coacti sint Exclamare † vna cum sapientissimo Iob.cap.13. *Vtinam taceretis & videremini sapientes*, vel stomachati dum multum insudarunt, vt aliquid boni appre-
19 henderent, toti lapsi vociferant, † vna cum Ausonio, nempe Vtilius fuisset dormire, quã perdere somnium, & oleum, & adduci potest illud, quod habetur in Euangelio, apud Luc. cap.5. nempe.

20 *Per totam † noctem laborauimus, & nihil cœpimus &c.*

Attamen totum oppositum veniret asseuerãdum, quando Libri essent de illis paucis, qui
21 magnam adferre † vtilitatem solent, & nulla æquitas suadet, quod in tenebris delitescãt, Imo omnis ratio postulat, & omne ius expo-
22 scit, vt ad † publicam vtilitatem, & commune bonum in lumine publico exeant. Quemadmodum sunt volumina Decisionum Sa-
23 cræ Rotæ Romanæ, cum verius non † Volumina, sed potius Thesauri possint vocari. Verba, vniones, ac Folia, tot Gemmaria, quibus mediantibus fortunati Lectores assequun-
24 tur id quod † scire desiderant in solamen, & vtilitatem Miserorum Litigantium.

Agnoscitur sane in prædictis Decisionibus,
25 qualis opinio est vera, & omnino amplectenda in iure, idque non est ita facile assequi
26 cum Ius hodie post tot Doctorum scriptata totum conturbatum, & obscuratum sit. Ita vt in

in tot tenebris, & post tot interpretationum
27 anfractus, aurata Lux Veritatis vix cerni † potest,
Vnde cesset omnis admiratio si in vasto
Iuris Archipelago semper atræ tempestates à
28 rabiosis, & contrarijs † ventis agitatæ, adsint,
& sæpe deploranda naufragia audiuntur, Seda-
29 tur tamen omnis tempestas, & Cœli sereni-
tas, & tranquillitas redijt, & sic non timetur
amplius nullum Naufragium, dum fauora-
bilis ventus spirat Decisionum Rotæ Roma-
næ, quæ Decisiones optime demonstrant,
30 quæ opinio † vere in Iure sit firma, & ada-
mantina, itaque in cudine disputationis posi-
31 ta sub potentibus† contrariarum opinionum
malleis, non frangitur.

Editio sane prædictorum Voluminum De-
32 cisionum Rotæ Romanæ,† quam maximam
adferant vtilitatem publicam, Fideiussor de
hoc sit *famigeratus Episcopus Sarnensis, Ludoui-
cus Gomesius in suis doctis Commentar. ad Regulas
Cancell. in Epistola Dedicatoria ad fel. rec. Paulum
Tertium Pontificem Maximum*, ibi,

33 *Per editionem Decisionum Sacræ Rotæ † Romanæ
causarum Patroni, ac cæteri Causidici instruuntur,
Iudices, quid agere debeant admonentur & tamquam
34 adhibitis luminibus, litium terminis fugatis † Chri-
stianæ Reipublicæ status, roboratur*.

Iure igitur merito scriptum reliquit in
æternum gloriam Rotæ Romanæ *Sebastian.
Vant. in tractat. De Nullitat. titul. de nullitat. Iu-
risdiction. num.* 17. ibi.

35 *Decisiones Sacræ Rotæ Romanæ, † vbique Gen-
tium corruscant, suntque præcipuè Iustitiæ Iubar, ac
36 totius Romanæ Curiæ gloria, & splendor, &c.*

Et vt testis est Quintilianus *Mandos. in prax. For-
mular. Commiss. cap.* 14. *in verb. Auditorium*, Duo-
37 decim Sacræ Rotæ Romanæ † Auditores,
sunt Duodecim Salamones.
38 Quid igitur mirum, si dictarum Decisio-
num tam gratus vbique sit Odor, vt in om-
nem terram exiuerit sonus earũ, Quare com-
39 muniter non parum desideratur † earum edi-
tio, Nam satis per se vibrant, ac feriunt Mor-
talium oculos, & sane tanta grauitate & dul-
cedine sunt permixtæ, vt vnumquemque al-
40 liciant, & impetu † rationum suspendant,
nec non tandem studiosos abunde reficiant.
Iure ergo merito ingenuè fatetur eximius *Iu-
ris Consult. Io. Petr. Surd. in consil.* 403. *in fin.*
41 asserendo quod Rota Romana, sui † ipsius
excellentiam superasse videtur adeout earum
lectione exatiari non valebat, quia in eis tanta
42 grauitas, tam resoluta† doctrina cum verborũ
pondere emicabant. Ego enim vt tantæ vti-
litati publicæ consulerem, plurimas ex dictis
Decisionibus in lucem publicam posui, &
43 quia tale † desiderium meum iuuandi bono
publico est ingens ideoque magnum; imo
maximum earum Decisionũ cumulũ selegi,
& lumini publico donaui & hic nõ desistam,
44 Ignis desiderij quando † est magnus, non ita
facile extinguitur, nam & curabo vt in po-
sterum alia volumina dd. Decisionum, typis
tradam, si tamen placuerit me in vita am-
plius conseruare Clementissimus DEVS, &
45 Amor noster, cui simplici nutui † vitam, &
finem vitæ humiliter, ac libentissimo animo
depono, & trado itaut omnia secundam suam
diuinam, & benignam voluntatem absolute
dirigantur, Nolo enim vitam quæ, extra
DEVM benignum est, quia nec vita esset.
Nam vita, & mors in manu DEI est. Il-
46 lud solum ipse † in nostra reliquit potestate
bene, vel male viuendi bonum, vel malum
sortiremur finem. At ad nos Erraui tamen
in vno, & peccatum meum fateor, nam qui
peccatum commissum agnoscit, & confite-
47 tur, *vt ait Stoicus Romanus Seneca*, † est quasi
innocens Delicta enim commissa fateri, sani-
tatis indicium est. Scio quidem, quod quan-
tumuis, *Ingenia humana* (vt inquit Liu. lib. 18)
48 *ad suam cuique leuandam culpam nimio plus fa-
cunda sunt*. Attamen culpam commissam
49 excusare altera † culpa est Vnde crimina cri-
minibus medentur. O stultitia humana, quo
vsque ludis in humanis, & sane dictæ excusa-
50 tiones, apud prudentes viros † exosa sunt Au-
diamus Sophoclem in Antigon Mioco.

Μισῶ γε μέντοι χ' ὤταν ἐν κακοῖσι τὶς
Α'λὺς, ἔπειτα τῦτο καλλύνειν θέλει.

Quos versus sic explicat Scoliastes idest, *Odi
51 hominem qui † in criminibus deprehensus verbis ex-
quisitis se per purgare nititur*.
52 Ego enim absque vllo velo † excusationis,
ingenuò ore delictũ meũ fateri intendo; Nã
in aliquibus decisionibus existentibus in volu-
minibus à me impressis absq; debita conside-
ratione temerarius apposui nonnullas meas
53 Annotationes nam cum dictæ † Decisiones
sint simul doctissimæ, & elaboratissimæ non
indigent, aliena luce, & sic multo minus,
meis tenebris, & ineptijs. Et præsens volumen
Decimum Decisionum erit primus Testis
54 pœnitentiæ talis † erroris, non sufficit enim
fateri delictum nisi postea ab eodem se absti-
neat pœnitens. Vt enim quis absolutus re-
maneat de commisso delicto, non sufficit
solum pura oris confessio, sed requiritur etiã
55 abstinentia à commisso † crimine. Comple-
mentum enim & dissipatio criminis, est fuga
delicti. Merito dixerunt Epicurus, & Epite-
tus, Antiqui illi prudentes.

Εἰ βύλει ἀγαθὸς εἶ) πρῶτον, πίςευσον, ὅτι
κακός εἶ

56 Idest, *Si vis † bonus esse, scito, quod prius malus
fuisti*. Vacare enim peccatis DIVINAE con-
ditionis, & naturæ attributus est, sed peccare
humanæ naturæ est, verum in eis perseuerare
57 diabolicum † est, Imitemur Stoicum illum
Romanum Senecam, quamuis virum alie-
58 num à Candore veritatis † Catholicæ, qui sic
ait *in libr. 3. de Ira cap.* 36. Qui de se sic attesta-
tur, *Vtor*, inquit, *hac potestate, & quotidie apud
me*

me cauſam totius diei mecum ſcrutor, Facta, & dicta
mea perſcrutor. Nihil mihi ipſi aſcondo, nihil
59 *tranſeo, Quare enim quidquam ex erroribus meis*
tranſeam cum poſſim dicere, vide ne iſtud amplius fa-
cias, nunc tibi ignoſco &c.

Nec aliquis ſtatim me damnet putando
60 ideo † ſic me obſeruare propoſuiſſem, vt ef-
fugiam prædictum laborem, ſane ſe decipit
quia in voluminibus ſeparatis lucubrationes
meas Legales in lucem publicam tradere in-
tendo, & iam duo ex eis typis tradidi. Quo-
61 rum primum inſcripſi *de Teſtamentis ad pias, &*
non pias cauſas, Reſolutiones practicabiles; Alterum
de Validitate Legali, Controuerſiæ † Forenſes, Diſcu-
titur enim, quod Leges ſemper in dubio ad-
62 mittunt, & præſumunt dum † quis facit ali-
quem actum, validitatis ſtatum habere, donec
dilucide contrarium probetur.

Tertium Volumen modò præ manibus ha-
beo, quod *De Afflictorum Conſolatione, nomina-*
re volo, In quo aliqua deducam circa illos
ſumme afflictos, qui ſunt ineuitabili hora
63 mortis, & qualiter poſſint conſolari, & quid
Iura permittant in eorum ſolamen.

Item nonnulla afferam, circa afflictos ab
64 acutiſſimo gladio famis, † deducendo quid
Iura conniuentibus oculis permittant, ne ex-
tincti remaneant, cum talis mors omnium ſit
horribiliſſima.

Item plura ſcribam circa valde afflictos à
65 diuturnitate Carcerum, † quorum claues in
ingreſſu ſtatim adſunt, ſed quaſi perduntur
propter egreſſum.

Item aliqua aderunt, pro afflictis ab Infir-
mitatibus, cum digni ſint pietate, Hinc Re-
66 gius Propheta † Dauid vt miſericordiam DI-
VINAM CLEMENTIAM ad pietatem in-
duceret ſic exclamauit in pſalm. 5. *Miſerere mei*
DEVS, quia infirmus ſum.

Aderunt etiam non nulla circa Afflictos et
67 dementes litigantes, qui ſæpe plus † vene-
num, quàm panem commedunt, & vt ar-
gentum acquirant, aurum perdunt, & mul-
68 ta afferam, quantum cordi ſit legibus, † vt
tranſactiones ſubſtineantur, cum ſint receſſus
à lite.

Alia vero in eodem volumine aderunt cir-
ca diuerſas Afflictiones, Miſerias, Anguſtias,
Tribulationes &c. prout benigno DEO fa-
uente, in dicto volumine conglutinabo.

Cœterum gratias ago quibuſdam Iuris cō-
ſultis non obſcuri nominis, qui diuerſas opi-
69 niones iuridicas à † me ventilatas, & reſo-
lutas laudati ſunt; vt eorum benignæ, & in-
genuæ naturæ de omnibus bene dicendi ſa-
70 tisfacerent, vnde me varijs † encomijs &c.
extollerunt, ſed videant ne ramaneant deluſi,
ſicuti accidit Apparitoribus Regis Saulis.

Qui Rex, cum odio capitali proſequeretur
71 Dauidem, & vſque adeo, † vt ipſe met Rex
tentauerit ipſum occidere, ſed in vanum, &
quia eum omnino mortuum, volebat, ſtricte
iuſſit ſuis Apparitoribus, vt accederent ad do-
72 mum illius, & raperent eum. Vnde ſtatim
ad domum peruenti, & petendo, quod loqui
volebant, cum Dauide, fuit reſponſum ip-
73 ſum in lecto, infirmum iacere, † & cum id
retuliſſent Regi Sauli, ab ira agitatus, ordina-
uit illis, vt afferrent eum, ſic ægrotum in le-
cto, vt occideretur.

Quale Regis præceptum, ſtatim, & ſecrete
74 fuit relatū Micholi † vxori Dauidis, quæ dicto
citius tamquā ſagax Mulier, & mariti aman-
tiſſima dimiſit Dauidem per feneſtram, & ip-
ſe cautè abijt ac aufugit & ſaluatus eſt & po-
ſuit Michol ſtatuam Dauidis in lecto, ac pel-
75 lem caprarum † piloſam ſuper caput ſtatuæ
appoſuit, & operuit eam veſtimentis, Inte-
rim peruenerunt prædicti Apparitores ad do-
mum Dauidis, & rabioſe decurrendo ad ip-
ſius lectum, vt intra illud apprenderent, ſic-
76 que † attoniti remanſerunt deluſi, non ip-
ſum Dauidē, ſed illius ſtatuam inuenerunt, &
alias, vt latius habetur 1. Regum cap. 19.

Sic enim accideret eis, qui exiſtimant, me
aliquid ſcire, & didiciſſe in legali Paleſtra,
77 nam loco perſonæ doctrina repletæ, † inue-
nirent petram, quemadmodum ſunt illiterati,
ſicuti dixit celebris ille Philoſophus, cuidam
viro nihil a ut parum ſcienti, qui ſedebat ſu-
78 pra petram, † nempe *Video petram, ſupra pe-*
tram ſedentem &c. Valerem hic modo ſubne-
ctere Cathologum eorum Doctorum, qui in
diuerſis locis de me honorificè locuti ſunt,
ſed melius cogitando contentus magis ſum
79 ab hoc me † abſtinere, ne incidam in aliquem
ſpeciem ſuperbiæ, Si quid enim in meis An-
notationibus, vel Voluminibus, cum aliquo
iuridico fundamento bene ſcripſi, id totum
80 humiliter tribuo Creatori, & † Redemptori
Noſtro, à quo omnia procedunt, & ſine eo
81 nihil facere valemus, & cum eo, † omnia,
itaque omnis gloria ei debetur, & quidem
merito. Nam in eo omnia poſſumus, quia
ipſe omnia poteſt.

O quam præclarum, & egregium exemp-
lum in hoc, omnibus tribuit, Famigeratus
ille, & æterna memoria dignus Ioannes Con-
82 næus † Orientis Imperator ex aſſe Catholicus
qui cum bellicis ſudoribus de Hunnis, & Schi-
tis glorioſiſſimam victoriam reportaſſet, nam
talis, & tanta fuit, vt Bizantium reuerſus Im-
83 perator, † maxima cum præda, optimiſque
ſpolijs, in tantum quod Senatus ei triumpha-
lem pompam, ex Senatus Conſulto fuit de-
creta, & cum veniſſet lætiſſima dies illa triū-
84 phalis pompæ, omnia iam anteierant, † quæ
erant neceſſaria pro tanta feſtiuitate ſolum ex-
pectabatur ipſe Imperator in Curru Trium-
phali ſedens, qui iam aderat præparatus, vt
in eo aſcenderet, vt ab omnibus ſalutaretur,
quaſi de tantis victorijs reportatis, & eorum
liberationibus gratia ipſi agerent & quādo pu
85 tabatur eſſe aſcenſurus, iuſſit adferri imaginē
Glorioſiſſimæ Virginis MARIAE, & loco
eius illā in Curru poſuit, & iuſſit, vt talis figu-
ra per Vrbem circumferetur, eique cædens
locum ſuum. Præibant Currui (auro, ar-
gentoque conflato, ac gemmis præſtantiſſi-
mis, corruſcanti, & albentibus equis niue
86 candidoribus vecto) † pedibus non ſolum
captiui Duces, ſed etiam ipſe Imperator,
Cru-

Crucis D. Nostri IESV CHRISTI, vexillum
87 manibus deferens, *O Triumphum † Cœlo specta-*
tore dignum ? O factum gemma registrandum ? Et
alias, pro vt latiùs deduxi *in meo Tractatu De*
Validitate Legali in Epistola Dedicatoria ad Glorio-
sam DOMINAM nostram in §. Cognouit quam TV
verè sis gratiosa &c.

O planè inuictissimus iste Imperator, sanè
duplici triumpho extollendus est, quia non
88 tantū sub iugo posuit Hunnos &†Schitos, sed
etiam sic debellauit Monstruosam bestiam il-
lam Superbiæ, nam tantum beneficium tantæ
victoriæ à DEO, eiusque Gratiarum Libera-
lissimæ Dispensatrici, attribuit, recognouit
&generosè consecrauit.

Pessimè enim se gerunt illi, & execrandum
89 est signum, qui ducti † a superbia, multo-
ties beneficia, ac opera bona, nullatenus à
DEO, à quo omne datum optimum, & om-
ne donum perfectum, recognoscunt. Quare
90 cum vitium † venit superbiæ sit frequens, &
familiare, non ingruum duxi aliqua circa il-
lud deducere, vt caute aufugiatur, & hoc
erit argumentum sequentis discursus. Nam &
Legibus, superbia est non parum exosa *ad tex.*
in l. si in aliquam, ibi, *non cum grauitate &c. ff. de*
offic. Præsid. & in leg. vnic. ibi, *arrogantia modis om-*
nibus opprimatur C. de carcer. priuat. & Maximè
in Iudicibus summo Leges abhorrent super-
biam, & amant affabilitatem, ne oppressi re-
formident petere ab eis iustitiam, pro vt infra
deducam.

91 Superbia † ergo est illa scelerata bestia, quæ
est omnium scelerum abominabilis sentina,
omnium vitiorum fætens sterquilinium, om-
nium iniquitatum fons, & origo, necnon
92 omnium † virtutum depredatrix. Omne
peccatum est contrarium vni soli virtuti, quę
93 est contrarium peccato, veluti † Luxuria
virtuti pudicitiæ, Ira virtuti patientiæ, Super-
bia verò omnibus virtutibus aduersatur, & est
contraria. Videatur enim quantum sit fu-
giendum hoc vitium, dum spoliat miserum
94 hominem omni † bono spirituali, *secundum*
Hugonem Card. lib. 2. de anima, ibi, *Cætera vitia,*
solas illas virtutes impetunt, quibus ipsa destruuntur,
sola superbia contra cunctas animæ virtutes se erigit,
95 *& quasi † generalis, & pestifer morbus, omnes cor-*
rumpit &c. Estque causa, vt non possit aspici
aurata lux veritatis, Nam existendo in tene-
96 bris iniquitatum, † superbus agitatur a pes-
simis, & rabiosis ventis vanæ gloriæ, inuidiæ
97 iniustitiæ, tristitiæ, † iræ, petulantiæ, & aliorū
vitiorum execrandorum. Nam superbia de-
cipit intellectum, peruertit iudicium, defrau-
98 dat discursum † inflat cogitationes, cruciat
hominem atque operatur, vt ad instar No-
99 uelli Narcisi, sui † ipsius sit stultus amator.
Lucifer Angelus ille pulcherrimus, quia à su-
100 perbia fuit captus in † furorem incidit, id-
que optime perpendit Gregorius Magnus Ro-
manus Præsul tom. 1, Moral. lib. 29. vbi sic ait,
Appetitum itaque, Celsitudinis vertit in rigorem
mentis, nam quia ius quæsitæ potestatis, non obtinuit,
quasi quodam superbiæ suæ remedium, insaniam in-
sensibilitatis inuenit. Superbi enim existendo in
101 tam miserabili † statu nullum bonum ab eis
sed omne pessimum malum expectandum.

Superbiæ quippe peccatum, Heu ? quod
cum amaris lacrymis, & singultibus esset cō-
102 memorandum † fuit illud altum præcipitiū
tam Angelorum, quàm Hominum. Nam
magna Angelorum, mediante superbia e Sū-
103 mo Cœlo, in Cauernis † infernalibus fue-
runt in æternum præcipitati. Et ex pulcher-
rimis Angelis, in horrendos Diabulos fue-
104 runt † transformati. Homines vero eadem
cooperante superbia, pulcherrima veste im-
mortalitatis miserabiliter spoliati fuerunt, ita-
105 que genus humanum in hac † lacrymarum
Valle fuit relegatum, & alia satis nota.

Discamus obsecro ab alieno præcipitio no-
106 stram euitare ruinam, † Fugiamus tam in-
sidiosissimam bestiam, & formidabilem ser-
107 pentem. Vtique si omnis † species super-
biæ est abhorrenda, illa sane est perhorrescen-
da, quæ personata est, & sic sub pallio humi-
108 litatis, † asconditur. Cum & alias verissi-
mū sit, quod simulata bonitas est duplex ini-
109 quitas, † & ita dici potest, quod simulata
humilitas, est duplicata superbia, quoniam
110 insolitum non est superbis, gloriam huma-
nam spernere, vt ea acquirant fingendo se
111 humiles, † cum toti superbia tumeant, ita
quod potest vocari ambitiosissima humilitas.
112 O quam bene † talem deformem simula-
tionem, & fraudem. Humilis, & deuotus Ber-
nardus agnouit & eius simulationem osten-
dere nisus est *in tract. De Gradibus Humilitat. in*
fin. dum sic scriptum reliquit, ibi.

113 *Gloriosa res est humilitas, cum qua ipsa quoque*
superbia, palliare se appetit.

Bene quidem agnoscit Superbia suam defor-
114 mitatem, non potest dissimulare suum hor-
ridum aspectum cum quo horret mortales,
itaut cuilibet se reddit deformem, & odio-
sam, Numquam sic fuit adirata animal illud
115 vocatum Simia contra speculum, quod suū
ridiculum aspectum reppresentat quantum
116 monstrum hoc superbiæ abhorret suam fi-
guram, a qua videt se turpiter delusum. Vn-
117 de vt possit conciliare sibi affectum morta-
lium, adeo se humiliat, & prosternit, vt non
solū cedit maioritatem humilitati eius, emu-
118 lam, verum etiam se declarat† eius famulæ,
Nam & cum eius veste se induit, donec ob-
119 tineat suum intentum, quare † spernitur
superbia, vt acquiratur.

Sane deterrima sunt illa vitia, quę virtutum
120 colore, † teguntur vt diximus Non sine
enim magna causa Imperator noster Sacratis-
simus Iustinianus *in l. meminerint C. vnde vi*
121 conqueritur, *Quod durum est † sub nomine Iu-*
stitiæ, facere iniustitiam &c. Et sic nos dicere va-
122 lemus in casu nostro, Durum est & † valde
monstruosum sub ipsa humilitate, fouere su-
perbiam.

Potest quidē ad hoc in exemplum adduci
Diogenes Philosophus ille famigeratus, qui
123 cum esset superbus, † & fingebat se humi-
lem,

lem, & contemptorem diuitiarum, nam Iste
cum esset inuitatus ad prandium, cum qui-
busdam aliis pluribus Nobilibus à Platone
atque intrasset in quoddam cubiculum ha-
bens humi per extensum, culcitram Quare
124 Diogenes † ex hoc, sumpsit occasionem
mortificandi Platonem circa eius fastum, &
superbiam, Vnde præsentibus alijs conuitatis
cœpit cum eius sordidis calceamentis fortiter
125 dictam culcitram calcare † Vnde accurrens
Plato, interrogauit eum, quid nam præten-
deret facere, & respondit Diogenes, *Ego cal-*
126 *co Platonis fastum*, cui replicauit Plato, † *Cal-*
cas, sed maiori fastu, calcas, vt videaris abiectus,
& humilis. Vnde confusus statim destitit cal-
care culcitram.

Alia etiam vice Idem Diogenes; in supre-
ma Hyemis frigiditate, nudus persistebat in
127 quodam flumine † frigidissimo, quod mul-
ti animaduertentes, rogarunt eum, vt ex flumi
ne exiret quia si ibi persisteret periculũ mor-
ris eius erat certum, & cum transisset, casu,
128 Plato, & videns aggregatam † tam multi-
dinem illam gentium, petijt quid ibi faceret,
& cum ei fuisset narrata causa, consuluit illis
129 hominibus, dum volebant † Diogeni mi-
serere vt abirent omnes, quia dum ille non
habuisset spectatorem, statim exisset à flumi-
ne, prout in effectu euenit &c. Refert etiam
Erasmus in suis Apothet. de Antithine Cynico Philo-
130 *sopho*, qui ferebat pallium, † cum magno
foramine, quod videns Socrates dixit illi, *Per*
fixuram tui pallij video superbiam, & vanitatem
tuam &c.

Monstruosum enim igitur, valde est, vt
dicebam, quod sub † pallio humilitatis ce-
letur superbia. O quam fera pessima est su-
131 perbia. Nam omni vitio est † deterior, &
superbus ex eo dicitur quia supra vult videri,
quàm est, qui vult supra ingredi superbus
est & Obsecro abhorreamus pessimam natu-
132 ram Diogenis, qui opera † sua, vt præmis-
simus, tantum faciebat, vt videretur abhomi-
nibus, & ab illis, laudaretur & sic intendebat
omnium oculos ad se traher. Queramus mul-
133 to melius imitari † naturam ipsam, quæ
prætiosiora ab ea creata celat, & occultat.

Et sic vniones in Conchylis marinis, pe-
134 tras prætiosas † humat. Gorgonia, seu Co-
ralia in profundo Oceani, Aurum in cauer-
135 nis Montium, † Poma, & alios fructus in-
ter folia, vuas inter pampinos, corda in se-
136 cretioribus locis pectoris, † Res vero parui
momenti, & sic vilia non abscondit, sed om-
nibus manifestat. Superbi vero totum oppo-
situm contra documenta naturæ faciunt nam
137 illud parum, † quod boni faciunt, pompo-
se omnibusostendunt canendo tubam alijsque
exteribus signis Mundo patefaciunt, & illud
quod malè operantur secretissime tenent.

Ita apposite faciunt Mercatores decocti,
138 contra quos acriter insurrexi, † eorum fal-
sitates, & fraudulentes decoctiones execran-
do, quoniam isti tales plenis marsupijs deco-
qunt in fraudem Creditorũ, *multa congessi supra*
in part. 3. recent. in Annot. ad decis. 9. à nu. 42. vs-
que 141. Prædicti enim Mercatores (vt dicebã
decocti, aut parui valoris, ponunt foris omnia
139 ad faciendum magnam † prospectiuam Apo-
techæ quasi vt ostendant intus se habere opu-
lentem suppelectilem earum rerum ad pom-
pam expositarum.

Sed si quis desideraret, videre alias lineas
Margaritarum præter pendentes intus existen-
140 tes, & peteret a Mercatore, vt † ei osten-
dat quantitatem earum in Apotheca permanẽ-
tium sentiret sibi per Mercatorem respondere
Domine apotheca vacua est, quidquid boni habeo fo-
141 *ras exposui*. O quam perfecte † superbi imi-
tantur istos Mercatores, nam etiam isti quid
quid boni habent, foris exponunt, vt ab om-
142 nibus videantur † intus vero nullum bonũ
aliud habent, cum totum teneant foris ad
captandum auram Popularem, vnde præter
mortale vitium, superbiæ, bonis operibns vi-
143 dui sunt, sicque † nisi resipuerint Cauerna
Infernalis eos in sempiternum expectat, quam-
uis in rei veritate opera sint bona & meritoria
cum, & aliàs in hoc Mundo mercedem suam
144 sed breuis temporis, receperunt. Qui enim
opera bona facit propter vanam gloriam, &
145 superbiam elationis † vento, omne meri-
tum, & virtutem extinguit, & sic dicta ope-
ra bona fumigant pessimo fumo superbiæ,
adeo naribus DIVINIS exoso.

Non est mirandum, quod Cainus propter
146 inuidiam, Iudas Iscariotes † propter auari-
tiam, Purpuratus Epulo ob gulã, Virgines Fa-
tuæ per socordiam, & infiniti alij propter di-
uersa mortifera peccata in æternum in Infer-
no relegati sunt. Sed illud est mirandum, &
147 centies † admirandum, quod non pauci
propter opera pia, & propter operationes bo-
nas, & virtuosas, & nobilissimos labores, in
sempiternum in ardoribus æternis inclusi sint
O quàm bene id monuit nos Gregorius fa-
148 ctorum † præclarorum gloria, Magnus, sed
dignitate Maximus *in Homil. super Matth. cap. 21*
ibi, *Sæpe vos Fratres Carissimos admonui praua*
149 *opera fugere, † & Mundi inquinamenta deuitare,*
sed hodierna die Sancti Euangelij lectione compellor
150 *dicere, vt bona opera, quæ facitis, † magna cau-*
tela timeatis, ne propter hoc, quod à vobis bene agi-
151 *tur, appetitus laudis † subrepat, & quod foris osten-*
ditur, intus à mercede euacaetur &c.

Superborum meta, & superbiæ finis est In-
fernus ibi. Superbi cognoscent quam stulte, ac
noxie errauerint, & quantum à fumo Super-
153 biæ fuerunt turpiter ex cœcati, † audiamus
Oraculum Diuinum in Sapient. cap. 5. vbi descri-
buntur eorum lamentationes, ibi.

Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis, &
ambulauimus vias difficiles, Quid enim nobis profuit
superbia?

Vere lamentantur, quid sane eis profuit Su-
perbia, sanè ad nihil eis profuit superbia, nisi
154 ad mercandum ipsum Infernum, † in quo
vanissimi homines in æternum totis gehen-
nalibus incendijs ardebunt, brumali frigore
algebunt, & omnibus tormentorum machi-

155 nis misere, & † in sempiternum ex carnifi-
cabuntur, & ista est infelix mercatura illa, qua
mediante, superbia adepti sunt, O turpissimũ
lucrum, O deploranda acquisitio, O infamis
156 questus, O infelices, & infelicissimi super-
bi etiã ab ipsis inimicis amare deplorandi. Ad-
miratione quidem dignum est, quod superbi
157 damnati in inferno † iuxta propriam confes-
sionem, de qua supra, scilicet *Lassati sumus in*
via iniquitatis & perditionis & ambulauimus vias
difficiles, Quid nobis profuit superbia? magis
158 enim conqueruntur & cruciantur† de labo-
ribus toleratis in via iniquitatis, & superbiæ.
Itaque leues videntur eis tormenta, quæ in
159 Inferno actu intollerabiliter † patiuntur, &
quasi de illis obliti, nihil de eis conqueruntur,
& tantum solum excruciantur de laboribus in
via superbiæ exanthlatis. Siccine acerbius tor-
160 quentur, de præteritis superbiæ † incommo-
dis, quam ob præsentia mala gehennæ tor-
menta. Superbia quidem res plena est labo-
161 re, & molestiæ, arduum † est iter ad glo-
riam mundanam aucupandam.

Carò enim superbia honores emit, cui la-
162 bori † parcit, qui inani gloriæ studet, vt
ventosissima captet. O quàm miserè angit
163 qui angustos honores & † acclamationum
inanes voces ambit. Conclusio enim est, quod
finis superborum est amittere Regnum om-
nium seculorum Beatitudinis æternæ, & me-
164 diantibus tot † sudoribus, vigilijs, angu-
stijs &c. in via superbiæ passis quasi pecunia
numerata emunt in sempiternum dolores, &
angustias pœnarum Inferni.

O Stoliditas humana? O Stultitia superbo-
165 rum? non risu, sed † amaro fletu inconso-
labiliter deploranda, quid enim profuit su-
perbis, in hac lacrymarum Valle captasse am-
bitiosas, fumosas & ampullosas memorias,
in præconizando opera bona, pia &c. cum
tubis tropheorum, armorum, & inscriptio-
num, in marmoribus, & metallis inscripto-
rum. Considerando, quod infra breue tempus
166 ab hoc quis Mundo† abscessurus est, & num-
quã amplius hic redibit, & vbi per totã æter-
nitatem, manebit, intollerabiliter excarnifi-
catus erit, & vbi non erit laudabitur. Qui-
167 dẽ amaro † flectu vociferare possunt super-
bi, sicuti dixi, Quid nobis profuit superbia?

Qui enim vult, vt DEVS munificus noster,
qui videt in abscondito retribuat merita ope-
168 rum † bonorum, necesse est vt solũ DEVM
habeat spectatorem, & non homines, itaque
Gallinæ non sunt imitandæ, quæ quamuis
169 quærunt se abscondere † dum oua parere
volunt, attamen vix eis partis, statim in can-
tum erumpunt, gragillant, ac obstrepũt, si
170 tamen ille cantus sit, sed † singultus. Igitur
sine strepitu, sine iactantia opera bona pera-
genda sunt.

Benignus enim DEVS noster illis qui in
171 occulto opera meritoria faciunt, cum † ipsi
lateant, & ipse illos prædicat tota curia Cæ-
lesti præsente, O quàm magis canora est Tu-
172 ba Clementiæ Diuinæ, quam illa † pauco-
rum hominum, qui enim desiderat debilem
tubam humanam, quæ parum à longe audi-
tur, & tunc Tuba CHRISTI, quæ vbique ob-
173 rumpit, & strepit, † in totum, silebit, Imo
dicti vanissimi homines, amare sentient ab
174 ore Altissimi, Illud amarum dictum. *Re-*
cepistis mercedem vestram, & illud, *Recordare quod*
recepisti bona &c.

Hinc ipse Benignus DEVS noster paterne
monuit *apud Matth. c.6.* ibi, *Attendite ne iustitiã*
vestrã faciatis corã hominibus, vt videamini ab eis &c.
175 Attendite, *inquit S. Ioannes Chrysostomus*, quasi
ab insidiosissimo aliquo serpente. Attendite,
176 dicit *Theophilatus* † quasi ab aliqua magna
bestia, ne vos deuoret. In hoc enim consi-
stit punctus totius philosophiæ Christianæ,
177 cauendum † ab hominibus velle laudari, ti-
mendum magnificari, erubescendum hono-
rari. Omne enim, quod bene operamur, non
nobis attribuere debemus, sed à vero fonte
178 omnium bonorum, à quo omnia† deriuant,
recognoscere debemus. Non erit quidem si-
ne honore, & laude, qui propter DEVM,
spernit honores, & laudes. Zelanter ergo ca-
uendum est ab ipsis oculis hominum tam-
179 quam ab oculis Basilisci † qui, & cum solo
visu solet interficere, & infigere homines, si
180 ipse prius eos inspiciat † vt Indagatores re-
rum naturalium attestantur.

Vestes ex lana fabricatæ, aperto aeri solent
181 exponi quandoque, ne † diu clausæ perma-
nentes, à tineis corrumpantur. Totum op-
positum seruatur in schola spirituali, nam ea,
quæ laude digna sunt, exponi non debent, vt
videantur ab hominibus, quia sic tuta erunt,
alias dum foris erunt exposita à tineis super-
182 perbiæ, corrupta erunt, quare † opera pia
in humilitatis armario abscondenda sunt, vt
tantum videantur ab eo, qui videt in ascon-
dito, & occulto.

Si igitur vera sunt supradicta, pro vt sunt
verissima. Vnde prouenit quæso inuentio,
seu chimera illa quã cernimus passim appo-
ni insignia, & inscriptiones in operibus pijs,
183 vti tetigi supra, † ita vt quis hoc modo per-
dat totum meritum, & vendunt quasi sub
hasta ad clamorem Tubarum, gratia vnius
auræ popularis meritum suorum bonorum
operum, *& facit text. in argumentum sumptum in*
leg. 2. ibi, *Munificentiæ suæ fructum de inscriptione*
nominis sui &c. ff. de oper. public. in punct. casus
nostri ratiocinatur *Thom. Act. in tract. de Lud.*
Schacor. quæst. 10. principal. num. 4. ibi, *plures hac*
tempestate sacella DEO dedicant inanem gloriam
quærentes, ideo sæpe ex sola inscriptione nominis sui
perditur meritum &c.

Apud Nos receptum est, quando aliquod
opus pium fit, & super eo apponuntur insi-
184 gnia † facientis, ipse perdit meritum, pro
vt tradit *Geminian. in can. duæ sunt. circa med. n. 2.*
45. distinct. quem refert, & sequitur *Bernard. de*
Landriou. in apostil. ad Abbat. in cap. dilecta de ex-
cess. prælat. in verb. possit sumere vers. Item adde,
quod illi, qui construi faciunt Ecclesias, & ibi po-
nunt signa sua habent meritum &c. Barthol. Cassan.
in Cathalog. Gloriæ Mundi part. 1. considerat. in fin.
vers. Aduerte tamen, quod ponentes arma sita, in

Eccle-

*Ecclesiis, quas faciunt aut in Ornamentis, quæ do-
nant Ecclesiis, perdunt meritum &c. quos secuta est
Rota in causa Gerunden. Sacristiæ 15. May 1634.
coram bon. mem. Dunozetto Decano §. Non obstat
vers. vt testator perdat meritum, pro vt perditur,
quando in opere pio apponuntur insignia &c.* Addo
*Molin. iu tractat. de primogen. Hispan. lib. 2. cap. 14.
num. 49. vers. Aduertendum est, quod illi, qui faciunt
in ornamentis, quæ Ecclesiis donant, vel in Capellis
quas construunt, apponere arma sua, perdunt meri-
tum.*

Scio equidem, id solùm procedere, quan-
185 do armorum appositio † fit ex iactantia vel
inani gloria, secus si ad alium finem, quia
in hoc est attendenda intentio facientis, *vt de-
clarat Felin. in cap. 3. sub num. 1. in fin. de probat.
Purpurat. in l. 1. num. 156. ff. si cert. pet. & admisit*
Rota *in relata decisione Gerunden. Sacristiæ*. Vbi
fuit responsum cessare talem iactantiam &
inanem gloriam, respectu testatoris, qui or-
nauit, vt cuidam Ecclesiæ multa paramenta
186 sacerdotalia† donarentur in quibus ex man-
dato executorum (qui super tali negotio am-
187 plissimam potestatem habebant à testatore)
apposita fuerunt insignia ipsius testatoris, &
sic cessabat omnis iactantia, quo ad ipsum
188 quia † post mortem, non adest amplius tē-
pus inaniter gloriandi. *vt inquit Abulen. lib. 3.
regular. cap. 18. quæst. 13. vers. ad hoc debet homo. lit-
tera E.* Sed relinquendo casum istum, quan-
do quis est iam mortuus, & insignia ponun-
tur in opere pio ex mandato executorum, in
quibus terminis non loquor.

Sed quando quis est viuus, & apponit signū
189 tunc † potest esse & id non nego, vt bono
zelo moueatur ad id peragēdum, scilicet, quis
moueatur vt alios proprio exēplo ad similia
190 pia peragenda, † sic pro incitamento virtu-
tis, & munificentiæ aliorum. Vel vt inuitet
191 fideles † ad glorificandum DEVM, iuxta
illud Euangelicum apud Matth. cap. 5. ibi, *Vt
videant opera vestra bona, & glorificent patrem ve-
strum, qui in Cœlis est.* Atque eo magis est di-
cendum, si personæ sint insigniores, & ma-
192 xime sacræ, † quæ sunt Luces Mundi, &
sic relinquant aliquam honestam memoriam
operum pietate redolentium, summe pre-
193 clararum † ad exemplum, & in ædificationē
corporis Ecclesiæ. Attamen generaliter lo-
quendo supra relata prorsus ad DEI iudicium
194 spectat, qui solus † de occultis indicat *cap.
can. erubescant ad fin. 32. distinct. glos. 1. in can. si
omnia 6. quæst. 1. cap. vt nostrum vt Eccles. benefic.
sine dimin. &c. cap. tua nos in fine de simon. cap. à no-
bis il 2. de sentent. excomm. cap. tua de spons. cap. 1. de
clandest.*

Nos verò per externa, deuenimus ad aliqua-
lem cognitionem internorum, arbor enim,
195 cuius † speciei sit cognoscitur ex fructibus,
Quoniam animus ex extrinsecis, factisque
declararur, *est optimus text. in l. si seruus plurium
§. fin.* ibi, Manifestauit, notumque fecit sine
dubio professione certissima, &c. *si de natural
liber.* vide *Aym. in consil. 101. num. 11. & cons. 359
num. 11.* Cacheran. *decis. 90. num. 19.* Mandos.
cons. 79. num. 7. & 8. Barbos. *assiomat. 52. num. 8.*

Quomodo argumentari poterit, intentio-
nem occultam alicuius esse, qui dat eleemo-
199 nam † aut alia opera pia facit, fuisse tantum-
modo purum zelū, & amorem erga DEVM
eiusque honorem, si canat tubam prædicta-
197 rum actionum, † per impositionem nomi-
nūm, cognominum, stemmatum, inscrip-
tionum &c. vt rapiat occulos videntium
necnon posterorum, vt sciant, ipsum ta-
les actiones pias reliquisse, & si intentio bona,
198 est occulta, quare demonstrationes sunt pu-
blicæ, & omnibus expositæ.

In Iure est satis decantatum illud axioma
199 quod posterior actus, † veritatē ante gesto-
rum aperit, & sic ex sequentibus colligitur,
qualis fuerit animus in præcedentibus *l. sed
Iulianus §. proinde ff. ad S.C. Maced. l. si seruus plu-
rium, §. fin. ff. de legat. 1. l. cum quis. vers. neque enim
est verisim'le. C. de natural. lib. & leg. quis adulterij
C. ad leg. Iul. de adulter. §. Pauonum Instit. de rer.
diuis.* Sed sanè, Triste est amanti DEVM,
200 alia contemplari, † & sic facienti aliquid in
honorem DEI, quærere deinde eam Mundo
propalare quoniam.

201 *Amator † vanæ gloriæ, nescit diu tacere.*

Apponere insignia, seu arma in quolibet
opere, quod quis facit, apud Gentiles tam-
202 quam † nimia iactantia, etiam fuit habita.
Hinc Traianus Imperator, quamuis aliàs in-
ter optimos Imperatores maximè celebratus
fuerit, tamen quia consueuerat, passim
203 in omnibus † suis ædificijs, alijsque præ-
claris operibus, nomen, stemmata sua, &
similia apponere, communiter à Populo Ro-
mano nuncupabatur *herba parietaria* quod &
retuli *in discursu part. 4. recent. tom. 3. nu. 219.* Vbi
204 etiam monui, quid ponere deberent Prin-
cipes in eorum ædificijs, nempe.

*VANITAS VANITATIS, ET OMNIA
VANITAS.*

Et sic laude, & non lusu digni essent. Sanè nul-
205 la tanta est † humilitas, quæ dulcedine glo-
riæ non capiatur, *vt inquit Valex. Max. de Me-
morabil. lib. 8. c. 16.* Heu, nihil sane difficilius est
206 quàm omnem calcare gloriam, † idque co-
ruo albo rarior erit, Narrat *Plin. lib. 17. natu-
ral. cap. 25.* & inrer prodigia connumerat
quia reperta fuit vitis, quæ fructum produxit
sine folijs, ita & inter prodigia recenseri po-
test homo opera bona faciens, & humilis, qui
297 sciat ita sacras illas merces negotiari, † vt
nullum sentiat vanagloriæ seu iactantiæ pessi-
mum fumum.

Rursus refert idem *Plin. d. c. 25. quod est de pro-
208 digijs arborum*, se vidisse † ficum, & malum
punicum, stirpe, & non palmite, aut ramis
fructus tulisse, atque id inter prodigia ponit,
ita, & nos, hominem inter prodigia ascriba-
209 mus, qui occultet opera sua † bona, & non
superbia vexetur.

Omnibus insidet opinio sui, viuitque etiam
209 in optimis quibusque, † viris, nescio cuius
gloriæ aculeus, qui perrarò, ita in plenum

emoritur, vt nulla supersint semina, quæ fo-
210 ras in herbam, & † fruticem non exsurgant.
Passim multa, & quidem acerba quis superat
in via DOMINI, sed iste postea superatur à
Superbia. Post enim triumphum in schola spi-
212 rituali tunc timendum est magis ne a † glo-
riæ triumpho superetur. Nam, vt animaduer-
tit *Gregorius ille Magnus, Romanus Pontifex in*
lib. 10. Moral. Sub hoste, quem quis debellauit,
213 moritur triumphator, dum de tali † trium-
pho eleuatur, *& secundum S. Augustinum in libr.*
confession ait. Sæpe homo de ipso Vanagloriæ
contemptu gloriatur, non enim eum contem-
214 nit, † dum gloriatur intus de gloria, quam
amplexatur. Itaque post victoriam, magis
est, in schola spirituali, timenda ruina. Hinc
monuit *Idem Gregorius Magnus lib. 6. Moral.* Qui
215 bene viuit, valde timere debet † ne despectis
alijs, de gloria virtutis singularitatis eleuetur.
Alexander Magnus postquam vicit, & de-
bellauit potentem Regem Darium, persua-
216 sus † fuit à suis amicis, vt filias, & vxorem
Darij, forma elegatissima aspiceret, quibus
sic prudenter respondit, *Turpe futurum, est qui*
217 *vicissit homines, † postea ipsi Victores vicerentur à*
mulieribus Sic asseri potest in via spirituali, Tur-
pe futurum, quod qui vitia debellauit, &
218 opera meritoria operatur † postea à rea fœ-
mina superbiæ ipse prosternatur.
Hoc est, quod valde formidabat Paulus
Apostolus, vt ipse met attestatus fuit scriben-
219 do ad Corinth. 2. cap. 12. ibi, *Ne multitudo re-*
uelationum, extollat me. Exclamat, & contre-
miscit totus ad hoc Magnus Pater S. Augusti-
220 nus. *Quis † dicit ne extollat? O terror O terror?*
Igitur Paulus Apostolus cum apparitionibus
221 CHRISTI vocatus † ad Euangelium, Igitur
Paulus Apostolus cum impositione manuũ
222 Ananiæ repletus Spiritu † Sancto, Igitur
Paulus Apostolus electus Vas electionis, vt
prædicaret coram Regibus Terræ nomen
IESV, Igitur Paulus, Coapostolus Beati Pe-
223 tri Principis Apostolorum, Igitur † Paulus
Apostolus, fundator tot Ecclesiarum, Auctor
tot doctrinarum, ter flagellatus propter fi-
dem, ter naufragatus ob charitatem, semel
224 lapidatus opprobriose. Igitur † Paulus
Apostolus, rapitus ad tertium Cœlum, timet
225 insultum superbiæ? Et ille animus qui pro-
uocauit gladios Tiranorum, angustias mortis,
226 agonias famis, assaltus Satanæ, dubitat præ-
cipitare in abijsso superbiæ.
Quis ergo se tutum dicet a catenis vitij su-
perbiæ sic vniuersalis, dum etiam aperte vi-
227 demus tot † Angelos captiuos, & conuer-
sos in horrendos Diabolos propter tale vi-
tium. Videatur infra.

RESIDVVM

Summarij Discursus

Ad Iuris, & Pietatis Studiosos.

225 *Superbiæ tanta est monstruositas, vt quanto plus de ea dicitur, tanto plus restat dicere.*

226 *Superbiæ vnicum peccatum fuit causa innumerabilium malorum.*

227 *DEVS, superbientibus Angelis, tantum cogitantibus superbiam, non pepercit, & quid sperare possunt homines.*

228 *Peccatum superbiæ Maiestati DIVINAE summe exosum est.*

DEVS superbos multoties in momento commissi delecti punit. num. 229.

230 *Clericus, quidam superbus, cum audisset cantare illud Euangelij, Qui humiliabitur, exaltabitur &c. derisit tale dictum, & quid subito ei accidit.*

231 *Nam fulgur de Cœlo, statim venit, quod intrans os Clerici ridentis Euangelium, mortuus est.*

232 *in Cœlum non intrant Pauones.*

Superbi semper sunt banniti à Cœlo. num. 232.

DEVM irridentes non videbunt Cœlum. n. 232.

233 *Beatus est ille vir, qui timet DEVM.*

DEVM, qui non timet, infælix est. num. 233.

234 *Timoris DEI gratia, est prima gratia, quæ à DEO impetrari potest.*

235 *Timoris DEI gratia, est gratia gratiarum, & est exordium Religionis.*

236 *à DEI timoris gratia, omnia bona deriuant, & ipsorum est custos.*

237 *Casus refertur de quodam Theologo, qui euomit in DEVM superbia tumens horrendam blasphemiam, & quid accidit.*

240 *Eremita in puncto mortis descendit ad Infernum ob eius superbiam, & quomodo vide & num. 238. 239. 240. 241. & seq.*

241 *Latro quidam famosus, ob eiusdem contritionem, & quidem feruentem, in Cœlum recta via intrauit quamuis non fuit confessus cum subita morte obierit, & vide num. 243. 244. & seq.*

247 *Theologus quidam existens in extremis, volens disputare cum Dæmone, confidens de sua scientia, delusus fuit ab eo, & præcipitauit in Infernum, & vide. num. 248.*

252 *Theologus quidam excellens, propter eius superbiam damnatus, apparuit socio, & maledixit quando discere incœpit.*

253 *cum Dæmone nullatenus est disputandum.*

254 *Theologus quidam excellens in mortis agonia existens, aliud non respondit Dæmoni, cum interrogant, quid ipse credebit.*

Nisi, quod ipse credebat, quod credebat Sancta Ecclesia.

255 *Homo si haberet scuta 100. auri purissimi, & id certo sciret, stultus esset, si de hoc ipse dubitaret*

256 *de Fidei articulis, si quis dubitaret, protho stultus esset.*

257 *Fides Catholica ab infallibili veritate CHRISTI fuit publicata.*

258 *extra Ecclesiam Romanam nec est, nec dari potest salus æterna.*

259 *Ma-*

RESIDVVM

Discursus.

Ad Iuris, & Pietatis Studiosos.

225 SVPERBIAE tanta est † monstruositas, vt quantò plus de ea loquitur, tantò plus de eiusdem deformitate restat asserere,
226 Heu, innumerabilia mala, † ex vnico isto peccato, irreparabiliter obuenerunt, Nam ex isto alto præcipitio magna pars Sanctorum Angelorum, DEVS in momento, vt supra etiam diximus, in barathrum Infernale in æternum præcipitauit. Quam iustitiam DIVINAM ponderando *Humilis Bernardus Sanctus in Sermon. 1. de Natiuit. Domin.* Conuersus ad Homines, qui superbia toti tument. Sic contra eos inclamat. *Quid tu superbis? Terra, & Cinis, si superbientibus Angelis DEVS non peper-*
227 *cit, quanto magis tibi,* † *O putredo, & vmbra, Nihil enim ille fecit nihil ille operatus est, sed tantum cogitauit, & in momento præcipitatus fuit &c.*

O quantum abominabile est Maiestati DI-
228 VINAE hoc execrandum † peccatum superbiæ. Nam multoties videmus, quod subita vindicta, peccatum istud seuere punit. Prout accidit cuidam infelicissimo Clerico in Burgunda, qui fasto, & superbia totus plenus, existens in Ecclesia, & cum audiuisset
229 alta † voce canere dictum illud Euangeliũ. *Et qui humiliabitur, exaltabitur &c.* temerarius risum emisit, tamquam dictum illud verum minime esset, & dixit, Si ego humiliatus me essem meis inimicis, modo non haberem, tot præbendas, sed vix ista execranda verba, per-

tu-

230 tulit,† & subito venit fulgur de Cœlo,quod
intrans os eius putridum , dicto citius extin-
231 ctus remansit † miserabiliter, & in æternum
in æternis calamitatibus infernalibus,sepultus
fuit, & hoc ex nostris refert *Cassan. cons.1.n.70*
Sine dubio in Cœlum nō intrant Pauones,
vnde superbus semper à Cœlo bannitus erit,
232 sicuti deridentes DEVM,† pro vt fecit stul-
tus ille Clericus, Et sicuti, vt habetur in psal-
233 mo 26.; *Beatus † vir, qui timet DEVM &c.* &
sic e contra, infœlix ille, qui non timet Do-
minum, Et sic viduus reperitur gloriosa ve-
ste Timoris. DEI Nam, & Margarita Timo-
ris DEI, est prima gratia, quæ à benigna ma-
234 nu, † Munifici DEI nostri recipi potest. Be-
ne enim *dixit Sanctus Bernardus de Donis Spiritus
Sancti*, ibi, *Prima gratia est timor Domini, sine hac
gratia prima gratiarum,quæ est totius Religionis exor-*
235 *dium*, † *nullum bonum pullulare vel manere potest*
Sicut enim vbi non adest talis timor, id est
causa omnium delictorum, & sic timor DO-
236 MINI † est radix, & custos omnium bono-
rum. Plura circa hanc gloriosam gemmam
Timoris DOMINI,quàm sit prætiosa,& æsti-
manda *plura deducam infra in part.12. Decisionum
Recent. in Epistola dedicatoria*.

Aliud quoque non longe dispar addere in-
tendo exemplum, & est de Magistro Simo-
ne de Tornaco Parisijs in Theologia regens,
qui erat valde excellens Doctor sui temporis,
sed contra decentiam talis Officij superbus
erat. Hic cum super omnes Doctores Ciuita-
237 tis auditores haberet, † & in schola coram
omnibus de humilitate altissimæ doctrinæ
CHRISTI quæstionem disputationē habuis-
set, in fine tandem, superbia tumens dedit
miser in reprobum sensum; Execranda con-
tra benignum DEVM nostrum, blasphema
talia verba sacrilegè euomit, Tres sunt in
mundo, qui sectas suas subiugarunt, Moyses,
CHRISTVS, & Mohumettus, Moyses pri-
mū Iudiaicum populum infatuauit, Secundò
CHRISTVS à suo nomine, Christianos,
Tertiò gentilem Populum Mahometus, Nec
diu stetit insolens, & superbus iste pati
238 pœnas suæ † blasphemię,nam subito euersis
oculis pro voce humana, mugitum funeste
emisit, & Epiplesia elisus cecidit in terram
tertia die morbi vindictam accepit. Plaga
enim insanabili eum percussit Omnipotens,&
omni scientia, etiam prima literarum elemē-
ta, iustè priuauit, sed grauiori in anima,cum
hac plaga percussus fuit, nam vsque ad diem
mortis suæ mutus stetit, comparatus est iu-
mentis insipientibus. O quam timenda sunt
talia exempla. Atque hoc refert *Hen. Gran.
German. in suo specul.Exempl.distinct.5.miracul.99.*

Verum modo persistendo in terminis, vt
magis inculcem damnum, & magnam rui-
239 nam,alti præcipitij superbiæ,† Tremendū &
formidabile aliud exemplū de superbo Eremi-
to damnato ad Infernum, Necnon de con-
trito latrone ad Regnum Cœleste delato Re-
fert illud *Vvilhelmus Lugdunensis Episcopus.* fuit
enim quidam Eremitæ existens in Sylua non
240 longe† existens à quodam Monasterio infir-
matus fuit, & misit ad Abbatem ad effectum,
vt ad eum accederet, necnon Ecclesiastica
Sacramenta secum asportaret, Quare accedens
241 Abbas ad dictam Cellam, † cum suo socio,
portans secus Sacramenta Ecclesiæ, & cum
in via esset quidam Latro, qui audiens Cam-
panam paruam secutus est Abbatem, ferentē
Sanctissimum Sacramentum, qui peruentus
ad Cellam Eremitæ, & reputando se indignū
intrandi in dicto loco ob quamdam reueren-
tiam dicti Sancti Patris, ad Portam Cellæ re-
genuflexit, & postquam d. Eremita, confes-
sus fuit, atque stans latro in porta, cum hu-
militate cordis sui dixit Eremitæ, *O si essem*
241 *qualis es tu*. Et Eremita † in elatione mentis,
& complacentia sui ipsius dixit, *Et sane liben-
ter deberes velle esse. sicuti ego sum*, quo dicto
decessit Eremita.

Tunc socius Abbatis Monachus satis pro-
bus, & deuotus, amare cœpit flere, & dein-
de accidit, quod dum Abbas & Socius redi-
bant ad Monasterium, Latro ille tactus cordis
dolore intrinsico totus humiliatus, & con-
tritus penituit se peccasse, inuocauitque ip-
242 sum DEVM, † vt ei traderet veram cordis
contrictionem, & vitæ emendationem pro-
misit, sicuti etiam se confiteri illi Abbati, &
amplius non peccare proposuit, & pro pecca-
tis pœnitentiam assumere, quare sic velociter
cucurrit, vt suum desiderium sortiretur, effe-
ctū vt ex veloci, & precipitoso cursu cecidit.
243 Atque mortuus † remansit,quod in spiritu
videns Monachus ille socius Abbatis, qui an-
tea lacrymatus fuit amare, statim mortuo La-
trone illo, lætanter cœpit ridere, & festum
facere, Vnde hæc videns Abbas, quod prius
ille socius lacrimatus fuit, & deinde risit, vo-
luit scire, quid nam id significaret, Tunc re-
244 spondit † socius dicendo, prius fletus mei
causa fuit,quia post quam Tu communicasti
Eremitā illum infirmum,tuncLatro ille stetit
foris ianuam, & stans ibi prope, dixit illi, O si
essem, talis qualis es tu, & Eremita respon-
dit stans in elatione mentis, *Hoc libenter posses*
245 *facere*? quare cum, † & sic mortuus est, &
damnatus in æternum fuit,& ideo hęc viden-
do amare fleui,& quia Latro qui cucurrit vo-
lociter ad te, vt sua delicta tibi confiteretur
& ex magno cursu cecidit, & mortuus est &
246 venerunt Angeli, † & recto tramite, cum
magno gaudio, & letanter ad Cœlum dedu-
xerunt quia eius contritio tam magna fuit, vt
deleuerit pœnam, & culpam, & hæc fuit cau-
sa, quare risi & lætificatus sum, videatur Idē
Henric.Gran. Germ.in d.specul. Exempl.c.99. dist.5

Casus non longe dissimilis casui infausto
Eremitæ accidit cuidam alio, qui existens in
247 mortis articulo, multum de suis † viribus
præsumere voluit,& a superbia scietię inflatus
fuit delusus à Dœmone ac in Infernū pręcipi-
tauit, Narrat recol. me Cardinalis *Bellarminus
in Libro de Art.bene moriend.* quod in quodam
Collegio aderant duo Religiosi Socij non pa-
248 rum † literarum scientia conspicui, & erant
ex magnis literatis dicti ampli Collegii,Vnus
quorum cum vitam cum morte commutas-
set,

set, & post non multos dies, apparuit suo so-
cio, dum studebat sacram scripturam, sub for-
ma vnius flammæ ignis, quem obtestatus fuit
ex parte Altissimi DEI, vt ei patefaceret, quis
249 ipse esset, & respondit infelicissimus ille,
dicendo Heu? *Ego sum infaustus ille tuus socius,*
qui ex iusto DEI iudicio ad infernum in æternis pœnis
condemnatus sum, solum quia in extremis vitæ exi-
stendo, apparuit mihi Dæmon, & interrogando
me, *Quid ego crederem*, respondet ei, *Quod cre-*
debam in Symbolo Fidei, & illud Trinitatis Sancti
Athanasij, quo dicto replicauit Dæmon, quod
ipse scire desiderabat, Vtrum prius sit DEVS,
vt DEVS, vel DEVS vti Pater, & cum re-
spondissem, quod sicuti semper fuit DEVS,
sic fuit semper Pater. Sed ipse mihi tale ar-
250 gumentum † impugnauit, adducendo simi-
litudinem Patris terreni, nam sicuti in huma-
nis, Homo est prius homo, quam pater, ego
verò replicaui, quod id non poterat esse, quia
id erat hæresia, & disponens me illud velle
probare, incœpi argumentare cum eo, tam-
251 quam † esset vnus homo ordinarius, ipse
tamen tantum sciuit me fallere cum suis acu-
tis argumentis, & apparentibus rationibus,
quod ego incœpi dubitare de fide, & ad cre-
dendum falsitates, & vsque ad tale signum, vt
ego credidi, quod Filius, & Spiritus Sanctus,
non erant DEVS, & interim superuenit Mors
& ita ad Tribunal DIVINVM representatus
fui, & ab æterno Iudice in profundo Inferni
252 in æternum damnatus sum, † quo dicto ma-
ledicendo punctum, & horam qua discere in-
cœpit, miserabiliter disparuit, cum terrore,
& pauore sui socij.

Qui tremendus casus, statim fuit publica-
tus inter Sapientes illius Ciuitatis, & conclu-
253 sum fuit non esse disputandum † cum
Dæmone, paulò post ad mortem infirmatus
fuit ille Socius Theologus, & cum ei quoque
apparuisset Dæmon, & percontatus fuit ab eo-
dem quid nam ipse crederet, & ipse edoctus
optime a casu miserabili, & irreparabili, sim-
pliciter respondit, *Ego credo illud, quod credit*
254 *Sancta Romana † Ecclesia*, subiunxit astutus
Dæmon, *Quid credit Sancta Ecclesia*, replicauit
Moriens, *Credit, quod credo ego credo* Nec aliam
255 responsionem dare † voluit, & sic supra-
uentus à morte, saluatus fuit, & Dœmon
delusus fuit. Admonet Sanctus Bernardinus
Senensis ad hunc propositum, si aliquis ho-
mo haberet centum scuta auri finissimi, & de
256 hoc certus † omnino esset. Si modo iste du-
bitaret de puritate talis aurei, non esset stul-
tus, sed maiori stultitia notari deberet ille,
qui vellet dubitare de articulis Fidei, ab infal-
libili veritate CHRISTI publicatis, quid enim
257 aliud quærere, † aut dubitare volumus, Re-
mittamus nos hoc animo intrepido, & ge-
neroso ad nostram Sanctam Matrem Ecclesiã
258 Catholicam, & Romanam, extra † quam
non est, nec dari potest salus æterna.

Discamus modo (vt redeam in viam) ab
259 alienis malis, nostram præcauere † ruinam,
Sane si supra relatus miserabilis Eremita, &
deplorandus Theologus in Magno Humilita-
260 tis Archigymnasio † studuissent, cuius Ma-
gister est CHRISTVS, ipso mendicãte videli-
cet, *Discite à me, quia mitis, & humilis corde sum*;
261 Et omnis eius actio, & operatio † semper
eo tendidit, vt nos doceret humilitatem,
nam teste *Petr. Apostol. 5. cap. 5.* DEVS *superbis*
262 *resistit humilibus † autem dat gratiam*. Quare
vt dicebam, si tam d. Eremita cum ob bene
exactam vitam, in superbiam incidit, & d.
Theologus superbus, & fastosus erat ob fu-
mum suæ scientiæ, ambo nullatenus, sane
in Inferno præcipitati fuissent, & ibi in æter-
nũ in illis intollerabilibus pœnis persistebũt, &c.
(*O centies, & millies Infelices,*) manebunt. Sane
263 superbi † timeant æternum præcipitium,
nam in spiritualium profectu nihil egit, qui
nihil se esse non cogitat. Quis enim descen-
264 dendo † ascendit ad Cœlum, & ascendendo
descendit ad Infernum.

Redeundo modo ad terminos nostros, nẽ-
pe ad concludendum in materia exprobatio-
nis pessimi vitij superbiæ Vellem modo af-
ferre non nulla remedia contra tantum mor-
265 bum, † sed recuso id hic facere, quia valde
esset longum, & sane longa mihi restaret via
in hoc puncto & quia optimum pharmacum
ad sanadam tantam plagam, est ipsa, humili-
tas, quæ magnum tumorem superbiæ mede-
266 ri, † & sanare potest, Ideo cum humilitatis
materia magnam † requiret dotem, & sit re-
rum omnium pulcherrima, sane defraudare
267 sua dote, † nolo, nec eiusdem pulchritudi-
nem præterire intendo, sicque de ea disseram
tamquam in latiori campo in sequenti part.
11. recent. in discursu.

Coronidem hic in fine præsentis discursus
circa exprobationem superbiæ modo impo-
nendo, aliqua adducam in terminis legalibus
268 nam apud Leges † etiam exosa valde, est vt
tetigi supra Nam, & eam exprobant in Prin-
269 cipibus, cum per clementiam, & humili-
tatem DEI seruatur imitatio, Vnde in sum-
270 mis Cæsaribus † valde commendatur, *Vt*
habetur in leg. fin. C. de donat. inter vir. & vxor. &
in leg. Imperialis C. de nupt. Summe etiam Leges
humilitatem cupiunt in Iudicibus, seu Magi-
stratibus, & hoc ne miseri, & dementes liti-
271 gantes † deterreantur, & timeant petere Iu-
stitiam, *vt bene demonstrant ex nostris D. Regens*
Tapia lib. 2. de Iur. Regn. in rub. de offic. in Regn.
272 *constit. num. 20. & 39.* Iudices sane non † de-
bent esse arrogantes, vt probant *Mastrill. de*
Magistr. lib. 2. num. 61. ex nuper D. Staiban. Iun. in
suis Resolut Forens Resolut. 100. num. 243. vbi pro-
273 bat, quod Iudices mansuetè, † & non super-
bè, & non asperè debent tractare ipsos litigãtes
Quare Iudex humilis, & mitis erit, Vnde
274 quilibet debet esse alienus † à grauitate, *vt*
est textus in leg. si aliquam, ibi, non cum grauitate
&c. ff. de offic. Proconsul. Insuper arrogantia quis
omnino se spoliare debet *iuxta text. in l. vnic.*
275 ibi, *arrogantia † modis omnibus oprimatur &c. ff.*
de Carcer. priuat. Sicque Iudex omnibus huma
num, placidum, & humilem ostendere se
debet, *vt est textus aureus in §. si tibi quoque Auth.*
de mandat. Princip. Præueniant quippe Iudices
om-

omnes in amando. & in gratificando singulis, Et illud potissimum, & singulariter obseruent, vt sint faciles in præbendo aures litigantibus, cum eis nihil iucundius poterit accidere, Nam denegando audientiam Iudex
276 maximam partem defensionis tollit litigantibus, vt satis notum est. Benignitate quoque pollere debent Iudices. Hinc est præclarum monitum famigerati Philosophi Pythagoræ, qui scriptum reliquit, quod,

277 *Iudices non tantum prudentes esse debent, † sed quoque etiam benignitate pollere oportet &c.*

In benignitate enim multi Iudices nostri tẽporis deficiunt, Nam & dicere solemus, & hoc experientia ipsa comprobat, nempe, *Honores, & dignitates mutant mores, & qualitates*, sic, & plures Iudices dum sunt euecti ad aliquam
278 Iudicaturam tamquam essent † effecti alterius naturæ, vel speciei, omnes contemnunt, vel parum æstimant, & etiam eos, quos prius
280 non parum amabant, † & obseruabant, sed aduertant dicti Iudices superbi ne sint de illis contra quos inclamat Regius Propheta Dauid conuersus ad DOMINVM in Psalm. 17. ibi, *Oculos superborũ humiliabis*, In Iudicibus elucere potissimum debet *Iustitia, & Pietas*, Qui enim, est iustus satis superque seuerus dicitur, sed persistendo in terminis.

Ex supra relato quoque infausto fonte su-
281 perbiæ, prouenit, etiam quod † multoties Iudices, ex incurabili plaga, vt statim audiunt merita causæ, in animo imprimunt opinionem eisdem, bene visam, quæ est eo-
282 rum imaginatio, seu verius † obstinatio, à qua diuelli non possunt, cum magnas radices in eorum mente egerint, ita vt impossibilis iudicetur talis eradicatio, Vnde mediante superbia, in obstinatione persistunt, primam eorum damnatam, & minus veram opinionem defendendo, tamquam eam in ære,
283 vel in † marmore inscripserint, vel tamquam Vas, primùm aliquo odore imbutus, deinde postea eumdem retinet tenaciter.

Sic enim faciunt, vt dixi, supra relati Iu-
285 dices, dum mordice, † & obstinato animo quod semel apprehenderunt, apud eosdem est immutabile, ac inuiolabile. Ostinatio sane est defectus magnus, sed est maximus, si simus interminis nostris, nempe in ministrantibus Iustitiam, Istis enim quanto plura dicuntur, eo obstinatiores euadunt, contra quos inclamat *Oraculum Diuinum apud Zachar.* cap. 7. ibi, *Et cor suum posuerunt, vt adamãtem ne audirent Legem &c.* Certe, quando sub similibus Iudicibus Iustitia est administranda, †ea sane committitur sorti, vel fortunæ, cum ea dependeat ab illa prima impressione animi Iudicãtis, & sic in eiusdem pertinacia mentis Iustitia persisteret, recusando Iudex melioribus rationibus velle cedere, sed suis tantum adherere. Contremiscant enim dum, Paulus Apostol. sic eis minatur scribendo ad Rom. cap. 2. ibi, *Secundum enim duritiam cordis tui, thesaurizas tibi iram in die iræ &c.*

Quamobrem sane ex supra relatis bene ap-
287 paret, quod execrandum † vitium superbiæ longe debet abesse à Iudicibus, & hoc Leges non parum desiderant. Officium enim Iudicis assimilatur officio pij, & Zelantis patris.
288 Vnde † Iudex viscera paterna erga litigantes ostendere debet vt probat *textus in can. i. 23. quæst. 5.* ex Sancto Augustino sic asseuerante,
289 *Imple Christiane Iudex, pij patris officium, sic succensere iniquitati memineris, vt non in peccatorum atrocitatibus, exerceas vlciscendi libidinem, sed peccatorum vulneribus curandi adhibeas voluntatem, &c.*
290 Vnde, & Iudex † patris loco creandus est. *§. Interim & ibi glos. Auth. de defens. Ciuit.* & latè *Ioannes Franc. Pauinus de Visitat. par. 1. quæst. 10. num. 115. Plac. de Epitom. delict. cap. 22. num. 31.* Quod etiam sensit Aristoteles *lib. 8. Aethic. c. 10*
291 ibi, *Societas* (ait) *Patris cum Filijs, † Regni præsefert effigiem.* Eleganter Plinius Traianum Imperatorem laudans dicit eidem. *Ita cum ci-*
292 *uibus tuis quasi parens † cum liberis, viuis.* Et Stoicus Romanus Seneca *in tractat. de Clemen-*
293 *tia Principis*, (inquit) *Principi non minus † turpia sunt multa supplicia, quam Medico multa funera*, & congruunt versus illi Ouidus.

Si quoties peccant homines, sua fulmina mittat.
294 *Iuppiter, exiguo tempore inermis erit.*

Ideo dicit *Alciatus de præsumpt. regul. 3. præsump. 44. num. 3.* Quod Officium Iudicis magis exuberat in absoluendo, quàm in condemnando, & propterea licet absens non possit condem-
295 nari, tamen si constet † de eius innocentia potest absolui. Meminisse etiam bonus Iudex debet, quod *Anacletus Papa ait in can. si omnia 6.*
296 *quæst. 1.* Si omnia † in hoc seculo vindicata essent, locum Diuina Iudicia nõ haberent &c.

Tandem pro puncto finali huius discursus in execrationem horrendi vitij superbiæ facti, Generaliter canendo tubam receptui, enixe
297 peto, & suppliciter exoro, vt † caueamus à scelerata illa bestia superbiæ, fonte, & radice vitiorum, & malorum omnium, Et consideremus quod humiles recipiuntur in Cœlo
298 in æternis † tabernaculis, & cum, vt dixi. in Cœlũ non intrant Pauones, Quare superbi tamquam destinati in ignem ęternum, Cœlum numquam videbunt, Qui ergo primatũ Cœleste desiderat, sequatur humilitatem
299 Terrestrem† sicq; per abiectissima deuenitur ad Eminentissima Sed ò peruersitas humana
300 quamuis † homines per difficulter in altum ascendant, & facillimè descendant, tamen me-
301 diante superbia leuiter † ascenditur, & difficillime descenditur, Audiat quilibet sequentia verissima carmina.

Vere magnus est, qui sibi non videtur, cum sit.
Amittet omnia, qui cum dona accipit, non se dimittit.

INDEX CAVSARVM
IN QVIBVS FACTÆ SVNT DECISIONES
SACRÆ ROTÆ ROMANÆ,
IN PRÆSENTI PARTE DECIMA POSITÆ
Alphabetica serie dispositus.

Et primò per Diœceses: Secundò per Materias: Tertiò per singulos RR. PP. DD. Auditores.

C

Colo-

Pla-

Index Causarum per Diœceses.

S

T

V

Valen-

INDEX CAVSARVM DECISIONVM SACRÆ ROTÆ ROMANÆ PER MATERIAS.

A

B

Pisau-

C

Fie-

D

E

F

Inte-

H

I

L

Roma-

Con-

R

S

INDEX CAVSARVM DECISIONVM
PER SINGVLOS.
SAC. ROTÆ ROMANÆ AVDITORES
ALHPABETICO ORDINE COMPOSITVS.

Coram R. P. D. ARGVELLES.

Coram R. P. D. BICHIO.

Coram EMINENTISSIMO, & REVERENDISSIMO D. CARD. CELSO.

Acsi-

Coram REVERENDISSIMO P.D. CERRO

DECANO.

Index Cauſarum per ſingulos Auditores.

Luca-

Coram ILLVSTRISS. & REVERENDISS. D. MELTIO Episcopo PAPIEN.

Tibur-

Coram EMINENTISS. & REVERENDISS. D. CARD. PANZIROLO.

Coram R. P. D. PEVTINGERO.

Coram R. P. D. VEROSPIO.

Cala-

F I N I S.



NO-

NOTA
SACRÆ ROTÆ ROMANÆ,
AVDITORVM
CORAM QVIBVS EMANARVNT DECISIONES
Quæ in præſenti Parte Decima Recentiorum continetur,

Reverendiſs. P. D. CAROLVS CERRVS ROMANVS, Decanus.

R. P. D. ANGELVS CELSVS ROMANVS, poſteà S. R. E. Cardinalis.

R.P.D. COELIVS BICHIVS SENENSIS:

R.P.D. CHRISTOHPORVS PEVTINGERVS GERM.

R. P. D. FRANCISCVS GHISILERIVS BONONIEN. poſteà Epiſcopus Imolen.

R. P. D. GVTTIERES ARGVELLES HISPANVS.

R.P.D. HIERONYMVS MELTIVS MEDIOLANEN. poſteà Epiſcopus Papien.

R. P. D. IO. IACOBVS PANZIROLVS ROMANVS, deindè S R. E. Cardinalis.

R.P.D. LEO VEROSPIVS ROMANVS.

IN-

INDEX
ARGVMENTORVM
DECISIONVM,
SACRÆ ROTÆ ROMANÆ,
Quæ in hac Decima Parte Recentiorum continentur.
Vnà cum Indice Causarum per Tempora, vt iacent.

Anno 1647.

Lunæ 14. Ianuarij 1647. Tiburtina Fideicommissi. Arguelles.

ARGVMENTVM I. Fideicommissum absolutum, & perpetuum, ex quibus censendum veniat, quòd Testator voluerit constituere in domo, vel familia sua, ad instar Maioratuum, seù Primogenituræ, prout facere solent Hispani, aliæque Nationes.

Affluenter deducuntur plures coniecturæ, ex quibus Iudex tamquam peritus, & sagax venator poterit venari mentem Testatoris fuisse inducendi fideicommissum, siue temporale, siue perpetuum; Nam Iudex sequi tenetur voluntatem Testatoris, sicut Venator sequitur leporem, donec eum assequatur, & capiat.

Coniecturæ pro admissione fideicommissi, non debent, vti singulæ considerari; Nam sic non expenduntur in Nundinis Legalibus, cum non sint iusti ponderis, simul tamen vnitæ, & consideratæ, vires assumunt, cum vnio det robur; Et ideò coniecturæ ità vocantur, quasi colligaturæ, vndè colligatæ simul, & non de per se veniunt ponderandæ. In oppositum, opposita penitus deducuntur, vt ipse veritatis fulgor, & splendor magis, magisque sidarescat.

Lunæ 14. Ianuarij 1647. Auximana Prædij. Bichio.

ARGVMENTVM II. Depositum quando non est legitimum, danda est manutentio Assignatario; hinc latè discutitur, ex quibus depositum dicatur nullum, & quid agendum esset, si debitum partim esset liquidum, & partim illiquidum, an, inquam, pro tota summa sit faciendum depositum, aut tantum pro ea parte, in qua debitum est liquidum, pro residuo verò illiquido an Debitor teneatur præstare fideiussorem, plenissimè tractatur.

Lunæ 14. Ianuarij 1647. Acerrarum Pensionis. Ghisilerio.

ARGVMENTVM III. Pensio reseruata ad fauorem alicuius, cum clausula, *dummodò tertiam partem fructuum, redditvum, & prouentuum non excederet*, non potest pensionarius cogere ad soluendum possessorem beneficij, in quo dicta pensio reseruata fuit, antequam ab ipso iustificatus fuerit non excessus, & quare.

Mercurij 23. Ianuarij 1647. Sulmonen. Beneficij. Peutingero.

ARGVMENTVM IV. Præsentatio quando spectat ad Capitulum an omnes Canonici debeāt esse præsentes ad præsentandum, vel sufficiat quod fuerit facta à maiori parte Canonicorum latè discutitur. Patronorum possessio præsentandi dicitur præseruata per aliorum Compatronorum præsentationes, si alij compatroni solum pro sua rata, vel cum aliqua præseruatiua Iuris eorumdem Patronorum præsentassent; secus si simpliciter, & indistinctè præsentarunt, & quare.

Mercurij 23. Ianuarij 1647. Valentina Parochialis. Cerro.

ARGVMENTVM V. Examen Testium licet de stylo Rotæ in Curia denegari non soleat, tamen quando articuli sunt irreleuantes, & calumniosi etiam in Curia denegatur; si tamen articuli partim essent releuantes, & partim non releuantes, ad consulendum vtrique parti, admittuntur releuantes, reliqui verò calumniosi, & impertinentes reijciuntur.

Mercurij 23. Ianuarij 1647. Placentina Beneficij. Ghisilerio.

ARGVMENTVM VI. Patronorum possessio præsentandi non probatur ex nominatione, quæ suum non fuit sortita effectum; Vndè si præsentatus fuerit immissus in possessione, & recognitus in Dominū à Conductoribus bonorum, & etiam per duos menses retinuerit possessionem, tamen si postea fuit à possessione eiectus; & alter fuit prouisus à sede Apostolica, constituitur Papa in quasi posses-

sione

strum factum de beneficio, quando dicatur violatum. Verba non sufficiunt; vbi opus est facto. Sequestri violatio an sapiat delictum clausula, *refectis expensis*, actualem requirit satisfactionem. Absolutio conditionaliter concessa, nihil operatur, nisi realiter adimpleta conditione.

Veneris 8. *Februarij* 1647. Portueñ Stagni. Verospio.

ARGVMENTVM XVII. Iustificatio possessionis dum non habetur, tunc est quasi delinare, si petatur manutentio, & discutitur an probata remaneat ex locationibus peractis, & à decreto manutentionis à Iudice facto, enim nullitas possessionis etiam in summarijssimo possessorio opponi posse firmatur.

Veneris 8. *Februarij* 1647. Romana Fideicommissi de Zephiris. Bichio.

ARGVMENTVM XVIII. Substitutio reciproca, vt censeatur inducta tria coppulatiuè debent concurrere, primò, quod illi inter quos prætenditur reciproca sint vocati, secundò, quod substitutio sit facta vltimomorienti, tertiò, quod sit facta in tota hæreditate. Vndè in præsenti casu omisso primò requisito, quod non cotrouertitur, quia positi in conditione ex dispositione Statuti Vrbis lib.1.cap.142. cẽsentur vocati, disputatur acerrimè an substitutio facta deficientibus masculis, equipolleat debitæ expressioni vltimi morientis, & an substitutio facta per verba indefinita in bonis intelligatur de omnibus bonis, & sic de tota hæreditate.

Lunæ 11. *Februarij* 1647. Calaguritana prætensi Matrimonij. Meltio.

ARGVMENTVM XIX. A sponsalibus meritò recedi potest iusta, & legitima subsistente causa, quarum quamplurimæ hic numerantur; iustissima autem causa esse dicitur fornicatio mulieris, quæ benè probata remanet ex testibus specificè deponentibus de auditu, & à quo audierint.

Et maximè iuncta publica fama, & alijs adminiculis, & coniecturis, cęterisque actibus præparatorijs, proximè proportionabilibus, congruis, & ordinatis ad copulam, de quibus latissimè tractatur, & licet ista per se non essent sufficientia, tamen simul iuncta sufficere firmatur.

Lunæ 11. *Februarij* 1647. Romana Fideicommissi seù Attentatorum. Arguelles.

ARGVMENTVM XX. Attentata dicuntur omnia gesta pendente termino ad appellandũ, & si dubitari contingat, an appellatio esset admittenda, vel necne, & postea per Signaturam admittatur, omnia gesta etiam ante appellationem sunt attentata, quia appellatio per Signaturam commissa, declarat sententiam vsque ab initio fuisse appellabilem.

Verum, quia attentare quis non dicitur quãdo post obtentam possessionem recurrit pro manutentione iuxtà vulgatam regulam, qui continuat non attentat, ideò disputatur acerrimè an, & quando quis dicatur continuasse ad effectum excusandi attentata.

Veneris 15. *Februarij* 1647. Nepesina Pecuniaria. Verospio.

ARGVMENTVM XXI. Dos probatur soluta per confessionem Mariti de recepto quando præcessit promissio, & confessio Mariti, probat non solum contra illius hæredes, sed etiam contra creditores, & quoscumque tertios possessores, & ex quibus adminiculis confessio Mariti de dote recepta obtineat vim veræ numerationis, nonnulla deducuntur. Valor rei licet sit variabilis ex tempore, tamen ex spatio trium annorum non mutatur dum causa mutandi pretium non intercessit.

Veneris 15. *Februarij* 1647. Hispaleñ Decimarum. Meltio.

ARGVMENTVM XXII. Decimas exigendi ab omnibus, Capitulum, Parochus, seù, &c. habent intentionem fundatam ex assistentia iuris; Vndè qui circà illarum solutionem dicit habere exemptionem à Pontifice concessam, debet ostendere, quod expresè fuerit derogatum, *cap. nuper de Decimis*, aliàs non suffragatur.

Item si dicat esse exemptum, ob præscriptionem, vel immemorabilem, debet coarctare negatiuam, & ostendere scientiam, & patientiam capituli non exigentis, quæ scientia, & patientia, quando allegari non possit latissimè tractatur.

Lunæ 18. *Februarij* 1647. Calaguritana Beneficij de Comago. Verospio.

ARGVMENTVM XXIII. Restitutio in integrum aduersus rem iudicatam benè conceditur vbi concurrit iniustitia sententiæ, quæ detegitur iniusta vbi qualitates in illa suppositæ non subsistunt. Vndè in præsenti discutitur, ex quibus rectè elidantur Sacerdotij antiquitas, Doctoratus assecutio, & maior habilitas circa scientiam ab Examinatoribus approbata, cum alijs ab vno ex colligantibus in sententia deductis.

Lunæ 18. *Februarij* 1647. Marsiceñ Iurisdictionis. Bichio.

ARGVMENTVM XXIV. Sententia ob non interpositam appellationem transit in iudicatum, & aduersus illam non datur restitutio in integrum, si non constat de nullitate, & iniustitia, quo circa disputatur in præsenti, an, & quando de nullitate constare non dicatur etiam si acta non sint transportata, & lata sit sententia cõtra sententiam absque eo, quod prima non fuerit infirmata. Item ad effectum excludendi iniustitiam latissime tractatur, ex quibus Episcopi Iurisdictio resultare dicatur, ita vt non dicatur inferiori acquisita per consuetudinem immemorabilem, & hac de causa fusissimè explicatur ex quibus probata remaneat immemorabilis necne.

Mercurij 20. *Februarij* 1647. Gerundeñ Canonicatus. Ghisilerio.

ARGVMENTVM XXV. Papa licet possit præuenire Ordinarium Collatorem cum sit Ordinarius Ordinariorum, & in beneficialibus habeat absolutam potestatem, tamen in dubio id non præsumitur, & propterea omnis narratiua est ante omnia iustificanda.

da. Hinc si quis à Sede Apostolica impetrauerit beneficium tanquam reseruatum de quo fuit alter ab Ordinario prouisus.

Latissimè discutitur, an Papa voluerit præuenire Ordinarium Collatorem, vel prouidere de beneficio tanquam sibi reseruato? quod ex tribus potissimum clausulis appositis in litteris Apostolicis dignosci posse demonstrantur, ideòque earum natura, & virtus explicatur.

Mercurij 20. Februarij 1647. Romana Permutationis. Bichio.

ARGVMENTVM XXVI. Promittens aliquam aquæ quantitatem semper manutenere, & euentum, in quem illa in totum, seù in partem deficeret ex quauis causa restituere pretium, & teneri ad omnia damna, & interesse, an excusari possit, ex quo aqua iuxtà naturalem cursum modo fluere, & modo detinere soleat, & in casum deficientiæ an prius agendum sit iudicio manutentionis, & deinde executiuo pro pretij solutione, & quoad vtrumque responsio est negatiua, & in cõtrarium adductis plenissimè satisfit.

Mercurij 20. Februarij 1647. Romana Officij Notariatus. Peutingero.

ARGVMENTVM XXVII. Actus semper referendus est ad titulum præcedentem, & qui intendit eum referre ad diuersum titulum, id probare debet, effectum ea, quæ non habuerunt, non habentur in consideratione; Protestationes ex quibus declarantur, & non attenduntur, illæ quæ sunt contrariæ facto.

Lunæ 25. Februarij 1647. Vercellen Prioratus. Peutingero.

ARGVMENTVM XXVIII. Pro Attentatorum reuocatione in Decisione respondetur, quorum probatio ex quibus deducatur, & concludenter ea demonstrantur per plura hic adducta. Acta, quæ sufficit transportare pro Attentatorum reuocatione.

Lunæ 23. Februarij 1647. Romana Domus. Celso.

ARGVMENTVM XXIX. Emphiteusis deuoluitur ad Dominum directum, vel ob canones solutos, vel ob lineam finitam; quo circa in præsenti discutitur, primò an Minor, seù Mulier absens non soluendo canones, sed assignando pensiones Domino directo, qui acceptauit obligationem Inquilini de illis soluendis cadant ab emphiteusi;

Et an Concessio facta Clerico pro se filijs hæredibus, & descendentibus quibuscunque intelligatur de hæredibus, & successoribus extraneis; & resolutio quoad vtrumque est affirmatiua, & in contrarium adductis plenissimè satisfit.

Lunæ 11. Martij 1647. Maceraten Saluiani. Corrado.

ARGVMENTVM XXX. Immissio ex vtili Saluiano interdicto conceditur vbicumque tria concurrunt, scilicet creditum cum hypoteca, possessio debitoris de tempore contractæ obligationis, & possessio Rei conuenti omissis secundo, & tertio requisito, quia facillimè iustificantur; acerrimè discutitur an, & quando confessio mariti de dote recepta, emanata constante matrimonio probet solutionem, & quatenus sic, an retardare possit immissionem præscriptio viginti annorum. excussio bonorum specialiter hypotecatorum, & retentio emptoris pro pretio soluto, & opinio est negatiua, & in contrarium adductis plenissimè satisfit.

Lunæ 11. Martij 1647. Nuscana Canonicatus. Arguelles.

ARGVMENTVM XXXI. Executio litterarum Apostolicarum retardari non potest per exceptiones leues, & turbidas interquas, an connumerari possit Collatio Canonicatus de quo agitur facta ab Ordinario vigore alternatiuæ; Fundatio eiusdem Canonicatus ex redditibus aliorũ beneficiorum quorum libera collactio spectabat ad Ordinarium. Electio personę ad dictum Canonicatum pertinens ad Capitulum, iuxtà formam Concil. Trident. sess. 25. de reform. cap. 9. & demùm impetratio eiusdem Canonicatus absque mentione litis, & curæ Animarum, & resolutio est affirmatiua, clarissimè, & distinctè vnicuique ex obiectis exceptionibus respondendo.

Lunæ 11. Martij 1647. Ferrarien Pensionis. Ghisilerio.

ARGVMENTVM XXXII. Pensio imponi non potest in aliquo beneficio vltrà medietatem fructuum illius; quæ salua pro titulari remanere debet, quo circa ad effectum inspiciendi huiusmodi excessum, in præsenti disputatur an Episcopus teneatur producere, & exhibere libros mensæ Episcopalis super toto redditu, & exitu annuo, vel potius sint eligendi Periti ad effectum calculandi partitas dictorum librorum, & de eis facere bilancium, & quoad primam partem dubij resolutio est affirmatiua quatenus Episcopus de eis vti velit, negatiua, verò quoad secundam, & vnaquæque quamplurimis rationibus, & authoritatibus comprobatur.

Veneris 15. Martij 1647. Interamnen Fideicommissi. Meltio,

ARGVMENTVM XXXIII. Bona fideicommisso subiecta vigore, *Auth. res quæ, C. commun. de leg.* benè alienare possunt tam constitutione dotis, quàm pro illius restitutione, verum quia dicta *Auth. res quæ*, est remedium subsidiarium, ideò declaratur hic ad quem spectet onus probandi existentiam bonorum liberorum.

Veneris 22. Martij 1647. Leodien Præpositurae Tongren. Cerro.

ARGVMENTVM XXXIV. Manutentio, quia non cõceditur sine possessione, ideò disputatur hic an sufficiat possessio instrumentalis capta non citato possessore, qui eo tempore reperiebatur immissus ab Ordinario in administrationem Præpositurae de qua agitur, tamquam ad eam, electus in paritate votorum cum altero a Capitulo, per facultatem illi à Pontifice concessam, & resolutio est affirmatiua, quia Administratores sunt tamquam Oeconomi, qui tamdiù Ecclesiam seù beneficium detinent, quamdiù aliquis de

eo

Lunæ

Lunæ 20. Maij 1647. Romana de Marescottis. Ghisilerio.

ARGVMENTVM LIV. Concessione facta per Principem ad fauorem filij familias, Pater ratione patrię potestatis non potest quidquam prætendere. Hæredis institutio facta per verba, *in omnibus autem alijs bonis*, num prælegata compræhendat.

Lunæ 20. Maij 1647. Romana Domus. Peutingero.

ARGVMENTVM LV. Bona in emphyteusim concessa ex pacto, & prouidentia, sunt inalienabilia, neque efficiuntur hæreditaria vigore clausulæ ad habendum in inuestitura appositæ quando dicta clausula aliquo modo per aliqua verba restringitur,& licet dicta bona alienari possint à primò acquirente, id tamen intelligendum venit in primò acquirente ex causa onerosa,non verò ex causa lucratiua, & huiusmodi diuersitas eruditè demonstratur, & quod emphiteusis dicatur concessa ex causa onerosa, & quando ex causa lucratiua. Demùm quamuis bona emphiteotica èx causa dotis alienari possint sine consensu Domini directi, etiam cum præiudicio comprehensorum in inuestitura, & in gradu proximiorum, id tamen quando procedat, satis clarè explicatur.

Lunæ 20. Maij 1647. Barchinonen̄ Exemptionis. Bichio.

ARGVMENTVM LVI. Sententia venit confirmanda concurrente validitate, & iustitia, quapropter in præsenti discutitur, an sententia lata cum reseruatione consensus, & beneplaciti Apostolici,quod tamen non dum interuenit, sit confirmanda, vel potius infirmanda tamquam lata sub conditione, & affirmatiuè quoad primam partem, negatiuè verò quod secundam respondetur.

Veneris 24. Maij 1647. Valentina Rectoriæ. Bichio.

ARGVMENTVM LVII. Subrogatus gratiosè, & quando absque vitio attentati possit lite pendente capere possessionem beneficij propria authoritate latissimè tractatur; & quid si possessio sit appræhensa, quādo medio tempore fuerat ab alio iam capta, titulo collationis habitæ ab alio inferiore Collatore, eoque minimè citato,an dicatur attenta,& resolutio est negatiua, dummodo dicta prima possessio esset improba, vel infecta, & notoriè attentata, quia tunc perindè est; ac si possessio esset vacua; secus autē si prima possessio esset ritè, & rectè capta; & hæc doctrina validis argumentis,& authoritatibus fulcitur, & omnia in contrarium adducta refelluntur.

Veneris 24. Maij 1647. Bituntina Census. Corrado.

ARGVMENTVM LVIII. Hæres si non confecit inuentarium tenetur de proprio, & ad hoc, vt ei suffragetur, debet illud exhibere, si verò dicat illud fuisse amissum atque ablatum, vt eius beneficio gaudere possit quæ requirantur, eruditissimè demonstratur, & huius occasione, & quomodo scriptura probetur amissa per Testes, quid illi exprimere debent, quid in ipsis requiratur, & ex quibus amissio iustificata remaneat, & quando secùs fusè tractatur.

Lunæ 24. Maij 1647. Dertusen̄ Augumenti. Verospio.

ARGVMENTVM LIX. Dos assignata Præposituræ nouiter erectæ cum onere certam quantitatem Canonicis pro victu persoluenda, num illa quantitas augeri debet, si sit insufficiens ad alimenta Canonicorum, & fructus Præposituræ augumentum reciperint.

Lunæ 27. Maij 1647. Fanen̄ Substitutionis. Ghisilerio.

ARGVMENTVM LX. Substitutio facta sub conditione si institutus decesserit sine filijs, expirasse dicitur, si cum filia decedat; & hac de causa acerrimè disputatur, an, & quando appellatione filiorum veniant etiam fœminę, & non nullæ adducuntur coniecturæ ex quibus fœminæ dicuntur compræhensæ sub appellatione communi filiorum; & refelluntur aliæ, quæ pro illarum exclusione afferuntur.

Lunæ 27. Maij 1647. Romana Dotis, Cerro.

ARGVMENTVM LXI. Declaratio Testamenti licet fieri possit per epistolam,& coram duobus Testibus, attamen vbi Testamentum est clarum, talis declaratio fieri non potest nisi coram septem Testibus, & cum solemnitatibus necessarijs. Legatarius quando præferatur creditori in re legata.

Lunæ 27. Maij 1647. Placentina Beneficij. Ghisilerio.

ARGVMENTVM LXII. Valor Beneficij in litteris Apostolicis expræssis per nō excessum, an, & quando dicatur sufficienter probatus abbundantissimè tractatur, & an iustè remaneat probatus per Testes, licèt non deponant de valore deductis oneribus, & expensis, anno fertili cum sterili computato, neque concludant de decennio, sed tantum de aliquibus annis, & Affirmatiuè respondetur, & in contrarium adducta, quando procedant, clarè explicatur.

Lunæ 27. Maij 1647. Mediolanen̄ Prioratus. Corrado.

ARGVMENTVM LXIII. De concessione Remissoriæ ad probationem Iurispatronatus maximè in materia antiqua præsens dixerit decisio.

Veneris 31. Maij 1647. Auenionen̄ Pecuniaria. Verospio.

ARGVMENTVM LXIV. Imputatio dotis à Patre receptæ, an potius cadat in extinctionem dotis Maternæ, vel censeatur à Patre ratione propriæ obligationis solutæ.

Lunæ 3. Iunij 1647. Tiburtina Redditionis rationis. Meltio.

ARGVMENTVM LXV. Hypotheca tacita semper inducitur ex dispositione legis ad fauorem Pupilli contra bona Tutoris, an autem ista tacita hypotheca sic à lege inducta præferenda hypothecæ posteriori expressæ, & resolutio est affirmatiua.

Retentio tunc datur,quando creditum est adeò clarum, vt nullo modo de eo hæsitari possit; vndè quamuis hæredi, qui soluit creditoribus ante-

verum etiam reseruationem fuisse secutam ante mediam noctem vbi vacatio contigit in vltima die mensis Pontificis.

Veneris 14. *Iunij* 1647. Romana Executionis laudi. Arguelles.

ARGVMENTVM LXXVII. De interpretatione legati quid in eo contineatur latè in præsenti decisione tractatur ad interpretationem, an sub legato de domibus facto, remissæ, & apothecæ subtus easdem domos appositas contineantur.

Veneris 14. *Iunij* 1647. Meleuitana Tenutæ. Bichio.

ARGVMENTVM LXXVIII. Reuocare procuratore sine partis consensu post cōtestatam litem nemo facere potest. Donatorem fuisse sanæ mentis probat ipsa series donationis ita conceptæ, vt homines sanæ mentis facere solent; quodque probatio dementiæ præcisum tempus donationis percutere debeat, & demum de possessione clandestina, & per constitutum translata.

Veneris 14. *Iunij* 1647. Romana de Luraghis. Cerro.

ARGVMENTVM LXXIX. Quod actus assignationis factæ cum reseruatione futuræ declarationis, declaratione deindè secuta, illam à principio continere dicatur præsens disserit decisio; hinc dominium, & possessio reuocabiliter sub dicta reseruatione translatum, resoluuntur, & mutantur per declarationem postea subsecutam.

Veneris 14. *Iunij* 1647. Romana fructuum Census. Meltio.

ARGVMENTVM LXXX. Contractus celebratus cum minore, vt censeatur tacitè ratificatus, postquam fuit in maiori ætate constitutus, requiritur vt habeat scientiam nullitatis, & omnium qualitatum eiusdem actus, & notitiam Iuris, & facti, & quid si contractus fuerit nullus ipso iure, eruditissimè pertractatur.

Legatarius non tenetur de suo proprio supplere deficiente pretio rei legatæ, si verò acceptauerit legatū cum onere à Testatore iniuncto(tunc acceptatio intelligi debet facta iuxtà iuris dispositionem, scilicet quatenus legatum sufficiat. Demum nonnulla deducuntur circa illum, qui emit pro persona nominanda, an nominatione subsecuta, retineat penès se Dominium, hypothecam, seù possessionem medio tempore quesitam.

Veneris 24. *Iuny* 1647. Nepesina Pecuniaria. Verospio.

ARGVMENTVM LXXXI. Euictio in instrumento promissa vbi molestiæ procedunt à persona in promissione non compræhensa, non debetur, quæ autem debeatur euictio declarat *Text. in l. si per imprudentiam, ff. de euict.* in decisione exornatus.

Veneris 17. *Iuny* 1647. Anconitana Dotis. Arguelles.

ARGVMENTVM LXXXII. Vt annus, qui de iure cōceditur appellanti ad biennium prorogetur iuxtà opinionem Rotæ sufficit, quod infra annum aliquod fuerit factum, in causa: Confessio receptæ dotis roborata coniecturis, & præsumptionibus, quarum plures in decisione adducuntur, probat numerationem.

Lunæ 17. *Iunij* 1647. Pampiloneñ Iuris nominandi Vicarium. Peutingero.

ARGVMENTVM LXXXIII. Actus posteriores censentur facti in executione intercedentis conuentionis quamuis non fuerit facta mentio de conuentione, sed de antiqua consuetudine, cum enim conuentio sit conformis, & compatibilis cum consuetudine, expressio consuetudinis conuentionem non excludit. Concordia per inobseruantiam an dicatur resoluta, & quando concordia facta cum Vniuersitate annulletur per contrauentiones, & quid si contrauentio fuerit facta à Procuratore habente mandatum procuræ factum à Deputatis, an, & quando afficiat Vniuersitatem fusè tractatur.

Lunæ 17. *Iunij* 1647. Bononieñ Successionis. Bichio.

ARGVMENTVM LXXXIV. Masculinum licet regulariter non concipiat fœmininum, illud tamen aliquando compræhendit, si non ex vi verborum, saltem ex identitate rationis. Donator quando possit suam declarare donationem, vt donotario præiudicet.

Lunæ 17. *Iunii* 1647. Colonieñ Canonicatus, seù Ferculi. Meltio.

ARGVMENTVM LXXXV. Resignationem fuisse legitimè secutam probare debet resignatarius in concursu possessoris, qui per obitum prouisionem obtinuit, & nemine possidente etiam possessionem apprehendit, proindè manuteneri debet, donec de viribus resignationis dubitari contingat.

Lunæ 17. *Iunij* 1647. Tusculana Saluiani. Verospio.

ARGVMENTVM LXXXVI. Satisfactione secuta tenetur immissus in Saluiano rem hypothecatam restituere, & si recusat spolium committit, retentio pro credito in immissione non compræhenso, an concedatur creditoris post obtentam satisfactionem.

Lunæ 17. *Iunij* 1647. Marsiceñ Iurisdictionis. Bichio.

ARGVMENTVM LXXXVII. Iurisdictionem quam habet Episcopus in tota sua Diœcesi: non eliditur ex immerabili etiam per vnicum actum interrupta.

Mercury 19. *Iunij* 1647. Bononieñ Manutentionis. Bichio.

ARGVMENTVM LXXXVIII. Manutentio non conceditur sine possessione, vndè si eadem die reperitur appręhensa possessio à duobus, cui nam sit dauda manutentio in præsenti decisione latissimè disputatur. Bona hæreditaria licèt regulariter possint retineri ratione legitimæ, tamen huiusmodi retentio, an, & quomodo competere soleat eruditissimè demonstratur.

Mercury 19. *Iunij* 1647. Romana Saluiani, seù Attentatorum. Arguelles.

ARGVMENTVM LXXXIX. Aegidiana, quæ non datur in bonis Ecclesiæ, vt locum ha-

Veneris 28. *Iunij* 1647. Maioricen̄ Parochialis. Celso.

ARGVMENTVM CV. Episcopus eligendo aliquem ad Ecclesiam Parochialem, in dubio semper præsumendum est pro eius electione, in tantum quod qui contrarium assereret ei incumbit onus id plenè probare ad prædictum effectum non admittitur appellatio suspensiua. Electus ad Parochialia beneficia, non solum debet doctrina alios præcedere, sed etiam bonis moribus.

Veneris 28. *Iunij* 1647. Nazarena Iuris deferendi Crucem. Verospio.

ARGVMENTVM CVI. Archiepiscopus, vel Episcopus, licet non possit ante se deferre CRVCEM in alieno Territorio, id tamen fallit, stante super hoc Indulto Apostolico. Et respondetur ad illam obiectionem, quod duo capita non dantur in eodem corpore. Indultum Apostolicum non esset confirmatione temporis.

Veneris 28. *Iunij* 1647. Valentina Parochialis de Moncada. Cerro.

ARGVMENTVM CVII. Litteræ Apostolicæ quando sunt Testificatæ debent executioni demandari, nec per exceptiones requirentes altiorem indaginem debent retardari. Valor beneficij quando probetur. In reseruatione nouæ pensionis est facienda mentio antiquæ, quod fallit in pensionibus impositis à Concilio, quia sunt propriè onera, non pensiones.

Veneris 28. *Iunii* 1647. Pistorien̄ Beneficij. Meltio.

ARGVMENTVM CVIII. Litteræ nouæ expeditæ cum augumento maioris valoris beneficij de eo, quod in primis litteris fuit narratum non suffragantur. Explicatur effectus clausulæ augendi, & minuendi in supplicationibus appositæ.

Veneris 28. *Iunii* 1647. Pisauren. Beneficij. Ghisilerio.

ARGVMENTVM CIX. Manutentio in possessione beneficij datur possessori anteriori quando executor litterarum Apostolicarū nec ritè, nec rectè tradiderit prouiso Apostolico posteriorem possessionem. Possessio attentata respectu vnius potest esse non attentata respectu alterius.

Veneris 31. *Iunii* 1647. Anconitana Mannæ. Corrado.

ARGVMENTVM CX. Rationes administrationis, licet regulariter reddendæ veniant, in loco vbi facta fuit administratio, tamen quando in susceptione administrationis adest obligatio Cameralis circà eius redditionem, &c. Arbitrium concessum Iudici circà locū redditionis, qualiter sit regulandum.

Lunæ 1. *Iulii* 1647. Bononien̄ Fideicommissi de Rubeis. Corrado.

ARGVMENTVM CXI. Remissoriæ petitio, quando non est calumniose concedenda venit & hoc maximè in materia prophana. Hæres licitè vendit bona, quæ sibi elegit pro suis detractionibus, & qualiter succurratur emptori, & alia plura adducuntur pro concessione remissoriæ.

Lunæ 1. *Iulii* 1647. Arimineñ Manutentionis. Ghisilerio.

ARGVMENTVM CXII. Obligatus in forma Cameræ in Contractu in Vrbe celebrato potest conueniri per contradictas absque eo, quod citetur, nec domi, nec personaliter. Pactum quod si quis defecerit in vna solutione teneatur ad duas, quando valeat.

Lunæ 1. *Iulii* 1647. Romana Hæreditatis. Arguelles.

ARGVMENTVM CXIII. Fideicommissum, quando est purificatum; & bonorum identitas, quando reperitur iustificata non potest denegari immissio fideicommissario. Plura deducuntur circà materiam melioramentorum qualiter scilicet iustificentur, & in hoc multum attenditur religio iudicandi.

Lunæ 1. *Iulii* 1647. Macerateñ Saluiani. Peutingerio.

ARGVMENTVM CXIV. Quod census non translatus, sed retrouenditus dicatur, tùm quia sumus in minore, tum enim quia sic obseruantia demonstrat præsens differit decisio.

Lunæ 1. *Iulii* 1647. Gerundeñ Canonicatus. Ghisilerio.

ARGVMENTVM CXV. Papa quando præsumatur voluisse prouidere de beneficio tamquam reseruato, & non iure præuentionis. Datarius Papæ est organum mentis, & vocis ipsius. Sicut quoque est Cancellaria Apostolica. Datarius videtur impossibile, quod quis voluerit redarguere de mendacio, cum de eo Papa confidet.

Lunæ 1. *Iulii* 1647. Spoletana Bonorum. Ghisilerio.

ARGVMENTVM CXVI. Manutentio datur possidenti auctoritate Iudicis ritè, & rectè procedentis, nec Iudicem malè adhunc effectum processisse, deduci potest ex iuribus coram eo non productis, cum iniustitia sententiæ ex iisdem actis, non autem ex nouis constare debeat.

Lunæ 1. *Iulii* 1647. Osceñ Archidiaconatus. Peutingero.

ARGVMENTVM CXVII. Beneficia quando liberè per Episcopum conferantur, quando verò simultaneæ cum Capitulo.

Lunæ 1. *Iulii* 1647. Ciuitatis Plebis Saluiani. Bichio.

ARGVMENTVM CXVIII. Immissio in vim non potest denegari Creditori hypothecario aduersus bona possessa à debitore de tempore obligationis, nisi quando secundus possessor offerret primo creditori solutionem, quæ tamen libera esse debet, nec subiecta obligationi, vel cautioni de restitueodo prioribus, & potioribus.

Lunæ 1. *Iulii* 1647. Sipontina Pensionis. Peutingero.

ARGVMENTVM CXIX. Possessio iuris exigendi pensionem non ammittitur ex eo, quod ad fauorem Titularis lata sit sententia, quod spectent ad ipsum fructus beneficij. Ideoque tali sententia non obstante competit Pensionario manutentio.

Sen-

Mer-

Anno 1648.

ſu ſſi-

Vene-

est, quod admitti non potest ad immissionem in vim Saluiani obtinendam.

Veneris 5. *Iunij* 1648. Bononien̄ de Tostinis. Peutingero.

ARGVMENTVM CXCVII. Protocollo licèt potius standum esset, quam Instrumento e xtenso, quando Instrumentum discordat à protocollo, secus tamen esse firmatur, quando protocollum est de errore suspectum. Beneficio inuentarij, quamuis possit gaudere, etiam maior, dummodò infrà legitima tempora Inuentarium confecerit, quid tamen dicendum sit, si ipse declarauerit velle obtemperare præceptis, & voluntati Testatoris, vel simpliciter se obligauerit soluere legata, eruditè declaratur.

Veneris 5. *Iunij* 1648. Anconitana Mannæ. Corrado.

ARGVMENTVM CXCVIII. Redditio rationis cum illa tria copulatiuè requirat exhibitionem nempè librorum, & calculi cum reliquatus restitutione, non potest sufficienter reddita prætendi, si aliter ex illis deficiat.

Veneris 5. *Iunij* 1648. Romana Pecuniaria. Corrado.

ARGVMENTVM CXCIX. Assumptio cambiandi, quam in se suscipit debitor, ipsum ad solutionem cambiorum obligat, etiam si verè non cambiauerit quamquidem obligationem euitare non potest ex eo, quod creditor non recipit ad cambium pecunias, prout illi fuerat concessum.

Veneris 5. *Iunij* 1648. Vladislauien̄ Manutentionis. Ghisilerio.

ARGVMENTVM CC. Ecclesiæ licèt competat Manutentio in bonis, quæ nulliter, & inualidè fuerunt alteri concessa, vel alienata, atque reintegratio ad possessionem eorumdem bonorum; quamuis ab ea ceciderit ex facto sui Rectoris; attamen secùs esse firmatur, quando probabiliter dubitari potest, an validè, vel inualidè dicta bona fuerint alienata. quia tunc manutentio debet cõcedi possessori, donec in iudicio ordinario plenius cognoscatur, & terminetur validitas, vel inualiditas alienationis.

Veneris 5. *Iunij* 1648. Maceraten̄ Redditionis rationis. Meltio.

ARGVMENTVM CCI. Tutor tenetur cumulare redditus Pupilli superextantes singulis annis, atque ex eis debita soluere, & non alienare bona immobilia; tamen si huiusmodi superfluitas, & abbundantia reddituum detractis expensis necessarijs pro Pupillis, atque deductis interusurijs ratione æris alieni, non adesset sed exitus introitum superaret, benè posset ad huiusmodi alienationem deuenire, & huius occasione abbundè tractatur, de varijs expensis factis à Tutore pro Pupillis, quarum taxationem arbitrio Iudicis considerata qualitate patrimonij, ac honestate personalis remittendam esse firmatut.

Veneris 5. *Iunij* 1648. Ariminen̄ Manutentionis. Ghisilerio.

ARGVMENTVM CCII. Subhastatio est ipso iure nulla, & non venit annullanda, si probetur, quód bona de eo tempore fuissent longè maioris valoris; valor autem dictorum bonorum, benè remanet comprobatus ex locatione postmodum subsequuta ad fauorem deliberatarij, qui an possit cogi ad supplendum iustum pretium, vel teneatur reddere bona restituto pretio clarè demonstratur.

Lunæ 8. *Iunij* 1648. Sipontina Pensionis. Peutingerio.

ARGVMENTVM CCIII. Consignatio depositi iudicialis facta ad fauorem titularis in iudicio super nullitate pensionis introducto, dicitur executio sententiæ latæ super nullitate prædicta, quæ consignatio cum importet actum contrarium quasi possessioni eiusdem pensionis vtique per eam dicitur executa sententia, quæ nullitatem inducit.

Lunæ 3. *Iunij* 1648. Auenionen̄ Saluiani. Bichio.

ARGVMENTVM CCIV. Saluianum tunc competit quando tria copulatiuè coecurrunt, nempè creditum cum hypoteca, possessio debitoris de tempore obligationis, & possessio Rei conuencti, & vno ex dictis tribus requisitis deficientibus immissio denegatur. Verùm quia Saluianum cessat cõcurrente prescriptione ideò in præsenti decisione, an, & quando præscriptio impedire possit immissionem in vim vtilis saluiani interdicti, eruditè tractatur

Mercurij 10. *Iunij* 1648. Monasterien̄ Canonicatus. Ghisilerio.

ARGVMENTVM CCV. Beneficia in Germania, quæ mentis vacationis expressionem non requirunt, quam exposcant ætatem ad obtinendum Canonicatum præsens concludit decisio.

Mercurij 10. *Iunij* 1648. Romana Fructuum Dotis. Peutingero.

ARGVMENTVM CCVI. Clausula, *si quid exequendum*, licet sit instificãda ex eisdem actis, tamen si corroborentur factæ probationes ex nouis probationibus, istæ non dicuntur nouæ probationes, seù factæ inaltera istnantia. Pactum appositum in instrumento dotali, vt promissor dotis, ne teneatur ad fructus durante dilatione, tacitam fructuum dilationem.

Mercurij 16. *Iunij* 1648. Romana Societatis Lignorum. Meltio.

ARGVMENTVM CCVII. Praxis Notariorum A.C. Auditoris Cameræ in adnotandis scripturis partibus accomodatis in quodam peculiari libro cùm receptione quietantiæ eius, cui accomodatio sit, sit remanet in hac decisione probata, adhoe. vt Notarius, qui eam adnotationem facere omissit, & dicatur in dolo, & ad exhibitionem earumdem scripturarum teneatur.

Mercurij 10. *Iunij* 1648. Auenionen̄ Attentatorum. Celso.

ARGVMENTVM CCVIII. Magistralis est decisio ad intellectum rescripti Signaturæ habentis causam pro appellabili adhoc, vt acta medio tempore gesta dicantur attentata, quod nempè hoc intelligatur vbi appellatio fuit simpliciter admissa, secus si cum clausula suspensiua executionis.

Mer-

ne

ne exemptionis, seu libertatis non soluendi decimas, an pendente appellatione intentari possit summarijssimum manutentionis iudicium absque reuocatione præcedentis mandati, perbellè tractatur.

Lunæ 22. *Iunij* 1648. Hispaleñ Decimarum. Corrado.

ARGVMENTVM CCXXI. Pro concessione remissoriæ probatur, non ita sophisticè, & subtiliter examinari debet, sed sufficit sola releuātia cum exclusione suspicionis, calumniæ reijciendo meliorem discussionem ad merita causæ, negotijque conclusionem.

Lunæ 22. *Iunij* 1648. Gandaueñ Exemptionis. Celso.

ARGVMENTVM CCXXII. Declaratoria, cuius Brachio vtitur Ecclesia, vt quis tandem ab inobedientia resipiscat, & debitum iustitiæ præstet obsequium tunc conceditur quando constat de cōminatione censurarum, earumque intimatione, & reproductione, ac seruatos fuisse quatuor terminos de stylo Curiæ seruari solitos.

Lunæ 22. *Iunij* 1648. Neapolitana Pecuniaria. Meltio.

ARGVMENTVM CCXXIII. Posse Procuratorem ad vendendum constituto pro certo, & determinato pretio, pro se ipso emere in hac decisione firmatur, in qua etiam plura de probatione valoris habebis.

Lunæ 22. *Iunij* 1648. Comeñ Dismembrationis. Corrado.

ARGVMENTVM CCXXIV. Beneficiorum diuisio, seu dismembratio, quia sacris canonibus est odiosa, non est permittenda, nisi talis vrgeat necessitas, cui aliter congruè prouideri non possit; vndè in præsenti decisione eruditè tractatur de requisitis ad validè, & iustè peragendam dismembrationem, & si fuerit facta ob magnam locorum distantiam, an, & quando dicatur validè, & rectè facta, & demum an Episcopus, etiam si fuisset Sedis Apostolicæ delegatus possit prætermittere necessarias probationes, ac interesse habentium citationes, ad illam ritè, & rectè peragendum.

Lunæ 22. *Iunij* 1648. Romana Pensionis Palatij. Meltio.

ARGVMENTVM CCXXV. Liber priuatus. licèt regulariter non probet ad fauorem scribentis, tamen secùs esse firmatur si scribens fuerit persona qualificata, aliaque concurrant adminicula, de quibus in præsenti decisione latissimè tractatur. Solutio, seu satisfactio, ex quibus sufficienter probata remanet, & quando præsumendum sit fuisse iam factam, plenè discutitur; Demum, an, & quando subscriptio apocæ continentis tàm fauorabilia, quàm odiosa præiudicare possit subscribenti, maximè si esset mulier, clarè explicatur.

Veneris 26. *Iunij* 1648. Luceorieñ Attentatorum. Cerro.

ARGVMENTVM CCXXVI. Inhibitio an causet attentata, quamuis in actis Notarij causæ nō fuerit legitimo tempore reproducta, eruditissimè resoluitur. Iudex à quo an licitè possit suam sententiam executione demandare, quando appellatio in Curia reperitur commissa, licèt postmodum fuerit effecta deserta, clarè demonstratur.

Veneris 22. *Iunij* 1648. Ampurieñ, & Ciuitateñ Electionis Vicarij. Meltio.

ARGVMENTVM CCXXVII. Declaratoria concedenda est ob non paritionem mandati de manutenendo, vbi seruatis solitis quatuor terminis non docetur de paritione: & quid si mandatum cōtineret factum, ad quod præcisè deueniri non potuit; an relaxanda sit declaratoria ob non paritionem verbalem, eruditè resoluitur.

Veneris 26. *Iunij* 1648. Romana Successionis de Comitibus. Ghisilerio.

ARGVMENTVM CCXXVIII. De Transactione facta super fideicommisso quando successoribus præiudicet in hac decisione tractatur, ac etiam quod transactio facta ad euitandas lites extinctionem omnium, & quarumcumque litium compræhēdat, itaut non sufficiat, quod vnam tantum extinxerit, & terminauerit.

Veneris 26. *Iunij* 1648. Faneñ, seu Senogalieñ Bonorum. Meltio.

ARGVMENTVM CCXXIX. Solam filiationis materiam præsens compræhendit decisió ad cuius probationem plurimum deferre dicitur nominationem vtriusque parentis iuncta præsertim institutione. Legitimitas quomodo dicatur probata in eadem decisione videbis.

Veneris 26. *Iunii* 1648. Bononieñ Manutentionis. Bichio.

ARGVMENTVM CCXXX. Possessionis commoditas, quæ est quid facti recipit contradistinctionē ab ipsa possessione, prout iuris est, ad interpætationem statuti, per quod licet ipsa possesio naturalis auferri non possit; potest tamen effectus ipsius possessionis, qualis est manutentio, penitus euelli, & remoueri.

Veneris 26. *Iunii* 1648. Romana, seu Ianueñ Locorum Montium. Cerro.

ARGVMENTVM CCXXXI. Conditum in Ecclesia testamentum subiaceat ne statuto laicorum circà solemnitates illius. Clerici licet possint in fauorabilibus vti statuti, laicorum, in ijs tamen, quæ in eisdem statutis contra libertatem Ecclesiasticam reperiuntur, vti nullo modo possunt etiam volentes.

Veneris 26. *Iunii* 1648. Maceraten Saluiani. Peutingero.

ARGVMENTVM CCXXXII. Census per minorē distractus potius retrouenditus, quam cessus præsumitur. Fideiussor, qui soluit censum licet acquirere possit cessionem à debitore, vbi tamen per viam extinctionis processit, solam actionem negociorum gestorum reportat.

Veneris 26. *Iunii* 1648. Tulleñ Matrimonij. Ghisilerio.

ARGVMENTVM CCXXXIII. Matrimonium licèt probari debeat ex libro Parochi, qui sub pœna peccati mortalis obligatu-

reti-

Mer-

Mercurij 14. *Decembris* 1648. Oscen Archidiaconatus, Peutingero.

ARGVMENTVM CCLXXI. Gratia concessa cum expræssione Doctoratus, quomodò probationem illius requirat: Archidiaconatus in Hispania, quæ dignitas dicatur. Solitum, & consuetudo vbi illud est contrà ius quando dicatur probatum.

Anno 1649.

Lunæ 11. *Ianuarij* 1649. Romana Fideicommissi de Maximis. Cerro.

ARGVMENTVM CCLXXII. Fideicommisso conditionali, & successiuo, quamuis reciproco, non censeri reuunciatum per simplicem diuisionem factam ab Arbitris, quibus in eorum deputationem non fuit data facultas remittendi fideicommissum; etiam si postmodū dicta diuisio fuerit ratificata, cum promissione ad inuicem facta de habendo illam ratam, gratam, &c. ac de euictione in forma, atque cum conuentione de soluendis debitis paternis, in præsenti decisione constanter firmatur, & in contrarium adductis plenè respondetur.

Lunæ 11. *Ianuarij* 1649. Romana Fideicommissi de Mutis. Meltio.

ARGVMENTVM CCLXXIII. Bona fideicommissaria validè alienari posse non solum pro dotis constitutione, acconcio, donatione propter nuptias, alijsque sumptibus, & apparatibus nuptialibus, tamquam de appendicijs, & connexis dotis; verùm etiam pro restitutione dotis, quarto dotali, Nuptijs spiritualibus, alijsque expensis ex causa ingrediendi Monasterium, in præsenti decisione firmatur, intelligendo semper in subsidium, & in defectum bonorum liberorum; & bona sic ex causa dotis distracta, ex iuris remedio semper remanent libera perindè, ac si oneri fideicommissi subiecta non fuissent, & in contrarium adductis plenè respondetur.

Veneris 15. *Ianuarij* 1649. Hortana Iurispatronatus. Verospio.

ARGVMENTVM CCLXXIV. Præsentatus ad beneficium Iurispatronatus per medietatem patronorum cum derogatione Pontificis alterius medietatis vocum præferri debet etiam si præsentatus ab altera parte, & ætate, & qualitate Sacerdotali esset dignior, dummodo tamen qualitates ad beneficium requisitas retineat.

Veneris 15. *Ianuarij* 1649. Pampilonen̄ Alienationis. Bichio.

ARGVMENTVM CCLXXV. Materia extrauagantis ambitiosæ plenè in hac decisione declaratur ad infringendam alienationem factam pro extinguenda possessione, quæ cum ex fructibus extingui debuisset, non poterant adhunc effectum Ecclesiæ bona aliquo modo alienari, & venundari.

Veneris 15. *Ianuarij* 1649. Romana Prætensæ restitutionis Dotis. Peutingero.

ARGVMENTVM CCLXXVI. Renunciatio facta à filia propter Dotem, eo magis substinetur, quo in præsentia consanguineorum, & Iudicis mediante decreto fuit facta. Quod Testi Sacerdoti, & mediatori vbi deponit de his, quæ partes alijs innotescere voluerunt, plena adhibeatur fides hæc benè concludit decisio.

Sabbathi 23. *Ianuarij* 1649. Brundusina Bonorum. Meltio.

ARGVMENTVM CCLXXVII. Manutentionis in iudicio sufficit ex partis confessione possessionem probare, quæ quidem probatio resultat etiamsi partis confessio fuerit qualificata, & vitiosa nuncupata, nec eadem possessio amissa dici potest per Iudicis factum nullitèr, & iniustè procedentis, qualis dicitur Iudex, qui vel appellatione pendente, vel ea interposita possessioni sequestrum apposuit.

Rota Martiniana Sabbathi 23. *Ianuarij* 1649. Bononien̄ Fideicommissi de Pancaldis. Peutingero.

ARGVMENTVM CCLXXVIII. Probatio identitatis ad concedendam immissionem fideicommissario probata remanet ex sola denominatione duorum cōfinium, etiam, quod in alijs sit discrepantia: Inuentarium vbi non adest alienationes præsumuntur æquare legitimam.

Sabbathi 23. *Ianuarij* 1649. Romana Fideicōmissi. Arguelles.

ARGVMENTVM CCLXXIX. Hæres fideicommissarius iustificans existentiam fideicommissi, & docens de vocatione ad sui fauorem, immissionem obtinere debet, vel ex remedio, *l.fin. C.de edicto Diu. Adr. toll. vel remed.* vtilis Saluiani interdicti, quæ quidem immissio per detractiones illiquidas non retardatur.

Mercurij 27. *Ianuarij* 1649. Romana Fideicōmissi de Bariscianis. Arguelles.

ARGVMENTVM CCLXXX. Fideicommissum reciprocum, & successiuum, ex quibus inducatur plenè in præsenti decisione discutitur, maxime inter filios, & descendentes, non solum, vt omnes censeantur vocati de restituendo alijs.

Veneris 29. *Ianuarij* 1649. Romana, seù Auximana Donationis. Peutingero.

ARGVMENTVM CCLXXXI. Donatio rei alienæ quando fuit facta coniunctæ personæ, cum assertione, quod res donata ad ipsum donatorem spectaret, & cum promissione omnia inuiolabiliter obseruandi sub obligatione Camerali, intrat relaxatio mandati pro illius rei æstimatione; & quid si donatarius rem illam ab altero consecutus fuisset, an, & quando illius æstimatio debeatur, latissimè tractatur.

Lunæ 1. *Februarij* 1649. Romana, seù Veliterna pecuniaria. Cerro.

ARGVMENTVM CCLXXXII. Breuis est decisio, sed non minus docta, quàm vtilis, & practicabilis ad animaduersionem eorum, qui simpliciter ab aliquo pecunias recipiunt, vel mediante ordine, vel incontanti, nulla facta expresione causæ ob quam recipiunt, quia cum dicta pecunia censeatur mutuo recepta, obligatur recipiens ad restitutionem illius.

Lunæ

Mercurij 10. Martij 1649. Sulmonen̄ Beneficij. Arguelles.

ARGVMENTVM CCXCIII. Præsentatus à maiori parte patronorum existentium in quasi possessione præsentandi est instituendus, etiam contrà compræsentatum cum derogatione medietatis vocatum, quæ non sit in quasi possessione præsentandi.

Mercurij 10. Martij 1649. Romana Fideicommissi de Candidis. Verospio.

ARGVMENTVM CCXCIV. Primæ alienationes factæ ab herede grauato, imputantur in legitimam aliasque detractiones sibi competentes; & Fideicommissarius allegans esse factas alias alienationes, ex quibus huiusmodi detractiones consumptæ remanserint, tenetur id concludenter probare; quid autem dicendum esset si concurrerent plures alienationes cum inuentarij omissione, eruditè resoluitur. Bona fideicommissaria alienata cum pacto redimendi ab hærede grauato pro detractionibus sibi competentibus, an possit deindè huiusmodi pactum remittere in præiudicium fideicommissariorum, eruditè tractatur.

Mercury 16. Martij 1649. Mediolanen̄ Nominis Capituli. Meltio.

ARGVMENTVM CCXCV. Manutentio licet dari non possit, quando possessioni Ius commune resistat, tamen concedendam esse firmatur, probata possessione si tituli inualiditas, turbida apparet, & quare. Possessio manutenibilis in rebus incorporalibus, an, & quandò acquisita dicatur cum scientia, & patientia interesse habentis, clarè demonstratur.

Mercurij 17. Martij 1649. Comen̄ Collegij. Peutingero.

ARGVMENTVM CCXCVI. Collegium erectum pro alendis, & instruendis Iuuenibus, intelligitur de Iuuenibus Conciuibus Testatoris; an autem intelligatur etiam de Iuuenibus alicuius loci vicini iam vniti, seù aggregati Patriæ Testatoris in præsenti decisione discutitur.

Mercurij 17. Martij 1649. Romana Domus. Bichio.

ARGVMENTVM CCXCVII. Venditione à Testatore ordinata illa per hæredem proprietarium, non autem vsufructuarium fieri debet. Tutor, qui non fuit, si tamen administrauit, rationem reddere euitare non potest, de bonis tamen, quem administrasse constat, non autem de aliis.

Mercurij 17. Martij 1649. Bononien̄ Bonorum. Bichio.

ARGVMENTVM CCXCVIII. Declaratur Statutum Bononiæ *sub rubr. de appellationibus in §. preterea*, permittens appellationem à sententia super quocumque possessorio, vt nempè etiam iudicium manutentionis comprehendat, & hoc ad effectum declarandi attentatam executionem factam infrà tempus ad appellandum.

Mercurij 17 Martij 1649. Oscen̄ Archidiaconatus. Verospio.

ARGVMENTVM CCXCIX. Alternatiua acceptata ab Episcopo in mensæ Apostolico, hic mensis non efficitur Ordinarius, benè tamen si esset Ordinarius efficeretur Apostolicus; & licet æqualitas in contractibus seruanda sit, attamen permittitur quoque claudicatio, quando de vno ad alium, militaret ratio diuersa, quæ in præsenti decisione ad effectum de quo agitur, eruditè demonstratur.

Alternatiua restringitur ad beneficia liberę collationis, & non admittitur in collationibus simultaneis pertinentibus ad Capitulum simul cum Episcopo: an autem admittatur in ijs beneficijs, quæ spectant ad liberam collationem Episcopi, restrictam tamen ad certas personas acerrimè disputatur. & resolutio est affirmatiua, in cōtrarium adductis plenè respondendo.

Veneris 27. Aprilis 1649. Burgen̄ nullitatis Professionis. Arguelles.

ARGVMENTVM CCC. Annus probationis omninò requisitus ante Professionem debet esse continuus, & interpellatus aliqua temporis interruptione; interrumpitur autem si Nouitius habitu dimisso, & animo religionem desiderandi extrà claustra se contulerit; an verò requiratur qualibet interruptio physica, & realis, aut sufficiat moralis, & cuius temporis sit necessaria, latissimè tractatur.

Professio emanata propter metum etiam reuerentialem est nulla: ex quibus autem satis probari possit adfuisse metum in Nouitio professionem emittente, nonnulla deducuntur, quæ licet de per se non sufficerent ad annullandam professionem, tamen simul iuncta sufficientissima reputantur.

Mercurij 4. Maij 1649. Gerunden̄ Beneficij. Meltio.

ARGVMENTVM CCCI. Descendentiam an sit necesse probare à Fundatore Iurispatronatus per aliquam gradum distinctionem, vel sufficiat illam probare genericè, & ab eo, qui fuit in quasi possessione præsentandi, vt præsentatus institui debet, eruditè demonstratur: an autem, & quando quis dicatur constitutus in quasi possessione præsentandi per plures præsentationes ab eo factas, & ab Ordinario admissas cum clausulis, *vt dicitur*, siuè, *vt asseritur*, quamplura in præsenti decisione habentur: Quid autem dicendum esset si Fundator Iurispat. contemplauerit agnationem, & copulatiuè voluerit, quod successor ad effectum vt præsentare valeat sit hæres alicuius Castri, & descendens ex Dominis illius, an secuta alienatione dicti Castri descendens possit præsentare, doctissimè resoluitur.

Veneris 7. Maij 1649. Romana Pecuniaria. Celso.

ARGVMENTVM CCCII. Societas officij quamuis fuerit contracta ad fauorem Tertij, nihilominus spectat ad eum, qui facultatem exigendi fructus, nominandi periculum vitæ, illamque disdicendi, & cedendi sibi reseruauit. Si verò societas fuerit contracta ad fauorem mulieris, in qua maritus sibi reseruauit facultatem exigendi fructus, & similia; huiusmodi reseruatio importat tantūmodo nouam administrationem, quando apparet pecunias prouenire ex bonis ipsius mulieris.

Lunæ

Vene-

Veneris 18. *Iunij* 1649. Romana Dotis. Cerro.

ARGVMENTVM CCCXXVI. Tota materia, *l.hac ædictalis, C.de secundis nuptijs*, non minus breuiter, quam doctè in præsenti decisione declaratur, illamque non solum filijs, sed etiam nepotibus, & pronepotibus suffragari expresse concluditur.

Veneris 18. *Iunij* 1649. Aquilana Iurispatronatus. Meltio.

ARGVMENTVM CCCXXVII. Possessio capta lite pendente etiam quod fuerit vacans dicitur attentata, & per consequens sequestranda: Contradictor legitimus, vt quis dicatur sufficit, quod in actis de iuribus tituli sibi competentis docuerit.

Veneris 18. *Iunij* 1649. Perusina Bonorum. Corradò.

ARGVMENTVM CCCXXVIII. Sententia lata cum legitimo contradictore, an, & quando afficiat etiam alios non citatos latè discutitur, & huius occasione quis dicatur contradictor legitimus, clarè demonstratur. Statutum exclusiuum fœminarum, quando expressè refertur ad hereditatem dotantis non importare exclusionem quoad alias successiones, constanter firmatur. Fideicommissario, an, & quando competat retentio pro valore bonorum ab hærede grauato alienatorum, eruditè ttactatur.

Veneris 18. *Iunij* 1649. Interamneñ Vsusfructus. Cerro.

ARGVMENTVM CCCXIX. Statutum quando excludit fœminas si fuerint dotatæ, expressa, & formalis requiritur dotatio, quando tamen illas excludit propter masculos, & mandat ipsas dotari, nisi fuerint dotatæ, tunc non est necessaria actualis dotatio de tempore successionis, & quare. Item quando statutum censeatur excludere fœminas, tantummodo ab hæreditate dotantis, & quando vnica dotatio sufficiat, vt ab omnibus dicantur exclusæ, latissimè tractatur.

Pater retinendo bona vxoris vsque ad eius obitum censetur adiuisse hæreditatem nomine filiorum quibus delata fuerat stante Statuto exclusiuo fœminarum censetur adiuisse nomine masculorum, & non fœminarum, & quid si frater stante supradicto Statuto admittit sorores ad hæreditatem paternam, an censeatur etiam voluisse admittere ad hæreditatem maternam, latè discutitur.

Lunæ 21. *Iunij* 1649. Bononieñ Prædij. Corrado.

ARGVMENTVM CCCXXX. Permutationis contractus cum suapte natura euictionem cõtineat, illa cum refectione totius summæ solutæ præstari debet; Quæ in liquidatione fructuum desideretur probatio, ex decisione patebit.

Lunæ 21. *Iunij* 1649. Romana Prætensæ restitutionis Dotis. Peutingero.

ARGVMENTVM CCCXXXI. Renunciatio facta per filium ad fauorem Patris dotantis certum est, quod etiam dotem Maternam comprhendit, vbi dotis constitutio de tempore donationis correspondet portioni legitimæ, quàm ipsa filiam ex bonis Patris consequi potuisset.

Lunæ 21. *Iunij* 1649. Anconitana Mannæ. Corrado.

ARGVMENTVM CCCXXXII. Obligatus ad reddendũ rationes, si legitimè fuit in iudicio conuentus cum assignatione, & præfixione termini ad illas reddendas potest, deindè pro capitali conueniri, si eamdem rationis redditionem facere non curauit. Secùs particularis, ac etiam administrator proprijs pecunijs, non autem societatis, vel administrationis emissæ præsumuntur.

Veneris 25. *Iuny* 1649. Hispaleñ Decimarum. Bichio.

ARGVMENTVM CCCXXXIII. Manutentio in quasi possessione exigendi decimas datur possidenti, etiam si per decennium eas non exegerit, dummodò nullus alius hoc tempore posséderit, vel executio non fuerit à debitore controuersa. Nec talis manutentio est retardanda ratione tituli exẽptionis, nisi probetur in continenti titulus, vel confessionem Patris, vel per rem iudicatam, vel per Instrumentum publicum.

Ven. 25. *Iuny* 1649. Gerundeñ Portionis. Celso.

ARGVMENTVM CCCXXXIV. Appellatione deserta, cùm sententia transeat in iudicatum, executioni demandari debet.

Beneficia probãtur validè vnita per subsequutam vnionem longo tempore obseruatam.

Veneris 25. *Iuny* 1649. Romana Affictus Ferreriæ. Meltio.

ARGVMENTVM CCCXXXV. Locatio facta ad triennium, si illo completo conductor persistit in re conducta, & locator petijt pensiones decursas post lapsum dicti triennij; resultat sufficiens vtriusque partis cõsensus pro reuocatione locationis cum eadem pensione, & sub eisdem pactis, & conditionibus; & quid si locator completo triennio decessisset, an, & quando tacita relocatio substineatur cum illius hærede minore, siue pupillo, clarè demonstratur.

Veneris 25. *Iunij* 1649. Leodieñ Dominiorum. Corrado.

ARGVMENTVM CCCXXXVI. Bona Ecclesiastica, quia, vt validè alienari possint, requiritur tàm iusta causa euidentis vtilitatis, & necessitatis ipsius Ecclesiæ, quam beneplacitum Apostolicum; Idcircò in præsenti decisione clarè explicatur, an, & quando beneplacitum Apostolicum per mortem Pontificis expirasse dicatur; atque vnitis Ecclesiæ, ex quibus in huiusmodi alienatione iustificata probetur, latissimè tractatur.

Lunæ 28. *Iunij* 1649. Ianueñ Priuilegiorum. Corrado.

ARGVMENTVM CCCXXXVII. Monasteria non possunt ædificari propè alia antiquiora, nisi relictum sit spatium centum quadraginta cannarum. Communicatio priuilegoirum comprhendit etiam præiudicialia, quando constat de voluntate Pontificis, quæ ex amplitudine verborum probatur.

Lunæ

Lunæ 28. Iunij 1649. Romana Pecuniaria. Celso.

ARGVMENTVM CCCXXXVIII. Cambia, quæ fuerunt soluta, & non doceatur de trasmissione litterarũ expeditiones cedunt in sortem, fallit tamen si petantur loco damnorum, & interesse ob non adimplementum. Quæ damna licitè iustificari possunt in secunda instantia quando res vtitur exceptionibus nouis in eadem secunda instantia.

Lunæ 28. Iunij 1649. Romana hæreditatis de Gratianis. Bichio.

ARGVMENTVM CCCXXXIX. Litigiosi vitium quãdo contrahatur plenè in hac decisione firmatur ad cõcedendam viam executiuam contra Testium possessorem, qui lite pendente, rem acquisiuit, vbi, & an in actione personali huiusmodi vitium incurratur.

Lunæ 28. Iunij 1649. Pisaureñ Iocalium. Arguelles.

ARGVMENTVM CCCXL. Quod Iocalia, & vestes prætiosæ, quæ vel donationis titulo, aut alias transmitti consueuerunt per sponsum sponsæ, matrimonio dissoluto veniant restituendæ in præsenti decisione concluditur.

Lunæ 5. Iulij 1649. Vercelleñ Præpositturæ. Bichio.

ARGVMENTVM CCCXLI. Resignatio probatur facta per metum, quando fuit carceratus resignantis Frater ad hoc, vt processus resignaret, qui metus coadiuuatur per publicam vocem, & famam perprotestationes iunctis Testibus super illo deponentibus. Regula de triennali quomodo procedat.

Lunæ 5. Iuly 1649. Callieñ Prioratus. Bichio.

ARGVMENTVM CCCXLII. Possessio beneficij data ab executore nulliter, & sine citatione antiqui possessoris procedentis est nulla, etiamsi possessor per sententiam fuerit beneficio priuatus, modo tamen illa non fit executioni demandata.

Lunæ 5. Iulij 1649. Bituntina Census. Arguelles.

ARGVMENTVM CCCXLIII. Pulcherima est decisio, an pacto concedi possit, vt quis executiuè teneatur, & possit per creditorem propria capi auctoritate, & in carcerem detrudi; Instrumentum census etiam in Regno habet executionem paratam, quæ adhuc contra Clericos conceditur, quoties, vt hic Laico successerunt.

Lunæ 5. Iulij 1649. Barchinoneñ Iurisdictionis. Bichio.

ARGVMENTVM CCCXLIV. Declaratoriæ executio retardare propter nullitates, vel iniustitiam mandati Rotalis, neque partis, neque Iudices de partibus vllo modo possunt quibus ius aliquod non conceditur de viribus eiusdem mandati discutere.

Lunæ 5. Iulij 1649. Romana Pretij Equorum. Arguelles.

ARGVMENTVM CCCXLV. Appellatio quamuis efficiatur deserta ob non reditum pro Apostolis, si Iudex à quo dedit appellanti terminum iuris ad redeundum pro Apostolis, licèt infra dictum terminum causa appellationis reperiatur commissa, tamen id declaratur procedere, quando appellatur ab interlocutoria, in qua lex defert appellationem, sed expectanda est responsio Iudicis: secùs tamen esse firmatur quando appellatur à diffinitiua, in qua lex defert appellationem ipso iure.

Lunæ 2. Augusti 1649. Anconitana Cambiorum. Peutingero.

ARGVMENTVM CCCXLVI. Facultas recipiendi pecunias ad interesse Administratori concessa sub conditione, purificata conditione, & non prius censetur concessa, quæ conditionis purificatio denunciari debet demandanti, alias quidquid gestum fuerit, nullum, & irritum esse firmatur. Cambia, vt debeantur ratione damnorum, & interesse, quæ requirantur, clarè demonstratur.

Mercurij 20. Octobris 1649. Ampurieñ, & Ciuitateñ electionis Vicarij. Meltio.

ARGVMENTVM CCCXLVII. Excommunicatio, seù interdictum, quando fuit comminatum contra Canonicos, & Capitulum ob non paritionem mandati de manutenendo, ad effectum euitandi declaratoriam, an sufficiat oblatio verbalis de parendo collegiatim facta, cum patientia absque aliquo actu positiuo, eruditè tractatur.

Expensæ factæ pro declaratoria, tunc veniunt reficiendæ, quando quis post incursum censurarum ob contumaciam in parendo, deindè reuersus, absolutionem peteret; quid autem dicendum sit, vbi declaratoria non fuerit simpliciter, & absolutè relaxata, sed cum termino ad parendum, & infrà dictum terminum secuta fuerit paritio, ingeniosè resoluitur.

Mercurij 15. Nouembris 1649. Calaguritana Beneficij de Ocoñ. Arguelles.

ARGVMENTVM CCCXLVIII. Subdelegatio Iudicis in partibus pro nouo examine faciendo ad instantiam reprobati, quando reprobatus docet de grauamine, & accessus ad Vrbem, non est actus à Rota in ista decisione concessa fuit.

Mercurij 15. Nouembris 1649. Firmana Codicillorum, Cerro.

ARGVMENTVM CCCXLIX. Legatum vxori relictum de vsufructu hęreditatis, quod regulariter ad alimenta restringitur extantibus filijs communis matrimonij hic limitatur stantibus coniecturis, de quibus in decisione.

Mercurij 24. Nouembris 1649. Cathaceñ Hæreditatis, Cerro.

ARGVMENTVM CCCL. Dispositio Testatoris æquiuoca declaratur à cõmuni illius iure loquendi, & substinetur quando per coniecturas docetur de quo intellexisse voluerit.

Veneris 26. Nouembris 1649. Ampurieñ, seù Ciuitateñ Archipresbyteratus. Bichio.

ARGVMENTVM CCCLI. Vnio satis probatur ex Instrumento originali solius Episcopi ab eodem subscripto, & suo sigillo signato, præsertim concurrente obseruantia, & effectuatione vnionis, Vbi multæ connumerantur coniecturæ pro effectuatione vnionis.

Lunæ

C A-

CATALOGVS
R.R. P.P. D.D.
AVDITORVM
QVI DE PRAESENTI ANNO M.DC.LVI.
In Sacra Rota Romana feliciter ſedent.

Reuerendiſs. P. D. CAROLVS CERRVS ROMANVS, Supremi Orbis Areopagi Decanus Meritiſsimus, cuius ingenij excellentia, acerrimum Iudicium, exquiſitiſſimaq; ſcientia qualiter ea omnia in tanto Auditore, & Decano colloceant, fama communis, quæ nullatenus mentitur.

R.P.D. LEO VEROSPIVS ROMANVS.

R.P.D. ANTONIVS ALBERGATVS BONONIENSIS.

R.P.D. ALOYSIVS BEVILAQVA FERRARIENSIS.

R.P.D. HIERONYMVS PRIOLVS VENETVS.

R.P.D. FLAMINIVS TAIA SENENSIS.

R.P.D. LVDOVICVS DE BOVRLEMONT GALLVS.

R.P.D. IOANNES EMERIX GERMANVS:

R.P.D. VITALIANVS VICECOMES MEDIOLANENSIS Archiepiſcopus Epheſinus, Locumtenens.

R.P.D. IOANNES ANTONIVS OTALORA HISPANVS.

R.P.D. GASPAR CARPINEVS ROMANVS.

R.P.D. . . . . , ...



DECI-



DECISIONVM RECENTIORVM A PAVLO RVBEO I. C. ROMANO SELECTARVM. TOMVS DECIMVS.

R. P. D. ARGVELLES.
Tiburtina Fideicommissi.

Lunæ 14. Ianuarij 1647.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum absolutum, & perpetuum, ex quibus censendum veniat, quòd Testator voluerit constituere in domo, vel familia sua, ad instar Maioratuum, seu Primogenituræ, prout facere solent Hispani, aliæq; Nationes.
Affluenter deducuntur plures coniecturæ, ex quibus Iudex tamquam peritus, & sagax venator poterit venari mentem Testatoris fuisse inducendi fideicõmissum, siue temporale, siue perpetuum; Nam Iudex sequi tenetur voluntatem Testatoris, sicut Venator sequitur leporem, donec eum assequatur, & capiat.
Coniecturæ pro admissione fideicommissi, non debent, vti singulæ considerari; Nam sic non expenduntur in Nundinis Legalibus, cum non sint iusti ponderis, simul tamen vnitæ, & consideratæ, vires assumunt, cum vnio det robur; Et ideò coniecturæ ità vocantur, quasi colligaturæ, vnde colligatæ simul, & non de per se veniunt põderandæ. In oppositum, opposita penitus deducuntur, vt ipse veritatis fulgor, & splendor magis, magisq; sidarescat.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum in perpetuum factum maiori natu, quid importet.*
2 *inter Fideicommissum perpetuum, & primogeniturã nulla est differentia.*
3 *Primogenitura an inducatur per vocationem maioris natu, & num. 12.*
4 *Fideicommissum perpetuum inducitur per vocationem maioris natu, & primogeniti. & num. 34.*
5 *Fideicommissum censetur perpetuum per vocationem factam ordine successiuo.*
6 *Fideicommissum censetur successiuum etiamsi Testator vocauerit seniorem, aut maiorem natu, aut primogenituram alicuius familiæ.*
7 *Quæ vocatio per numerum singularem operatur quidem, vt duo vel plures simul, & eodem tempore non possint admitti, non tamen excludit quin vnus post alium admittatur.*
8 *Maioratus appellatur ille, quando vocatus est maior natu cæteris exclusis.*
9 *Primogenitura dicitur illa, quando vocatus est primogenitus tantummodò.*
10 *Maior natu, quando vocatus est, an admittendus sit filius primogeniti defuncti, an verò Patruus maior natu. Declara, vt num. 22.*
11 *Nepos ex primogenito præmortuo præfertur Patruo ætate seniori, etiãsi facta sit mẽtio de maiori natu.*
13 *Fideicommissum perpetuum censetur inductum per vocationem maioris natu, vel primogeniti.*
14 *Fideicommissum perpetuum non censetur inductum, quando maior natu, vel primogenitus simpliciter vocatus sit.*
15 *Secus tamen quando fuerit vocatus per nomencollectiuum, v.g. maior natu de linea, &c.*
16 *Fideicommissum perpetuum censetur inductum non solùm quando Testator disposuit per nomen collectiuum, sed etiam si id ex coniecturis deducatur.*
17 *Testator an voluerit inducere fideicommissum, nec ne parum interest an vsus fuerit numero singulari, vel plurali.*
18 *Numerus singularis conuertitur in pluralem, & quando id procedere dicatur.*
19 *Numerus singularis pro plurali ponitur quando verbum est aptum comprehendere plura.*
21 *Auctores non sunt citandi in eo, quod dicunt per modum argumenti.*
23 *Primogeniti, vel maioris natu vocatio, parificatur, nisi per vocationem maioris natu intelligatur senior, aut antiquior.*
24 Castill. contr. lib. 2. cap. 23. n. 44. *declaratur.*
25 *Fideicommissum, aut maioratus nõ extenditur vltra nominatos, vbi deficit vox Maioratus, aut Coniectura.*

26 *Dispositio indefinita nulla facta relatione ad certam personam denotat perpetuitatem, & successionem temporis, & personarum.*
27 *Nepotes non continentur sub appellatione filiorum.*
28 *Fideicommissum perpetuum, & successiuum censetur inductum per vocationem antiquorum de domo.*
29 *Fideicommissum censetur perpetuum per adiectionẽ operis dandi certam eleæmosynam pauperibus, etiamsi verba esset restrictiua ad duos nominatim.*
30 *Vocatio ad fideicommissum, aut fiat in numero singulari, vel plurali, nihil differt.*
31 Peregr. cons. 38. num. 6. lib. 5. vers. non etiam obstat, *declaratur.*
32 *Fideicommissum perpetuum an inducatur per vocationem primogeniti.*
33 *Maior natu naturaliter intelligitur. Primogenitus Ciuiliter.*
34 *Fideicommissum relictum nõ primogenito de familia de linea, &c sed primogenito simpliciter an censeatur perpetuum.*
35 *Et quid si adsit onus perpetuum, vel coniectura perpetuitatis. & num. 36.*
36 *Nomen collectiuum Primogenitus videtur restrictum per verbum filius.*
37 *Nepotes in contractibus non continentur sub nomine filiorum.*
38 *Fideicommissum perpetuum inducitur per vocationem Maioris de domo, aut familia, aut agnatione.*
39 *Fideicommissum dicitur perpetuum, si adest verbum denotans tractum successiuum, vel tempus futurum, vel fuit contemplata familia, vel agnatio. & num. 54. & quare num. 55. Declara. n. 58.*
40 *in Fideicommisso quando vocatur maior natu. vocatio censetur facta ordine successiuo.*
41 *Fideicommissum dicitur perpetuum, quando relictũ est familiæ, secùs quando vocatur proximior de familia, & quare.*
42 *Fideicommissum non dicitur perpetuum, quando relinquitur filio primogenito, vel alio agnato, vel cognato, & quare.*
43 *Fideicommissum an sit relictum proximiori de domo, vel de cippo, an verò proximiori de linea multum interest, & quare. num. seq.*
44 *Fideicommissum non dicitur successiuum, si fuerit relictum familiæ, domui, agnationi, &c. nisi aliud adijciatur, & quare. num. 45.*
46 *Fideicommissum dicitur successiuum si fuerit relictũ lineæ, quia qui lineam vocat, omnes de linea vocat successiuè.*
47 *Linea ex se significat tractum successiuum, videlicet quid habens longitudinem, & non potest intelligi sine longitudine, & tractu successiuo.*
48 *Linea est collectio personarum ab eodem stipite descendentium, gradus continens, numeros distinguens.*
49 *Fideicommissum perpetuum inducitur si habita sit ratio conseruandæ familiæ, & multò magis agnationis per vocationem proximioris.*
50 *Agnationis ratio censetur habita per repetitam vocationem masculorum. & num. 53. contra quando semper inueniuntur vocati masculi, & numquam fœminæ.*
51 *Agnationis conseruationem necessario non inducunt verba illa:* maioris de domo, vel primogeniti, vel de familia.
Sed tamquam indefinita respiciunt fauorem maiorũ propriæ familiæ. nu. 51.
52 *Fideicommissum quando relinquitur familiæ inter illos de familia fideicommissum inducitur, & quare.*
53 *Primogenituram ex quibus colligitur, quod testator voluerit ordinare.*
56 *Agnatio non censetur contemplata, quando vocatur linea masculina, vel proximior ex ea.*
57 *Masculinitatis qualitas aliud nõ significat, nisi vt prouideatur descendentibus masculis ex linea masculina, ac etiam, vt fœminina agnata excludatur.*
59 *Fideicommissum perpetuum eodem modo inducitur, si sit habita ratio conseruandæ familiæ, ac si conseruandæ agnationis.*
60 *Proximiore admisso, cæteri repelluntur agnati.*
Declara conclusionem procedere ab intestato, secus ex testamento num. 61.
62 *Agnatus proximus semper succedit decedentibus ab intestato sine suis, & legitimis.*
63 *Successio, quod non detur in legitimis hæreditatibus est sublatum iure prætorio.*
64 *Fideicõmissa nõ erant cognita, vel saltem infirma, & nulla iuris authoritate subnixa tẽpore.* l. 12. tab.
65 *Verbum* proximius, *quid importet.*
66 *Fideicommissum perpetuum non inducitur per verba, quæ stant consecutiuè ad casum controuentionis, & delicti, quod quomodo dignoscatur. n. 71.*
67 *Secus quando dicta verba comprehenderent vnicam orationem. n. 67.*
68 *Instituere sub conditione alienentur nullo iure prohibitũ est, & nulla indiget vestiri ratione, & quare.*
69 *Conditio non potest dici illa, quæ non suspendit actũ.*
70 *Fideicommissum dicitur perpetuum, quando prohibitio est realis, præcipuè quando iam est vestita prohibitio.*
72 *Relatiuum,* hoc, *refertur ad omnia antecedentia quãdo patitur ratio recti sermonis, & ipsa sint, vel in vna oratione, vel consecutiuè, vel connexiuè posita.*
73 *Relatiuum,* hoc, *non ad proximum, sed ad multa alia antecedentia adaptatur.*
74 *Relationis natura ea est, vt omnia ad quæ potest fieri relatio absquæ aliqua restitutione compræhendat.*
75 *Clausula* & hoc *stat separatè, & de per se, & ideò debet ad vtrumque referri, quando ratio diuersitatis non suaderet, vt ad vnum casum potius, quàm ad alium referatur.*
76 *Clausula,* & hoc, *posita in fine refertur ad omnia.*
77 *Clausula,* & hoc, *posita in principio censetur repetita in sequentibus si sint copulata per dictionem coniunctiuam, vel connexiuam.*
78 *Fideicommissum censetur perpetuum, quando fuit factum in casum confiscationis.*
79 *Agnationis conseruationis ratio censetur habita, per clausulam. ne bona transeant in Fiscum in casu confiscationis.*
80 *Quod procedit, etiamsi talis dispositio, ne bona transeant in Fiscum staret in oratione separata.*
81 *Ratio considerata in casum mortis naturalis, censetur etiam considerata in casum mortis ciuilis, & è conuerso.*
82 *Iurispatronatus constitutio inducit perpetuitatem fideicommissi, & quare.*
83 *Conditione deficiente, tota euanescit dispositio.*
84 *Fideicommissum vniuersale infertur ex legatis particularibus, in quibus testator grauauit hæreditatẽ.*
85 *Cessat tamen id, quando qualitas perpetuitatis expressa in dictis legatis particularibus, non fuit repe-*

repetita in dicto fideicommisso vniuersali.
86 *Fideicommissum censetur perpetuum, si cum onere perpetuo adsit aliqua clausula cōseruādæ familiæ.*
87 *Fideicommissum dicitur perpetuum, quando Testator exclusit presbyteros ratione conseruandæ familiæ.*
88 *ex Vocatione filiorum facta expressè ordine successiuo non infertur Testatorem de eodem ordine cogitasse in substitutione, dum id non expressit. Contra. num. 90. & 92.*
89 *Testamenti vna pars ab altera declaratur.*
91 *Vocati nomine proprio censentur magis dilecti, quàm vocati nomine collectiuo.*
92 *Testator nō præsumitur voluisse grauare oneri fideicommissi vocatos nomine proprio, & à grauamine absoluere vocatos nomine collectiuo.*
93 *Fideicommissum perpetuum ex quibus coniecturis resultet, & an singulæ de per se sufficiant. nu. 95.*
94 *Coniecturæ ad inducendum perpetuum fideicommissum omnes simul considerandæ sunt, & licet per se solæ non essent aptæ, tamen simul iunctæ sufficiunt.*
96 *Primogenitura inducitur ex coniecturis.*
97 *Fideicommissum inducitur ex coniecturis, quia in fideicommissis voluntas magis, quàm verba intuenda est.*
98 *Testatoris voluntas in omnibus dominari debet.*
99 *Fideicommissum ex coniecturis deprehēditur, etiamsi verba cessarent.*
100 *Disponentis personæ, & personæ eius, in cuius fauorem dispositio concipitur, pensandum est, etiam extantibus verbis restrictiuis.*
101 *Verba testamenti quatenùs essent ambigua, vel starent consecutiuè, deseruirent tamen pro declaranda mente testatoris.*
102 *Fideicommissum deducitur etiam ex verbis, quæ consilium magis, quàm necessitatem important.*
103 *Ratio in vna parte testamenti posita facilè porrigitur ad aliam.*
104 *Substitutio dicitur compendiosa, quando dictum fuit,* Non ci essendo, *hoc est non extantibus.*
105 *Fideicommissum, quod semel habuit initium multò faciliùs ne intercidat, durare præsumitur.*
106 *Fideicommissum iam constitutum, leuiores sufficiunt coniecturæ ad declarandum.*
107 *Fideicommissum declaratur etiam ex ratione consecutiuè posita.*
Si adsunt verba apta ad inducendam dispositionem & concurrit identitatis ratio, & inducitur ex eo, quia non est extensio, sed declaratio. num. 109.
108 *Mens testatoris colligitur ex ratione consecutiuè posita.*
110 *Verba testamenti, etiamsi non sint dispositiua, seruiunt tamen ad ostendendam Testatoris voluntate.*

DECISIO I.



IMpetrato, vt ab omnibus DD. causa reuideretur; Informātes pro mulieribus totis viribus decisionē sub die 25 Maij præteriti coram me emanatā, * & quæ hodie reuidetur nitebantur euertere, quam nec nutare quidem fecerunt: quia Domini ex iisdem fundamentis eam constantissimè firmarunt, obiectis omnibus respōdēdo.

Non obstat primum, quo negatur decisiones coram Eminentiss. Cardinali Panzirolo non seriò, sed leuiter incidenterque dicere factam primogenituram, cum semel, & iterū hoc firmauerit illa 27. *Iunij* 1640. §. *nec decisio,* & §. *fuit enim,* * vbi etiam vocatur maioratus. Et idem pœnè dixerat 16. *Martij* 1640. §. *etenim* * vbi firmatum † *fideicom. perpetuum quod maiori natu relictum nil aliud est, quam Pri-*
1 *mogenitura, vel Maioratus ex latè traditis à Molin. de primog. lib. 1. cap. 1. num. 5. & 7.* vbi multis
2 citatis. † Non solum Hispanis, apud quos solos non benè dicitur conclusionem procedere, sed etiam aliarum nationum, inter quę nullam esse differentiam quantum ad perpetuitatem statim probabitur.

Quod per transennam, & obiter firmauit *illa 27. Iunij §. fin. in finalibus verbis,* fuit, *fideicommissum non esse perpetuum*; quia de hoc, nec disputabatur, nec erat necessarium disputare, an morte Vespasiani extingueretur fideicommissum.

Nec subsistit in facto, quod dicitur decisionem coram me firmasse fideicommissum esse perpetuum, ex quo fuit facta Primogenitura, Nam vel Lippis inspicientibus apparebit multis alijs rationibus hoc fuisse decisū.

Vnde tota vis scribentium conuersa fuit ad probandum nullam fuisse factam Primogenituram, Et magna moles DD. adducitur, qui
3 dicunt † per vocationem maioris natu non induci Primogenituram: Sed ipsimet Aucto-
4 res apertissimè fatentur, † per vocationem maioris natu induci perpetuum fideicommissum *sic Peregr. exaduerso citatus cons. 34. n. 17. vers. aliud namq; lib. 3. & de fid. art. 13. num. 86. vers. quod si maior,* ibi: *Et deferuntur isti maioratus de vno in alium iure fideicommissi,* & multis exornat Doctoribus. Eodem modo loquitur *Modern. Neap. ad d. art. 13. vers. secundo obseru. Thesaur. qu. forens. 35. per tot.* Eodem pariter modo *Bellon. cons. 11. per tot.*

Et sic quæstio de nomine potius videtur,
5 quantum ad præsentem disputationem. † Nā quantum ad perpetuitatem, & vocationem ordine successiuo nullam inter hæc esse differentiam tenuerunt citati. *Mant. de coniect. vlt. volum. lib. 8. tit. 10. numer. fin. Gratian. discept. 695. numer. 17. & 18. Gam. decis. 307. Menoch. cons. 442. num. 26. Bellon. vbi supra num. 11. ibi;*
6 *Ideoq; † etiam si testator vocauerit seniorem, aut maiorem natu, aut primogenitum alicuius familiæ dispositionem censeri successiuam,* & in ea locum habere doctrinam *Anch. cons. 27.* vt videre est apud *Roman. cons. 438. num. 13. & 14. Gomez. l. 40. tauri num. 64. vers. sed in hoc Peregr. d. art. 13. num. 86. vers. quod si maior. Menoch. cons. 1006. num. 49. vbi recenset 23. DD. ita tenentes, & cons. 1099. nu. 12.*
7 *& 13. & de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 67.* † quia singularis numerus operatur quidem, vt duo, vel plures simul, & eodem tempore non possint admitti, sed non excludit quominus vnus post alium admittatur, hucusq; *Bellon. citatus exaduerso, qui d. cons. Anch. communiter receptum*

dicit num. 17. & 18. ibi : quemadmodum & pri-
mogenitura,& inferius ibi . Neq; enim verisimile est,
qui erigit primogenituram, aut maioratum velle vni
tantum gradui, aut duobus prospicere, vbi ex Beretto,
& alijs. Eodem modo Surd.cons.403.per tot.præci-
8 puè n.40.qui omnes Doctores maioratū appel-
9 lant,quando vocatus est maior natu, † Primo-
genituram quādo vocatus est primogenitus.
Quæstio ergo inter Doctores illa valdè agi-
10 tata, est. † An vocato maiori natu admit-
tendus sit filius primogeniti defuncti; An ve-
rò Patruus maior natu ; in qua etiam quæ-
stione multi tenuerunt nullam inter hæc esse
differentiam , vt multis congestis per Bellon. vbi
proximè num.26. Menoch. cons.318. num.17. d.con-
sil. 442. num.11. 21. & 22. cons. 886. num. 26. &
seq. cons.981. num.4. & d. cons.1006. num.37. Ca-
still. multis citatis contr. lib. 5. cap.93. §. 1. nu. 51.
Mant. vbi sup. num.1. qui multos citat,& alios The-
saur. d. qu. 35. num. 2. lib. 1. Barbat. cons. 10. per
tot. vol. 2. Ruin. cons.13. nu.14. vol.1. vbi in spe-
cie reprobat Alex. contrarium tenentem Surd.
cons. 403. num. 71. vers. & quamuis . Et est de
11 mēte eorum, qui censent † Nepotem ex pri-
mogenito præmortuo præferri Patruo etate
seniori , etiamsi facta sit mentio de maiori
natu . Castr. cons.164. per tot. vol.2. Abb.cons.85.
per tot. lib.1. Socin. sen.cons.47. num.12. vol.3. &
multi alij pœnes Thesaur. vbi sup. num. 28. Ecce
quam nihil interest in præsenti, An sit primo-
12 genitura, † an maioratus , Accedit Fusar. etiā
exaduerso citatus cons. 40. num. 1. & 2. qui in tract.
de subst. qu. 84. nu. 3. ait per vocationem ma-
ioris natu censeri factam primogenituram .
13 Et quod per † vocationem maioris natu ,
vel primogeniti, censeatur inductum perpe-
tuum fideicommissum præter citatos tenent
Mieres, Molina, Theolog. Aluarad. Mena , Peregr.
Ripa, Decian. post Molin. d. lib.1. cap. 5. num. 21.
congesti ab Addent. num. 22. Intrigl.de subst. cent.3.
qu. 79. nu. 19. cum multis ibi, & alios congessit Va-
lenz. cons. 69. num. 6. Menoch. cons. 117. num. 14.
cum seqq. qui se ipsum explicat in eo , quod dixerat
cons.85.n.123. idem Menoch.cons.713.nu.7.& 924.
numer. 1. vbi quando vocatus est proximior .
14 Et licèt Adden. ad Molin.† hoc negent,quan-
do solum maior natu , vel primogenitus vo-
15 catus sit,† concedunt tamen quando per no-
men collectiuum, vt in præsenti, & nemo nō
videt, quanta sit differentia, An vocetur solū
maior natu, An verò maior natu de linea ,
quod est nomen collectiuum, quam differen-
tiam aduertit rectè Surd. cons. 484. numer. 2.
ibi : Addo quod Testator non dixit primogenitum li-
16 neæ Antonij , qui etiam Addit. non solum ,
quando per nomen collectiuum facta disposi-
tio , sed etiam quando ex coniecturis potest
deduci testatorem voluisse facere maioratum,
Et mirum est, quod Add. non adduxerint Ca-
still. controu. d. lib.5. cap. 93. §. 3. vbi per tot. di-
sputat hanc quæstionem,& multis citatis pro-
bat doctrinam Molin. & cons. Anch. & §.1.n.50.
& 51. vbi alios citat;Idem tenuit Rota dec.266.
17 num.7.par.4. tom.2. rec.† Et quod nihil interest
an numero singulari, vel plurali fiat vocatio,
nec vllus negat, & alijs adductis firmat Molin.
vbi supra Hipp. Rimin. cons.544. num.24. & seqq.
Castil. d. §. 1. nu.50.& 51. & d. §.3. nu.3. & 12.
& faciunt tradita ab eodem Castill. cap.120. nu. 23.
cum seqq. & nu. 33. & 40. cap.121. nu. 48. vbi ex
18 multis alijs , † quod singulare conuertitur in
plurale, vel idem importat, si sit collectiuum,
vel rationis paritas, & identitas, aut connexi-
tas, subiecta materia , aut præsumpta dispo-
nentis mens ita suadeat , & numer. 52. quod
19 numerus † singularis pro plurali ponitur ,
quando verbum est aptum comprehendere
plura,atque ita traditionibus aliorum scripsit
Ioseph de Rustic. ad l. Cum Auus in tract. An , &
quando , &c. lib. 6. cap. 7. nu. 2. 3. 5. 30. & 31.
& 32. & contra Mieres contrarium tenentem
solo Crauetta relato inuehitur Castill.d.§.3.n.14
20 Malè † adducuntur contra hanc doctrinam
Modern. Neap. vbi supra, qui in vers. secundo obser-
uo, claris verbis dixit contrarium . Azeued.
cons. 18. loquitur , quando vocatus est filius
maior , non quando vocatus est maior natu
de linea , vel de familia , Peregr. cons. 38. lib. 1.
tenet apertè contrarium , & in fortiori casu ,
nempè quando erat substitutus , non maior
natu in linea , sed filius maior masculus , vt
videre est per tot præcipuè à nu. 23. ad 27. vbi
21 nu. 24. respondit ad argumentū,quod fecerat
num.4. vbi citatur non benè † quia Auctores
non sunt citandi in eo, quod dicunt per viam
argumenti ; Et eodem modo citatur num. 2.
vbi est argumentum, cui postea etiam respō-
dit , & probat Roman.cons. 438. & d. cons. Anch.
& Fulg. cons. 68. quibus decisio fulcitur , &
22 absque † vllo dubio si adsint verba , vel one-
ra denotantia perpetuitatē,Thesaur.d.q.35. n.2.
non rectè allegatur, qui talē nō meminit,im-
mò cōtrariū tenet in tota illa questione,& n.5
23 ait † quod vocatio maioris natu,& primoge-
niti parificatur nisi quādo per vocationē ma-
ioris natu intelligatur Senior,aut Antiquior;
24 Adducitur Castill. lib. 2. controu. nu.44. cap.22.
lib. 2. quem Molin. & Sess. citarunt Addent. ad
Molin. non ad probandum, quod per vocatio-
nem maioris natu non dicatur inductum fi-
deicommissum , aut primogenitum , sed ad
25 probandum†quod,vbi deficit vox maioratus,
aut coniectura , fideicommissum , aut maio-
ratus non extenditur vltra nominatos , & hoc
est quod dicunt Castill. & Sess. quibus nec ve-
nit in mētem eo loci disputare nostram quę-
stionem, idem quod nu. 44. d. cap.22. lib.2. di-
cit num.53. & in toto illo capitulo de vocatio-
ne maioris natu, nec vllum verbum,sed benè
ex eius doctrina colligitur nostra ; Adducitur
Surd. cons. 346. num. 22. malè errore fortasse
scriptoris , quia longè diuersa materia in eo
consilio disputatur, & in cons. 484. num. 7. vbi
26 firmat sententiam decisionis , ibi : Quia cum
indefinitè pronunciatur nulla facta relatione ad certā
personam,denotat perpetuitatem,& successionem tem-
poris , & personarum . Quid potuit clarius ? &
in toto illo consilio idem probat, in quo erat
vocatus primogenitus in linea . Affertur etiā
27 Rimin. iun. cons. 23. num. 69. qui † nihil aliud
intendit , quam respondere Guidopapæ , & cæ-
teris dicentibus appellatione filiorum non
con-

contineri Nepotes, & probat *d. conf. Anch. 27.* multis rationibus, & doctrinis tam in prima
28 parte, † dum tenet per vocationem antiquorum de Domo, censeri prouisum familiæ, & inductum fideicommissum perpetuum ordi-
29 ne successiuo, quam in secunda, † quatenus dicit per adiectionem oneris dandi certam æleemosinam pauperibus, censeri etiam perpetuum fideicommissum, *vt nu. 51. 60. & 61.* vbi etiam si verba essent restrictiua ad duos
30 nominatim (quod magis est) *& n. 62.* † quod nulla sit differentia, An in numero singulari, an in plurali fiat vocatio. Nec felicius addu-
31 citur. † *Peregr. conf. 38. num. 6. lib. 5. verf. non ob-*
32 *stat*, vbi † quod vocatio primogeniti personalis dicitur, non quia per eam inducatur fideicommissum perpetuum, sed quod non admittatur ille, ad quem transit ius primogenituræ, videlicet primogenitus ex primogenito &c. sed maior natu, ita vt persona, non dignitas, vel qualitas primogenituræ inspi-
33 ciatur, † quia verbum. Maior natu, naturaliter intelligitur, verbum *Primogenitus* ciuiliter, vt ex citatis *à Moderno Neap. discept. forens. cap. 38. num. 17. & 18. & ipse Pereg. benè se explicat, & citat conf. 39. nu. 24. lib. 1. vbi per tot* admit-
34 tit per vocationem † primogeniti, & maioris natu induci fideicommissum perpetuum, & in fortiori casu loquitur, *d. conf. 38.* nam ibi non erat fideicommissum relictum primogenito de familia, seu primogenito simpliciter sed primogenito Petri Pauli, quod diuersissimum est vt supra notatum *ex Surdo, & in d. conf. 39.* erat vocatus filius primogenitus, vbi
35 collectiuum † *Primogenitus* videtur restrictum per verbum *filius*, & tamen non dubitatur in illis de perpetuitate fideicommisfi, sed de ordine succedendi; melius forte posset citari in *conf. 57. num. 19. lib. 4.* sed nec ibi loquitur, quãdo vocatus est primogenitus in linea, sed quando est vocatus primogenitus alicuius, quia hæc videtur restrictiua, & melius forte *conf. 70. nu. 17. lib. 3.* vbi quando primogenito
36 simpliciter relinquitur fideicommissum, † sed ibi etiam secus dicit, si adsit onus perpetuum, vel coniectura perpetuitatis *Socin. Iun. lib. 2. con-*
37 *sil. 108. num. 15.* † nil aliud dicit, quam filiorum nomine non contineri Nepotes in contractibus. *Fusar. citatus q. 490.* errore scriptoris citandus fortè *q. 390. iam adductus in d. 1. de-*
38 *cis. vbi num. 7.* † quod quando vocatur maior de Domo, aut familia, aut agnatione, induci perpetuum fideicommissum, *& conf. 40.* nil aliud disputat, nisi illam ipsam difficillimam quæstionem, vt omnes præcitati agnoscunt, *Qui sit præferendus inter Patrum seniorem, & Nepotem, vocato maiori natu.* Vrgent quidem *decis. 486. part. 1. rec. nu. 4. & dec. 812. apud Seraph.*
39 *num. 1.* † Sed dicunt, quod si adest verbum denotans tractum successiuum, vel tempus futurum, aut coniecturæ, Secus dicendum. Corruptè etiam citatur *Duran. decis. 250. nu. 17.* vbi nil tale. Nec contraria est *decis. 242. par. 4. rec.* vbi non fuit contemplata familia, nec agnatio, quo casu secus firmat *num. 3. & 4.* ibi *Familia de Briscalys non est contemplata. Ad decisionem sanct. mem. Greg. XV. 464. & decis. 464. part. 4. vbi num. 19.* ponderatur testatorem duos extraneos instituisse, & quod non fuerit onus aliquod iniunctum, nec facti plures gradus substitutionis. Corruptè etiam allegatur *decisio 181. num. 17. part. 3. recent.* quæ nec talem numerum, nec materiam continet, & ipsa Rota tenuit contrarium *in Bononien. fideicommissi de Bologninis 26. Nouembris 1645. coram R. P. D. meo Ghisilerio, & decis. 366. num. 7. part. 4. tom. 2. recent. & decis. 209. in princ. versic. nepotes*
40 *num. primo*, vbi quod † quando vocatur maior natu, censeatur facta vocatio ordine successiuo, quod tenent etiam alij citati *in prima decisione*, & late *Greg. Lopez. in lib. 2. tit. 15. par. 2. in gloss. prima in fin.* & verbo *el mas propinquo Capic. Latr. decis. 108. num. 76. Castill. d. lib. 5. cap. 91. nu. 84. verf. & confirmatur. Rota Motmano Bononien. fideicommissi de Nascentorijs 14. Decembris 1636. §. concurrunt præterea*, vbi si vocati sint masculi primogeniti, & facit optimè *tex. in cap. quoniam Abbas 14. de off. & pot. Iud. deleg.* iuncto *Barbos. ibi nu. 2. & 6.*

Non obstat *Molina d. lib. 1. cap. 5. num. 27.* qui non loquitur, quando proximior de familia
41 vocatur, de † quo à *nu. 18. ad 23.* Sed quando fideicommissum relictum est familiæ, in quo respondit *I.C. in allegata l. cum ita 33. alias l. omnia 32. §. in fideicommisso ff. de leg. secundo*, quo casu, & ex verbis tractum successiuum denotantibus, vel ex coniecturis concedit fideicõmissum perpetuum. Diuersa etiam species est, de qua *ipse num. 37.* sed quæ facit pro de-
42 cisione, quia ibi dicit, † quod si filio primogenito, vel alio agnato, vel cognato relinquatur, non inducetur fideicommissum perpetuum, quia tunc non est indefinita vocatio, sed per nomen collectiuum, vt optimè explicant *ibi Addentes num. 37. in fin. & prius dixerat ipse Molina eodem lib. cap. 6. num. 29. in princip.* vbi differentiam facit. An Testatoris dispositio referatur ad certos, & determinatos filios, an verò ad ignotos, *& rectè Castill. d. §. 1. num. 51.* vbi distinguit. An fiat vocatio maioris nomine proprio, an vero nomine appellatiuo, pro quo iam supra adduximus *Surdum, & Peregrinum.*

43 Addebat vnus ex Dominis † multum interesse An quis relinquat proximiori de domo, vel de Cippo, vt loquitur *dicta decis. 486. num. 5. part. 1. recent. & 812. apud Seraphin.* An
44 vero proximiori de Linea. † Nam familia, Domus Agnatio ex sua significatione nullã inducunt successiuitatem, nullum tractum successiuum, vel futuri temporis, nisi aliud adijciatur, vt bene deducitur *ex dicto §. in fidei-*
45 *commisso.* Quia hæc bene possumus intelligere sine tractu successiuo; An vero proximio-
46 ri de linea, † Nam verbum, *linea* ex se significat tractum successiuum, videlicet quid, ha-
47 bens longitudinem, † *vt apud Geometros, & Grammaticos satis est notum*, & non potest intelligi sine longitudine, & tractu successiuo, vnde qui lineam vocat, omnes de linea vocat
48 successiuè, † Linea enim est collectio personarum ab eodem stipite descendentium, gra-

dus continens, numeros distinguens; *vt ex Ioan. Andr. & alijs definiuit Simon. de Præt. de interpret. vlt. volunt. lib. 3. interpr. 3. dubit. prima solut. 11. num. 42.*

Et quicquid sit de hoc, constantissimum
49 est apud omnes, † quod si habita sit ratio cōseruandæ familiæ, & multò magis agnationis, per vocationem proximioris induci perpetuum fideicommissum ex allegatis.

50 Nec videtur necessarium disputare, † an per vocationem masculorum repetitam inducatur ratio agnationis; quia optimè dicit
51 *Castill. dicto §. 3. num. 3. ad mea*, † verba illa *maioris de Domo, vel primogeniti, vel de familia &c.* esse indefinita, & respicere fauorem maiorum familiæ propriæ, & habere tractū successiuū, nec ad alium finem adijci posse, nec esse necessariam rationem conseruandæ agnationis, sed sufficit familiæ, *vt ibi per tot & numer. 10. versic. quinto notaui Fusar. cons. 192. nu. 16.* Et induci fideicommissum perpetuum, & in puncto consilij *Anch. Peregr. cons. 38. num. 4. lib. 5.* ibi, *quia Testator non respexit nominatim ad duos, sed absolutè ad antiquiores de familia, vnde magis considerauit familiam, & omnes de familia.* Et in relicto facto antiquiori de familia Estensi numero singulari ex Andr. Siculo ibi, nam colligit, per hæc verba, videri vocatos antiquiores omnes de familia ordine successiuo, & pro-
52 sequitur ex *Socin. Rimin. & alijs*, & cum fideicommissum relinquitur familiæ, inter illos de familia fideicommissum induci, vt indubitabile *tradit Fachin. controu. lib. 4. c. 49. versicul. penult. nil refragante l. pater filium 38. §. fundum 3. de leg. tertio*, quia ibi nil disponitur fauore familiæ, sed adsunt tantum verba enunciatiua futuri euentus, ita explicat *Rota decis. 105. in fin. par. 1. recent. Molin. Castill. & alij passim*, Licet subtilius quam verius in contrarium nitatur *Anton. Faber. de error. pragmat. decad. 54. err. 7. frustra respondens ad legem omnia alias l. cum ita 32. §. in fideicommisso ff. de legat. 2.* nec meminit *l. peto 69. §. fratre ff. eodem tit.* quæ manifeste resistit
53 eius doctrinæ. † Et in præsenti, quod testator voluerit seruare ordinem primogenituræ, colligitur ex eo, quod primo loco vocauit primogenitum, & hoc deficiente, secundo genitum, & illo extincto tertiogenitum, vt iisdem penè verbis argumentatur *Peregr. consil. 34. num. 11. vers. tertio defficiente.*

Vnde nil obstaret etiam si concederetur ex vocatione masculorum non censeri habitam rationem agnationis, vt prætenditur exaduerso probari ex *Castill. lib. 3. cap. 131. qui hanc conclusionem disputat à capite 129. ad cap. 133. in-*
54 *clusiuè*, † Sed nec id conceden. est, quia contrarium tenuerunt multi, quos ipse recenset, & quod quando semper inueniuntur vocati masculi, & numquam fæminæ; pro indubitato tenuerunt *multi relati à Molin. lib. 3. cap. 5. & alij ab Add. ibi, in princ. & ipsi probant in fine post Molin. ibi n. 29. vers. his autem & n. 45. 48. & 69.* & hanc sententiam secutam in Regio Consilio tenuit *Ioseph. Roman. cons. 15. num. 14. & ipse Castill. tom. 2. controu. cap. 4. nu. 78. & 80. & cap. 92.*
55 *nu. 2.* † multos vbique referens, vbi ad rationem, quæ adducitur, quod vocatio masculorum, vel exclusio fœminarum potest alia ratione fieri, quam conseruandæ agnationis, respondit *idem Castill. lib. 2. cap. 2. n. 18. & cap. 91. nu. 84. vers. verum*, vbi ex Rotæ decisionibus, & alijs *Fusar. q. 346. num. 31. multos referens n. 12.*

Sed quidquid sit de hac conclusione sumus
56 extra Dubium † quando vocatur linea masculina, vel proximior ex ea, vt multis citatis *Molin. lib. 1. cap. 6. num. 38.* vbi *Addent. alios cumulant*, quibus addo *Mieres de maiorat. 2. q. q. 6. n. 69 & q. 7. num. 44.* & melius ad propositum *Simon. de Pret. de interpret. vlt. vol. à lib. 3. interpr. 3. dubit. 1. solut. 11. numer. 54.* vbi optimè rationi-
57 bus, & auctoribus, *& num. 55. ex Aret* † *& alijs*, qualitatem masculinā non videri posse aliud significare, nec propter aliud esse positam, nisi vt prouideatur descendentibus masculis ex linea masculina, *Fusar. d. cons. 192. num. 29. vbi 24. refert Auctores ita tenentes*, & esse magis communem, vt etiam fœmina agnata excludatur; Et quid quid sit de hoc, sufficit habitam fuisse rationem conseruandæ familiæ, & *Auctores* omnes qui negant per masculorum vocationem non induci rationem agnationis,
58 loquuntur, † quando agitur de exclusione fœminarum propter masculos remotiores, vel deficientibus masculis, & non negant,
59 immo fatentur † eodem modo induci perpetuum fideicommissum, si sit habita ratio cōseruandæ familiæ, ac si conseruandæ agnationis, nec vlla ratio differentiæ poterit quantum ad hoc apta considerari.

60 Nec obstat etiam, † quod adducitur ex titulo de successorio edicto, vbi proximiore admisso cæteri repelluntur agnati; Est enim
61 notandum, † quod ibi agitur de successione ab intestato quæ *l. 12. tabul.* deferebatur agnato proximiori, hic vero de successione ex testamento vbi adest vocatio defuncti, & fideicommissum, ibi admisso agnato, si ipse etiam decedit intestatus vocabatur eius agnatus proximior, non agnatus sui antecessoris.

62 Vnde non potest dici, † quod non dabatur etiam successio, cum semper decedentibus ab intestato sine suis, & legitimis proximus succedat agnatus. Et quod dicit *Vlpian.*
63 *tit. 26. §. si plures*, † quod in legitimis hæreditatibus non datur successio, & *Paulus lib. 4. sentent. §. 3. alio* respicit, & est sublatum iure prætorio *l. 2. C. de success. edict. §. placebat Inst. de legitim. agnat. success. Cuiac. in not. ad Vlpian. & Paul.*
64 *Pichard. cum alijs d. §. placebat.* † Est etiam notandum, quod tempore *l. 12. tabul.* non erant cognita fideicommissa, vel saltem infirma, & nulla iuris auctoritate subnixa *princ. inst. de fideicom. vbi Pichard. nu. 1. & 6. & seqq.* quare hæc nihil attinent ad præsentem disputationē.

Sed ne ex omnibus, qui exaduerso citantur hoc solum non deseruiat pro decisionis con-
65 firmatione; † dicebat vnus ex Dominis aduertendum ad verba *l. 12. tabul.* quæ sic se habent apud I. C. *Vlp. fragm. tit. 26. At si intestato moritur, cui suus hæres non extabit agnatus proximus familiam habeto*, quo verbo *proximus*, non vnus solum, sed multi, idest omnes qui in eodem gra-

gradu proximiores erant, continebantur §. 1. *vers. non tamen omnibus Instit. de legitima agnat. successione Vlp. vbi supra §. si plures*.

66 Minus obstat † quod dicitur per illa verba, *E così di mano in mano*, & per illa *E questo acciò detti beni restino nella famiglia di casa sua in perpetuo* non induci perpetuum fideicommissum, quia stant consequutiuè ad casum con-
67 trauentionis, & delicti. † Quia notandum est omnia illa contineri sub vna oratione, tanquam ipsius appendices, nam testator instituit Andream sub sequentibus conditionibus quas enumerat post institutionem ibi, *nomina Andrea figliuolo maggiore di Vespasiano Blasii con queste conditioni*, quas prosequitur vsque ad illam clausulam *E questo acciò*, vnde non potest dici quod illa verba stent ad vestiendam prohibitionem alienationis, quia iam erat satis vestita. Nam est facta substitutio sub hac conditione inter alias, ne bona vllo tempore alienentur; Ideo non erat necessarium vestire
68 prohibitionem, † quia facere institutionem sub conditione ne bona alienentur nullo iure prohibitum est, & nulla indiget vestiri ratione, nam ipsa conditio pro vestimento est optimus *tex. in l. si quis ita 4. §. 1. ff. de condit. instit.* vbi *Bart. in finalibus verbis. Iason. in l. filius familias 114. alias 117. §. Diui il secondo in ordine. 14. ff. de leg. 1. in prima lectura num. 2. 6. 9. & in secunda lectura nu. 9. 61. Cancer. var. tom. 3. cap. 22. nu. 100 & seqq.* vbi *ex Paul. de Castr.* optimè explicat
69 quomodo hæc dicatur conditio † cum non suspendat actum Præterquam quod prohibi-
70 tio est realis, quæ fit propter † perpetuitatem fideicommissi *Rota decis. 718. nu. 3. par. 2. recent.* cum multis ibi *& decis. 380. num. 5. part. 4. recent. & decis. 93. nu. 3. per Fusar. cum alijs cons. 192. n. 9. citatis à Modern. Lucen. cons. 92. nu. 31. & 32.* præcipuè quando iam est vestita prohibitio, *vt ex congestis per eundem ibi num. 35.*

71 Nil est etiam quod illa verba stent consequutiuè ad confiscationem; & quod ponderatur de relatiuo, *& hoc*, ex *Cened. sing. 59. nu. 6. relat.* formalibus verbis *à Barbosa dict. 133. nu. 3.* quia idem in vers. sed non semper, *& Barbosa nu. 4. dicunt*: Hoc non esse perpetuum (vt aiebat vnus ex Dominis) immo perpetuū
72 esse, † vt referatur ad omnia antecedentia, quando patitur ratio recti sermonis, & ipsa sint, vel in vna oratione, vel consequutiuè, vel connexiuè posita, & est *tex. in l. quæsitum 8. vers. 1.* ibi *Credentes hoc fecisse ff. precar. l. ex hoc iure 5. ff. de iust. & iur. Paris. cons. 20. num. 49. vol. 2. verb. tamen sensus*. Quod non potest melius probari, quam ex politioris literaturæ Auctoribus *Ita apud Virgilium Georgicorum lib. 1.*
73 *vers. 335.* ibi, *Hoc metuens*. † Vbi non ad proximum sed ad multa alia antecedentia adaptatur relatiuum *Hoc* idem vers. 450. ibi.

Hoc etiam emenso, cum iam decedet olympo.
Profuerit meminisse magis.

Eodē modo *apud Martial. lib. 5. Epigr. 13.* ibi *Hoc ego tuque sumus*. Vbi post quā dixerat, quod erat pauper nobilis, & Poeta, & alia omnia complectitur in relatiuo *Hoc*

Optimè & moraliter *Persius Satyra 2.*

Compositum ius, fasq; animo, sanctosq; recessus
Mortis, & incoctum generoso pectus honesto.
Hoc cedo vt admoueā Tēplis, & farce litabo.

74 Et passim apud *Ciceronem*, *& alios*. † Ea namque est relationis simpliciter; atque absolutè natura, vt omnia ea ad quæ potest fieri relatio absque aliqua restrictione comprehendat, istis numero verbis dixit *Molin. de primog. lib. 3. cap. 7. num. 11. ex l. hæres meus 100. §. vxori ff. de leg. 3.* præcipuè vbi adest coniunctiua *l. ea tamen adiectio 46. ff. eod.* Præterquam quod *Rota coram Durano decis. 126. nu. 8. cum alijs tenet*, quod clausula *& hoc*, stet separata, &
75 de per se, & ideò cum non sit diuersitatis ratio, quare potius ad vnum casum, quam ad alium referatur, debet ad vtrumque referri *ibi num. 9.* alijs citatis & prosequitur, *quia si testator in d. clausula*, & hoc ideo solum respexisset ad fisci exclusionem, *non erat cur declararet, quod volebat bona sua conseruari in familia masculina, quia satis erat priuare delinquentem, & alium vocare &c.*

76 Vlterius quia hæc clausula est posita in fine totius procedi, vnde ad omne refertur *ex tex. in l. talis scriptura 30. in princ. & §. fin. ff. de leg. primo* melior *tex. in d. l. Hæres meus d. §. vxori meæ ff. de leg. 3. cap. secundo requiris 41. de appell. Garz. de nobilit. nu. 25. vers. 2. post med. iuncto n. 28.*
77 *vers. modo* † Immo in principio posita censeri repetita in seqq. si sint copulata per dictionē, & vel alias dictiones coniunctiuas, vel connexiuas, vt istis verbis *Bald. cons. 153. nu. 2. vers. in contrarium vol. 5.*

Et dato sed non concesso quod staret con-
78 sequutiuè ad casum confiscationis, † sufficeret tamen pro ratione conseruandæ familiæ,
79 & inducendo fideicommisso; † Nam in prouisione ne bona vadant in fiscum, familiæ conseruandæ rationem habitam dicit *Molin. lib. 2. cap. 12. nu. 56.* inducere fideicommissum perpetuum tenuit *Rota alleg. dec. 366. par. 4. rec.*
80 *tom. 2. nu. 2. vers. principaliter ad med.* † *& num. 17.* vbi in fortiori casu, quia clausula illa quod bona non deuenirent ad fiscum, non stabat dependenter, & connexiuè, & in vna eademq; Periodo, nec posita per modum conditionis, sed stabat in oratione, periodo, & clausula separata, & incipiebat a capite, & ratio conseruandi bona in familia stabat consequutiuè, ibi, *nullo pacto deuenire possint ne quoad vsumfructum ad fiscum, sed bona prædicta semper, & omni tēpore debeant remanere &c.* vt apparet in Summ. in illa causa die 18. Martij 1622. coram Vbaldo, qua die emanauit d. decisio, quæ sunt addenda ad ea, quæ dicta sunt *in prima nostræ*
81 *causæ decisione*. † Præterquam quod (dicebat vnus ex Dominis) sicut ratio considerata in causa mortis naturalis censetur etiam considerata in casum mortis ciuilis *l. Gallus 29. §. & quod si tantum*, vbi omnes *ff. de lib. & posth.* sic è conuerso *considerata in casum mortis ciuilis dicetur considerata in casum mortis naturalis*, immo, & fortius, & facit *tex. in l. mulier 22. ff. ad Trebell.* melior *tex. in l. si mater 3. C. de instit. & subst.* optimè *tex. in l. fideicommissa 11. §. si cui ita 11. ff. de leg. 3. l. si ita esset 15. ff. quando dies leg. ced.*

Non

Non obstat etiam quod dicitur, hic non adesse onus, sed honorem Iurispatronatus, quod nihil prorsus est. Quia contrarium apparet ex facto ibi *onus, & honor*, & in his terminis loquuntur fere omnes citati in prima decisione Et per errorē negatur non fuisse responsū in prima decisione ad illā *bo.m.Māzanedi*. Nā nō vna sed plures dantur respōsiones in *§.penult.* Nec applicatur *cons. Paris. 87. nu. 39. ad 50.lib.3.* vbi nullum fuit Iuspatronatus cō-
82 stitutum, † quod magis inducit perpetuitatem fideicommissi, cum non sit credendum volisse Testatorem honorem illum Iurispatronatus perpetuò in maioribus natu conseruari nullum, & ieiunum sine vllo emolumēto fideicommissi, & hoc extingui remanente patronatu. Vlterius in casu Paris. erat defecta conditio fideicommissi, *vt in cons. Oldr. 21.* relictum enim fuit sub conditione si sine filijs,
83 vt videre est *nu. 2. & seqq.* & defficiente conditione tota euanescit dispositio *l. 1. cum similib, ff. de donat.* propterea ibi erroneum dicitur,
84 vt de legatis particularibus, † & minimis, in quibus grauauit hæreditatem inferatur ad fideicommissum vniuersale, *vt ibi nu. 40. & nu-*
85 *mer. 44.* dicit quod coniectura cessat, † quando qualitas perpetuitatis expressa in dictis legatis particularibus non censetur repetita in d. fideicommisso; hic vero eisdem verbis relinquitur fideicommissum, quibus Iuspatronatus, & onus, ibi legata minima, & particularia, hic dotatio capellæ, & iuspatronatus, ibi tandem agebatur de inducendo fideicommisso contra verba Testatoris expressa, & cōtra doctrinas DD. hic de declarando, & de coadiuuando vocationem, & verba non dubia, sed quæ per se ex doctrinis tot virorum sufficiunt, ne dum ad declarandum fideicommissum (quod non controuertitur) sed ad inducendum, quæ multum sunt diuersa, Erronea ergò coniectura non est, sed confutatio.

Et tandem, *vt in prima decisione dictum est* nullus vnquam negauit, quod si cum onere
86 perpetuo adsit aliqua coniectura fideicommissi, vel conseruandæ familiæ, perpetuum illud etiam censeri, *vt post citatos in prima decis. Castill. lib. 4. contr. c. 9. n. 9.* cum pluribus *& n. 80.*

87 Nil etiam est, quod dicitur in exclusione Presbyteri, non ratione conseruandæ familię sed remouendi Sacerdotes à negotijs secularibus, moralis quidem, sed ieiuna, & insulsa ratio, & quod nullo iure, vel Doctore probatur. Et vbi melius, quam in Sacerdotibus poterunt diuitiæ collocari? qui pro officio pauperibus erogabunt. Etsi non concedatur ratio conseruandæ familiæ, impietatis reus efficietur Testator, qui Sacerdotes nulla ratione ductus à suis bonis excludat. Nec quicquam respondent informantes ad ea, quæ circa hoc fuerunt in prima decisione dicta.

88 Nec dubitare fecit, quod ex vocatione filiorum Vespasiani facta expresse ordine successiuo, inferatur non cogitasse de eodem ordine in substitutione maioris natu ex linea masculina, dum id non expresit *per tex. in l. vnica §. sin autem, ad deficientis C. de cad. toll. cum similib. late adductis à Castill. lib. 4. controu. cap. 14. nu. 3.* Nam huic argumentationi in terminis respondit *Pereg. cons. 38. in fin. vers. fin. lib. 5.* Pri-
89 mò retorquēdo † iuxta regulas legales, quod vna pars testamenti aliam declarat *l. si seruus plurium 50. §. fin. ff. de leg. 1. & ex alijs iuribus Bur-*
90 *satt. & ipse Pereg. cons. 87. num. 39. lib. 2.* † Secundò non esse verisimile, quod plus tribueret minus dilectis, quam magis dilectis, quæ sunt penè verba formalia *Pereg.* (quæ libentius adducuntur quia multoties ex aduerso adducitur, & in specie *in eodem §. & numero*) Similiter respondit idem *Peregr. d. cons. 38. nu. 23 in fin. superius allegato & d. cons. 34. num. 3. & seq. lib. 3. Molin. lib. 2. de primog. cap. 4. num. 10. & 11. & est vulgatum.* Nam enim credendum est voluisse grauare onere fideicommissi vocatos
91 nomine proprio, † qui magis dilecti censentur, vt multis citatis *Castill. d. lib. 5. cap. 93. n. 10.*
92 & à grauamine † absoluere vocatos nomine collectiuo, & per consequens minus dilectos. *vt ex Castill. & alijs vbi proximè.*

93 Adsunt ergo in præsenti institutio sub conditionibus non alienandi in perpetuum, habitandi in ciuitate, & priuationis in casu confiscationis, adhibita ratione, & causa conseruandi bona in familia (Esto sit posita consequutiuè, quod negatur) vocatio trium fratrum ordine primogenituræ, & vltimo loco maioris natu in linea masculina obseruata inter omnes tres, & in maiori natu post eos ex sententia etiam Rotæ, onus dotandi cappellam, & constitutio Iurispatronatus perpetui in maiori natu ex linea masculina, clausula
94 codicillaris, & omni meliori modo, † quæsi per se solæ non sufficerent saltem simul iunctæ possent inducere fideicommissum *Rota multis adductis in Romana fideicommissi de Spiritibus 12. Ian. 1643. coram R.P.D. meo Bichio, & Interamnen. fideicom. 14. Decembr. eiusdem anni coram*
95 *R. P. D. meo Otthobono*, & est Axioma. † Eo magis cum singulas de per se sufficere multi dicunt DD. vt ex citatis supra, & in prima
96 decis. † At certissimum etiam est ex coniecturis induci primogenituram *Molin. d. lib. 1. de primog. cap. 5. per totum Fusar. cum plurimis de subst.*
97 *q. 384. à num. 2.* † & multò magis fideicommissum, quoniam in fideicommissis voluntas magis, quam verba plerumque intuenda est, vt istis verbis *Impp. in l. cum virum 16. C. de fideicom. latè Molin. lib. 1. cap. 4. num. 18. & 19. & passim Rota Castill. cum innumeris lib. 2. controu. c. 22.*
98 *nu. 67.* † in omnibus etenim voluntatem testatoris, quæ legitima est, dominari censemus, vt ait *Iustinianus in l. cum q. 23. §. fin. iu fin. C. de leg.* cuius quæstio in æstimatione Iudicis est, vt loquitur *Imp. Alex. in l. voluntatis 7. C. de*
99 *fideic.* qui eam sequitur, † vbi ex coniecturis deprælhendit etiamsi fideicommissi verba cessare aduertat, vt fecisse dicitur M. Aurelius Princeps prouidentiss. & iuris religiosiss. (si verbis Papiani loquendum est) *in l. vnum ex*
100 *familia 67. §. fin. in fin. ff. de leg. 2.* † quod ex persona disponentis, & persona etiam eius in cuius fauorem dispositio concipitur pensandum est *l. liberorum 52. §. quod tamen 4. ff. de leg. 3.*

etiam

etiam extantibus verbis restrictiuis ex cumulatis, per *Grat.to.3. dicept. for.487. n17. cum seqq.*

Præcipuè cum in præsenti non agatur de inducendo, vel extendendo fideicommisso, sed declaratione verborum, & clausularum,
101 quæ† ambigua nullo iure dicuntur, sed quatenus essent, vel starent consequutiuè, deseruient tamen pro declaranda mente Testatoris, *optimè text. in l. fideicomm. 11. §. hæc verba 9. ff. de leg.3.* quæ ita sonant hæc verba, *te fili rogo, vt prædia quæ ad te peruenerint pro tua diligentia diligas, & curam eorum, agas, vt possint ad filios tuos peruenire*, licet non satis exprimant fideicom-
102 missum, † *sed magis consilium quam necessitatem relinquendi, tamen ea prædia in Nepotibus post mortem Patris eorum, vim fideicommissi videntur continere. Rota decis.105. num.4. ex Socin. & alijs, & decis.125. num.6. in fin. part.1. recent.* vbi etiam
103 quod † ratio in vna parte posita facilè porrigatur ad aliam, *& decis.194. numer.99. part.5. recent.* & hic non agimus de extenden. fideicommisso, sed sumus in casu inclusiuo, vt loquitur *Paris.cons.66. nu.68. lib.3.* propter identitatem rationis, *ibi num.67.*

Non negatur factum fuisse fideicommissum in casu etiam mortis, vt iam censuit *Rota in allegatis coram Eminentiss. Panzirolo* per illa verba
104 *Non † ci essendo*, Hoc est non extantibus, quæ faciunt compendiosam, *Fusar. de subst. qu.233. num.34. Bellon. Iun. consil.50. num.15. Rota dicta decis.66. num.14. & 15. part. 4. recentior. tom. 2.*
105 & † fideicommissum quod semel habuit initium; multò facilius ne intercidat, durare præsumi *dixit Mantic. de coniect. lib.8. tit.1. nu.27.*
106 *Ceph. cons.334. num.17.* † & quod ad declarationem fideicommissi iam constituti leuiores sufficiant coniecturæ, *Pereg. dicto cons.34. nu.4. & 5. multis congestis lib.3.*

Vndè facilius applicabitur (dicebat vnus
107 Dominorum) conclusio illa, † quod ex ratione etiam consequutiuè posita declaretur
108 fideicommissum, † & mens Testatoris colligatur, *Rota decis.44. in fin. decis.10. nu.3. vers. & fideicomm. part.1. recent. & coram Buratto decis.22.*
109 *num.23. Gabr. cons.124. nu.12. lib.2.* † & quod si adsunt verba apta ad inducendam dispositionem, si concurrat identitatis ratio, inducatur ex eo quia non est extensio, sed declaratio *dicta decis.124. num.99. part. 5. recentior. Mantic. de coniect. lib.3. tit.19. num.8. vers. secundo est aduertendum.* Et quod etiam si non sit dispo-
110 sitiua, † seruiunt tamen ad ostendendam Testatoris voluntatem, *l. quidam cum filium 46. l. fin. ff. de hared. instit. Mantic. d. lib.3. tit.11. nu.5.*

Et ita vtraque parte acerrimè informante vnanimi Dominorum cōsensu decisum fuit.

☞ *Decisio ista emanata in hac eadem causa sub die 23. Maij 1646. coram eodem bon. mem. Arguelles, est in præcedenti part.9. recent. tom.2. decis.407.*

☞ *Ista Decisio in hac causa facta sub die 27. Iun. 1640 coram eodem bon. mem. Card. Panzirolo erit infra in Appendice Decisionum.*

☞ *Decisio hæc in eadem causa facta sub die 16. Iunij 1640. coram bon. mem. Cardin. Panzirolo posui in part.8. recent. decis.209.*

R. P. D. BICHIO.

Auximana Prædij.

Lunæ 14. Ianuarij 1647.

ARGVMENTVM.

Depositum quando non est legitimum, danda est manutentio Assignatario; hinc latè discutitur, ex quibus depositum dicatur nullum, & quid agendum esset, si debitum partim esset liquidum, & partim illiquidum, an, inquam, pro tota summa sit faciendum depositum, aut tantum pro ea parte, in qua debitum est liquidum, pro residuo vero illiquido an Debitor teneatur præstare fideiussorem, plenissimè tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Clausula constituti trasnfert possessionem in Constitutarium quoad perceptionem fructuum.*
2 *Clausula constituti probat solam possessionem constitutarij in praiudicium constituentium.*
Amplia etiam ad effectum manutentionis. num.3.
3 *Depositum quando operatur actualem restitutionem pecuniarum.*
4 *Depositum quando non est legitimum, danda est manutentio Assignatario.*
5 *Deponere, & deponere nulliter, paria sunt.*
6 *Depositum est nullum quando non præcessit citatio ad recipien., seù oblatio de restituendo.*
Quamuis agatur de deposito conuentionali quo casu quomodo intentio partium intelligenda sit. nu.11.
7 *Depositum factum per conuenctionem non remittit necessitatem oblationis, & quare.*
8 *Statutum disponens vt Vicinus facto deposito possit retrahere rem venditam, intelligitur quando depositum præcedit oblatio.*
9 *à Statuto ad pactum valet arguere.*
10 *Depositum non sufficit vbi requiritur solutio, quia deponere, non est soluere.*
12 *Voluntas contrahentis desumenda est ab ordine scripturæ.*
13 *Voluntates contrahentium ita semper interpretari debent, vt repugnantia, & contrarietas euitetur.*
14 *Depositum sufficit, nec requiritur oblatio vbi pecuniæ non sunt soluen dæsimpliciter declara., vt numer.15.*
16 *Pactum quando fiat quietantia facto deposito quomodo sit intelligendum.*
Depositum est nullum quando non fuit factum penes.
17 *Aedem sacram, vel alium locum à Iudice destinatum, sed penes priuatam personam.*
18 *Depositum extraiudicialem potest fieri penes quamcumque personam.*
19 *Depositum dicitur iudiciale, quando factum est præuia intimatione, & protestatione quod depositum staret risico, & periculo Creditoris.*
20 *Depositi periculum non pertinet ad Creditorem, si Creditor ex iusta causa, depositum recipere recusauit.*
21 *Iudex mandans deponi penes Montem Pietatis, vel idoneam personam, si Officiales recusent depositum recipere, recurrendum est ad Iudicem, vt personam idoneam eligeret.*

22 *in Deposito iudiciali, Iudex debet eligere Depositarium.*
23 *Depositum non integrum, non releuat.*
24 *Depositum in ea parte, in qua debitum est liquidum, debet esse integrum, pro residuo verò illiquido, sufficit præstare fideiussorem.*
25 *& Fideiussor non requiritur in notorio Diuite sufficit enim nuda cautio cum hypotheca bonorum de supplendo quidquid debere constiterit. & quando id procedat. num. 26.*
27 *Compensatio non inducitur, quando Debitor pro suo Credito obtinuit mandatum executiuum.*
28 *Depositum non dicitur reale, vbi apparet deponentes promisisse conseruare indemnem Depositarium pro confessione, & obligatione per eum facta.*
29 *Depositum verbale, & simulatum non suffragatur.*

DECISIO II.

DONEC Ascanio fratri restituerent scuta tria milia pro dote, quam in summa scutorum 4000. ille receperat à Maria Leoparda, vxore, & in communem omnium fratrum vsum communiter viuentium conuerterat; ijdem fratres nempè R.P.D. Antonius Maria Capitaneus Ludouicus, Syluester, & Ioseph Pranzonij assignarunt Ascanio, & Mariæ coniugibus fructus prædij nuncupati di Campo Cauallo ab anno 1639. imposterum percipiendos, pacto adiecto, quod si dd. fratres velint recuperare dictos fructus prædij mediante actuali solutione scutorum 3000. antequam Coniuges percipere possent frumentum, & bladas ex dicto prędio recolligendas, tunc soluere illis debeant interusuria pro rata temporis ad rationem scutorum sex pro centenario, & hæc solutio fieri debeat pro rata temporis illius anni in quo fiet fructuum redemptio, *con questo però, che detti Signori Fratelli volendo pigliarse li frutti di detta possessione siano tenuti far deposito attuale. e reale in contanti, e intimarlo giuridicamente tre mesi auanti al raccolto, e subito seguita detta intimatione s'intendano li frutti di Campocauallo di detti Monsig. & altri fratelli nel modo che stà al presente.*

Cuius pacti vigore prędicti fratres facto deposito sub die 8. Aprilis anni 1645. dictorum scutorũ 3000. eoque intimato Mariæ, & Ascanio Coniugibus se se in possessionem prædij, & fructuũ perceptionem reintruserunt, quod fieri non potuisse prætendens Ascanius litem contra fratres mouit coram A. C. & mandatum de manutenendo in possessione prædij, & fructuum perceptione obtinuit, à quo cum Signatura Iustitiæ ad instantiã fratrũ comisserit mihi causam appellationis cum facultate manutenendi: quem de iure, proposui hodie dubium cui sit dandum mandatum de manutenendo, & Rota censuit dandũ esse Ascanio; nam per assignationem prædij illi, vt supra factam alij fratres ceciderunt facto proprio ab anteriori possesione prædij quam communiter retinebant eamque quo ad perceptionem fructuum transtulerunt in Ascanium mediante clausula constituti in instrumento assignationis apposita *l. quod meo ff. de acquir. possess. Rimin. Sen. consil. 57. num. 3. Afflict. decis. 139. num. 9.*

1 quæ † sola constitutarij possessionem probat in præiudicium constituentium, *Grat. resp. 42. sub num. 12. lib. 2. Tiraquell. de const. limit. prima, sub num. 23. Rota decis. 766. num. 11. part. 1. diuers.*
2 etiam † ad effectum manutentionis, *Rota decis. 549. num. 1. part. 1. diuersor. decis. 551. num. 4. part. 2. recent. decis. 28. num. 1. & 2. impress. post Modern. Perusinum de manuten.*

Neque eadem possessio resoluta fuit per depositũ, vt supra factum scutorum 3000. quod in vim pacti supra recitati operatur resolutio-
3 nem † assignationis non secus, ac eo circumscripto operaretur actualis restitutio pecuniarum ex dispositione textus *in leg. si debitor 11.*
4 *ff. precar.* † Quia cum depositum non sit legitimum adhuc danda est manutẽtio assignatario, vt dixit *Rota in Sabinen. Castri Mompei 7. Februarij 1618. coram clar. memor. Cardinali Fabritio Verospio impressa apud Moder. de manut. decis. 670. num. 14. & 15.* secundum vltimam impressionem, *& in Romana, seu Ianuen. Locorum Montium*
5 *4. Iulij 1635. coram bon. mem. Buccabella*, † paria enim sint non deponere, & deponere nulliter *l. si quis stipulatus, §. si quis ita, ff. verb. oblig. Surd. consil. 3. num. 34. & 35. Osasch. decis. 172. num. 26. Buratt. decis. 356. num. 3.*

Est autem depositum nullum. Primò, quia non præcessit citatio ad recipiendũ, seu oblatio de restituendo dicta scuta 3000. vt debuit,
6 *l. si † creditrici, l. acceptam 19. C. vsur. Menoch. consil. 372. num. 25. Gabr. cons. 57. nu. 6. lib. 1. Valenz. consil. 67. num. 49. Cancer. var. resol. part. 3. cap. 8. num. 17. Ciriac. controuers. 158. num. 24.* quamuis
7 agatur de deposito conuentionali, † quia per conuentionem, quod facto deposito fructus prædij reuertantur ad assignantes, non censetur remissa necessitas, oblationis quam præcedere debere lex disponit, imò partes censentur sensisse de deposito secundum formam traditam à lege, *l. 4. §. si ex conuentione, ff. re iudic. Cyn. in l. 2. in 6. quæst. C. Iur. Emphith. Gozz. ad cons. 74. nu. 11. vers. quarto adduco, & per tot. Surd.*
8 *cons. 34. nu. 32. & 2. seqq.* † & in proximis terminis statuti permittentis vicino facto deposito retrahere rem venditam, quod intelligatur de deposito iuxta dispositionem iuris communis ita vt depositum præcedere debeat oblatio, tradit *Roland. cons. 63. num. 29. & 30. lib. 1.* quem sequitur *Grat. discept. 541. num. 16. Peregrin. con-*
9 *sil. 75. num. 50. & 51. lib. 4.* † arguendo à statuto ad pactum, vt licet *Anchar. cons. 102. num. 4. Roman. cons. 399. num. 2. vers. tertio, Barbos. in loc. commun. argument. loc. 105. num. 1. & 2. Peregrin. cons. 75. num. 78. lib. 4.*

Præsertim, quia ante verba loquentia de deposito contrahentes non semel expresserant quod à fratribus pecuniæ actualiter restituerentur Ascanio vt in primo capitulo, ibi: *sino à tanto, che il sudetto Monsignore Signor Lodouico à Siluestro restituiranno alli sudetti Signori Iugali le portioni Contingenti à loro, &c.* & in quinto capitolo, ibi: *mediante l'attual pagamento di tutti li*
10 *sudetti scudi 3000. &c.* † iuxta quæ cum requiratur actualis solutio, ideòque non sufficiat depositum, quia deponere non est soluere, *Bart. in l. item liberatur, §. 1. sub num. 3. ff. quibus med.*

mod.pign.vel hypoth.sol. Tiraquell.de retract.lignag. §.9. gloss.3. num.3. Rota decis.623. num.2. part.1.
11 decis.281. num.9. part.2. diuers. † dicendum est, quod inferius, vbi partes locutæ fuerunt de deposito senserint, quod illi locus esset quatenus prius fuisset oblata Ascanio actualis solu-
12 tio, & ille recipere recusasset † ducto argumento voluntatis contrahentium tum ab ordine scripturæ, iuxta text. in l.quoties 40. ff. vsufruct. Pasett. cons.22. num.3. Rimin. Iun. cons.151. num.6. Surd.consil.450.num.38. Seraphin.decis.24.
13 num.2. † tum ab absurdo euitando ne scilicet repugnantia in eodem instrumento cōtineantur, vt per Dec. in l. vbi repugnantia, ff.reg. iur. Honded. cons.33. num.58. & 59. lib.1. Surd. decision.49. num.6.

Nec obstat septimū capitulum instrumenti in quo conuentum fuit quod statim facto à fratribus deposito scutorū 3000. illos Asca-
14 nius, † & coniux quietare deberet de aliis scutis mille, quorum soluendi onus ipsi Ascanio incumbebat; vnde infertur quod cum pecuniæ solui non deberent Ascanio antequam dicta quietatio fieret, nec pariter deberent offerri, sed solum deponi, vt arguit, Aymon.
15 cons.705.num.8. & 9. † Nam Aymon, non negat, quod procedere debeat oblatio, & poterant fratres offerre cum cōditione, quod ipsis prius fieret quietantia promissa, antequam oblationem sicuti Ascanius non erat in mora quietandi, Dec. consil.2. num.3. Caputaqu. decis.233. num.5. part.2. Rot. decis.111. nu.5.part.1. recent. ita, nec deueniri poterat ad depositum, Corn. consil.262. num.13. ad fin. lib.4. consil.9. sub num.28. vers.minus etiam, & num.29. & seqq.lib.1. Rolan. cons.53. num.34.& seqq. lib.1. Rot.decis.28. num.5. apud Modern. Perusin. de subhastat. Adeò,
16 quod pactum, † quod fiat quietantia facto deposito procedat in casu quo deposito locus esset, & sic postquam præcessisset oblatio, & creditor recipere, ac quietare recusasset ex supra allegatis.

Secundò depositum est nullum, quia non fuit factum penes ædem sacram, vel alium locum à Iudice destinatum, sed penes priuatam personam contra dispositionem, textus in dicta l.acceptam, C. vsur. & tradita per Curt. Iun. consil.28. sub numer.1. Mantic. de tacit. lib.10. tit.2. num.2. Maur.de solut.cap.98. num.18. Buratt.
18 decis.356. numer.2. † & distinctio quæ affertur inter depositum Iudiciale, & extraiudiciale, asserendo, quod in extraiudiciali deponens eligere possit locum quem voluerit, vt videtur voluisse Bald.in dicta l.acceptam sub num.3.vers.& hoc verum, & num.4. Tiraquell. de retract. conuent. §.4. gloss.7. num.11. ad med. vers. in extraiudiciali autem, Carocc. de deposit. quæst.69. ad med. vers.videtur fortasse distinguendum, Gratian. disceptat.260. nu.26. præter quod reprobatur ab Alex.cons.75. num.7. vers. sed ita est, lib.1. Curt. Iun. consil. 28. sub num.1. vers. si vero fiat, extraiudicialiter, & hoc semper tutius esse tradit idem Carocc. de deposit. dicta quæstion.69. in fin. vers.& hoc semper. Non applicatur casui nostro quo partes non dixerunt depositum fieri debere extraiudicia-
19 liter, quin imò voluerunt depositum † intimari debere iuridice, & deponentes in intimatione depositi protestati fuerunt, quod depositum staret risico, & periculo creditoris, id quod conuenit deposito iudiciali, non au-
20 tem extraiudiciali, † nisi creditor sine iusta causa recipere recusauerit, vt benè distinguit, & declarat Cost. de port. rat. quæst.121.sub num.7. vers. primus est ibi, secus in deposito extraiudiciali, & facit Rimin.Iun. cons.666, num.41. Fontanell.decis.72.sub num.14. Gamma decis.Lusit.189 num.3. Maresc. variar. resol. lib.1. cap.7. numer.6. & seqq.

Neque obstat, quod Iudex mandauerit deponi penes Montem Pietatis, vel idoneam personam, & Officialis Montis Pietatis depositum recipere voluerit, quia prætermisso, quod Iudex huiusmodi decretum protulit absque citatione, dum citatio cadebat pro prima die iuridica, quæ fuit longè post decretum non tamen deponentes debebant eligere, & assumere in depositarium personam Viuani absque declaratione Iudicis, sed recusante
21 Officiali † Montis Pietatis depositum recipere, denuo debebant recurrere ad Iudicem, vt personam idoneam eligeret alias depositum non releuat ad textū in dicta l.acceptam, C. vsur.
22 cum aliis supra allegatis: † nam in deposito iudiciali ipse Iudex eligere debet Depositarium, Trentacinq. variar. resol. lib.3. tit. de depos. resol.22. sub num.2. vers. & ipse.

Tertiò viget contra depositum, quod non fuerunt depositati fructus, qui ex lege conuentionis erant restituendi, & per consequens (quatenus deposito locus fuisset) deponendi,
23 vnde † depositum tamquam non integrum non releuat, l. 2. C. de debit. vendit. pign. imped. non posse, Cancer. var. resol. part.3. cap.8. numer.5. Cinc. de Censib. quæst.111. nu.42. Castil. decis.115. num.1. & 2. Rota coram sanct. memor. Gregor. XV. decis.480. num.4. & coram bon. memor. Buratt. decis.356. num.2. Nec intrat excusatio ob illiquiditatem eorumdem fructuum siue ob compensationem cum alio credito instantium. Quia imò fructus fuerunt liquidati in eodem instrumento ad rationem sex pro centenario respectu summæ; & respectu temporis à die finitæ recollectæ quæ terminatur die 15. Augusti iuxta stylum notorium illarum partium vt testantur pratici, & Curiales in fide data Summarium Ascanij num.6. & cum negari
24 non possit. † quod saltem in aliqua parte essent liquidi, debuissent saltem pro ea parte deponi, & pro residuo offerri cum præstatione fideiussoris iuxta theoricam, Bald. in l. si residuum, ibi: tamen debet fideiussorem præstare, C. distract. pign. Imol. in l. si mora sub num.2. circa med. vers. item adde prædictis, ff. solut. matr. Contard. de moment. poss. quæst.24. num.26. Cinc. dicta quæst.111. num.48. Alexand. cons.24. num.9. lib.4. Turrett. consil.22. num.2. lib.2. Milanen. decis. 18. num.38. vbi subdit, quod secundum oppinionem Ioan. Baptistæ Lupi in l.2. nu.104. C.pact. inter empt. & vend. talis præstatio fideiussoris,
25 licet non † requiratur in notorio diuite exigitur tamen saltem nuda cautio cum hypotheca bonorum de suplendo quicquid debere con-

constiterit, quod sub *num. 29. & 30.* declarat
26 procedere,† quando offerens vult se excusare à mora, vt euitat pœnam quando verò vult constituere in mora aduersarium ad effectum consequendi lucrum, vel actionem, qui est casus noster non sufficit simplex oblatio sine fideiussore, & hanc distinctionem prius tradidit *Neguſ. de pign. part.3. princ. membr.3. part.2. sub num.5. vers. secundo modo, & num.6. Tiraquell. de retract. lignag. §.1. gloss.19. num.3.*

Quo vero ad compensationem cum deindè
27 ijdem fratres creditum quod † habebant contra Ascanium exegerint mediante executione mandati executiui pro eo obtenti, patet eos noluisse compensare, *Surd. decis.191. num.16.*
28 *& 17.* & accidit,† quod valde dubitari potest de realitate depositi, quia, vt apparet ex alio instrumento deindè celebrato, deponentes promisserunt conseruare indemnem depositarium occasione confessionis, & obligationis per eum factæ ex quo pecuniæ non remanserunt penes ipsum, sed fuerunt repositæ in quadam capsa, & asportatæ in Monasterium
29 Monialium Sancti Benuenuti, † & certum est, quod depositum verbale, & simulatum non suffragatur, *Bart. in l. si solutum numer.5. ff. solut.* cum alijs allegatis *in decis. 473. num. 2. part.5. recent.* & per *Maur. de solut. cap.98. num.3.* Et ita decisum vtraque parte informante.

R. P. D. GHISLERIO.

Postea Episcopo IMOLEN.

Acerrarum Pensionis.

Lunæ 14. Ianuarij 1647.

ARGVMENTVM.

Pẽsio reseruata ad fauorem alicuius, cum clausula, dummodò tertiam partem fructuum, reddituum, & prouentuum non excederet, Non potest pensionarius cogere ad soluendũ possessorem beneficij in quo dicta pensio reseruata fuit, ante quam ab ipso iustificatus fuerit non excessus, & quare.

SVMMARIVM.

1 *Sententia absque citatione est nulla.*

2 *Citatio ad sententiam debet esse specifica ita vt non sufficiant verba æquipollentia. num. 3.*

3 *Monitorium requiritur, vbi agitur de executione litterarum Apostolicarum.*

5 *Pensio reseruata ad fauorem alicuius cum clausula* dummodò tertiam partem fructum non excedat, *non potest exigi, donec à Pensionario iustificatus fuerit non excessus. & num. 7.*
Amplia etiam si possessor Beneficij consenserit pensioni, & quomodo dictus consensus intelligendus sit. numer. 10.

6 *Clausula,* dummodò, *siuè modum, siuè conditionem importat.*

7 *Clausula,* dummodò, *qualificat orationem cui adiecta est, ita vt non mereatur executionem donec dicta qualitas iustificata non fuerit. num. 8.*

9 *Clausula,* dummodò, *apposita in litteris Apostolicis, ita qualificat gratiam, vt nihil censeatur concessum, donec plenè fuerit iustificata.*

DECISIO III.

INter alias pensiones reseruatas à fel. recor. Vrbano VIII. super fructibus Episcopatus Acerrarum fuit reseruata annua pensio pro rata ducatorum 400. ad fauorem Francisci Mariæ Iordani Vrsini cum clausula, *dummodo omnes pensiones huiusmodi tertiam partem fructuum reddituum, & prouentuum non excederent.* Dictus Vrsinus non verificata conditione in litteris expressa sub citatione ad comparendum, & audiendam prouisionem obtinuit a Vicario generali Auersano Commissario, & exequutore in litteris Apostolicis deputato, quod non obstantibus oppositis per D. Episcopum Acerrarum in biduo solueret ducatos 150. monetæ maturatos pro termino Natiuitatis D. N. Iesu Christi anni 1644. aliàs dicto termino duorum dierum elapso comminatus fuit eidem interdictum, & suspensionem ad præscriptum litterarum Apostolicarum. Ab his grauaminibus Episcopus interposuit appellationem, & cum obtinuerit causam cõmitti in hoc Sac. Tribunali, cum clausula, si quid exequendum, ad eius formam disputato dubio, tàm ex capite nullitatis, quàm iniustitiæ fuit resolutum: mandatum relaxatum à dicto Vicario non esse exequendum.

1 Nullitas resultat ex defectu citationis ad sententiam *Clemen. pastoralis de re iud. Cæsar de*
2 *Graff. decis. 11, num. 2. eodem tit.* † quæ debebat esse specifica ad audiendam sententiam *gloss. in Clemen. sæpè in verb. signif. Rot. decis. 17. eod. tit.*
3 *in nouis* ita vt non fuerit satisfactum per citationem ad audiendam prouisionem in causa diffinitiua faciendam, cum non sufficiant verba æquipollentia, *Rom. sing. 372. & cons. 369. numer. 8. Rot. decis. 8. num. 2. part. 1. recent. decis. 486. num. 7, decis. 141. num. 3. par. 2. recent. coram Card. Caual. decis. 376. num. 2. & coram*
4 *Sanct. mem. Greg. XV. decis. 209. num. 4.* † Resultat etiam ex defectu monitorij requisiti, vbi agitur de executione litterarum pẽsionis. *Garz. de benef. par.1. cap. 5. nu.535. Tib. in prax. lib.1. cap.1. nu.3.* Vnde mandatum fuit nullum.

5 Iniustitia verò resultat ex eo, quod non iustificata conditione in litteris apposita, dummodò omnes pensiones huiusmodi tertiam partem fructuum non excederet, non pote-
6 rat decerni mandatum, † cum clausula, *dummodo*, siue conditionem, siue modum impor-
7 tet † dum sit adiecta reseruationi pensionis, eandem qualificat. Ita vt non mereatur exe-
8 cutionem, antequam à Pensionario † iustificatus fuerit non excessus tertiæ partis, vt distinguendo declarauit *Rot. coram R. P. D. meo Bicho in Monopolitana pensionis 2. Iulij 1645. in*
9 *§. Nos verò*, vbi quod clausula † *dummodo* siue conditionem, siue modum importet, ita qualificat totam gratiam, vt nihil concessum censeatur, donec plenè sit iustificata, *Rot. antea idem firmauerat in Salamantina pensionis 25. Iunij 1582. coram Lancelloto, in Meleuitana pen-*

pensionum 26. Nouembris 1597. coram Litta, & in Lauden. pensionis coram Penia, quæ est decis. 55. n. 3. inter impress. per Marches. par. 1. fol. 560. Quæ
10 procedunt † etiam si Episcopus consenserit pensioni, quia consensus habet in ventre eamdem conditionem, quam habet gratia, cui accedit consensus, nempe, dummodò omnes pensiones tertiam partem fructuum non excedant. *Rot. decis. 547. num. 3. par. 2. recent.* vbi aliæ plures in istis terminis referũtur, ad hoc faciunt tradita per *Garz. vbi supra dicto cap. 5. num. 464. ex ibi allegatis,* & per *Rot. in d. Monopolitana pensionis in §. quæ conclusio.*

Non potest Vrsinus, cum non sit in quasi possessione exigendi pensionẽ, allegare, quod supradicta non habeant locum, & quod sub prætextu, quod minimè sit probatum, omnes pensiones non excedere tertiam partem fructuum, retardetur solùtio; cum non controuertatur, quod non sit in quasi possessione exigendi.

Et ita informante tantùm D. Episcopo, &c.

R. P. D. PEVTINGERO.

Sulmoneñ Beneficij.

Mercurij 23. Ianuarij 1647.

ARGVMENTVM.

Præsentatio quando spectat ad Capitulum an omnes Canonici debeant esse præsentes ad præsentandum, vel sufficiat quod fuerit facta à maiori parte Canonicorum latè discutitur. Patronorum possessio præsentãdi dicitur preseruata per aliorum Compatronorum præsentationes, si alij compatroni solum pro sua rata, vel cum aliqua præseruatiua Iuris eorumdem Patronorum præsentassent; secùs si simpliciter, & indistinctè præsentarunt, & quare.

SVMMARIVM.

1 *Modus probandi, obseruatus ab vno ex litigantibus non potest dici nullus, si ille ab altero obseruetur.*
2 *Præsentatio facta in vltimis voluntatibus sub spe confirmationis, est valida.*
3 *Secùs tamen est in confirmatione translationis Iurispatronatus per viam contractus factæ.*
4 *Confirmatio præsentationis factæ in vltimis voluntatibus, retrotrahitur ad diem legati, si vox legatarij medio tempore alteri quæsita non fuit.*
5 *Præsentatio quando spectat ad Capitulum, omnes Canonici debent esse præsentes ad præsentandum. Aliàs, qui vocati non fuerunt de contemptu dicere possunt. num. 5.*
6 *Exceptio de iure tertij extraneus opponere nõ potest.*
7 *Præsentatio quando spectat ad plures, vti vniuersos, etiam absentes expectandi sunt; aliàs præsentatio est nulla.*
8 *Intellige quando absentes, & non vocati opponerent de contemptu in quadrimestre, vel semestre, aliàs post dictum tempus non audirentur.*
9 *Præsentatio vt vitietur, non sufficit sola appositio contemptus Patronorum, sed simul requiritur eius prosecutio intra tempora præsentandi.*
10 *Præsentatio spectans ad Capitulum, sufficit, quod fuerit facta à maiori parte Canonicorum.*
11 *Ius præsentandi præscribitur ad fauorem alterius Compatroni solo lapsu quadraginta annorum etiã sine titulo.*
12 *Et quid dicendum esset si ageretur de præscribendo Iurepatronatus aduersus Ecclesiam prætendentem se esse liberam.*
13 *Ecclesia circa præscriptionem, in quibus sit magis priuilegiata, quàm persona priuata.*
14 *Præscriptio cõtra Ecclesiã debet esse quadrigẽnaria.*
15 *Patronus non præsumitur ignorasse vacations pro tẽpore secutas, & præsentationes ab alijs factas, maximè si sunt plures, & per longum temporis spatium.*
16 *Patronorum possessio præsentandi, dicitur præseruata per aliornm Compatronorum præsentationes.*
17 *Intellige quando compatroni solum pro sua rata, vel cum aliqua præseruatiua iuris eorumdem Patronorum præsentassent, secùs aliter simpliciter, & indistinctè præsentarunt, & quare.*
18 *Negligentia multiplicata inducit præsumptionem depositionis animi possidendi.*
19 *Præsentatio vnius Patroni, alteri non suffragatur, quando Pationi veniunt ex diuerso fonte.*
20 *Possessio defuncti non transfertur in hæredem sine noua apprehensione.*
21 *Gratia Apostolica obtenta cum supposito quod fuerit à medietate Patronorum præsentatus, non suffragatur, si Patroni in quasi possessione præsentandi non existunt.*

DECISIO IV.

SVB die 25. Iunij anni præteriti coram me * DD. firmarunt Fabium de Sanitate ad simplex Beneficium S. Saluatoris de Penzano in Ecclesia Cathedrali Sulmoneñ. esse instituendum, vti præsentatum à successoribus Io: Caroli de Nigris, & habentem medietatem quatuor vocum, olim spectantium ad Catherinam de Aristotile, prout per collationem de anno 1552. ab Episcopo Sulmoneñ factam, enunciatum fuerat; Et vlteriùs fulciebatur presentationi Capituli Sulmoneñ ad quod quarta pars, ex sex, seu duodecim eiusdem Patronatus spectabat.

Io: Laurentio Tabasso, à diuersis Patronis ad idem Beneficium presentato hodie resolutionem iterum impugnate, DD. steterunt in decisis, quia firmata in decisione subsistunt: nam duæ ex quatuor vocibus, spectantibus ad Catherinam de Aristotile, peruenerunt ad Hieronymum, & aliæ duæ, ad Hortensium de Capograssis, quod vltra præsentationem de anno 1580. ab istis duobus, vna cum Capitulo Sulmoneñ, & aliam de anno 1621. etiã cum dicto Capitulo à Io: Carolo de Nigris, & Camillo Capograsso, dd. Hieronymi, & Hortensij hæredibus factam, probatur ex descendentia Hieronymi à d. Catherina, siquidem Hieronymus ortus fuit ex Alfonso, procreato vna cum d. Hortensio ex Hieronymo seniore, & eadem Catherina coniugibus, sicuti iustificatur ex decreto, seu preambulo Curię Temporalis Ciuitatis Sulmonis, vt in Sum.

primæ

1 primę positionis pro Fabio *num.* 5. † cui generi probationis Tabassius stare tenetur, dum eodem modo suorum authorum descendentiam probauit ad tradita *per Gratian. discep.* 489. *num.* 23. *discept.* 694. *num.* 7. *Rot. decis.* 393. *nu.* 5. *& 17. & decis.* 411. *num.* 2. *in fin. par.* 1. *recent. & decis.* 274. *num.* 8. *&* 12. *par.* 2. *recent.* Huius verò Hieronymi Iunioris heredem extitisse Camillam de Nigris eius matrem, pariter ex simili decreto *d. Sum. num.* 5. constat, iuncto maximè, quod eadem Camilla, tamquam heres sui filij Hieronymi, ad alud beneficium S. Marię de Salitto in loco Castri *Sum. Fabij* presentauit; & Camillæ postea hæredem ex testamento fuisse Curtium eius fratrem; & Io: Carolo de Nigris per testamentum, hæreditatem à Curtio fuisse relictam demonstratur ex consimili decreto, seu preambulo Ciuitatis productę *Sum.* responsionis Fabij *n.* 5. iunctis testamentis, pro Fabio in *Sum.* primę positionis datis *num.* 11. à Io: Carolo, deindè idem Iuspatronatus Herculi de Sanitate legatum fuisse, probatur ex eius publico testamẽto, à Tabasso non controuerso, adeò quod concludenter doceatur, in Herculem, qui Fabium presentauit, duas ex quatuor vocibus, olim, vt dictum est, ad Catherinam de Aristotile spectantibus deuenisse; Quam Herculis vocationem non irritat allegatus à Tabasso defectus, quod huiusmodi legatum ab Ordinario non fuerit ante presentationem confirmatum, quia sufficit, confirmationem Ordinarij etiam post presentationem à legata-
2 rio factam fuisse secutam † potuit enim sub
3 spe confirmationis presentare, † & in vltimis voluntatibus confirmatio retrotrahitur ad diem legati, cum vox legatarij, medio tẽ-
4 pore alteri quęsita non fuerit, † quamuis secus esset in confirmatione translationis Iurispatronatus per viam contractus factę, in quibus terminis procedunt authoritates pro Tabasso allegatę, vt firmauit *Cardin. in c. cum sæculum, sub num.* 8. *de Iurepatr. Rot. decis.* 363. *cum pluribus ibidem cumulatis coram Reuerendissimo Vrgellen.*

5 Fabiũ adiuuat quoque presentatio Capituli Sulmonen̄ Patroni pro quarta parte ex sex, quod à neutro collitigantium negatur. Nec refert, aliquos Canonicos absentes ad pre-
6 sentandum non fuisse vocatos. † Alij enim, quàm ipsi, qui vocati non fuerunt de contemptu dicere non possunt, ex doctrina *Abb. in c. in genesi num.* 10. *de elect. & alij in §. penultimo primæ decisionis huius causæ allegati*: Quibus minimè aduersantur *decis. Mantic.* 268. *&* 283. ibi enim absentes etiam expectari debuisse,
7 aliasq; presentationem esse nullam † quidem firmatur, quando presentatio spectat ad plures, vti vniuersos, vt etiam declarat *Gratian.*
8 *decis. March.* 183. *nu.* 2. *&* 3. † quod intelligendum est, si illi, qui vocati non fuerunt, dent de contemptu, prout in casu dictarum decisionum presupponendum est, dum contrariũ non probatur. Et quamuis hodie vnus ex dictis non vocatis opponere vellet, non audiretur, cum intra quadrimestre, vel semestre ad presentandum concessum, non opposuerit ad tradita *per Lambert. de Iurepatr.* 2. *part. lib.* 2. *art.* 22. *qu.* 6. *num.* 6. *Seraphin. decis.* 165. *in fin.* Et tantò minus posset audiri predictus opponere volens, quia per eius fidem, datã *in Sum. Tabassi num.* 23. solùm declarauit, quod si fuis-
9 set vocatus, presentasset Tabassum † & tamen ad irritandam presentationem non sufficit sola oppositio contemptus: sed simul requiritur eius prosecutio intra tempora presentandi. *Innoc. in cap. Ecclesia vestra* 57. *num.* 3. *de elect. Butr. in c. in genesi nu.* 28. *propè fin. eod. tit. Burat. decis.* 351. *num.* 5. & plures refert *Barbos. de Canon. & Dignit. cap.* 39. *num.* 24. Imò cum non probetur fuisse illum in loco, vnde vocari debuisset, non poterat post scrutinium opponere de contemptu *gloss. d. cap. Ecclesia vestra, verb. adesse propè med. de elect. Feder. de sen. cons.* 214. *sub num.* 1. *vers. nisi ab aduersa, & cons.* 227.
10 *circa med. vers. vnde communiter*: † Et vlterius cum non simus in electione, sufficit, quod maior pars Canonicorum adfuerit ad hanc presentationem *Lotter.* qui plures cumulat *de re benef. q.* 17 *num.* 127. *cum seqq. lib.* 3.

Tabassio verò minimè suffragatur vox Prioris Patrum Cœlestinorum, quia cum ipsi ab anno 1552. & sic ferè per nonaginta quin-
11 que annos non presentauerint, † intrat prescriptio ad fauorem aliorum Compatronorũ, quę solo lapsu quadraginta annorum etiam sine titulo ad fauorem Compatroni perficitur, vt dixit *Rot. in decis.* 125. *num.* 6. *coram Re-*
12 *uerendiss. Vrgellen. cum alijs ibi allegat.* quicquid dicendum esset, si ageretur de prescribendo Iurepatronatus aduersus ipsam Ecclesiam, se liberam esse, pretendentem, in quibus terminis intelligenda est *decis. Martin. Andr.* 104.
13 *sub num.* 7. † extra quem casum Ecclesia circa prescriptionem non est magis priuilegiata,
14 quàm persona priuata; nisi quoad † tempus, cum requiratur contra ipsam quadragenaria ex allegatis *in decis.* 346. *num.* 2. *coram bon. mem.*
15 *Card. Caualer.* † Neq; Cœlestini tueri se possunt exceptione ignorantię vacationum, pro tempore secutarum, & presentationum ab alijs Patronis factarum: quia sunt plures vsq; ad quatuor, & per longum temporis spatiũ. *Garz. de benefic. par.* 5. *cap.* 5. *à num.* 129. *vsque ad* 135. *Rot. post. tract. de Manutenen. Post. decis.* 139. *num.* 7. *& decis.* 332. *num.* 4. *& dixit Rota in Firmana beneficij* 18. *Octobris* 1631. *coram R.P.D. meo Ghislerio.*

16 Minusq; eorumdem Patrum Cœlestinorũ possessio presentandi preseruata fuisse dici potest per aliorum Compatronorum presenta-
17 tiones, † quia hoc quidem procederet, si alij Compatroni solùm pro sua rata, vel cum aliqua preseruatiua Iuris eorumdem Patrum presentassent; secus dum simpliciter, & indistinctè presentarunt, alias enim numquam conclusio intraret, quod contra Compatronorum non presentantem per quadraginta annos, prescribatur; Et cum per dictum longissimum temporis spatium factę fuerint, vt dictum est, quatuor presentationes, in quibus
18 numquam interuenerunt Cœlestini, † negligen-

gentia multiplicata inducit pręsumptionem depositionis animi possidendi. *Rot. in recent. decis. 251. numero quarto parte secunda & decis.*
19 *285. numer. 8. par. 1.* eoque magis, † quia patroni veniunt ex diuerso fonte, quo casu pręsentatio vnius alteri non suffragatur. *Rot. decis. 299. num. 5. & 6. & decis. 407. nu. 1. par. 1. diuers. & in recent. decis. 146. num. 5. in fin. par. 2. Viuian. de Iurepatron. cap. 4. num. 46. lib. 5.*

Neque Tabassius est pręferendus eò quod sit pręsentatus à Margarita, existente in quasi possessione pręsentandi; Sciendum est enim Margaritam numquam pręsentasse, nec eam quasi possessionem sui authoris iuuari posse,
20 cum † ad hæredem non transeat, vt in terminis ad excludendam dispositionem *text. in cap. consultationibus de iur. patron. dixit Rot. decis. 364. num. 3. & 4. coram bon. mem. Coccino, & in Lucana Iurispatr. 7. Feb. 1620. coram bon. mem. Franc. Vbaldo*, vbi pleres concordantes allegãtur, & pari iure censeri debet vox Margaritę, quę ęquè ipsi nihil prodest ad effectum iustificandi gratiam Apostolicam, cũ supposito, quod fuerit à medietate Patronorum pręsentatus,
21 obtentam, † nam Pontifex intellexit de consensu Patronorum in quasi possessione pręsentandi existentium, vt benè declarat *Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 8. num. 106.*

Obiecto circa vltimam pręsentationem de anno 1627. à solo Camillo factam, satis facit decisio, quę reuidetur §. 1. *vers. nihil refert.* Quibus stantibus in robore suo permanentibus rationibus pro Fabio adductis, Domini, eum instituendum, iterum responderunt, vtraque parte informante.

Decisio ista emanata in hac eadem causa coram eodẽ bon. mem. Peutingero, eaq; est impressa supra in præcedenti, part. 9. tom. 2. decis. 416. Infra pariter in eadem causa infra alia decisio coram eodem 23. Ianuarij 1647. & deinde in altera instantia aliæ decisiones emanarunt coram bo. mem. Arguellles die 10. Martij 1649. & deindè habetur alia coram Eminentissimo, & Reuerendissimo Cardinali Angelo Celso, fuit postea hæc causa coram R. P. D. Albergato, & decisiones emanarunt sub diebus 1. Iunij 1654. & 1. Iulij 1655. & tandem sub diebus 7. Februarij 1661.

REVERENDISS. P. D. CERRO
Sacræ Rotæ DECANO.

Valentina Parochialis.

Mercurij 23. Ianuarij 1647.

ARGVMENTVM.

Examen Testium licet de stylo Rotæ in Curia denegari non soleat, tamen quando articuli sunt irreleuantes & calumniosi etiam in Curia denegatur; si tamen articuli partim essent releuantes, & partim non releuantes, ad consulendum vtrique parti, admittuntur releuantes, reliqui verò calumniosi & impertinentes reiciuntur.

SVMMARIVM.

1 *Examen Testium in Curia, si de releuantia articulorum apparet, de stylo Rotæ denegari non solet.*

2 *Examen Testium etiam in Curia denegatur quando articuli sunt irreleuantes & calumniosi.*

3 *Probatio Testium non potest preualere scripturis.*

4 *Articuli irreleuantes & inuerisimiles, nullatenus sunt admittendi, maximè si de contrario appareret.*

5 *Examen etiam in materia obiectiua admittitur quãdo obiectum deducitur incidenter à Posessore & est de iure dantis.*

6 *Hoc autem procedit quando datur fumus veritatis.*

7 *Secùs vbi nõ datur talis fumus, sed contrarium conuinceretur ex scripturis.*

8 *Articuli sunt reiciendi, quandò videntur concepti ad protrahendam litem, & causæ expeditionem in longius.*

9 *Datarij attestationi non creditur post dimissum officium, & quando conclusio procedat. num. 10.*

11 *Datarij attestationi post dimissum officium deferendũ est quando agitur de facto proprio, & de recognitione propriæ manus.*

12 *Recognitio propriæ manus à nemine meliùs quam à scribente fieri potest.*

13 *Scribens attestando scripturam esse conscriptam propria manu, excludit omnem suspicionem alterationis.*

Et hoc casu non habendæ sunt in consideratione fides extraiudiciales Peritorum super alteratione dictæ scripturæ ibidem.

34 *Articuli non concernentes factum, sed versantes circa quid Iuris sunt reiciendi tamquàm non spectantes ad Testes, sed ad Iudicem.*

15 *Litteræ Resignationis, & reseruationis pensionis quando possint separatim expediri.*

16 *Litteræ Resignationis expediri possunt post spatium nouem mensium obtenta prorogatione aduersus constitutionem Gregorianam de publicandis.*

17 *Litteræ resignationis expediri solent etiam post nouem menses cum licentia D. Regentis Cancellariæ.*

18 *Decretum Cancellariæ quod ex non expeditione litterarum intra nouẽ menses, gratia reddatur nulla censeatur in supplicatione appositũ propter interesse Cameræ.*

Ac proinde sufficit expeditionem fuisse factam, vt eidem satisfactum dicatur num. 18.

19 *Beneficij onera perpetua reseruata ad fauorem alicuius, in gratia exprimi non solent amplia vt num. 20.*

21 *Articuli sunt omnes admittendi propter releuantiam vnius dummodo cæteri habeant simplicem defectum irreleuantiæ.*

22 *Secùs quãdo vltra irreleuantiam haberent alios defectus, vt si essent calumniosi, obiectiui & impertinentes.*

23 *Articuli quando partim sunt releuantes & partim irreleuantes, admittuntur releuantes, reliqui verò reyciuntur.*

24 *Articuli quando sunt impertinentes admitti non debent etiam cum clausula saluo iure impertinentiũ.*

DECISIO V.

POstquam per duas decisiones sub diebus 28. Aprilis 1645. * & 18. Maij 1646. receden-

do à duabus alijs præcedentibus firmatum fuit constare de valida resignatione ad fauorem Thomæ Insæ, non obstante quod ex Regestro Datariæ supplicatio apparebat signata anno 1641. quo tempore Michael resignans obierat, & non obstante etiam, quod expressum non fuerat antiquum onus duorum Cassiciorum Tritici; ex quo Originale supplicationis, cui magis in concursu credendum est, signatum legitur anno 1640. quo tempore resignans viuebat, & quia dictum onus, tanquam perpetuum, & extrahi solitum à corpore beneficij, non videbatur de necessitate exprimendum, attento præsertim stylo Datariæ non exprimendi similia onera perpetua, vt ex attestationibus plurium Officialium, & Curialiũ tunc datis, & ex rationibus in vtraque Decisione adductis; Murillus, qui de huiusmodi Parrochiali tanquam vacante per obitum prouideri obtinuit ab Ordinario Valẽtino, ad euitanda huiusmodi fundamenta, & responsiones, dedit in actis plures articulos, quorum primi sex continent alterationem datæ Originalis supplicationis, septimus verò continet, quod vbi resignatio cum pensione habet decretum annullatiuum expediendi litteras infra nouem menses, & quod simul expediri debeant tàm litteræ pensionis, quam resignationis, si non fiat intra dictum tempus expeditio, tam resignatio, quam reseruatio pensionis nullæ sint, & inualidæ; Octauus autem, & nonus continent inconcussum stylum exprimendi antiquas pensiones, siuè magnæ sint, siuè modicæ, siuè temporales sint, siuè perpetuę etiam reseruatæ ad fauorem Ecclesiarum, & Collegiorum, siuè alterius Vniuersitatis, quodque si aliquando non fuerunt expressæ, contigit ex eo quia non fuit de eis habita notitia, & cum peteret omnes admitti pro faciendo examine in Curia, Domini his omnibus perpensis arbitrati sunt hoc casu esse tantum admittendos octauum, & nonum sine tamen præiudicio executionis litterarum Apostolicarum.

1 Ratio resolutionis fuit, quia licet de stylo huius Tribunalis denegari non soleat examen Testium in Curia si de releuantia articulorũ appareat, vt alijs omissis resolutum fuit *in Calaguritana Beneficij de Gornago 15. Ianuarij 1646.*
2 *coram R.P.D. meo Verospio*. † Quando tamen articuli sunt irreleuantes, & calumniosi etiam in Curia denegatur examen & illorũ admissio, *vt dixit Rota in recent. dec. 521. n. 11. cum seqq. par. 5. & in Forosempromen. bonorum 28. Ianuarij 1641. coram R.P.D. meo Rojas.*

Primi autem sex articuli visi sunt calumniosi, irreleuantes, & obiectiui tanquam continentes fraudulentam alterationem Datæ, cuius tamen fidelitas probata fuit concludenter non solum ex illius inspectione, sed etiam quia concordat cum parua data, quæ pariter legitur sub eodem die, & anno, & cum ratificatione facta ab eodem Michaele sub die 26. Februarij 1640. Et vlterius ex attestatione Domini tunc temporis Datarij, qui viso diligenter dicto Originali, attestatus fuit esse fidele, nullatenus alteratum, nec in aliqua parte vitiatum, & quod propterea sit potius præsumendum erratum fuisse in Regestro.

3 Dum enim † ex tot scripturis apparet de contrario probatio Testium, quæ non potest præ-
4 ualere scripturis † est irreleuans, & inuerisimilis, ac proinde nullatenus admittenda. *Cap. quia inuerisimile de præsumpt. specul. de probat. §. nunc dicendum nu. 1. Rota dec. 23. de testib. in antiq. & dec. 99. num. 1. par. 4. diuers. cum alijs in Aesina bonorum 11. Ianuarij 1636. coram bo. me. Buccabella.*

Nihil ergò refert, ꝙ admittatur etiã examen
5 in materia obiectiua quãdo obiectũ deducitur incidẽter à possessore, & est de iure dãtis, *vt per Felin. in c. cũ causam n. 23. de testib. Vestr. in prax. cap. vlt. n. 1. in fin. Rota dec. 661. n. 2. & 3. & per tot. p. 2.*
6 *recent.* Hoc enim procedit, quando datur fumus veritatis, *vt declarauit Rota coram Sanct. mem. Greg. dec. 424. nu. 4. coram bo. me. Buratt. decis. 28. num. 7. in Cracouien. Iuris legendi 3. Decembris 1629. coram R. P. D. meo Ghisilerio, & in d. Calaguritana Beneficij de Cornago §. tollitur etiam*
7 *altera coram R.P.D. meo Verospio.* † Secus vbi, prout hic, non datur talis fumus, immò contrarium conuincitur ex scripturis, tunc enim non admittitur, *Verall. dec. 60. nu. 2. & dec. 63. nu. 3. p. 3. & dec. 503. nu. 4. par. 2. recen. dictum fuit in Bononien. fideic. de Bologninis 16. Aprilis 1646. coram R.P.D. meo Ghisilerio, & in Cremonen. Parrochialis 15. Iunij eiusdem anni coram me §. Idq. tan-*
8 *to magis circa fin.* † Sed articuli præsumuntur concepti ad protrahendam litem, & causæ expeditionem in longiùs, & ad euertenda fundamenta decisionum, & sic reijciendi prout alias reiecit *Rota in Mediolanen. bonorum 9. Maij 1197. coram recol. mem. Card. Hieronymo Pamphilio, & in Bononien. dismembrationis 11. Decembris 1634. coram R.P.D. meo Ghisilerio, & in d. decis. 521. nu. 9. par. 5. recent.*

9 Prout etiam nihil refert, quod attestationi Datarij non credatur post dimissum officiũ *ex deductis coram bo. mem. Buratt. dec. 835. num. 14.*
10 Quia † in casu d. Decisionis Datarius attestatus fuerat ad instantiam partis de quibusdam tractatis factis coram se à Partibus, & ideò eius attestatio non fuit habita in consideratio-
11 ne. † At in casu nostro non agitur tantummodo de re spectante ad officium Datarij, sed de facto proprio, & recognitione propriæ
12 manus, † quæ à nemine melius, quam à scribente fieri potest, & attestatio non fuit à partibus extorta, sed à me requisita de ordine Rotæ, ideo videtur eidem omninò deferendum, cum præsertim concurrant tot aliæ probationes supra deductæ.

Et ideo non fuerunt habitę in consideratione fides extraiudiciales assertorum Peritorũ super alteratione dictæ originalis supplicationis, quia cum sint de proprio capite non pos-
13 sunt præualere veritati probatæ ex tot alijs capitibus, & ex fide eiusdem scribentis, qui attestando datam esse conscriptam propria manu, excludit omnem prætensam alterationem.

Calumniosus pariter, & confectus ad euertenda fundamenta decisionum videtur septimus

mus articulus, quatenus continet, *quod ex non expeditione litterarum intra nouem menses gratia reddatur nulla propter decretum in supplicatione apposi-*
14 *tum*. † Hoc enim non concernit factum, nec subijcitur sensui corporeo, sed est quid iuris, quod proinde non spectat ad Testes, sed ad Iudicem *per tex. in cap. 1. de confess. in 6. Bellamer. dec. 34. per tot. & alijs relatis dixit Rota in Cesaraugust. distributionum 10. Februar. 1640. §. & ex his coram Eminentiss. D. Card. Panzirolo*. Quatenus
15 verò continet † *quod litteræ Resignationis, & Pensionis debeant insimul expediri*, visus fuit pariter calumniosus, & irreleuans; dum enim in termino dd. nouem mensium decessit Pensionarius, litteræ reseruationis pensionis amplius non erant expediendæ, & consequenter litteræ resignationis separatim expediri potuerunt vt firmatum fuit *in vltima dec. §. vlt.* Quatenus demum ponitur, *quod si litteræ resignationis, & Pensionis expediantur extra dictum tempus nulla remaneat tàm pensio, quàm resignatio, dummodo tamen ante expeditionem non fuerit obtenta licentia, quæ concedi solet oretenus, quando supplicatio non est registrata, & tunc deletur d. Decretum in supplicatione appositum, vel impetratur restitutio in integrum aduersus lapsum temporis, quodque quando in supplicatione non est deletum d. Decretum, & expeditio sequuta sit extra tempus, tunc nec amplius deleri possit, nec licentia præsumi concessa*, est prorsus irreleuans, & frustratorius, quia cum non doceatur expeditioni litterarum Resignationis præfixum fuisse similem terminum, & litteræ
16 Reseruationis pensionis non † essent amplius expediendæ, stante obitu Pensionarij; litteræ resignationis, etiam eo elapso, expediri potuerunt, concurrente præsertim prorogatione per Insam obtenta aduersus Constitutionem Gregorianam de publicandis, vt respondetur *in d. vltima decis. d. §. vltimo* Estque etiam inuerisimilis, & contra notorium stylum Cancellariæ; ex pluribus enim, & diuersis
17 attestationibus exhibitis apparet, † quod litteræ Resignationis expediri solent etiam elapso termino nouem mensium cum licentia D. Regentis Cancellariæ oretenus data absque eo, quod deleatur d. Decretum, & obtineatur
17 restitutio in integrum † Huiusmodi autem Decretum apponitur propter interesse Cameræ dumtaxat, ne scilicet ipsius Iura frauden-
18 tur solitis emolumentis expeditionum, † & proinde sufficit expeditionem fuisse factam, vt eidem satisfactum dicatur, vt in terminis similis expeditionis litterarum faciendæ intra certum tempus *dixit Rota in recent. decis. 387. n. 7. cum seqq. par. 4.* Frustra ergò articulatur contrarius stylus, dum ita quotidie practicatur in Cancellaria, quæ est organum Papæ *Cassad. decis. 2. num. 7. de vnion. & aduertit Rota decis. 656. num. 6. in fin. par. 2. recent.*

Octauus denique, & nonus continet *stylum exprimendi antiquas Pensiones, siuè consistant in quãtitate, siuè in specie, & siuè sint temporales siuè perpetuæ, quodque si aliquando de eis non fuit habita mentio euenit, quia non fuit de illis habita notitia*, & licet dicti articuli ex hactenus deductis videãtur improbabiles, & inuerisimiles, cum pro
19 parte Insæ probatum fuerit, † quod de recẽti stylo Datariæ particulariter seruato in Diœcesi de qua agitur, similia onera perpetua reseruata ad fauorem Seminarij exprimi non
20 solent † etiamsi ab Expeditoribus fuerit de illis habita certa notitia, vt dictum fuit *in d. vltima decis. §. quo verò ad secundum*, & constat ex fidibus, partitis, & mandatis procuræ hodie datis *Summ. illius nu. 2.* Nihilominus, quia articulatus stylus, si probaretur, videretur releuans, Domini dixerunt dictos octauum, & nonum articulos esse tantùm admittendos, sine tamen præiudicio executionis litterarum Apostolicarum, de qua hodie agitur, *vt obseruauit Rota in decis. vltima in fine par. 5. recent.*

Ex releuantia autem istorum, Domini noluerunt admittere alios omnes, qui sunt obie-
21 ctiui, calumniosi, & impertinentes. † Regula enim, quod ex releuantia vnius articuli omnes admittantur, recipitur solum quando cœteri habent simplicem defectum irreleuã-
22 tiæ; † Secus autem quando vltra in eleuantiam habent etiam alios defectus, & præcipuè quando, vt hic, sunt calumniosi, obiectiui, & impertinentes ex superius adductis. Pro
23 his enim non suffragatur releuantia † vnius, sed ad consulendum vtrique parti admittuntur releuantes, reliqui verò calumniosi, & impertinentes reijciuntur, vt sequendo Theoricam *Bart. in l. si duo Patroni §. Item Iulianus numer. 1. & 2. ff. de iur. iur.* tradit *Aym. cons. 23. nu. 4.*
24 vbi quod † quando articuli sunt omninò impertinentes admitti non debent, etiam cum clausula saluo iure impertinentium, *& seruandum esse dixit Rota in Calaritana Præeminentiarum 14. Decembris præteriti coram R. P. D. meo Celso §. talis autem releuantia*.

Et ita vtraque &c.

☞ *Decisiones istæ in hac causa emanatæ sub diebus 28. Aprilis 1645. & 18. Maij 1646. quæ sunt reuocatoriæ aliarum duarum in eadem causa factarum, erunt infra in Miscellanea*.

R. P. D. GHISILERIO.

Postea Episcopo IMOLEN.

Placentina Beneficij.

Mercurij 23. Ianuarij 1647.

ARGVMENTVM.

Patronorum possessio præsentandi non probatur ex nominatione, quæ suum non fuit sortita effectum; Vndè si præsentatus fuerit immissus in possessione, & recognitus in Dominum à Conductoribus bonorum, & etiam per duos menses retinuerit possessionem, tamen si postea fuit à possessione eiectus, & alter fuit prouisus à Sede Apostolica, constituitur Papa in quasi possessione prouidendi tamquã de libero, propter causam vniuersalem, quam habet in omnibus beneficijs.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus super omnibus beneficijs existentibus intra fines suæ Diœcesis habet intentionem fundatam donec non iustificetur contrarium.*

2 *Episcopus non potest sine beneplacito Apostolico, beneficia libera subijcere Iuripatronatus alterius in præiudicium suæ Ecclesiæ.*

3 *Episcopus non potest præiudicare neque Ecclesiæ, neque Successoribus.*

4 *Beneplacitum Apostolicum non præsumitur interuenisse, vbi cum antiquitate temporis non concurrit obseruantia.*

5 *Præsumptio deducitur ex antiquitate temporis.*

6 *Possessio præsentandi non deducitur ex nominatione, quæ postea non habuit effectum.*

Vel si habuit effectum, vt quia fuit capta possessio cum omnibus solemnitatibus, tamen statim euanuit per prouisionem Apostolicam alteri factam. nu.7.

8 *Possessio pacifica per vnum, vel duos menses in beneficialibus suffragatur. Declara. num.10.*

9 *Papa potest Iurapatronatus conferre, si aliquid colorate deducitur contra instrumenta à Patronis exhibita.*

11 *Et ex vnica prouisione, quæ suum sit sortita effectum: constituitur in quasi possessione prouidendi tamquã de libero.*

12 *Possessio præsentandi Patronorum quando est turbida per prouisiones Apostolicas, factas, siuè ob reseruationem, siuè ob resignationem constituitur Papa in quasi possessione prouidendi in vacationibus etiam per obitum.*

13 *Papa habet causam vniuersalem in omnibus beneficijs.*

14 *in Beneficialibus semper attendendus est vltimus status.*

15 *Prouisiones Apostolicæ declarant, & constituunt beneficium in statu libertatis quando liquido non constat de anteriori statu seruitutis.*

DECISIO VI.

CONCESSA Ioanni Dominico Nicello noua audientia occasione Iurium per ipsum vltimo loco productorum, iterum, & tertia vice contra illum fuit resolutum simplex beneficium Hospitalis S. Lazari propè, & extra mœnia Ciuitatis Placentinæ non spectare ad Capitulum Collegiatæ Florentiolæ, & consequenter nõ illi vti electo à Capitulo esse adiudicandum, sed Reuerendiss. D. Episcopo Placentino Prouiso Apostolico.

Ratio resolutionis fuit, quia intentio Dñi Episcopi ex dispositione Iuris communis super omnibus beneficijs existẽtibus intra fines suæ Diœcesis, iuxta *text. in cap. regenda 10. qu. 1. cap. omnes Basilicæ 16. quæst. 7. cap. ex frequentibus de instit. cum concordantibus,* non excluditur, cum non iustificetur ius speciale Capituli supradictæ Ecclesiæ Collegiatæ, vt à contrario probat *Panorm. in cap. significauerunt nu. 3. in 2. notab. de except. Felin. in cap. cum Venerabilis nu. 37. ante fin. versic. fallit quinto,* vbi refert, & sequitur *Panorm. in supradicto text.* Si quidem in nulla consideratione venit habenda sententia, seù laudum latum de anno 1438. ab Episcopo Placentino, in quo reseruatur eidem Capitulo electio, & præsentatio Rectoris, & Ministri Hospitalis Placentini pleno iure. Confirmatio verò eiusdem electionis, & confirmationis Episcopo Placentino, quia iuxta responsionem datam in vltima *decisione in §. si autem,* dum Hospitale Ciuitatis Placentinæ erat libe-
2 rum, † non licuit d. Episcopo illud subijcere Iuripatronatus alterius in præiudicium suæ Ecclesiæ sine beneplacito Apostolico, seù confirmatione, *Rota decis. 25. num. 14. de iurepatr. coram bon. mem. Buratto decis. 178. num. 18. in recent. decis. 197. num. 53. decis. 318. num. 7. part. 5. & decis. 247. num. 10. & 11. part. 7.* cum in Episcopis deficiat potestas ad subijciendum Iuripatronatus beneficia libera, *Abb. cons. 106. lib. 2. Ber. cons. 44. num. 33. lib. 1. Calder. cons. vlt. de iurepatr. Rota d. decis. 318. num. 7. part. 5. recent.* ideò con-
3 sequenter Episcopus† Placentinus non potuit præiudicare neque Ecclesiæ, neque Successoribus, *cap. veniens de transact. Abb. in cap. cum olim num. 4. de priuileg. Calder. cons. 12. de reb. Eccles. non alien.*

Neque potest Capitulum Florentiolæ fouere ius suum ex cursu temporis, cùm ex acceptatione ipsius laudi vti facta in eodẽmet instanti, quo laudum emanauit, non concur-
4 rat obseruantia, † quæ tamen cum antiquitate temporis cumulatiuè requiritur ad hoc, vt præsumendum sit beneplacitum, seu confir-
5 matio Apostolica, † & sic tollitur presumptio, quæ ex antiquitate deducitur, *Rota in Lunen. Sarzanen. Iurispatronatus 18. Decembris 1625. coram bon. mem. Pirouano, confirmata coram Vrgellen. decis. 56. num. 6.* vbi quod cessante obseruantia laudi, cessat etiam præsumptio beneplaciti, idem fuit resolutum *decis. 244. num. 11. vers. quia est sententia, & decis. 442. in fin. penès eundem, iuxta*
6 *decis. Seraphin. 381. numer. 5.* † Nec ex electionibus factis per Capitulum probatur aliqua possessio, seù effectuatio laudi. Quia vt distinctè fuit examinatum in *d. l. vltima decis. in §. minus censuerunt cum seqq.* vel non merentur attendi, cum fuerint factæ de Hospitali Florentiolæ, vel non releuant, & quo non habuerunt effectum, *Alex. cons. 4. num. 4. vol. 5. Rota decis. 3. num. 6. & 7. de restit. spoliat. in nouis, & coram bo. mem. Coccino decis. 181. num. 2.*

Nec pro Capitulo potest fieri vis in electione ab eo facta de anno 1597. de persona Ioannis Dominici de Vrsis, quam Vicarius con-
7 firmauit præuio Edicto, † quæ prætenditur effectuata ex possessione, in quam fuit immissus ex recognitione in dominum à conductoribus bonorum, & ex actuali administratione ferè per annũ, quia cum postea de anno 1598. tanquam de libero fuerit à Clemente VIII. Prouisus Card. Sanesius, tunc Prælatus, qui donec vixit beneficium possedit, & per eius obitum prouisus R. P. D. Castellanus, qui illud resignauit Vincentio Ripaltæ, & deindè per resignationem prouisus Alexander vltimo loco defunctus nihil releuat, quod supradictus Ioannes Dominicus post electionem se intentio, & illegitima possessio, quæ statim euanuit, non meretur allegari, cum prouisio Pa-

Papæ, non electio Capituli probetur effectuata, iuxta *cons. Oldr. 229. num. 2. cum alijs per Rotam decis. 154. num. 4. part. 2. recent.*
8 † Nec facit, quod suffragetur pacifica possessio per vnum, vel duos menses adnotata per *Gemin. in cons. 78. nu. Rota decis. 3. in addit. sub num. 3. vers. & oportet de præben. in nouis, Cassad. decis. 9. nu. 2. de caus. poss. & propr. Rota in Placentina fructuum 15. Aprilis 1616. coram bon. mem. Card. Sacrato, quæ est decis. 684. num. 14. part. 4. tom. 3. recent.* Quia cum paulò post supradictam confirmationem Vicarij non Episcopi, quæ dedit causam liti cõparuit Procurator Fiscalis, qui petijt, & obtinuit ne dum eam confirmationem ab eodem Vicario reuocari, sed vlterius declarari suæ intentionis minimè fuisse approbãdi id quod nullum est, & minus in aliquo nec in petitorio, nec in possessorio præiudicandi Iuribus Reuerendiss. Episcopi, nec seruitutem aliquam antedicto Hospitali imponendi, & quod si ante eius interlocutoriam, seù declaratoriam iura, & actiones per Procuratorem Fiscalem in medium allata tunc deducte, & allegata fuissent aliter, & alio modo declarasset ea reuocatio, saltem sufficit ad effectum, vt in sequentibus vacationibus non sit habenda ratio dictæ electionis, & vacationis aduersus Prouisum à Sede Apostolica existente in quasi
9 possessione prouidendi, † cum ad hunc effectũ satis sit aliquid coloratè deducere contra instrumenta à prætensis patronis exhibita, vt tradit *Lott. de re benef. lib. 1. q. 34. n. 31.* eoque magis, quia statim eiecto electo à Capitulo d. reuocatio confirmationis habuit suam executionem, & de beneficio fuit prouisus à Sede Apo
10 stolica d. Card. Sanesius, † vndè non applicatur supradicta *decisio 684. d. numer. 14.* firmans beneficiorum applicationem dici effectuatam si semel fuerit capta possessio, & etiam per duos menses retenta, licet possessor postea fuerit à possessione eiectus, quia non loquitur in terminis electionis, quæ dedit causam liti, & quæ fuit reuocata ab ipsomet confirmante.
11 Ex † hac autem prouisione in personam Sanesij, quæ non negatur effectuata Sedes Apostolica constituta fuit in quasi possessione prouidendi tanquam de libero, vt post *Rip. in capit. cum Ecclesia Sutrina,* tradit *Ferret. cons. 2. nu. 3. Rota coram bon. mem. Coccino decis. 178. alijque plurimi allegati à Modern. Carpen. controu. forens. ca-*
12 *pit. 107. num. 18.* iunctis præsertim prouisione facta per obitum d. Cardinalis in personam Castellani, quæ forsan emanauit ob reseruationem contractam ob personam Cardinalis, & alijs successiuis prouisionibus, quæ etsi emanauerint ex causa resignationis, quia tamen quasi possessio Patronorum saltem est turbida constituerunt Papam in quasi possessione prouidendi etiam in vacationibus per
13 obitum † propter causam vniuersalem, quam habet Papa in omnibus beneficijs, vt dixit *Rota in decis. 88. num. 7. & 8. inter impress. apud Viu. de Iurepatr.* & prius apud *Moed. decis. 22. num. 2. de præben. Put. decis. 2. lib. 2. in correctis,* & in alijs, quas refert, & sequitur *Addens ad san. me. Gregorium XV. decis. 349. sub num. 7.*

Igitur cum vltimus status pro Sede Apostolica sit clarus, anterior verò Capituli sit saltem turbidus, quia ab anno 1439. nulla datur præsentatio effectuata, nisi in personis, quæ etiam habuerunt collationes ab Episcopo, responderunt DD. pro Reuerendiss. D. Episcopo Prouiso Apostolico, & si steterunt in de-
14 cisis † cum semper in beneficialibus, attendatur vltimus status, & prouisiones Apostolicæ declarant, & constituunt beneficium
15 in † statu libertatis, quando liquido non constat de anteriori statu seruitutis, vt notant *DD. in cap. cum beneficio de præben. in 6. Rota decis. 244. nu. 9. part. 4. tom. 2. decis. 634. nu. 8. part. 4. tom. 3. in recent. cum alijs allegatis ab Adden. ad bon. mem. Buratt. decis. 153. nu. 6.* & plenè *in Helnen. Heremitorij coram bon. mem. Merlino decis. 57. nu. 9. cum seqq. part. 6. recent.*

Nec ad rem faciunt deducta pro Capitulo ad probandum collationem beneficij Hospitalis Florentiolę ad ipsum spectasse ante vnionem vigore Breuis Eugenij Quarti, quia modo non agitur de beneficio Hospitalis Florentiolæ, sed de beneficio Hospitalis Placentino, de quo tam Reuerẽdissimus Episcopus, quàm Ioannes Dominicus Nicellus fuerunt prouisi, nec lis vertitur super vnione, sed super sola adiudicatione beneficij simplicis Hospitalis S. Lazari prope, & extra mœnia Ciuitatis Placentiæ.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit pro confirmatione aliarum decisionum in hac causa factarum.

REVERENDISS. P.D. CERRO

Sacræ Rotæ DECANO.

Romana Fideicommissi de Coronis.

Lunæ 28. Ianuarij 1647.

ARGVMENTVM.

Magistraliter discutitur, & firmatur in præsenti Decisione à tanto Sacræ Rotæ Antesignano, & Duce, & verè Sapientum Octauo, quod fideicommissum perpetuum, & absolutum ad fauorem omnium de Familia tam effectiua, quàm contentiua, censetur inductum ex ratione conseruandæ agnationis, & expressione nominis genericè Familiæ, vbi ratio conseruandæ agnationis non est restricta ad certos casus, & personas, & Testator absque vlla restrictione Familiam simpliciter nominauit; secùs autem.

Vbi verò dispositio restricta fuit ad dependentes & hęredes institutos, tunc enim nõ ampliatur, nec extenditur fideicõmissum, sed restringitur, & declaratur secundum qualitatem ipsius substitutionis cui adnectitur, nec egreditur descendentes lineæ effectiuæ personarum institutarum, & quare. Demum obiectionibus in contrarium clarissimè respondetur.

SVMMARIVM.

1 *Proximitas grauantis, vel grauati an sit attendenda.*
2 *Fœminarum vocatio, facta deficientibus masculis, si non*

non sit restricta ad primas fœminas quid operetur.

3 *Fœmina quoquè potest dici de Familia, & agnatione testatoris.*

4 *Agnationis conseruandæ ratio, quando non stet enunciatiuè, & independentes de per se.*

5 *Verba*, & etiam, *posita post orationem perfectam stant augumentatiuè, & sunt principium alterius orationis.*

6 *Fideicommissum perpetuum, & absolutum quando dicatur inductum ad fauorem omnium de agnatione.*

7 *Et sic etiam ad fauorem non tantum familiæ effectiuæ, sed etiam contentiuæ.*

8 *Testator, quando censeatur contemplasse vniuersam Agnationem, ita vt veniant etiam transuersales.*

9 *Agnationem generaliter vocando Testator, omnes de Agnatione censetur voluisse comprehendere. Amplia. num.10. & 11.*

12 *Filij in conditione positi, censentur vacati secundum Statutum Vrb. lib.1. cap.142.*

13 *Statutum Vrbis lib.1. cap.142. licet loquatur de solis filijs tamen habet etiam locum in alijs consanguineis.*

14 *Linea quando tàm effectiua, quàm contentiua intelligi potest, qualis sit intelligenda, & num.53.*
Et de linea tantùm contentiua intelligitur, quando Testator de tempore testamenti, & eius obitus, carebat descendentibus. num.16.

15 *Fideicommissum relictum pro conseruatione agnationis dicitur fauorabile.*

17 *Fœminæ remotissimæ quando sunt vocatæ, multo magis censeri debent vocati Masculi proximiores ex verisimili mente Testatoris.*

18 *in Masculis maximus amor, & beneuolentia intercedere solet.*

19 *Frater Testatoris licet proprio nomine vocatus non fuerit, comprehenditur tamen sub appellatione Agnationis, Familiæ, & Domus, & num.22.*

20 *Frater an censeatur inuocatione comprehensus, licet Testator, notam habens illius personam, de eo mentiouem non fecerit, & quare. num.21.*

23 *Filij comprehenduntur sub vocatione Patris.*

24 *Testator sicut dilexit vocatum, ita pariter omnem illius posteritatem dilexisse censetur.*

25 *Fideicommissum relictum pro conseruatione agnationis, comprehendit omnes de Familia tàm effectiuè, quàm contentiuè.*

26 *Fœmina dicitur comprehensa sub nomine Familiæ, & agnationis quamuis fuerit nupta in aliena familia.*

27 *Fœminæ proximiores, quando vocatæ sunt deficiente linea masculina institutorum quæ nam intelligantur.*

28 *Fœminæ dum non fuerunt vocatè simpliciter, nec indefinitè, sed cum qualitate filiationis veniunt solummodo filiæ fideicommittentis, vel institutorum.*

29 *Filiorum appellatione veniunt nepotes ex verisimili mente Testatoris, alijsque coniecturis concurrentibus.*

30 *Filiorum appellatione, numquam comprehenduntur transuersales, Nepotes scilicet ex Fratribus.*

31 *Nepotes ex Fratribus impropriè tantùm, & abusiuè hoc nomine appellantur.*

32 *Soror numquam venit appellatione filiarum inspecta propria, vel impropria verborum significatione, & communi vsu loquendi.*

33 *Fideicommissum perpetuum, & absolutum censetur inductum ex ratione conseruandæ Agnationis, & ex expressione nominis genericæ Familiæ.*

34 *Declara conclusionem procedere, vbi ratio conseruandæ agnationis, non est restricta ad certos casus, vel personas, & num.57.*
Secus autem vbi restricta fuit ad præcedentem vocationem descendentium, & hæredum institutorum. num.36.

35 *Familia tàm contentiua, quàm effectiua censetur contemplata, vbi Testator familiam simpliciter nominauit, nec orationem restrinxit.*

37 *Fideicommissum non extenditur vltra personas expressè consideratas, sed restringitur, & declaratur, secundum qualitatem ipsius substitutionis, cui adnectitur.*

38 *Verba*, vt sæpiùs expressum est, & per modum supra expressum, *quid operentur.*

39 *Clausula*, vt supra, *sæpiùs geminata, ac posita, tàm in principio, quàm medio, & fine totam dispositionem qualificat.*

40 *Clausula*, vt supra, *restringit dispositionem ad superius expressum, omnemque impedit extensionem, siuè comprehensionem.*

41 *Hæredum appellatione, veniunt etiam hæredes hæredum.*

42 *Fallit quando Testator prius nominasset aliquos hæredes, & deindè aliquid in eis disposuisset appellando dictos, seù supradictos hæredes.*

43 *Et tunc verba illa*, dicti mei hæredes, *intelligantur solum de primis hæredibus nominatis.*

44 *Verba*, dictis vt supra, *tamquam restrictiua ad supranominatos, non inducunt ampliationem, sed potiùs limitationem.*

45 *Nepotum, & descendentium specificatio post generalem mentionem Familiæ quid importet.*

46 *Nepotum, & descendentium specificatio quando post generalem mentionem familiæ importet solū prælationem eorumdem non autem exclusionem aliorum, & quando secus. num.48.*

47 *Genus præcedens, vel subsequens non restringitur à specie, sed nominatio, & specificatio personarum, solùm tribuit nominatis prælationem.*

48 *Vocatio vbi ab initio restricta fuit ad certas personas non potest fieri extensio ad alias.*

49 *Quamuis in parte prohibitiua facta fuerit expressio familiæ, & quando.*

50 *Specificatio personarum stantibus dictionibus taxatiuis, & relatiuis non tribuit solam prælationem, sed restringit dispositionem ad personas tantùm expressas.*

51 *Genus quando præcedit, & sequitur enumeratio specierum per modum taxationis, tunc genus restringitur ad illas species tantùm.*

52 *Linea masculina in conditione posita, intelligi debet de linea contentiua Testatoris.*

53 *Lineæ appellatione, in dubio venit solum linea effectiua, & descensiua ab ipsis institutis.*

54 *Testator dum restrinxit vocationem ad hæredes institutos, illorumque filios, & descendentes non comprehendit lineam contentiuam.*

55 *Idque etiam si agatur de fideicommisso fauorabil relicto pro conseruatione agnationis.*

56 *in Fideicommisso fauorabili relicto pro conseruatione agnationis, latior fieri solet interpretatio.*

57 *Ratio conseruandæ agnationis, dum est restricta ad filios, & descendentes hæredum institutorum, vocatio*

tatio lineæ ad illius pariter terminos est restringeuda.

58 *Fideicommissa tanquam odiosa strictè sunt interpretanda, nec extendi debent de persona ad personam contra mentem, & verba Testatoris.*

59 *Testator dum vocauit fœminas remotissimas, multò magis vocasse censetur proximiores masculos.*

60 *Proximiores quando non sint compræhensi, nisi descendant ab ipsis hæredibus institutis.*

61 *Testator si ad fideicommissum fratrem vocare voluisset, proprio ore expressisset, prout illius filios, & descendentes expressit.*

62 Rota coram San. mem. Greg. decis. 464. sub num. 19. *declaratur.*

63 *Proximior etiamsi proprio nomine vocatus non fuerit, compræhenditur tamen sub generali nomine proximioris, seu maioris natu.*

64 *Fideicommissum dum restrictum fuit ad filios, & descendentes, hæredum institutorum, illorumq; lineam effectiuam non comprehendit transuersales.*

DECISIO VII.

SImon de Coronis in suo, cum quo decessit testamento quantum attinet ad rem nostram, ita disposuit: *In omnibus autem ipsius testatoris bonis mobilibus, & immobilibus, præsentibus. & futuris vbique existentibus Iuribus, &c. hæredes suos vniuersales fecit, & instituit, & ore proprio nominauit DD. Martinum, Melchiorrem, Paulum, & Franciscum ipsius Testatoris nepotes ex dicto D. Statio Corona eius germano fratre, &c. Et etiam quia mediantibus facultatibus conseruantur familiæ, & Agnationes, & memoriæ defunctorum, propterea dictus D. Testator pro ipsa familia, & Agnatione conseruanda, ac honore domus de Coronis, & vt bona ipsius D. Testatoris in dicta Agnatione, & familia, ac posteris, & descendentibus ipsius familiæ perpetuò, & vsque in infinitum conseruentur, voluit, atq; mandauit, vt bona præfata titulo vniuersalis institutionis relicta, & in quibus prædicti eius nepotes instituti sunt semper, & perpetuò in infinitum de gradu in gradum sint permaneant, & conseruentur in ipsa familia, & Agnatione de Coronis, & pœnès supradictos eius nepotes hæredes institutos, vt supra, & ipsorum nepotum, & hæredum filios, nepotes, & alios descendentes masculos per masculos legitimos, & naturales in perpetuo, & in infinitum, & prohibuit bona prædicta pro dicta conseruatione familiæ quouis modo vendi, distrahi, pignorari, &c. sed semper, & perpetuo in infinitum, vt supra permaneant, & permanere debeant, ac sint penes supradictos hæredes eius nepotes, & alios descendentes masculos, per masculos legitimos, & naturales ex eisdem respectiuè vsque in infinitum descenden. modo, & forma, vt supra in omnibus dictum fuit, & non alias, & deficiente linea masculina succedant in huiusmodi hæreditate filiæ fœminæ magis proximiores, & sic de gradu in gradum vsque in infinitum, &c. & si contigerit eosdem suos descendentes, & alios, vt supra nominatos, vel ipsorum aliquem contrafacere volentem, eumdem, vel eos sic alienare volentes, vel alienantes statim, & in continenti priuatum, seu priuatos respectiuè dictis bonis remanere, & bona ipsa statim deuenire, & transferri debere ad ipsius alienantis, vel alienare volentis liberos masculos, &c. & ijs non extantibus ad cohæredes, vel proximiores eiusdem, qui alienauerit, &c. & hoc pro honore, honestate, & dignitate domus, & familiæ de Coronis, dictorumq; eius nepotum, & descendentium, vt supra.*

Prædecesserunt testator Melchior, & Paulus, Franciscus verò professionem emisit in Religione Siluestrinorum, vndè post obitum Simonis omnia illius bona fideicommissaria deuenerunt ad Martinum vnum ex hæredibus institutis superstitem, qui cum obierit relicta Sulpitia vnica filia, Laura de Coronis, Anastasij filia, & respectiuè Soror hæredum institutorum, prætendens, se, tamquam proximiorem Testatori, ad dictum fideicommissum vocatam, introduxit Iudicium coram bon. mem. Card. Virile, super immissione ad possessionem bonorum illi suppositorum, sed disputato dubio *sub die 27. Nouembris 1627.* contra ipsam fuit resolutum, eò præcipuè
1 fundamento † quia admittenda erat proximitas grauati, & consequenter admittenda Sulpitia Martini filia, non autem proximitas grauantis, in quo gradu se prętendebat Laura, *vt ex decis. 109. par. 5. recent.*

Superstite Sulpitia huic resolutioni acquieuit Laura, sed ea defuncta reassumpsit eamdem prætensionem contra Sulpitiam Annã Mariam de Rosis illius filiam, & hæredem, eodemq; dubio reproposito coram bo. mem. Merlino subrogato in locum dicti Cardinalis Virilis antecedens resolutio fuit confirmata, *vt ex decis. 519. ead. par. 5. recent.* Verum quia Sulpitia, Anna Maria, Monasterium ingressa præuia renunciatione omnium suorum bonorum ad fauorem Stephani de Rosis eius Patris, ibidem Professionem emisit, prætendente Angelica de Coronis hæredum institutorum, ac eiusdem Lauræ Germana Soror, se successuram in bonis dicto fideicommisso suppositis, saltem post obitum præfatæ Monialis; Commissa mihi ad instantiam Stephani causa Iactationis, & Iactationum dedi dubium, An constet de fideicommisso, ad quod Angelica sit vocata, pro cuius affirmatiua resolutione multa difficultatem faciebant.

2 Et primò quod dum Vocatio fœminarum deficientibus masculis, restricta non fuit ad primas fœminas, sed vlteriores comprçhendit, vsque in Infinitum, ibi, *& deficiente linea Masculina succedant in huiusmodi hæreditate filiæ fœminæ magis proximiores, & sic de gradu in granũ vsque in infinitum, &c.* sicut non expirauit in Sulpitia primo admissa, sed durauit, & adhuc durat ad fauorem Sulpitiæ Annæ Mariæ eius filiæ, ita etiam deficiente eadem Sulpitia, Anna Maria, durare debeat, & compræhendere
3 Angelicam, quæ † est de familia, & Agnatione Testatoris, *ad trad. per Castr. cons. 198. nu. 1. & 2. lib. 1. Gabr. cons. 96. sub num. 31. vers. primo quia, & num. 32. cum seqq. lib. 1. Fusar. de subst. quæst. 484. num. 38.*

Secundò quod Testator post institutionem hæredum, & prohibita quacumq; detractione, & alienatione subiunxit illa verba: *Et etiã quia mediantibus facultatibus conseruantur familiæ, Agnationes, & memoriæ defunctorum, propterea dictus*

ctus D. Testator pro ipsa familia, & Agnatione conseruanda, ac honore Domus de Coronis, & vt bona ipsius D. Testatoris in dicta Agnatione, & Familia, ac Posteris, & descendentibus ipsius familiæ perpetuo, & vsque in infinitum conseruentur, voluit, atq; mandauit, vt bona præfata titulo vniuersalis institutionis relicta, & in quibus prædicti eius nepotes instituti sunt semper, & perpetuo in infinitum de gradu, in gradum sint permaneant, & conseruentur ex ipsa familia, & agnatione de Coronis, & penes supradictos eius nepotes hæredes institutos, vt supra, & ipsorum nepotum, & hæredum filios, & nepotes, & alios descendentes masculos per masculos, &c. Testamentumq; clausit præcisis his verbis; *Et hoc pro honore, honestate, & Dignitate domus, & familiæ de Coronis, dictorumq; eius Nepotum, & descendentium, vt supra.*
4 Vnde dum Ratio † conseruandæ Agnationis adiecta non fuit per modum enunciationis, vel dependenter ab institutione, sed independenter, & de per se, vt ostendunt verba illa, *&*
5 *etiam* † quæ cum sequantur post orationem perfectam stant argumentatiuè, ac nouæ orationis principium à præcedenti independentis important, *vt tradunt Ruiu. consil. 53. nu. 19. lib. 2. Rim. Iun. cons. 246. num. 83. lib. 3. Paris. cons. 46. num. 31. & cons. 144. numer. 15. lib. 4. Surd. decis. 8. num. 12.* Perpetuum, & absolu-
6 tum fideicommissum † inducit ad fauorem omnium familię de Coronis in prima institutione, & substitutione non comprehensorum *iuxt. doctrin. Bart. in l. Pater filium §. fundum sub num. 3. vers. sed si essent ff. de logat. 3. Socc. sen. consil. 251. sub num. 6. vers. aliquando, & secundo testator non simpliciter lib. 2. & consil. 43. nu. 2. lib. 3. Alex. cons. 59. num. 2. & 4. lib. Curt. Iun. cons. 43. num. 11. lib. 1. Paris. cons. 52. nu. 16. lib. 1. Surd. cons. 96. num. 23. & 43. cum seqq. Aldobrand. consil. 31. numer. 14. & 16. lib. 1. cum alijs relatis per Grat. discept. foren. cap. 828. num. 7. & 8. & hanc sententiam sequuta fuit Rota diuers. decis. 133. nu. 6. par. 4. in recent. decis. 193. num. 6. & 7. par. 1. in Perusina fideicommissi de Bigazzinis 14. Decembris 1605. coram Litta impress. apud Giouagn. cons. 75. num. 79. & 80. lib. 1. in Bononien. fideicommissi de Desiderijs 26. Iunij 1626. coram bon. mem. Merlino in recent. decis. 21. num. 31. 32. & 33. part. 5. in Romana fideicom. de Guidis 29. Maij 1628. coram Eminentissimo D. Card. Verospio decis. 180. num. 9. ead. par. 5. in Romana Retentionis Domorum 23. Maij 1642. & 2. Martij 1642. coram Reuerendissimo D. meo Ghislerio Prodecano, & in Romana fideicommissi de Spiritibus 22. Maij eiusdem Anni coram R. P. D. meo Bichio.*

7 Idq; non solum ad fauorem omnium de familia effectiua, sed etiam contentiua, attentiis illis verbis, *sint, permaneant, & conseruentur*
8 *in ipsa familia, & Agnatione de Coronis.* † Dum enim testator non dixit velle bona remanere in familia sua, vel simpliciter, sed expressit generale nomen totius familiæ, scilicet de Coronis, censetur contemplata vniuersa Agna-
9 tio, † & veniunt etiam transuersales, ac illi de familia contentiua, *vt firmat Bart. in l. vnica numer. 4. C. de Conduct. lib. 11. Ruin. cons. 24. nu. 5. & cons. 110. num. 14. lib. 2. Roland. cons. 23. n. 29. cum pluribus seq. lib. 4. Gabr. cons. 132. numer. 59. & seqq. & num. 70. lib. 1. Paris. consil. 92. num. 32. lib. 2. Dec. cons. 23. num. 3. Giouagn. d. cons. 75. numer. 5. lib. 1. Peregrin. cons. 16. num. 11. lib. 3. consil. 31. num. 5. ante fin. lib. 4. & cons. 149. num. 18. vers. secundò extat, & num. 21. lib. 5. Fusar. cons. 72. num. 13. & cons. 168. numer. 46. & 53. & in tract. de substit. quæst. 381. num. 37. Rimin. dicto consil. 482. num. 46. cum pluribus seqq. Rota diuers. decis. 490. n. 10. vers. Addebant etiam aliqui ex Dominis par. 4. cum alijs in Bononien. fideicommissi de Pancaldis 16. Febr. 1640. coram Eminentiss. Domino Cardinali Panzirolo §. idq; ne dum confirmata 10. Iunij 1642. coram me, §. quod autem fideicommissum.* Eoq; libentius cum non adsit familia
10 effectiua testatoris, sed ille nullos † habens liberos, nec spem illos procreandi, hæredes instituit vniuersales prædictos suos nepotes ex Anastasio fratre, qui respectu ipsius sunt de familia Contentiua, institutis itaque proprio nomine transuersalibus, & contentiuè testa-
11 tori coniunctis, consequens † est vt proferendo nomen familię de Coronis intellexerit genericè, & Contentiuè de omnibus Agnatis, sub quibus includuntur cæteri omnes transuersales, vt sic arguendo firmat *Rot. decis. 193. num. 10. par. 1. recent.*

Tertio prędicta corroborantur ex alijs verbis eiusdē testamēti, *& deficiente linea Masculinia succedant in huiusmodi hæreditate filiæ fœminæ magis proximiores, &c.* Dum enim linea Masculinà
12 posita † fuit in conditione, tacitè vocata censetur ex dispositione Statuti Vrbis *lib. 1. c. 142.* quod licet loquatur de solis filijs, habet etiam
13 locum in Consanguineis, † Affinibus, Agnatis, & Cognatis, *vt dixit Rota in Romana fideicommissi de Paluzzelis 28. Febr. 1611. & 7. Iunij 1612. coram Manzanedo in recent. decis. 332. nu. 2. & decis. 403. num. 1. par. 2. & in Roman. fideicommissi de Incoronatis 13. Nouembris 1637. coram bo. mem. Pirouano:* Et cum nomen lineæ tàm ef-
14 fectiuè † quàm contentiuè intelligi possit, in casu, de quo agitur contentiuè est intelligen-
15 dum: Tum quia materia est fauorabilis, † cū agatur de fideicommisso relicto pro conseruatione Agnationis *ad trad. per Ruin. cons. 149. num. 10. lib. 2. Menoch. cons. 924. num. 8. 9. & 10. Giouagn. d. cons. 75. num. 8. lib. 1. Sim. de Prætr. de interpret. vlt. vol. lib. 3. fol. 11. sub num. 4. vers. adeò quod in materia Fusar. de substit. quæst. 345. nu. 15.* Tum quia habito respectu ad lineam Testatoris, ipse, vt dictum fuit de tempore testamenti, & eius obitus carebat descendentibus,
16 vndè necessario fatendum † est de linea tantum contentiua intellexisse, vt ad nostrum propositum arguit *Aym cons. 656. num. 6. benè Ruin. d. cons. 149. num. 8. lib. 2. Menoch. cons. 106. num. 229. & d. cons. 924. num. 5. & 6. Fusar. vbi supra d. q. 345. num. 13. Card. Caual. decis. 241. n. 2.*

Quarto denique attenta verisimili mente
17 testatatoris, † dum enim, deficientibus masculis, vocauit fœminas, etiam Remotissimas, ibi, *succedant in huiusmodi hæreditate filiæ fœminæ, magis proximiores, sic de gradu in gradum vsq; in infinitum.* Multò magis censeri debet vocas-
18 se masculos proximiores † cū in ijs maximus amor, & beneuolentia intercedere soleant, vt

vt tradit Castr. conf. 454. num. 1. & per tot. lib. 2. Gabr. d. conf. 96. num. 15. lib. 1. Simon. de Prat. de interpret. vlt. vol. lib. 1. solut. 4. num. 3. Fusar. de subst. quæst. 484. num. 28. & 36.

Ex his enim resultare videtur voca-
19 tio Anastasij † quia licet, proprio nomine vocatus non fuerit, compræhenditur tamen sub appellatione Agnationis, familiç, & domus de Coronis, tamquam Pater hæredum Institutorum, & respectiuè frater testatoris, vt firmatum fuit in supracitata *Bononien. fideicommissi de Pancaldis coram Eminentissimo D. Cardinali Panzirolo, & coram me*. Nec eo
20 quod Testator † notam habens illius personam de eo specialem mentionem non fecerit argui potest, quod noluerit in vocatione cō-
21 prçhendi, † cum hoc contingere potuerit, ex quo non credidit illum, turbato mortalitatis ordine, filijs suis supetstitem fore, & ideò suf-
22 ficit, quod sit vocatus, † & compræhendatur sub generali vocatione familiæ, & Agnationis, vt respondit *Rota coram S. mem. Gregor. decis. 464. sub num. 19. vers. non obstat, & in Tiburtina fideicom. 16. Martij 1640. coram eodem Card. Panzirolo.*

Firmata verò vocatione Anastasij informantes pro Angelica ex duplici inferebant il-
23 lius comprehensionem † altero ex persona eiusdem Anastasij ipsius Patris, cum Testator
24 sicut † illum dilexit, ita pariter omnem illius posteritatem etiam fœminam dilexisse cēseatur *ex theor. Bald. in l. cum Acutissimi num. 5. C. de fideicom. quam sequuti fuerunt Socc. Sen. in l. cum Auus num. 39. C. de condict. & demonstr. Socc. Iun. cons. 126. num. 20. lib. 1. Roman. cons. 170. num. 1. & 2. & admisit Rota in decis. huius causæ coram bo. mem. Merlino num. 18. & 19.* Altero ex perso-
25 na propria ipsiusmet Angelicæ, † quia cum agatur de fideicommisso relicto pro Conseruatione Agnationis, & sic compræhendente omnes de familia, tàm effectiuè, quàm contentiuè, vt firmatum fuit, consequens est, vt
26 ipsa † etiam in eo compræhendatur, quamuis nupta in aliena familia, cum adhuc dicatur de familia, & Agnatione de Coronis; *l. pronunciatio 95. §. familia ff. de verb. signif. l. voluntas C. de fideicomm. dixit Rota coram San. mem. Greg. d. decis. 464. num. 5. & 6. & in recent. decis. 329. num. 30. par. 6. bon. mem. Bononien. fideicom. de Boatteriis 13. Maij 1641. & 17. Februar. 1642. coram bon. mem. Merlino, ac in sæpius allegata Bonon. fideicommissi de Pancaldis coram me, §. minus facit quod Thomasia.*

His tamen minimè obstantibus Domini in negatiuam sententiam inclinarunt, non constare scilicet de fideicommisso, ad quod
27 Angelica sit vocata, † quia cum deficiente linea Masculina Institutorum vocatæ fuerint filiæ fœminæ magis proximiores, vocatio intelligitur de fœminis descendentibus ex iisdem hæredibus, nec comprçhendit Angelicam, quç ab illis non descendit, vt contra Lauram in pari gradu existentem firmauit *Rota coram bon. mem. Merlino dicta decis. 619. num. 24. par. 5. recent.*

Et primo non obstat quod vocatio fœminarum restricta non fuerit ad fœminas primò admissas, sed omnes proximiores includat de gradu in gradum vsque in infinitum:
28 Quia † dum fœminæ non fuerunt vocatæ simpliciter, nec indefinitè, sed cum qualitate filiationis, ibi, *succedunt in huiusmodi hæditate filiæ fæminæ magis proximiores* Angelica dici nequit compræhensa cum non veniat appellatione filiarum, siue vocatio referatur ad Simonem fideicommittentem, siue ad hæredes instirutos; Respectu enim fideicommittentis est neptis transuersalis ex Anastasio fra-
29 tre, † vndè licet appellatione filiorum aliquando veniant etiam Nepotes ex verisimili mente Testatoris, alijsq; concurrentibus Cōiecturis latè congestis *in d. Bononien. fideicom. de Desiderijs coram bon. me. Merlino in recent. decis. 6. num. 12. & 13. & decis. 21. num. 5. iuncto nu. seq.*
30 *par. 5.* † Nunquam tamen compræhenduntur transuersales, nepotes scilicet ex fratribus,
31 † cum isti impropriè tantùm, & abusiuè hoc nomine appellentur, *vt docet Bald. in l. si dotali, num. 2, ibique Alex. pariter num. 2. cæteriq; scrib. ff. sol. matrimon. idem Bald. in l. si auiæ, numer. 2. vbi etiam Angel. num. 1. C. de success. edict. Rip. in l. hæredes mei, §. cum ita numer. 64. ff. ad Trebell. Bald. cons. 186. rub num. 1. vers. Præterea quæstio lib. 4. Federic. de sen. cons. 39. num. 2. benè Franc. Aretin. cons. 37. num. 5. Andr. de Bartolom. post cons. Socc. sen. 52. lib. 1 in 3. subscripsit num. 10. & 11. Rimin. Iun. cons. 246. num. 102. & 103.* Respectu verò hæredum Institutorum, est ger-
32 mana Soror, † quæ numquam venit appellatione filiarum ex propria, vel impropria verborum significatione, nec ex Communi vsu loquendi, cum aliter filiæ, aliter sorores appellentur ex latè congestis *per Fusar. cons. 75. & cons. 76. per tot. quem sequuta fuit Rota coram Merlino num 8.*

33 Secundò nec obstat, quod ex † ratione cōseruandæ Agnationis, & ex expressione nominis genericè familiç de Coronis inductum fuerit perpetuum, & absolutum fideicommissum ad fauorem omnium de dicta familia tàm effectiuè, quàm contentiuè ex deductis *in dicta Bononien. fideicommissi de Pancaldis coram Eminentissimo D. Card. Panzirolo, & corā me.*

Fuit enim responsum prædicta procedere
34 vbi † ratio conseruandæ Agnationis non est restricta ad certos casus, vel personas, *prout in dicta decisione Bononien. fideicommissi de Pancaldis,* vbi testator, prohibita alienatione suorum
35 bonorum, addidit hæc præcisa verba † *quia voluit ipsa bona perpetuò remanere in familia ipsorū de Pancaldis* nec orationem restrinxit, quo casu tota familia effectiuè, & contentiuè censetur compræhensa *iuxt. doctr. Bart. in l. Pater filium 36. §. fundum sub num. 3. ff. de leg. 3.* cuius lectu-
36 ram sequuti fuerunt omnes supra relati: † Secus autem vbi, prout hic restricta fuit ad prçcedentem vocationem Descendentium, & hæredum institutorum, ibi: *semper, & perpetuo in infinitum de gradu in gradum sint, permanent, & conseruentur in ipsa familia, & Agnatione de Coronis, & penès supradictos eius nepotes hæredes institutos, vt supra,* & ibi, *& hoc pro honore, honestate,*

&

& dignitate Domus, & familiæ de Coronis, dictorumq; eius nepotum, & Descendentium, vt supra:
37 Tunc enim non ampliat,† nec extendit fideicommissum vltra personas expresse consideratas, sed restringitur,& declaratur secundum qualitatem ipsius substitutionis, cui adnectitur, nec egreditur Descendentes lineæ effectiuæ personarum institutarum, *iuxt. celebr. cons. Dec. 636. num. 7. & 12. vers. nec supradictis obstare videtur Alex. d. cons. 59. num. 8. vers. nec obstent illa verba, & sub numer. 21. vers. non obstat quod illa verba, lib. 3.* vbi ad nostrum pro-
38 positum ponderat, † quod verba illa, vt sępius est expressum, & per modum supra expressum, operantur, vt dispositio referatur, & restringatur ad substitutos in parte præcedenti expressos *Ruin. cons. 94. num. 12. vers. præterea lib. 2. & cons. 124. num. 17. lib. 3. Alciat. cons. 9. sub num. 13. litt. F. vers. & in primis, & cons. 35. num. 12. litt. B. vers. quinto respondetur. lib. 9. Cæphal. cons. 17. num. 24. cons. 477. nu. 16. & cons. 544. num. 15. Decian. cons. 1. num. 178. & seqq. lib. 2. Menoch. consil. 85. num. 119. & consil. 682. nu. 2. vers. Nam respondetur, Peregr. cons. 45. num. 8. lib. 1. & cons. 44. num. 13. vers. secundò quia prohibitio lib. 3. Odd. cons. 66. sub num. 53. & cons. 67. num. 15. & 19. Hond. cons. 78. num. 49. & seqq. lib. 1. Gabr. cons. 138. num. 26. cum duob. seqq. lib. 2. Bellon. Iun. cons. 12. num. 43. & melius num. 65. cum seqq. Fusar. cons. 100. num. 21. Giouagnon. cons. 97. num. 9. ib. 1. Altograd. cons. 60. num. 124. Peregrin. de fideicomm. art. 29. num. 39. Surd. decis. 85. num. 2. & hanc opinionem millies amplexa fuit Rota inter diuers. decis. 698. num. 16. & 17. par. 1. coram Card. Seraph. decis. 482. nu. 6. decis. 883. num. 4. 5. & 6. & decis. 1023. num. 10. coram Card. Caual. decis. 513. num. 3. coram b. me. Coccino decis. 294. num. 7. in recent. decis. 100. n. 7. decis. 300. num. 20. cum pluribus seqq. & decis. 316. num. 6. 1. par, decis. 267. sub num. 6. vers. & quando fuisset, & decis. 707. num. 2. & 7. vers. & cum post huiusmodi par. 2. decis. 368. num. 6. & 7. p. 5. decis. 15. num. 5. cum seqq. p. 7. & alijs relatis dictum fuit in Spoletana fideicommissi 29. Aprilis 1641. coram R.P.D. meo Peutingero, & in Romana fideicommissi de Ferratinis 19. Nouembris præteriti coram eodem §. non obstat, quod Gaspar. circa fin. vers. adeo quod*
39 *euidenter:* † Clausulæ enim illæ, *penes supradictos eius nepotes hæredes institutos, vt supra, dictorumq; eius nepotum, & descendentium, vt supra,* sæpius geminatæ, ac positæ, tam in principio, quam medio, & fine tutam dispositionem, omnesq; substitutiones in ea contentas qualificant, perinde ac si singulis fuissent appositæ *per tex. in l. 3. §. filius inter medias ff. de lib. & post. Angel. cons. 28. num. 2. Anchar. cons. 68. num. par. 2. Decian. cons. 70. nu. 19. lib. 3. Grat. decis. March. 135.*
40 *nu. 14.* † Et restringunt dispositionem ad personas superius expressas, omnemq; impediunt extensionem, siuè comprænsionem aliarũ præter nominatas *ad tex. in l. qui liberis §. hæc verba ff. de vulg. & pupill. Dec. cons. 377. num. 4. circa fin. vers. & in hoc primò considerandum est, Ruin. cons. 181. num. 2. vers. cum ergo in eadem ora-*
41 *tione lib. 2. benè Aym. cons. 98. nu. 8.* † Vbi quod licet appellatione hæredum veniant hæredes
42 hæredum, † istud tamen fallit, quando testator prius nominasset aliquos hæredes,& deindè aliquid in eis disposuisset appellãdo dictos, seu supradictos hæredes, *Menoch. cons. 86. nu. 43. & 44. & cons. 610. numer. 2. cum pluribus seqq.* vbi
43 quod † verba illa *dicti mei hæredes, &c.* intelliguntur solum de primis hæredibus nominatis, *Fusar. cons. 89. nu. 4. Mant. de coniect. vltim. vol. lib. 8. tit. 14. n. 22. Simon de Prætr. de interpr. vlt. volũn. lib. 2. dub. 2. fol. 2. nu. 214. fol. 171. à tergo Surd. cons. 123. num. 13. & d. decis. 85. num. 3. Rota decis. 272. nu. 6. & 8. & decis. 283. nu. 9. par. 6. recent.* vbi
44 quod † verba illa, dictis, vt supra, tãquam restrictiuè ad supranominatos nõ debent inducere ampliationem, sed potiùs limitationem.
45 Nec releuat quod specificatio Nepotum, & Descendentium, post generalem mentionem familiæ, importet solum prælationem eorumdem, non autem exclusionem aliarum personarum contentarum sub præcedenti generali mentione *ex doctrin. gloss. in l. cum ita 33. §. in fideicommisso vers. nominati sunt, vbi etiam Bar. num. 1. & Castr. num. 4. ff. de leg. 2. quam sequuti fuerunt Menoch. cons. 200. num. 12. & 13. & cons. 706. numer. 8. Molin. de Primogen. Hispan. lib. 1. cap. 4. num. 33.*
46 Obiectum enim procederet si testator in parte dispositiua, & vocatiua vltra certas personas vocasset etiam totam familiam, vt figuratur *à gloss. & cæteris DD. eam sequentibus in d.*
47 *§. fideicommisso,* † vbi quod instituta erat familia Petrus, & Ioannes, quo casu genus præcedens, vel subsequens non restringitur à specie, sed nominatio, & specificatio personarum solum tribuit nominatis prælationem:
48 Secus † autem vbi, prout hic in parte dispositiua, & vocatiua nulla fuit facta mentio familiæ, sed vocati tantum fuere hæredes
49 instituti, illorumq; Descendentes † Dum enim vocatio ab initio restricta fuit ad certas personas, non potest fieri extentio ad alias, quamuis in parte prohibitiua facta fuerit expressio familiæ, dum vt hic expressio facta est, cum relatione, & taxatiua ad personas superiùs vocatas, ibi, *& penes supradictos eius nepotes, hæredes institutos, vt supra, & ipsorum nepotum hæredum filios, & descendentes masculos,* & ibi: *dictorumq; eius nepotum, & descendentium, vt*
50 *supra:* † Hinc enim, stantibus dictis Dictionibus taxatiuis, & relatiuis, specificatio personarum non tribuit solam prælationem, sed restringit dispositionem ad personas tantum expressas, *vt sequendo tex. in l. legata suppellectili ff. de supell. leg. docet idem Bart. in d. §. in fideicom-*
51 *misso num. 1. ibi: Ratio est,* † *quia quando præcedit genus, & sequitur enumeratio specierum per modum taxationis tunc genus restringitur ad illas species tantum, idemq; tradit Castr. d. num. 4. & agnouit Molin. d. cap. 4. sub num. 35. vers. Quidquid autem, cum alijs benè relatis in nostris terminis per Fusar. quæst. 359. num. 14. & 15.*
52 Prout tertio non obstat, quod linea masculina in Conditione posita intelligi debeat de linea Contentiua Testatoris.

Quia etiam si respectu ipsius intelligi non possit nisi de Contentiua, in casu tamen nostro

ſtro ſenſus ſumi non debet à Teſtatore, ſed ab hæredibus inſtitutis, & ſic eſt intelligendus de illorum tantum linea, & familia effectiua,
53 ne dum † quia in dubio appellatione lineæ venit ſolum linea effectiua, & Deſcenſiua ab ipſis inſtitutis, *argumentò tex. in l. qui liberis §. hæc verba ff. de vulg. & pupill. Bald. conſ. 321. num. 1. verſ. item cum facimus mentionẽ lib. 1. & conſ. 334. num. 9. & 10. lib. 3. Ruin. d. conſ. 153. numer. 10. & 11. lib. 2. Sim. de Prætr. vbi ſup. lib. 3. ſol. 11. numer. 41. verſ. in dubio tamen, cum alijs relatis per Rot. in Romana fideicommiſſi de Marianis 16. Martij 1643. coram Reuerendiſſimo Domino meo*
54 *Decano §. Reſpectu vocationis*. † Sed etiam quia, dum Teſtator reſtrinxit vocationem ad hæredes inſtitutos, illorumq; filios, & deſcendentes, non eſt amplius ambigendum de non comprænſione alterius lineæ Contentiuæ:
55 Idque † etiam ſi agatur de fideicommiſſo fauorabili relicto pro conſeruatione Agnatio-
56 nis, † in quo latior fieri ſolet interpretatio;
57 quia dum ipſa ratio † conſeruandæ Agnationis eſt reſtricta ad filios, & deſcendentes hæredum inſtitutorum, nec eſt apta vltra illos fideicommiſſum extendere, *vt ſupra firmatum fuit*, Vocatio lineæ ad illius pariter terminos
58 eſt reſtringenda † fideicommiſſa enim tamquam odioſa ſtrictè ſunt interpretanda, nec extendi debent de perſona ad perſonam contra mentem, & verba expreſſa Teſtatoris, *Aretin. in l. gallus, §. & quid ſi tantum num. 19. ff. de lib. & poſth. Dec. in l. illam nu. 11. C. de Collat.* cum alijs ad noſtrum propoſitum relatis *per Rotam coram Card. Seraph. d. deciſ. 883. num 2.*
59 Quarto demum nec releuat quod ſicut teſtator vocauit fœminas etiam remotiſſimas, ita pariter, & multò magis vocaſſe cenſeatur prximiores maſculos, & conſequenter Anaſtaſium proprium fratrem, quem ſummo amore, & affectione proſequebatur.

Quantum enim attinet ad alios proximiores, quatenus etiam extarent; non eſſent comprænſi, niſi deſcenderent ab ipſis hæredibus
60 inſtitutis ex ſupra deductis, † quo verò ad Anaſtaſium, dum ille de tempore teſtamenti cuiuis erat, ac teſtatori benè cognitus, & nihilominus ad ſucceſſionem inuitatus nõ fuit, argumentum prædilectionis retorquetur, eoq; magis dum extincta linea maſculina fœminas deſcendentes prætulit abſque ipſius menſione, hinc enim ſi teſtator illum vocare, & comprænhendere voluiſſet vtique proprio nomine expreſſiſſet, prout ipſius filios, & deſcendentes expreſſit argumento. *l. vnit. C. de*
62 *Caduc. toll.* Nec applicantur deducta *per* † *Rot. coram ſan. mem. Greg. deciſ. 464. numer. 19. & in Tiburtina fideicommiſſi coram Eminentiſſimo Domino Car. Panzirolo*; Quia Rota ibidem non deduxit vocationem proximioris ex ſola vocatione perſonarum remotionis gradus, ſed ex
63 eo, quod etiam ſi proximior proprio nomine vocatus non fuerit, comprænhendebatur tamen ſub generali nomine proximioris, ſeu maioris natu, qui non eſt caſus noſter, cum Anaſtaſius, nullo modo comprænhendi poſſit, ſtantibus enixis reſtrictiuis per fideicommit-

tentem appoſitis, vt latè ſuperius firmatum fuit.
64 Ex his igitur cum clarè liqueat vocationẽ tam maſculorum, quàm fœminarum reſtrictam fuiſſe ad filios, & deſcendentes hæredũ Inſtitutorum, illorumq; lineam effectiuam, Domini reſoluerunt nõ cõſtare de fideicommiſſo, ad quod Angelica ſic vocata, ſiue vocationem prętendat ex perſona Anaſtaſij eius Patris, ſiue ex perſona propria, vel ob contemplatam rationẽ conſeruandæ Agnationis. Et ita vtraque, &c.

R. P. D. CORRADO

Poſtea S.R.E. CARDINALI.

Auenionen. Alimentorum.

Lunæ 25. Ianuarij 1647.

ARGVMENTVM.

Alimenta, non tantùm iure Canonico, ſed etiam naturali inſpecto, debentur probata filiatione, quæ ad effectum obtinendi alimenta, iuſtificatur ex ſummaria & cognitione, & leuioribus probationibus; & licèt de iure filius preſumatur ex legitimo matrimonio natus, & non ex adulterio, tamen dicta præſumptio validioribus cõiecturis & præſumptionibus refellitur; de quibus latiſſimè tractatur, & in contrarium adductis validè reſpondetur.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio congruo tempore interpoſita ſuſpendit iudicatum.*
2 *Appellatio infra biennium debet proſequi & terminati.*
3 *Pauperes excuſantur à proſecutione appellationis.*
4 *Fatalia preſeruant illeſa iura appellantis.*
6 *Reſtitutio in integrũ aduerſus lapſum biennij conceditur, vbi ab Appellante adducuntur plures rationes circa merita cauſæ.*
7 *in Reſtitutionibus in integrum Rota interloqui non ſolet, ſed illas, prout iuſtitiæ, & æquilatis ratio poſtulat, concedit vel denegat.*
8 *Filiatio ex quibus probetur.*
9 *Filiatio ad effectum obtinendi prouiſionem alimentorum pendente iudicio principali iuſtificatur ex ſummaria cognitione, & leuioribus probationibus.*
Etiam ſi agatur contra Tertium bonorum poſſeſſorem num. 10. concurrentibus preſertim adminiculis & preſumptionibus num. 11.
12 *Filius conſtante matrimonio natus preſumitur genitus ex coniugibus & non ex adulterio. declara num. 14. & 16.*
Eſto quod Tertius ad eamdem mulierem haberet aditum num. 13.
15 *Filius vt preſumatur genitus ex coniugibus non ſufficit probatio matrimonij, ſed requiritur cohabitatio ipſorum Coniugum.*
17 *Preſumptio l. miles §. defuncto ff. ad leg. Iul. de adult. contrarijs validioribus coniecturis & preſumptionibus refellitur.*

18 *Filiatio non presumitur quando assertus Pater numquam agnouerit in suum assertum filium, & nullam de ipso notitiam habere indicauerit.*
19 *Filius iudicatur potiùs esse illius à quo fuit vt filius nominatus, educatus, legitimatus, & institutus, quàm Mariti, qui erga illius personam nullum fecit actum Patri conuenientem.*
20 *Testamentum primum, reuocatur per secundum.*
21 *Verisimiliora, & magis adminiculata, cæteris præferenda sunt.*
22 *Confessio facta in testamento reuocari non potest in præiudicium iuris tertio acquisiti.*
23 *Testibus magis informatis & exactiùs deponentibus magis deferendum est.*
24 *Probatio plurimum pendet ab arbitrio Iudicis.*
25 *Assertio non præiudicat veritati.*
26 *Confessio, seù negatio filij quoad filiationem non nocet, stante confessione Patris in contrarium.*
Et ratio est quia huiusmodi confessio, seu negatio fiunt ad celandam culpam Parentum num. 27.
28 *Assertiones Patris contrariæ non possunt tollere ius filio acquisitum ex alys antecedentibus assertionibus solemniter emanatis.*
Maximè quando emanarunt à Patre cum filio litẽ agente, ac ira percito num. 29.
30 *Frati verba, expulsio à domo & ceteri actus, attendi non debent & quare, & ex quibus colligatur isti actus ab homine irato processisse num. seqq.*
31 *Legitimus non indiget legitimatione pro eius bono, ac vtilitate.*
32 *Legitimus non est, qui maculam spurietatis euitare seù celare studet.*
33 *Alimenta non tantùm iure Canonico, sed etiam naturali inspecto debentur, probata legitimè filiatione, circumscripta etiam legitimatione.*
Et ad impediendam huiusmodi prouisionem, ea de quibus in discussione negotij principalis pleniùs agendum est, attendenda non sunt num. 34.
35 *Pauper vsque ad inopiam non dicitur ille, qui callet aliqua arte declara vt num. seq.*
36 *Ars sola sine illius exercitio hominem non alit.*
37 *Alimenta debentur Spurio, quamuis aliquam artem calleat, dummodo eam exercere non valeat.*
38 *in Alimentorum materia, Rota cum magna æquitate procedere solet.*

DECISIO VIII.

INSTITVTO in partibus iudicio per Henricum vti filium alterius Henrici à Labeone Berardo pro adipiscenda possessione bonorũ subiectorum fideicommisso Francisci Aui, & consequenda legitima ex bonis paternis contra Franciscum iuniorem illorum possessorẽ lata fuit sententia pro Reo, à qua licet fuerit interposita, & successiuè commissa appellatio non fuit tamen prosecuta, & terminata infrà biennium. Ideòque Actori in præsentia prouisionem alimentorum pendente lite petenti obijciebatur exceptio rei iudicatæ; Quare dubitaui, an constet de re iudicata, seù potiùs de filiatione ad effectum prouisionis petitæ.

1 Et Domini dixerunt non constare de re iudicata, quia pro parte Henrici congruo tẽpore fuit appellatum à sententia contra eum prolata *c. venientes extr. de iur. iur. l. 1. §. fin. ibique gloss. ff. ad S.C. Turpil. l. appellatione C. de Appellat. Bart. in l. 1. num. 2. vers. nam ipso iure ff. de Appellat. & relat. Ripa in l. 1. n. 7. vers. nota quod appellatio, & seq. ff. de re iudic. Rot. penes bo. me. Card. Caualer. decis. 143. n. 2. vers. huiusmodi autem, & decis. 482. num. 6. vers. Vnde remanebat.*

2 Nec obstat quod appellationis causa non fuerit infrà biennium prosecuta, & terminata iuxt. text. *in c. cum sit Romana extr. de appell. & in Auth. ei qui appellat. C. de temp. appellat.*

3 Quia cum id processerit ex impotentia præfati Henrici ob summam eius paupertatem in processu plenè probatam, nullum indè illatum fuit eius iuribus præiudicium, vt
4 deciditur in *c. ex ratione extr. de appellat.* † siuè quia suspenso cursu fatalium ipso iure præseruatus fuerit illæsus, vt magis concinit litteræ eiusdem *tex. ibique not. gloss. in verb. impotentiam. Innocent. in princip. vers. In his casibus. Bald. in l. acceptam. num. 62. vers. Hic tamen restat dubium C. de vsur. & in l. fin. num. 5. vers. oppono, & videtur C. de cond. insert. & in cons. 5. Quæritur vtrum viduæ, & pauperi sub nu. 1. vers. In contrarium lib. 1. Dec. in cap. 1. sub num. 220. vers. & qui propter paupertatem, & seqq. extr. de prob. & disputatiuè in d. c. ex ratione sub num. 46. vers. sed licet. ac seqq. de Appellat. Rot. cons. 87. num. 51. vers. Hinc etiam lib. 2. Gail. obses. 142. num. 1. & seq. lib. 1. Mysinger. obser. 96. sub num. 1. & seq. recent 4. Rot. penes Cassador. decis. 6. sub num. 2. vers. sed vt cur-*
5 *rant. de appellat.* † siuè beneficio restitutionis in integrum, vt sentiunt plerique DD. *in eod. cap. ex ratione, & alij relati per Odd. de restit. in intege.*
6 *q. 71. à nu. 30. vers. primus est & seq.* Concurrentibus præsertim pluribus pro eius qarte adductis circa merita causæ, quæ instam vtique præbent illam concedendi rationem, vt denuò audiri possit, vt fuit dictum in *Fanen. emphyteus. 3. Aprilis 1623. coram bo. me. Coccin. in recent. decis. 475. num. 4. vers. neque obstant. par. 4. to. 2. & in Rom. restit. in integr. 20. Maij 1624. coram bo. me. Manzaned. decis. 540. num. 2. vers. & rationes ac seq. ead. par. 4. tom. 3. & priùs decis. 351. num. 5. vers. nam ad hunc effectum &c. par. 1. diuers. & penes Mãtic. decis. 315. sub num. 7. vers. neque etiam Odd. in*
7 *d. tract. quæst. 36. num. 72. vers. aut quærimus.* † Super quo tamen Rota interloqui non solet, sed procedendo ad vlteriora, vel in negotio principali, vel in executione, seù moderatione inhibitionis illam prout iustitiæ, ac æquitatis postulat ratio concedere, vel denegare, vt attestatur *Cæs. de Graff. decis. 3. sub n. 13. vers. quia de stylo de restit. in integr. Mantic. d. decis. 315. nu. 5. vers. nam Rota non solet & in Conchen. Archipresbiter 1. Maij 1599. coram bon. mem. Litta, in recent. decis. 13. sub num. 1. vers. quia de stylo huius Tribunalis par. 2. & decis. 275. sub nu. 2. vers. Rota enim par. 6.*

8 Præterea censuerunt Domini constare de filiatione ad effectum prouisionis alimentorũ de qua agitur in præsentia; Quia non solùm probatus fuit pro parte Henrici tractatus, & educatio in domo paterna; ac communis aliorum reputatio, verùm etiam exhibita quædam notula ipsius patris manu conscripta in eius

eius libro priuato sub die 31. Maij 1620. in qua illum proprium filium naturalem appellat, & Instrumentum legitimationis obtentę à Collegio Archiuij Vrbis de anno 1628. 27. Octobris, in quo talis nominatur; Deinde Instrumentum eius emancipationis coram Iudice solemniter ab eodem Patre factæ de anno 1629. 26. Iunij, Vlterius testamentum eiusdem conditum de anno 1638. die 14. Augusti, in quo illum proprium filium naturalem legitimatum appellat, & hæredem vniuersalem post Margheritam vxorem instituit; Rursus Instrumentum mandati eodem anno 1638. 7. Iulij in quo Procuratorem specialiter constituit ad petendum denuò, & obtinendum prædictum eius filium in ampliori forma legitimari, & aliud demùm subsecutæ ad patris instantiam legitimationis à Collegio DD. Prothonotariorum de anno 1639. 7. Septembris, quæ omnia cum præseferant actus soli filio congruos, ac proportionatos exuberant sanè ad probandam filiationem, vt obtinere possit prouisionem alimentorum pendēte iudicio principali (in quo erunt maturiùs excutienda, vt nuper fuit dictum in *Farsen. bonorum 23. huius mensis coram me. in §. Hæc tamen.*
9 *vbi aliæ concordantes referuntur*; † Nam ad hunc effectum summaria adhibetur cognitio, & leuiores admittuntur probationes, *iux. tex. in l. si quis à liberis §. si vel parens. ibique gloss. in verb. constiterit. & seq. & Cordub. nu. 35. vers. quod sic accipiendum, & seq. ff. de liber. agnosc. Alciat. de Præs. Reg. 3. præs. 38. num. 9. vers. Tertius casus est. Didac. PP. quæst. cap. 6. n. 8. vers. postremò. Decian. cons. 128. sub num. 2. vers. nam etiam si, & seqq, lib. 3. Rim. iun. cons. 329. sub num. 9. vers. quibus sic stantibus. & seqq. per tot. Surd. de alim. tit. 1. qu. 110. sub num. 1. vers. Tamen. & q. 112. sub nu. 20. vers. qualis tamen & seq. Rot. decis. 499. par. 1. diuers. & penes Burat. decis. 756. num. 4. vers. vltra quod & in recent. dec. 289. sub num. 1. vers. & licet. & decis. 434. sub num. 9. vers. & hoc stante par. 1. & in Roman. filiation. 1. Iulij 1639. coram Reuerendiss. D. meo Carrillo in §. 1. ac in alijs adductis per Modern. Roman. discept. 567*
10 *à num. 27. vers. quantum autem & seqq.* † Etiam si agatur contra tertium bonorum possessorem, vt probatur in *l. si instituta §. de inofficioso. ff. de inoffic. testam. Lup. de illegitim. tom. 2. §. 3. nu. 62. vers. & vbi præsumptiuè Rot. decis. 314. sub num. 19. vers.*
11 *quoniam par. 6. recent.* † Stantibus præsertim tot actibus, & adminiculis *Rol. cons. 22. nu. 30. vers. tertiò respondetur. lib. 3. Cephal. cons. 137. nu. 8. vers. vel vbi. Rot. decis. 472. sub num. 7. vers. & multiplicitas actuum &c. ac seq. par. 1. & decis. 430. n. 66. vers. nam & si regulariter, ac seqq. par. 5. recent.*

Neque prædictis obstat, quod cum Catherina mater dicti Henrici contraxerit matrimonium de anno 1591. 21. Septembris cum Ni-
12 colao Poggio, ideó † Henricus eo cōstante natus, vt asseritur de anno 1593. præsumitur ex eisdem coniugibus genitus *l. filium ff. qui sunt*
13 *sui, vel alien. iur.* † Esto quod Henricus senior ad eamdem mulierem haberet aditum ad *l. miles, §. quidam vers. defuncto ff. ad l. Iul. de adult. & l. si vicinis C. de nupt. cum alijs adductis in Roman. de Bonellis 29. Nouembris 1613. in §. Præsertim cum Alexander & 28. Nouembris 1614. in §. Accedit prædictis coram bon. mem. Vbald. & in Rec. Decis. 164. n. 1. vers. certum est enim par. 2. ac in alijs.*

Nam (quatenus d. matrimonium legitimè iustificetur) fuit Responsum obiectam
14 præsumptionem tunc procedere, quando filius nascitur in domo mariti, vel alia in qua ipsi Coniuges, cohabitabant, saltem circa tempus conceptiones illius, vt probat *litter. tex. in dd. filium ibi; qui cum vxore sua assiduè moratus &c. ibique Bart. sub num. 1. vers. Item si Titius, & seia &c.* dicens hoc esse probandum & *in l. si vicinis ibi, si vicinis, vel alijs scientibus vxorem liberorum procreandorum causa Domi habuisti &c. C. de Nupt. & in cap. per tuas, ibi, filium quem reuersa in domum ipsius peperit &c. ext. de Prob. Bald. in Rubr. C. de Prob. sub num. 19. vers. exemplum de secundo & in d. l. si vicinis sub num. 1. vers. Respondetur C. de Nupt. Dec. in dicto cap. per tuas nu. 16. vers. quarto ex dictis ac seq. extr. de prob. Alexan. consil. 88. omissis tribus primis sub num. 14. vers. Præterea lib. 7. Ias. cons. 125. sub num. 5. vers. nam ille lib. 4. Neuiz. cons. 34. sub num. 39. vers. secundo respondeo, & seq. Alciat. cons. 40. n. 5. vers. se-*
15 *cunda est & seqq. lib. 6.* † dicens non sufficere ad hunc effectum probationem matrimonij, nisi probetur cohabitatio ipsorum coniugum. *Decian. cons. 118. nu. vers. nam sicut lib. 3. Surd. consil. 1. sub num. 54. vers. & non obstat ac seq.* & *Bursat. cons. 38. num. 4. vers. & quia natus in domo patris Paleot de noth. & spur. cap. 22. nu. 3. vers. Principio constat Menoch. de Pres. lib. 6. præs. 53. sub num. 19. vers. declaratur sexto & latè probauit Rot. in Roman. de Catalan. 27. Nouembris 1630. coram bon. mem. Merlin. in Recent. decis. 409. à nu. 18. vers. quoniam præsumptio, & plur. seqq. par. 5.* In hoc autem casu non sum id non probatur, verùm, nec vllo vnquam tempore dd. assertos Coniuges cohabitasse constat.

Deindè nec procedit quando alię validiores repugnant coniecturæ, quæ filium ex alio quam marito progenitum suadeant efficacius
16 quales † sunt præmissæ in proposito concur-
17 rentes, † quippè illarum legum præsumptio iuris est quidem, sed non Iuris, & de Iure secundùm veriorem, ac receptiorem DD. sententiam, ideoque contrarijs validioribus, refellitur vt benè probat *Alex. d. cōs. 88. n. 9. vers. Tamen istis non obstantibus & n. 14. vers. non obstat id quod habetur lib. 7. & alijs relatis Paris. cons. 10. sub num. 42. vers. Nam in oppositum, ac nu. 80. vers. Et præsumptiones lib. 2. Decian. d. cons. 1. num. 121. vers. Verum lib. 3. Neuizan. d. cons. 34. sub num. 39. vers. Non obstat Menoch. de Arb. Iud. cas. 89. nu. 65. vers. Declaratur tertio, & seq. lib. 2. Surd. consil. 1. sub numer. 59. vers. tertio respondeo, ac seq. & decis. 83. num. 20. vers. Nam illa præsumptio Eugen. cons. 52. à num. 31. vers. Primò & seqq. Rota penes Achill. decis. 1. sub num. 4. vers. In eadem tamen, qui fil. sint legitim. & Mohed. decis. 1. & 2. eod. tit. & d. dec. 164 n. 2. vers. Et licet par. 3. & d. decis. 409. nu. 20. vers.*
18 *Militant autem & seqq. par. 5. recent.* † Quæ sanè facilius admitti debent in hoc casu, in quo nullus omninò adducitur actus, nec verbum vllum à prædicto Nicolao Poggio asserto Catherinæ Marito proueniens, quo d. Henricum in

in suum vnquam agnouerit, vel vllam de ipso notitiam habere indicauerit, vndè eliditur legalis illa filiationis præsumptio, & contraria resultat *Rot. in decis. 289. num. 6. vers. De cura autem par. 1. recen. & in d. Rom. filiation. 1. Iulij 1639 coram Reuerendissimo D. meo Carillo in §. Tertiò deducitur &c. & benè probant Paris. d. consil. 10. sub num. 86. vers. Tum quoque lib. 2. Surd. dicto cons. 1. sub num. 60. vers. Et sanè nemo erit &c.* dicens filium esse iudicandum illius à quo fuit, vt filius nominatus, educatus, legitimatus, & institutus potius quàm Mariti, qui nullum vnquam erga eius personam fecit actum Patri conuenientem.

Minus obstat quod d. Henricus Senior in testamento condito de anno 1605. 9. Decembris appellauerit d. Henricum eius filium spiritualem à Sacro fonte leuatum.

20 Nam assertio illa cum ipso testamento fuit reuocata per aliud prædictum ab eodem postea conditum de anno 1638. die 14. Augusti, in quo instituit illum (vt dictum est) tãquam proprium filium naturalem legitimatum *l. posthumus §. fin. ff. de iniust. Rupt. & irrit. fact. testam. Paris. cons. 24. num. 42. vers. Tùm quia lib. 2. Surd. cons. 169. num. 4. vers. contrariam tamen sententiam Mascard. de Prob. conclus. 359. nu. 2. vers. Vnde Cutierez PP. qq. lib. 3. quæst. 96. vers. Ideo vera resolutio Marescott. resol. 48. num. 9. vers. Vnde reuocato testamento lib. 1. Modern. Roman. discept. 116. numer. 53. vers. Ideo ac seq.* Et ex tot alijs actibus, & Instrumentis publicis supra relatis, quibus
21 idem explicitè confirmauit, quæ tanquam magis adminiculata, & verisimiliora præferri debent *Bald. in dicto cap. per tuas sub num. 4. vers. solutio dictum posterius, & vers. oppono, quod non stetur primo dicto, & Felyn. num. 14. vers. amplia primò extr. de Prob. Ruin. cons. 53. num. 12. vers. Præterea lib. 5. Paris. dict. consil. 10. sub num. 55. vers. & licet dicatur lib. 2. Rot. decis. 258. sub num. 15. vers. minus obstat confessio par. 1. & decis. 758. sub num. 3 vers. Quia posterior & sub nu. 6. vers. & cui par. 4. diuers. & d. decis. 472. sub num. 7. vers. & multipli-*
22 *citat actuum par. 1. recen.* † Nec deindè reuocari potuerunt in præiudicium Iuris ex eis ipsi filio acquisiti *iuxt. tex. in d. c. per tuas vbi glos. fin. in fin. & Felin. sub d. num. 14. vers. quia sicut, & aly extr. de Prob. Surd. d. cons. 169. num. 9. vers. minus mouet Gutierez d. quæst. 96. num. 11. uers. ultimo, & Modern. Roman. d. discept. 116. num. 55. uers. dumodo & seq. & aly infr. cit.*

Rursus non obstant depositiones testium de communi reputatione quod d. Henricus
23 sit filius Nicolai Poggi, † Quia eliduntur ex alijs pro ipso Henrico examinatis, quibus tanquam magis informatis, & exactiùs deponentibus magisque corroboratis ex tot. Instrumentis, & actibus facti proprio filio congruẽ-
24 tibus fuit DD. à quorum arbitrio materia hæc probationum plurimum pendet magis defferendum *iux. l. 3. §. Ideoque Diuus ff. de testib. Bursatt. d. cons. 88. num. 9. uers. quibus &c.* & aliàs fuit obseruatum in *dicta decis. 238. sub num. 18. uers. similiter non obstat, ac seqq. & num. 22. uers. cum tota materia par. 1. uers.*

Non etiam obstant duo Instrumenta de anno 1610. de Mense Iulij, & Augusti, in quibus Henricus fuit appellatus, & in altero subscriptus Henricus Poggius.

Quia cum eo tempore is esset in minori ætate, scilicet septem decem circiter annorum constitutus, vt in altero ex eis legitur cele-
25 brato die 12. Augusti 1610. † nullum indè illatum fuit præiudicium veritati ex rot alijs
26 subsequentibus actibus comprobatæ † cuius ille tunc verisimiliter ignatus parentum assertioni se conformauit, vt in specie tradit, *Felyn. in d. cap. per tuas sub d. num. 14. ad fin. uers. Amplia secundò extr. de prob. & post Aretin. Ruin. consil. 53. sub num. 8. uers. Præterea lib. 5.* & in his terminis respondit, *Rot. d. decis. 238. a num. 14. uers. quibus sic stantibus, & seq. par. 3. diuers.* vbi fuit
27 consideratum huiusmodi assertiones palam fieri ad celandam culpam parentum quod etiam notant *Hostiens. in cap. transmissa in uerb. Indicijs uers. & in secreto, & Præposit. num. 9. uers. Item quia in secreto uocabant ext. qui fil. sint legitim. quos sequitur Paris. d. cons. 10. sub num. 99. uers. uere tamen lib. 2.*

Nec releuant declarationes per d. Henricum seniorem factæ in publico Instrumento de anno 1640. 8. Augusti, & in articulis in iudicio die 31. eiusdem mensis, & anni productis quibus negat illum esse suum filium, imò asserit ex dd. Nicolao, & Catherina Coniugibus legitime natum.

28 Quoniam assertiones illæ contrariæ tot alijs antecedentibus solemniter emanatis non potuerunt tollere Ius ex eisdem filio acquisitum, næc illi præiudicare (vt dictum est) & deciditur *in dict. cap. per tuas extr. de prob. ibique gloss. fin. uers. sed fauore filiationis, & Felin. sub d. num. 14. uers. quia sicut gloss. in d. cap. transmissa in uerb. negabant extr. qui fil. sint legitim. Rot. decis. 238 sub num. 15. uers. & in omnem euentum par. 1. diuers. & in Bonon. Hæred. 14. Martij 1601. coram bo. me.*
29 *Cardin. Melin.* † Eoque minus, quia constat eas emanasse à Patre cum filio tunc litem a-
30 gente, ac ira percito, † vndè etiam expulsio à Domo, & cæteri actus, ac verba, de quibus Testes Francisci deponunt, processerunt, atque ideò attendi non debent, quippè tumultuario potius mentis impulsu, quam sano animi iudicio factæ fuisse censentur *glos. in cap. ex litteris in uerb. admonita in fin. uers. sed si fiat ubi Abb. num. 1. uers. & in fin. not. &c. extr. de Diuort. Felin. in cap. sicut ex litteris num. 4. uers. & hoc idem dicit de iur. iur. Rom. sing. 514. Volo commentare nu. 4. uers. 4.* & in specie probat *Gabr. cons. 21. sub nu. 45. uers. aut saltem lib. 1.*

Idemque clarè conuincit earum lectura, nam in illa sub die 8. Augusti dicitur illum esse legitime natum ex prædictis Coniugibus, ac eius legitimationem fuisse procuratam pro eius bono, vt facilius in matrimonium collocaretur, & in alia sub die 31. eiusdem mensis additur eumdem fuisse emancipatum ad hoc, vt facilius reperiret Vxorem, & modum haberet viuendi, euitando (sunt verba arti-
31 culi) infamiam bastardorum &c. † Certum est, enim quod si is erat legitimus non indigebat legitimatione pro eius bono, ac vtilita-

32 litate, † & quod si maculam spurietatis euitare, seù celare studebat, vtique non erat legitimus, Ex quibus sanè contrarietatibus colliduntur, posteriores istæ assertiones, & ab homine irato processisse manifestè probantur

Non vrget tandem sententia de partibus, quia pendet ab ea appellatio, & ex pluribus contra eam deductis eliditur qualiscumquè præsumptio ex ea resultans præsertim in ea parte, in qua declarat nullum Ius, nullamq; actionem d. Henrico competere super hæreditate, ac bonis dd. Francisci, & Henrici se-
33 nioris eius Patris, & Aui, † ex quibus in omnem Casum (probata legitime filiatione) circumscriptis etiam legitimationibus, ac cæteris eius prætensionibus alimenta non tantū canonico, quin etiam naturali iure inspecto negari non poterunt *iux. tex. in cap. cum haberet in fin. extr. de eo qui dux. in matr. quam polu. per adulter. Rot. penes bo. me. Card. Seraphin. decis. 41. num. 5. uers. Ius enim, & decis. 747. num. 12. uers. ad tertium, & num. 14. uers. Ius enim par. 4. diuers. & Decis. 30. nu. 31. uers. hodie & decis. 264. num. 50. uers. secus autem par. 7. recent. & penes Reuerendiss. Vrgellen. decis. 95. num. 4. uers. Et ratio est, ac seqq.* eum alijs relatis *per Modern. Roman. d. discept. 557*
34 *num. 21. uers. Quamuis autem*; † Et propterea licet de his omnibus in discussione negotij principalis pleniùs agendum sit intereà tamen ad impedien. huiusmodi prouisionem, sine qua cogeretur Actor causam deserere attendenda non est *iux. glos. in l. 2. in uerb. sententiam C. ut lit. pend. & in c. Dilecti filijs in fin. in uerb. post appellationem extr. de Appellat. Gabr. Com. Concl. lib. 2. tit. de sent. conclus. 6. nu. 23. uers. secundò principaliter limita Ceph. cons. 127. sub nu. 5. uers. quibus non obstantibus, & seqq. & penes Card. Seraph. decis. 381. num. 8. uers. 2. cessare, & decis. 187. num. 6. uers. quia stante appellatione part. 4. diuers. ac in recent. dec. 118 nu. 5. uers. ex quibus, & seq. par. 5.*

Paupertatis verò probatio ad inopiā vsque pro parte dicti Henrici probata non turbatur
35 ex eo, † quod ipse ex arte Pictoris, quam
36 callere dicitur victum quærere possit, † quia non sola artis peritia hominem alit, sed illius exercitium, quod occasionem exposcit paratam, atque continuum, & præstantem corporis valetudinem, quorum vtrumque deficit in eius persona, tum quia ille podagræ doloribus frequenter cruciatur, tum quia ex eiusmodi eius arte nō tantum lucratur, quod summæ eius ægestati longe suppetere valeat, sed amicorum ope vitam agit miserimè (vt
37 testes deponunt) † ideòque meritò obiectio hæc petitam alimentorum prouisionem impedire non potest, *Crau. cons. 199. sub numer. 1. vers. tamen diligentius, & seqq. Aldobr. consil. 328. num. 26. & seq. lib. 1. Surd. de alim. tit. 7. quæst. 6. à num. 16. vers. declaratur tamen, ac seq. & quæst. 32. sub num. 10. vers. tamen, & seq.* & respondit *Rot. in Bonon. Alimentor. 24. Nouembr. 1604. coram bo. mem. Iusto, & in Rom. Alimentor. 13. Iunij 1608. coram S. D. N. in recent. decis. 224, num. 5. vers. non obstat, quod dicitur, part. 2. & decis. 186. sub num. 3. vers. hodie verò, ac decis. 628. sub num. 3. vers. paupertas Margheritæ, part. 4, & d. decis. 194. num. 68.*

vers. quibus stantibus part. 7. & penès Reuerendiss. Vrgellen. decis. 95. numer. 9. vers. non obstat etiam.
38 In † hac enim materia solet Rota cum magna æquitate procedere, vt fuit dictum *in dicta decis. 499. nu. 6. vers. prædicta resolutio part. 1. diuers. & penès Card. Seraphin, d. decis. 41. num. 2. vers. cum in hac materia, &c.*

Atque ità fuit conclusum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. BICHIO.

Lucana Vnionis.

Lunæ 28. Ianuarij 1647.

ARGVMENTVM.

Vnio excludit vocationem, & beneficium vnitum non dicitur vacare, vnio autem probata remanere dicitur per enunciatiuas vltra centum annos concurrentibus præsertim adminiculis, quorum nonnulla afferuntur: quando vnio requirat possessionem immemorabilem, vel quadragennariam, doctissimè explicatur.

SVMMARIVM.

1 *Gratia benificij, vt sit exequenda, debet esse iustificata.*
2 *Gratia obtenla sub narratiua, quod vacauerit, & vacet, vt sit exequenda, requirit probationes percutientes tempus præsentis vacationis.*
3 *Vnio excludit vacationem.*
4 *Beneficium vnitum non vacat.*
5 *Vnio siue facta fuerit accessoriè, siue æquè principaliter, probatur per quadragennariam cum titulo. Et loco tituli sufficit fama, & communis reputatio. num. 6.*
7 *Fama quomodo probetur.*
8 *Vnio satis probatur per enunciatiuas antiquissimas vltra centum annos.*
9 *Et quando dictæ enunciatiua probent etiamsi emanauerint à persona interessata concurrentibus præsertim alijs adminiculis. num. 10.*
11 *Ordinariorum visitationibus plurimum deferendum est.*
12 *Ordinarij præsumuntur informati de qualitate beneficiorum suæ Diœcesis.*
13 *Vnio tendit in præiudicium collationis Ordinarij.*
14 *Enunciatiuæ non antiquissimæ faciunt vehementem præsumptionem.*
15 *Vnio probatur per tolerantiam Episcoporum qui non permitterent quod Ecclesiæ deesset proprius Rector nisi alteri vnita fuisset.*
16 *Vnio beneficij facta ad vitam Rectoris tunc viuentis, excludit quod antea, dictum beneficium fuerit vnitum. Contra. num. 18.*
17 *Secus si de tempore dictæ vnionis, Rector probauerit longissimam possessionem vnionis, & publicam vocem, & famam.*
19 *Titulus vitiosus elidit probationem immemorabilis si fuit productus ab eo, qui immemorabili se fundat, secus si ab Aduersario.*
20 *Vnio non probatur per possessionem quadragēnariam, sed requirit immemorabilem.*

21 *Vnio probatur per possessionem quadragennariam, quando cum quadragennaria concurrit titulus saltem præsumptus ex publica voce, & fama, & alijs adminiculis.*

22 *Vnio extinctiua non probatur per quadragennariam, sed requirit immemorabilem.*

23 *Vnio facta æquè principaliter, probatur per solam quadragennariam cum bona fide etiam sine titulo, & quare. num. 24.*

25 *Bona fides præsumitur, nisi contrarium probetur.*

DECISIO IX.

VTI à centum quinquaginta annis, & vltra, ac etiam de præsenti vacantem impetrauit Alexander Trenta à Sede Apostolica Ecclesiam Parochialem Sancti Martini in Vignale Lucanæ Diœcesis, & productis litteris suæ prouisionis coram executore succubuit; declara autem causa per appellationem ad Rotam, mihique commissa; Dubitaui hodie an gratia Alexandri sit exequenda, & Rota
1 censuit non esse exequendam, † quia non est iustificata, vt requiritur ad effectum executionis, *Felin. in cap. constitutus num. 1. in princ. de rescr. Mohedan. decis. 35. de renunc. Maresc. var. resolut. lib. 2. cap. 1. per tot. Rot. decis. 268. nu. 3. & 4. part. 1. diuers. decis. 273. num. 1. & 2. part. 1. recent.*

Siquidem probata non fuit narratiua vaca-
2 tionis, † quæ cum sit concepta tàm de præterito, quàm de præsenti exigit probationes percutientes etiam tempus præsens, vt dixit *Rot. decis. 379. num. 8. part. 1. decis. 323. nu. 1. ad fin. part. 2. recent. & in Cæsaraugustana Parochialis de Maella 8. Nouembris 1639. coram clar. mem. Cardinali Hieronymo Pamphilio in Conchen. præstimonij 27. Nouembris 1637. coram R. P. D. meo Carillo, & in Naulen. Parochialis 18. Aprilis 1644. coram R. P. D. meo Cerro.*

Tantum autem abest, quod vacatio probetur, quin imò constat de vnione huius Eccle-
3 siæ alteri Ecclesiæ Sancti Stephani, † quæ vnio
4 excludit vacationem † cum beneficium vnitum non vacet, *Clem. frequens vbi glos. in verb. ad mensam de excess. Prælat. Oldrad. cons. 257. num. 24. & seqq. Aret. cons. 63. per tot. Rebuff. in praxi tit. de vnion. benef. num. 12. in fin. Gregor. XV. decis. 419. num. 2.*

5 Vnio † autem siue facta fuerit accessoriè, siue æquè principaliter probatur per quadragennariam cum titulo, *Felin. consil. 2. numer. 2. Barbos. de Iur. Eccles. vniuers. lib. 3. capit. 16, §. 3. sub num. 61. Rot. decis. 672. nu. 6. part. 1. decis. 692. num. 4. part. 4. tom. 3. recent. & coram sanct. mem.*
6 *Gregor. XV. decis. 196. num. 1. & seqq.* † & loco tituli sufficit fama, & communis reputatio, *Garz. de benef. part. 12. cap. 2. num. 246. Rot. inter recent. decis. 724. num. 2. vers. & hæc communis reputatio part. 2. d. decis. 642. num. 6. part. 4. tom. 3. & coram Andrea decision. 11. num. 4. vers. quarto addebatur.*

De qua communi reputatione, & publica voce, & fama, necnon quadragennaria possessione deponunt plures testes dati in summario Plebani Sancti Stephani num. 1. quorum signanter 6. 8. 12. & 13. testantur de visu,
7 & † publicam semper fuisse, & esse vocem, & famam, qui est modus eam probandi, *Cassad. decis. 3. de probat. Caputaqu. decis. 289. part. 3. Rot. decis. 702. num. 4. part. 1. decis. 235. num. 3. & decis. 351. numer. 1. in fin. part. 2. recent. decis. 724.*
8 *num. 2. vers. accedunt part. 2. recent.* † & ex abundanti adsunt plures enunciatiuæ antiquissimæ, vltra centum annos, nempè de anno 1498. 1531. & 1541. vt in summario Plebani num. 2. in quibus asseritur huiusmodi beneficium esse perpetuo vnitum Plabaniæ Sancti Stephani, quæ solæ enunciatiuæ satis essent ad probandam vnionem, *Latther. de re benefic. lib. 1. qu. 28. num. 106. & duob. seqq. Barbos. de potestat. Episcop. alleg. 66. num. 55. Caputaqu. decis. 344. num. 2. & 3. decis. 347. num. 5. part. 3. Put. decis. 204. sub nu. 4. corr. Seraphin. decis. 1272. nu. 1. Andreas decis. 11. num. 2. Caualer. decis. 599. nu. 6. & seqq. Rot. inter recent. d. decis. 729. num. 3. part. 2.*

Nec obstat, quod enunciatiuæ emanauerint ab ipso Plebano Sancti Stephani, & sic à
9 persona interessata, † quia cum emissæ fuerint præsente Ordinatio, & Commissario Apostolico in actu alienationis bonorum ad Ecclesiam Sancti Martini spectantium, de quibus citra vnionem Plebanus S. Stephani disponere non potuisset, & sic recipiant fomentum, tum a præsentia Ordinarij, tum ab ipso actu in quo fuit enunciatum adhuc probant non obstante quod enunciãtes dici possent personæ suspectæ, *Achill. decis. 7. num. 6. & seqq. de iure patr. Put. decis. 149. num. 1. lib. 3. in corr. Rot. decis. 148. num. 3. decis. 224. num. 5. part. 1. recentior.*
10 concurrentibus † præsertim alijs adminiculis, *Ruin. cons. 167. num. 25. lib. 1. Crat. cons. 104. num. 5. lib. 1. Rimin. Iun. consil. 314. num. 17. Rot.*
11 *diuers. decis. 130. num. 2. part. 2.* † nempè pluribus visitationibus Ordinariorum de hac ipsa vnione loquentibus ab anno 1556. citra summar. ibid. num. 3. quibus plurimum deferri
12 solet, † quia Ordinarij præsumuntur informati de qualitate beneficiorum suæ Diœce-
13 sis, † & vnio tendit in præiudicium eorum collationis, *Gemin. cons. 87. sub num. 2. vers. & est ratio, Ancharan. cons. 162. num. 4. vers. tertio propter scientiam, Serapin. decis. 1127. num. 3. & decision. 1272. num. 3. Rot. in recent. d. decis. 724. nu. 3. ad fin. par. 2.* Necnon simili enunciatiua emissa in Synodo anni 1564. summario ibidem nu. 8. & in taxa decimarum de anno 1595. summa-
14 rio num. 9. † quæ licèt non antiquissimæ faciunt saltem vehementem præsumptionem, *Socc. cons. 187. num. 16. vers. confirmantur præmissa lib. 2. Decian. cons. 32. num. 90. & seqq. lib. 2. Rot.*
15 *decis. 176. num. 1. part. 1. recent.* † ac demum tollerantia Episcoporum, qui sanè non tollerassent, quod Ecclesiæ S. Martini per 150. annos, & amplius deesset proprius, & particularis Rector, nisi vnita fuisset Ecclesiæ Plebaniæ Sancti Stephani, vt in his terminis ponderat *Felin. in cons. 2. num. 23. Garz. de benefic. part. 12. cap. 2. numer. 242. col. penult. illius numer. circa fin. vers. vlterius.*

Non obstant vniones temporales de anno 1466. 1471. & 1478. factæ ab Ordinario ad vi-
16 tam Rectorum tunc viuentium † ex quibus

exaduerso infertur excludi perpetuitatem vnionis, & originem duxisse quadragennariam, & publicam vocem, & famam, de qua testes deponunt, ac omnia supra ponderata, & propterea nullius esse momenti ex allegatis per *Adden. ad Molin. de primogen. lib. 2. cap. 6. n. 60. colum. fin.* Quia obiectum procederet si dictas vniones temporales produxisset Plebanus San
17 cti Stephani; † cum autem productæ fuerint ab aduersario, & expirassent ante annum 1498 à quo tempore Plebanus probauit longissimam possessionem vnionis, & publicam vocem, & famam, nec eadem possessio, nec publica vox, & fama, aliæque probationes Plebani referri possunt ad titulum vnionum temporalium, sed probant titulum perpetuæ
18 vnionis, † cuius possibilitatem non excludit titulus temporalis exaduerso productus, *Cresc. decis. 21. num. 4. de probat. Buratt. decis. 875. nu. 7. & decis. 938. nu. 7. Reuerendiss. Vrgellen. deci. 143. nu. 3. & decis. 147. num. 12. Rot. inter recent. decis. 29. num. 42. part. 7.* & in prox. terminis benè declarat *Adden. ad Molin. de primogen. in supra alle-*
19 *gat. col. fin. vers. quæ intelligi*, vbi ait † quod titulus vitiosus elidit probationem immemorabilis, si fuit productus ab eo qui in immemorabili se fundat, secus verò si ab aduersario. Facilius in casu nostro quo testes deponunt Ecclesiam Sancti Martini fuisse semper vnitam, & quædam ex enunciationis supra ponderatis loquuntur de vnione perpetua, omnesque emanarunt longè post cessationem vnionum temporalium exaduerso productarum.

20 Tandem non obstat, † quod ad probandam vnionē non releuet possessio quadragēnaria, sed requiratur immemorabilis, *Felin. consil. 2. nu. 3. Garz. de benefic. part. 12. cap. 2. nu. 231. & seqq. Castropal. oper. moral. tom. 2. tractat. 13. disput. 6. punct. 9. §. 4. sub num. 3. adden. ad Gregor. XV. decis. 196. nu. 3.* Nam hoc procedit quando cum
21 quadragennaria † non concurrit titulus saltem præsumptus ex publica voce, & fama, & aliis adminiculis supra ponderatis, vt declarat idem *Felin. dicto cons. 2. num. 12. & alij allegati*
22 *supra in §. vnio* † *vel quando agitur* de probanda
23 vnione extinctiua, † secus verò si allegatur vnio facta æquè principaliter, quæ vtique prubatur per solam quadragennariam cum
24 bona fide etiam sine titulo, † & ratio diuersitatis est, quia cum illi ius commune minus resistat quam extinctiuè admittuntur leuiores probationes, *Garz. de benef. d. part. 12. cap. 2. num. 239. & seqq. add. ad Greg. XV. decis. 196. nu. 3.*
25 *in fin. Rot. decis. 642. num. 7. & tribus seqq.* † vbi quod bona fides præsumitur, nisi contrarium probetur *part. 4. tom. 3. recentior. & fuit dictum in Abulen. præstimonij 12. Nouembris 1638. coram bo. mam. Bucabella, & 20. Iunij 1639. coram bon. mem. Coccino.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

R. P. D. GHISILERIO
Postea Episcopo IMOLEN.
Romana præsenti Legati,
Lunæ 28. Ianuarij 1647.

ARGVMENTVM.

Inscriptiones in lapidibus sepulcralibus qua de causa censeantur appositæ, & an dispositionem importent, latissimè disseritur. Legati appellarione secundum propriam significationem non venit dispositio, seu donatio inter viuos, & huius differentia assignatur. Demum Testatoris voluntatem, quæ maximè attendenda est, ex eius discretiuo modo loquendi, dignoscendam esse dicitur.

SVMMARIVM.

1 *in Reuocatione simplici non venit casus mixtus.*
2 *Clausulæ reuocatoriæ quamuis amplè conceptæ non comprehendunt relicta ad pias causas.*
3 *Reuocatio specialis, & expressa non requiritur ad reuocanda relicta ad pias causas.*
4 *Lapides fiunt ad memoriam conseruandam.*
5 *Sepulturæ fiunt causa cōseruandæ memoriæ hominis.*
6 *in Lapidibus sepulcralibus solent solummodò celebrari gesta Testatorum pro conseruanda illorum memoria.*
7 *Testator si in libro suo Memoriali fecit mentionem de legato quod reliquit in testamento, ex tali libro non resultat particularis dispositio, & quare.*
8 *Dispositio qualibet facta per inscriptionem in ligno, in lapide, & in terra probat, ac si in membranis fuisset scripta.*
Et maximè ad fauorem piæ causæ, & pro suffragio propriæ animæ. num. seq.
10 *Instrumentum publicum scriptum in tabulis, & lapidibus, fidem facit, ac si scriptum esset in cartis.*
11 *Dispositio non probatur ex inscriptione in lapide.*
12 *Inscriptio facta in lapide ex causa sepulturæ, & tumuli importat dispositionem irreuocabilem ex cōtractu, vel quasi contractu.*
13 *Legatum quando non censeatur relictum ex causa sepulturæ, seu inscriptionis in ea factæ.*
14 *Verbum* lego, *quando verè, & propriè accipitur non applicatur ad contractus, & conuentiones, sed ad vltimam voluntatem.*
15 *Verba sunt intelligenda secundum eorum proprietatem.*
16 *Dispositio qualibet interpretari debet propriè, & secundum communem vsum loquendi, non autem impropriè.*
17 *Verbum* lego, *quando possit etiam referri ad actus inter viuos.*
18 *Legati appellatione secundum propriam significationem, non venit dispositio, seu donatio inter viuos.*
19 *Donatio, & legatum differunt inter se, & quare num. seq.*
21 *Differentia dignoscitur ex diuersitate nominum.*
22 *Donatio non potest reuocari.*
23 *Legatum potest reuocari vsque ad supremum vitæ spiritum.*
24 *Donatio inter viuos propriè sumpta, est quando aliquid ita datur, vt statim fiat accipientis.*

Le-

25 *Legatum est donatio quædam à defuncto relicta ab hærede præstanda.*
26 *Testatoris voluntas dignoscitur ex eius discretiuo modo loquendi.*
27 *Testator si per vltimum testamentum voluisset multiplicare dispositiones, hoc expressisset. num. 29.*
28 *Testator quod non fecit, vtique dicendum est quod noluit.*
30 *Legatum relictum in testamento, dicitur reuocatum in Codicillo, si Testator de eo mentionem non fecit, sicut de alijs.*
31 *Legatum vltimum præstandum est, etiam si minoris sit quantitatis.*

DECISIO X.

CAMILLVS Caietanus consentientibus deputatis Venerabilis Archiconfraternitatis Charitatis Vrbis de anno 1642. fecit in Ecclesia Sancti Hieronymi eiusdem Archiconfraternitatis construere Sepulchrum pro se, & suis, & in lapide insuper apposito inter alia poni curauit, hæc formalia verba, Legatis aureis mille Archiconfraternitati, cum onere bis hebdomada qualibet in hoc Templo pro ipsius Anima, ac suorum sacrum faciendi, &c. Idem Camillus sub die 16. Decemb. anni 1644 cassans, irritans, & annullans omne aliud testamentum, donationes causa mortis, codicillos, & quasuis alias dispositiones per eum illuc vsque quomodolibet factas sub quibusuis verborum formis, & tenoribus, condidit aliud testamentum, in quo per hæc verba legauit. *alla Chiesa di San Girolamo della Carità di Roma scudi mille di moneta, quali l'Archiconfraternità di detta Chiesa tiene à Censo da me, &c. con peso però di far celebrare in detta Chiesa due Messe la settimana in perpetuo nell'Altare Priuilegiato, cioè, vna nel giorno di Giouedì, nel qual giorno Io testatore nacqui, e l'altra il giorno della mia morte, e di più vn' Aniuersario ogn'anno in perpetuo con 12. Messe basse, & vna Messa cantata per suffragio, &c. quale Archiconfraternità, &c. sia tenuta dare per elemosina alli Sacerdoti di detta Chiesa, che interuerranno, giulij due per vno, & vn giulio al Sacrestano, & Chierici ordinarij, &c.* sequuto obitu dicti Camilli, Hippolytus nepos, & hæres soluit scuta mille, vt supra per dictum Camillum legata. Verum cum Archiconfraternitas, vltra dd. scuta mille prætenderet scuta mille auri in dicto lapide descripa; Commissa mihi causa de partium consensu, proposui dubium, an vltra scuta mille monetæ debeantur illa mille auri, quod negatiuè fuit resolutum.

Quia quidquid sit, an legatum aureorum mille positum super lapide censeatur reuocatum per clausulas reuocatorias adiectas in vltimo testamento post dictam inscriptionem facto, ibi cassans, irritans, & annullans, &c. & quasuis alias dispositiones per eum illuc vsque quomodolibet factas sub quibusuis
1 verborum formis, & tenoribus, &c. † eo quia in simplici reuocatione nō veniat casus mix-
2 tus, vel quia † dictæ clausulæ, quamuis amplè concepte non comprehendant relicta ad pias causas sub prætextu, quod ad illarum reuocationem requiritur specialis, & expressa
3 reuocatio, quam † non requiri hac opinione reprobata latè firmauit *Rot. decis. 721. numer. 3. & seqq. part. 2. recent. & coram Seraphin. decis. 382. num. 7.* nec testator præsumitur, voluisse eludere Archiconfraternitatem, quæ alias locum Sepulchri non concessisset cum inscriptione prædicta.

Dum dicta scuta mille auri non leguntur per Camillum relicta Archiconfraternitati, nec in Codicillis, nec in Testamento, nec in aliqua dispositione, siue inter viuos, siue causa mortis, sed tantum in lapide apposito super Sepulchro, in quo Camillus voluit sepelliri, & deindè in Testamento eiusdem Camilli leguntur relicta eidem Archiconfraternitati scuta mille monetæ, quæ iam ab Hippolyto hærede fuerunt soluta, alia scuta mille auri enunciata in prædicto lapide non debentur ea ratione, quia supra relata verba lapidis sepulchri, non important dispositiuum legatum de præsenti, nec obligationem præstandi de futuro, cum ablatiuus ille, legatis aureis mille, non sit emissus in actu ordinato ad dispo-
4 nen, sed in lapide, † lapides autem fiunt ad memoriam conseruandam, *Ancharan. cons. 113.*
5 *num. 3. & 4.* vbi dicit † sepulturas fieri memoriæ hominis conseruandæ causa: hinc fit,
6 quod † in similibus lapidibus solent solummodò celebrari gesta testatorum pro conseruanda illorum memoria iuxta tradita per *Doctores monimentorum, C. de Relig. & sumpt. funer.* Vndè in valdè similibus terminis *Abb. cons. 4.*
7 *num. 8. lib. 2.* in casu, † in quo testator legauerat vnæ sorori 300. florenos, vt dispensaret pro anima sua, ait, quod si testator in libro suo memoriali fecit mentionem de legato, quod reliquit in testamento, ex tali libro, quia est confectus ad memoriam, non resultat particularis dispositio, seu voluntas relinquendi summam, ibi adnotatam, cum censeatur fecisse mentionem potius incidenter, quam animo de nouo disponendi.

Non obstat, quod de iure quælibet disposi-
8 tio facta † per inscriptionem in ligno, in lapide, & in terra probat, ac si in membranis fuisset scripta, *l. tabulas*, vbi *Bart. num. 2. & seq.*
9 *ff. de bonor. poss. secundum tab.* † maximè ad fauorem piæ causæ, & pro suffragio propriæ animæ, quia ex dicto textu, & Bartolo probatur
10 Instrumentum † publicum posse scribi in tabulis, & lapidibus, & fidem facere, quemad-
11 modum si scriberetur in cartis, † sed non probatur quod dispositio probetur ex inscriptione in lapide.
12 Minus facit † quod inscriptio facta in lapide ex causa sepulturæ, & tumuli importet dispositionem ex contractu, vel quasi irreuocabilem, quia cum in decreto Congregationis ordinariæ Archicōfraternitatis habitæ sub die prima Februarij 1638, in quo concessit licentiam Camillo apponendi lapidem sumptibus suis in sepultura iam constructa nulla fuerit facta mentio dicti legati scut. mille au-
13 ri, non subsistit quod legatum † sit conscriptum ex causa sepulturæ seu lapidis, & sic ex contractu præsertim, quia sepultura iam erat con-

constructa; vt legitur in decreto, ibi, *nella sua*
14 *sepoltura, che hà nella nostra Chiesa*, † & verbum lego, quando verè, & propriè accipitur, non applicatur ad contractus, & ad conuentiones, sed ad vltimam voluntatem, vt probant *text. in l. verba, ff. de verb. signific. & in l. verbis legis, ff. eod. Bart. in l. centurio num. 19. ff. de vulg. Lancell. Gallia constit. Alexan. verb. ligari quæst. 6. num. 14.*
15 *& seqq.* † verba autem secundum eorum proprietatem sunt intelligenda, *l. non aliter, ff. de*
36 *leg. 3.* & † quælibet dispositio interpretari debet propriè, & secundum communem vsum loquendi non autem impropriè, ideò non
17 obstat, † quod verbum, lego, possit etiam referri ad actus inter viuos cũ procedat quando accipitur impropriè, in quibus terminis loquuntur Doctores in contrarium adducti,
18 & † propterea appellatione legati, secundum propriam significationem, non potest venire
19 dispositio, seu donatio inter viuos, † cum aliud sit donatio, & aliud legatum, vt patet
20 ex diuersitate titulorum, † quia alius est titu-
21 lus *in C. & ff. de donat.* & *alius de legat.* & † diuersa etiam sunt nomina, vndè etiam differentes inter se censentur, *l. si idem, C. de codicill.*
22 quod patet etiam ex eo, † quia donatio non potest reuocari, *l. fin. C. de donat. l. perfecta, C. de*
23 *donat. quæ sub modo*, secus autem † in legato, quia ambulatoria est voluntas defuncti etiam in legatis vsque ad supremum vitæ exitum,
24 *l. 3. §. fin. l. seq. ff. de adim. legat.* † & donatio inter viuos propriè sumpta est quando aliquod ita datur, vt statim fiat accipientis, *l. 1. ff. de do-*
25 *nat.* † legatum verò est donatio quędam à defuncto relicta ab hærede præstanda, *§. 1. inst. de legat. & l. legatum la prima, ff. de legat. 2. Natt. consil. 645. num. 1. & seq.* quem sequitur *Barbos. de appellat. verb. vtriusq. iur. signif. appellat. 127. in verb. legatum.*

Prætereà ex discretiuo modo loquendi,
26 quo † vsus fuit Camillus testator apparet ipsum noluisse, Archiconfraternitatem præter scuta mille legata in vltimo testamento habere scuta mille auri, de quibus in lapide: si quidem in primo testamento ab eo condito longè ante oppositionem dicti lapidis, nempè sub die 23. Februar. 1631. vltra domum ab eo donatam 6. Februarij eiusdem anni Archiconfraternitati, reseruatis sibi fructibus eius vita durante, legauit eidem Archiconfraternitati aliam domum positam in Regione Parionis ab eo emptam pretio scutorũ mille iniuncto onere celebrandi in perpetuum duas Missas qualibet hebdomada, & vnũ Anniuersarium;
27 vndè † si voluisset per secundum, & vltimum testamentum multiplicare dispositiones, hoc expressisset, prout in dicto primo testamento, ibi: *oltre la Casa, ò bottega posta alla Piazza della Santissima Trinità da me donatoli per istromen-*
28 *to, &c.* † Quod cum non fecerit, vtique est dicendum, quod vtrunque relinquere noluit ex adductis per *Aym. cons. 161. nu. 8. Surd. consil. 426. num. 13. lib. 3.* cum alijs per Rotam in *Romana supplementi legitimæ 22. Iunij 1643. coram*
29 *R. P. D. meo Cerro*, † alias expressisset, sicut fecit in dicto primo testamento de domo antea donata, *l. vnica, §. sin autem ad deficientes, C. de cad. toll. cap. ad audientiam de decim. Tiraquel. in l. si vnquam in ver. libertis num. 3. C. de reuoc. donat. Bece. cons. 1. num. 14.* quo genere argumenti vtitur, *Rot. coram Seraph. decis. 1409. sub num. 3. vers. quod*
30 *ex eo*, vbi fuit resolutum, † legatum factum in testamento fuisse reuocatum in Codicillis, quia si testator voluisset, Gabrielem legatarium habere dictum legatum, vtique sciuisset dicere, quemadmodum fecerat in legato relicto Emilio del Caualiere.

Cum itaque ex defectu voluntatis Camilli testatoris lapis appositus super sepulchro non inducat dispositionem, vtraque parte infor-
31 mante † fuit resolutum, vnicum legatum, & sic vltimum, etiam si minoris quantitatis, esse præstandum per *text. in l. libertatis, quos testamento 18. ff. de alim. & cibar. legat. &c.*

R. P. D. ARGVELLES.

Pisaureñ Manutentionis.

Veneris 1. Februarij 1647.

ARGVMENTVM.

Possessio in iudicio manutentionis, in quo semiplena probatio sufficit, dicitur iustificata ex propria confessione partis, & censetur cõtinuata, nisi amissa, aut interrupta doceatur; hinc latè discutitur ex quibus possessio non dicatur amissa. Peritorum relationes, quando habeant vim, & quando faciant transitum in iudicatum, ita vt appellatio non suffragetur quamplurima adducuntur.

SVMMARIVM.

1 *Possessio ad effectum manutentionis probatur ex propria cõfessione partis petentis sibi prædia relaxari.*
2 *Probatio semiplena sufficit in iudicio manutentionis.*
3 *Exceptiones contra testes non admittuntur in iudicio manutentionis.*
4 *Productio scripturarum simpliciter, contra producentem plenè probat.*
5 *Productio scripturarum facta à Procuratore probat contra principales, & quare num. seq.*
7 *Possessio censetur continuata, nisi amissa, aut interrupta doceatur.*
8 *Possessionis amissio non resultat ex repudiatione hæreditatis facta cum reseruatione possessionis ad effectum detrahendi legitimam, trebellianicam, &c.*
9 *Possessio continuata ex quibus demonstretur.*
10 *Ablatiuum absolutum importat conditionem.*
11 *Dictio* non aliàs *importat conditionem suspensiuã.*
12 *Possessionis amissio non inducitur contra voluntatem possessoris.*
13 *Trebellianica an sit detrahenda quando agitur inter duo loca pia.*
14 *Religiosus an valeat alicui iuri renunciare sine licentia Generalis Ordinis.*
15 *Et quando talis licentia sit omninò necessaria.*
16 *Peritorum relatio si excedat fines eorum deputationis est nulla.*
17 *Periti deputati ad diuidendum, & æstimandum non pos-*

possunt assignare vtrique partium certam portionem nulla facta æstimatione.

18 *Peritorum relatio non transfert possessionem.*

19 *Peritorum relatio non habet aliquam vim, donec per Iudicis sententiam fuerit confirmata.*

20 *A Peritorum relatione potest appellare.*

21 *Appellatio à peritorum relatione suspendit effectum relationis, & reponit omnia in primeuo statu.*

22 *Appellatio à peritorum relatione infra quantum tempus interponi debet.*

23 *Peritorum relationes an transeant in iudicatum.*

24 *Peritorum relationes non transeunt in iudicatum, donec per Iudicis sententiam fuerint confirmatæ.*

25 *Peritorum relatio nulla non afficit, nisi subsecuta fuerit illius legitima executio.*

26 *Sententia Iudicis non transfert possessionem, nisi subsequuta illius executione.*

27 *Decretum est nullum ex defectu citationis.*

28 *Possessione sua quis non dicitur spoliatus vigore decreti Iudicis iniusti.*

29 *Sindicus præiudicare non potest Monasterio absque beneplacito Generalis.*

30 *Appellatio à Signatura admissa suspēdit executionē.*

31 *Possessio posterior capta possessore non citato dicitur turbatiua.*

32 *Possessio posterior non est manutenibilis in præiudicium anterioris possessoris non habentis se pro spoliato, sed petentis manuteneri.*

33 *Possessio posterior, & illius actus gesti non citato possessore, non obsunt anteriori possessioni.*

DECISIO XI.

DEcisum fuit sub die 4. Iulij anni præteriti Monasterio, & PP. S. Augustini Pisauri informantibus dandam esse manutētionem in possessione prædij Pierani. Hodie auditis etiam Rifellis, Domini perstiterunt in eadem sententia, & præcipuè fundamento, quia constat de eorumdem Patrum anteriori
1 possessione † ex propria confessione illorum de Rifellis petentium sibi d. Prædium relaxari, quæ petitio supponit Patres prius possidere, *vt vltra allegatos in principio præteritæ decisionis San. mem. Greg. XV. decis. 458. num. 2. 4. Reuerendiss. Vrgellen. decis. 21. num. 3. & decis. 118. num. 1. Buratt. decis. 730. num. 2. Pacif. post tract. de salu. interd. decis. 101. numer. 4. & seq.* cum alijs adductis per *Modern. Perusinum de manut. obseruat. 19. num. 20. & 23.*

Et maximè quia hęc probatio possessionis fuit hodie cōprobata ex depositionibus duorum Testium *Sum. Patruum num. 4.* qui plenè
2 probant in † Iudicio manutentionis, in quo semiplena sufficit probatio *Neuizz. cons. 80. num. 11. Aym. cons. 158. num. 12. Menoch. de retin. rem. vlt. num. 34. Alex. cons. 103. num. 3. lib. 7. Paz. de tenut. cap. 31. num. 7. Caual. dec. 44. nu. 3. circa finem vers. qui Testis, & nu. 4.* subdit, quod in hoc Iudicio neque admittuntur exceptio-
3 nes contra testes, & *sequitur Seraph. decis. 342. ad fin. & latè disputando Paz. vbi supra cap. 7. nu. 7. & num. 10. vers. in contrarium vsque ad num. 23. inclusiuè Modern. Perus. d. tract. de manut. obseru. 38. numer. 7.*

Et ex protestatione facta per Sindicum Monasterij velle retinere possessionem, donec fuerint satisfactæ detractiones, quæ protestatio cum fuerit per Rifellios producta, &
5 quidem † simpliciter, proculdubio censetur acceptata, & approbata, adeut contra ipsos plenè probet *glos. in l. 1. §. editiones circa fin. vers. quid si spontè Iudici, &c. ff. de eden. Dec. in c. venerabilis num. 122. de except. Rot. coram Verall. de-*
5 *cis. 193. n. 3. p. 1.* quæ loquitur etiam in productione facta à Procuratore *coram Caualer. decis. 464. num. 6. vers. & regula est, &c. coram Greg. XV. decis. 331. numer. 11. & 12.* quæ loquitur etiā in scripturis productis à Procuratore, &
6 reddit rationem † quia verisimile est, quod Procurator illa habuerit à principali, & de eius mandato produxerit, & ibi *Add. sub n. 29.* plures cumulat, & respondet contrarijs, & *decis. 360. num. 3. vers. & ideò producendo parte 5. recentior.*

7 Probata autem semel possessione † Monasterij, censetur quoque continuata, nisi amissa, aut interrupta doceatur, *vt fuit dictum in Toletana Parocch. 24. Ianuarij 1604. coram Sacrato in §. 1. vers. & dicta promissio penes Marches. de Commiss. p. 1. fol. 390. in decis. 307. sub num. 5. vers. sed Domini dixerunt coram S. m. Greg. XV. cum pluribus allegat. in Auximana fideicommissi 13. Ianuar. 1640. §. quuodq; idem Federicus coram Reuerendissimo D. meo Decano, & Imolen. Beneficij 23. Iunij 1645. §. nec obstat quod appareat, &c. coram Reu. P. D. Corrado Modern. Perus. vbi sup. obseru. 17. num. 9. & seqq.*

Ammissio autem possessionis haud resul-
8 tare visa fuit † ex renunciatione, seu repudiatione facta à Monasterij Sindico, & Procuratore specialiter constituto, quia tam in Instrumento procuræ, quam renunciationis de quibus *in Sum.* illorum de Rifellijs *num. 4. & 14.* adest expressa reseruatio possessionis, vt supra ad effectum detrahendi legitimam, trebellianicam, & quascumque alias detractio-
9 nes, † quæ enixè demonstrant animum, & voluntatem Patrum continuandi possessionem, donec integræ detractiones factæ fuerint, quod etiam iuri consonum, vt vltra allegatos *in præterita decis. in §. qua possessione, & tradunt Gabr. cons. 36. num. 10. vers. non obstat lib. 2. Buratt. decis. 650. num. 15. vers. Tum quia pro dictis detractionibus, &c. Rot. decis. 599. num. 2. par. 3. recen. & in Foroliuien. Fideicom. 9. Maij 1611. coram Sanctissimo.*

Et quidem per ablatiuum absolutum, & dictionem, *non aliàs*, quæ conditionem suspen-
10 siuam important, † vt de ablatiuo absoluto. *Calderin. cons. 9. de verb. signif. Verall. dec. 150. num. 2. par. 1. S. m. Greg. XV. decis. 497. nu. 7.*
11 & † de clausula, *non alias*, idem *Verall. dec. 82. num. 3. Seraph. decis. 838. num. 3. & 4. Rota decis. 266. num. 2. par. 2. recen.*

Ac propterea istæ detractiones dum per Rifellios non probantur factæ impediunt Pa-
12 tribus amissionem eorum possessionis, † quæ contra voluntatem possessoris non inducitur *l. 3. §. in amittenda, & ibi gloss. & Bart. sub nu. 1. vers. sed veritas est Alex. sub num. 5. vers. Alia solutio, & Ias. sub. num. 3. vers. secundo nota l. si id, quod*

quod 25. §. quod autem l. quemadmodum 8. ibique glos. 1. in verb. sed die ff. de acquir. poss. cum alijs, quos refert, & sequitur Rot. in Regien. Canonicatus 19. Ianuarij 1646. in §. fin. coram R.P.D. Ottobono.

Et quamuis Rifellij contendant Trebellianicam non esse detrahendam contram piam causam. Attamen conclusio est vrldè disputabilis, quando, prout hic agitur inter duo loca pia: *Pereg r. de fideic. art. 3. num. 69. & 70. vbi alijs citatis negatiuam tuetur sententiam ex Auth. de Sanctissimis Episcopis Coll. 9. tit. 6. Nouell. 123. cap si quis sub conditione 37. Tiraquell. cum pluribus ad partes disputans de priuil. pia causa priu. 26. vers. sed quod primo loco, &c.*

14 Vltra quod dicebant Domini,† d. Repudiationem, & Renunciationem esse nullam tanquam factam absq; licentia P. Generalis Religionis Augustinianę contra formam statutā *per S.m. Gregorium XIII. const. 5. §. 2. in Bullar. nou. tom. 2. fol. 275.* quam sequuta est *Rot. in Romana deuolutionis Domus 22. Maij 1619. coram Vbal-*
15 *do*, prout omninò interuenire debuit post acceptatam bonorum possessionem: *Surd. cons. 501. num. 11. & seq. cum alijs plenè congestis in Callien. hæreditatis 1. Februarij & 21. Maij 1638. coram Eminentissimo D. Card. Verospio.*

Minus visa fuit resultare amissio possessionis Patrum ex illa Peritorum Relatione, &
16 assignatione. † Tū quia Periti deputati fuerunt ad diuidendum, & æstimandum, *vt in*
17 *Sum. Rifelli num. 5.* † Ac propterea excesserunt fines eorum deputationis dum vtrique partiū certam portionem assignarunt nulla facta æstimatione, & sic eorum relatio fuit nulla, *l. non distinguemus num. 32. §. de officio ff. de recept. Arbitr. Ias. cons. 62. num. 2. vol. 3. Gabr. cons. 43. num. 19. lib. 1. gloss. in cap. examinatum in verb. Iuris Infirmi de confirm. vtil. Buratt. decis. 155. nu. 5. vers. & consequenter, &c.*

18 Tum † quia Peritorum Relatione, nec aliquam possessionem transfert, nec aliquam vim habet, donec per Iudicis sententiam
19 fuerit confirmata, *tex. sunt expressi in l. instar. 2. ibi nisi sententia Procuratoris fuerit cōprobata, & ibi glo. C. de iur. fisc. lib. 10. l. 1. in princ.* ibi, *& ex eorum fuerint receptæ sententijs C. de Apoc. publ. eod. lib. 10. ibiq; Plat. Luc. de Pen. & alij per Valasc. de partition. cap. 9. num. 41.*

20 Tùm etiam, † quia ab hac Relatione fuit per Patres appellatum, vt fieri potuit *Doct. in l. arbitrio 9. ff. qui satisd. cog. Afflict. decis. 188. n. 4. vers. Respondetur conuentus, &c.* & appellatio à Vicario admissa fuit, vt in eorum *Sum. nu. 2.*
21 quæ † propterea suspendit effectum d. Relationis, & reposuit omnia in primæuo statu, in quo erant ante emanatam prædictam Relationem, *Rot. decis. 1422. num. 1. coram Seraph. decis. 730. nu. eod. coram Caual. & in l. Romana Casalis Aguzzaui 27. Iunij 1630. §. nec obstat, quod Domini coram R.P.D. Royas, & in præterita decis. huius causæ §. nec per assignationes, &c. corā me, &c.*

22 Nec placuit responsio† appellationē huiusmodi fuisse interpositā post tres mēses, & sic post quam relatio transitū fecerat in rē iudi-
23 catam † Quia similes Peritorum Relationes numquam transeunt in Iudicatum, *Felin. in cap. proposuisti num. 10. de probat. Paret. cons. 203.*
24 *per tot. Seraph. decis. 513. num. 2. & 3.* † saltem donec per Iudicis sententiam fuerint confirmatæ *d. l. Instar. 2. C. de Iur. Fisc. & l. 1. C. de Apoc. public. lib. 10. cum alijs supra allegatis.*

25 Vltra quod † ex illa Relatione nulla potuit Patribus tolli possessio, & Rifellijs adipisci nisi subsequuta fuerit illius legitima execu-
26 tio, vt in fortioribus terminis † quod seutentia Iudicis non transferat possessionem nisi subsequuta illius executione *Paleott. decis. 215. Cassad. decis. 7. de caus. poss. & propr. Greg. XV. decis. 546. num. 9. vers. sententia enim, sinè executione, & c Rot. post Modern. de manut. decis. 207. sub. num. 5. vers. non obstat possessio. & sequen. & est clarus text. in l. 1. §. si vir. ff. de acquir. poss. & alij.*

Minus placuerunt Dominis ea, quæ dicebantur de sententijs, seu decretis contra Monasterium latis. Quia vltra responsiones datas in præterita decisione *in §. nec per auocatio-*
27 *nem, & §. seq.* Consideratum fuit decretum Reuerendissimi D. Episcopi auocationis possessionis, tamquam nullum ex defectu cita-
28 tionis monasterij, † illud non spoliasse sua possessione, dum Patres non se habuerunt pro spoliatis *c. licet Episcopus 28. & ibi gloss. in verb. non vocato de præbend. in 6. Buratt. dec. 186. num. 6. vers. minus obstare visum fuit decis. 270. n. 4. vers. tum atiam, decis. 513. eod. vers. non obstat, quod possessio p. 1. recent. & decis. 261. num. 6. vers. non obstat p. 4.*

Decretum verò A.C. eò minus tanquam fundatum in d. Renunciatione facta à Sindi-
30 dico, † qui præiudicare non potuit Monasterio absque beneplacito P. Generalis, *vt in d. decisione fuit probatum, & ex supra allegatis fuit cor-*
30 *robatum* vltra quod vtrumque suspensiuum fuit per appellationem à signatura admissam *Seraph. decis. 513. num. 4. & decis. 1422. num. eod. cum alijs supra alleg.*

Denique non placuit Dominis possessio il-
31 lorum de Rifellijs. † Quia tanquam posterior, & capta Patribus non citatis dicitur tur-
32 batiua, † & non est manutenibilis in præiudicium anteriorum possessorum non habentiū se pro spoliatis, sed petentium manuteneri: *l. 3. §. ex contrario, & §. seqq. ff. de acquir. possess. c. licet causam §. ex præmissis de probat. Bart. in l. 1. §. fin. num. 19. ver. primum, quod actus ff. vti possid. Menoch. de retin. rem num. 740. vers. non verò loquimur Rot. decis. 595. num. 90. vers. quo verò part. 1. diuers. & decis. 99. nnm. 5. vers. vltra quod p. 4. recen. vbi plures à Perus. obseruat. 71. num. 2. 17. & 45. iuxta nouam impressionem vers. amplia vndecimo.*

33 Et ita quoque non fuerunt habiti in consideratione actus possessorij ab ijsdem Rifellijs subsequentèr facti tanquam posteriores turbatiui, clandestini, & gesti non citato Monasterio illius, propterea possessioni anteriori nou obsunt *ex præallegatis, & alijs in Imolen. Beneficy 23. Iunij 1645. coram R.P.D. Corrado.*

Et ita fuit conclusum, &c. vtraque parte audita, &c.

R.P.D.

R. P. D. CORRADO
Posteà S.R.E. CARDINALI
Rauennaten Bonorum.
Veneris 1. Februarij 1647.

ARGVMENTVM.

Immissio debetur fideicommissario etiam particulari ex vtili Saluiano interdicto concurrentibus primò substitutione ad eius fauorem facta, illius purificatione, possessione Testatoris tempore mortis, & possessione Rei conuenti; vtraque possessio ex quibus comprobata remaneat, latè discutitur, & plures exceptiones ad impediendam huiusmodi immissionem oppositæ refelluntur. Substitutio facta heredi *mancaado la successione de figli & descendenti* quia principaliter refertur ad successionis defectum æquè comprehendit casum quo filij non nascantur, ac si nati decedant, & hoc verum est etiam si Testator se restrinxisset cum verbis *in questo caso* sustituisce, quod quamplurimis rationibus & authoritatibus comprobatur.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio quòd fuerit ad fauorem alicuius ordinata probatur ex testamento.*
2 *Substitutionis purificatio probatur ex testibus.*
3 *Testator quod obierit in possessione aliquorum bonorum, ex quo probetur.*
4 *Possessio bonorum quòd fuerit penès Testatorrm mortis tempore, probatur ex testibus ac instrumentis.*
5 *Possessio bonorum penès reum conuentū probatur ex defensione litis, & testium depositionibus.*
6 *Immissio quibus concurrentibus conceditur fideicommissario etiam particulari ex vtili Saluiano interdicto.*
7 *Substitutio facta alicui in casum deficientiæ filiorum non dicitur purificata si decedit sine liberis & quare num. seq.*
8 *Successio quæ numquam incepit non potest dici desijsse.*
9 *Substitutio facta alicui*, mancando la successione de figli & descēdēti, *æquè verificatur in casum quo filij non nascantur, ac si nati decedant & quare num. seqq.*
10 *Amplia etiam si Testator dixerit,* in questo caso, *sustituisce num. 17. & 19.*
11 *Testator idem censetur voluisse disponere in vno casu, ac in alio, quando in vtroque æqualiter viget identitatis ratio.*
12 *Et conclusio procedit nō solum in substitutione directa, sed etiam fideicommissaria.*
13 *Substitutio directa fauore testamenti solet pleniùs interpretari.*
14 *Substitutio fideicommissaria ex mente Testatoris extenditur etiam de casu, ad casum in verbis ipsis non comprehensum.*
15 *Substitutio fideicommissaria extenditur de casu ad casum, maximè quando substituta fuit pia causa.*
16 *Interpretatio illa preferri debet vbi agitur de suffragio animæ Testatoris, qua pleniùs & fauorabilius consulitur illius saluti.*
18 *Verba,* in questo caso sustituisce, *non excludunt quin dispositio extendi possit ex verisimili mente testatoris.*
20 *in Substitutionibus fideicommissarijs, perempto primo gradu sequens succedit; proindè ac si fuisset heredi immediatè substitutus.*
21 *in Substitutione fideicommissaria perempto primo gradu, sequens non succedit, quando substitutio nominatim alicui fuit adiecta.*
22 *Substitutio fideicommissaria concepta per verba impersonalia & communia congruè referri potest ad hæredem grauatum non extantibus filijs, vel ad eosdem postea decedentes.*
23 *Substitutio vulgaris, regulariter continetur sub compendiosa, verbis indefinitis concepta.*
24 *Substitutio compendiosa post aditam hereditatem continet fideicommissariam.*
25 *Possessio probatur ex depositione duorum Testium in id substantialiter conuenientium.*
26 *Possessio probatur per testes deponētes de publica voce & fama, quandò de alterius titulo non apparet,*
27 *Possessio adminiculatur ex partitis libri estimi.*
28 *Et non eliditur ex posteriori descriptione suo nomine alterius facta dummodò non constet de legitima causa uel de consensu possessoris.*
29 *Possessio alicuius predij probatur ex instrumento emptionis illius cum clausula constituti.*
30 *Clausula,* constituti, *transfert possessionem in constitutarium.*
31 *Possessio probatur ex instrumento declarationis, ac cessionis factæ ad fauorem alicuius.*
32 *Possessio Nepotis viuēte Auia cum qua simul uiuebat, præsumitur ex causa fam iliaritatis, & curæ.*
33 *Possessio ex causa familiaritatis, nullius est considerationis.*
34 *Immissio fideicommissi particularis per quas exceptiones non possit retardari.*
35 *Fideicommissum dicitur particulare quando non cōprehendit uniuersam hæreditatem cum omnibus iuribus & actionibus.*
36 *Fideicommissum dicitur particulare quando institutio fuit uniuersalis in omnibus bonis iuribus & c. & substitutio fuit specialis in bonis stabilibus.*
37 *Legitima non potest detrahi ex fideicommisso particulari nisi in subsidium.*
38 *Inuentarium quando non est confectum, præsumitur quòd bona hæreditatis sufficiant pro satisfactione legatorum, & fideicommissorum particularium.*
39 *Inuentarium quando hæres non confecit, tenetur de proprijs bonis soluere debita hæreditaria & prestare fideicommissa particularia num. 43.*
40 *Trebellianica detrahitur ex fideicommisso uniuersali, non autem de particulari.*
41 *Trebellianica non detrabitur ex fideicommisso particulari aduersùs Ecclesiam uel piam causam substitutam.*
42 *Inuentarium ubi hæres non confecit si de proprio soluit legata præsumitur, quod ex alijs bonis hæreditarijs sibi satisfecerit.*
44 *Immissio fideicommissario particulari per quas exceptiones impediri non possit.*

DECISIO XII.

PRESBYTERIS Boni IESVS petētibus immissionem in possessionem bonorum, de qui-

quibus agitur vigore testamenti quon. Argentinæ Roncutiæ, quæ instituto hærede vniuersali Francisco ex Felice filia prædefuncta nepote, illique substitutis eius filijs, ac descendentibus masculis ex legitimo matrimonio natis, deinde vocauit eosdem RR. Presbyteros his verbis, *e mancando la successione de' figliuoli, e descendenti sempre come sopra chiamati dispositiuamente, in questo caso sustituisce il Conuento de' RR. Preti del buon GIESV di Rauenna nè stabili, & immobili solamente, per fideicommisso, quali hora, per all' hora graua à celebrare perpetuamente una Messa il giorno, & un' officio all' anno con trenta messe da morto &c. per suffragio dell' anima sua &c.* Responderunt Domini conce-
1 dendam esse; † quia substitutio ad eorum fauorem ordinata probatur ex publico Instru-
2 mento testamenti prædicti: † illius autem pu-
3 rificatio tàm ex testibus, † quàm ex confessione Antonij Donati rei conuenti affirmantis d. Franciscum hæredem decessisse se nullis superstitibus filijs, ideoque eius hæreditatem
4 ad se ipsum esse delatam. † Possessionem vero eorundem bonorum penes testatricem mortis tempore fuisse probant testes examinati, liber æstimi, ac instrumenta respectiuè
5 producta, † eaque demum in præsentia per Antonium detineri satis iustificat causæ huius aduersus eum institutæ defensio ab anno 1644. citrà iunctis interrogatorijs ad præparationem iudicij ex decreto Iudicis in eius præiudicium admissis iuxta stylum illarum partium, præter nonnullorum testium depositiones, *Rot. decis. 307. sub num. 1. uers. quia quoad primum, & seq. par. 1. & decis. 326. sub num. 1. uers. quia de eorum possessione, ac seq. par. 6. recent. & penes Reuerendiss. Vrgellen. decis. 325. num. 2. uers. & prædictus, & decis. 401. num. 10. ueesf. prouisio tan-*
6 *dem*. Quibus concurrentibus conceditur immissio fideicommissario etiam particulari ex vtili saluiano interdicto *Gabr. cons. 44. n. 2. uers. competit etiam & seqq. lib. 2. Surd. dec. 76. à n. 4. uers. aliud tamen & seqq. Peregr. de fideic. art. 45. nu. 49. uers. hypotecaria autem &c.* quam sententiam *Rot. sequitur penes bo. mem. Card. Seraqh. decis. 828. sub nu. 1. uers. nam quod huiusmodi remedium,* vbi quod ita semper fuit obseruatum, *& bon. me. Burat. decis. 275. num. 11. uers. quæ indistinctè, & dec. 494. nu. 2. uers. ex quibus sequitur, ac Vrgellen. d. dec. 401. sub n. 1. & in rec. dec. 88. n. 1. uers. consequenter, ac dec. is. 244. n. 1. uers. non potest denegari immissio par. 7.*
7 Et licet informantes pro Donato pluribus niterentur probare substitutionem hanc euanuisse, quia cum Franciscus hæres institutus
8 sine filijs decesserit † dici non possit eorum desijsse successio, quæ nunquam incepit, ac proinde defecerit ipsius substitutionis conditio, quæ per illorum natiuitatem, ac successionem erat implenda ex *uulg. Oldr. ad cons. 177. incip. testator in suo ultimo testamento*.

Ea tamen visa fuerunt Dominis non obstare, quia substitutio prædicta verè comprehendebat vtrumq; casum scilicet siue filij, ac
9 descendentes Francisci hæredis instituti nulli superessent, siue superstites postea decederent tum ex propria dd. verborum virtute, *e mancando la successione de' figli, e descendenti &c.* quæ cum principaliter referantur ad successionis defectum æquè comprehendunt casum, quo
10 filij non nascantur, ac si nati decedant, † quia in vtroque verificatur eorum successionis defectus, licet ex diuersa causa proueniens, vt probatur ex *tex. in l. 3. §. 1. ibi, desinere pertinere vsumfructum accipiemus, & si nec cœperit pertinere quamuis legatus sit, & committetur nihilominus stipulatio, quasi desinat pertinere quod nec cœpit &c. ff. usufr. quemad. cau. & in l. unic. in §. & cum triplici*, in illis verbis, *& cum triplici modo ea quæ in ultimis elogijs relinquuntur contingebat deficere &c. iunct. uers. ea etenim &c. ibique Odofred. num. 3. uers. deficiebat olim, & hodie hæreditas &c. C. de cad. tollend. Dec. cons. 226. in casu ad me transmisso, sub num. 2. uers. & tamen & seq. Soc. iun. cons. 181. nu. 23. uers. & quidem lib. 2. Decian. cons. 3. sub n. 46. uers. tamen lib. 2. Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 6. sub num. 2. uers. & contrariam sententiam, Menoch. cons. 1062. n. 14. uers. respondetur, & num. 21. uers. respondetur secundo &c. & cons. 1063. num. 1. uers. cum deficere &c.* quorum sententiam probauit *Rot. in Bonon. fideic. de Canob. 8. Iunij 1601. coram bon. me. Card. Lancellot. in §. neque obstat quod filij &c. & in Maceraten. hæred. 24. Maij 1613. coram bo. me. Manzanedo in recent. decis. 453. sub n. 6. uers. neque etiam*
11 *obstat, quod ista linea, par. 2.* Tum ex identitate rationis, quæ in vtroque casu æqualiter viget, ob quam censetur testatrix idem voluisse disponere *l. Titius, §. Lucius, ubi Bart. & DD. ff. de liber. & posth. l. fin. C. de posthum. hæred. instit. l. fin. C. de instit. & substit* & confert *text. in l. si extraneus*, ibi, *& uerisimile est in hunc quoque casum &c. ff. de cond. caus. dat.* & latè probat *Ias. cons. 148 aggredior primum dubium, à nu. 10. uers. primo moueor, & seqq. usque ad nu. 25. lib. 2. ac plenius Ceph. cons. 349. nu. 38. uers. & substitutio, ac seq. Alciat. cons. 39. sub num. 1. uers. illa enim uerba, & cons. 41. sub num. 1. uers. sed ad istud argumentum, lib. 9. Prac. de interpr. ult. uolunt. fol. mihi 291. num. 48. vers. secundo dicitur linea deficere, & nu. 49. vers. prout uerisimile est Rim. iun. cons. 312. nu. 31. vers. tertio confirmat, & seq. Surd. cons. 347. à nu. 8. uers. sed eis non aduersantibus, & seqq. per tot.* & plene *Laderch. consil. 72. à nu. 2. uers. primo quia. & seqq.* qui reprobat contrarium tenentes *Gabr. cons. 117. numer. 41. uers. immò prorsus, ac seqq. lib. 1. & Mantic. d. tit. 6. sub nu. 1. ac seq. in fin. uers. vnde dicit*, & comprobant alij relati per *modern. Brixion. de substit. q. 64. à num. 1. & seqq. dicens sub num. 21.* hanc esse veriorem, & receptiorem.
12 Quæ couclusio procedit non solù in substitutione directa, (vt plures existimarunt,)
13 quæ † fauore testamenti solet pleniùs inter-
14 pretari, sed in fideicommissaria, † nam ea quoq; ex mẽte testatoris iusta ratione probata extenditur, quando opus est, etiã de casu ad casum verbis ipsis non comprehensum, vt benè probat ad rem nostram *tex. in l. si ab eo, vbi Bart. & alij, ff. de vsu, & vsufr. legat. cum concord. per gloss. in l. Gallus, §. & quid si tantum in verb. emancipatus esset, & in fin. ibique no. Bart. Imol. Alex. & alij DD. ff. de liber. & posthum. Dec. consil. 226. nu. 8. vers. ista ratio, & seqq. Ias. d. cons. 148. nu. 13. vers. quarto facit, lib. 2. Decian. cons. 1. à numer. 99.*

mer.99.vers. quarto probatur, & seqq. lib. 1. Ceph. d.cons.349. sub nu.40. vers. & cum testator, ac seq. Menoch. cons. 432. num.13. vers. septimo, & prius num.2. & seq. & d.cons.1062. num.24. uers. & hoc quidem, Mantic. de coniect.lib.6.tit.14.n.21.uers.receptum est etiam, Surd.d. cons.347. sub nu.23. uers. tertio respondeo, & seqq.Laderch. d.cons.72. à nu.7. uers. quarto, & seq. & in his terminis fuit resolutum *in d.Bonon. de Canobijs 8.Iunij 1601. coram bo.me.Card.Lancellot. & in d. Maceraten.hæred.24. Maij 1613. coram Manzanedo in recent. decis. 453. nu.6.uers. neque etiam obstat, par.2. & in Bonon. bonor. de Grifon.18. February 1619. coram bon.mem. Burat. decis.379. & in Roman. fideic. de Formicinis 17. Iunij 1630. coram Vrgellen.dec.267. & 13. Iunij 1636. coram bo.me.Buccabel. in recen. decis.149. num.2.uer. nihilominus, & nu.14.vers. nec quicquam facit, ac seq. par. 7.* & post alios probat idem *Brixien.q.460.nu.50.vers. cæterum, ac seqq. & prius à n.4. & seq. ac consil.155. n. 16. uers. tertio, ac seq.*

15 Eoque magis † quando pia causa fuit sub-
16 stituta, † nam vbi agitur de suffragio animæ testatoris illa vtique præferri debet, ac verisimilior censeri eius voluntatis interpretatio, qua pleniùs, ac fauorabilius consulitur illius saluti ad *tex. in l.2.ff. de manumiss. testam. Decian. cons.81. in fin.uers. & magis in terminis lib.2. Tiraquel. de priuileg. piæ caus.priuileg.62.Mantic. de coniect. lib.8. tit.2. nu.16. uers. verum, ac seq.* & latè probauit *Rot.decis.140. per tot.par.2. diuers.* & in his terminis penes *Vrgellen.d.decis.267.n.2. uers. & præsertim ac in recent.d.decis.149. sub nu.6. uers. præsertim etiam, ac seq. & num. 19. vers. immo absurdum, par.7.*

17 Nec aduersantur verba † *in questo caso sustituisce &c.* quia præter quod præsens casus tam ex littera, quam rationis identitate satis com-
18 prehensus est, † adhuc etiam si ex verisimili testatoris volūtate hęc dispositio extēdēda foret, verba eiusmodi eam non excludunt, vt benè probant *Decian.d.cons.1. à nu.148.uers. non obstat tertium, & seqq.lib.1.Menoch.d.cons.432.numer.33.uers. non etiam, & seq. & d. cons.1062. numer.23.uers. respondetur, & cons.1088.nu.17. uers. respondetur secundo, Surd.decis.37.nu.32. uers. non etiam aduersatur, & cons.347. sub nu.17. vers. nec vis fieri potest. Laderch.cons.31. num.14. uers. non obstant illæ dictiones,* & respondit *Rot.d.decis.140. sub nu.6.uers. quia pro responsione dicitur par. 2. diuers. & penes Burat. d. decis.379. num.5. uers. quia placuit responsio, ac seq. ac in recent. d. decis. 149. num.13.uers. illa vero dictio.par.7.*

19 Quare ex prædictis infertur † substitutionē, de qua agitur non euanuisse, neque redditam fuisse inutilem ob defectum gradus antecedentis. Quia Congregatio censetur hoc casu ipsi Francisco hæredi grauato substituta ex
20 voluntate testatoris, vt dictum est, † quod etiam attenta legis dispositione procedit in huiusmodi substitutionibus fideicommissarijs quarum primo gradu perempto sequens succedit, perinde ac si fuisset hæredi immediatè substitutus, *l. vnic. §. pro secundo, C. de cad. tollend. Bart. in l. quandiu, sub nu. 10. in fin. uers. sed si prima esset, ff. de acquir.hæred.Castr.cons.152.præsens dubium videtur firmari, & decidi sub num. 1. uers. sed non obstantibus prædictis, & seq. lib.1. Ias. d.cons. 148. sub num. 20. uers. non obstat. secundum lib.2.Decian.d.cons.81.nu.2.uers. teneo ego, & seqq. per tot.lib.2.Ceph.cōs.620. à n.15. vers. & in primis moueor.& seqq.Gabr.cons.117.n.16.uers. quia etiam in fideicommissaria lib.1.* & latè probat *Surd.d.cons. 347.n.29.uers. 2.moueor, ac seq. & n.23.uers. secundo respondetur, Laderch. d.cons.72.nu.4. uers. tertio accedit, ac seq. Peregr. de fideic. art.15. nu.22. uers. fideicommissaria autem, & sub num. 23. uers. secundo, & uers. & est notandum,* & benè explicat *Rot.decis. 332. sub nu. 6. uers. principaliter, & decis.403.num.11.uers. nec obstat quod Alexander, & seqq.par.2.recent.*

21 Quæ sanè facilius procedunt † in proposito casu, quo Presbyteri Congregationis non fuerunt nominatim substituti filijs, ac descendentibus Francisci iux. *l. Celsus* §. 1. ibi, *quod alicuius hæredis fidei nominatim committitur &c. ff.*
22 *de leg.3.* † sed verbis impersonalibus, & communibus, quæ congruè referri possunt, tam ad ipsum Franciscum hæredem grauatum, non extantibus, vel non succedentibus eius filijs, quam ad eosdem postea decedentes, vt legitur ibi, *instituisce herede vniuersale il Sig.Francesco &c. al quale sustituisce i figliuoli, e descendenti &c. e mancando la successione de' figliuoli, e descendenti come sopra chiamati, sustituisce il Conuento de RR. Preti &c.* Atque ideò magis cessat omnis difficultas *iux. l. si plures, ff. de leg. 3. & gloss. in d.l. Gallus, §. & quid si tantum, in uerb. omnes in fin. uers. & bene verba, Alex. in l. licet Imperator sub num.9.uers. secundo fallit, ff. de legat. 1.Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita sub num.43. uers. quod autem si prima substitutio ff. ad S.C. Trebel. Peregr. de fideic.d.art.15.n.27. uers. quia substituere,* & declarat *Rot.d.decis.403. à nu.7. uers. vnde hodie p.2. diuers.* & latiùs *decis. 656. nu. 5. uers. tertio mouebantur, par.2. recen. & d. decis.149. num. 11. uers. quia verum non est par.7. & in Sabinen. seu Farfen. fideic. 2. Martij 1640. coram R.P.D. meo Bichio in §. neque applicatur aliud obiectum, uers. tum quia vt substitutio dicatur facta nominatim.*

Et hinc sequitur operæ pretium non esse, subtiliùs perscrutari, an in proposito casu Presbyteri admitti possint per subingressionem in locum præcedentis gradus vigore substitu-
23 tionis vulgaris, † quæ regulariter continetur sub compendiosa eiusmodi verbis indefinitis concepta; quoniam (disputatione hac prætermissa) satis consultum est illis ex propria
24 persona, † licet per meram fideicommissariam vocatis tàm ex mente testatricis, quam ex legis dispositione, quæ hoc etiam casu illius voluntatem omnino adimpleri, & ad effectum perduci voluit (vt dictum est) *Surd. d.consil.347.nu.12.uers. quare cum prædicti instituti, Peregr.d.art.15. sub num.23. in fin. & uers. seq.* & benè respondit *Rot.d.decis.403.num.9. uers. vnde cessante fundamēto principali sub n.13.uer. vnde quæuis isti filij non intrarent per aliquam vulgarē, p.2.rec.*

25 Quæ vero obijciebantur contra possessionem testatricis minus visa fuerunt vrgere, nam hæc quoad bona sita in loco nuncupato *la Bastia* probatur ex dispositione duorum testium in id substantialiter conuenientium,

Bart.

Bart. in l. stipulatio ista, §. hæc quoque, sub num. 2. uers. & gloss. ac seq. ff. de uerb. obligat. Rot. penes Card. Seraph. dec. 1061 *num.* 1 *uers. & testis dicens, Card. Caualer. decis.* 535. *sub num.* 1 *uers. talis autem possessio, ac in recent. decis.* 307. *sub num.* 1. *uers. & ex depositione testium, & decis.* 360. *sub num.* 1. *uers. de qua possessione par.* 1. *& decis.* 445. *nu.* 4. *uers. demum, ac seq. par.* 3. *& decis.* 33. *sub num.* 1. *&* 2. *par.* 4. *& decis.* 318. *num.* 4. *uers. quamuis & seq. p.* 6.
26 quibus † accedunt duo alij de publica voce, & fama attestantes, quæ ad hunc effectum releuans est, quando de alterius titulo non apparet *Puteus decis.* 185. *lib.* 2. *Card. Caualer. decis.* 145. *nu.* 2. *uers. possessio defuncti*, dicens ita
27 fuisse sæpè decisum; adduntur etiam partitæ libri æstimi testatricis, ac eius antecessorum, quæ legitimum præbent adminiculum *Castr. in l. si pater sub num.* 2. *uers. alias præsumeretur, C. de act. empt. Soc. cons.* 89. *sub nu.* 18. *uers. confirmatur quia supra probatum est lib.* 1. *Menoch. de retinend. rem.* 3. *nu.* 570. *uers. septimo probatur Rot. apud Card. Seraph. decis.* 1077. *nu.* 2. *uers. quantum vero, & in*
28 *in alijs*; † quod non eliditur ex posteriori descriptione sub nomine Francisci facta anno 1612. quia non constat de aliqua legitima causa præcedente, nec de consensu Argentinæ prius possidentis *Felyn. in cap. cum causam nu.* 3. *uers. ex quibus extr. de prob. Menoch. d. rem.* 3. *sub d. nu.* 570. *uers. declaratur primo, Mascard. de probat. concl.* 274. *nu.* 7. *uers. per hoc, & concl.* 1181. *n.* 18. *uers. hoc idem &c.*

Quo vero ad alia sita in loco nuncupato
29 *Piangipane* † probatur ex instrumento illorum emptionis factæ anno 1614. die 26. Nouemb. per testatricem, ac Franciscum eius nepotem
30 cum clausula *constituti &c.* † qua mediante
31 translata fuit in eos possessio, † & ex altero Instrumento declarationis, ac cessionis ad ipsius testatricis fauorem per eumdem Franciscum subinde factæ die 25. Augusti anni 1615 quæ non possunt per Antonium illius prætensum hæredem impugnari *Card. Caualer. decis.* 129. *num.* 5. *uers. tandem, & seq. Burat. dec.* 494. *num.* 1. *uers. quæ probationes sufficiunt, & dec.* 728. *n.* 2. *uers. & non potest*; eoque minus cum ex eisdem partitis (vt dictum est) comprobentur.
32 Nec releuat prætensa possessio Francisci viuente Argentina eius Auia, quia referenda est ad causam familiaritatis, & curæ, quàm ex permissione Auiæ simul cum ea viuente habeat in eisdem bonis, in quibus nullum alium constat habuisse titulum, prout ijdem testes satis declarant, & iuris suadet præsumptio, vt benè notat *Angel. in l. assiduis nu.* 1. *uers. quinimò, & si prædicta, C. qui pot. in pign. hab. Alex. in l. qui iure familiaritatis sub num.* 5. *uers. per hoc tamen ff. de acquir. possess. & cons.* 88. *eximiè Domine, sub num.* 6. *uers. nec etiam his lib.* 2. *Castr. consil.* 179. *in causa quam magnificus Dominus sub n.* 4. *uers. item non obstat lib.* 1. *Rot. pænes Coccin. decis.* 472. *sub num.* 5. *uers. & propterea cum Moniales, & in recent. decis.* 33. *num.* 4. *uers. non obstat, quod fi-*
33 *lij Francisci par.* 4. † ac ideò nullius est considrationis *d. l. qui iure familiaritatis ff. de acquiren. possess. Card. Caualer. decis.* 357. *num.* 7. *uers. & licet testes, & Coccin. d. decis.* 472. *num.* 6. *uers. & propterea nullius considerationis.*

34 Postremo non obstat exceptio retentionis ratione legitimę, ac trebellianicę Frãcisco debitæ, ac crediti dotis maternæ æris alieni, seu legatorũ ab eo solutorũ, & impensarũ funeris.

Quia cum fideicommissum, de quo agitur ad fauorem Congregationis super bonis sta-
35 bilibus ordinatum sit particulare† ex quo nõ compræhendit vniuersam hęreditatem cum omnibus iuribus, & actionibus, sed certas res, vt probatur ex *tex. in l. nam quod §. fin. cum ll. seqq. ff. ad S.C. Trebell. l. fin. ff. de vsufr. legat. cum concord. Bald. cons.* 46. *quidam nomine Cola num.* 1. *vers. substitutio huiusmodi facta lib.* 2. *Cuman. consil.* 133. *filius à patre num.* 1. *vers. de Trebellianica, Socc. Iun. cons.* 49. *sub num.* 16. *vers. in casu autem isto, & num. seqq. lib.* 3. *Mantic. de coniect. lib.* 7. *tit.* 2. *num.* 8. *vers. illud verò Peregr. decis.* 96. *nu.* 7. *vers. quinto decisum fuit, Rot. pænes Vrgellen. decis.* 213. *num.* 9. *vers. non tamen, & seqq. & in recent. decis.* 518. *num.* 2. *vers, moti sunt, & decis.* 421. *num.* 7. *vers. fideicommissum enim vniuersale par.* 5. Et clarè patet ex lectura testamenti, in quo testatrix præmisis nonuullis legatis, & cuiusdam eius crediti declaratione, quæ augetur etiam ex alio credito dòtis propriæ, ac maternæ, de quibus apparent publica instrumẽ-
36 ta in processu producta † institutoq; Francisco eius nepote vniuersaliter in omnibus bonis mobilibus, & immobilibus, iuribus, & actionibus substituit demum in bonis stabilibus specialiter d. Cõgregationem, vt fuit etiã animaduersũ in *Rom. seu Neap. hæred. de Proyda* 19. *Ianuar.* 1633. *coram Coccin. in recent. decis.* 171. *num.* 10. *vers. fuit insuper consideratum, & seq. p.* 6.
37 Ideò non potest ex eo regulariter detrahi legitima nisi in subsidium, quatenus scilicet ex alijs bonis hæreditatis portio debita filio suppleri non valeat *Castr. cons.* 247. *in causa, quæ vertitur Saonæ sub num.* 4. *vers. sed quando lib.* 1. *Peregr. de fideicom. art.* 4. *sub num.* 34. *vers. tertio quia, Rot. decis.* 113. *num.* 4. *vers. quantum ad quartum par.* 2. *diuers. & decis.* 185. *num.* 14. *vers. legitima verò, ac seq. par.* 5. *& decis.* 301. *nu.* 10. *vers. & cũ simus in fideicommisso particulari par.* 6. *recent. & pænes Vrgellen. decis.* 39. *num.* 4. *uers. secundo opponebatur, & seqq. & Buratt. decis.* 693. *num.* 10. *uers. hinc etiam cessat exceptio, ubi Add. referunt concordi.* In hoc autẽ casu nullatenus est detra-
38 henda, quia† Franciscus hæres grauatus nullũ confecit, (quod cõstet) inuentariũ hęreditatis, ac proindè, vel resultat aduersus eũ præsũptio quòd bona hęreditatis suppeterẽt pro satisfactione legatorũ, ac fideicõmissorũ particulariũ, vt fuit dictum in *Maceraten. legitim. corã b. m. Card. Vbald. in recen. decis.* 67. *num.* 2. *uers. & dum Philippus, & decis.* 163. *num.* 1. *uers. quæ ob solam, ac decis.* 309. *num.* 3. *uers. & tunc certa est conclusio, & prius decis.* 185. *num.* 15. *uers. & quidem par.* 5.
39 seu † (veriùs) licet defecerint, ille tamen ex proprijs bonis ea supplere, atque integrè tenebatur præstare, qui legis beneficium contempsit *iux. tex. in l. fin. §. sin uerò postquam, C. de iur. deliber. & in auth. de hæred. & Falcid. §. hinc nobis uers. si uerò non fecerit inuentarium, Castr. cons.* 186. *dubium facit sub num.* 1. *uers. sed aduertendum est, & cons.* 188. *quia dubia supra firmata sub num.* 2. *uers. aut quæritur an possit eam deducere aduersus singula-*

D 2 *res,*

res, & infr. uers. sed quantum ad legata particularia lib. 2. Lud. Bolognin. in Add. ad cons. Io: de Annan. 61. sub num. 4. uers. aut secundo quæritur Peregr. de fideic. art. 33. sub num. 48. uers. iure autem nouo. Rot. penes bo. mem. Comitul. decis. 95. nu. 7. uers. conuincitur adesse utrumq; & san. m. Greg. decis. 511. n. 29. vers. quia alias, & penes Bura. dec. 693. n. 9. ver. & ideò, & in recent. dec. 31. num. 4. vers. & ratio fuit, & decis. 77. num. 2. uers. quoniam hoc non procedit par. 5. & decis. 88. num. 23. uers. iure autem nouo par. 7. & nuper in Bonon. fideicom. seu domus 30. Apr. 1646. coram R.P.D. meo Bichio in §. hoc proposito.

40 Trebellianica† verò de fideicommisso particulari non detrahitur, sed de vniuersali, l. mulier §. fin. l. ita tamen, §. Trebellianum Senatusconsultum, & d. l. cogi, §. & generaliter, & §. sed & si miles. ff. ad Trebell. & no. DD. in rubr. eiusdem tit. Bart. in l. si quis seruum, §. fin. sub num. 2. uers. siue ergo. ff. de leg. 2. Paris. cons. 43. num. 45. uers. ad tertium lib. 3. Soc. iun. d. cons. 49. num. 13. uers. & tangendo substantiam lib. 3. Peregr. de fideic. art. 3. num. 13. uers. Trebellianica itaq; &c. & seq. Rota decis. 313. num. 2. uers. tum etiam quia, & seq. par. 2. diuers. & penes Vrgellen. d. decis. 39. nu. 4. uers. secundo opponebatur, & in recent. decis. 182. sub num. 2. uers. item etiam par. 2. & decis. 171. n. 10.

41 uers. fuit insuper consideratum par. 6. † eoq; minus aduersus Ecclesiam, vel piam causam substitutam per tex. in l. si quis ad declinandum in fin. C. de Episc. & Cler. & in auth. similiter. C. ad l. falcid. in quibus locis id notant communitèr DD. & in l. Marcellus in fin. princ. uers. quod autem ff. ad Trebell. & in cap. 1. de testam. in 6. Rom. cons. 206. num. 7. uers. nec præmisse Mantic. de coniect. lib. 4. tit. 5. art. 6. num. 5. uers. amplius dic. Peregr. de fideic. d. ar. 3. sub num. 62. uers. unde infertur, & seq. Honded. cons. 64. num. 66. uers. Trebellianicæ autem detractio lib. 1. Rot. decis. 373. num. 6. uers. & propterea, & seq. par. 2. & decis. 27. nu. 11. uers. quo autem ad Trebellianicam, & decis. 83. nu. 5. uers. nec potest opponi p. 6. recen. & penes Coccin. dec. 210. per tot. & decis. 271. n. 2. uers. satis est, & alibi.

42 Creditis demum, ac legatis per hæredem solutis, & expensis factis (præter quod respectiuè impugnantur à patre) eadem obstat replicatio ex inuentarij omissione resultans, quòd nempè, vel ex alijs hæreditarijs bonis ille satisfecerit sibi, vt fuit consideratum in Bononien. fideicom. de Clauarinis 23. Iunij 1636. coram R.P.D. meo Ghisilierio in recent. decis. 164. nu.

43 6. uers. adeont legata, & debita par. 7. † Vel de proprijs etiam fideicommissa particularia præstare debeat, vt dictum est, Castr. d. cons. 186. num. 1. uers. nunc ad propositum, et infr. uers. & propterea ista lib. 2. & in l. ita tamen, §. si ex Trebelliano num. 2. uers. sed quid si hæres ff. ad S.C. Trebell. Peregr. de fideic. d. art. 33. sub d. num. 48. uers. iure autem nouo. Rot. d. decis. 31. num. 4. uers. quia cum Honuphrius par. 5. recent. & in d. Bononien. fideicom. seu domus coram R.P.D. meo Bichio, in §. pariterq; & seq. & alijs præcitatis.

44 Quare hæc quoque exceptio, aut prorsus eliditur, aut dubia redditur, ita vt petitam immissionem impedire non valeat, vt fuit resolutum in bononien. fideic. de Turre 5. Iunij 1639. apud Vrgellen. d. decis. 39. & in Roman. de Marescot. 7. Maij 1629. coram eod. in recent. decis. 275. num. 2. uers. & ratio resolutionis fuit, ac seq. par. 5. & in d. Bonon. fideic. de Clauar. 23. Ianuarij 1636. coram R.P.D. meo Ghisilerio, decis. 88. nu. 23. uers. quo uerò ad Alexandrum iuniorem, & seqq. par. 7. recent.

Atque ita fuit resolutum vtraque parte informante, &c.

R.P.D. LEONE VEROSPIO.

Auenionen̄ Fideicommissi.

Lunæ 4. Februarij 1647.

ARGVMENTVM.

Remissoria solet à Rota denegari, quando articuli sunt irreleuantes, quando autem articuli dicantur irreleuantes nonnulla deducuntur. Donatio facta Patri stipulanti pro se, & hæredibus, non deuenit ad filios, nisi fuerint Patris hæredes, etiamsi donatio facta fuerit contemplatione certi, & determinati matrimonij, & soluuntur obiectiones in contrariũ.

SVMMARIVM.

1. *Remissoria est deneganda, quando articuli sunt irreleuantes.*
2. *Remissoria solet denegari à Rota ex defectu irreleuantiæ articulorum.*
3. *Pronepos non cõprahenditur sub vocatione liberorũ.*
4. *Donatio recepta à donatario pro se, & hæredibus sanguinis non includit filios nisi sint hæredes donatarij, & num. 11.*
5. *Donatio recepta a Donatario pro se, & hæredibus, res donata habetur à donatario non autẽ à donãte.*
6. *Emphiteusis facta Patri, & filijs admitti debent filij tamquam filij.*
7. *Emphiteusis facta Patri, & filijs, censetur filijs quæsitum dominium rei emphiteuticæ.*
8. *Emphiteusis cõcessa soli patri recipienti pro se, & filijs, nõ admittũtur filij, nisi fuerint hæredes Patris.*
9. *Et hanc distinctionem æquitati innixam, ac in praxi recipiendam attestatur.*
10. *Donatio à patre stipulata pro se, & filijs, pro filijs vti hæredibus recepta præsumitur.*
11. *Donatio stipulata à patre pro se, & hæredibus non deuenit ad filios, nisi fuerint patris hæredes.*
12. *Donatio quando facta fuit Patri contemplatione certi, & determinati matrimonij censetur ius quæsitum filijs, tamquam filijs & non tamquam hæredibus contra. num. 15.*
13. *Donatio facta contemplatione certi, & determinati matrimonij, dicitur irreuocabilis respectu donãtis.*
14. *per Donationem facta Patri contemplatione certi, & determinati matrimonij dicitur ius quæsitum filijs ad impediendam alienationem.*
15. *Dnatio facta Patri contemplatione certi, & determinati matrimonij, non deuenit ad filios, nisi fuerint Patris hæredes.*
16. *ex Matrimonij causa non benè infertur ad stipulationem pro filijs, vt filijs, non autem tamquam hæredibus.*
17. *Articuli quando dicantur irreleuantes in materia donationis.*

Clau-

18 *Clausula, pro successoribus quibuscumque, comprӕhendit etiam extraneos.*
19 *Verba quando sunt clara non est admittenda credulitas, & communis reputatio.*
20 *Declaratio, seu reputatio erronea non attenditur.*
21 *Articuli dicuntur irreleuantes, quando parti non sunt prӕiudiciales. & num. 23.*
22 *Filij in conditione positi an censeantur dispositiuè vocati ex coniecturis deducitur.*

DECISIO XIII.

EXCLVSO fideicōmisso in Castro S. Tronquetti per stipulationem Notarij pro *hӕredibus, & successoribus quibuscūq;* receptā, & ex pluribus alijs coniecturis in prӕterita decisione deductis corā me *sub die* 10. *Apr.* 1646. *prӕteriti:* Petrus de Pol Pronepos donantis, vt ostē dere donationē ad hӕredes saguinis fuisse restrictam, & in ea idcircò se tantum comprehensum, non autem Catherinam aduersariam vti extraneam instetit pro remissoria, articulando, quod verbum *Hoirs* adiectum in stipulatione per donatarium solum in hӕredibus sanguinis verificetur, tum ex generali stylo Ciuitatis Auenioneñ, tum ex particulari consuetudine Notarij, qui instrumentū donationis confecerat, verbum verò *Hertiers*
1 *extraneos etiam hӕredes includat.* Eam tamen hodie Domini denegarunt tanquam irreleuantem iuxta dispositionem *tex. in l. ad probationem; & per gloss. ibi in verbo non conuenit ff. de probat. & in cap. cum contingat in verbo nihilomi-*
2 *nus de officio delegati*, † prout alias ex hoc eodem fundamento pluriès denegauit hoc Tribunal, vt coram *Cӕsare de Grassis decis.* 1. *&* 2. *de dilation. coram Mohed. decis.* 1. *num.* 6. *de probat. coram Veral. decis.* 66. *num.* 1. *& decis.* 68. *num.* 2. *par.* 3. *& coram Greg. decis.* 122.

Hӕc autem irreleuantia ex eo cōcluditur, quod in instrumento donationis, certӕ, ac
3 determinatӕ personӕ vocantur † à donante, Ioannes videlicet, ac filij ab eodem eligendi, eisq; deficientibus sine liberis, Gabriel eiusdem Frater si viueret sin minus ipsius liberi, sub qua vocatione comprӕhendi non poterit Petrus donantis pronepos, *ex deductis in deci-*
4 *sione prӕterita,* nec etiam includi in donatione recepta à donatario pro se, & hӕredibus, licet sanguinis, dum non est hӕres donatarij, à
5 quo † rem donatam habere censetur, non autem à donante, vt declarat *Fontanell. de pact. nuptial. clausula* 4. *gloss.* 9. *par.* 1. *num.* 10. distin-
6 guendo † inter emphiteusim patri factam, & filijs, & soli patri concessam, recipienti pro se, & filijs, vt primo casu admitti debeant
7 filij, tamquam filij, quibus idcircò quӕsitum censeatur dominium rei emphiteudicӕ; Al-
8 tero † verò casu secus, nec admittantur, nisi fuerint hӕredes patris, quam distinctionem ponderat *Dec. cons.* 210. *num.* 4. *&* 5. *Soccin. iun. cons.* 88. *num.* 5. *in fine cum seqq. lib.* 2. *Ludouic. Bell. cons.* 45. *num.* 2. *&* 3. *Surd. decis.* 324. *nu.* 6.
9 *Hodierna ad eund. in decis.* 322. *num.* 2. † vbi ӕquitati innixam, ac in praxi recipiendam attestatur, *Rot. coram Buratt. decis.* 861. *numer.* 4. *&* 8. & in dubio, quod donatio à patre stipulata pro se, & filijs, pro filijs, vti hӕredibus re-
10 cepta † prӕsumatur, notat *gloss. in l. si tibi decem, §. si pactus, in verbo proderit circa finem, vbi etiam Bartol. numer.* 8. *Angel. numer.* 2. *ff. de Pact. idem Bart. in l. quod dicitur ff. de verb. oblig. Ias. nu.* 27. *Alciat. num.* 28. *Menoch. cons.* 255. *numer.* 17. & plures alij adducti *per Alciat. de prӕsum. reg.* 1.
11 *prӕsum.* 31. *num.* 1. *cum seqq.* † & quoties in stipulatione hęredum etiam nomen exprimitur (prout hoc casu contingit,) vt admitti non possint filij, nisi fuerint etiam patris hӕredes tradit *Bart. in l. vt iusiurandum §. si liberi num.* 3. *ff. de oper. liber.* per *tex. in §. emphyteusim Auth. de non alienan. Iason. in l.* 2. *C. de iure emph. num.* 188. & plures alij adducti per *Peregr. de fideicomm. art.* 32. *num.* 14. *&* 15. *Clar. in §. emphyteusis quӕst.* 16. *nu.* 2. *quӕst.* 37. *pariter num.* 2. *& in §. feudum num.* 3. *circa finem,* & de communi testatur *Criuell. dec.* 18. *num.* 11. *vers. contrariam opinionem.*

12 Non obstat, † quod donatio controuersa contemplatione certi, ac determinati matrimonij facta fuerit, quo casu filijs censeri ius quӕsitum tamquam filijs, non autem tamquam hӕredibus, tradit *Ioannes Franc. à Ponte cons.* 80. *num.* 11. *&* 16. & alij adducti per *Addit. ad decis. Buratt.* 861. *& in Romana diuisionis* 10. *Iunij* 1641. *coram R.P.D. meo Cerro in §. immò*
13 *nec alia capi debet.* † Quia cōclusio procedit ad effectum, vt irreuocabilis dicatur donatio respectu donantis, & sic debet intelligi, † vt fue-
14 rit † ius quӕsitum filijs ad impediendam alie-
15 nationem, † non tamen si patris hӕredes non extiterint, itaut tunc admitti non debeant, vt declarat idem *Ioannes Franc. à Ponte eodem nu.* 16. *Ludou. Bell. cons.* 118. *num.* 13. *Capic. Latro consult.* 79. *nu.* 54. *Ricc. in collectan decisionum* 3948. *in §. vanissima mihi semper est visa, Rot. in Romana fideicommissi de Incoronatis* 5. *Martij* 1640. *corā*
16 *bo. mem. Pirouano in §. tertius est casus*, † vbi prӕterea concludit, quod non benè inferatur ex causa matrimonij ad stipulationem pro filijs, vt filijs, non autem tamquam hӕredibus.

17 Hinc verò dignoscitur † irreleuantia probationis articulatӕ, dum à donante in substantia donationis non fuerunt nominati hӕredes, sed solum in stipulatione donatarij, quę ad hunc effectum non attenditur, *vt fuit supe-*
18 *rius ostensum,* † & fortius demonstratur ex subsequentibus verbis stipulationis, *pro successoribus quibuscumque* extraneorum inclusiuis in hac materia indifferenti, vt respondit *Rot. coram Mant. decis.* 18. *num.* 5. *& decis.* 587. *num.* 2. *&* 3. *par.* 1. *&* 251. *num.* 6. *par.* 5. *recent. & in Portuen. stagni* 13. *Iunij* 1646. & in alijs *in prӕterita decisione deductis coram me sub die* 30. *Aprilis*
19 1646. *in §. tum etiam.* † Quӕ sanè verba tamquam clara excludunt irreleuantiam articulatӕ credulitatis pluries factӕ per Ioannem, ac Gabrielem circa donationem Castri controuersam, quod illa extraneos non include-
20 ret, sed restringeretur ad suos, † cum talis declaratio, seu reputatio non attendatur tam-
21 quam erronea, † nec illorum hӕredibus prӕiudicialis existat *l.* 1. *C. de falsa causa adiecta, l. non probatur ff. de confessis l. si post diuisionem C. de iur.*

iur. & fac. ignor. Rot. decis. 209. num. 12. par. 1. & 320. num. 7. par. 5. recent.

Et demũ articulata materia Dominis reddi visa fuit irreleuans ex pluribus coniecturis ponderatis *in decisione præterita coram me emana-*
22 *ta sub 30. Aprilis 1646.* † quæ efficaciter suadent, filios Gabrielis in conditione positos non esse dispositiuè vocatos, & adhuc rema-
23 nent † in suo robore, licet articulata probatio iustificaretur exaduerso.

Et ita vtraque, &c.

Decisio hæc emanata in eadem causa sub die 30. Aprilis 1646. coram eodem R. P. D. Leone Verospio est in præcedenti part. 9. recentiorum tom. 2. decis. 401.

Altera decisio pariter in eadem causa facta coram eodem R. P. D. Verospio sub die 27. Ianuarij 1645. habetur pariter in præcedenti par. 9. tom. 2. decis. 327.

R. P. D. BICHIO.

Beneuentana Canonicatus.

Veneris 8. Februarij 1647.

ARGVMENTVM.

Beneficiorũ resignationes debent infra sex menses publicari iuxta Gregorianam Constitutionem; si tamen publicatio facta fuit in termino aliorum trium mensium per gratiosam Papæ restitutionem ad publicandum cõcesso, perindè est, ac si in primis sex mensibus secuta fuisset, an autem lite pendente emanari possit dicta prorogatio absque eo, quòd in gratia nulla fiat mentio de lite latissimè tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Possessio capta authoritate Iudicis est manutenibilis.*
2 *Manutentio etiam conceditur in concursu anterioris possessoris, qui fuit eiectus à possessione ex facto Iudicis.*
3 *Litteræ Apostolicæ postquam fuerunt iustificatæ habent executionem paratam.*
4 *Litteræ Apostolicæ sortiuntur executionem ad instar,* leg. fin. C. ædit. Diu. Adr. tollen. *ex interdicto adipiscendæ.*
5 *Resignatio facta in manibus Papæ, probatur ex litteris ipsius resignationis.*
6 *Præsbyteratus probatur ex litteris patentibus Ordinarij.*
7 *Valor Beneficij ex quibus sufficienter probatus resultet.*
8 *Narratiua valoris Beneficij, per non excessum, non requirit exactissimas probationes.*
9 *Resignans docet de titulo sui beneficij resignati per collationem de dicto beneficio in ipsum factam.*
10 *Possessor triennalis in beneficialibus non eget alia iustificatione tituli.*
11 *Possessio triennalis constat ex instrumento captæ possessionis.*
12 *Possessio præsumitur continuata, non docto de alterius successiua possessione.*
13 *Publicatio resignationis beneficij debet fieri infra sex menses iuxta constitutionem Gregorianam.*
14 *Publicatio resignationis beneficij facta in termino prorogato ad publicandum, perindè est, ac si intra terminum requisitum facta fuisset.*
15 *Gratia dicitur subreptitia quãdo in ea non fuit facta mentio de lite pendente super beneficio.*
16 *Lite pendente emanare non debent sacræ iussiones.*
17 *Papa in conferendis beneficijs non præsumitur velle præiudicare liti, & iuri in ea quæsito alteri colligitanti, dummodo in gratia non fuit expressum.*
18 *Resignatario ob non factam publicationem in tempore non acquiritur actio ad assequendum beneficium, declara vt hic.*
19 *Reus possessor debet absolui ex non iure actoris.*
20 *Resignatario beneficij ob non factam publicationem Resignationis in tempore fit præiudicium considerabile.*
21 *Actor non habens ius in beneficio de quo litigat contra possessorem, an possit denuò impetrare ius, per quam impetrationem adiudicandum ei esset beneficium.*
22 *Impetratio beneficij de nouo quando non sit prohibita.*
23 *Publicatio est pars resignationis.*
24 *Publicationis exceptio non habet opus speciali oppositione, & quare.*
25 *Exceptio, quæ inest obligationi, non indiget oppositione.*
26 *Oppositio facta quandocunque retrotrahatur ad initium litis.*
27 *Expressio litis pendentiæ necessaria est in impetratione beneficij, licèt non impetretur ius in iudicium deductum.*
28 *Impetratio beneficij facta lite pendente cedit in præiudicium iuris alterius Litigatoris.*
29 *Mentio litis in gratia Apostolica reualidatoria non requiritur, quando facta fuit in gratia principali.*
30 *Mentio litis non est necessaria in secunda gratia Apostolica, quando non agitur de canonizando, sed de coadiuuanda prima, aliquo defectu laborante.*
31 *Mentio litis facta in litteris resignationis refertur ad litem tunc existentem, & non potest referri ad litem postea motam.*
32 *Lis vna dicitur diuersa ab alia, tàm respectu actionis, quàm personarum.*
33 *Gratia restitutionis obtenta tempore quo fuit in actis specificè oppositum de non publicatione requirit mentionem litis pendentiæ.*
Secùs quando non fuit oppositum. num. seq.
35 *Gratia obtenta de nouo quando requirat mentionem litis vertentis super beneficio.*
36 *Impetrare aliquod ius à Sede Apostolica lite pendente an sit prohibitum.*
37 *Papa non se retraxisset à concessione gratiæ etiam si litem sciuisset, cessante tamen præiudicio.*
38 *Papa non se retraxisset à concessione gratiæ, quando non impetratur ius iam in iudicium deductum.*
39 *in Gratia Apostolica superueniente ad hoc, vt de lite sit facienda mentio quid sit necessarium.*
40 *per Publicationis restitutionem non potest dici impetratum ius in iudicium deductum.*
41 *Publicationis exceptio in quacumque parte iudicij opponi potest.*
42 *Exceptiones sunt opponendæ in specie, non autem in genere.*
43 *Publicationis exceptio post obtentam restitutionem dicitur intempestiua, & non potest retrotrahi.*

Bene-

DECISIO XIV.

LITI, quæ pendebat super Ecclesia Parrochiali S.Pauline inter Thomam Toffinum, & Ioannem Zottum dedit finem concordia, in cuius executionem Toffinus Canonicatum de quo agitur resignauit in manibus Sanctissimi ad fauorem Petri Peschi, qui litteras Apostolicas, seu prouisionis cum narratiua dictæ litis, & valoris per non excessum in ducatis 60. expediri obtinuit.

Sed alia postmodũ exorta lis, nam Peschus super executione dictorum litterarum iudicium instruxit coram A. C. contra Antoninum Bernallum electum à Capitulo Ecclesiæ Collegiatæ S.Ioannis Terræ Montis Fisculi ad eumdem Canonicatum tanquam vacantem, ex quo Toffinus antiquus illius possessor assecutus esset Ecclesiam Parrochialem incompatibilem, & in possessionem immissum in quo iudicio reportauit demum sententiam fauorabilem eiusque vigore possessionem Canonicatus accepit expulso Bernallo, cui tamen in gradu appellationis coram me interpositæ à dicta sentẽtia ob illius iniustitiam Rota censuit, disputato desuper particulari dubio per contradictas sub die 14. Maij 1646. ex rationibus in decisione tunc extensa deductis dandũ esse mandatum de manutenendo, quo non longè post decreto, ac expedito comparuit Peschus pariter coram me processum per cõtradictas impugnans, & petens iterum disputari cui sit dandum mãdatum de manutenendo, vndè annuente Rota idem dubium hodie proposui, & Domini dixerunt Pescho dandum esse mandatum de manutenendo.

1 Eius enim possessio † non negatur, & tanquam capta authoritate Iudicis manutenibilis est, *l. iuste possidet, ff. acq. possess. Caualer. decis. 42.*
2 *num. 1.* etiam † in concursu possessionis anterioris Bernalli, quia ab ea ille fuit eiectus facto Iudicis ritè, & rectè procedentis, *l. clam. possidere, §. qui ad nundinas, ff. acq. poss. Angel. in l. qui vniuersas 30. §. item cum prætor, ff. eod. Seraph. decis. 1325. num. 1. Rot. diuers. decis. 641. nu. 1. part. 1.* Siquidem debuit Iudex concedere immissio-
3 nem Pescho prouiso Apostolico, cum † litteræ Apostolicæ post quam fuerunt iustificatæ habeant executionem paratam, *cap. si quando de rescript. cap. si Capitulo cum gloss. in verb. exequatur*
4 *de concess. præben. in 6.* † illamque sortiantur ad instar, *l. fin. l. C. edict. Diu. Adr. tollen.* ex interdicto adipiscende, *Vitalin. in Clem. 1. num. 68. de caus. poss. & propr. Menoch. de adipiscen. remed. 6. num. 35. Bald. in l. 2. num. 65. C. seruit. & aqu. Rot. coram S.M. Greg. XV. decis. 335. num. 15. decis. 69. num. 1. inter impress. apud Modernum de manutenen.*

Iustificatio autem omnium narratorum in litteris Apostolici Peschi visa est patens,
5 quia † resignatio facta in manibus Papæ probatur ex litteris ipsius resignationis, vt dixit *Rot. in decis. 157. num. 1. coram S.M. Gregor. XV.*
6 Præsbyteratum † Peschi probant litteræ patentes Ordinarij, *Felin. in cap. post cessionem nu. 3. & 15. de probat. Coccin. decis. 164. num. 1. Rot. decis. 158. nu. 4. part. 1. recent.* Quod ille sit oriundus è Terra Montis Fusculi deponunt tres testes, & defectus probationis valoris narrati, tituli siue triennalis possessionis Toffini resignanti, ac publicationis resignationis in tempore alias oppositus à Bernallo super quo nititur prima decisio ipsi fauorabilis minus sub-
7 sistens hodie detegitur; nam † de valore deponunt tres testes, & signãter primus per non excessum, & consonant aliæ duæ antecedentes prouisiones Apostolicæ, cum simili expressione valoris ex quibus saltem simul iunctis resultat sufficiens probatio, *Rot. coram bon. mem. Buratt. decis. 303. num. 6. decis. 202. numer. 8. part. 4. tom. 1. recent. & in Argentinæ Canonicatus*
8 *22. Iunij 1622. coram Nauarro*; † præsertim quia narratiua valoris per non excessum, non requirit exactissimas probationes, *Garz. de benef. part. 5. cap. 3. num. 198. Caualer. decis. 533. num. 6. & decis. 596. num. 1.*
9 De titulo Toffini † resignãtis docetur ex collatione huius Canonicatus illi alias facta, vt in
10 *Summ. num. 7.* † nec eget ex parte resignatarij alia iustificatione cum Toffinus fuerit triennalis possessor, *Acchil. decis. 14. num. 3. & seqq de probat. Caputaqu. decis. 27. num. 3. part. 1. Seraph. decis. 316. num. 2. Rot. decis. 51. num. 13. part. 7. re-*
11 *cent.* † vt constat ex publico instrumento possessionis captæ de anno 1639. ad *text. in l. præ-*
12 *dia, ff. acq. possess. l. non idcircò, C. fid. instr.* † quæ præsumitur continuata vsque ad tempus resignationis non docto de alterius successiua possessione, *Archidiac. in cap. Pontifices numer. 7. quæst. 1. Roman. cons. 329. num. 12. Alex. consil. 33. nu. 3. lib. 1. Paris. de resign. lib. 13. quæst. 5. nu. 115. Rot. coram S.M. Gregor. XV. decis. 166. num. 9. & decis. 307. vbi adden. num. 24.*

Tandem constat in actis de resignationis
13 publicatione † quæ quamuis fuerit omissa infra sex menses præfixos in Constitutione
14 Gregoriana, † quia facta fuit in termino aliorum trium mensium per gratiosam Papæ restitutionem ad publicandũ concesso suffragatur perindè, ac si in primis sex mensibus secuta fuisset, *Rebuf. in prax. benefic. tit. de public. resign. glos. 13. nu. 15. Paris. de resign. lib. 11. qu. 7. num. 68. vers. limita 2. & nu. seqq. Mant. decis. 113. nu. 1. Rot. in Burgen. Canonicatus 19. Ianuarij 1598. coram clar. mem. Cadin. Hieronymo Pamphilio impress. penes Marches. de commiss. part. 1. fol. 369. & inter recent. decis. 91. num. 8. tom. 2. decis. 63. nu. 12. part. 6.*

Ve-

Verum, quia in gratia restitutionis ad pu-
15 blicandum facta † non fuit mentio litis tunc pendentis inter ipsum Peschum,&Bernallum coram A.C. super executione litterarum Apostolicarum ab eodem Pescho prius introductæ; disceptatum acriter fuit, an gratia esset subreptitia, & pro affirmatiua adducebatur decisio *in Cappellaniæ 16. Februarij 1598. coram clar.mem.Hieronymo Cardinali Pamphilio*,quę loquitur in ipsissimis terminis eamque refert, & sequitur *Garz.de benefic.part.11.cap.3.nu.304.*
16 nam † lite pendente emanare non debent sacræ iussiones, *l.Diuus Pius, ff. pet. hæredit. glos.in*
17 *cap. verb. deferre vt lit. pend.* & † si Papa litem sciuisset forsan non concessisset cum non pręsumatur velle præiudicare liti, & iuri in ea quæsito alteri collitiganti, quando id non expressit, vt probat *text. in cap. fin. vt lit. pend. & in cap. fin. de const. notat. Cardin. quæst.6. Imol. sub num.10. vers.& sic prædictis. Aret. num.7. vers.per textum*, & tradit *Cassad. decis.18.nu.6. de præben. Buratt. decis.779. num.10. Rot.in recent.decis.665. num.4. tom.2.*

Præiudicat autem gratia restitutionis Ber-
18 nallo collitiganti, quia licet ob non † factam publicationem in tempore non acquisiuerit actionem, acquisiuit tamen exceptionem,quę sibi proderat ad victoriam, & ad cōfouendum se in possessione beneficij aduersus Peschum actorem, cum eo non docentur de resignatione publica in tempore, vt tenebatur *Garz. de benefic. part.11. cap. 3. num.307. Rot.decis.361. num.2. part.2.recent. decis.278.num.2, coram S.M. Gregor.XV. decis.830.num.2.& 3. coram bon. mem.*
19 *Buratto*, † ipse Bernallus reus, & possessor deberet absolui ex non iure actoris, *Ioann. Andr. in cap.1. num.8. vt tit. pend. Lotther. de re benefic. lib.2. quæst.42. num.25. Cassad. decis. restit. spoliat.*
20 *Buratt. decis.737. num.1.* † Quodque hoc præiudicium sit considerabile voluit in puncto, *Bellam. decis.748. sub num.3. columm.3. vers. quid*
21 *dicendum*, vbi ait, † quod si noua gratia præiudicat reo quo ad possessionem, puta, quia actor non habens ius in beneficio de quo litigat cōtra possessorem impetret denuo ius per quam impetrationem adiudicandum sibi foret beneficium,& possessori possessio auferenda, prohibita est impetratio, nisi faciat men-
22 tionem de lite, sicuti è conuerso † non est prohibita, quando per eam non impeditur effectus litis respectu alicuius partis,nec etiam ex non iure, seu non interesse alterius, vt habetur in verbis finalibus dictæ decisionis.

Nec obstat quod tempore impetratæ restitutionis reus non excepisset coram A. C. de
23 non publicatione, † quia cum publicatio sit pars resignationis *Seraph. decision. 1309. num.1. Rot.dec,s.190. num.2. par.2.diuers. & in recent. decis.539. num.14. par.4. tom.3.* ideoque exceptio
24 non publicationis † inesset ipsi resignationi
25 non videtur opus speciali oppositione;† nam actio videtur proposita cum exceptione quæ inerat obligationi *Bart. in l. eum qui ita 56.§. qui ita stipulatur num.4.ff.uerb.oblig. & in l. lecta nu.21* vbi etiam *Bald.num.13. ff. si cert.pet. Butr. in cap. exceptionem num.15.uers. ex quo tamen de except. & ibid.Abb.nu.14.uers. & tunc aut inerat Imol.num.9. uersicul. item aduerte quia Burat.decision.* 151. *nu.7.*
26 & quandocunq; † fieret oppositio retrotraheretur ad initium litis, vt in proximis terminis *Sarnen. super rag. de annal.qu.5.num. primo & seq. Mandos. super reg.31.Cancell.quæst.11.nu.9. Cassad.*
27 *decis. 12. num. 11. super reg.* † Præter quod necessaria est expressio litis pendentię licet non impetratur ius in iudicium deductum si im-
28 petratur aliquis, † quod quantum ad ius cedit in præiudicium iuris alterius litigatoris *Oldrad. cons.299. sub nu. 5. uers. aut impetrat.* aliquid cum alijs allegandis infra *in §. ratio est.*

Prout, nec releuat, quod fuerit facta mentio litis in ipsa gratia principali resignationis, quia receptissima conclusio, quod non re-
29 quiritur † mentio litis in secunda gratia reualidatoria, quando facta fuit in prima gratia principali, vt tradit *Prob. ad Monach. in cap. cum in tua num. 14. uers. & pro huiusmodi de consuetud. in 6. Rebuff. in praxi tit. de reser. etiam & per inde valere num.47. Rot. decis.18. de præben. in nou. decis.708.nu.13. coram Buratt. & in Placentina Cappellaniæ 24. Iunij 1596. coram bon. mem. Penia ubi*
30 *sub nu. 2.* † hoc ampliatur, quando in secunda gratia non agitur de canonizanda, sed de coadiuuanda prima aliquo defectu laborante *impress. apud Marches. de commiss.par. prima*
31 *fol. 235.* non applicatur casui nostro † quo mentio litis facta in litteris resignationis refertur ad litem antea motam inter resignantem & Zottum, ac terminatam per concordiam, vt dicebam initio, nec potest referri ad hanc litem cum Bernallo, quæ tunc non ade-
32 rat motaque fuit longe post, † penitusque est diuersa ab alia,tam respectu actionis quam personarum, vt per *Guil. de Cuneo in l. item ad litem ff.procur. Vant. de nullit. ex defect.mand.n.98. add. ad decis.prim. num.4. de procur. innou. Grauat. ad Vestr. in prax. lib.4.cap. primo sub num. 37. Buratt.decis.229.num.2. & facit Afflict.dec.220.n.14.*

Sed his non obstantibus præualuit opinio negatiua distinguendo duos casus, alter est
33 quando † tempore obtentæ gratiæ restitutionis fuerat in actis specifice oppositum de non publicatione qui est casus decisionis in *Placentina Cappellaniæ coram Cardinali Hieronymo Pam-*
34 *philio exaduerso allegata*, † quando non fuit oppositum, quam distinctionem alias amplexa fuit *Rota in meten. Canonicatus 8. Martij 1619. coram bon.mem. Pirouano impress.par.4.recent.tom.2 dec.91. nu.9. & 10.* vbi declarando decisionem Cardinalis Pamphilij dictum fuit eam procedere in primo Casu, at in secundo, qui est noster necessariam non esse mentionem litis pendentię,& sequitur *Lotther. de re benefic.lib.2. quæst.51.num.26.*

35 Ratio est, quia non requiritur mentio litis in noua gratia, quando non cedit in præiudicium iuris alterius litigatoris *Oldr. cons. 299.*
36 *sub num.4.* † vbi dicit rationem, quia non est prohibendus aliquis lite pendente aliquod ius, seu rem impetrare, dum tamen fiat sine præiudicio iuris alieni *Corn.cons.17.nu.29. lib.2. Milis in repert. uerb. gratia impetrata lite pendente. Lotther. de re benef.lib.3.q.9.num.34. Rot. decis.75.*

in

in fin. de appellat. in antiq.decis.633. num.14. coram
37 *bon. mem. Cavaler. decis.670. nu.15. & 16.* † vbi additur quod cessante præiudicio, Papa non se retraxisset à concedendo etiam si litem sci-
38 uisset, *par.4. tom.3. recent.* † vel quando non impetratur ius, iam in iudicium deductum *Oldrad.d. cons.299. sub nu.5. uers. aut impetrat aliquid Lotther. de re benef.d.lib.2.quæst.51. sub n. 26. & lib.3.q.9. num.34. Aegid. decis.528. num.1. Put. decis.362. sub nu.8. uers. ad consilium Oldradi lib.3. in corr.Rot.dec.91.nu.10.* vbi quod ad hoc, vt de
39 lite sit facienda † mentio in gratia superueniente, oportet pendeat super eo quo cadit gratia directo vel in consequentiam, secus si super re diuersa *par.4.tom.2.recent.*

At semota oppositione partis de non facta
40 publicatione † dici non potest fuisse per restitutionem ad publicandum impetratum ius in
41 iudicium deductum,† nec facit quod in quacunqne patre Iudicij posset excipi de non publicatione, aut quod ab initio fuerint addu-
42 ctæ exceptiones generales, † quia exceptiones sunt opponendæ in specie, & nominatim non autem in genere *cap. ut circa de elect. in 6. clem. constitutione eod.tit. Gonz. super reg.8. glos.64. Vant. de nullit.cap.fin. num.29.Grat.discept.2.nu.36*
43 & † quatenus exciperetur post obtentam restitutionem ad publicandum intempestiua esset exceptio, & propter resistentiam intermediæ restitutionis non posset retrotrahi *Cur. Iun.cons.74.nu.8. & cons.76.n.5.Menoch.cons.546. n.4. & præsumpt.9.n.15.lib.2.Cost. de retrotrac.c.7. nu.3. & seqq. Monter.decis. Aragon.50.nu.21.*

Minus dici potest præiudicatum iuri Bernallo competenti siue respectu tituli, siue possessionis, quia esto, quod deficeret publicatio, non ideo ipsi prodesset titulus quem habet inferiori collatore tanquam de vacanti
44 per obitum resignantis † cum non facta publicatione beneficium non vacet per obitum
45 resignantis, † sed ob non publicationem & collatio sit reseruata ipsi Papæ, vt sunt verba clara Constitutionis felic. record. Greg. XIII. in ordine 85. inter eius impress. Bullar.tom.2. & fuit dictum *in Abu.en. beneficij 14.Ianu.1596. coram Card. Blanchetto in Mediolanen. Præpositura 28. Iunij 1589. coram Platto & in Leodien. Canonicatus S. Dionisij, 17. Maij 1624. coram Coccino impress.par.4.tom.3.recent. decis.539.num.15.* licet
46 secus dicendum esset si ex hoc capite haberet collationem à Papa in quibus terminis loquitur *Paris. de resi.lib.11.q.7.n.69. & 1.seqq. Barbos. de iur.Eccles.lib.3.cap.15. sub num.194.*
47 Cumque in eadem Constitutione Gregoriana §.8. adsit decretum irritans non meretur attendi præiudicium ex noua gratia resultans possessioni Bernalli, quia eadem possessio esset infecta à decreto irritanti dictæ constitutionis *Cresc. decis. 1. de caus. possess. & propr. Mant.dec.40.nu.8.Cocc.dec.51.n.4. add. ad S. mem. Greg.XV.decis.268.num.9.Lotther. de re benef.lib.2 q.46.nu.70.* & in puncto declarat *Aegid.Bellam. in exaduerso allegata decis. 748. col. 3. ad med. uers. exemplum,* ibi, *nec possessionem quia ob decretum in-*
48 *ficitur etiam possessio*; adeò † quod Papa per restitutionem ad publicandum nihil detraxit à Collitigante, sed impetratum fuit ius illud,
49 quod ipsi Papæ competebat, † id quod litis
50 pendentia non prohibet † cum interea vnicuique permissum sit ius suum meliorare *Paris.de resig. lib.2. q.3. n.34.uers. ratio quia, & seqq.*
51 *præter. Oldrad.* aliosquæ supra allegatos, † & passim huiusmodi restitutiones solent concedi, vt dixit *Rot. in Argentina Præpositura prima Iulij 1626. coram Cardinali Virili relata per adden. ad Buratt.dec.948.n,7.*

52 Atque hinc neque obstat quod restitutio non detur in præiudicium iuris tertio acquisiti iuxta *tex. in cap. quamuis in fin. de rescr. in 6.* & in specie tradit *Paris. de resign.lib.11.q.17. sub numer.136. in fin.Mant.decis.113.num.2.* quia vt re-
53 spondit *Lotther. de re benef.lib.2.q.51.n.26.*† hoc intelligitur de prę iudicio iuris radicati ex impetratione ob non publicationem, vel ex speciali oppositione facta in iudicio; non autem iuris inualidi, quod neque comprӕhenditur sub regula de *iur.quæsit. non tollen.Garz. de benef. par.4.cap.3.num.64. in fin.Rot.dec.492.nu.10.par.3 diuers.dec.369. nu.9. coram Greg. XV. dec. 280. & 333.num.2. coram Cardin.Caualer.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

REVERENDISS. P.D. CERRO
Sacræ Rotæ DECANO.
Ianueñ: fructuum Dotis.

Veneris 8. Februarij 1647.

ARGVMENTVM.

Appellatio redit attentatum quidquid postea, tàm ab appellato, quàm appellante gestum fuit, quia attentata dicuntur omnia gesta post inhibitionem iudicialem; inhibitio autem simplex seù extraiudicialis non afficit.

Attentata excluduntur ex diuersitate causarum, quandò autem causæ dicantur omninò diuersæ & independentes, ita vt gesta in vna, non pariant attentata in alterà clarissimè demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Attentata dicuntur, gesta post inhibitionem.*
2 *Appellationis renunciatio facit remanere illesum, & in suo robore, effectum sententiæ.*
3 *Appellare, & appellationi interpositæ renunciare paria sunt.*
4 *Appellatio reddit attentatum quidquid postea tàm ab appellato, quam appellante geritur declara vt num.9.*
5 *Inhibitio afficit tàm inhibitum, quam obtinentem declara vt num.7. & seqq.*
6 *Appellatio interposita ab vno ex Correis prodest etiam alteri & quare.*
8 *Inhibitio simplex, seù prouisio extraiudicialis habens dumtaxàt vim sequestri; nullam inducit litem.*
9 *Inhibitio simplex, seù prouisio extraiudicialis non impedit, quin obtinens pro suo credito possit in solutum recipere ab inhibito bona in inhibitione contenta.*

Ap-

DECISIO XV.

ITERVM DD. responderunt impedimenta à locis 50. Montis fidei, de quibus agitur, esse remouenda, eo potissimum fundamento
1 posito † in Inhibitione A. C., quæ reddit attentatam Cessionem postea factam, *ut in decisione sub die 29. Ianuarij 1646.*

Nec obstat, quod à dicta Inhibitione fuerit appellatum, & causa appellationis simpliciter commissa *hodierno Summario Marchionis n. 15.*

Quia appellatio interposita non fuit à D. Marchione Marcello ab Auria, qui impedimenta præstitit, sed à Io: Baptista eius filio deliberatario, qui postmodum recessit à lite, & loca de quibus agitur, præuio speciali Procuratore, Barbaræ Matri resignauit, & resignationem factam ratificauit *nouo Summario Barbaræ numero primo*; Cùm enim ex his videa-
2 tur appellationi interpositæ renunciasse, † effectus dictæ Inhibitionis remansit illesus, ac
3 in suo robore, † cum paria sint non appellare, vel appellationi interpositæ renunciare, *capit. cum sit Romana, & cap. sollicitudinem de appellat. Rota decis. prima ante num. tert. eodem titulo in nou. Caputaque decis. 177. num. 1. & 3. part. 3. Lancellot. de attent. par. 2. cap. 12. ampliat prima num. 21. cum alijs per bon. mem. Buratt. decis. 301. num. 17.* Et nihilominus supposita etiam appellatione dixerunt DD. impedimenta forè remouenda, tam-
4 quam pariter attentata, † cum ipsa quoque appellatio reddat attentatum, quid quid postea, tam ab Appellato, quàm ab Appellante geritur *cap. non solum de appell. in 6. Auth. hodie C. eodem Rota in Recent. decis. 296. num. 1. par. 6. & in Bononien. fideicommissi de Bologninis 15. Martij 1641. coram bonæ memor. Merlino.*

Nec subsistit, quod fuerit etiam attentata secunda Cessio eorumdem locorum montiũ facta ad fauorem Barbaræ matris, ne dum ob
5 prædictam † Inhibitionem, quæ tam inhibitum, quam obtinentem afficit *iuxt. decis. Cassad. 6. num. 1. super regul.* sed etiam ob præfatam
6 appellationem, † quæ licet interposita à Ioan. Baptista prodest tamen etiam Marchioni Patri alteri ex Correis, cum causa defensionis sit eadem in vtroque, *cap. una sententia de appell. l. si quis separatam §. final. ff. eod. & l. minoribus ubi Ias. in 3. notab. C. de ijs quibus, uti Indign. cum alijs per Rotam post tract. de salu. interdict. dec. 298. n. 12.*

Quia quantum attinet ad Inhibitionem su-
7 perius allegata possent procedere si ageretur Inhibitione Iudiciali concessa in Causa liti-
8 giosa, & iam instructa, secus † autem vbi agitur, prout hic, de simplici Inhibitione, seu Prouisione extraiudiciali habente dumtaxat vim sequestri, hæc enim cum nullam inducat litem, *Lancell. p. 2. cap. 4. nu. 210. Carocc. de sequestr. p. 4. qu. 13. fol. 248. Grat. discept. forens. c. 906.*
9 *num. 23.* † non afficit obtinentem nec impedit quin ipse pro suo credito possit in solutum recipere ab inhibito bona in Inhibitione contenta, vt ad nostrum propositum explicat *Natt. cons. 2. num. 1. 2. & 3. ac per tot. lib. 1.* Prætensa verò appellatio non est attendenda in præiudicium Barbaræ dum in termino bien-
10 nij, † & integri quatrennij prosequuta non fuit, sed elapsis fatalibus remansit deserta per
11 inde, † ac si nunquam fuisset interposita, *l. tempora, & l. per hanc C. de tempor. & reparat. appell. Bald. in l. cum anterioribus C. eod. Io. Andr. in cap. licet de sent. excomm. in 6. Rota decis. prima sub num. 3. ibique Add. num. 5. de appell. in nou. Lancellott. ubi supra par. 2. dicto cap. 12. ampl. prima numer. 12. Afflict. decision. 78. sub num. 2. uers. Item quia est Regia Pragmatica bo. mem. Buratt. d. dec. 301. num. 16.*

Prout minus dici potest Isabellam de Franchis attentasse consentiendo dictæ resignationi factæ ad fauorem Barbaræ non citato, nec vocato Marchione, dum inter ipsam, & eundem Marchionem super dictis locis Montium pendet lis coram Reuerendissimo D. meo Decano.

Quia cum dicta lis agatur super realitate Crediti Marchionis pro substinenda deliberatione facta ad fauorem Io. Baptistæ, consensus verò præstitus fuerit ab Isabella ad effectũ remouendi sequestrum, quod licet impetratum nedum super fructibus, vt deducitur in altera decisione, sed etiam super sorte principali dd. locorum Montium, nihilominus semper remanet penitus diuersa, nec primario vel secundario influit ad præfatum consen-
12 sum, † ex diuersitate enim causarum excluduntur attentata, *ut præter allegatos in dicta decisione dixit Rota coram Cardinale Mantic. decis. 322. num. 13. & 14. in Romana Domus 8. Maij 1616. coram Card. Sacrato, & 26. Martij 1618. coram bo. mem. Andrea relat. per Add. ad San. mem. Greg. XV. decis. 345. num. 6.*

13 Nec releuat, † quod ad istum effectum lis trahatur etiam ad annexa, & connexa, *ut dictum fuit in Barchinonen. Iurisdictionis 18. Iunij 1640. coram Eminentissimo D. Cardinali Panzirolo, & in Cesaraugustana distributionum, seu Attentatorum 26. Iun. 1645. coram me.*

14 Placuit enim responsio, † quod hoc posset procedere si præfatus Consensus aliquam haberet dependentiam, & connexitatem cum antedicta lite, in quibus terminis loquitur decisio *Barchinon. iurisdictionis coram Eminentissi-*
15 *mo D. Cardinal. Panzirolo*, † Vel si ius, & prætensio sequestri implicitè saltem, & indirectè in eà deducta fuisset, vt explicat dicta decisio
16 *Cesaraugustana distributionum*; † Contrarium vero

ro dicendum est vbi, prout hic, nec vllam dependentiam, aut connexitatem habet, nec in lite peracta coram Reuerendiss. D. meo Decano vllo vnquam modo, siuè explicito,
17 siuè implicito Ius sequestri deductum † fuit, tunc enim causæ dicuntur omninò diuersæ, & independentes, ità vt gesta in vna non pariant attentata in altera *ad trad. per Lancell. hoc tract. par. 2. cap. 4. lim. 3. in princ. & nu. 8. Card. Mantic. dicta decis. 322. num. 14. cum alijs supra allegatis.*

Cæterum prætensa satisfactio deducta ex adiudicatione reddituum fiscalium facta Barbaræ ex decreto Consilij Neapolitani remouetur ex facto, cum facta fuerit in satisfactionem sortis principalis, non autem fructuum pro quibus hodie agitur, vt respondetur in altera decisione §. *secundo non iustificatur*. Quæ
18 verò lõga seriè deducta † fuere per Marchionem in præsenti disputatione non fuerunt habita in consideratione, cum non tangant articulum exequutionis mandati Rotalis relaxati à bon. mem. Coccino, qui solum pendet coram me, vti Iudice exequente, & ideò erunt discutienda coram *R. P. D. meo Meltio* in gradu restitutionis in integrum super negotio principali.

Et ita resolutum vtraque &c.

R. P. D. PEVTINGERO.

Pampilonen Parochialis.

Veneris 8. Februarij 1647.

ARGVMENTVM.

Sequestrum factum de beneficio, quando dicatur violatum. Verba non sufficiunt, vbi opus est facto. Sequestri violatio an sapiat delictũ. Clausula, refectis expensis, actualem requirit satisfactionem. Absolutio conditionaliter concessa, nihil operatur, nisi realiter adimpleta conditione.

SVMMARIVM.

1 *Sequestrum beneficij dicitur violatum si quis post præsentationem illius se confouet in possessione.*
2 *Renunciatio verbalis non satisfacit conditioni in facultate absoluend. à Sanctissimo apposita.*
3 *Testes examinati sine citatione partis sufficiunt in probanda violatione sequestri.*
4 *Violatio sequestri sapit delictum.*
5 *Recursus ad Iudices Laicos, probatur leuioribus probationibus, ad effectum denegandi audientiam.*
6 *Oblationes numerantur inter fructus.*
7 *Clausula*, refectis expensis, *actualem requirit satisfactionem, nec admittit oblationem, seù cautionem, & num. 10.*
8 *Expensæ vbi non sunt liquidæ præfigitur terminus parti ad liquidandum in iudicijs priuilegiatis.*
9 *Iudicium recursus, & attentatorum dicitur priuilegiatum.*
11 *Clausula*, parito Breui, *infert conditionem, & iurisdictionem suspendit.*
Amplia idem esse in clausula refectis expensis numer. 10. & sup. num. 7.
12 *Actus iudiciales sinè expensis fieri non consueuerunt. de Expensis constare dicitur saltem in genere, vbi plures actus iudiciales facti fuerunt. num. 12.*
13 *Conditiones appositæ in Breui Apostolico sunt adimplendæ.*
14 *Absolutio conditionaliter obtenta, conditione non adimpleta non suffragatur.*

DECISIO XVI.

DOMINI dixerunt, Carolo obtentam absolutionem ab excommunicatione ab recursus ad Iudices Laicos incursam non suffragari. Quamuis enim eisdem recursibus, & omnibus quibuscumque iuribus indè forsan acquisitis in amplissima forma renunciauerit: Quia tamen non obstante sequestro, de mandato Rotæ apposito super beneficio inter ipsum, & Sanctium controuerso, adhuc de facto se confouet in possessione eiusdem beneficij, & oblationes Christi fidelium recipit, vt probatur ex testibus in *Summario Sanctij nu-*
1 *mer. 8.* † & sic apparet declara, & euidenti violatione sequestri, iuxta notata in *Clem. ad compescendas de sequest. poss. & fruct.* minimè satisfecit conditioni in facultate absoluendi à San-
2 ctissimo appositæ † per hanc suam dumtaxat verbalem renunciationem, vt in proximis terminis dixit *Rota inter impress. post Cinc. de censibus decis. 62. & in Pampilonen. de Ianzi coram bo. me. Litta relat. per Salust. Tiber. in praxi A. C. lib. 3. post cap. 10. num. 3. & 4. & in alijs relatis per Modern. Perusin. de Manuten. obseru. 103. num. 14.* Nec refert, quòd testes sint sine citatione partis examinari, quia cum agatur de violatione se-
3 sequestri à S. Rota appositi, † iudex sequestri non tenebatur citare Carolum ad videndum
4 examinati testes, cum violatio sequestri † sapiat delictum, & maximè quia in materia re-
5 cursuum † admittuntur probationes etiam informes, & leuiores ad effectum denegandi audientiam. *Seraphin. decis. 296. num. 10. Caualer. decis. 529. num. 3. Buratt. decis. 446. num. 9. & in Cæsaraugustana beneficij de Linares 15. Nouemb. 1644. coram D. meo Bichio*. Et frustra se excusat Carolus allegando, sequestrum solum super fructibus cadere, cum ipsa possessio, tanquam attentata fuerit sequestrata, & oblationes, quas
6 ipse recipit rectè † inter fructus connumerentur, vt per *Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 30. n. 33. & 34. Rot. decis. 368. nu. 2. par. 2. & decis. 391. par. 4. tom. 2. in recent.*

Obstat etiam Carolo pro consequenda absolutione, quòd expensas Sanctio nondum refecerit, vt debuisset, stante clausula in Breue facultatis absoluendi apposita, *refectis ex-*
7 *pensis*, † quæ actualem satisfactionem requirit, adeò quod oblatio, seu cautio de illis reficiendis, facta illarum liquidatione non sufficiat, ex allegatis per *Barbos. clausula 132. num. 1. cum duobus seqq. Rota coram Gregor. XV. decis. 492. n. 9. ibique Adden. littera B.* ita quod si expensæ non
8 erant liquidæ Carolus, † vt Sanctio terminus ad liquidandum præfigeretur instare debuisset vt in iudicijs priuilegiatis fieri solet *Rota decis. 269. num. 1. in fin. par. 1. recent.* prout est iudicium

9 cium recursuum, † & attentatorum *Lancell. de attentat. par. 3. cap. 31. num. 72. & seqq.* præsertim quando in commissione adest clausula,
10 *refectis expensis*, † quia ablatiuus ille absolutus infert conditionem, & proindè iurisdictionẽ suspendit, donec actualiter expensæ reficiantur, vt in puncto dictæ clausulæ tradit *Caputaquen. decis. 150. per tot. par. 1.* & in proximis
11 terminis clausulæ † parito Breui. *Seraph. decis. 655. Gonzal. super reg. 8. glos. 9. §. 1. in Annot. num. 247. cum pluribus seqq.* Hic enim dubitari non potest, quin de expensis saltem in genere constet, cum occasione recursuum plures
12 actus iudiciales facti fuerint, † qui vtique sine expensis fieri non consueuerunt. *Add. ad Gregor. XV. decis. 503. in fine vers. quæ opinio*, quam refectionem Carolus à Sanctio petere non posset, quia in Breue absolutionis à recursibus Sanctij non legitur clausula, *refectis expensis*. Cum supradictas itaque duas conditio-
13 nes, † quæ copulatiuè in Breui appositæ, adimplendæ fuissent *l. generaliter C. de instit. & substit. Surd. decis. 135. num. 1. Fontanell. decis. 45. numer. 13. Mantic. decis. 247. num. 4.* non adimpleuerit; licet iudicato, quod per appellationem à sententia interpositam, non adest, & in Breui demandatur quatenus adsit, parere non teneatur: tamen Domini resoluerunt absolu-
14 tione † obtenta ipsum iuuare non posse iuxta *decisionem in his terminis 173. ferè per totam par. 6. rec.* vtraque parte informante.

R. P. D. LEONE VEROSPIO

Portuen. Stagni.

Veneris 8. Februarij 1647.

ARGVMENTVM.

Iustificatio possessionis dum non habetur, tunc est quasi delinare, si petatur manutentio, & discutitur an probata remaneat ex locationibus peractis, & à decreto manutentionis à Iudice facto, enim nullitas possessionis etiam in summarijssimo possessorio opponi posse firmatur.

SVMMARIVM.

1 *Immissio petita excludit possessionem.*
2 *Manutentio non conceditur absque iustificatione possessionis.*
3 *Possessio penès duos in eodem tempore in solidum esse non potest.*
4 *Decretum manutentionis, absque actuali apprehensione, possessionem transferre non potest.*
5 *Possessio non probatur ex locationibus peractis, dùm conuenta pensio à locatoribus non fuit recepta.*
6 *Manutentio competit detentoribus, qui ex re locata, omnia emolumenta perceperunt.*
7 *Ius accrescendi commutat detentionem in possessionẽ absque alia animi declaratione.*
8 *Possessio innixa soli titulo iuris accrescendi, non est manutenibilis.*
9 *Nullitas tituli superuenientis impedit, quin possidens, causam possidendi mutare possit.*
10 *Nullitas tituli etiam in summarijssimo possessionis iudicio opponi potest.*
11 *Nullitas tituli perimit possessionem.*

DECISIO XVII.

REPROPOSITO dubio super manutentione portionum in Campo Salino, ac Staguo Portuen Participantibus absolutè denegata, Victorio verò Piccino post obitum sui Patris cui tamquam vltimo licitatori fuerant deliberatæ, sub eadem forma iterum hodie Domini eam denegarunt. Quia Victorio post
1 mortem Patris obstat † defectus possessionis nullis actibus iustificatæ, ac exclusæ ex petita tunc temporis immissione earundem portionum, vt tradit *Card. Mant. dec. 20. nu. 1. & 174. nu. 5. & 7. par. 4. diuers. & coram Seraph. dec. 1268. in fine, coram Caual. 534. nu. 5. coram Buratt. 160.* vbi latè *Add. nu. 17.*
2 Participantibus verò pariter obstat † non iustificata possessio, siuè qua manutentio non conceditur vulgato *§. retinendæ, & §. hodie instit. de interd. Menoch. de retinenda remed. 3. nu. 260. Bocc. de interd. vti possid. cap. 10. num. 7.*

Hæc enim Participantium possessio excluditur, durante vita Marci Catalani ex pluri-
3 bus locationum Instrumentis proprio nomine stipulatis à Francisco Piccino effectum sortitis per receptionem pensionis conuentæ, cũ penes duos in solidum esse non possit, iuxta *reg. text. in l. 3. §. ex contrario, ff. de acquir. possess. & l. si duo ff. vti possid.* Post obitum verò eius-
4 dem Marci, nec probata dici poterit, † vel ex decreto manutentionis reportato à iudicibus per A.C. deputatis, dum illud absque actuali appræhensione possessionem transferre non potuit, iuxta *text. in l. 1. §. si vir ff. de acquirenda possessione, & in l. denique, ff. quibus ex causis maiores Oldrad. cons. 227. num. 5. vers. sed ad id respondetur dupliciter Rot. coram Gregor. decis. 546. num. 9. & coram Cassad. decis. 7. de caus. poss. & prop. num. 1.*
5 Vel † ex locationibus de anno 1633. & 1639. post obitum Francisci peractis, dum conuenta ibidem pensio à locatoribus non probatur recepta, vt probat *text. in cap. Inter dilectos in fine de fid. instr.* & notant *DD. in l. qui vniuersas §. qui per Colonum, & in l. quamuis §. si conductor ff. de acquirenda possessione Gabr. de locat. conclus. 4. num. 1. Rot. decis. 1. de fid. instrument. in antiquis.*
6 Non obstat, quod omnia emolumenta ex prædictis locationibus retracta, diuisa probentur inter Participantes, qui idcircò vti portionum controuersarum detentores debeant
7 manuteneri, † attento præsertim superuenienti titulo iuris accrescendi per obitum Marci Aurelij purificato, ex quo detentionem in possessionem legitimam absque alia animi declaratione sibi mutasse censentur.

Quia controuersarum portionum possessio Francisco antea attributa, non probatur à Participantibus formaliter occupata post il-
8 lius obitum, † nec videtur idcircò manutenibilis vti innixa soli iuris accrescendi titulo per plures decisiones coram Eminentissimo D. meo Cardinali Panzirolo excluso, atque reie-

9 reiecto; † Eius enim nullitas impedimento fuit, quin Participantes causam possidendi sibi mutare potuerint, vt præter relatos in decisione præterita notant *Add. ad decis. Greg. 546. numer.* 15. & aduertit *Rot. in Romana domus ad Transtyberim 18. Aprilis 1644. coram R.P.D. meo*
10 *Bichio*, & potest in hoc, † licet summarijssi-
11 mo possessionis iudicio opponi, † ex quo possessionem perimit, vt firmat adducta *decis. in Romana domus ad Transtyberim*, & *in Romana officij mandatariatus 23. Martij 1637. coram Eminentissimo Cardinali Panzirolo*.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. BICHIO.

Romana Fideicommissi de Zephiris.

Veneris 8. Februarij 1647.

ARGVMENTVM.

Substitutio reciproca, vt censeatur inducta tria coppulatiuè debent concurrere, primò, quod illi inter quos prætenditur reciproca sint vocati, secundò, quod substitutio sit facta vltimo morienti, tertiò, quod sit facta in tota hæreditate. Vndè in præsenti casu omisso primò requisito, quod non controuertitur, quia positi in conditione ex dispositione Statuti Vrbis lib. 1. cap. 142. censentur vocati, disputatur acerrimè an substitutio facta deficientibus masculis, equipolleat debitæ expressioni vltimi morientis, & an substitutio facta per verba indefinita in bonis intelligatur de omnibus bonis, & sic de tota hæreditate.

SVMMARIVM.

1 *Filij masculi quando solummodo censeantur per Testatorem vocati*,
2 *Facultas testandi concessa per Testatorem fideicommissario, quomodo sit intelligenda*.
3 *Facultas testandi concessa filijs Testatoris si sine filijs decesserint non est intelligenda, dummodo scilicet instituant sibi hæredem aliquem ex descendentibus à masculis, vel à fœminis*.
4 *Facultas testandi non potest intelligi limitata ad fauorem descendentium quando fœminæ sunt substitutæ in casum quo grauati ad libitũ ipsorum alium hæredem non instituerent*.
5 *Dictio*, ad libitum, *tribuit absolutam potestatem*.
6 *Facultas instituendi hæredem ad libitũ tribuit absolutam potestatem instituendi quemlibet quamuis extraneum*.
7 *Facultas instituendi hæredem per Testatorem concessa, non egreditur filios primi gradus*.
8 *Substitutio reciproca facta per verba*, quos inuicem substituo, *an restringatur ad vulgarem, vel extendatur ad fideicommissariam*.
9 *Substitutio vulgaris expirat per aditionem hæreditatis*.
10 *Substitutio reciproca extenditur ad fideicommissariam quando concurrunt tria requisita reciprocæ substitutionis linealis constitutiua*.
11 *Substitutio reciproca extenditur ad fideicommissariam etiam per coniecturas*.
12 *Substitutio reciproca extenditur ad fideicommissariam ex vnica coniectura*.
13 *Substitutio reciproca educitur ex prædilectione ergà filios primi gradus, & quare*.
14 *Filij prædilecti in institutione, censetur etiam prædilecti in substitutione*.
15 *Filij quando censeantur prædilecti in concursu cum descendentibus fœminis*.
16 *Fœminas quando testator noluit, vt succederent nisi post extraneos, non possunt concurrere cum masculis descendentibus*.
17 *Et multò fortiùs cum filijs primi gradus*.
18 *Substitutio reciproca inducitur etiam ad euitandum absurdum, scilicèt ne portio præmorientium deuoluatur ad minus dilectos*.
19 *Substitutio reciproca linealis inducitur quando aliter Testatoris voluntas adimpleri non possit*.
20 *Substitutio dicitur facta vltimo, morienti, quando Testator voluit quod descendentes masculi possint adoptare extraneum*.
21 *Appellatione descendentium masculorum comprehenditur etiam vltimus ex eis*.
22 *Substitutio dicitur facta in tota hæreditate, quando Testator indefinitè dixit in bonis*.
23 *Substitutio dicitur facta in tota hæreditate, quando Testator voluit repræsentari suam Familiam perpetuis futuris temporibus, & num.* 40.
24 *Testator, quando iussit, vt vltimus vocatus adoptet aliquem quid id operetur*.
25 *Substitutio reciproca censetur in necessarium antecedens inducta, quando voluntas Testatoris absque illa adimpleri non potest*.
26 *Substitutio reciproca inter masculos censetur, quando Testator considerauit agnationem*.
27 *Agnatio censetur à Testatore considerata, quando voluit omnes descendentes masculos præferri fœminis*.
28 *Agnatio censetur contemplata quando fœminis prælati sunt extranei à masculis adoptandi, vt familia in perpetuum repræsentetur*.
29 *Agnatio non censetur contemplata, quando Testator filijs primi gradus dedit facultatẽ instituendi quem maluerint, & vltimo loco vacauit fœminas. Contra, num.* 31. & 32.
30 *Agnatio non conseruatur per fœminas*.
31 *Fœminarum vocatio in casum deficientiæ omnium masculorum non excludit, quin inter masculos, donec supersunt, dicatur contemplata conseruatio agnationis*.
32 *Agnatio quando dicatur contemplata etiam si fuerit per Testatorem concessa facultas testandi*.
33 *Fideicommissum perpetuum, & agnatitium est compatibile cum licentia alienandi*.
Et censetur inductum in euentum, in quem talis licentia non perducatur ad actum. num. 34.
35 *Substitutio reciproca de linea ad lineam resultat ex digressu ad plures gradus substitutionum*.
36 *Substitutio reciproca expressa inter filios primi gradus, concurrentibus coniecturis, præsumitur etiam inducta inter omnes masculos vtriusque lineæ, & quare. num.* 37.
38 *Positi in cõditione ex dispositione Statuti Vrbis lib.* 1 *cap.* 142. *censentur vocati*.
41 *Substitutio dicitur facta vltimo morienti, quando facta fuit masculis deficientibus. Contra. nu.* 42.
43 *Substitutio facta deficientibus masculis equipollet* ex-

expressioni vltimi morientis quando concurrunt aliæ coniecturæ pro inducenda reciproca.

44 *Coniecturæ ad inducēdam reciprocam faciliùs suffragantur inter descendentes Testatoris.*

45 *Coniecturæ ad inducendam reciprocam coniungendæ simul sunt esto quod singulæ de per se non sufficerent.*

DECISIO XVIII.

BONA hæreditaria Siluij Zephiri non spectant ad Monasterium S. Laurentij in Pane, & Perna ex persona Deodatæ filiæ Pauli Emilij filij Siluij, sed ad Andream Leoninum hæredem institutum ab Hortentio pariter filio eiusdem Siluij; si quidem Siluius licet in defectu descendentium masculorum substituerit descendentes fœminas; hæc tamen substitutio ne dum pendet à deficientia masculorum; sed etiam ab alia conditione nempè nisi alium hæredem sibi instituerint dd. Hortensius, siue Paulus Emilius filij fideicommittentis quibus idem Siluius fideicommittens dederat facultatem si sine filijs decederent instituendi hæredem quem voluerint ad libitum ipsorum, & hæc facultas purificata fuit, quia
1 Hortensius decessit sine filijs masculis, † de quibus solum sensisse testatorem euidens est, quia fœminas, vt dicebem substituit in defectum descendentium masculorum, & nisi filij masculi alium sibi hæredem instituerint, *Rota decis. 215. num. 3. part. 6. recent. Fusar. de substit.*
2 *quæst. 346. nu. 9.* † Vndè nec eadem facultas intelligi potest limitata dummodo scilicet filij fideicommittentis instituant sibi heredem aliquem ex descendentibus à masculis, vel a fœminis prout solet intelligi quādo Testator habuit rationem masculinatis, vel agnationis, & adhuc supersunt agnati, in quibus terminis loquitur *Paris. cons. 44. num. 20. lib. 3. Rota in Bononien. de Elephantutijs coram Ruhalo impress. apud Gionag. cons. 39. num. 38. & 39. lib. 1.* & in *Interamnen. fideicōmissi 15. Ianuarij 1644. coram R.P.D meo Meltio.* Quia in casu nostro non adsunt
3 descendentes ex masculis; † quin imò facultas instituendi concessa est filijs Testatoris si sine
4 filijs masculis decesserint; † descendentes verò ex fœminis, vel ipsæ fœminæ non sunt substitutæ, nisi in casum quo filij primi gradus alium hæredem non instituissent ad libitum ipsorum, & ponderandum etiam est,
5 verbum, *ad libitum*, † quod tribuit absolutam potestatem instituendi hæredem quem volue-
6 rint quamuis † extraneum, *Ruin. cons. 27. nu. 1. lib. 1. Alex. cons. 207. in fin. lib. 3. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 7. numer. 32. & 33. Surd. decision. 272. num. 15.*

Non obstat quod Deodata fuerit instituta hæres vsufructuaria à Ludouico Nepote Syl-
7 uij ex Paulo Emilio filio, † quia supradicta facultas instituendi, sibi hæredem non egreditur filios primi gradus, vt pluribus comprobatur in 1. *decis. edita in hac causa 30. May 1639. coram me. §. fin.*

Igitur solum videndum est, An Andreas institutus ab Hortensio succedat tantum in portione eiusdem Hortensij vel consequi debeat etiam portionem Pauli Emilij; id quod pendet ex alia inspectione nimirum, an Hortensius, & Paulus Emilius fuerint ad inuicem reciproce substituti in casum mortis alterius ipsorum sine filijs masculis, vel cum filijs qui postea decesserint; qui casus euenit, quia filij masculi Pauli Emilij prædecesserunt Horten-
8 sio. † Et quidem res non careret maxima difficultate si reciproca educeretur tantum ex verbis substitutionis, ibi: *quos inuicem substituit*, quia hæc verba possent forsan restringi ad substitutionem per vulgarem, non autem per fideicommissariam, vt voluit *Bart. in l. Lucius 45. num. 20. ff. vulg. Castr. cons. 14. num. 2. vers. restat respondere lib. 1. Menoch. cons. 85. num. 66. Surd. con-*
9 *sil. 329. nu. 3. & seqq. & cons. 554. nu. 24.* † Vulgaris verò expirasset ex quo Paulus Emilius hæreditatem adiuit, *l. si Mater 33. §. si filius, ff. vulg.*
10 At † cessat omnis dubitatio, quia vlterius concurrunt tria requisita reciprocæ substitu-
11 tionis linealis constitutiua; † nec non plures coniecturę ex quibus pariter reciproca huiusmodi resultat, vt tradit *Ias. in l. potest numer. 9. ff. vulg. & pupill. Rip. in l. hæredes mei, §. cum ita num. 17. ff. ad Trebell. Eugen. cons. 21. nu. 19. lib. 2.*
12 vbi † quod sufficit vnica coniectura, *Mantic. de coniect. lib. 7. tit. 5. sub num. 15. Rot. coram Reu. Vrgellen. decis. 451. num. 4. & part. 6. recent. decis. 284. num. 17.*
13 Et inter coniecturas vehemens est. † Primò, quo educitur ex prædilectione testatoris erga Hortensium, & Paulum Emilium filios primi gradus qui prædilecti censentur, tum quia sunt filij, tum quia sunt primo nominati, & instituti ad *text. in l. isti quidem in fin. ff. eo quod met. caus. Aym. cons. 147. num. 2. Ciriac. contr. 13. nu. 43.*
14 *Rot. decis. 627. numer. 3. part. 2. recent.* † & sicuti prędilecti sunt in institutione tales pręsumuntur etiam in substitutione, *l. Lucius 78. §. meuia, ff. ad Trebell. l. cohæred. 41. §. qui discretas, ff. vulg. Anchar. cons. 68. sub num. 1. Alb. cons. 57. numer. 5.*
15 pręsertim † in concursu cum descendentibus fœminis, quibus testator prætulit ne dum masculos, sed etiam extraneos quos filij primi gradus instituissent hæredes, vel vlteriores
16 descendentes masculi adoptassent; † Si enim testator noluit fœminas succedere nisi post extraneos, quo magis dicendum est noluisse eas posse concurrere cum masculis descen-
17 dentibus, † & fortius cum ipsis filijs primi gradus, quos propterea dicendum est fuisse substitutos reciproce in omnem casum deficientiæ, siue ipsorum, siue masculorum, ab
18 ipsis † ne sequatur absurdum quod portio præmorientinm potius deuoluatur ad fœminas quam ad filios, vt supra prædilectos contra voluntatem testatoris, vt benè perpendit *Imol. in l. hæredes mei, §. cum ita col. 3. ante nu. 2. vers. sed verisimile est, Rip. & adden. ad Alex. loc. allegat. in decis. ædita 4. Iulij 1646. coram me, §. & hæc, quibus aditur, Ayman. cons. 130. sub num. 8. in fin. & sub num. 10. infra med. vers. cum testator. Paris. cons. 41. num. 48. lib. 2. Casanatt. cons. 47. num. 27. & seqq. Rot. in Terracinen. fideicomm. 14. Decembris 1648. coram R.P.D. meo Otthobono, §. tertia erat.*

Se-

19 Secundò, nisi † adesset reciproca linealis inter filios, & descendentes masculos testatoris
20 eius voluntas adimpleri non posset† nam voluit quod descendentes masculi, & sic etiam
21 vltimus ex eis, † qui sub tali appellatione comprehenditur, *Dec. cons.584. num.6. Decian. cons.41. nu.84. vers. extat enim lib.1. Rot. decis.125. nu.3. & 10. part.1. recent. & in Perusina fideicomm. de Bigazzinis 13. Nouembris 1605. coram Litta,*
22 possit † adoptare extraneum qui familiam de Zephiris representet in cognomine, & bonis testatoris, quod intelligitur in omnibus bonis, tum propter dictionem illam indefinitam in bonis ex allegatis in alia in decisione, §. *ioqui-*
23 *tur*; † tum quia verisimile non est quod testator voluerit representari suam familiam in bonis dimidiatis; præcipuè quia voluit representari perpetuis futuris temporibus ex late adductis per *Cutell. decis. Sicil. 29. num. 11. Fusar. cons.154. num.17. Pancirol. cousil.91. num.20. Rota decis.284. numer.36. & 37. part.6. recentior.* at verò verificari non posset quod vltimus
24 masculus † adoptaret in tota hæreditate, si idem in tota pariter ex lineali reciproca non successisset, vt notant *DD. in l. Titia scio, §. Seia libertis, ff. leg.2.* & tradit *Cocc. Surd. Mant. & alij*
25 *allegati in præcedenti decis. §. sed his.* † Quando autem voluntas testatoris absque reciproca adimpleri non potest illa censetur in necessarium antecedens inducta *Aym. d. cons.130. sub num.6. vers. itaque voluntas, Paris. cons.30. nu.22. & seqq. lib.2. Ruin. cons.164. num.9. lib.3. Laderch. cons.169. numer.3. Surd. cons.96. num.15. Coccin. decis.493. num.10. Rot. in recent. decis.319. num.1. & 2. part.1.*

26 Huic aduertitur alia coniectura † ducta ex respectu ad agnationem, quem ad eliciendam voluntatem testatoris sustituendi vnam lineā alteri perpendit *Aym. d. cons. 130. num. 9. Menoch. cons. 397. num. 10. Surd. cons. 344. num. 18. Fusar. cons.24. num. 43. Trentacinq. de subst. par.5. cap. 2. nu.8. Mant. de coniect. lib.7. tit. 5. sub n.15.*
27 & † habitum fuisse a testatore colligitur, tam ex eo, quod voluit omnes descendentes masculos præferri fœminis *Fusar. in his terminis d. cons. 24. num. 43. vbi allegat concord. & n.44.*
28 quam † etiam quia fœminis prætulit extraneos à masculis adoptandos, exprimendo rationem, vt scilicet per ipsos adoptatos repręsentetur perpetuis futuris temporibus familia ipsius testatoris: *Fusar. de subst. q. 499. nu.1. Thes. dec.96. num. 19. Rot. decis.14. num. 2. decis. 49. nu. 1. in fin. decis. 181. numer.5. decis.193. num.2. & seqq. par.1. recent. decis. 508. num. 11. par. 4.*

29 Nec † obstat quod filijs primi gradus fuerit data potestas instituendi quem maluerint quodque vltimo loco sint vocatæ
30 fœminæ, & descendentes ab eis, † per quas agnatio non conseruatur *l. pronunciatio §. fœ-*
31 *minæ ff. de verb. signif.* † quia vocatio fœminarum in casum deficientiæ omnium masculorum non excludit quin inter masculos donec supersunt dicatur contemplata conseruatio agnationis *Gerard. Mazzolus cons 6. nu. 9. Gabr. cons. 116. num. 13. lib. 2. Peregr. de fideic. art.25. num. 26. vers. in ista controuers. Molin. de primogen. lib. 3. cap. 5. sub num. 50. circa fin. vers. 2. quod censeatur Fusar. de subst. quæst.499. sub numer. 24.*
32 quam † neque excludit supradicta licentia instituendi hæredem extraneum, quādo vt in casu nostro filij ea vsi non fuerunt, quia in hunc casum tastator præsumitur respexisse
33 ad agnationē, † vndè dicimus, quod fideicōmissum agnatitium, & perpetuū est compati-
34 bile cum licentia alienandi † cum censeatur inductum in euentum, in quem talis licentia non perducatur ad actum *l. Titius ff. ad Trebel. Alciat. cons. 66. num. 11. lib. 9. Anch. cons. 365. num.9. Ceph. cons. 16. num. 58. & seq. Surd. cons. 395. num. 2. Peregr. de fideic. art. 40. sub num.40. Osasch. decis. 85. sub numer. 4. Rot. in S. Seuerini fideicomm. 25. Iunij 1646. coram R.P. Domino meo Verospio.*

35 Quarto ponderandum est † quod testator primo substituit ad inuicem filios, deindè descendentes, masculos, tertio adoptatos, quarto fœminas, quinto à fœminis descendentes, ex quo digressu ad plures gradus substitutionum resultat coniectura substitutionis reciprocæ de linea ad lineam: *Bart. in l. quidam n.4. ff. vulg. Paris. cons. 43. num. 33. lib. 2. Menoch. cons.661. num. 1. Rot. decis. 320. num. 18. & seq. par. 1. recent. & in supra alleg. Terracinen. fideicom. coram R. P. D. meo Ottobono §. 2. resultabat, &*
36 ipsa† reciproca expressa inter filios primi gradus concurrentibus tot alijs coniecturis, facit præsumi similem substitutionem inter omnes
37 masculos vtriusque lineæ: † Si enim testator grauauit proprios filios, magis dicendum est, quod voluerit grauare liberos remotioris gradus, vt arguit *Aym. cons.130. sub numer. 6. vers. tertio considero Odd. cons.45. num. 43. Rota decis.266. num.20. ad med, & num. 21. decis. 300. num.9. decis. 320. num.15. par. 1. recent. & in dicta Terracinen. fideicomm. coram Domino meo Otthobono §. plures.*

Quod autem concurrant tria requisita cōstituta reciprocæ patet ex latè deductis in præcedenti decisione §. *quod omnes, & seqq.* in
38 qua† dictum fuit, quod omnes descendentes sunt vocati, quia sunt in conditione positi, & ex dispositione *Stat. Vrb. lib. 1. cap. 142.* exin-
39 de sequitur dispositiua vocatio; † præsertim stantibus supradictis coniecturis, vt in his terminis respondit *Ioseph Rustic. in tract. an, & quando liber. in cond. posit. lib.6. cap. 5. sub nu.17. vers. vt non procedat, Capic. latro decis.1. nu. 73. vltra alleg. in d. decis.* Quodq; substitutio fœminarum est facta vltimo masculo in tota hæreditate; nam esse in tota satis depræhenditur, quia fœminæ substitutæ sunt nisi masculi in-
40 stituerint, vel † adoptauerint extraneū; vndè sicuti adoptio, & institutio compræhenderet omnia bona, vt supra demonstrabam, ita omnia comprænhendit substitutio fœminarum, quæ vniformiter, & continuatiuè fuit adiecta,

41 Esse † autem fœminas substitutas vltimo masculo demonstrant verba testamenti, ibi: *masculis deficientibus*, quæ æquipollere expressioni vltimi morientis, quando agitur de descen-

scendentibus testatoris voluerunt *Fusar. Mant. Socc. Decian. & Rot. loc. alleg. in alia dec. §. substi-*
42 *tutionem* † & quamuis contrariam sententiam videatur amplexus idem *Fusar. cons. 57. nu. 34. Peregr. de fideic. ar. 13. num. 41. Franc. Barry de success. legal. lib. 7. tit. 2. nu. 9. Rot. apud Seraph. decis. 1023. num. 3. & par. 1. recentior. decis. 316. num. 4. par. 4. tom. 2. decis. 287. num. 16. & seqq.*
43 tamen † quicquid sit de hoc articulo cessat omnis dubitatio, quando, vt hic concurrunt aliæ coniecturæ pro inducenda reciproca lineali, vt in puncto respondit *Rot. decis. 467. n. 9.*
44 *& 11. & 12. par. 5. recen.* † quæ coniecturæ facilius suffragantur inter descendentes testatoris *Socc. Sen. cons. 249. num. 11. lib. 2. Socc. Iun. cons. 151. num. 4. lib. 2. Menoch. cons. 1071. nu. 3. Giouag. cons. 81. num. 7. lib. 1. Fusar. cons. 24. n. 45.*
45 *Rot. decis. 305. num. 3. par. 1. recent.* † & coniungendæ simul sunt, esto quod singulæ de per se non sufficerent, *Ceph. cons. 259. num. 11. seqq. Mant. de coniect. lib. 7. tit. 5. sub num. 5. Rot. decis. 453. num. 7. par. 1. recent. decis. 389. nu. 13. p. 4. tom. 2. & in d. Terracinen. fideic. coram D. meo Otthobono §. quæ coniecturæ.*

Ex quibus Domini confirmarunt decisionem in hac causa emanatam sub die 4. Iulij 1646. coram me causa hodie super eisdem proposita vtraque parte infotmante.

R. P. D. MELTIO,

Postea Reuerendissimo Episcopo PAPIEN.

Calaguritana prætensi matrimonij.

Lunæ 11. Februarij 1647.

ARGVMENTVM.

A sponsalibus meritò recedi potest iusta, & legitima subsistente causa, quarum quamplurimæ hic numerantur; iustissima autem causa esse dicitur fornicatio mulieris, quæ benè probata remanet ex testibus specificè deponentibus de auditu, & à quo audierint.

Et maximè iuncta publica fama, & alijs adminiculis, & coniecturis, cæterisq; actibus præparatorijs, proximè proportionabilibus, cōgruis, & ordinatis ad copulam, de quibus latissimè tractatur, & licèt ista per se non essent sufficientia, tamen simùl iuncta sufficere firmatur.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contractum per sponsalia de futuro ex quibus iustè impediatur ita vt vir ad illud ineundum cogi non possit.*
2 *Sponsalia contrahentes sunt quidem monendi, vt ad matrimonij effectuationem deueniant, non tamen sunt cogendi, si aliqua subest causa, ex qua licitū sit resilire.*
3 *Ecclesia solet abstinere à coactione matrimonij, & quare. & num. 41.*
4 *Nuptiæ coactæ, vt plurimum exitus malos habere solent.*
5 *Sponsalia habent in se tacitam conditionem si res in eodem statu permanserit, & si iusta causa ab eis recedendi non superueniat.*
6 *Mulier si post sponsalia cum alio fornicetur vir habet iustam causam recedendi à perfectione matrimonij.*
7 *Sponsalia ex quibus causis iustè dissoluantur arbitrio Iudicis remitti solet.*
8 *Sponsalia iustè dissoluuntur ex mala fama, & impudicitia mulieris probata, ante dicta sponsalia.*
9 *Copula Carnalis est difficilis probationis.*
10 *Copula Carnalis in sensu testis immediatè non cadit.*
11 *Copula Carnalis probatur etiam præsumptiue, & ex sola fama, & ex probationibus imperfectis.*
12 *Copula Carnalis probatur ex coniecturis.*
13 *Coniecturæ semper admitti solent in his, quæ sunt difficilis probationis.*
14 *Copula Carnalis probatur saltem in genere per testes etiam singulares, & de credulitate deponentes.*
15 *Maximè dum agitur ciuiliter pro dissoluendis sponsalibus.*
16 *Copula Carnalis ex quibus probata remaneat.*
17 *Fornicatio mulieris, quando probata remaneat ex testibus.*
18 *Testes quando faciant indicium ad probandam fornicationem mulieris.*
19 *Copula Carnalis ex quibus adminiculis, & coniecturis subsecuta resultat.*
20 *Copula Carnalis probatur ex actibus præparatorijs, proximè proportionabilibus, congruis, & ordinatis ad ipsam copulam.*
21 *Sponsalia etiam iurata dissoluuntur per fornicationem mulieris.*
22 *Ignorantia circa impudicitiam, & inhonestos mores mulieris in sponso pro dissolutione sponsalium ex quibus probetur.*
23 *Ignorantia præsumitur in iuuene teneræ ætatis maximè respectu eorum, quæ occultè fiunt ne alicui patere possent.*
24 *ex Imparitate personarum dissoluuntur sponsalia.*
25 *Ignorantia sponsi circa impudicitatem mulieris an sufficiant ad dissoluenda sponsalia.*
26 *Sponsalia non dissoluuntur ob fornicationem, & morbum præcedentem.*
27 *Sponsalia etiam iurata benè possunt dissolui, dum concludenter apparet de fornicatione mulieris, etiam post sponsalia.*
28 *Iuramentum non adeò firmat sponsalia, vt non liceat ab eis recedere iusta causa accedente.*
29 *ad Sponsalia perficienda non est cogendus ille, qui simpliciter promisit, se non esse in vxorem ducturum aliam mulierem, quàm sponsam.*
30 *in Sponsalibus non iuratis etiam quæcumque leuissima causa sufficit ab illis recedendi.*
31 *in Vxorem promittens aliquam ducere, tenetur id seruare.*
32 *Copula Carnalis operatur vt sponsalia transeant in matrimonium. intellige vt num. 26.*
33 *Sponsalia à principio contracta mutuo consensu, non possunt postea vnius tantùm dissensu dissolui.*
34 *Matrimonium contrahere vigore sponsalium quando quis non teneatur.*
35 *Frangenti fidem, fides frangatur.*
37 *Matrimonia, quæ non sunt facta præsente Parocho, & testibus irritantur per Conc. Triden.*
38 *Matrimonia contracta per Carnalem Copulam voluntariam dicuntur præsumpta.*
39 *Matrimonia præsumpta de iure sunt sublata.*

Spon-

40 *Sponsalia mutuo consensu contracta tamen stante iusta causa ab illis resilendi, pars resiliens non tenetur illa perficere.*
42 *Sponsalia non sunt indissolubilia, sicut est matrimonium.*
43 *Ecclesia potest, & debet dissimulare ne ad coactionem matrimonij per sponsalia contracti procedatur, legitima subsistente causa.*
Ex quibus autem dicta legitima causa deducatur. num. 45.
44 *à Sponsalibus contractis, dum subest iusta causa resilendi, Iudex debet tantum recusantem monere, vt ad effectuationem matrimonij deueniat.*
46 *Fornicatio à muliere ex quibus adminiculis, & coniecturis colligatur commissa.*
47 *Adulterium probatur per testes deponentes de auditu, & à quo audierint. amplia num. 48.*
49 *Testes de auditu in Materia fornicationis suffragantur pro dissolutione matrimonij per sponsalia contracti, & quare.*
50 *Fornicatio mulieris probatur per testes de auditu, iuncta publica fama, quòd inhonestè viueret, & esset malæ conditionis.*
51 *Fornicatio præsumitur continuata, dum non probatur emendatio.*
52 *Fornicatio resultat ex adminiculis, & coniecturis, quæ quatenus singula non prodessent, tamen simul iuncta iuuare debent.*
53 *Matrimonium contractum per sponsalia, quando quis non possit cogi ad illud perficiendum.*
54 *à Sponsalibus quæ causæ sufficiant, vt iure meritò ab ipsis recedi possit.*
55 *à Sponsalibus recedi potest propter odium capitale extortum inter sponsos.*
56 *à Sponsalibus receditur propter indignationem parentum, & consanguineorum sponsi.*
57 *à Sponsalibus iustè recedi potest propter imminens periculum exhæredationis sponsi.*
58 *à Sponsalibus receditur ex maxima disparitate coniugum ratione natalium.*
59 *Matrimonia infelices exitus habere solent, quando inter impares contrahuntur.*

DECISIO XIX.

IN hac causa sub die 13. Martij 1643 coram me * fuit resolutum Ioannem de Anguiano esse cogendum ad ineundum matrimonium cum Angela Zaldiuar vigore sponsaliorum de futuro, quæ inter eos fuerant contracta, ac promissiones factæ per dictum Ioannem de contrahendo matrimonio cum eadem Angela, & non cum alia, vt apparet ex *Sum.* prędictæ propositionis, maximè quia inter eos postea sequuta fuit carnalis copula. Reproposita sub hac die causa ad instantiam Ioãnis recessum fuit à decisis ex nouitèr deductis, & probatis per eumdem vi-
1 gore remissoriæ illi concessæ. † Primo enim fuit probatum d. Angelam non solum antè dicta sponsalia non fuisse virginem, verum etiam postea vitam inhonestam duxisse, quæ habita fuit pro iusta causa impediendi, ne Ioannes recusans tale matrimoniũ ad illud cogi
2 possit, † cum iure cautum reperiatur contrahentem cum aliqua sponsalia esse quidem monendum, vt ad matrimonij effectuationẽ deueniat, non tamen ad illud esse cogendum, si aliqua subest ex causa, ex qua vir à sponsalibus etiam resilere prętendat, *cap. ex literis, il secundo in fin.* ibi: *nisi rationabilis causa obstiterit, &c. & ibi gloss. & DD. & c. Requisiuit de sponsal. M. Ant. resol. 2. sub num. 3. vers. tamen quando adest vera, & rationabilis causa lib. 1. Fontanell. de pactis nuptial. claus. 12. gloss. vnic. num. 6. Menoch. de arbitr. cas. 455. num. 1. Giouag. cons. 16. num. 19. & 36. lib. 1. Gabr. cons. 186. num. 1. & 8. lib. 2. Menoch. cons. 786. num. 1. Seraph. decis. 1112. n. 4. vers. hæc tamen regula, & decis. 1258. num. 1. Buratt. decis. 311. num. 1. & decis. 412. num. 6. vers. tertio &c. & in recent. decis. 207. num. 9. vers. aduertebant omnes DD. par. 1. & coram bo. mem. Coccino decis. 437. num. 1. & seqq. relat. per Rubr. in suis annot. ad decis. 431. num. 79. par. 4. tom. 3. re-*
3 *cent.* † Ecclesia solet abstinere à coactione ma-
4 trimonij ratio enim est, † quia nuptiæ coactę vt plurimum exitus malos habere solent, *c. requisiuit in fine, & ita not. Gloss. & DD. extra de spons. & ibi Abb. num. 3. Sanch. de matrim. disp. 10. num. 10. vers. 4. limita, & disp. 29. num. 4. vers. probatur autem lib. 1. Mantic. de tac. & ambig. lib. 3. tit. 17. num. 12. ibi: nam nupt. per metum, &c. & num. 17. M. Anton. resol. 2. num. 7. vers. secunda erit causa, & seqq. lib. 1. Gabr. d. cons. 186. à num. 7. vers. secunda est conclusio, & seqq. vsque ad fin. lib. 2. Giouagn. eod. cons. 27. Rimin. iun. cons. 362. num. 50. vers. coactis nuptijs, &c. Seraph. dec. 893. num. 33. vers. nam &c. & decis. 1112. num. 7. vers. solent enim, &c. Buratt. decis. 311. nu. 2. vers. in proposito autem, & seqq. & in rec. dec. 207. num. 9. vers. Ideòq; si etiam plena, &c. par. 1. & coram Papa Greg. XV. decis. 376. num. 5. vers. & licèt & ibi Adden. nu. 9.* ibi cum nuptiæ coactæ. Spon-
5 salia † autem in se habent tacitam conditionẽ si res in eodem statu permanserit, & si causa
6 iusta ab eis recedendi non superueniat, † prout iustissima videatur, si mulier post illa cum alio fornicetur, *c. quemadmodum de iur. iur. vbi glos. in verbo oculos Hostien. num. 8. Io: Andr. nu. 13. Ancar. num. 3. Abb. num. 9. & cons. 48. nu. 8. lib. 1. Sanch. de matrim. disp. 29. nu. 4. Mant. de tac. & ambig. lib. 3. titul. 17. numer. 19. vers. ex hoc aut deducitur, &c. Rota decis. 437. numer. 9. circa fin. & decis. 242. num. 3.* ibi: *Et ratio est coram Durano Seraph. decis. 1112. num. 9.*

In præsenti verò casu quamplurimę ex parte Ioannis adducuntur causę pro pretensa dis-
7 solutione horum sponsalium, † quę autem sint iustę Iudicis arbitrio remitti solent *DD. in d. cap. ex litteris, &c. Requisiuit extra de sponsal. Sanch. de matrim. disp. 29. num. 16.* ibi *Totum enim id Menoch. de arbitr. Iud. cas. 455. num. 2. vers. & Iudicis arbitrio Fontanell. de pact. nupt. claus. 12. gl. vnic. nu. 6. M. Anton. var. resol. lib. 1. resol. 2. n. 11. Surd. cons. 364. num. 9.* ibi. *quæ tamen æstima, &c. Gabr. d. cons. 186. num. 2. vers. vel quando, &c. Giouagn. d. cons. 16. vers. & quoniam lib. 1. Rota penes Buratt. decis. 311. num. 2. vers. quæ autem decis. 397. num. 2. vers. cum tamen par. 1. diuers. & coram Papa Greg. XV. decis. 386. numer. 6. & 447. num. 2. vers. quæ causa coram Card. Caual. & decis. 451. num. 3. par. 4. recen.*

8 In primis autem DD. † valdè iusta causa visa fuit pro tali dissolutione illa, quę oritur ex mala fama, & impudicitia eiusdem Angelę probata ante dd. sponsalia per d. Io: prorsus ignorata, vt patet ex eius *Sum. num.* 1. dum primus Testis deponit se habere, & tenere pro certo Angelam fuisse, & esse mulierem impudicam, secundus testis refert se audiuisse ab vxore Matthæi de la Scaga Angelam modò cum vno, modò cum altero locutam fuis-
9 se; quo casu † cum copula sit difficilis probationis, vt inquit *Rimin. iun. cons.* 247. *num.* 5. ibi, *quod ex quo Socc. Iun. cons.* 32. *num.* 12. 13. *&* 23. *lib.* 2. *Dec. cons.* 577. *num.* 2. *Onded. cons.* 15. *num.* 30. *vers. tum etiam quia, &c. vol.* 1. *Farin. in prax. crim. q.* 136. *c.* 1. *num.* 4. *par.* 2. *tom.* 2. *Burat. decis.* 530. *num.* 9. ibi, *quæ tamquam difficilis, &c.* & agatur de probando eo, quod certitudinariè ex sui natura sciri, & cognosci nequit, cũ secretè, & non palam, nec in hominum
10 cospectu fiat, † & actus copulæ in sensu testis immediatum non cadat *Ceph. cons.* 82. *num.* 30. *& seq. lib.* 1. *Ferret. cons.* 389. *num.* 14. *Onded. consil.* 15. *num.* 26. *vsque ad* 34. *Farin. d. q.* 136. *n.* 34. *Alex. cons.* 169. *num.* 12. *lib.* 6. propterea ad il-
11 lam † proban. admittuntur qualescumque probationes etiam præsumptiuæ, & ex sola fama, & etiam imperfectæ, quæ vniuntur ad
12 constituendam plenam probationem. † Im-
13 mò, coniecturæ sufficiunt, † cum semper admitti soleant in his, quæ sunt difficilis probationis. *Masch. de probat. concl.* 452. *num.* 5. 10. *&* 12. *Sanch. de matr. lib.* 10. *disp.* 12. *num.* 46. *Farin. d. q.* 136. *c.* 1. *num.* 2. *& c.* 3. *nu.* 74. *& in tract. de test. q.* 64. *num.* 223. *& seq. Mant. de tac. & ambig. lib.* 8. *tit.* 14. *num.* 8. *Rimin. iun. d. cons.* 274. *num.* 6. 7. 8. *&* 13. *Onded. d. cons.* 15. *num.* 28. *&* 32. ibi, *& propterea, &c. Burat. decis.* 530. *n.* 9. *& post* 2. *vol. cons. Farin. decis.* 35. *numer.* 3. ibi,
14 *etiam in his, &c. & decis.* 72. *num.* 2. ideò dicti testes etiam singulares, & de credulitate deponentes illam probant, saltem in genere: *Bart. in l.* 2. §. *Idem labeo num.* 5. *ff. de aqua pluu. arc. Mascard. d. concl.* 452. *num.* 13. *Onded. d. consil.* 15. *num.* 33. *vers. ideo Testes, &c. Pacen. matrimonij* 5. *Martij* 1520. *coram S. D. N. in* §. *Accedente etiam, quod cum ad fornicationem Buratt. decis.* 255. *num.* 9. *vers. & est regulare Farin. de test.*
14 *quæst.* 64. *num.* 223. *vers. limita* 17. *& seq.* † maximè dum agitur ciuiliter, vt in præsenti casu pro dissoluendis sponsalibus, *Farin. d. tract. de test. d. q.* 64. *num.* 229. *& in prax. crim. d. q.* 136. *num.* 18. ibi, *& copula carnalis, quando agitur ciuiliter, &c. Idem Farin. cons.* 25. *numer.* 1. ibi *vbi de crimine agitur ciuiliter, &c. & cons.* 23. *num.* 6.

16 Remanet † eò magis d. copula probata ex depositione d. primi Testis dum testatur audiuisse à Petro de Riuarola Scholari ipsum carnalem copulam cum Angela habuisse; Secundus Testis patiter deponit audiuisse à Ioanne de Minoro ipsum quoque copulam cum d. Angela habuisse, ac idem fecisse Martinum Gil; Tertius testis deponit audiuisse ab Andrea de Anguiano eamdem Angelam tractatus impudicos habuisse cum dicto Pe-
17 tro, † qui testes cum specificè deponant, & à quo audierint probant ipsius Angelę forni-
18 cationem, † & faciunt indicium *Gloss. in c. Præterea verò conscios de testibus, Hostien. ibi n.* 1. *Ferret. cons.* 168. *num.* 15. *in fin. vers. deuenio ad aliam speciem probationis, & num.* 1. *& seq. Ferret. consil.* 168. *num.* 20. *per tot. Ceph. cons.* 82. *num.* 30. *ibi asserit se intellexisse, & num.* 31. ibi, *vbi etiam*
19 *aliquod specificant, &c.* Prout de reiteratis osculis etiam, & amplexibus, dum Angela inuitabat dictum Petrum ad cœnam dum simul sæpè cœnare solebant deponit d. primus testis asserens vlterius vidisse dictam Angelam, & Petrum nocturno tempore in locis suspectis, dum ipsa descendebat ad aperiendam eidem Petro portam domus, vt ab ea exire posset, & de dictis osculis, & amplexibus de-
20 ponit etiam secundus testis, † qui actus cum sint præparatorij proximè proportionabiles, congrui, & & ordinati ad ipsam copulam, vtique illam probant *ex tex. in c. Ex literis, vbi gloss. in verbo Vtere debeant, gl. in l. quod ait ff. ad l. Iuliam de adul. Bart. ibid. nu.* 1. *Alex. in l.* 1. *n.* 19. *vers. exemplum in probat. ff. si cert. pet. lup. alleg.* 53. consequens de amplexu *Farin. d. qu.* 136. *c.* 8. *num.* 109. *vbi num.* 124. loquitur de conuiuijs *& num.* 130. *de osculis, & num.* 136. *de amplexu Rim. iun. d. cons.* 274. *nu.* 9. *& seqq.* loquens de dictis actibus, & alijs similibus *Ferret. d. cons.* 168. *num.* 3. *ibi per vnum amplexum Dec. cons.* 577. *numer.* 10. *&* 11. *Mascard. de prob. concl.* 452. *nu.* 16. *&* 18. *Buratt. decis.* 530. *num.* 10. *& vers.* 4. *ex co-*
21 *habitatione, &c.* † Vnde cum dicta Angela probatur ab alio cognita, talis fornicatio sufficit pro sponsalium dissolutione etiam si illa fuissent iurata, & firmat *Mant. de tacit. & ambig. lib.* 3. *tit.* 17. *num.* 19. *vers. nam si sponsa.*

22 Ignorantia † autem circa impudicitiam, & inhonestos mores Angelæ probatur dum ipse erat originarius Oppidi S. Ascentij, quod distat ab Oppido de Onnante, in quo degebat Angela spatio 45. milliariorum, ideò illius qualitatem, vitam, atque mores, nescire
23 poterat. † Tum quia, & iam ipse erat valdè iuuenis, ac teneræ ætatis, quæ in eo magis facit præsumere ignorantiam, maximè respectu eorum, quæ adeò occultè fiebant, vt alicui patere nequirent, *c. præsumitur de reg. iur. in* 6. *l. verius ff. de probat. Surd. cons.* 7. *numer.* 35. *& cons.* 28. *num.* 100. *Seraph. decis.* 916. *num.* 9. *Greg. decis.* 511. *num.* 19. *&* 519. *num. pariter* 19. *Caual. decis.* 189. *num.* 6. *& in rec. decis.* 136. *nu.* 3.
24 *par.* 1. *Mascard. de prob. concl.* 380. *num.* 2. Concurrit etiam inuerisimilitudo, quod iuuenis nobilis mulierem impudicam ducendo, se domumq; suam perpetuo dedecori subijcere voluisset, vt aduertit *Sanchez de matrim. lib.* 1. *disp.* 63. *num.* 3. *& seqq. Maiol. de irregul. lib.* 1. *cap.* 33. *num.* 4. *Giouag. d. cons.* 16. *num.* 42. *vers. quis enim honestæ conditionis est tam fatuus, &c.* &
25 licet † non desint, qui sentiunt causas prædictas tangentes mulieris impudicitatem, quãuis à sponso ignoratas non sufficere ad dissoluenda sponsalia *iuxt. tex. in c. quemadmodum de*
26 *iur. iur.* vbi firmat sponsalia minimè dissolui ob fornicationem, & morbum præcedentem
27 *Paladanus* 4. *quæst.* 27. *ar.* 3. *num.* 33. † Tamen dum

dum concludenter apparet de tali fornicatione etiam post d. sponsalia, vt in præsenti casu illa benè possunt dissolui, & benè distinguitur per eumdem, *text. in cap. Quemadmodum vbi Do-*
28 *ctor.* etiam si fuerint iurata, † vinculum enim iuramenti non ad eo firmat sponsalia, vt non liceat ab eis recedere iusta accedente causa, *Text. in cap. Præterea el primo, & apertius in dicto cap. Ex his siluan. & in d. cap. requisiuit de sponsalib. & prædictis in locis Cardin. Butr. Abb. & Præpos. M. Martin. resol. 2. num. 4. lib. 1. Fontanell. de pact. nupt. claus. 12. nu. 6. Molin. de iust. & iur. disp. 272. fol. 120. §. Deindè si mulier, Sanch. qui multos citat de matrim. lib. 1. disput. 29. num. 4.* ibi, *vbi dicitur non esse cogendum, &c. & disput. 63. num. 3. Pont. eodem tract. lib. 2. cap. 18. num. 2. Siluestr. in verbo sponsalia nu. 10. Lup. in cap. per vestras, §. 8. nu. 15. Couar. super 4. decret. part. 1. cap. 4. Menoch. consil. 786. num. 10. & 13. Giouagn. d. cons. 16. num. 19. & 42. vers. Tum quia, &c. Gabr. d. cons. 186. nu. 1. Surd. consil. 364. num. 7.* ibi, *nisi rationabilis causa, Seraph. d. decis. 1112. num. 4. & 1258. nu. 1. Cocc. decis. 437. num. 1. & seqq. Caual. decis. 447. num. 1. & decis. 1. num. 1. vers. & licet part. 1. diuers. & coram Papa Gregor. decis. 376. num. 5. & ibi Adden. num. 9. vers. quando tamen, &c. Roman. sponsalium 9. Febr. 1629. coram bon. mem. Pirouano;* hancque opinionem; vti veriorem firmat *Sanch. de matrim. disput. 29. num. 4. vers. Tandem*, ibi, *& ideò*, vbi plures referuntur *DD. & loco supra citato*
29 *num. 5. vers. Verius tamen, &c.* † At in præsenti casu cessat ista quæstio cum nullibi appareat de iuramento Ioannis qui solummodo promisit se non esse in vxorem ducturum aliam mulierem, quam d. Angelam, & propterea eo minus est cogendus ad perficienda dd. sponsalia, *Seraph. de priuil. iur. priu. 38. num. 2. Sanch. d. disput. 29. num. 3.* ibi, *& ita à contrario sensu, &c. Giouagn. d. cons. 16. nu. 36. & 39. vers. his ita stantibus,* ibi, *tum quia sponsalia non fuerunt iurata, &c. Gabr. cons. 186. num. 9. & 10. Rot. decis. 447. nu. 7.*
30 *& 468. num. 3. coram Card. Caual.* † In sponsalibus autem non iuratis etiam quæcunque leuissima causa sufficit ad effectum ab illis recedendi, *Gabr. d. cons. 186. num. 6. Giouagn. dicto cons. 17. num. 47. Franch. March. decis. 534. num. 8. M. Anton. d. tract. lib. 1. resolut. 2. num. 12. vers. in sponsalibus autem.*

31 Non obstat, † vt Io: ex eo, quod promisit Angelam ducere in vxorē teneatur illi fidem seruare, vt firmatur in decisione quæ reuidetur *sub §. 1. vers. & nihilominus, &c.* & vt referunt *Add. per Rub. in d. decis. 331. num. 58. & 59.*
32 maximè † cum post dd. Sponsalia, fuerit etiā sequuta copula carnalis, quæ operatur, vt sponsalia transeant in matrimonium, *vt in ead. nostra decis. vers. quod eo magis, Grat. discept. foren.*
33 *cap. 555. Add. per Rub. loc. cit. nu. 66.* † maximè dum à princip. fuerunt mutuo cōsensu sponsalia contracta, non possunt illa hodie vnius ex coniugibus tantum dissensu dissolui, *vt in ead. decis. d. §. 1.* ibi, *& dum à principio, &c. & dd. Addent. per Rub. ibid. num. 67. 68. 69. & 70.*

Nam vt dicebatur dum Io: cum d. Angela ad sponsalia deuenit sub credulitate, quod ipsa esset virgo, cum talem eam se finxerit, ac illius impudicitiam ignorauit, & hac deceptione non obstante etiam post contracta sponsalia ipsa, non seruauit ei fidem, cum inhonestè nihilominus vixerit, iste pariter non tenetur matrimonium contrahere vigore sponsalium, nec ipsi Angelæ fidem perse-
35 uerare † ex trita illa sentētia frangenti fidem, fides frangatur eid. *l. cum proponas, la seconda, C. de pact. Rom. in l. 3. §. possideri num. 7. de acqu. possess. Mantic. de tacit. & ambigu. lib. 3. tit. 16. numer. 22.*
36 *Altogr. cons. 9. nu. 1.* † quod autem in decisione in hac causa emanata dicatur sponsalia transire ad matrimonium sequuta postea copula, illa loquitur in suis terminis, scilicet, vt hoc seruaretur ante Conc. Trident. quæ Iuris dispositio cum modò correcta reperiatur per ipsummet Sac. Trid. Concil. sess. 24. de
37 reform. matrim. cap. 1. † vbi irritantur matrimonia, quæ non sunt facta præsente Paro-
38 cho, & Testibus † cum alias dicantur præsumpta propter illam carnalem copulam vo-
39 luntariam, † ideò de iure sunt sublata, vt sæpius declarauit *Sac. Congreg. Concilij ad trad. per Nauarr. in annal. cap. 21. sub nu. 26. vers. tertio pro alterius nu. 28. vers. è contrario, & nu. 85. & cap. 25. nu. 144. Tho. Treuis. decis. 20. nu. 1. lib. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 1. nu. 99. M. Anton. lib. 1. resol. 28. nu. 13. vers. nam hodie, & resol. 76. nu. 1. 4. & 5. Surd. cons. 364. nu. 54. vers. hæc verò. Giouag. cons. 57. num. 31. 33. & 37. Rota in Tullen. sponsalium 22. Iunij 1620. coram Cardin. Sacrato in ordine 272. numer. 7.* ibique iuris dispositio *part. 4.*
40 *tom. 2. recent.* † & licet à principio sponsalia fuerint mutuo consensu contracta, tamen dum postea Iudex animaduertit partem recusantem matrimonium habe e iustam causam ab illis resilendi stante hac iustitia causæ pars resiliens immunis redditur ab obligatione illa perficiendi, vt inquit *Guttier. de matrim. lib. 11. cap. 14. num. 6. vers. quod si vnus, &c. San-*
41 *chez de matrim. lib. 1. disput. 52. num. 4.* † cum Sancta Mater Ecclesia timens summopere infaustos euētus coactarum nuptiarum se absti-
42 neat à coactione † cum sponsalia non sint in-
43 dissolubilia, sicut est matrimonium; † Ideò legitima subsistente causa, vt dicebatur Ecclesia potest, & debet dissimulare, ne ad coactionem procedatur, vt præter adducta *in §. 1.* ibi, *& isto casu, &c. scribit collect. in d. cap. resol. 2. versic. credo tamen, quod Ecclesia de sponsal. Mantic. de tacit. & ambigu. lib. 63. tit. 17. numer. 8. & 18. dd. Adden. ad decis. 331. nu. 79. M. Anton. d. resp. 2. nu. 7.*

44 Atque † ita Iudex dum subest iusta causa debet tantum recusantem monere *d. c. Ex litteris, & ibi DD. omnes, Abb. in cap. requisiuit num. 4. de sponsalib. Alex. consil. 212. num. 5. vol. 5. Anton.*
45 *alios referens ad resol. 2. num. 4,* Vlterius, † constat etiam de graui indignatione parentum Io: & consanguineorum de odio, ac maxima animi auersione id sponso contra sponsam excitatis, necnon de imminenti scandalorum periculo, ac de maximo infelicis exitus timore casu quo casu sequatur tale matrimonium prout de his omnibus deponit 8. testis eodem *Summ. num. 3. & 4.* Idemque deponunt 4. 5. 11. 12. 14. 18. & alij 20. Testes examinati vigore re-

remissoriæ, quorum dicta comprobantur ex Epistola Ordinarij Calaguritani super his omnibus attestantis.

46 Quod autem † d. Angela post dicta sponsalia inhonestè vixerit, & fornicationem commiserit colligitur ex *Summar.* Io: *num.2. & 3.* vbi plures Testes deponunt de illius inhonestate, scilicet de osculis cum diuersis amantibus, quod permanebat continuò in domo Martini, quod iste dixerit cum eadem pernoctasse, quod illa fuerit male tractata ab eius Matre ob illius inhonestatem, quod Mater obiurgabat Amasium, ad quem de nocte ipse confugiebat de altercatione inter Amasium, & Angelam; & quod ista dabat ex platea signa Amasio, quod Martinus Gil olim Amasius rixabatur cum Andrea nouo Amasio propter amorem Angelæ, quæ omnia in his terminis, & alia similia considerantur *per Ferrett. in dicto suo cons.168. num.19. vers. pen. adduct.* aliam speciem Iudiciorum, quæ ex alieno auditu, &c.
47 *& num.20.* firmat † Testes deponentes de auditu, & à Quo audierint probare adulterium, vt à contrario sensu firmatur *per Mantic. decis.762. num.5. Rimin. Iun. consil.398. numer. 28.*
48 maximè † cum dd. Testes credant, quod audierint *cap. Quoties, & ibi Butr. & Aretin. col. pen. vers. circa secundum de testib. Natta cons.170. nu.7. Cephal. cons.250. num.25. Rimin. Iun. d. cons.398.*
49 *num.29. vers. verius.* † Et dum non agitur ad plenum præiudicium separationis vinculi, vt in præsenti casu, in quo matrimonium nondum fuit contractnm dd. Testes suffragantur, vt firmat idem *Ferrett. d. cons.168. nu.20. vers. non*
50 *obstat, &c.* † qui licet de auditu deponant, iuncti tamen cum fama publica, quod dicta Angela esset malæ conditionis, & inhonestè
51 viueret, probant illius fornicationem, † quæ præsumitur continuata post sponsalia, dum non probatur emendatio *dicto cons.168. num.20.*
52 *versic. concurrunt etiam, quæ omnia,* † cum sint apta negotio, de quo agitur, & verisimilis faciunt adeò vehementem, & violentam præsumptionem, vt debeant inducere animum ad credendum talem fornicationem, quatenus supradicta singula nõ prodessent, tamen simul iuncta iuuare debent, *cap. fin. de success. ab intest. c. cum causam de probat. c. Ex litteris, & c. de præsump. & d. consil.168. num.20. cap. fin.* Vndè cum ex supradictis, & ex alijs actibus ex eodem *Summ.* apparentibus, & concludenter appareat de
53 inhonestate † d. Angelæ, & de iusta causa in Ioanne matrimonium cum ea recusandi nullo quem pacto ad illud cogi posse videtur, *d. cap. Quamquã de iureiuran.* vbi *Abb. & cæteri DD. duc. in Epitomeo de sponsal. part.1. cap.5. nu. 2. Menoch. de arbitr. cas.414. num.5. Menoch. cons.786. nu.16.* ibi attamen, & causæ iam supra connumeratæ, &c. *num.25. §. respondebam, vers. ex quo sequitur, &c. Rota decis.451. nu.4. vers. & licet part.4. recentior.*

54 Ex hac † autem fornicatione Angelæ plures eliciuntur causæ, quæ sufficiunt, vt iure merito recedi possit à supradictis sponsalibus.

55 Quarum prima est odium † capitale exortum inter prædictos, quod valdè venit attendendum, &c. *cap.2. & d. cap. requisiuit,* vbi *Abb. nu.4. de spons. Menoch. de arbitr. Iud. lib.2. cent.5. cas.455. nu.3. vers. Et hi admouentur, & cons.787. nu.25.* vbi quod quando sponsus, &c. *M. Anton. d. resol.2. nu.8. & resol.28. num.13. in princ. lib.1. Rota decis.207. nu.9.* ibi, *stante præcipuè quod inter ipsum, & Isabellam, &c. part.1. recent.*

56 Altera est asserta † indignatio parentum, & consanguineorum, vt apparet ex *eodem Summ. nu.4.* quam valdè ponderat *Abb. in d. cap. Reposuit, Guttier. Cauin. quæst. lib.1. cap.20. n.17. & seqq. Anuers. de matrim. quæst.8. sect.14. §.5. vers. & inter hæc damna, Anton. resol.2. nu.9. d. resol.28. nu.13. vers. Tum ob indignationem, &c. Giouagn. d. consil.16. num.43. vers. tertio quia, &c. Menoch. consil.787. nu.16.* ibi, *quod fortius est Patris dissensus,*
57 *& nu.26. & tandem dixi, &c.* † Ex qua indignatione imminet periculum exhæredationis, vt deponunt Testes examinati in Processl. Remiss. videlicet primus super 5. folio 203. secundus fol.212. tertius fol.220. quintus fol.233. qui quidem metus, vt præbeat iustam causam recedendi à sponsalibus, tradit *Bart. in l. si ob turpem nu.6. ff. de cond. ob turp. caus. Anton. d. resol.2. num.10. Fontanell. de pact. nupt. claus.12. glos. vnic. num.7.* ibi. *quando adesset timor. &c. Giouagn. dicto cons.16. num.17.* ibi, *quando filius, &c. Seraph. decis.1258. nu.2. Greg. XV. decis. 376. & ibi Adden. nu.9.* ibi, *habetur tamen pro iusta causa, &c. & coram Caualler. decis.447. nu.2.* ibi, *velle eam exhæredare, &c. & decis.468. num.1.* & in *Tullen. matrimonij 13. Maij 1596. coram Penia, vers. Et in casu proposito,* ibi, *& tunc propterea post dict. resolut.1. Anton.*

58 Adest etiam † alia causa resultans ex maxima disparitate coniugum ratione natalium, *vt ex eod. Summ. num.6.* vbi apparet de nobilitate Ioannis, *& nu.7.* de vili conditione Angelæ, quam magni facien. idem *Anton. d. resol.2. num.5. Sanch. de matrim. disp.14. nu. 3. Fontanell. de pact. nupt. claus.12. nu.7. Menoch. præsumpt.10. num.4. lib.10. & cons.786, num. 11. & 12. Cabr. d. cons.186. num.3. vers. & ex maxima disparitate, Cæs. de Crass. decis.2. num.5. tit. de sponsal. & Add.*
59 *ad decis.331. num.31.* † matrimonia enim infelices exitus plerumque habere solent, quando inter impares contrahuntur, *Menoch. cons.385. num.6. circa fin.*

Et ita Ioanne tantum informante fuit resolutum, &c.

☞ *Decisio hæc in ista causa emanata sub die 13. Martij 1643. coram eodem Reuerendiss. Papien. posita in præcedenti part.9. ricent. tom.1. decis.163.*

REVERENDISS. P. D. ARGVELLES.

Romana Fideicommissi seù attentatorum

Lunæ 11. Februarij 1647.

ARGVMENTVM.

Attentata dicuntur omnia gesta pendente termino ad appellandum, & si dubitari contingat, an appellatio esset admittenda, vel necne

necne, & postea per Signaturam admittatur, omnia gesta etiam ante appellationem sunt attentata, quia appellatio per Signaturam commissa, declarat sententiam vsque ab initio fuisse appellabilem.

Verùm quia attentare quis non dicitur quando post obtentam possessionem recurrit pro manutentione iuxta vulgatam regulam qui continuat non attentat, ideò disputatur acerrimè an & quandò quis dicatur continuasse ad effectum excusandi attentata.

SVMMARIVM.

1 *Attentata dicitur sententia extra Rotam lata pendente lite in Rota.*
2 *Attentasse dicitur, qui post commissionem causæ aliud iudicium super eisdem rebus coram alio Iudice introducit.*
3 *Attentare non dicitur, qui post obtentam possessionem recurrit pro manutentione.*
4 *Continuans non attentat, intellige vt. num.7.*
5 *Continuare non dicitur, quando adest diuersitas personarum, & iudiciorum.*
6 *Attentata resultant ex variatione iudiciorum.*
8 *Continuatio possessionis ex quo dignoscatur.*
9 *Continuare possessionem quis non dicitur quando non apparet prius possedisse.*
10 *Continuare possessionem non dicitur, vbi dubitatur an quis esset in possessione.*
11 *Continuare quis non dicitur possessionem quando super ipsa possessione erat questio, & lis introducta.*
12 *Continuare quis possessionem non dicitur quando sibi mutat titulum possidendi.*
13 *Possessio dicitur attentata, & non continuata quando est diuersa ab illa priori, & antecedenti possessione.*
14 *Possessionem antiquam quis amittit per mutationem causæ eius possessionis contra. num.seq.*
16 *Possessionem antiquam quis non amittit per nouam apprehensionem, quando vult possidere ex pluribus causis.*
17 *Possidere ex pluribus causis, & velle mutare causam possessionis, diuersum est.*
18 *Possessionem antiquam quis non amittit per nouam causam possessionis quando causæ possidendi sunt compatibiles, secùs quando sunt contrariæ.*
19 *Actiones confunduntur quando quis in eadem causa se gerit tamquam creditor hæreditatis, & tamquam hæres defuncti.*
20 *Secùs quando esset hæres cum beneficio legis, & inuentarij declara vt. num.25.*
21 *Actiones non confunduntur ex facto.*
22 *Possidere quis non potest eamdem rem vti creditor, & vti hæres.*
23 *Representari duas personas contrarias in vna eademque re non potest.*
24 *Actio & passio simul, & semel non datur in vno eodemque indiuiduo.*
25 *Actio & passio simul & semel ex beneficio legis, & inuentarij dari potest in vniuersa hæreditate, sed non in singulis rebus.*
26 *Continentia causarum efficitur ex identitate personarum, & rerum, licet diuersa sit actio.*
27 *Continentia causarum efficit vt gesta coram alio Iudice sint nulla & attentata.*
29 *Clausulæ, quam, & quas inciden̄, & dependen̄, comprehendunt causas motas, & mouendas super eadem re, & circa idem negotium.*
30 *Attentata resultant ex gestis intra terminum competentem ad appellandum.*
31 *à Sententia datur appellatio.*
32 *à Sententia immissionis seù manutentionis, quando datur appellatio ad vtrumque effectum.*
33 *Aegidiana cessat quando agitur de interesse clericorum.*
34 *Appellatio non datur à sententia lata in summarijssimo possessorio manutentionis, etiam circumscripta Aegidiana contra num.seq. & num.38.*
36 *Appellatio non datur à decreto facto in summarijssimo possessorio manutentionis, & quare.*
37 *Iudex melius informatus valet qnandocumque ab eius decreto reponere, & præiudicium si quod intulit, reparare.*
39 *Iudex non habet facultatem reuocandi, aut reformandi suam sententiam.*
40 *Appellationis remedium reparat grauamen sententiæ.*
41 *Appellatio à sententia lata in summarijssimo possessorio manutentionis, non denegatur cessante Aegidiana.*
42 *à Sententia lata per cedulam super manutentione datur appellatio.*
43 *Attentata sunt omnia gesta infra decem dies competentes ad appellandum.*
44 *Attentata sunt reuocanda.*
45 *Ius aliquod quotiès alicui auferri non potest, ita nec spes ad illud auferri potest.*
46 *Appellatio per Signaturam commissa simpliciter reddit attentata omnia medio tempore gesta.*
47 *Appellatio per Signaturam commissa declarat sententiam vsque ab initio fuisse appellabilem.*
48 *Amplia etiam si appellatio non fuisset admittenda.*
49 *Appellatione per Signaturam admissa omnia gesta etiam ante appellationem sunt attentata & quare.*
50 *Signaturæ rescriptum retrotrahitur ad diem sententiæ ad effectum causandi attentata.*

DECISIO XX.

EX dispositione *Auth. res quæ C. commun. de legat.* & in vim clausulæ *constituti*, appositæ in instrumento dotis scutorum 1500. Thopatiæ vxoris Cæsaris Vrsini prædefuncti, obtinuerunt de mense Martij 1637. Balthassar Vandellus, & Remedius Albanus Clerici eiusdem Thopatiæ hæredes testamentarij ab Auditore Cameræ associari ad possessionem duarum domorum, & viginti quatuor locorum Mōtium in hæreditate dicti Cæsaris, ad d. dotis restitutionem obligati repertorum, & fideicommisso q. Panthasileæ de Matthæis subiectorum contra Hilarium, & Claricem de Vrsinis fideicommissarios, & possessores, per quos interposita appellatione commissa fuit causa in Rota *Reuerendiss. D. meo Carillo Præsidi Vallisoletano*, cum clausula, sine præiudicio mandati de associando.

Successiuè ijdem Clerici 24. Aprilis 1638. ab eodem Auditore Cameræ obtinuerunt sētentiam confirman. prædictam associationem & ex abbundanti conceden. manutentionem, seu

ſeu immiſſionem in poſſeſſionem dd. domorum, & locorum Montium ex cauſa retentionis, & mutationis poſſeſſionis d. Thopatiæ eorum Auctricis, & vigore d. ſententiæ 28. eiuſdem, & 4. Maij cæperunt poſſeſſionem eorumdem bonorum.

Vrſini perſonaliter non citati à die habitæ notitiæ iterum appellarunt, & obtinuerunt per Signaturam committi cauſam *ſimpliciter* eidem Reuerendiſſ. Domino Carrillo, ideo contigit dubitari coram me ſubrogato An conſtet de attentatis, quæ veniant reuocauda, & Domini affirmatiue reſponderunt.

2 Siquidem † attentata viſa fuit hæc ſecunda ſententia manutentionis, ſeu immiſſionis tamquam obtenta ab Auditore Cameræ poſt cōmiſſam in Rota cauſam appellationis à man-
2 dato de aſſociando, † poſtquam non potuerunt illi Clerici aliud iudicium ſuper ijſdem rebus coram alio Iudice introducere, & multo minus ſententiam obtinere citra vitium attentatorum *cap. 1. cap. ad hæc 6. cap. præſentiam 16. cap. cum teneamur 17. cap. qua fronte 25. cap. ad hæc 32. cap. an ſit 42. cap. conſtitutis 46. cap. bonæ 51. cap. dilecti 55. & cap. ſequen. & cap. cum ceſſante 66. de appell. cap. non ſolum 7. eod. tit. in 6. cap. cum nobis 19. de elect. cap. paſtoralis 29. de iurepatron. cap. poſt appellationem 31. §. appellatione 2. q. 6. Clementin. 1. de ſequeſtr. poſſ. l. 1. in fin. ff. ad Senat. Conſul. Turpill. l. ſciendum ff. de appellat. recip. l. vnica ff. nil. noa. appell. interpoſ. Auth. vt nulli iudicium liceat, cap. & hoc peruenit 3. in fin. collat. 9. edicto Iuſtinian. 8. cap. 1. Gregor. Lopez in l. 2. tit. 23. partit. 3. Didac. Perez in l. finali tit. 13. lib. 3. ordinamenti Lancellot. de attentat. lit. pend. in præfat. n. 296. Rota deciſ. 393. per tot. par. 2. rec. deciſ. 465. num. 4. verſ. quia lata pendente lite in Rota coram ſan. mem. Greg. XV. cum alijs per Couarr. pract. cap. 25. num. 1. Balboa in d. cap. 1. de appell. num. 14. & in Leodien. Abbatiſſatus 13. Iunij 1643. §. attentatum eſt &c. in fine coram R.P.D. Ghiſilerio.*

3 Et † quamuis prætenderetur excuſare attentata ex eo, quod licuerit recurrere ad Aud. Cameræ pro obtinenda manutentione in poſſeſſione in qua illi Clerici reperiebantur, iuxta *notata per Doctores in cap. cum teneamur 17. de appellat. & per Lancellot. vbi ſupra part. 2. cap. 4. limit. 1.*
4 *ſub num. 1. ex vulgari regula,* † *qui continuat non attentat. Scaccia de appell. quæſt. 3. num. 70. vbi plures.*

Attamen nullibi conſtat de eorum præcedenti poſſeſſione, quin immò probatur ante-
5 rior poſſeſſio iſtorum de Vrſinis, † ac propterea dum illi obtinuerunt aſſociationem ab Auditore Cameræ tamquam creditores Cæſaris, non potuerunt poſt commiſſam cauſam in Rota variare, & ab eodem Aud. Cameræ obtinere manutentionem, ſeu immiſſionem
6 tamquam hæredes Thopatiæ; † quia ex hac variatione reſultant inexcuſabilia attentata, vt declarat idem *Lancellot. vbi ſupra nu. 92. verſ. ſecundo quando &c. Caualer. deciſ. 615. num. 3. verſ.*
7 *vltra quod &c.* † vbi quando non eodem modo
8 continuatur, † quod dignoſcitur ex quo virtute mandati obtenta fuit poſſeſſio, vt in pręſenti.
9 Et quando apparet reum priùs poſſediſſe, *Lancell. vbi ſupra num. 100. verſ. quarto limita Rota deciſ. 110. num. 1. verſ. cum continuatio, & dec. 637. num. 3. verſ. quia reſpondebatur, & num. 4. verſ. vnde regula par. 1. rec. Adden. ad Greg. XV. deciſ. 557.*
10 *num. 5.* † & etiam quando dubitatur quis eſſet in poſſeſſione, vt dixerunt relati per *Lancell. vbi proximè num. 101.* quod ille probat *num. 13.*
11 Eo † magis quia ſuper ipſa poſſeſſione, & & mandato de aſſociando erat quæſtio, & cauſa appellationis introducta in Rota *ad Lan-*
12 *cell. ſupra nu. 70. & 113.* † & præſertim quia Aduerſarij non dixerunt velle continuare antiquam poſſeſſionem, ſed velle *mutare ſibi cauſam poſſeſſionis, & poſſidere tamquam hæredes,* quæ
13 noua; & diuerſa ab illa priori poſſeſſio eſt, & ideo attentata *Lancell. vbi ſupra num. 111.*
14 Immò, dicebat vnus ex Dominis, quod illi mutando cauſam eorum poſſeſſionis, amiſerunt poſſeſſionem primam, *vt eſt textus expreſſus in l. qui bona 19. §. 1. ff. de acquir. poſſ. vbi Gloſſ. in verbo reiecta, Alexan. num. 1. verſ. ibi quo eſt ſcriptum, & num. 3. Cuman. in d. §. 1. in princ. & num. 2. & 3. Zaſſ. num. 2. Guiac. in recit. d. l. 19.* Li-
15 cet † contrarium putauerit *Caſtren. ex l. 3. §. ex pluribus 4. ff. eod. tit.* quæ non obſtat. Primò,
16 quia † diuerſum eſt velle ex pluribus cauſis poſſidere, *vt dicto §. 4.* & velle mutare cauſam poſſeſſionis, *vt d. num. 1.* Secundo quia, vt re-
17 ctè ait *Bart. in d. §. 4. num. 4.* † procedit quando cauſæ poſſidendi ſunt compatibiles, ſcilicet pro emptore, & pro ſuo, & ſimiles, non autem quando ſunt contrariæ, vt in præſenti, ſi quidem illi Clerici voluerunt primo poſſidere ex beneficio *Auth. res quæ C. commun. de le-*
18 *gat.* † ex quo ſupponitur bona, de quibus agitur eſſe ſubiecta fideicommiſſo; & poſtea volunt poſſidere eadem bona tamquam libera, & vti, Cæſaris hæredes ex perſona Tho-
19 patiæ, quæ ſunt contraria. † Tertio quia ſe gerere volunt tamquam creditores Cæſaris ad dotem Thopatiæ, & tamquam hæredes ipſius Cæſaris, ex quo reſultat confuſio actionum, *l. Cranius 71. ff. de fideiuſſ. l. ſticum 95. §. aditio ff. de ſolu. cum vulg.*
20 Nec ſuffragaretur ſi oſtenderent ſe eſſe hæ-
21 redes cum beneficio inuentarij, † quia licet ex facto non confundantur actiones *l. finali §.*
22 *in computatione C. de iure delib.* Attamen fieri non poteſt, vt eamdem rem quam poſſident
23 vti creditores, poſſideant vti hæredes, † nam in vna eademque re non poſſunt has duas perſonas contrarias repræſentare, nempe credi-
24 toris, & debitoris, † quia aliàs daretur actio, & paſſio ſimul, & ſemel in vno eodem-
25 que † indiuiduo cōtra notata *in l. frater à fratre 38. & ibi Bart. num. 11. ff. de condit. indebit.* licet poſſint in tota, & vniuerſa hæreditate, ex beneficio legis, ſed non in ſingulis rebus.
26 Nec dicatur quod ſint cauſæ diuerſę. † Quia cum agatur inter eaſdem perſonas, & ſuper ijſdem rebus (licet diuerſa ſit actio, quę cauſæ continentiam efficiunt, *Afflict. cum pluribus*
27 *deciſ. 354. num. 13.* † illa quæ eſt facta coram alio Iudice eſt nulla, & attentata, *Afflict. ibid. num. 19. Lancell. d. atten. lit. pend. par. 2. cap. 4. limit. 2. num. 67. poſt med. verſ. & ad propoſitum, & eſt textus*

tus

tus clarus in l. nulli prorsus 10. *C. de iudic. & in cap.*
28 *dispendia* 3. *de rescript.* † Insuper quia probationes Hilarij, & Claricis faciendæ in primæ causa excludent intentum secundæ, si enim probent apertum sibi fideicommissum, nihil consequentur Aduersarij etiã si probauerint Thopatiam eorum auctricem fuisse hæredem Cæsaris ad tradita per *Lancell. de atten. appellat. pend. cap.* 12. *limit.* 2. *num.* 43.

29 Et maximè quia causa fuit in Rota commissa cum clausulis, *quam & quas, inciden. & dependen. &c.* quæ nedum comprehendunt causas motas, *Rota decis.* 34. *de rescript. in no. Seraph. decis.* 644. *circa finem num.* 3. Verum etiam mouendas super eadem re, & circa idem negocium, *Cas. de Grass. decis.* 2. *num.* 4. *&* 5. *de rescript. Buratt. decis.* 226. *num.* 6. *vers. & vti concepta &c. & decis.* 405. *num.* 1. *& sequen. cum alijs in Cæsaraugustana distributionum* 26. *Iunij* 1645. §. *quod eo fortius coram R.P.D. Cerro.*

30 Attentata † insuper clariora dicebant Domini resultare ex subsecuta executione eiusdem sententiæ Aud. Cameræ facta infra terminum competen. ad appellandum, quæ citra
31 vitium attentatorum fieri non potuit, † cum à dicta sententia daretur appellatio, *cap. cum ad sedem* 3. *vbi Gloss. in verbo interdictum de rest. spoliat. Caualer. decis.* 2. *num.* 8. cum alijs plenè congestis in *Romana de Cæsareis* 20. *Maij* 1639. *coram R.P.D. Ghisilerio; &* 22. *Aprilis* 1641. *coram Reuerendiss. D. Carrillo*, & pluribus per *modern. Perusin. in tract. de manut. obseruat.* 12. *nu.* 134.

32 Quodq; † à dicta sentẽtia daretur appellatio liquet ex eo, quod dd. Balthassar, & Reme-
33 dius erant Clerici, † ob quorum interesse cessabat Aegidiana, & ideo seruandum erat ius canonicum permittens appellationem ad vtrumque effectum *d. cap. cum ad sedem de rest. spoliat. Couarr. pract. quæst. cap.* 23. *num.* 8. *vers. prima conclusio Honded. cons.* 20. *num.* 3. *lib.* 1. *Rota in Recanaten. bonorum* 21. *Aprilis, &* 6. *Iunij* 1640. *coram R. P. D. Cerro, in Auximana prætensi fideicommissi* 25. *Iunij eiusdem anni in* §. *quod autem esset appellabilis &c. confirmata* 21. *Iunij* 1641. *in* §. *secundo, & recursus* 16. *Maij* 1642. *in* §. *de attentatis autem coram eodem R.P.D. Cerro.*

34 Non obstat, quod circumscripta quoque Aegidiana inappellabilis esset ista sententia etiam de iure canonico tamquam lata in summarijssimo possessorio manutentionis, *iuxta tex. in l. vnica C. si de moment. possess. fuer. appell.* quæ lex fuit à Gratiano inserta *in cap. finali,* §. *de possessione* 2. *q.* 6. *vt inquit Seraph. decis.* 1295. *n.* 2. *vers. adeo quod &c.*

Quia conclusio solum intrat quando pro-
35 ceditur per decretum, † tunc enim Iudex nõ
36 infert parti grauamen irreparabile, † cum melius informatus valeat quandocumque ab
37 eo reponere, & præiudicium (si † quod intulit) reparare iuxta *textum in l. quod iussit* 14. *ff. de re iudic. & in d.* §. *de possessione, ibique Glossa verbo momento caus.* 2. *q.* 6. *Rota decis.* 287. *sub nu.* 7 *vers. nec etiam obstare videtur &c. & decis.* 404. *numer.* 4. *vers. quod magis procedit par.* 2. *rec.*

38 Secus autem quando proceditur per cedulam sententiæ (prout processit Auditor Ca-
39 meræ in casu isto, vt in summ. num. 3.) † Tunc enim non remanet amplius Iudici aliqua facultas suam sententiam reuocandi, aut reformandi, vt sancitur in *l. Iudex postea quam* 55. *ff. de re iudic.* & in alijs ibi congestis per *Gloss.*
40 *in verbo non possit*, & ideò ad reparandum grauamen, necessarium est congere ad reme-
41 dium appellationis, † quod cessante Aegidiana, non denegatur, vt vltra supra allegat. dixit *Rota in Neapolitana grani, & ordei* 18. *Maij*
42 1619. *in princ. coram Vbaldo*, † & in puncto quod à sententia lata per cedulã super manutione detur appellatio decisum fuit in *decis.* 23. *num.* 5. *vers. accedit quod sententia &c. post modern. Perusin. de manuten.*

Ista executio eo magis subiacet vitio atten-
43 tatorum. † Quia legitur facta 28. Aprilis, seu 4. Maij, & sic infra decem dies competen. ad appellandum, cum sententia emana-
44 uerit 24. eiusdem † quapropter est notoriè nulla, inualida, & attentata, & consequenter reuocanda *d. cap. non solum* 7. *de appell. in* 6. *Gloss. in cap. dilectis* 55. *in verbo exequendam de appell. Rota decis.* 10 *vt lit. pend. in no. & fuit dictũ in Salernitana iurispatronatus* 4. *Iulij* 1642. *coram R.P.D. Royas, in Vicen. beneficij* 10. *Decemb.* 1646 *coram R.P.D. Cerro, & in Gerunden. beneficij* 1. *Iulij* 1644. *corã eod. R.P.D. Cerro, & decent. Balboa inc.* 1
45 *de appell. num.* 20. *Barbos. in d. cap.* 7. *n.* 1. † nam quoties ius aliquod alicui auferri non potest, ita nec spes ad illud auferri potest *l. si vsusfructus* 9. *in princ. ff. de vsufruct. quemadm. caueat. l. Diui Seuerus, & Antoninus ff. ad leg. Iul. de adult.*

In quam sententiam procliuiores fuerunt
46 Domini, † ex eo, quia Signatura commisit Rotæ simpliciter appellationem à dicta sententia, quæ commissio omnia medio tempore gesta reddit attentata *l. vnico ff. nil. non appell. interp. Buratt. decis.* 902. *num.* 2. *vers. & cum pariter*
47 *&c.* † & declarat sententiam vsque ab initio fuisse appellabilem, *Gloss. in l. appellatio num.* 3. *in verbo deliberationis, & ibi Bald. C. de appell. Reuerendiss. Vrgellen. decis.* 96. *num.* 4. *& decis.* 191.
48 *num.* 5. *vbi ampliat*, † etiam si appellatio non fuisset admittenda, *& subdit*, quod tunc om-
49 nia gesta etiam ante appellationem sunt attentata, *Buratt. d. decis.* 902. *num.* 6. *vers. appellatio*
50 *per Signaturam simpliciter admissa &c.* † Etenim tali casu rescriptum Signaturæ retrotrahitur ad diem sententiæ ad effectum causandi attentata, vt pluries fuit in Rota decisum, & signanter in *Bononien. rescissionis contractus* 15. *Aprilis* 1644. *coram R. P. D. Verospio, in Viterbien. fideicommissi, seu attentatorum* 13. *Maij* 1644. *&* 12. *Maij* 1645. *coram R. P. D. Cerro, & in alijs relatis in Toletana matrimonij* 26. *Iunij* 1645. §. *secundo quia cum d. appellatio &c. coram R.P.D. Corrado, in Calaguritana beneficij* 23. *Iunij* 1645. §. *& maximè quia causa appellationis &c. & in Bisuntina iurispatronatus* 26. *Februarij, &* 7. *Maij* 1646. *coram me.*

Et ita &c. vna &c. altera tamen &c.

R.P.D.

R.P.D. LEONE VEROSPIO.

Nepesina Pecuniaria.

Veneris 15. Februarij 1647.

ARGVMENTVM.

Dos probatur soluta per confessionem Mariti de recepto quando præcessit promissio, & confessio Mariti, probat non solum contra illius hęredes, sed etiam contra creditores, & quoscumque tertios possessores, & ex quibus adminiculis confessio Mariti de dote recepta obtineat vim verę numerationis, nonnulla deducuntur. Valor rei licet sit variabilis ex tempore, tamen ex spatio trium annorum non mutatur dum causa mutandi pretium non intercessit.

SVMMARIVM.

1 *A.C. regulariter vigore suarum facultatū est executor obligationis Cameralis priuatiuè quoad alios.*
2 *Rota quando pro obligatione Camerali possit mandatum relaxare.*
3 *Transactio adinstar rei indicatæ habet executionem paratam.*
4 *Statutum Vrbis lib.1. cap. 85. tribuit executionem paratam instrumentis dotalibus contra bona expresse, vel tacitè hipotecata quamuis penes tertios existentia.*
5 *Dos probatur soluta ex confessione Mariti, tàm in testamento, quàm in codicillis.*
6 *Dos probatur soluta per confessionem mariti de recepto, quando instrumentum dotis promissæ præcessit matrimonio.*
7 *Confessio de recepto probat numerationem contra hæredes confitentis.*
8 *Confessio Mariti de dote recepta probat non solum contra illius hæredes, sed etiam contra creditores, & quoscumque tertios possessores.*
9 *Confessio Mariti de dote recepta, ex quibus adminiculis vim veræ numerationis obtineat.*
10 *Matrimonium regulariter non contrahitur sine dote.*
11 *Dos soluta in maiori parte, inducit præsumptionem, quod residuum quoque fuerit solutum.*
12 *Datio in solutum resoluta per euictionem, perindè est, ac si effectum sortita non fuisset.*
13 *Euictione secuta in bonis in solutum datis mulieri pro restitutione dotis, potest mulier primeuam actionem intentare.*
14 *Hæres promittens soluere debita nomine proprio, non gaudet beneficio inuentarij.*
15 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij, hæreditario nomine transegisse præsumitur, licet proprium expræsserit, & quanao secus. num. 17.*
16 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij tenetur de proprio si in transactione super debitis hæreditarijs proprium interesse deduxit.*
18 *ex Deliberatione an eliciatur verus alicuius rei valor*
19 *Valor rei est variabilis ex tempore.*
20 *Valor rei attenditur quando secuta, non autem quando promissa fuit euictio.*
21 *Valor alicuius rei reputatur iustus ex pretio inter partes conuento.*
22 *Valor rei non variatur spatio trium annorum, dum causa mutandi pretium non intercessit.*
23 *Redemptio alicuius rei inuerisimile est, vt fieri debeat, maiori pretio, quam æstimata fuit.*
24 *Exceptio quæ obstabat auctori, obstabat etiam eius hæredi.*
25 *Fructus ex prædio vrbano regulariter non percipiuntur.*
26 *Prædia vrbrna de sui natura sunt infructifera.*
27 *Fructus ex sola possessione prædij vrbani non præsumuntur percepti.*
28 *Fructus de prædio vrbano debentur pro ea solum quantitate quia constat fuisse perceptos.*

DECISIO XXI.

PER obitum Marci Antonij dissoluto matrimonio cum Margarita antea contracto hæc cum Fuluio illius hærede super suo credito dotali transegit, Vineam, ac Domum hęreditariam obtinendo sub amplissima euictionis promissione, tum proprio, tum hęredum nomine stipulata per Fuluium: Pacto insuper adiecto, quod hinc potioritati, ac anterioritati dotis illatum non censeatur pręiudicium super cęteris bonis hęreditarijs Marci Antonij, in assignatis corporibus sequeretur euictio: sed tunc contra reliqua bona posit Margarita sua iura exercere. Euictione deindè secuta super domo ex mandato Iudicis deliberata Victoriæ creditrici anteriori Marci Antonij, & commissa mihi vtraque causa transactionis, ac crediti dotalis cum facultatibus A. C. ad instantiam Margaritę dubium proposui, An, & pro qua summa debeat mandatum relaxari, & relaxandum esse pro summa scutorum 1125. ac fructibus ex euicta domo decursis in posterum liquidandis tum contra bona hęreditaria Marcj Antonij, tum contra propria Fuluij transigentis
1 hodie DD. responderunt. Quia licet † A. C. regulariter vigore suarum facultatū sit executor obligationis Cameralis priuatiuè quo
2 ad alios: † dum tamen illę fuerunt in commissione demandatę, poterit pro eadem obligatoine Camerali, tum in instrumento transactions, tum in instrumento dotali apposita in hoc Tribunali mandatum relaxari ex notatis *in cap. cum dilecti de donationibus, & in cap. si propter de reser. lib.6. Rot. in Parmen. datij.4. Iunij 1612. coram bon. mem. Coccino impress. post Zacch. de oblig. Camerali decis.1. num.19. &* 20. non solum contra Marcum Antonium, ac Fuluium principaliter obligatos in instrumento dotali, ac transactionis, sed etiam contra Brigidam hęredem Fuluij tertiam, quamuis bonorum
3 Detentricem; † Tum ex priuilegio transactionis ad instar rei iudicatę paratam executionem obtinentis *iux. tex. in l. non minorem C. de transac. & notant ibi DD. communiter, Guttier. in l. nemo potest, ff. de leg. primo num.439. Aym. cons.685. numer.27. Rot. coram Reuerendissimo Vrgellen. decis. 216. num.15. & in Idruntina pecuniaria 26. Iunij 1641. coram bo. mem. Merlino, & in Baren. seu Neapolitana pecuniaria 12. Decembris 1642. coram Reuer. P.D. meo Royas, & in Baren. seu nullius Pecuniaria 26. Maij 1645. coram R. P. D. meo Cerro in*
4 *§. nec releuant duo.* † Tum ex dispositione statuti Vrbis lib.1. cap.15. paratam pariter executionem tribuentis dotalibus instrumentis con-

contra bona expresse, vel tacitè hypothecata pro dote penes tertios, quamuis possessores existentia, vt notat ibidem *Fenzon. num.11.& pluries dixit Rot. vt in Roman. dotis 17.Febr.1578. corā Robusterio, & in Romana Vineæ 3. Iunij 1606. coram Penia, penes eumdem fenz.dec.51.& 55.& in Terracinen. dotis 1. Decembris 1614. coram bon. mem. Cardinali Verospio, & in Rom.dotit 14.Febr. 1642. coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Neque dubitari potest de dotali credito Margaritæ bis à Marco Antonio confessato
5 tàm in testamento, quàm in Codicillis, † & in instrumento transactionis approbato per
6 Fuluium, † dum cōtractum Matrimonij præcessit promissæ dotis instrumentum, quod
7 confessioni de recepto vim tribuit, † & non solum contra hæredes confitentis numerationem concludit, *iux.tex.in l. in contractibus, §.sed quoniam vbi notat Cyn. num.3. in fine C. de non numerata pecunia, & alij relati per Gabr. de iure dot. concl.4. num.1. & in decis.24. num.3.p. 7.recent.& in Ariminen. dotis 4. Maij 1646. coram me*, sed
8 etiam † contra creditores, & quoscumque tertios possessores, vt notat *Tiraq. in l. si vnquā §. Donatione largitus num. 101. & alij adducti per eumdem Gabr. ead. concl.4. num. 2. & per Menoch. de præsumpt. concl.12. num. 53. Rot. coram Gregor. decis.62. num. 66. & 124. num.3. par.2.rec. & coram Seraph. 678. num. 10. & in Terracinen. dotis prima Decembris 1614. coram bon. memor Cardin.*
9 *Verospio.* † Et plura etiam concurrunt adminicula à DD. ponderata ad effectum vt confessio de recepto vim veræ numerationis obtinet; Generalis videlicet præsumptio ex eo
10 deducta, † quod regulariter matrimonium sine dote non contrahatur, alimentorum præstatio, geminata confessio, vinculo iuramenti vallata, que omnia adminicula approbauit, *Rot. in Ariminen. dotis 4. Maij, & 27. Iunij 1646.*
11 *coram me*: Et demum solutio maioris partis promissæ dotis in actu stipulationis subsecuta inducens præsumptionem veræ numerationis quoad reliquam partem, vt aduertit *Didac. var. lib.1. cap.7. num.5. Menoch.præs. lib. 3. præs. 12. num. 25. Rot. coram Greg. in adducta decis. 62. num. 7. & in Roman. dotis 14. Febr. 1642. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Hanc verò mandati relaxationem retarda-
12 re non poterit † præsumpta dotis satisfactio ex datione domus hæreditariæ Marci Antonij in solutum, quia illa per Creditricem an-
13 teriorem † fuit euicta, hoc enim casu eidem Margaritæ conceditur ex priuilegio dotis pro eius recuperatione primæuam actionem intentare, non solum contra bona hæreditaria Marci Antonij, ac si datio in solutum effectum sortita non fuisset, vt notat *Bart. in l. qui res in principio, & in l. si quis aliam nu. 2. ff. de sol. Bald.cons.289. circa finem lib.2. Petrus de Rauenna in suis singularibus singul. 633. Thesar.q.38.nu.13. lib.2. Mangil. de euict. q. 145. num.37. & 41. Rota decis.92.num.7.par.7.recen.* sed etiam contra
14 bona † Fuluij tum proprio, tum suorum hæredum nomine transigentis, vt notat *Angel. cons.31. num.8. Surd. cons. 191.nu.26. & dec.183. num.11. Peregr. cons.89.nu.11. lib. Rot.dec.545. Par. X. Recen. num.1. & 2. par.5. rec.* Qui licet cum beneficio
15 inuentarij † Marci Antonij hæreditatem adierit, & consequenter hæreditario nomine transegisse præsumatur, licet proprium expresserit, vt ponderauit *Rota decis. 392. num.3.*
16 *par. 1. recent.* † Non tamen impedire poterit executionem contra bona propria, dum in transactione proprium eum interesse deduxit obtinendo mobilium vsumfructum legatum Margaritæ a Marco Antonio, eius vita durante, & fructus dotales dissoluto matrimonio, & antè diem transactionis decursos, &
17 Margaritæ debitos. † Hoc enim casu cessat ponderata inuerisimilitudo in adducta *decisione 292. par.1. recen.* quod solum hæreditario nomine contraxerit ex quo super re hæreditaria, ac propria transegit, prout deductum fuit in decisionibus factis coram me in hac eadem causa sub *die 27. Aprilis, & 3. Decembris 1646.*

Neque etiam relaxationem mandati in sūma scutorum 1125. debet retardare præsumptus excessus ex deliberatione domus prō so-
18 lis scutis 700. † subsecuta, quasi ex ea verus eiusdem rei valor eliciatur, vt notat *Bald. in l. 2. num. 63. C. de rescin. vend. Angel. in §.si quis agens num. 3. Inst. de Act. Alex. in l. pretia rerum num.8. ff. ad l. falc. Coler.de proc.exec.par.3.cap.9.*
19 *num.115.* † qui tamquam variabilis ex tem-
20 pore † tunc attenditur cum commissa, non autem promissa fuit euictio, vt probat *tex. in l. euicta re ff. de euict. l. Titius ff. de act. empti, Rot. in Rom.de Incoronatis 28. Febr. 1614. coram b.m. Card. Verosp.*
21 Hæc enim iusti valoris præsumptio excluditur ex pretio domus in summa scutorum 1125. inter partes conuento, quod iustum idcircò reputatur, vt notat *Bald. in l. per diuersas num. 13. C. mandati Pinell. in l.2. par.3.cap.4. num. 43. C. de resc. vend. Rolan.cons.64.numer.18. Menoch.cons.358.num.23. Card.Mant. de tac.lib.4. tit.19. num. 21. Rot. coram Greg. decis. 524.nu.5. & 553. num. 2.* etiam de tempore subsecutæ
22 euictionis. † Quia solo trium annorum spatio variari non potuit, dum causa mutandi pretium non intercessit, vt not. *DD. in l. 2. C. de resc.vend. vbi Bald. num.61. Castr. numer.4. Salyc. num. Arrius Pin. in 3. p. eiusd. l.num. 15. Natt. cons. 353. num. 2. Surd. cons.151. num. 71.* Pretium verò domus conuentum fuisse dignoscitur tum ex assignatione Vineę pro scutis tantum mille, hinc enim arguitur, quod pro reliquo credito dotali scutorum 1125. æstimata fuerit domus in eius computum assignata, tum ex reseruata eiusdem domus redemptione intra quinquennium pro dictis
23 sc.1125. † cum admodum reddatur inuerisimile, vt redemptio domus fieri debuisset pro maiori pretio, quam inter transigentes ęstimata fuisset.

Nec Brigidę poterit opitulari sententia in Tribunali A.C. reportata contra iacentem hęreditatem Marci Antonij, vt ab ea reintegrari deberet fideicommissum Sempronij per ipsum in pluribus corporibus diminutum, quia pręter quam per duas decisiones reprobata

bata fuit eadem sententia tamquam iniusta eidem Brigidę non comprehẽsæ in fideicommisso Sempronij expirato per obitum Fuluij, nec ideò proprio nomine ad reintegrationem agenti, sed tantum hęreditario eiusdem Ful-
24 uij, † semper obstat exceptio transactionis initę per suum auctorem, vt probat *tex. in l. vindicantem ff. de excep. & in l. Seia ff. eod. tit. Surd. cons. 15. num. 3. & cons. 70. num. 16. Rom. cons. 457. num. 2. circa finem*, & plures alij quos secuta fuit *Rota decis. 176. numer. 2. par. 6. recen. & decis. 48. num. 4. par. 7. recen.*
25 Quo verò † ad fructus, cum illi regulariter
26 ex Vrbano prędio † tanquam de sui natura
27 infructifero non retrahantur, † nec ideò ex sola possessione percepti pręsumãtur *l. Iulianus §. ex vendito ff. de act. empt. Rot. in Firmana, seu Maceraten. dotit 24. Ian. 1618. & 14. Martij, & 18. Iunij 1629. coram bon. mem. Pirouano inter impressas p. 2. decis. 259. num. 32. & 304. num. 15. & in Rom. laudi, seu domus 1. Iulij 1643. coram R. P. D. Bichio, & in Baren. seu nullius pecunia. 24. Ian. 1646. coram R. P. D. meo Cerro*, vbi alle-
28 gantur † concordantes; debitos esse Margaritę, Domini censuerunt pro ea solum quantitate, quã Victoriam percipisse liquidauerit. Et ita vtraque, &c.

R. P. D. MELTIO.

Postea Reuerendissimo Episcopo PAPIEN.

Hispaleñ Decimarum.

Veneris 15. Februarij 1647.

ARGVMENTVM.

Decimas exigendi ab omnibus, Capitulum, Parochus, seu, &c. habent intentionem fundatam ex assistentia iuris; Vnde qui circa illarum solutionem dicit habere exemptionem à Pontifice concessam, debet ostendere, quod expresse fuerit derogatum cap. nuper de decimis, aliàs non suffragatur.

Item si dicat esse exemptum, ob pręscriptionẽ, vel immemorabilem, debet coarctare negatiuam, & ostendere scientiam, & patientiam capituli non exigentis, quę scientia, & patientia, quando allegari non possit latissimè tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Decimarum exactor habet intentionem fundatam ex assistentia iuris.*
2 *Quasi possessio exigendi decimas, operatur, vt manutentio illi sit concedenda.*
3 *Exemptio circa solutionem decimarum à Pontifice concessa nihil operatur, vbi expresse non apparet derogatum* cap. nuper de Decim.
4 Cap. nuper de Decim. *vti conciliare specialem cerogationem requirit.*
5 *Decimas exigendi si quis reperitur in quasi possessione, est illi concedenda manutentio, donec contrarium doceatur.*
6 *Priuilegium non soluendi decimas à Papa concessum, an suffragetur in bonis controuersis remittitur ad petitorium, & interim decimæ soluendæ sunt.*
7 *Immemorabilis, natura est, vt non liceat in ea assignare principium alicuius temporis.*
8 *Immemorabilis remanet destructa, vbi clarè constat de initio.*
9 *Immemorabilis circa non solutionem decimarum, vt probetur per testes requiritur vt coarctent negatiuam, scilicet*
Quod decimæ non fuerint solutæ, nec solui potuerint puin ipsi sciuissent.
10 *Testes deponentes quod decimæ de aliquo tempore nõ fuerint solutæ, non coarctant negatiuam, quia potuerunt de alio tempore solui.*
11 *Præscriptio, & immemorabilis in materia decimarum, vbi non fuit concludenter probata, & per tres conformes canonizata, non impedit exactionem decimarum.*
12 *Præscriptio in materia decimarum non extenditur de prædio ad prædium, sed in quolibet prædio probari debet.*
13 *Præscriptum dicitur tantum in materia decimarum, quantum fuit possessum, & patiente capitulo non fuerint solutæ.*
14 *Decimæ si perantea soluebantur, & permutationem dominij non fuerint amplius solutæ, ista quasi possessio non soluendi quando suffragetur.*
15 *Decimæ vbi arredantur, seù locantur si quis non soluerit, non potest dici quod sciente, & patiente Capitulo, seu Paroco, &c. &c. id fecerit.*
16 *in Decimarum exemptione, an, & quaudo allegari possit scientia, & patientia non exigentis, vel potius illius contradictio.*
17 *Decimas exigendi ex quo dignoscatur quis velle dimittere quasi possessionem, vel potius eam animo retinere.*
18 *Quasi possessio exigendi decimas, saltem animo retenta, sufficit ad effectum obtinendi manutentionẽ.*
19 *Possessio metienda est ex parte possidentis, non autem ab eo contra quem possidetur.*
20 *Decimæ ubi arrendantur, seù locantur, si Arrendatary fuerint negligentes in exigendo, eorum negligentia non præiudicat Capitulo, neque illud priuat sua possessione.*
21 *Decimæ ubi arrendantur si Arrendatarij fuerint negligentes in exigrndo, uigore huius negligentiæ potest Capitulum manutentionem petere.*
22 *Decimæ alicuius prædij ubi per antea soluebantur per mutationem dominij non fit deterior conditio Ecclesiæ.*
23 *Ecclesiæ conditio respectu exactionis decimarum mutari, atque fieri deterior non totuit ex mutatione personarum, contra quas possidebat.*

DECISIO XXII.

BONA, de quibus agitur, nuncupata de Buena Esperanza, prouenientia ex hęreditate Ferdinandi Enriquez vsque de Anno 1615. titulo emptionis fuerũt acquisita à Fratribus Prędicatoribus, seu Dominicanis Conuentus S. Pauli el Real Ciuitatis Hispaleñ. In his autẽ cũ Capitulum Hispaleñ prætẽdat esse in quasi possessione exigendi decimas, petijt manutentionẽ super tali exactione; Viceuersa autẽ cũ dd. Fratres asserant se immunes à tali solutione vigore Priuilegiorum per summos Pon-

Pontifices ipsis concessorum. insteterunt pro manutentione in possessione prætensæ exemptionis dubitatum ideò fuit, cui nam ex istis dandum sit mandatum de manutenendo, & ad fauorem Decani, & Capituli fuit per Dominos responsum.

Habet enim Capitulum in huiusmodi exa-
1 ctione † non solum fundatam intentionem ex assistentia iuris, cum sit generalis, & perpetuus Administrator reddituum decimarũ, & illam exerceat vice Archiepiscopi, vt fuit resolutum *in Hispalen. Decimarum* 13. *Iunij*, *&* 5. *Decembris* 1636. *coram bon. mem. Pirouano*, *& in alia Hispalen. Decimarum* 27. *Iunij* 1644. *in principio coram R.P.D. meo Corrado*, necnon in alia *Hispalen. de Baraona* 16. *Martij* 1646. §. *Capitulũ*
2 *coram R.P.D. meo Cerro*. † Verum etiam antè motam litem, & antequam bona huiusmodi peruenirent ad manus Fratrum S. Pauli, probat suam quasi possessionem exigẽdi per tres testes, vt ex eius *Summario num.* 5. quæ operatur, vt manutentio illi sit concedenda *l.*1.*ff.uti possid.* §. *retinendæ instit. de interdict. Card. Seraph. decis.*1382. *in princip. &* 1497. *num.*1. *& in recen. decis.*341. *num. paritèr* 1. *par.*1. *Rota in dicta Hispalen. coram R.P.D. meo Corrado in princip. uers. ideoq; & in altera coram R.P.D. meo Cerro in primo* §. *circa finem*.

3 Non obstat deducta† exemptio à Fratribus circa solutionem huiusmodi decimarum vigore Priuilegiorum ipsis concessorum per sanct. mem. Bonifacium Octauum, Martinũ Quintum, & Eugenium Quintum, quæ per alios Summos Pontifices confirmata postea fuerunt.

Quia cum non appareat fuisse derogatum
4 *cap. nuper de Decim.* † quod vti conciliare, specialem derogationem requirebat, *Rebuff. de Decim. quæst.*14. *num.* 56. *Archidiacon. cap.*1.*n.*2. *de constit. in* 6. *Toletana Decimarum* 26. *Nouembris* 1605. *post Marchesan. de commiss. p.*2.*fol.*596. *num.*1. *& in eadem* 19. *Iuny* 1606. *coram Iusto*, *& in alia Toletana Decimarum* 29. *Nouembris* 1607 *coram Ortembergo*, *Vrbinaten. Decimarum coram Sanctissimo impressa post Tamburin.de Iur. Abbatiss. in ordine* 96. *Hispalen. Decimarum* 3. *Maij* 1635. *coram bon.mem. Buccabella in ordine* 42. *num.* 10. *par.* 7. *recent. Corduben. Decimarum de Lucena* 27. *Februarij* 1636. *coram bon. mem. Coccino in ordine* 103. *num.* 2. ibi, quæ quidem derogatio, *Vercellen. Decimarum* 13. *Nouembris* 1645. *uers. non non obstat*, *&* 15. *Ianuarij* 1646. §. *quæ responsio coram R.P.D. meo Cerro*, *& in dicta Hispalen. de*
5 *Baraona uers. non obstat coram eodem*, † & Capitulum habeat assistentiam Iuris, ac fundatam intentionem respectu suæ quasi possessionis exigendi in his bonis in ea est manutendũ, donec Fratres de eorum prętensis iuribus plenè, ac concludenter docuerint *Rota in Dertusen. Decimarum prima Iulij* 1620. *coram bon. mem. Cardinale Sacrato*, *Leodien. Castri de Mombech.*29. *Aprilis* 1637. *coram Reuerendiss. Domino meo Præside Vallisoletano in ordine* 214. *num.*11. *& dec.*42.
6 *num. pariter* 11.*part.*7.*recentior.Seraph.decis.*1380 *num.* 1. *uers. his tamen non obstantibus*, † quia inspectio Priuilegiorum, An scilicet, comprehendant etiam bona, de quibus agitur, necne, concernit petitorium, ac ad illud talis inspectio remittitur donec liquidè constet, quod Priuilegia comprehendant bona controuersa, vt fuit resolutum in *Tirasonen. Decimarum* 341 *num.*1.*part.*1.*recent. &* 205.*num.*3.*part.*2. *Abulen. Decimarum*, *quæ est* 562. *num.* 2. *part.* 1. *& dicta Dertusen. Decimarum impressa post tractat.Modern. Perusin.de manuten.decis.*157.*per tot.* & præcipuè *num.* 5. *dicta Hispalen. Decimarum*, §. *secus vero coram R.P.D. meo Corrado*, *& in altera coram R.P.D. meo Cerro* 12. *Ianuarij* 1646. §. *quia permutationem*, ibi, *Nec vis facienda est*, *&c. vt in rec. decis.*477.*num.*3.*part.*1. *&* 205.*part.*2.

Nec releuat prætensa consuetudo immemorabilis, seu præscriptio per Fratres allegata non soluendi decimas ex omnibus bonis acquisitis, & signanter ex illis, quæ proprijs sumptibus colunt, seu coli faciunt, & quod ab Anno 1615. quo supradicta bona emerunt vsque ad tempus litis, scilicet, de Anno 1632 illas nunquam soluerint.

7 Quia natura † immemorabilis est, vt non liceat in ea assignare principium alicuius tem-
8 poris; † In præsenti autem casu clarè constat de initio quod desumitur ex Priuilegio exẽptionis dictis Fratribus concesso per Bonifaciũ Octauum, & ab ipsis Dominicanis in actis producto, ex quo propterea remanet destructa natura immemorabilis, *Put.decis.*426. *n.*2. *lib.*2. *&* 467.*num.*6. *coram Papa Gregor.XV.*454. *num.*4. *&* 1102. *num.*8. *vers. sed tollitur difficultas coram Cardinale Seraphino*, *Buratt.decis.*551. *n.*1. *vers. vnde sequitur*, *& decis.*831. *num.*6. *in recent. &* 542.*num.*3.*part.*4. *Toletana Decimarum de Capilla* 4. *Iulij* 1640. *coram Eminentissimo Domino Cardinale Kerospio*, *& in Burgen. Decimarum* 26. *Maij* 1642. *coram Reuerendissimo Domino meo Patauino*, *Colonien. Iurisdictionis* 7. *Maij* 1646. *vers.*
9 *quoad secundum coram R.P.D. meo Corrado*. † Addendum est etiam quod testes pro Fratribus examinati non coarctant negatiuam, scilicet quod illi non soluerint, nec soluere potuerint, quin ipsi sciuissent, prout deponere per neces-
10 se deberent; † nam quamuis ipsi deponant de aliquo tempore minimè fuisse solutum, potuit tamen alio tempore solui, vt explicat *Card Caualer.decis.*487.*num.*3.*Seraphin. dicta dec.*1102. *num.*8.*vers.& ideo in recent.decis.*667.*num.*9.*par.*4. *& decis.*23.*nu.*5.*part.*6.*Corduben. Decimarum* 10. *Maij* 1604. *coram Ortembergo confirmata* 8. *Maij* 1610. *coram Sanctissimo Domino Nostro*, *Vercellen. Tecimarum* 13. *Nouembris* 1645. *vers. minus obstat*, *&* 15. *Ianuarij* 1646. *coram R. P. D. meo Cerro*.

11 An cum dicta † immemorabilis, & præscriptio à Fatribus prætensa non remaneat concludenter probata, & per tres sententias conformes canonizata, interim ipsi impedire nequeunt quin Capitulo concedatur manutentio, *Marescott. variar.resolut.lib.*1.*cap.*11. *numer.*6.7. *&* 8.*dictus Modern.Perus.obseruat.*45.*n.*19 *Theatina Iurisdictionis coram Vbaldo Seniore post dictum tractat. de manutent. decis.*397.*num.*2. *Mantic. decis.*296. *& in recent. decis.*273. *num.*1. *par.*2.
12 maximè cum præscriptio in materia decima-

rum non extendatur de Prædio ad Prædium,
13 sed in quolibet Prædio probari debeat † iuxta regulam tantùm præscriptum quantum possessum, *Buratt. decis. 402. num. 4. Cavaler. decis. 487. nu. 4. Posth. de manut. obseru. 731. num. 183.*
14 Et dum † de anteriori possessione Capituli non dubitatur, multò minus suffragatur Fratribus allegata quasi possessio exemptionis, cum non doceant quod sciente, & patiente Capitulo non soluerint *Seraphin. dicta dec. 1102 num. 8. vers. & maximè, Buratt. decis. 572. num. 13. dicta Hispalen. Decimarum 27. Iunij 1644. §. primò quia non obstat. &c.* vbi in hoc proposito lu-
15 culenter multi allegantur Doctores. † In præsenti autem casu excluditur talis scientia & patientia Capituli dum decimæ non ab ipsomet Capitulo exiguntur, sed arrendantur, fuit consideratum in dicta *Vercellen. Decimarum 13. Nouembris §. minus etiam probatur coram*
16 *R. P. D. meo Cerro.* † Immò potius euidentissima resultat contradictio, & reluctantia Capituli, dum ab ipso in arrendamentis, & locationibus, quæ factæ fuerunt pro tempore, exceptæ, & reseruatæ apparent illorum omnium decimæ, qui eas soluere recusassent ad effectum, vt contra illos iudicialiter experiri posset, vt deponunt testes dicto *Summario*
17 *num. 7.* † per quam contradictionem necessario infertur Capitulum nunquam intellexisse eius quasi possessionem velle dimettere, sed
18 saltem eam animo retinere, † quæ vt sufficiat ad istum effectum explicat *gloss. in l. 1. §. in verbo possidet, l. 3. §. in omittenda ff. de acquiren. possess. Gratian. discept. foren. cap. 384. num. 31. vers. neque obstat. Buratt. decis. 604. num. 1. vers. nec possunt dici, & decis. 823. num. 5. vers. tum quia, & in recent. decis. 241. num. 4. vers. rursus 560. nu. 3. par. 1. & 129. num. 4. vers. quod sufficit par. 4. Duran. decis. 138. num. 5. & dicta Hispalen. decimarum coram R. P. D. Cerro, §. nec visa,* ibi, Vnde resultat, & in allegata *Hispalen. Decimarum de Baraona coram Reu. P. D. meo Cerro, §. quicquid circa finem,*
19 & talis continuatio possessionis metienda est ex parte possessoris, non autem ab eo contra quem possidetur *Guidopap. decis. 629. & coram Papa Greg. XV. decis. 275. num. 2. & ibi Adden. numer. 18. & in recent. decis. 341. num. 1. vers. quæ possessio &c. 562. num. 1. & 3. par. 1. & 205. num. 2. p. 2 d. Hispalen. decimarum 27. Iunij 1644. vers. Quia*
20 *fuit responsum;* † Dato igitur, quod Arrendatarij etiam fuerint negligentes in exigendo tales decimas, eorum tamen negligentia non præiudicauit Capitulo, minusque illud pri-
21 priuauit sua possessione, † quinimò illius vigore manutentionem petere potest iuxta doctrinam *Bartol. in l. si Vxori num. 3. ff. de acquir. possess. Verall. decis. 170. num. 5. & 182. nu. 8. Adden. ad decis. 116. num. 5. coram Papa Greg. XV. & decis. 42. num. 7. vers. Et Ministro par. 7. recent.* & edoctè fuit etiam firmatum *in dictis Hispalen. coram R. P. D. meo Corrado §. 2. quia versic. Non vtique, & coram R. P. D. meo Cerro §. secundo quia, & in Vercellen. decimarum 13. Nouembris 1645. §. Minus, & coram eodem R. P. D. meo Cerro.*
22 Demum † nihil refert, quod bona huiusmodi transierint ex personis laicis in Ecclesia-
23 sticas personas. † Quia cum agatur de alia Ecclesia, ac eius Capitulo illius certè conditio respectu huiusmodi exactionis mutari atque fieri deterior non potuit ex mutatione personarum, contra quas possidebat, *c. quoniã vbi Abb. §. 1. de offic. deleg. l. 3. §. ex his de verb. signif. Gratian. discept. foren. cap. 113. num. 17. & cap. 310. num. 59. Lotter. de re benef. quæst. 38. nu. 110. l. 1 tom. 1. d. Modern. Perus. obseru. 56. num. 5. Cavaler. decis. 83. num. 7. & 379. num. 6. & in recent. dec. 341. num. 1.* ibi, *Quia ex mutatione par. 1. Romana fideicommissi de Epis 4. Aprilis 1631. coram Eminentissimo Cardinali Verospio.*

Et ita vtraque parte informante &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO

Calaguritana Beneficij de Cornago.

Lunæ 18. Februarij 1647.

ARGVMENTVM.

Restitutio in integrum aduersus rem iudicatam benè conceditur vbi concurrit iniustitia sententiæ, quæ detegitur iniusta vbi qualitates in illa suppositæ non subsistunt. Vnde in præsenti discutitur, ex quibus rectè elidantur Sacerdotij antiquitas, Doctoratus assecutio & maior habilitas circa scientiam ab Examinatoribus approbata, cum alijs ab vno ex colligantibus in sententia deductis,

SVMMARIVM.

1 *Sacerdotium probatur ex litteris patentibus.*
2 *Doctoratus conuincitur erroneus, quando priuilegium ocularitur cernitur alteratum amplia vt num. 4.*
3 *Falsitatis suspicio in ciuilibus pro falsitate admittitur.*
5 *Doctoratum non potest dici quis possibiliter assecutus vbi non reperitur descriptus in libris, & hoc ad Segretarij negligentiam imputari non potest.*
6 *Error in diuersis actibus per plures vices reiteratus, redditur inuerisimilis nec presumitur, sed debet ab allegante probari.*
7 *Habilitas maior circa scientiam de tempore examinis quando non possit argui.*
8 *Habilitas circa scientiam non est habitus innatus, sed tractu temporis acquiritur.*
9 *Examen nouum circa habilitatem scientiæ admitti solet post annum à die reprobationis elapsum pro eliciendo grauamine & quando id procedat. nu. 10.*
11 *Sententia adiudicationis alicuius beneficij, quando non se restrinxit ad qualitates ibi expressas secus. num. 14.*
12 *Paupertas Sacerdotis vindicat sibi prelationem in adiudicatione alicuius beneficij.*
13 *Præsentia in curia de tempore vacationis beneficij tribuit prælationem in illius adiudicatione, & quando secùs num. 16.*
14 *Sententia recipit declarationem ab actis.*
17 *Iniustitia sententiæ elidit vim rei iudicatæ.*
18 *Iniustitia sententiæ benè deseruit pro causa restitutionis in integrum.*

DE-

DECISIO XXIII.

CONFIRMARVNT hodie Domini decisionem sub die 10. Decembris præteriti coram me emanatam * super causis restitutionis in integrum Ioanni, ac Iosepho competentibus aduersus sententiam, quam ex defectu appellationis interpositæ in tempore in iudicatum transactam ad sui fauorem contēdebat Petrus aduersarius ex eodem præteritæ decisionis fundamento, quod illius qualitates in sententia suppositæ non subsistant; sed maiores in Ioanne ac Iosepho concurrant, alias ponderatæ pro ad iudicatione beneficij in Calaguritana beneficij de Logroño 27. *Apr.* 1646. *coram R. P. D. meo Rojas, & in alia Calaguritana beneficij de Briñas* 1. *Martij* 1629. *coram Reuerendissimo D. meo Decano, & in alia Calaguritana beneficij de la Casadelareina* 4. *Iulij præteriti coram me confirmata sub die* 16. *Ianuarij præteriti coram R.P. D. meo Bicchio.*

1 Prima enim qualitas † ex sacerdotij antiquitate deducta hodie non controuertitur, & eliditur ex literis, patentibus suscepti ordinis, tum à Petro, tum à Ioanne, ac Iosepho, ex quibus manifeste conuincitur per octo antecedentes annos Sacri ordinis Caractere Ioannem, ac Iosephum fuisse insignitos.

Altera vero qualitas fundata in gradu Ba-
2 chalaureatus † pariter conuincitur erronea, ex oculari inspectione priuilegij alterationis suspicione laborantis, quod idcircò fidem non
3 meretur in ciuilibus; † vbi sola suspicio falsitatis pro falsitate admittitur, vt aduertit *Gabr. de mal. conclus.* 6. *n.* 12. *Menoch. de præs. lib.* 1. *q.* 99. *n.* 5. *Masc. de prob. concl.* 739. *nu.* 2. *Clar. in §. falsum numer.* 30. *in fine & ibi Add. ad eum nu.* 239. *Rot. co-*
4 *ram Verall. dec.* 4. *n.* 3. *p.* 1. † Dum maximè in libris vniuersitatis Salamantinæ de ordine huius Tribunalis compulsatis descriptum non legitur Petri nomen, quod tamen ex statuto eiusdem Vniuersitatis per vndecim vices apponi debuisset ante Laureæ assequutionem.

5 Hinc corruit ponderata possibilitas assecuti gradus licet descriptus non fuerit in eisdem libris, quasi vel ex negligentia, vel per
6 errorem secretarij potuerit contingere; † cum talis error in tot actibus per vndecim vices reiterandis reddatur inuerisimilis, nec præsumatur, sed debeat ab allegante probari *iux. tex. in leg. errore, C. de test. & in l. si post diuisionem C. de iuris, & facti ignor. Bal. in l. Imperator in princ. ff. de statu hominum Dec. in l. si librarius n.* 30. *ff. de reg. Iur. Alciat. de præsum. reg.* 3. *præsum.* 21. *n.* 1.

7 Neque † vrget maior habilitas Petri ab examinatoribus Vrbis iustificata; licet enim ille recēsitus fuerit idoneus, ac habilis, maior tamē habilitas inde non concluditur respectu Io. ac Iosephi ab omnibus synodalibus examinatoribus approbati de tempore, quo Petrus fuerat reprobatus, qui idcircò dū se non subiecit examini intra annum post suam reprobationem elapsum, sed post 23. menses maiorem suam habilitatem, ac idoneitatem ex tunc arguere
8 non valet, † cum illa non sit habitus in natus sed contingens, & tractu temporis acquiratur *iux. tex. in l. sticus ff. de leg.* 3. *notat Euerar. in topica legali de loco à tempore ad tempus vers. tertio casu Lotter. de re benef. lib.* 2. *q.* 31. *nu.* 155. *Rot. decis.* 505. *nu.* 4. *par.* 2. *rec. Add. ad dec. Greg.* 527. *n.* 5.

9 Et licet † post annū à die reprobationis elapsū admitti etiam solet nouum examen pro eliciendo grauamine, prout admisit *Rot. coram*
10 *Greg. dec.* 527. *n.* 3. † in ea tamen decisione modicum temporis spatium effluxerat, varia impedimenta præcesserant, ac reiterata examinandi instantia; vt patet eodem *num.* 3. quæ de tempore secundi examinis præcessisse à Petro non iustificantur.

11 Non obstat quod sententia in adiudicationè beneficij controuersi non se restrinxerit ad qualitates sacerdotij, ac Bachalauratus; adeoque licet istæ corruerint possit ex alijs substi-
12 neri, videlicet † ex paupertate Petri, prælationem eidem tribuente, secundum *Hostien: in cap. cum sit n.* 5. *de ætate & qualit. Gutier. num.* 3. *cons.* 13. *& alij relat. per moder. Rom. discept. forens.*
13 211. *nu.* 23. *Rot. decis.* 16. *nu.* 7. *par.* 2. *diuers.* † & ex præsentia in Curia de tempore vacationis, quam ad hunc effectum prelationis alias ponderauit *Rota in Calaguritana beneficij de Briñas* 1. *Iunij* 1629. *coram Reuerendissimo D. meo Decano.*
14 Quia † dum de tempore subsecuti examinis aliæ, qualitates iustificatæ non fuerant à Petro; præter antiquitatem sacerdotij, ac gradum Bachalauræatus ad has tunc temporis in actis deductas censetur se restringere iudex in
15 sententia, † quæ ab eisdem actis declarationē recipit vt notatur *in l. si ex testamento in fin. cum l. sequenti ff. de exceptione rei Iudicatæ & per Glos. vlt. in cap. Dudum de decimis Bal. in l. licet in princ. vbi etiam Iason. n.* 2. *C. de iudic. Rot. dec.* 439. *nu.* 3.
16 *p.* 2. *&* 302. *n.* 8. *p.* 6. *recen.* † Præterquam allegata paupertas non concluditur, & præsentis in Curia obesse non debet Ioanni, ac Iosepho qui digniores in loco beneficij fuerunt recensiti, quidquid dicendum foret si tunc temporis Petrus fuisset etiam approbatus.

Altera demum obiectio, quod beneficium cōtrouersum sit indiuisibile non est præsentis indaginis, restrictæ ad meliorem meritorum, ac habilitatis comparationem, quibus cum
17 præcellant Ioannes, ac Ioseph, † sententiæ iniustitia concluditur, vim rei iudicatæ eli-
18 dens, & pro causis restitutionis bene deseruiens *l. si ex causa indicat, & si res pupillaris de minor. Odd. de restitut. in integr. q.* 34. *art.* 7. *n.* 37. *Rot. in Romana deuolutionis domus* 17. *Iunij* 1615. *coram bon. mem. Card. Verospio.*

Et ita vtraque &c.

Decisio hæc in eadem causa facta sub die 10. *Decembris* 1646. *cum impressam non reperi vide eam infra in Miscellanea Decisionum suo loco.*



R. P. D. B I C H I O.

Marsicen. Iurisdictionis.

Lunæ 18. Februarij 1647.

A R G V M E N T V M.

Sententia ob non interpositam appellationem transit in iudicatum, & aduersus illam non datur restitutio in integrum, si non constat de nullitate & iniustitia, quocirca disputatur in præsenti, an & quando de nullitate constare non dicatur etiam si acta non sint transportata, & lata sit sententia contra sententiam, absque eo, quòd prima non fuerit infirmata. Item ad effectum excludendi iniustitiam latissimè tractatur ex quibus Episcopi Iurisdictio resultare dicatur, ita vt non dicatur Inferiori acquisita per consuetudinem immemorabilem, & hac de causa fusissimè explicatur ex quibus probata remaneat immemorabilis necne.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia lata contra sententiam non valet nisi prima reuocetur.*

2 *Sententia lata contra senteutiam valet etiam si prima non reuocetur, quando secundus Iudex pronunciat prout in anteriori.*

3 *Sententia lata contra sententiam valet etiam si prima non infirmetur, quando coram secundo Iudice non fuit oppositum de prima sententia.*

4 *Sententia lata contra senteutiam quando valeat etiã si prima non reuocctur.*

5 *Acta sunt transportanda quamuis coram secundo Iudice causa pendeat per viam auocationis.*

6 *Acta quando non sint transportanda.*

7 *Acta facta in iudicio possessorio non debent transportari in iudicio introducto in prima instantia in petitorio tantùm, & quare num. 8.*

9 *Actorum transportatio non fit in diuerso iudicio.*

10 *Actorum transportatio non fit in diuerso iudicio, quamuis acta alterius iudicij multum conferrent ad causam de qua agitur.*

11 *Periurius non est audiendus.*

12 *Periurius non debet obtinere sententiam fauorabilẽ contra formam eius iuramenti.*

13 *Iuramentum ligat iurantem, & transigentem.*

14 *Sententia obtenta à periuro non potest suffragari eius successoribus quamuis ipse periurus absolutionem à iuramento obtinuisset.*

15 *Absolutio preuenit periurij incursum.*

16 *Transactio facta ab Episcopo de rebus Ecclesiæ impedit quominus ipse nomine proprio possit contrauenire, & agere & quando secus num. 18. & 19.*

17 *Transactio facta ab Episcopo de rebus Ecclesiæ si caret confirmatione Apostolica, & est præiudicialis Ecclesiæ non obligat.*

18 *Episcopus potest nomine Ecclesiæ à transactione ab ipso inita recedere, & ea non obstante eodem nomine iudicialiter obtinere.*

20 *Episcopus dicitur agere nomine Ecclesiæ quando in actis non exprimitur eius nomen proprium, sed dignitatis tantum.*

21 *Sententia lata ad fauorem Episcopi agentis nomine Ecclesiæ prodest etiam successoribus.*

22 *Transactio inita ab Episcopo non ligat successores.*

23 *Amplia etiam si ageretur inter duas Ecclesias.*

24 *ad Iurisdictionem demonstrandam in aliquo loco, sufficit Episcopo ostendere, illum locum esse intra fines suæ diœcesis.*

25 *Iurisdictionem habere in aliquo loco ex quibus Episcopus demonstrare possit.*

26 *per Consuetudinem immemorabilem Inferiori acquiritur iurisdictio, etiam in loco existente intra fines diœcesis alterius Episcopi amplia vt num. seq.*

28 *Consuetudo immemorabilis ex quibus probata remaneat, vel ne? & seqq. num. 32.*

29 *Confessio Episcopi concurrentibus adminiculis probat etiam in præiudicium successorum contra numer. seq.*

30 *in Transactione narrata aliundè iustificanda sunt, quàm ex assertione transigentium.*

31 *Confessio voluntaria Prælati non nocet Ecclesiæ.*

33 *Consuetudo immemorabilis vt afficiat Episcopum nõ sufficit vnica sententia, sed requiritur, quòd sit Canonizata per tres conformes.*

34 *Consuetudo immemorabilis in materia iurisdictionis contra Episcopum, prorsus euertitur, si Episcopi pro tempore, aliquos actus iurisdictionales mediatè, vel immediatè exercuerint.*

35 *pro Iurisdictione vniuersali conseruanda sufficit Episcopo etiam minimum actum exercere.*

36 *Consuetudinem immemorabilem vnicus actus interrumpit.*

37 *Iurisdictionem exercere Episcopus dicitur, quando confirmat electiones factas à Capitulo.*

38 *Producens scripturas non potest illas impugnare.*

39 *Iurisdictio in Episcopo super aliquo loco ex quibus actibus dicatur resultare, & latè num. 41.*

40 *Processus originalis datus ab actuario probat licet extractus sit lite pendente absque citatione.*

42 *Probatio facta ad coadiuuandam primam probationem non dicitur, & semper attenditur.*

43 *Testibus deponentibus pro eo, qui habet pro se iuris assistentiam, magis deferendum venit.*

44 *Scripturæ etiam nulliter compulsatæ quando probent*

45 *Scripturæ probant quando in sui facie apparent antiquæ, & originales.*

46 *Sententia vbi non constat de nullitate, vel iniustitia, ob non interpositam appellationem transit in iudicatum.*

47 *Restitutio in integrum non datur aduersus sententiam vbi non constat de nullitate, vel Iniustitia illius.*

D E C I S I O XXIV.

PRO Reuerendissimo Episcopo Marsici de Anno 1614. emanauit sententia Rotalis coram bo. me. Manzanedo Patriarcha Hierosolymitano, declarans Archipresbyterum Terræ Saponariæ, nullam habere iurisdictionem in dicta Terra Saponariæ, sed omnimodam Iurisdictionem, in omnibus causis ciuilibus, criminalibus, mixtis, matrimonialibus, & alijs quibuscunque, spectare ibidem ad Episcopum Marsiceñ, priuatiuè ad dictum Archipresbyterum; cuius sententiæ habentis omnia requisita in *decis. Caputaq. 260. par. 2.* validitatem, & iustitiam impugnauit hodie modernus Archipresbyter Saponariæ, sed gratis. Quo

1 Quo enim ad validitatem nil refert, † quod in sententia Rotali non fuerit reuocata alia contraria pro Archipresbytero, lata de Anno 1578. vt requirebatur *l. 1. C. quan. prouoc. non est necesse Cassad. decis. 1. num. 4. de sequest. poss. Rot.*
2 *decis. 188. num. 1. & seqq. par. 5. recent.* † Quia cessat huiusmodi necessitas, quando secundus Iudex pronunciat, vt in prima. *Gabr. cons. 54. num. 8. lib. 1. Rot. decis. 161. nu. 2. in fin. par. 1. recent.*
3 Neque coram eo fuit exaduerso oppositum de prima sententia, *Gabr. d. cons. 54. nu. 8. Osasc. decis. 1. num. 49. Rot. d. decis. 161. num. 2. & in Bononien. Legati de Marescottis 24. Nouembris 1627. coram Reuerendiss. D. meo Decano*, vt casu nostro,
4 in quo concurrit vlterius; † Quod causa in Rota fuit commissa, tanquam in prima, ad instantiam ipsius Archipresbyteri, quodque sententia Rotalis fuit lata super nouo processu & probationibus, ab Archipresbytero factis in Rota; Vndè ex vtroque hoc capite, eo minus requirebatur reuocatio prioris sententiæ, vt de primo *Felin. in cap. inter Monasterium n. 20. de re iud.* & de secundo *Gabr. d. cons. 54. sub nu. 8. vers. Tertium lib. 1.*

Atque hinc tollitur etiam aliud obiectum, seu defectus transportationis actorum primi
5 iudicij, quæ transportanda sunt, quamuis coram secundo Iudice causa pendeat, per viam auuocationis, *Guidopap. decis. 440. num. 2. Rota in Placentina decimarum 19. Nouembris 1638. coram*
6 *bon. mem. Pirouano.* † Quia, vt dicebam, causa non fuit commissa in Rota in gradu appellationis à prima sententia, quæ imò per lapsum 30. & amplius annorum obdormierat; sed ipsemet Archipresbyter, qui ab Episcopo molestabatur coram alijs Iudicibus in possessorio, causam preuia auuocatione à quibuscunque Iudicibus, committi fecit Rotæ in petitorio tantum, tanquam in prima, adeò quod auuocatio non cadit super lite, in qua Archipresbyter reportauerat sententiam fauorabilem de anno 1578. sed super alijs Iudicijs pos-
7 sessoris postea motis ex integro, † quorum nec acta transportari debuerunt in iudicio Rotali, cum illud introductum fuerit in prima instantia in petitorio tantùm, vt fuit decisum in *Zamoren. iurium Parochialium 23. Maij 1644.*
8 *coram R.P.D. meo Peutingerio*, ea ratione, quia iudicium petitorium est diuersum à possesso-
9 rio, nec fit transportatio actorum in diuerso iudicio, *Rot. decis. vlt. num. 24. part. 4. tom. 3. recent. decis. 413. numer. 1. coram bon. mem. Buratto decis. 70. numer. 4. coram Reuerendiss. Vrgellen. de-*
10 *cis. 300. nu. 1. coram san. mem. Gregor. XV.* † etiam si acta alterius iudicij, multum conferrent ad causam, de qua agitur *Grat. disceptat. 231. nu. 16. & 17. Rot. decis. 55. num. 2. coram san. mem. Gregor. XV.*

Pariter non vrget, quod Episcopus Parisius, ad cuius fauorem emanauit sententia Rotalis, esset periurus, quippè petendo declarari sibi soli competere iurisdictionem in Terra Saponariæ, contrauenit transactioni iuratæ, initæ de anno 1604. cum Archipresbytero, per quam eidem Archipresbytero concedebatur iurisdictio ciuilis, criminalis, &
11 mixta, cumulatiuè cum Episcopo; † vndè infertur, quod idem Episcopus Parisius tanquam periurus non debebat audiri, *gloss. in cap. paruuli, verb. causam 22. quæst. 5. Alex. in l. si quis maior num. 15. C. transact. Butr. in cap. intelleximus numer. 15. in fin. de iudic. Hond. consil. 18.*
12 *num. 5. lib. 1.* † Eoque minus obtinere sententiam fauorabilem contra formam eius iura-
13 menti, & transactionis, † quæ sine dubio ipsum transigentem, & iurantem ligabat, *cap. veniens, vbi Abb. num. 1. vers. Item nota il primo de transact. Cæs. de Grass. decis. 1. num. 6. decis. 2. nu. 2.*
14 *de iur. iur.* † itaut neque successoribus in Episcopatu dicta sententia suffragari possit, quamuis Episcopus Parisius absolutionem à iuramento obtinuisset, vt in puncto huius transactionis, *fuit decisum coram bon. memor. Buratto decis. 152. num. 2. & seqq.*
15 Nam † periurij incursum præuenit dicta
16 absolutio, † & licet transactio obstaret Episcopo Parisio, quo minus nomine proprio posset contrauenire, & agere, in quibus terminis intelligenda est, *decisio 152. Puratti mox*
17 *allegata*, † quia tamen eadem transactio carebat confirmatione Apostolica, & erat præiudicialis Ecclesiæ Marsicensi, quam propterea non obligabat, *dicto cap. veniens de transaction.*
18 vtique † potuit idem Parisius nomine Ecclesiæ à transactione recedere, & ea non obstante iudicialiter, hoc nomine obtinere, *Bald. in l. iubemus 54. §. verum num. 5. C. Sacrosan. Eccles. Caputaq. decis. 182. nu. 9. part. 3. Seraph. decis. 1217. numer. 3. Rota decis. 78. num. 3. & seqq. decis. 139. num. 28. part. 6. recent. decis. 94. num. 8. decis. 294.*
19 *num. 2. part. 7.* † Quo magis, quia ipse Archipresbyter prius contrauenerat committendo causam in petitorio, super omnimoda iurisdictione, *l. cum proponas la seconda, C. de pact. cap. peruenit il secondo de iur. iur. Dec. cons. 380. num. 2.*

Et Episcopum Parisium obtinuisse nomine
20 Ecclesiæ apparet, † quia in sententia Rotali non fuit eius nomen proprium expressum, sed dignitatis tantum, ibi, *Omnimodam iurisdictionem, &c. spectare ad D. Episcopum Marsicensem; priuatiuè, &c.* vt in puncto tradit *Gonz. super regul. 8. gloss. 12. num. 72.* & probat *text. in cap. quoniam Abbas ibiq; gloss. verb. substitutum Panor. nu. 4. Bero. nu. 91. & 105. de offic. delegat. Bart. in l. quod Principi in fin. ff. legat. 2. Mantic. de coniect. lib. 8. tit. 17. num. 2.* facit *Gratian. discept. 248. numer. 38.*
21 Igitur † sententia profuit Ecclesiæ, etiam in vita Episcopi Parisij, & eodem nomine pro-
22 dest faciliùs Episcopis successoribus, † quos transactio nullatenus ligat, *Abb. cons. 56. num. 2. lib. 1. Feder. de Sen. cons. 94. per tot. Add. ad Gre-*
23 *gor. XV. decis. 152. num. 3. Gratian.* † in terminis transactionis inter duas Ecclesias *disceptat. 674. num. 1. & 2. & seqq.*

Quo verò ad iustitiam sententiæ Rotalis Informantes pro Archipresbytero, non negant Terram Saponariæ esse intra fines Diœcesis
24 Marsicensis, † quod abundè comprobatum fuit *in decis. 578. per tot. coram bon. mem. Buratto*, & sufficeret Episcopo ad fundandam suam intentionem, super omnimoda iurisdictione, *cap. cum personæ 7. in fin. de priuil. in 6. cap. constitutus*

tutus de resign. domib. cap. conquærente 16. *de offic. ordin. cap. cum Episcopus eod. tit. in* 6. *cum alijs allegatis in Brixinen. Iurisdictionis* 11. *Aprilis* 1639. *co-*
25 *ram R.P.D. Garillo*, † iuncto præsertim exercitio plurium actuum Iurisdictionalium, de quibus infra; sed nituntur cōsuetudini imme-
26 morabili, † per quam Inferiori acquiritur Iurisdictio, etiam in loco existente intra fines
27 Diœcesis alterius Episcopi; † Nec sublata fuit per Sacrum Concilium Tridentinum sess. 24. de reform. cap. 20. vt sæpè declarasse Sac. Congreg. Concilij Interpretum, refert *Gonz. super reg.* 8. *glos.* 33. *num.* 5. *Barbos. in collect. ad d. cap.* 20. *num.* 85. *Crat. discept.* 492. *num.* 6. *Buratt. decis.* 278.
28 *in princip.* † Eamque probatam asserunt ex Summario processus anno 1578. fabricati in Curia Marsicensi, facto à Procuratore Episcopi, *Summario Archipresbyteri num.* 15. Ex voto bo: me: Orani Sac. Rot. Auditoris, testantis immemorabilem fuisse probatam, *Summario ibid. nu.* 2. Ex sententia lata de dicto anno 1578. ab eodem Parisio, qui tunc temporis Vicarij Generalis munere fungebatur, & subscripta ab Episcopo Marsici, tunc viuente, *Summario ibidem num.* 1. Ex relatione Marsilij Columnæ Archiepiscopi Salernitani, & Cardinalis Sanseuerini, qui testantur, vidisse processus causarum cognitarum ab Archipresbytero Saponariæ, *dicto Summario numer.* 18. *&* 19. Et licet ijdem processus, atque acta fabricata in Curia Marsicensi de anno 1578. hodie non exhibeantur, tamen cum sint deperdita, & quod magis est, culpa Episcopi antecessoris, prædictæ attestationes geminatæ, tam insignium virorum, videntur satis probare immemorabilem, in odium Episcoporum, *Felin. in cap. accepimus num.* 13. *& seqq. de fid. instrument. alijque allegati à*
29 *Mantic. decis.* 251. *num.* 9. † accedente maximè confessione Episcopi Parisij instrumento supra memoratæ transactionis, emissa *Summario ibidem nu.* 16. Quæ concurrentibus adminiculis, probat etiam in præiudicium successorum *Mant. decis.* 39. *nu.* 1. *Greg XV. decis.* 506. *nu.* 3. *&* 4. Necnon testibus super immemorabili pro Archipresbytero examinatis.

Verum (omissis testibus examinatis, vt dicitur, in curia Marsicensi de anno 1578. quorum depositiones non exhibentur, & vt infra dicam attendi non debent) alij examinati in Rota; coram bon: mem: Mazanedo, immemorabilem non probant, vt pluribus com-
30 probat *decis.* 248. *per tot. par.* 2. *recent.* † Confessio Episcopi Parisij in transactione nil facit, quia narrata in transactione aliunde iustificanda sunt, quam ex assertione transigentium *Paris. cons.* 12. *num.* 33. *& seqq. lib.* 2. *Dec. cons.* 351. *sub num.* 3. *vers. & non statur, Aymon. cons.* 175. *num.* 4. *Cratian. consil.* 133. *nu.* 2. *lib.* 2. *Rota decis.* 28. *nu.* 13.
31 *part.* 4. *tom.* 2. *recent.* † Et confessio voluntaria Prælati Ecclesiæ non nocet, *gloss. in capit.* 2. *verb. Conuentum de testib. in* 6. *Gratian. discept.* 796. *nu.* 5. *Seraphin. decis.* 1278. *num.* 3. *Rota decis.* 334. *num.* 2. *part.* 1. *recent.* & in specie fuit dictum in *Aprutina Iurisdictionis* 8. *Aprilis* 1639. *coram Reue-*
32 *rendissimo Domino meo Decano.* † Neque vis fieri potest in adminiculis, cum contraria, de quibus infra, concurrant; Relationes Archiepiscopi Salernitani, & Cardinalis Sanseuerini, necnon votum Orani sunt actus merè extraiudiciales, & in eodem voto Oranus censuit respondendum esse pro Episcopo, si probetur (prout probatur) ipsum aliquando cognouisse causas Clericorum, vt legitur *in Summario positionis sub die* 28. *Ianuarij* 1644. *numer.* 35. Neque Congregatio super negotijs Episcoporum post dictas relationes, & votum, decreuit diffinitiuè, Iurisdictionem competere Archipresbytero, priuatiuè ad Episcopum, sed solum per modum prouisionis, dixit competere vtrique cumulatiuè, vt legitur in Summario Episcopi, dato in responsionibus num. 2. & successiuè de anno 1601. Sacra Congregatio Concilij respondit, ad Episcopum Marsicensem spectare priuatiuè iurisdictionem, donec Archipresbyter plenè probet immemorabilem; *Summario ibid. num.* 3.

Tandem sententia lata vt supra de an. 1578. non est lata supra prætensa immemorabili, de
33 qua nihil in ea, † & ad fundandam intentionem contra Episcopum, non sufficit vnica sententia, sed requiritur, quod immemorabilis sit canonizata per tres conformes, vt declarasse Sacram Congregationem Concilij, refert *Barb. in collect. ad Concil. sess.* 24. *de reform. cap.* 20. *sub num.* 91. *Rota decis.* 491. *num.* 11. *part.* 1. *recent. dec.* 248. *nu.* 1. *part.* 2. *dec.* 126. *sub nu.* 2. *par.* 4. *recent.* & in *Aprutina Iurisdictionis* 18. *Martij* 1637 *&* 8. *Aprilis* 1639. *coram Reuerendissimo Domino meo Decano*; & Quod dicitur. immemorabilem fuisse comprobatam per examen 22. testium, & processus tunc exhibitos, & omnia acta fuisse per Episcopum antecessorem occultata, nullibi iustificatur, immo contrarium firmant decisiones hactenus æditæ in hac causa coram me; In quibus etiam ponderatur, quod si ex dictis actis, & testibus, probata fuisset immemorabilis, Archipresbyter ad eam probandam, non dedisset nouos articulos. Nec nouos testes, cum impendio non modico, examinari fecisset in Rota, vbi deindè causam, vt supra introduxerat; Et nondum somniauerat, acta esse deperdita, facto Episco-
34 pi: † Omnisque penitus difficultas cessat, quia Episcopus probat plurimos actus iurisdictionales ab Episcopis pro tempore exercitos in Terra Saponariæ, vel immediatè, vel per Archipresbyteros Saponariæ, tanquam Vicarios foraneos ab Episcopis deputatos; Ex quibus euertitur prorsus asserta immemorabilis contraria, *Greg. XV. decis.* 51. *nu.* 3. *&* 4. *vbi Add. litt. B. allegat concord. Rota in puncto decis.* 248.
35 *num.* 7. *part.* 2. *recent.* † cum pro conseruatione vniuersalis iurisdictionis sufficiat Episcopo, etiam minimum actum exercuisse, vt in terminis dixit *Rota coram Buratt. decis.* 912. *num.* 8. *& in Adrien. iurisdictionis* 27. *Iunij* 1622. *coram bo. mem. Pirauano quæ est decis.* 310. *numer.* 9. *post tract. Modern. de manui. & in dicta Aprutina iurisdictionis*
36 18. *Martij* 1637. *coram D. meo Decano*; Et vnicus actus immemorabilem interaumpat, *Scader. de feud. part.* 10. *sect.* 20. *num.* 157. *Bero. cons.* 5. *num.* 23. *lib.* 1. *Adden. ad Greg. XV. decis.* 162. *nu.* 15.

Pro-

37 Probat inquam Episcopus fuisse† ab Episcopis pro tempore confirmatas electiones Archipresbyteri factas à Capitulo Collegiatæ eiusdem Terræ, qui est actus iurisdictionalis, *cap. ex frequentibus de institut. Lotther. de re benefic. lib.*1. *quæst.*18. *num.*27. *&* 28. *Seraphin. decis.*637. *num.*1. *Buratt.* in his terminis *decis.* 578. *num.*8. *&* 9. vt constat ex relatione Archiepiscopi Sa-
38 lernitani; *Summ. Episcopi num.*3. † Quæ cum fuerit exaduerso producta coram Manzanedo, impugnari non valet, *Aym. cons.*201. *numer.*5. *Caputaqu. decis.*188. *num.*4. *part.*1. *Mant. decis.*75.
39 *num.*1. *& seq.* † Item Episcopos concordasse cum Clero Saponariæ super solutione Cathedratici, & Caritatiui subsidii, atque super Quarta funeralium, & decimis, *Summ. ibidem nu.*13. Quod in terminis ponderat *Buratt. dicta decis.*578. *num.*10. Item exhibet plurima acta iudiciaria, & sententias latas in prima instantia inter homines Terræ Saponariæ, necnon præcepta, & mandata atque ædicta, ab Episcopis ædita in eadem Terra, etiam contra ipsos Archipresbyteros, *Summ. ibidem num.* 12. *&* 14. *& seqq. & in Summario Iurium per tot.* Quæ sanè ad iurisdictionem pertinet, *l. Imperiũ, ff. iurisd. omn. Iud. Dec. cons.*694. *nu.*12. *Rot. decis.*325. *num.*19. *coram Gregor. XV. decis.*368. *nu.*9. *part.*4. *tom.*2. *recent.*

Insuper exhibitus fuit processus fabricatus in Curia Neapolitana super condemnatione hominum Terræ Saponariæ ad soluendas decimas de omnibus fructibus, Episcopo Mar-
40 sici, *d. Summar. Iurium in fine*, † qui processus cum sit originalis, & datus ab Actuario dictæ Curiæ probat, licet extractus lite pendente, & absque citatione, *Bart. in Auth. si quis in aliquo in* 2. *oppositiou. C. edend.* & ibi *Ias. numer.*3. *Dec. num.*15. *Coccin. decis.*404. *num.*4. *Gregor. XV. de-*
41 *cis.*59. *num.*4. † Et accedunt plures testes examinati, nemqè duo ad instantiam Archipresbyteri, coram A. C. de anno 1590. *Summar. Episcopi num.*1. & alij plures coram bon. mem. Manzanedo, deponentes, quod Episcopi præsentes, & Præteriti deputarunt in Terra Sa-
42 ponariæ Vicarios foraneos, † qui Episcoporum nomine, iurisdictionem ibi exercebant, coercebant Presbyteros, & Laicos, & processus ad curiam Marsici remittebant, *Summ. Episc. n.*4. *&* 2. *seqq.* Quoque Episcopi processerunt contra Archipresbyteros in iurisdictione nomine proprio se intromitteutes, vt ponderat *decis.*248. *sub numer.*6. *vers. facit etiam part.*2. *recent.* necnon alij coram me examinati, affirmantes Episcopos, tam ante annum 1580. quam postea, fecisse in Terra Saponariæ processus ciuiles, & criminales, Moniales velasse, Visitasse Ecclesias, aliosque actus iurisdictionis exercuisse, *Summ. ibid. num.*8. *&* 9. Et Archipresbyteros Terræ Saponariæ iurisdictionem exercuisse tanquam Vicarios Episcoporum, & non tanquam Archipresbyteros, *Summ. ibid. num.*10. Ex quibus testibus, & iuribus quamuis nuper examinatis, & compulsatis ad coadiuuandas probationes factas coram Manzanedo, Sententiæ Rotalis iustitia magis
42 elucet, † cum probatio facta ad coadiuuationem primæ, non dicatur noua, & semper attendatur, *Cæs. de Grass. decis.*20. *numer.*11. *de probat. Rota decis.*272. *num.*6. *coram Greg. XV. decis.*19. *num.*7. *&* 8. *part.*7. *recent. & in Cæsaraugustana Canonicatus* 12. *Feb.*1610. *corã Sanctiss. D. N. in Tiburtina Pratorum* 5. *Iulij* 1638. *coram bon. me.*
43 *Buccabella*, † magisque sit standum iuribus, ac testibus deponentibus pro Episcopo, quia habent pro se iuris assistentiam quam pro Archipresbytero, vt in his terminis admittit, *Innoc. in cap. auditis sub num.*4. *vers. Hinc colligunt*, & in *vers. Præferentur de præscript.* quem sequuta est *Rota in recent. decis.*560. *nu.*1. *ad fin. part.*3. *& dicta Aprutina Iurisdictionis* 18. *Martij* 1637. *coram Reuerendiss. Decano*, §. *Non obstant. testes.*

44 Non obstat, † quod iura pro Episcopo cõpulsata de anno 1641. nulliter compulsata fuerit, quia adsunt alia iura compulsata in Terra Saponariæ, vigore secundæ compulsoriæ, *Summ. Episcopi num.*11. *&* 2. *seqq.* Hisque concurrentibus, necnon tot testibus, & processu originali supra memorato, alijsque ponderatis in *decisione* 578. *Burratt.* vtique probant etiã scripturæ nulliter compulsatæ, *Caputaqu. decis.*234. *nu.*2. *part.*1. *Rota decis.*198. *num.*2. *part.*1. *decis.*418. *num.*5. *part.*2. *decis.*723. *numer.*7. *&* 8.
45 *part.*4. *tom.*3. *recent.* † præsertim cum scripturæ sint quamplurimæ, & in sui facie appareant antiquæ, & originales, *Rota decis.*470. *num.*5. *part.*4. *decis.*341. *num.*4. *part.*5. *recent.*

Cum igitur non constet de Nullitate, vel
46 Iniustitia sententiæ Rotalis, sequitur, † quod illa ob non interpositam appellationem transierit in iudicatum, *cap. Romana*, §. *si verò de appellat. in* 6. *cap. quo ad consultationem de sent. & de*
47 *re iud. auth. hodie, C. appellat.* † Neque constet de causis restitutionis in integrum aduersus illam petitæ, *Moedan. decis.*2. *de appellat. Rota decis.*1. *de restit. in integr. in nou. decis.*590. *numer.*1. *part.*5. *recent. decis.*94. *num.* 2. *coram Reuerendiss. Vrgellen.*

Prout Domini censuerunt vtraque Parte informante.

R. P. D. GHISILERIO.

Postea Reuerendissimo Episcopo IMOLEN.

Gerunden. Canonicatus.

Marcurij 20. *Februarij* 1647.

ARGVMENTVM.

Papa licèt possit præuenire Ordinarium Collatorem cum sit Ordinarius Ordinariorum, & in beneficialibus habeat absolutam potestatem, tamen in dubio id non præsumitur, & propterea omnis narratiua est ante omnia iustificanda. Hinc si quis à Sede Apostolica impetrauerit beneficium tanquam reseruatum, de quo fuit alter ab Ordinario prouisus.

Latissimè discutitur, an Papa voluerit præuenire Ordinarium Collatorem, vel prouidere de beneficio tamquam sibi reseruato? quod ex tribus potissimum clausulis appositis in litteris Apostolicis dignosci posse demonstratur ideóque earum natura, & virtus explicatur.

S V M-

SUMMARIUM.

1 *Litteræ Apostolicæ habent executionem paratam.*
2 *Litteræ Apostolicæ habent executionem paratam, quando sunt iustificatæ secùs. Contra. num.3.*
4 *Litteræ Apostolicæ vbi non sunt iustificatæ nullam merentur executionem.*
5 *Litteræ Apostolicæ habent in se tacitam conditionem, nempè si præces veritate nitantur.*
6 *Narratiua facta in litteris Apostolicis ante omnia est iustificanda.*
7 *Intentionem suam quilibet tenetur probare non per præsumptiones, sed plenè, & concludenter.*
8 *Clausula,* dummodo eorum dispositio ad nos hac vice pertineat, *apposita in litteris Apostolicis non est iustificanda ab impetrante, & quare.*
9 *Reseruationes narratæ in litteris Apostolicis, necessariò, & concludenter sunt instificandæ.*
10 *Archidiaconatus de iure communi est prima dignitas post Pontificalem.*
11 *Papa non præsumitur velle præuenire Episcopos, & Ordinarios Collatores in mensibus Ordinarijs, licèt possit.*
12 *Reseruationes vigore Regulæ Cancellariæ 2. hodie, 3. intelliguntur in beneficijs quorum collatio spectat ad alia beneficia Sedi Apostolicæ reseruata.*
13 *Regula Cancellariæ 2. hodie 3. non habet locum in dignitatibus non reseruatis.*
14 *Beneficia quorum collatio ad aliquam Dignitatem pertinebant, & quæ post illius vacationem vacant, quando non dicantur Sedi Apostolicæ reseruata.*
15 *Beneficia spectantia ad collationem alicuius Dignitatis quando dicantur Sedi Apostolicæ reseruata.*
16 *Papæ voluntas, vt præuenire voluerit Ordinarios Collatores ex quo satis conuincatur.*
17 *Papa potest præuenire Ordinarium Collatorem, cum sit Ordinarius Ordinariorum, & in beneficialibus habeat absolutam potestatem.*
18 *Collatio Papæ vti amplioris prærogatiuæ præualere debet in concursu collationis factæ per inferiorem eodem tempore.*
19 *Papæ voluntas an prouidere voluerit tamquam de reseruato, vel præuenire inferiorem Collatorem ex quo dignoscatur, & num.24.*
20 *Clausula,*dudum, *tunc in principio litterarum Apostolicarum apponi solet, quando Papa prouidet tamquam de reseruato.*
21 *Clausula,* Dudum, *& clausula,* dummodo dispositio ad nos hac vice pertineat, *quando in litteris Apostolicis apponi soleant.*
22 *Clausula,* dudum, *continet reseruationem ex qua Papa mouetur ad conferendum.*
23 *Clausula,* dudum, *tota collatio Apostolica regulatur, ac restringitur.*
25 *Reseruationis præcipuus effectus est ligare potestatem inferiorum circa dispositionem reseruatorum.*
26 *Papa quando non censetur concurrere voluisse cum Ordinario Collatore, sed intellexisse prouidere, quatenus intraret reseruatio.*
27 *Clausula,* dummmodo eorum dispositio ad nos hac vice pertineat, *restringit clausulas generales quæ apponuntur in gratijs de beneficijs reseruatis, in euentum quod non essent reseruata.*
28 *Clausula,* dummodo eorum dispositio ad nos hac vice pertineat, *excludit intentionem Papæ præueniendi, & concurrendi cum Ordinario.*
29 *Papa quando vult præuenire Ordinarium in collatione beneficij quam clausulam apponere solet in litteris Apostolicis.*
30 *Beneficia dicuntur affecta Sedi Apostolicæ per appositionem manus Papæ.*
31 *Beneficia non dicuntur affecta per appositionem manus Papæ, si probetur quod Papa motus fuerit ex falsa causa, & num.32.*
33 *Litteræ Apostolicæ censentur expedire iuxta naturam supplicationis, & gratiæ.*
34 *Litteræ Apostolicæ in illarum expeditione non censentur alteratæ quoad formam aut substantiam gratiæ ab Officialibus Cancellariæ, sed præsumitur in illis expressisse, quod tacitè in supplicatione inerat.*

DECISIO XXV.

PER obitum q. Petri Ioannis Albert Archidiaconi Bisulduni nuncupati extra Romanam Curiam de mense Septembris defuncti, vacauit Canonicatus, & Præbenda Ecclesiæ Gerundeñ, quorum, dum pro tempore vacant, collatio, prouisio, & omnimoda dispositio, seu ad illos præsentatio personæ idoneæ in eis ad presentationem huiusmodi instituendę ad pro tempore Archidiaconum Bisulduni nuncupatum in dicta Ecclesia, cessantibus reseruationibus, & affectionibus Apostolicis, spectat. De supradictis Canonicatus, & Præbenda, narrata huiusmodi vacatione, & pertinentia collationis, fuit à Sede Apostolica per viam præuentionis inferioris collatoris Prouisus Bernardus Bosser, vt in supplicatione sub die 16. Kalend. Decembris anno 1645. De ijsdem Canonicatu, & Præbenda, vti vacantibus in dicto mense ordinario ab Archidiacono Bisuldini prouisus fuit sub die 22. mensis Nouembris eiusdem anni 1645. Ioãnes Massanes qui immediatè sub die 23. eiusdem mensis, & anni fuit immissus in possessionem. Vndè introducta causa in Rota ad instantiam supradicti Bernardi cum derogatione regulæ de non iudicando iuxta formam supplicationis, addita solita clausula; Dummodo litteræ expediantur ante terminum ad articulandum, emanauit dubium, An Gratia Apostolica Bernardi sit iustificata, ita vt ei sit danda immissio; contra quem fuit resolutum, gratiam non esse iustificatam, & propterea immissionem denegandam.

1 Qua † licet litteræ Apostolicæ habeant executionem paratam, *cap. si quando de rescript. glos. in cap. Si Capitulo in verb. exequatur de concess. præben. in 6. Mohedan. decis. 13. circa med. vt lit. pendente, Rota in recent. decis. 638. num. 2. part. 1. & prouiso competit immissio ad instar l. final. C. de edict. Diu. And. toll. Menoch. de adipiscen. remed. 6. nu. 35. Rota coram Seraph. decis. 367. num. 1. & coram san. mem. Gregorio XV. decis. 335. num. 15.* † Hoc tamen procedit, quando sunt iustificatæ, *Cæsar. de Graff. decis. 12. num. 1. & 2. de probat.* † Secus autem quando illarum iustificatio desideratur, † cum litteræ non iustificatæ nullam mereantur executionem, *Rot. decis. 27. nu. 1. & seqq. part. 6. recent.* † quia tacitam censentur habere con-

ditionem, si preces veritate nitantur *l.final. in*
5 *princ.C. de diuers.rescript.Felin. in c.fin. nu.29. cir-*
6 *ca fin. de præsumpt.* † Et propterea omnis narratiua est ante omnia iustificanda *Rot.decis.20. de præben. in nou.* & fuit dictum in *Leodien. Parochialis 14. Ianuarij 1628. coram bo.me. Coccino*, & secundùm opinionem, quam seruat Rota,
7 quilibet tenetur † probare intentionem suam non per præsumptiones, sed plenè, & concludenter *Acchill.dec.1.de prob.Seraph. dec.1171 nu.1. & 2.*

In præsenti autem casu Bernardus à Sede Apostolica prouisus, qui petit immissionem, narrauit, vt supra, Canonicatum, & Præbendam, de quibus agitur, vacassè de mense Septembris per obitum Petri Ioannis Alberti Archidiaconi Bisulduni, & Summus Pontifex eius petitioni annuit cum clausula, dudum vt in litteris suæ prouisionis, ibi, *Dudum siqui-*
8 *dem omnes Canonicatus, & Præbendæ, &c.* † & clausula, Dummodo eorum dispositio ad nos hac vice pertineat, &c, quæ licèt non sit iustificanda per impetrantem, cum non contineat conditionem suspensiuam, vt dixit *Rota in Vercellen. Beneficij 16. Nouembris 1601. coram*
9 *Litta*; † efficit tamen, vt reseruationes narratæ necessarió, & concludenter sint iustificandę vt tenuit *Rota in Ianuen. Canonicatus 14. Decembris 1596. coram Orano, & in Abulen. Beneficiorum 26. Nouembris 1599. coram Penia*. Vnde sequitur, quod per Bernardum veniat iustificandum vacationem spectasse ad Papam tanquam comprehensam sub regula 2. Cencellariæ hodie 3. reseruatoria Beneficiorum vacantium per obitum dignitatum, ad quas spectat dictorum Beneficiorum prouisio, cum ipse Pontifex ex narratiua sibi facta de vacatione per obitum dicti q. Petri Ioannis Alberti illorum dum viueret, vltimi possessoris Ar-
10 chidiaconi Bisulduni nuncupati, † qui Archidiaconatus de Iure communi est prima dignitas post Pontificalem *Aret. cons. 23. sub numer.27.vers. quia de Iure communi Boer. decis.186. sub nu.5.vers. quimimò Grammat.decis.54.nu.19.* & ad quem collationem Canonicatus, & Præbendæ spectare asserebatur, censeri possit inductus ad concedendam gratiam Bernardo,
11 præsertim cùm quamuis in mensibus ordinarijs Papa possit præuenire Episcopos, & ordinarios Collatores, in dubio non præsumatur illos velle præuenire *Rota decis.39. sub nu.2. vers. Nec est verisimile, quod Papa collationem Ordinariorum velit impedire de præben. in antiq. Cassad. decis.34.n.3. super regulis Cancellariæ Acchill.dec.1. de Præbend.n.4. & decis.6. nu.1. de Priuil. vt tradit Gonzal. de regul.8.§.4.proemial. nu.67. & 89.* quā
12 reseruationem certè non potuit iustificare, cum dicta regula locum habeat dumtaxat in Beneficijs, quorum collatio spectat ad alia Beneficia Sedi Apostolicæ reseruata, puta ad Abbatem, vel ad primam dignitatem post Pontificalem in Ecclesia Cathedrali, vt decla-
13 rat *Garz. de benef.par.5.cap.1. §.4.* vbi ait, † regulam hanc non habere locum in dignitatibus nō reseruatis, ita quod Beneficia ad prouisionem obtinentium aliquam dignitatē pertinentia quæ post illius vacationem vacant,
14 non sunt † reseruata per hanc regulam si talis dignitas non est Papæ reseruata, ita quod cum ex probationibus factis per ipsum Bernardū constet, Archidiaconatum Bisulduni in Ecclesia Gerudeñ non esse primam, sed sextam dignitatem, vt deponunt testes pro Bernardo examinati, & constat ex libro Synodaliū Ge-
15 rundeñ *tit.de constit.const.2.* † indè sequitur, nec Canonicatum, nec Præbendam, de quibus agitur, posse dici reseruatos cum vigore dictę regulæ tunc tantùm Beneficia spectantia ad omnimodam dispositionem dignitatum reseruata dicantur, quando ipsæ etiam dignitates sunt reseruatæ, vel quando prouisio spectat ad Sedem Apostolicam, quorum vtrumque cessat in hoc casu.

16 Nec facit, † quod Bernardus narrauerit Papæ, vacationem in mense Septembris ordinarij, & quod per hoc satis conuincatur intentio Papæ, vt præuenire voluerit, vt pluries firmauit *Rota, & signanter coram Puteo, coram Seraph. coram Card. Blanchetto, & coram recol. mem. Cardinale Pamphilio in decis. allegatis per*
17 *Gonzal. vbi supra nu.72.* † & cum dubitari non possit, quin Papa potuerit præuenire ordinarium collatorem cum sit Ordinarius ordinariorum, & in Beneficialibus habeat absolutam potestatem *c. dudum de præben. in 6. Rota decis.17*
18 *eodem tit. in nou.* † Ideoque in concursu collationis factæ per inferiorem eodem tempore, præualet collatio Papæ vti amplioris prærogatiuæ ad *tex. in c. si à Sede de Præben. in 6. & in Clement.1. circa fin.vers. salua tamen vt lit.pend.Rota coram bon.mem. Caualer. decis. 148. num.1. & 2.*
19 Domini consueuerunt constare de voluntate Papæ prouidendi, tanquam de reseruato, non autem præueniendi stante supradicta clausula,
20 *Dudum* in † principio litterarum Apostolicarum apposita, quæ tunc demum solet apponi, quando Papa prouidet tamquam de reseruato, vt dixit *Rota in Eluen. Beneficij 21. Iunij 1604. coram Penia, quam sequuta fuit in Paterbonen. Canonicatus 29. Martij 1610. coram bon. mem.*
21 *Coccino*, in quibus Rota resoluit, quod in prouisionibus Apostolicis vti de beneficio reseruato ratione mensis, solet apponi clausula, *Dudum*, & clausula, *Dummodo* dispositio ad nos hac vice pertineat, prout antea fuerat resolutum in *Taurinen. Cantoriæ 14. Octobris 1569. coram Oradino in Romana Cappellaniæ Sancti Petri 9. Decembris 1601. & 3. Decembris 1602. coram bo. me. Millino, & in Romana Clericatus S. Petri 27. Nouembris 1602. coram supradicto Cardinali Hie-*
22 *ronymo Pamphilio*, † quia clausula *Dudum* continet reseruationem, ex qua Papa mouetur ad
23 conferendum, † & à qua tota collatio regulatur, ac restringitur *Rota decis. 617.nu.1. par.4. diuers.dec.306.nu.3.decis.350.nu.6. coram Reuerendiss.Vrgellen. & decis.250.nu.9.par.7.recent.* † pō-
24 derando pręsertim verba prouisionis Apostolicæ, ibi, nullusque de illis, præter nos hac vice disponere potuerit, siue possit reseruatione, & decreto obsistentibus supradictis, quæ demonstrant Papam fixisse pedem in sola reseruatione, & cogitassè, quod Ordinarius non pos-

25 posset conferre, † cum præcipuus effectus reseruationis sit ligare potestatem inferiorum circa dispositionem reseruatorum *Rota dec.32. num.2. de præben. in antiq. & decis.141. sub num. 4.*
26 *par.1. recent.* † Itaut Papa noluerit concurrere cum Ordinario collatore, nec intellexerit præiudicare habenti collationem ab Ordinario, quatenus non intret reseruatio *Garz. de benef. par.5.cap.4. nu.44. Rot.dec.7. de præben. in nou. decis.616. sub num.2.vers.& hinc tollitur 4.par.diuers. decis.585.nu.44.par.5.recent. & in Montis alti Beneficij 28. Iunij 1645. coram R.P.D. meo Bichio.*
27 Vlterius idem est omnino dicendum, † stante alia clausula in eisdem litteris apposita *Dummodo* eorum dispositio ad nos hac vice pertineat, per quam restringuntur clausulæ generales, quæ apponuntur in gratijs de beneficijs reseruatis in euentum, quod non es-
28 sent reseruata, † & excluditur penitus voluntas præueniendi Ordinarium eò quia intentionem Papæ præueniendi, & concurrendi cum Ordinario excludit dicta clausula *Dummodo* eorum dispositio ad nos hac vice pertineat *Rota dec.44. in fin. par.1. recent. & decis.777.*
29 *nu.6. par. 2.* † & quando Papa vult præuenire loco clausulæ, *Dummodo &c.* solet apponere clausulam, *Dummodo* à die datæ præsentium non sit alicui Ius quæsitum. Ità fuit dictum in supra allegatis *Eluen. coram Penia, in Paterbornen. Canonicatuum coram bo.me. Coccino*, & in alijs in istis terminis allegatis per *Rotam dec. 79. sub nu 5.par.4.recent.*
30 Nec subsistit, † quod ex appositione manus Papæ Canonicatus, & præbenda, de quibus agitur dicantur affecta per *extrauag.ad Roman.1.* Quia vt benè per *Rotam dec.187.nu.3.& 5.par.2.*
31 *recent.* † dum Papa manus apposuit ex falso supposito reseruationis non resultat affectio, cum Papa probetur motus ex falsa causa. Quia
32 non quælibet † appositio manus Papæ causat affectionem, sed ita demum, nisi Papa fuerit motus ex falsa causa, vnde posito ex supradictis defectu reseruationis, nec intrat affectio per appositionem manus Papæ, cum sit clarum, Papam noluisse præuenire, sed solum voluisse prouidere vti de reseruato.

Minus facit, quod Bernardus non expediuerit litteras Apostolicas vllius generis, sed
33 sola supplicatione signata vtatur. † Quia litteræ Apostolicæ censentur expeditæ iuxta
34 naturam supplicationis, & gratiæ, † & intrat præsumptio quod Officiales Cancellariæ in illarum expeditione non alterauerint formam, aut substantiam gratiæ, sed expresserint illud, quod tacitè in supplicatione inerat *Rot. decis.730. in fin. par.2. recent. & in Montis alti Beneficij 28. Iunij 1645. coram R. P. D. meo Bicho §. non attenta in fin.*

Et ita, alijs pro nunc omissis ex supradictis fuit resolutum, gratiam Bernardi non esse iustificatam, & propterea immissionem ei esse denegandam vtraque parte, &c.

R. P. D. BICHIO.

Romana Permutationis.

Mercurij 20. Februarij 1647.

ARGVMENTVM.

Promittens aliquam aquæ quantitatem semper manutenere, & euentum, in quem illa in totum seù in partem deficeret ex quauis causa restituere pretium, & teneri ad omnia dãna & interesse, an excusari possit ex quo aqua iuxta naturalem cursum modo fluere, & modo detinere soleat, & in casum deficientiæ an prius agendum sit iudicio manutentionis, & deindè executiuo pro pretij solutione, & quo ad vtrumque responsio est negatiua, & in cõtrarium adductis plenissimè satisfit.

SVMMARIVM.

1 *Iniustitia excludit rem iudicatam.*
2 *Promissio vbi non purificatur, promittens tenetur ad damna, & interesse, dum pro vtroque commissa fuerit stipulatio.*
3 *Promittens aliquam quantitatem aquæ, aliàs ad dãna & interesse, non excusatur ex quo aqua iuxta naturalem cursum modo fluere, modo desinere solet.*
4 *Aqua iuxta naturalem cursum modo fluere modo desinere soleat.*
5 *Promittens aquæ defensionem iuxta solitum si deficiat excusatur ex quo aqua iuxta naturalem cursum modo fluere modo desinere soleat.*
6 *Secùs vbi conuentum fuit, quod promissor excusare se non valeat, eo quod aqua forsan diminuisset, aut alio quocumque pretextu.*
7 *in Aquarum materia standum est conuentionibus à partibus initis.*
8 *Aquæ deficientia ex quibus probetur & num. 11. & num.42.*
9 *Aquæ deficientia an proueniat ex defectu aqueductũ vel potiùs ex defectu naturali, ex quibus remaneat iustificatum & num.14. & 15.*
10 *Testes examinati inter alias personas, quando probent contra tertium.*
13 *Appellans à decreto Iudicis taxatiuà in vna parte tantum, in reliquis in eo contentis consensisse videtur.*
16 *Confessio iudicialis emanata in vno iudicio contra certas personas, plenè probat in alio iudicio, ad fauorem tertij, maximè si iudicia inter se cohereant.*
17 *Valor rei iustificatur ex relatione tertij Periti à Iudice electi.*
18 *Periti electi ad aliquid æstimandum, si vnus referat in maiori, & alter in minori summa, dicuntur concordes in hac minori summa.*
19 *Summa maior inest in minori.*
20 *Periti relationi per Iudicem electi ex officio, standum est; quamuis ab alijs discordaret.*
23 *Aestimatio rei fieri debet secundum valorem currentem de tempore contractus non autem de tempore præsenti contra num.28.*
22 *Secus si post contractum non constat fuisse mutatum statum rei.*

Eui-

23 *Euictio alicuius rei sequitur etiam ex eo, quod illa res fuerit denegata.*
24 *in Aestimatione venit etiam id quod interest euictionem passi.*
25 *Valor rei inspiciendus est de tempore euictionis, non autem de tempore contractus.*
26 *Valor alicuius rei commutatæ & postea à tertio euictæ, an inspiciendus sit de tempore permutationis, vel euictionis.*
27 *Permutatio facta cum pacto, quod si res permutata, euinceretur deberet æstimari, & prætium solui, transit in venditionem secuta euictione, & non priùs.*
28 *Valor rei non debet attendi de tempore conuentionis, sed de tempore in quod confertur executio contractus.*
29 *Beneplacitum Apostolicum præsumitur obtentum per obseruantiam contractus spatio triginta annorum.*
30 *Beneplacitum Apostolicum si quis se obligauit impetrare, & postea non impetrauit, non potest ex hoc defectu contractum annullare.*
31 *Pacta qui non adimpleuit, tenetur ad damna & interesse.*
32 *Promittens in permutatione, manutentionem rei traditæ, aliàs teneri voluit ad prætium rei receptæ an prius conueniendus sit iudicio manutentionis, vel executiuo ad pretij solutionem.*
33 *Et quid si vtrumque promisit.*
34 *in Alternatiuis electio spectat ad illum, ad cuius fauorem fuit facta promissio.*

DECISIO XXVI.

PERMVTATIONIS titulo Reu. Monaci Oliuetani de Vrbe tradiderunt bo.me. Cardin. Lanfranco Margotto duas petias vineæ, seu arboreti prope eorum Monasterium existentes, & vice versa receperunt ab eodem Cardinali mediam vnciam aquæ ex bottino sito in viridario Cardinalis proximo fontibus dicti Monasterij, quam aquæ quantitatem idem Cardinalis promisit semper manutenere & in euentum in quem ea in totum, seu in partem deficeret ex quauis causa voluit teneri ad soluendum Monacis prętium dictarum duarum petiarum terreni permutati, nec non omnia damna, & interesse.

Hinc ob deficientiam aquæ Monaci egerũt contra Laurentium d.Card. hæredem, tum ad prætium prædicti terreni, tum ad damna, & sententias modo fauorabiles modo contrarias reportarunt, nempe pro se in prima, & tertia instantia, & contra se in secunda, & quarta, cumque hæc vltima sententia in iudicatum lapsa prætenderetur, hodie in quinta
1 instantia dubitaui, † An constet de re iudicata, quæ veniat exequenda, & negatiuè fuit resolutũ ob eiusdem sententiæ iniustitiam, quæ rem iudicatam excludit *Seraph.dec.1123.num.3. Caualer.decis.600.nu.7. cum alijs allegatis ab adden. ad S.M.Gregor.XV.decis.1.num.6.*
2 Siquidem † debuit Laurentius condemnari ad solutionem scutorum 550. pro prætio terreni, & aliorum scut.150. pro damnis, & interesse cum pro vtroque ob deficientiam quantitatis aquæ promissæ commissa fuerit stipulatio in eum casum concepta, iuxta *tex in l. stipulationes non diuiduntur ff. de verb.oblig.leg. fænerator vers. si nauis ff.naut.fenor.Castr.in l. in naui nu.4.* ibi quando periculum euenit *ff.loc.Rot. dec.479. n. 1. & 2. apud Cinc. de censib. & in rec.*
3 *dec.146.n.1. p.6.*† neq; promissor excusari pos-
4 sit † ex quo aqua iuxta naturalẽ cursũ modo fluere, modo desinere soleat, vt per *Bimium*
5 *cons.97.n.46.* † Quia in casu quo consuluit Bimius fuerat promissa aquæ defensio iuxta so-
6 litum, † at in nostro verbis expressis conuentum fuit, quod promissor excusare se non valeat, eo quod aqua forsan diminuisset, aut
7 alio quocunque prætextu, † & in materia aquarum standum est conuentionibns *Menoch. cons.226.nu.125.Bursatt.cons.156.num.45. Rauden. cons.12. num.25. lib.2. Schenard. cons. 74. num.37. Thesaur.dec.245.num.6.*
8 Deficientia † verò aquæ satis probatur tum ex duobus testibus datis in *Sum. Monacorum numer.2.* deponentibus de visu aquam ne dum defecisse in magna quantitate, sed multoties
9 fontes Monacorum ea penitus carere; † idque non vitio acqueductum Monacorum, qui imo institerunt quod viridarius Cardinalis aquam fluere permitteret, sed ille respon-
10 dit, *che non ci era acqua*, & † quamuis dicti testes examinati fuerint inter alias personas, quia tamen adminiculantur ex infra dicendis vtique probant etiam contra Laurentium *Felin. in cap. causamque il 1.nu.19. de testib. Rot.dec.237. sub nu.3.par.1.recent. dec.252.nu.5. vers. præsertim coram sanct.mem.Greg.XV.decis.225.num.11.par.6. recent.*
11 Tum † ex consensu præstito à Laurentio, quod eligerentur periti ad æstimandum prætium terreni, & damna passa ob aquæ deficientiam; nam si aqua non defecisset non
12 erat locus peritorum electioni. Tum ex relatione per eosdem peritos facta, & signanter tertij periti, ibi, *per la mancanza dell' acqua*
13 *permutatali, Summ. Monacorum nu. 4.* † animaduertendo præsertim quod Laurentius à dicta relatione tertij periti, ac decreto Iudicis iuxta eam emanato appellauit taxatiuè in ea parte tantum, in qua peritus liquidauit valorem terreni in scutis 550. 4. *in Summ. responsionis pro Monacis nu.2.* vnde reliquis in dicta relatione contentis consesisse videtur *l. ab eo Cod.quom.& quan.iud.cap. solicitudinem de appellat. Rot.dec.380.*
14 *sub num.9. par.1. recent.* † Tum quarto ex protestationibus ab ipso Laurentio ter atque iterum iudicialiter factis contra Dominos de Pijs vti hæredes bon.mem. Cardinalis Pij, cui ille viridarium vendiderat, in quibus Laurentius ingenuè, & purè fatetur aquæ deficientiam, eamque tribuit non negligentiæ Monacorum, sed culpæ eorumdem de Pijs, quia aquam Monacis debitam denegarunt.
15 *Sum. Monacorum num. 3.* † idemque fassus fuit procurator Laurentij in positionibus, ibi, *Qualmente detto Sig. Card. Pio hà fatto mutar la fistola del condotto dell' acqua di detti Monaci Summ. responsionis Monacorum num.3. in fin.* & confessionem ratificauit idem Laurentius specificando successiuè materias in articulis, & positioni-

16 bus; *Summ. ibid. num. 4.* † Hæ autem confessiones quamuis emissæ contra Dominos de Piis, quia iudiciales sunt, & cohærent iudicio præsenti à Monacis introducto: plenè probant etiam ad fauorem Monacorum *Dec. in l. 2. nu. 62. Cod. ed end. Egid. dec. 3. Guidopap. dec. 254. in prin. Surd. dec. 325. nu. 12. Caputaq. decis. 210. nu. 6. par. 2. Rot. in Botanen. Pensionis 27. Octobris 1600. coram Penià, impress. apud Marchis. de commiss. par. 1. fol. 617. sub num. 3.*

17 Quod † autē valor terreni ascendat ad scuta 550. & damnorum ad scuta 150. constat ex relatione tertij periti à Iudice electi, cui obijci non potest, quod non concordet cum ali-
18 qua ex relationibus † aliorum peritorum electorum à partibus, quia imo adhæret relationi periti Monacorum, tam in æstimatione damnorum cum vterque æstimauerit in scutis 150. quam in prætio terreni; cum enim peritus electus pro Monacis illud liquidauerit in scutis 700. & tertius in scutis 550. dicuntur
19 concordes in hac minori summa, † quia inest in maiori *l. diem proferre §. si plures, & ibi gloss. verb. consenserunt, ff. recept. arbitr. l. 1. §. si stipulanti, ff. verb. oblig. cum pluribus ibi citatis à Gotfred. Salyc. in l. rem maioris nu. 28. & seqq. Cod. rescin. vendit. Alex. cons. 64. num. 9. lib. 2. Grat. discept. 187. n. 5. & 6. Rot. dec. 111. num. 2. par. 7. recent. & in Romana Saluiani interdicti 10. Ianuarij 1611. Vbaldo seniori, impress. penes Marches. de commiss. tom. 1. fol. 159. num. 2. in Romana consignationis sequestri 22. Maij 1620. coram Sanctissimo Domino Nostro Innocentio*
20 *X.* Præter quod agitur de relatione periti à Iudice electi, cui statur quamuis ab alijs discordent. *Gabr. de arbitr. conclus. 1. sub num. 1. & 4. Surd. cons. 452. num. 59. & seqq. Rota in Romana redditionis rationis 5. Martij 1646. coram R. P. D. meo Peutingerio.*

21 Minus obijci potest, † quod tertius peritus non æstimauerit terrenum iuxta valorem currentem de tempore contractus, vt debuit *l. bo-*
22 *nitas, l. ex mille ff. euict.* † Quia non constat post contractum fuisse mutatum statum terreni;
23 Cumque † æstimatio petatur, ex quo modernus possessor viridarij aquæ cursum denegando illam euicisse videtur, vt per *Auchar. in cap. quærelam, sub num. 6. vers. quandoque denegat de elect. Hostien. ibid. num. 14. Ferret. cons. 204. num. 3 Rot. in Romana Saluiani 30. Ianuarij 1645. coram*
24 *meo,* † & sic in æstimatione veniat etiam id, quod interest euictionem passi, benè fecit peritus æstimando terrenum iuxta valorem tē-
25 poris præsentis; † tum quia inspiciendus est valor de tempore euictionis *l. euicta re la 2. ff. euict. l. si Titius la prima, vers. non enim ff. act. emp. Odefred. in dicta l. bonitatis in fin. vers. sen. si ageretur, ff. euict. Viuc. de Franc. decis. 297. sub num. 1. Surd. cons. 52. num. 50. Rot. decis. 378. sub num. 2. par. 4. diuers. decis. 227. num. 1. decis. 281. nu. 17. par. 4 tom. 2. recent. & in Bononien. Prædij 13. Februarij 1640. coram R. P. D. meo Ghislerio.* Tum etiam
26 quia de † tempore præsenti incipit contractus venditionis terreni; antequam enim a-
27 qua euinceretur, seu diminueretur non possidebatur exaduerso terrenum titulo venditionis, sed permutationis: venditio vero collata fuit in tēpus euictionis, seu diminutionis aquæ in quod partes conuenerant, quod terrenum æstimaretur, & prætium solueretur ad *textum in §. prætium inst. de empt. & vendit. l. quod sæpe §. 1. ff. contrb. empt. l. fin. Cod. eod. tit.* benè *Surd. cons. 52. sub num. 51. in fin. vers. & ex hoc in-*
28 *fertur, & num. 52.* † nec debet attendi valor currens de tempore conuentionis, sed temporis futuri in quod confertur executio contractus, vt post *Panormitanum, Alexandrum, & alios ibi allegatos tradit Arr. Pinell. in l. 2. par. 3. c. 4. num. 16. Cod. rescind. vendit. Surd. d. consil. 52. nu. 49. facit Bald. in l. 1. num. 30. Cod. commun. de legat.*

Non obstat nullitas contractus ex defectu
29 beneplaciti Apostolici; † nam per lapsum triginta annorum cum obseruantia contractus illud præsumitur obtentum *Seraphin. dec. 1042. num. 2. & 3. & decis. 1228. num. 1. Rota in recent. decis. 21. num. 9. par. 4. tom. 2. decis. 191. n. 9. dec. 277.*
30 *num. 5. par. 5. decis. 32. num. 3. par. 6.* † Et aduersaris qui sub obligatione Camerali in se assūpsit onus impetrandi, & totaliter expediendi beneplacitum suis sumptibus, nisi impetrasset
31 allegaret propriam turpitudinem, † & ob pacta non impleta tenetur ad damna, & interesse, & sic ad prætium, & æstimationem terreni venditi *l. si controuersia, l. cum successores Cod. euict. Ruin. cons. 141. num. 9. in fin. lib. 1.*

32 Tandem non obstat, quod Cardinalis Lanfrancus se obligauerit in euentum defectus aquæ illam manutenere, & casu quo Monaci totam aquam habere non possent teneri voluerit ad precium terreni; vnde infertur quod prius contra Laurentium Cardinalis hæredē debebat agi pro manutentione eiusdem aquæ ad effectum, vt posset dici purificata conditio impossibilitatis habendi aquam, sub qua
33 promissum fuerat prætium terreni. † Quia Cardinalis, & manutentionem aquæ, & prætium terreni æque principaliter promisit in euentum in quem aqua diminueretur, & illam Monaci in quantitate promissa habere non possent, prout non posse constat ex testibus, & alijs supra ponderatis: cumque copulatiuè sit promissum fauore Monacorum ad illos spectat electio agendi ad vnum, vel alterum *Purpur. consil. 287. num. 1. Asin. de execut. §. 7 cap. 267. num. 5. Caldas de nominat. Emphith. qu. 10. nu. 53. lib. 2. Cancer. variar. resolut. tomo secundo c. 6. num. 98. Monter. decis. Aragoniæ 48. num. 14.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

R. P. D. PEVTINGERO.

Romana Officij Notariatus.

Mercurij 20. Februarij 1647.

ARGVMENTVM.

Actus semper referendus est ad titulum præcedentem, & qui intendit eum referre ad diuersum titulum, id probare debet, effectum ea, quæ non habuerunt, non habentur in consideratione, Protestationes ex quibus declarantur, & non attenduntur, illæ quæ sunt contrariæ facto.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Actus ad titulum praecedentem tanquam ad suam causam referri debet.*
2 *Titulum qui alium allegat hunc ipse probare debet.*
3 *Renunciatio non effectuata nullius considerationis est.*
4 *Renunciatio nihil operatur post quaesitum ius parti, neque illud excludit.*
5 *Dominium acquiritur per dationem in solutum.*
6 *Protestatio contraria facto nullius est momenti.*
7 *Protestatio*, sine praeiudicio iurium, *si sit contraria facto intelligitur respectu actionis, non dominij.*
8 *Protestatio declaratur ex actibus successiuis.*
à Protestatione censetur recessum ex actibus successiuis num.8.
9 *Cessionarius representat in omnibus personam cedentis.*
10 *Facta magis attenduntur, quàm verba, quod amplia concurrentibus coniecturis.*

DECISIO XXVII.

DOMINI steterunt in decisis coram me in hac causa sub die 20. Nouembris 1645. & 27. Iunij 1646. respondendo pro executione mandati executiui ab A. C. relaxati pro scutis 250. contra Paradisum ob eius contrauentionem cessioni ab ipso factae Righezae medietatis officij Notariatus Capitolini cum promissione de non contraueniendo, & nihilominus eam acceptando in solutum auocauerit, vt fusius in dicta die 20. Nouembris 1645 prout de anno 1625. pro toto officio expeditionem litterarum patentium à DD. Conseruatoribus Capitolij reportauit atque de anno 1629. in propriam personam litteras super titulo per Datariam expediuit, Postmodumq; semper idem officium proprio nomine administrauit, illiusque emolumenta percepit, oneraque massae Notariorum persoluit.

Neque Paradisum iuuat renunciatio huius officij ab ipso de mense Aprilis 1620. facta, quia huiusmodi renunciationis effectus ab actibus ab ipsomet successiuè gestis omninò excluditur, nam de anno 1625. in vim dictae dationis in solutum in Curia Capitolina litteras patentes pro exercitio dicti officij, ac deinde de anno 1629. super titulo in Dataria expediuit, ac totum officium administrauit, quae administratio cum alium titulum non habeat
1 ad † dictam dationem in solutum tanquam suam causam praecedentem referri debet. *Menoch.praes.67. per tot lib.6.Surd.cons.24.nu.16.* vbi
2 quod qui alium titulum † allegat ipsum probare tenetur, & *Rota decis.104.num.5.par.2. diuers. & decis.159. num.3. par.1. recent. & in Cesaden. censuum 9. Iulij 1645. coram R.P.D. Corrado*, neque hanc veritatem tegere potest Paradisus, dum post renunciationem mandatum executiuum, & declaratoriam pro eodem credito pro quo datio in solutū emanauerat obtinuit, nam etiam hoc euanuisse, nec effectū habuisse ex supradicta declaratione de anno 1625. facta apparet, vt ex alijs actibus supradeductis, adeo quod renunciatio non effe-
3 ctuata † nullius considerationis sit, vt fuit dictum *in Perusina Beneficij 4. Aprilis 1608. coram bon. mem. Penia, & in Volaterana Prioratus 16. Martij 1646.* §. tandem coram R. P. D. meo Bichio, & in omnem euentum postquam Lercarijs contra Paradisum ex datione in solutum sibi facta, fuerat quesita actio, non
4 potuit † post quindecim menses renunciando dationi in solutum ius eisdem Lercarijs quaesitum excludere, vt ex *tex. in l.1. §. si rem depositam ff. depositi.*

Non obstat quod Paradisus quando de anno 1629. per Datariam litteras super titulo officij expediuit, id citra praeiudicium Iurium Lercarijs competentium, & ipsis interpellatis fecerit *Summ. Paradisi nu. 6.* nam aliàs, litteras de anno 1625. in Curia Capitolina absque vlla protestatione, vel interpellatione pro exercitio totius officij expediuerat, inherendo
5 praecedenti dationi in solutum, † per quam sibi soli dominium quesitum fuerat *l. eleganter ff.pign.act.Soccin.cons.69.num.15. lib.4. Cephal. cons.351.num.13. Rota decis.52. num.10. par.6. recent. & decis.261.nu.19.par.7.recent. & fuit dictum in Romana Legati 1. Iulij 1643. coram R.P.D. meo Cerro.* Et aduertendum est huiusmodi protestationem fuisse facto contrariam per ipsam expeditionem tituli in personam solius Paradisi, & acquisitionem Dominij totius officij praeiudicabatur dominio partis officij vsque de anno 1617. quesito Lercarijs, siuè Righezae eorum auctori etiam ex cessione tunc re-
6 portata ab eodem Paradiso † sic ista per factū euersa protestatio nullius est momenti *Felin. in cap. cum in Ferrariensis nu. 27. cum seqq. de constit. Buratt.decis.46.nu.18. & decis.388.num.5.* vel saltem intelligenda est de praeiudicio respectu
7 actionis † quae ex dominij ammissione Lercarijs competebat, vt per *Oldrad. cons. 330. in fin.Paris.cons.70.nu.12.lib.1.Gabr.cons.141.nu.29. & seq.lib.1. Honded.cons.86.nu.47.lib.2.* Quod factum ipsa obseruantia subsecuta declarauit, quia Paradisus numquā Lercarios dominij, neque fructuum participes fecit, sed solus tāquam verus dominus officium possedit, & administrauit, & tamquam talis super toto officio iudicialiter manutentionem obtinuit, vt in *Summ. praeteritae positionis pro Lercarijs nu. 7.* ex quibus actibus successiuis non solum dicta
8 protestatio declaratur, † sed per eos quatenus opus sit à protestatione censetur recessum *Roman.cons.179.num.21.vers. remoueor Put. decis.53. nu.1.lib.2.*

Frustra etiam Paradisus pendente hac lite coram bon. mem. Merlino, quam coram me oblationes fecit de admittendo Lercarios ad portionem officij, quia vt alias responsum fuit erant nimis intempestiuae, neque Ius Lercarijs ex praecedenti contrauentione quesitū tollere poterant, & contra eundem Paradisum vrget quod post dictas oblationes de anno 1645. disposuit de toto officio ad fauorem Angelae suae filiae ibi *assegno, cedo, & concedo, &c. con tutto questo officio, e sue ragioni, giurisdittioni, &c.* & infra ibi *tutti, e singoli emolumenti, e frutti di quello*, & ibi *quella sia vera, e sincera pa-*

trona del tutto; ex quibus verbis dubitari non potest quin disposuerit de ipso dominio officij, eiusque filiam Angelam Dominam effecerit, non secus atque ipse Paradisus Dominus erat, † cum Cessionarius representet in omnibus personam cedentis, *leg. si à Creditore, C. de act. & oblig. l. 2. ff. hæred. vel act. vend. Rimin. Iun. cons. 65. num. 21. Rota decis. 107. num. 3. in fin. decis. 303. num. 7. part. 1. recent.* Nimisque ridiculum est dicere quod Paradisus in eadem cessione facta filiæ, Lercariorum iura reseruauit, ibi: *Senza pregiudicare alle ragioni delli veri heredi del quondam Gio: Battista Righeza.* Quia est protestatio contraria facto maximè, quia eadem Angela Paradisi cessionaria paulò post causam iactationis, & iactationum nominatim contra Lercarios committi fecit causam R. P. D. meo Ghislerio, asserens se vigore paternæ cessionis in quieta possessione, & dominio officij reperiri a nemineque molestari deberi. Quare cum ex omnibus simul iunctis
10 appareat magis attendenda esse † facta quam verba ad *text. in cap. dilecti il secondo, vbi gloss. verbo facto ex de appellat. Buratt. decis. 113. numer. 20.* Domini perseuerando in decisis resòluerunt mandatum alias relaxatum contra Paradisum esse exequendum, &c.

Vtraque parte informante.

R. P. D. PEVTINGERO.

Vercellen. Prioratus.

Lunæ 25. Februarij 1647.

ARGVMENTVM.

Pro Attentatorum reuocatione in decisione respondetur, quorum probatio ex quibus deducatur, & concludenter ea demonstrantur per plura hic adducta. Acta, quæ sufficit transportare pro Attentatorum reuocatione.

SVMMARIVM.

1 *Nuncij attestationi creditur tanquam attestanti de re ad eius officium spectante, & num. 2.*
Amplia etiam sine testibus. num. 2.
2 *Subhastatio est actus iudicialis.*
3 *Notario se talem asserentem fides præstatur.*
4 *Testes licèt informiter examinati faciunt adminiculum.*
5 *Relatio Nuncij. & Notarij etiam informis probat cum adminiculis.*
6 *Fructus à possessore præsumuntur percepti.*
7 *Inhibitio non afficit personam habentem titulum diuersum etiam quod illi præsentetur;*
Intellige, vt ibidem in fine.
8 *Beneficium vnitum non vacat.*
9 *Clausula*, quam, & quas, *respicit non solum commissionem causæ quoad expressa, sed totam causam.*
Amplia idem in clausula, cum omnibus dependentibus, annexis, & connexis totoque negotio principali, *ibidem.*
10 *Inhibitio specialis super fructibus eorũque perceptione respicit etiam continuationem possessionis.*
Amplia quia non excusat ab attentatis. ibidem.
11 *Acta ea sufficit transportare ex quibus attentata deducuntur, itaut integra non requirantur.*

DECISIO XXVIII.

PLACVIT DD. Fælicem de Ferrarijs, quia ipse Vrbem accesserat tertio audire, sed nihilominus in decisis pro reuocatione attentatorum ab ipso cõmissorum respondendo persliterunt. Quia nimirum duæ ipsi fuerunt præsentatæ Inhibitiones, altera de mense Februarij 1645. in vim Commissionis, ac litis pendentiæ inter Capitulum Collegiatæ Ciuitatis Bugellæ super hoc ipso beneficio, de quo agitur, & Io: Ambrosium de Ferrarijs; altera vigore appellationis à Decreto Reuerendiss. Nuncij Sabaudiæ cogente Franciscũ Pionum arrendatarium fructuum huius beneficij decursos fructus tradere eidem Fælici Ferrario tanquam cessonario Cameræ Apostolicæ sub prætextu, quod ijdem fructus vti maturati beneficio vacante spectarent ad Cameram, & hæc inhibitio præsentata fuit die 3. Mensis Iunij 1646. vt constat ex attestatione Nuncij
1 cui † creditur tanquam attestanti de re ad eius officium spectante, *Put. decis. 187. lib. 3. Rot. decision. iu Roman. Spoly domus 28. Iunij 1617. coram Sanctiss. D. N. in §. primo.* Attamen vtriusque inhibitionis vigore adhuc attentata remanet, tam subhastatio pignorum contra d. Pionum captorum pro soluẽ fructibus à Fælice cessionario Cameræ peritis, quam fructuum ab eodem Fælice perceptio de anno 1646. vt in prima decisione huius causæ firmatum fuit; quia subhastationem secutam fuisse post primam, & secundam inhibitionem nempè die 14. Septembris 1646. talis apparet relatione Nuncij, seu vt vulgo ibi dicitur, *Soldato di Giustia,* facta Viarlado Notario actuario, *Summ. ibidem nu. 6.*
2 cui † vtique circa acta iudicialia, qualis est subhastatio adhibetur fides, etiam sine testibus, *gloss. in §. alia verbo insinuatione Instit. de donat. Ias. in l. omnium col. penul. in fin. & col. seq. C. de testament. Grammat. consil. 65. num. 283. Seraph. de priuil. iuram. priuil. 34. numer. 6. Buratt. decis. 606. num. 12.* Viarladum fuisse actuarium ostenditur ex eiusdem assertione, ibi: *à me Notario,*
3 *e Segretario sottosegnato*, † quæ circa hoc probat, *Rota decis. 699. num. 3. part. 1. recent. & in Assisien. bonorum 2. Iunij 1627. coram bon. mem. Card. Virili & decis. 454. nu. 2. coram Gregog. XV.* Iunctis præsertim testibus de dicta subhastatione depo-
4 nentibus, † qui licet informiter examinati faciunt saltem adminiculum, *Rot. decis. 315. nu. 5. decis. 343. num. 7. decis. 406. numer. 6. part. 1. recent.* Adeò, vt prædicta relatio Nuncij, & Notarij
5 tanquam adminiculata probet, † dato quod etiam alias esset informis, *Rota decis. 198. num. 2. part. 1. recent.*

Similiter fructus anni 1646. à Fælice perceptos fuisse probatur ex eiusdem confessione iudicialiter emissa, *Summ. num. 8.* quæ non solum per depositionem testium, licet sine citatione partis examinatorũ adminiculatur, sed etiam ex præsumptione Iuris, quia idem Fælix
6 possessionem beneficij acceperat de mense No-

Nouembris anni 1645. & fructus à possessore percepti præsumuntur, *Seraph. decis.1245.nu.6. Rot.decis.50. nu.2. coram Gregor.XV. & decis.269. nu.2. part.1. decis.317.num.6. part.4.tom.2. recent.*

Non obstat, quod prima inhibitio vigore Commissionis, & litis pendentiæ inter Capitulum, & Io: Ambrosium de Ferrarijs non afficiat Fælicem habentem titulum diuersum,
7 & in ea lite non nominatum, † licet ipsi quoque præsentata fuerit, ad trad. per *Lancellott. de attent. part.1. cap.3. num.9. Buratt. decis.644.nu.5.* quia hoc non procedit, quando Commissio appellationis non est restricta ad certas personas, sed est generalis contra omnes qualis est in casu, de quo agitur, ibi: *omnesque alios in executione præsentium nominandos*, ita idem *Lancellot. loco mox allegato num.39. & 40.* & quamuis titulus Fælicis sit diuersus à titulo Io:Ambrosij; nihilominus tamen est cõnexus, & dependens à titulo vnionis huius beneficij fact. Capitulo, quem idem Capitulum in dicta prima lite deduxit, nam quatenus vnio Apostolica esset valida corrueret prouisio Papæ ad fauorem Fælicis facta, tanquam de vacante per obitum
8 Alberti vltimi possessoris † cum beneficium vnitum non vacet, *Clem. frequens vbi gloss.verb. ad mensam de excess. prælat. Oldrad.cons.257.nu.24. & seq. Aret. cons.63. per tot. Rebuff. in prax. tit. de vnion. benef. num.12. in fin. Rota coram Greg.XV. decis.419. num.2.*

Et contra Fælicem semper vrget secunda inhibitio in vim Commissionis appellationis à decreto dicti Nuncij Sabaudiæ emanato super fructibus Beneficij, per quam vigore clausularum quam, & quas in ea positarum cum omnibus indè dependentibus, annexis, &
9 connexis, ac toto negocio principali, † dicitur commissa causa, nedum quo ad fructus præteritos, de quibus loquitur decretum dicti Nuncij, sed etiã quoad percipiendos, & quoad ipsum titulum beneficij, *Sarnen.in reg.de Infirm. quæst.34. numer. 4. Egid. decis.618. Cassad. decis.9. num.13. de caus. poss. & propr. Caputaq. decis.152. per tot. part.1.* & fuit dictum in *Messanen. Archipresbyteratus 29.Aprilis 1641. coram D.meo Cerro*, & in *Gerunden. Prioratus 27. Iuny 1644. coram D.meo Bichio*. Quæ operantur ne Fælix iuuari aliquo modo possit prætextu continuationis possessionis antea captæ, quia aut ipsa possessio ab initio est attentata, cum capta fuerit de mense Nouembris anni 1645. postquam de mense Februarij eiusdem anni fuerat præsentata *Fælici* inhibitio vigore primæ Cõmissionis, quidquid dicendum esset, si nulla præcessisset lis, vel inhibitio, aut in omnem casum ob secundam commissionem, & inhibitionem specialem super fructibus, eorumque
10 perceptione, † & sic super continuatione possessionis, ipsius continuatio non excusat ab attentatis ex allegatis in *prima decisione huius causæ coram me in §.Nec Fælicem excusat*.

Nec releuat, quod non fuerint asportata omnia acta facta coram D.Nuncio Sabaudiæ, quia ad effectum reuocationis attentatorum
11 sufficit ea transportare, † ex quibus attentata probantur, vt fuit dictum in *Bracaren. Iurispatronatus de Ledronello 1. Martij 1602. coram Card. Sacrato, & in Tullen. Scholastriæ 5.Iulij1621. coram bon. mem. D.meo Remboldo, quæ est decis.317. num.7. part.4. tom.2. recent. & in Maioricen. beneficij 27. Nouembris 1641. & 17. Martij 1642, coram Reuerendiss. D. meo Dunozet Decano.*

Ex quibus Domini in decisis vtraque parte informante permanserunt, &c.

R. P. D. CELSO.

Postea S. R. E. CARDINALI.

Romana Domus.

Lunæ 23.Februarij 1647.

ARGVMENTVM.

Emphiteusis deuoluitur ad Dominum directum vel ob canones non solutos, vel ob lineam finitam; quo circa in præsenti discutitur, primò an Minor seù Mulier absens non soluendo canones, sed assignando pensiones Domino directo, qui acceptauit obligationem Inquilini de illis soluendis cadãt ab emphiteusi; Et an Concessio facta Clerico pro se filijs hæredibus, & descendentibus quibuscunque intelligatur de hæredibus, & successoribus extraneis; & resolutio quoad vtrumque est affirmatiua, & in contrarium adductis plenissimè satisfit.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio concedenda est anteriori possessori.*
2 *Possessio alicuius Domus probatur ex locationibus eiusdem domus continuatis, & effectum sortitis.*
3 *Confessio superat quamcunque probationem.*
4 *Emphiteusis quando non est finita, vel dubium est an expirauerit, hæredi vltimi grauati datur manutentio, dum constat de illius possessione, & canonum solutione.*
5 *Possessio apprehensa propria auctoritate, & sine citatione dicitur clandestina, & turbatiua, & non infert præiudicium legitimo possessori.*
6 *Emphiteusis deuoluta ob canones non solutos, vel ob lineam finitam an, & quando liceat Domino directo possessionem accipere.*
7 *Dominus directus, vt possit de facto possessionem accipere rei emphiteuticæ, requiritur, vt caducitas, & deuolutio sit clara, & indubitata.*
8 *Dominus directus iudicio petitorio contra possessorem rei emphiteuticæ agere debet, quando deuolutio seù caducitas controuerti potest.*
9 *Emphiteuta debet in sua possessione manuteneri dum disputatur an intret caducitas seù deuolutio.*
10 *Emphiteuta in sua possessione manuteneri debet quãdo non constat de deuolutione clara, & indubitata, etiam si Dominus directus posset accipere possessionem propria auctoritate.*
11 *Emphiteusis concessa pro se ac eius hæredibus, & successoribus quibuscumque in perpetuũ cum clausula ad haben. & qntdquid voluerit facien. transit etiam ad hæredes extraneos.*
12 *Amplia etiam si in supplicatione Sanctissimo porrecta non legantur verba*, quibuscumque, &c.

13 *Relatio efficit, vt omnia contenta in relato censeantur repetita in referente.*
14 *Emphiteusis concessa Clerico pro se, hæredibus, & successoribus, &c. necessariò debet intelligi de hæredibus, & successoribus extraneis.*
15 *Dominus directus præstando consensum alienationi rei emphiteuticæ, & recipiendo canones ab emptore, non potest postea dicere concessionem esse finitam.*
16 *Canones non soluti à Minore, seù Muliere absente non important deuolutionem emphiteusis.*
17 *Dominus directus obtinens apponi sequestrum in re emphiteutica, si postea non exegit, non potest prætendere deuolutionem ob canones non solutos.*
18 *Amplia quando dictæ pensiones fuerint assignatæ, & inquilinus se obligauerit illas soluere, & Dominus directus acceptauit.*
19 *Testi Mediatori deponenti de facto proprio quando deferendum veniat.*
20 *Credulitas probabilis sufficit ad euitandam caducitatem.*
21 *Causa etiam fatua, & iniusta excusat à deuolutione & à pœna.*
22 *Manutentio dari non potest vbi possessio est nulla, & attentata.*
23 *Manutentio cessat quando non constat de possessione.*
24 *Manutentio sicut cessat vbi non constat de possessione, ita etiam cessare debet vbi possessio est nulla improba, & infecta.*
25 *Manutentio potest concedi Domino directo in re emphiteotica vigore possessionis ciuilis, quæ pœnes ipsum remansit.*
26 *Manutentio concessa Domino directo in vim ciuilis possessionis substineri non valet, dum non fuit doctum de extinctione lineæ, & de caducitate.*
27 *Dominus directus allegans extinctionem lineæ, & caducitatem à re emphiteutica tenetur illam probare.*
28 *Manutentio non potest concedi Domino directo in re emphiteutica quando deuolutio non est clara.*
29 *Appellatione per Signaturam simpliciter admissa, interim possessor non potest priuari sua possessione, sed in ea debet manuteneri.*
30 *per Appellationem remanet suspensa virtus primæ sententiæ, & illius effectus.*

DECISIO XXIX.

PRAETENDENS modernus Rector Sanctorum Simonis, & Iudę ob lineam finitam, & Canones non solutos, deuolutam esse ad eius Ecclesiam Domũ aliàs sub die 17. Octobris 1547. in emphiteusim concessam Vincentio de Ferrarijs, & per Franciscam Fęlicem possessam; sub die 23. Ianuarij 1643. de facto illa non citata, possessionem præfatæ accepit.

Vndè introducta à principio causa coram Reuerendiss. Vrbis Vicesgerente, qui Rectori mandatum de manutenendo concessit, & per diffinitiuam sententiam, nullum Ius dictæ Franciscæ Fęlici competere, pronunciauit, & deindè per viam appellationis, mihi commissa, proposui dubium; Cui esset dandum
1 mandatum de manutenendo, † & Domini ad fauorem Franciscæ Fęlicis responderunt, ex quo constat de anteriori possessione illius,
2 non † solùm ex pluribus locationibus eiusdem Domus continuatis, & effectum sortitis, iuxtà *glos. in l, qui vniuersas, §. qui per Colonum in verb. Colonum*, ibique *Aret. num. 6, ff. de acquir. poss. Bart. in l. ad probationem, vers. pone enim, C. locat. Gabr. de locat. conclus. 4. nu. 2. & seqq. Rota coram Andrea decis. 61. num. 3.*

Sed etiam ex confessione propria ipsius Rectoris, qui in Instrumento publico sub die 8. Decembris 1636. declarauit recepisse scut. 28 baioc. 80. pro canonibus decursis, & non solutis prefatæ Domus emphiteoticæ, per dictam
3 Fęlicem possessæ, † quæ cõfessio superat quamcumque probationem, *Felin. in cap. olim nu. 10. vers. limita secundo de rescript. Menoch. de retin. remed. 5. num. 596. vers. rursùs, Rota decis. 708. nu. 1. part. 4. tom. 3. recent.*

4 Et propterea † debet illi concedi mandatum de manutenendo, & in his terminis firmauit *Rota coram Andrea dicta decis. 61. num. 4. in Bonon. de Carnalibus 11. Ianuarij 1602. penès Marches. de commiss. to. 2. fol. 545. per tot. & in recent. decis. 420. num. 3. & 23. part. 4. tom. 3.*

5 Nec obstat † possessio posterior Rectoris capta 28. Februarij 1643. quia vti apprehensa propria auctoritate, & sine citatione clandestina, & turbatiua, nullumque Franciscæ Fęlici præiudicium inferre potuit, *cap. licet causam de probat. cap. licet Episcopus de præben. in 6. Bart. in l. si duo sub num. 4. vers. si verò Testes, ff. vti possidetis, Rota decis. 366. num 2. part. 1. recent. Buratt. decis. 263. nu. 3. & penès Posth. de manut. decis. 330. num. 21. & seq. cum alijs in Imolen. beneficij 23. Iunij 1645. coram R. P. D. meo Corrado.*

6 Prætensio verò, † quod ob lineam finitam & Canones non solutos, licuerit de facto Re-
7 ctori possessionem accipere, cessat ex eo, † dum deuolutio, & caducitas non erat clara, & indubitata, prout requiritur ad hunc effectum; sed plures patiebatur difficultates, & probabi-
8 liter controuerti poterat, † quo casu non permittitur Domino directo exercitium propriæ authoritatis, sed iudicio petitorio contra pos-
9 sessorem agendum est, † qui interim debet in sua possessione manuteneri, iuxtà doctrinam *Speculat. in tit. de emphiteu. §. nunc aliqua quæst. 48. num. 62. vers. tu dic, Corn. cons. 193. num. 3. lib. 3. Gabr. cons. 67. nu. 17. lib. 2. Corbul. de caus. priuat. ob non solut. can. quæst. 12. num. 3. & seqq. Fachin. controu. Iuris lib. 1. cap. 95. in fin. Gratian, cap. 736. nu. 7. & 8. Thomat. decis. 16. nu. 16. relati à Posth. de manut. obseru. 16. num. 47. & seqq. Rota post eumdem decis. 111. num. 7. & seqq. decis. 168. eodem num. decis. 283. nu. 7. & decis. 293. num. 3. & apud Pacific. de Salu. decis. 141. num. 9. & penès Marches. de commiss. part. 1. fol. 566. nu. 1. & per tot. Andr. decis. 36. num. 6. & decis. 61. numer. 7. & in recent. decis. 409. num. 7. part. 1. decis. 420. nu. 22. & 23. part. 4. to. 2. & decis. 359. nu. 4. & 5. part. 5.* & in *Vladislauien. Villæ de Heppembruch. 13. Aprilis 1646. coram R. P. D. meo Cerro.*

10 Quàm opinionem † procedere etiam attenta facultate capiendi possessionem propria authoritate, probat *Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 22. nu. 14. vers. cum autem, & decis. 194. nu. 2. & seqq. Adden. ad san. mem. Gregor. decis. 105. littera A.* & pe-

penes *Posth. de manut. decis.* 336. *nu.* 8. & latè firmatum fuit in *Fanen. seù Senogallien. bonorum super immissione* 14. *Martij* 1646. *coram R. P. D. meo Meltio*.

11 Quatenus enim deuolutio deducitur, ob finitam lineam Vincentij de Ferrarijs, & illa non poterat dici clara, dum concessio fuit facta Vincentio, ac eius hæredibus, & successoribus quibuscumque in perpetuum, cum clausula ad habendum, & quicquid voluerit faciendum, quo casu venire hæredes, etiam extraneos, probat *Cald. de iur. emphit. lib.* 2. *qu.* 23. *num.* 52. & 53. *Clar. §. emphiteusis quæst.* 28. *num.* 4. *Caualer. decis.* 290. *numer.* 1. & *decis.* 293. *per tot. Bononien. emphiteusis* 16. *Iunij* 1597. *coram Penia, Romana Vineæ* 22. *Martij* 1602. & *in Papien. bonorum* 10. *Maij eiusdem anni, coram clar. mem. Card. Pamphilio, cum pluribus in Sarsinaten. feudi* 22. *Iunij,* & 18. *Decembris* 1645. *coram Reuerendiss. D. meo Dunozetto Decano*.

12 Et licet † in supplicatione, & præcibus Sanctissimo porrectis non legantur verba quibus-
13 cumque, & similia, † nihilominus cum in eadem supplicatione habeatur relatio ad Instrumentum prædictum, ibi, & prout plenius dicitur contineri in ipso Instrumento concessionis, potuit Francisca Felix, vigore præfatæ relationis iustè prætendere, quod omnia contenta in Instrumento censerentur repetita in supplicatione, *Bald. in l.* 2. *numer.* 4. *C. de error. Aduocat,* & in his terminis *Rota decis.* 14. *nu.* 42. & *seqq. part.* 6. & *decis.* 548. *num.* 13. *part.* 4. *tom.* 2.

14 Maximè cum idem Vincentius † esset eo tempore Clericus, & talis enunciatus, tam in Inuestitura, qaam in confirmatione Apostolica, & paulò post ad Episcopatum promotus, ita vt dicta verba ad eius filios, & descendentes nullo modo adaptari possent, & propterea de Hæredibus, & successoribus extraneis necessariò deberent intelligi, vt notat *Curt. de feud.* 2. *part.* 3. *part. num.* 40. *Clar. §. feudum qu.* 79. *num.* 4. *Cald. quæst.* 20. *num.* 23. & 37. & *quæst.* 23. *num.* 69. *Socin. consil.* 13. *num.* 1. *lib.* 3. *cum alijs per Fusar. de substit. quæst.* 339. *num.* 42.

Quod comprobauit etiam obseruantia sub-
15 secuta, † nam idem Rector præstitit consensum alienationi prædictæ Domus factæ de anno 1605. ad fauorem Virginij Martini authoris Franciscę Felicis, recipiendo ab eo Laudemium, & Canones, prout etiam eosdem Canones recepit à prædicta Francisca, adeò vt possit dicere concessionem esse finitam, dum prefatos de Martinis per spatium 40. annorum in emphiteutas recognouit. *Corbul. de caus. priuat. ex eo quod emphiteuta non ostendit Instr. renouationis num.* 2. *Rot. decis.* 261. *num.* 4. *part.* 1. *recent.*

Quatenus autem deuolutio prætenditur ob Canones non solutos, ab anno 1639. vsque ad tempus apprehensæ per Rectorem possessio-
16 nis, † & resistit non solum minor ætas Franciscæ Felicis, illiusque absentia ab Vrbe, prout de muliere, & minore, *Mantic. de tacit. lib.* 22. *tit.* 27. *nu.* 42. *Ruin. cons.* 110. *nu.* 7. *lib.* 1. *Speculat. tit. de emphil. §. nunc aliqua quæst.* 14. *nu.* 24. & *seqq.* Et de absente *Corbul. de caus. priuat. ob non solut. can. limit.* 10. *num.* 5. *Dec. cons.* 338. *numer.* 9. *Rota decis.* 509. *num.* 3. & *decis.* 719. *num.* 8. & 9. *part.* 4. *tom.* 3. *recent.*

17 Verùm † etiam sequestrum factum contra Inquilinos pensionibus eiusdem Domus, *Rota dicta decis.* 719. *num.* 10. & 11. *part.* 4. *tom.* 3.
18 *recent.* Et quod magis est assignatio dictarum pensionum, cum obligatione Inquilini de illis soluendis acceptata ab ipso Rectore, vt deponit Ioannes Palumbus Curialis notæ in-
19 tegritatis, † cui tamquam mediatori, & attestanti de negotio ab ipsomet gesto, plurimum deferendum venit, iuncta præsertim attestatione Bizozari, eius iuramento recognita, *Bart. in l.* 1. *§. Idem Cornelio num.* 2. *vers. vltimo vides, ff. de quæst. Rota coram sanct. mem. Gregor. decis.* 204. *num.* 3. *decis.* 247. *num.* 6. & *seq. decis.* 521. *num.* 2. & *decis.* 544. *numer.* 18. & 19. *cum alijs per Add. ad Buratt. decis.* 116. *num.* 16.

Ex quibus apparet Franciscam Felicem, vel Canones persoluisse, vel saltem iustè potuisse credere illos fuisse solutos, & Rectorem de eis
20 satisfactum, quæ probabilis credulitas sufficit ad euitandam caducitatem, *Ias. in l.* 2. *num.* 53. *quæst.* 16. *vers. limita tamen, C. de iure emphiteut. Caputaq. decis.* 180. *num.* 4. *part.* 1. *sanct. mem. Greg. decis.* 388. *num.* 4. *Buratt. decis.* 624. *num.* 7. & *seqq. Romana prætensæ deuolutionis* 22. *Iunij* 1624. *coram Remboldo, Gratian. cap.* 633. *numer.* 24. & *seqq.* & *cap.* 575. *num.* 33.

21 Cum † quælibet causa etiam fatua, & iniusta excuset à deuolutione, & à pœna *l. igitur, §. potest, ff. de lib. caus. Corbul. de caus. priuat. ob non solut. can. limit.* 17. *nu.* 2. *Romana deuolutionis* 12. *Nouembris* 1610. *coram Coccino,* & *in alia Romana prætensæ deuolutionis* 22. *Iunij* 1624. *coram Remboldo,* & *in recent. decis.* 281. *num.* 15. *part.* 4. *tom.* 2.

Minùs obstat alia possessio capta per eumdem Rectorem sub die 22. Ianuarij 1644. vigore mandati de manutenendo obtenti à Re-
22 uerendissimo Vicesgerente, † nam cum prior possessio fuerit nulla, & attentata in vim illius
23 manutentio dari non poterat, † nam sicut illa cessat quando non constat de possessione, §. *re-*
24 *tinenda Institut. de interdict.* † ita etiam quando possessio est nulla, improba, vel infecta, *Rota in Colimbrien. præstimoniorum* 18. *Iunij* 1632. *coram Reuerendiss. D. meo Decano, apud Posth. decis.* 330. *numer.* 18.

25 Nec dicatur, † quod saltem eadem manutentio potuerit concedi vigore possessionis ciuilis, quæ remanet penès Proprietarium,
26 nam illa substineri non valet, dum non fuit doctum de extinctione lineæ, & de caducita-
27 te, † quæ per allegantem probari debet, *Speculat. in tit. de emphit. §. nunc aliqua num.* 66. *Rota coram Buratto decis.* 393. *sub num.* 5. *vers. Iniustitia verò,* & *numeris seqq.* & *in recent. decis.* 25. *num.* 1. & *seqq. part.* 6.

Et ex his patet responsio ad decis. in contrarium adducta in *Romana de Bombellis* 31.
28 *May* 1613. *coram Sacrato,* † nam dùm deuolutio non erat clara, non poterat procedi per viam manutentionis, & sic constat de iniustitia mandati de manutenendo, *Rota in Romana Domus* 16. *Februarij* 1632. *coram Pirouano, apud Posth. decis.* 336. *numer.* 5. *cum alijs supra allegatis*.

Non

29 Non obstat sententia lata in petitorio; † in qua dictum fuit nullum ius competere Franciscæ Felici, quia cum ab ea fuerit appellatum & appellatio simpliciter per Signaturam admissa, interim possidens, non poterat sua possessione priuari, sed in ea debebat manu-
30 teneri, † quia virtus primæ sententiæ, & illius effectus remanebat suspensus per appellationem *Abb. cons. 69. nu. 2. vers. sed in casu nostro lib. 1. Alex. cons. 189. nu. 6. lib. 2. Add. ad Buratt. decis. 436. num. 12.* & in his terminis *Rota dicta decis. 336. num. 9. & 10. penes Posth. de manut.*

Et hæc dixerunt Domini ad effectum manutentionis tantummodo partibus hinc inde informantibus.

R. P. D. CORRADO

Postea Eminentiss. D. CARDINALI.

Macerateñ Saluiani.

Lunæ 11. Martij 1647.

ARGVMENTVM.

Immissio ex vtili Saluiano interdicto conceditur vbicumque tria concurrunt, scilicet creditum cum hypoteca, possessio debitoris de tempore contractæ obligationis, & possessio Rei conuenti omissis secundo, & tertio requisito quia facillimè iustificantur; acerrimè discutitur an, & quando confessio mariti de dote recepta, emanata constante matrimonio probet solutionem, & quatenus sic, an retardare possit immissionem præscriptio viginti annorum, excussio bonorum specialiter hypotecatorum, & retentio emptoris pro prætio soluto, & opinio est negatiua, & in contrarium adductis plenissimè satisfit.

SVMMARIVM.

1 *Creditum cum hypoteca iustificatur ex publico instrumento.*
2 *Dos probatur soluta per confessionem Mariti de recepto.*
3 *Possessio debitoris de tempore contractæ obligationis probatur per testes.*
4 *Possessio debitoris de tempore contractæ obligationis iustificatur ex venditione illius prædij facta ab eius hæredibus asserentibus esse hæreditarium, & pro soluendis debitis hæreditarijs.*
5 *Confessio auctoris per illius successores impugnari non potest.*
6 *Possessio rei conuenti plenè iustificatur ex testibus.*
7 *Possessio rei conuenti probatur ex substentatione litis per plures annos cum non leui cura, & impensa.*
8 *Manutentio per aliquem petita, supponit in eo antecedentem possessionem.*
9 *Manutentio non competit nisi possidentibus.*
10 *Immissio ex vtili Saluino interdicto, quibus concurrentibus negari non possit.*
11 *Obligatio Cameralis quando remanet vulnerata per sententiam contrariam.*
12 *Sententia vbi referri potest ad duo instrumenta, ad quod potius referri dicendum sit.*
13 *Sententiæ verba ad normam iustitiæ referri, & moderari debent.*
14 *Sententia ita interpretanda est vt præ se ferat illud quod iuri conuenit, & non contrarium.*
15 *Sententia ita accipi debet, vt minùs quam fieri possit, iuri partium derogetur.*
16 *Confessio Mariti simplex, verbalis, generica, & indistincta de dote recepta, facta constante matrimonio non probat solutionem.*
17 *Confessio mariti de dote recepta, etiam constante matrimonio quibus concurrentibus probet veram numerationem.*
18 *Confessio Mariti de dote recepta quando probet tam aduersus maritum ac eius hæredes, quàm aduersus creditores, & causam habentes.*
19 *Excussio bonorum specialiter pro dote hypotecatorũ, quando facienda est à muliere repetente suam dotem.*
20 *Dos promissa, & constituta in pecunia, quidquid deinde pro eius satisfactione traditum fuit, vel ex ipsa pecunia emptum, non censetur fundus dotalis*
21 *Amplia etiam si id, quod emptum est ex dicta pecunia, à partibus appelletur de dote vel dotale, & quando secùs.*
22 *Dos in pecunia constituta, quidquid ex ipsa emptum fuit, non censetur fundus dotalis, quamuis in emptione dictum esset,* & pro maiori assecuratione, ac dotis cautione &c.
23 *Mulier vel eius hæredes ex generali hypoteca possunt eligere bona sibi magis benè visa pro recuperatione dotis.*
24 *Hypoteca specialis non impedit agere contra bona generaliter obligata stante obligatione camerali.*
25 *Obligatio cameralis tribuit electionem creditori reiecta excussionis necessitate.*
26 *in Inuentario quæ non reperiuntur descripta censetur in hæreditate non adesse.*
27 *Mulier pro recuperatione suæ dotis non tenetur excutere bona intricata, atque litibus obnoxia.*
28 *Excussionis exceptio, quando per emptorem seù illius hæredes opponi non possit.*
29 *Immissio ex vtili Saluiano interdicto pro recuperatione dotis, quando retardari non possit per exceptionem satisfactionis.*
30 *Præscriptio viginti annorum regulariter obstat hypotecariæ, ac proindè Saluiano.*
31 *Præscriptio longi temporis inchoari non potest contra pupillos, & contra minores.*
32 *Præscriptio longissimi temporis afficit etiam pupillos, & minores, cum pupillarem excesserint.*
33 *Præscriptio contra pupillum seù minorem non incipit durante pubertate.*
34 *Præscriptio interrumpitur per litis contestationem.*
35 *Præscribere non potest possessor malæ fidei.*
36 *Hæredi nocet mala fides defuncti.*
37 *Possessor malæ fidei, quando non possit præscribere, quamuis ad eius fauorem esset lata sententia.*
38 *Retentio bonorum quando non concedatur emptori, qui soluit prætium Creditoribus Venditoris.*
39 *Immissio conceditur creditori anteriori pro indiuiso cum emptore, qui promisit soluere prætium potioribus, & anterioribus, & postea soluit posterioribus.*
40 *l. vindicantem ff. de euictionibus quando procedat declaratur.* Eui-

41 *Euictio semper competit creditoribus anterioribus, quibus prædium venditum erat hypotecatum.*
42 *Amplia etiam quando creditores essent ipsi venditores prædij, & quare.*
43 *Emptor promittens soluere prætium creditoribus anterioribus, si posterioribus incautè soluat, sibi imputandum est.*
44 *Via executiua competit emptori contra creditores, qui receperunt prætium, cum cautione de restituendo prioribus, & potioribus.*
45 *Inuentarium preseruat personas hæredum, ac illorũ iura ab hæreditate distincta.*
46 *Tutor non potest obligare bona propria pupilli pro soluendis debitis hæreditarijs, quando pupillus adiuit hæreditatem cum benef. leg. & inuent.*
47 *Tutor non potest pro alienis debitis obligare bona propria pupilli.*

DECISIO XXX.

PROLATA in partibus Sententia in Reme-
dio Vtilis Saluiani Interdicti pro filijs, & hæ-
redibus Emiliæ Mottiæ de Cõpagnonis Cre-
ditoribus in summa flor. 2650. residua dotis
maternæ contra DD. de Cicolinis possessores
prædij illis hypothecati, quæ visa fuit Rotæ
nullitatis, & iniustitiæ vitio laborare rationi-
bus adductis in decisione coram bon. mem.
Coccino 29. Aptilis 1622. Cuius tamen im-
pugnandæ facultas quoad eorum creditum,
ipsis fuit reseruata in alia sub die 22. Maij 1626
coram eod. Hodiè petunt Actores vigore
commissionis Rotalis immissionem ex inte-
gro, quam DD. concedendam esse censue-
1 runt, † quia creditum cum hypotheca iustifi-
catur ex publico Instrumento die 22. Aprilis
1580. cælebrato, in quo Antonius Maria de
2 Compagnonis eorum pater † confessus fuit ad
instantiam Francisci Soceri solutã fuisse inte-
gram dotem Emiliæ Vxoris flor. 5000. eamq;
restituere promisit sub hypoteca omnium
eius bonorum, forma Camerali, & iuramen-
to in processu fol. 34. & seqq. *Rota penes Sanct.
me. Greg. decis. 491. nu. 7. vers. creditum Dorotheæ ac
seqq. & bo. me. Burat. dec. 728. in princ. vers. de cre-
dito namqae & sub nu. 1. vers. hypotheca vero ac Re-
uerendiss. Vrgellen. dec. 40. num. 1. vers. quia de credi-
to dotali cum hypotheca, & in recent. dec. 294. sub
num. 1. vers. quia de credito par. 1. & dec. 669. sub
num. 1. vers. constat enim part. 2. & dec. 412. num. 1.
vers. Ideo ac seq. & dec. 513. nu. 2. vers. concurrunt
3 enim ac seq. par. 4. & sæpè in alijs.* † Possessionem
autem prædij de quo agitur, fuisse penès An-
tonium Mariam post contractam obligationẽ
prædictam non solum probant testes exami-
nati *Bart. in l. stipulatio ista §. hæc quoque num. 2.
vers. & gloss. ac seq. ff. de verb. obligat. Rota penes
bo. me. Card. Seraph. dec. 1061. nu. 1. vers. Et testis di-
cens &c. ac Vrgellen. d. dec. 40. num. 2. vers. de posses-
sione autem, & in recent. dec. 539. num. 2. vers. de Iu-
4 lij verò possessione par. 4.* † Verum etiam publicũ
Instrumentum sub die 27. Iunij 1590. quo tã-
quam hæreditarium illius venditum fuit DD.
de Ciccolinis ad effectum soluendi prætium
creditoribus anterioribus eiusdem, ac Impe-
5 riæ eius matris, † atque ideò ab eis impugna-
ri non potest *Rot. penes Buratt. dec. 153. sub nu. 2.
vers. sicuti de habente causam ab aliquo, & dec. 243.
nu. 7. vers. confessio autem & dec. 728. sub nu. 1. vers.
Et vti hæreditaria & seq. & in Roman. pecun. 20. Iu-
nij 1614. coram bo. me. Pirouano in §. De primo ex-
6 tremo*; † Possessio verò DD. de Ciccolinis de
tempore incepti iudicij, ac successiuè causam
habentium ab eis probatur ex eisdem testibus.
7 Quibus † accedit Lis ipsa à principio suscepta
& plures iam annos non leui cura, & impen-
dio deffensa *Buratt. decis. 693. nu. 5. vers. quæ vlte-
rius Vrgellen. d. dec. 40. nu. 5. vers. Et demum & de-
cis. 193. nu. 4. vers. & demum & d. dec. 669. num. 3.
8 vers. patet vlterius par. 2. recent.* † Manutentio in
eius possessione per eos petita, & obtenta præ-
uia d. decis. sub die 29. Aprilis 1622. Et repe-
tita modo retentionis instantia ex iuribus ces-
sis per creditores, quæ antecedentem posses-
9 sionem necessariò supponunt, † cum non ni-
si possidentibus competant *Card. Seraph. dec. 758
nu. 5. vers. cum ageretur de retentione & dec. 191. n. 9
vers. & tamen retentio par. 4. diuers. ac in recent. de-
cis. 477. sub num. 6. vers. Verbum namque retinere
par. 4. Buratt, dec. 221. num. 2. vers. quod Paulus de-
cis. 466. nu. 2. vers. Item ex mandato, & decis. 566.
sub nu. 4. vers. quartò cum seq. & Vrgellen. dec. 405.
10 sub n. 6. vers. ac deinde*; † Quibus concurrentibus
negari non potest immissio ex vtili Saluiano
Interdicto, *de quo in l. 1. ff. de Salu. Inter. vbi Bart.
n. 1. & gloss. in l. 1. in verb. competit. C. de Præcar.
& Salu. Interd. Rot. d. decis. 728. num. 4. vers. quibus
concurrentibus apud Buratt. ac Vrgellen. d. decis. 40.
nu. 6. vers. quibus concurrentibus, & in recent. d. de-
cis. 294. sub num. 3. vers. Et sic cum constet par. 1. &
d. dec. 669. sub nu. 3. vers. benè dictum fuit par. 2. &
decis. 347. nu. 1. vers. ex quibus ac dec. 407. nu. 1. vers.
requisita enim Saluiani ac seqq. par. 5. & alibi.*

Ea verò quæ obijciebantur pro parte Ci-
colini visa fueruut DD. non obstare.
11 Nam ad primum, quod Instrumentum
crediti Actorum fuerit vulneratum per Sen-
tentiam in partibus latam die 8. Februarij an-
no 1591. qua fuerunt pronunciati creditores
dotis maternæ in summa flor. 200. (iam solu-
ta) & quoad reliquos flor. 3000. declaratum,
nullum ius nullamque actionem ipsis com-
petere. Responsum fuit quod Sententia illa
non reprobat simpliciter, ac absolutè credi-
tum eorum, sed quoddam Instrumẽtum quie-
tantiæ, quod fuerat ad eius probationem tũc
productum, vt in ea legitur ibi, *quo verò ad
alios florenos termille de quibus in hypotheca, & quie-
tatione producta per Aristeum Ianicolum Procurato-
rem dd. Hæredum dicimus, sententiamus, & decla-
ramus nullum ius nullamque actionem competijsse, ne-
que competere vigore d. quietationis in iudicio produ-
ctæ dd. hæredibus, contra d. hæreditatem &c.* Ad-
uertendum est autem duo fuisse celebrata In-
strumenta absolutionum, siuè quietantias do-
tis prædictæ. Alterum scilicet die 15. Iunij
anno 1575. quo tempore floren. dumtaxat
bis mille fuerant re ipsa soluti, reliqui verò
acceptilati sub spe futuræ numerationis, ideo-
que eisdem loco, notario, testibusque præ-
sentibus subsecuta fuit recognitio bonæ fidei
Francisci Soceri qui exposita facti veritate
pro-

promisit alios florenos ter mille statutis diebus persoluere. Alterum verò quod exactis iam dilationibus, factaque totius promissæ dotis solutione fuit cælebratum d. die 22. A-
12 prilis 1580. † Sententia igitur illa referenda est ad prædictum antecedens Instrumentum quietantiæ, cuius vigore certum est, quod pro ea summa non soluta, nullum verè competebat ius mulieri, neque eius hæredibus, non autem ad posterius in hoc iudicio postea productum per Galleanum Angelinum Procuratorem dd. hæredum die 4. Februarij anno 1612. quod validum, ac efficax est, nec reprobari potest sine euidenti læsione iustitiæ,
13 ad cuius † tamen normam verba eiusdem Sententiæ intelligi, ac moderari debent itaut
14 præseferant illud, quod iuri conuenit, & non contrarium *l. miles §. decem vbi DD. ff. de re iud. Ancbar. cons. 6. Viso themate quæstionis vertentis n. 7 vers. certum est autem Card. Seraph. dec. 984. num. 3. vers. quia sententia & S. me. Greg. dec. 74. n. 7. vers. non obstant verba Sententiæ & decis. 176. nu. 3. vers. quod est intelligendum, & in recent. dec. 123. num. 1. vers. & debet intelligi par. 2. ac dec. 65. num. 7. vers.*
15 *vt dicitur & seq. par. 7.* Et vt minus quam fieri possit iuri partium derogetur *Crau. cons. 188. sub nu. 8. vers. Rursus Card. Mantic. dec. 66. sub n. 6. vers. Et Sententia.*

16 Nec † releuat quod hoc quoque posterius Instrumentum contineat confessionem mariti constante matrimonio emanatam: Quia illa non est simplex verbalis generica,
17 & indistincta, † sed benè iustificatur non solum ex præcedenti promissione Soceri in d. Instrumento recognitionis bonæ fidei sub die 15. Iunij 1575. iureiurando, & camerali obligatione munito, & alia in capitulis matrimonialibus in antecedenti enunciata, quam etiam aliqualiter adminiculatur depositio Hieronymi Pellicani primi testis, idem tunc publicè dictum fuisse asserentis: sed ex verificatione solutionis maioris partis nempè d. summæ floren. 2000. quæ non reuocatur in dubium, & aliorum 650. tunc realiter numeratorum coram Notario, & Testibus, vt ibi legitur: Ac specifica expressione aliarum partitarum, & censuum in quibus singulæ fuerant inuestitæ.
18 Quare † meritò visa fuit DD. efficax, ac omninò attendenda tam aduersus maritum, ac eius hæredes, quam aduersus creditores, & causam habentes ab eis *l. 1. ff. qui pot. in pig. hab. l. In contractibus §. sed quoniam ibique gloss. & DD. C. de non num. pecun. Afflict. dec. 402. nu. 9. vers. & pro hoc & seqq. Crau. cons. 40. sub nu. 1. vers. secundo, & sub nu. 3. vers. quartò cum alijs per Gabr. com. concl. lib. 3. de iur. Dot. concl. 4. num. 1. & 4. vers. secundò amplia Natt. cons. 581. à nu. 12. vers. tunc aliquando & seqq. Rota penes Mohed. decis. 2. nu. 2. vers. fuit tantum & seq. de confess. & penes Seraph. dec. 678 num. 10. vers. Præterea & decis. 795. nu. 1. vers. cum enim & S. me Greg. decis. 62. vers. concurrit etiam ac seq. & d. decis. 728. nu. 1. vers. quæ iuncta, ac Vrgellen. dec. 409. nu. 6. vers. stante quod ac seqq. per tot. & decis. 428. per tot. ac in recent. dec. 124. per tot. par. 2 & dec. 127. num. 2. vers. præterea par. 3. & decis. 15. num. 3. vers. Tertiò quod par. 4. & decis. 15. num. 4. vers. pro quo facit ead. par. 4. tom. 2.*

19 Minus releuat † obiecta excussio contra prædictos census, siuè illi dotales censeri debeant, siuè specialiter mulieri hypotecati ex verbis in d. pòsteriori Instrumento adscriptis, ibi, *cum hoc pacto inter ipsas partes solemni stipulatione vallato, quod non possint dd. census, vt supra impositi retrouendi sine præsentia, & consensu prædicti Equitis Francisci cum sint de dote d. D. Emiliæ ad effectum, vt præseruentur.*

20 Quia cum † præcesserit Dotis promissio, & constitutio in pecunia, quicquid deindè traditum fuit pro eius satisfactione vel ex ipsa
21 pecunia emptum, † licet ab ipsis partibus appelletur de dote, vel dotale non ideò censetur iure fundi dotalis nisi eam specialiter fuisse earumdem voluntatem liquidò constet,
22 quæ † non probatur ex huiusmodi pacto pro maiori dumtaxat Soceri cautione, ac dotis assecuratione conuento *Ceph. cons. 351. sub n. 31. vers. Item etiam & plur. seqq. Honded. cons. 41. sub num. 18. vers. nec prædictis obstant verba illa lib. 1. Rota in Rom. seu Interamnen. fund. dotal. 20. Februarij 1589. coram bo. me. Card. Plat. & in Roman. success. & alim. 9. Iunij 1606. coram bon. mem. Litta in §. fin. & in Firman. præd. 10. Maij 1617. coram bo. me. Card. Verosp. in recent. dec. 476. num. 4. vers. non obstat par. 4. ac in alijs relatis per Add. ad decis. S. me*
23 *Gregor. 573. sub num. 16. vers. itaut.* † Ideoque non prohibetur mulier, vel eius hæres eligere pro eius satisfactione bona sibi benè visa ex generaliter hypotecatis, vt fuit dictum *in Rom. pecun. 12. Decembris 1605. coram bo. me. Coccin. decis. 257. nu. 4. vers. nec minus ac seqq.*

24 Hypoteca verò specialis non impedit agere contra bona generaliter obligata, eorumque possessores stante forma Camerali in prædictis
25 Instrumentis apposita † quæ tribuit electionē creditori reiecta excussionis necessitate *Soc. cons. 24. sub nu. 48. vers. quidam etiam lib. 1. Paris. cons. 103. sub nu. 3. vers. secundò dicitur & seq. lib. 3 Ceph. cons. 439. nu. 24. vers. Præterea & seq. Surd. cons. 513. nu. 20. vers. non obstat itaque Cæs. Barz. dec. 108. sub nu. 29. vers. sicuti etiam Asin. de execut. §. 7. cap. 7.* Et hanc sententiam (quicquid alij senserint) sequuta est *Rot. dec. 449. nu. 8. vers. minus facere videbatur par. 3. recent. & penes Buratt. decis. 441. nu. 8. vers. exceptio excussiones ibique Add. referunt concord.* & attestatur in praxi receptam *Statil. de Saluian. inspect. 3. cap. 3. sub nu. 87. in fin. & Castill. decis. 98. nu. 3. vers. Item prædictus textus.*

26 Quæ † fortius procedit in hoc casu in quo ne dum non constat quod dd. census remanserint in hæreditate Antonij Mariæ, imò cōtrarium resultat ex lectura Inuentarij in quo non leguntur descripti *iux. gloss. fin. in l. cum de lege ff. de Prob. Rota decis. 707. sub nu. 1. vers. In-*
27 *uentarium enim par. 1. recent.* Nec illos esse liberos, & expeditos, ita quod haberi possint sine litibus, atque dispendijs, quæ mulier, ac eius hæredes nō tenentur subire *Castr. cons. 219. Visis, & consideratis in fin. vers. sed eis alienatis lib. 1. Rot. dec. 472. nu. 2. vers. nec obstat 3. part. 1. diuers. & penes Vrgellen. dec. 145. nu. 42. vers. ex quo, & decis. 212. num. 16. vers. & quando, & in Romana Dotis coram R. P. D. meo Ottobono 23. Iunij 1645. in*

§. pen.

§.pen. comprobat Rot. Gen. diuers. dec. 156. sub nu. 7.
28 vers. fuit tamen ad hoc responsum & seq. † Quinimò hoc ipsum prædium de quo agitur ex speciali lege contractus cum Cicolinis initi fuit destinatum pro satisfactione creditorum anteriorum quibus ideo emptores ex propria conuentione obligati, vel eorum hæredes frustra exceptionem huiusmodi opponunt ad l. creditoris ff. de distr. pig. Angel. in l. 2. in fin. vers. potest etiam dici C. de pign. Surd. decis. 44. nu. 9. vers. præterea & seq.

29 Secundum † verò obiectum de satisfactione ex bonis mobilibus hæreditatis eiusdem Antonij Mariæ descriptis in d. Inuentario cōfecto per Franciscum Moctium tanquam tutorem dd. filiorum die 5. Iunij 1590. Non iustificatur, quia non constat ea bona ad eos tūc infantes peruenisse, neque de illis rationem ipsis redditam fuisse, quinimò Testes examinati pro obtinenda licentia vendendi d. prædium Cicolinis deponunt d. hæreditatem magno ære alieno vires illius longè excedente fuisse grauatam, nec aliunde creditoribus satisfieri potuisse, quam ex venditione eiusdem prædij, ex cuius prætio paulo post citatis alijs Creditoribus, Iudex mandauit præfatis filijs satisfieri pro ea parte dotis maternæ, quàm tunc probarunt fuisse solutam, vt legitur in d. Sententia lata die 8. Februarij 1591. Vnde probabilius infertur apud eos non remansisse alia bona in quibus satisfieri potuerint, sed potius à Creditoribus fuisse distracta ac in eorum satisfactionem consumpta, vel saltem dubia redditur adeò huiusmodi exceptio, vt petitam immissionem retardare non valeat Rota penes Card. Seraph. dec. 372. nu. 1. vers. nec exceptio solutionis ac Burat. dec. 858. num. 3. vers. & hæc exceptio satisfactionis, & Vrgellen. d. dec. 212. à nu. 6. vers. Vnde cum non constet ac seqq. & nu. 16. vers. & quando, & in recent. dec. 704. nu. 1. vers. & quia fuit sæpius par. 3. & dec. 19. nu. 12. vers. Ista exceptio par. 5.

30 Tertium † de præscriptione ab anno 1590. quo Cicolini emerunt 27. Iunij d. prædium, vsque ad annū 1611. quo inceptum fuit præsens iudicium decursa, quæ regulariter obstat hypotecariæ, ac proindè Saluiano iux. l. si à creditore §. sane vbi gloss. in verb. Vel longi temporis præscriptione C. de act. & obligat. l. fin. C. de Præser. long. tempore, & l. 1. C. si aduers. credit.

31 Pariter tollitur † Tum quia legales huiusmodi præscriptiones longi temporis inchoari non possunt contra eos, qui in pupillari ætate sunt constituti, immò ex noui Iuris dispositione, neque contra minores l. fin. ibique gloss. in verb. eas C. In quib. caus. in integr. rest. non est necess. l. non est incognitum Cod. quib. non obijc. long. temp. præscr. Odd. de rest. in integr. q. 88. num. 20. vers.
32 sed in contrarium & seq. † Licet aliud de perpetuis siue longissimis cautum sit cum pupillarem excesserint in l. sicut §. 1. C. de præser. 30. vel
33 40. ann. Atque ideo cum de anno 1593. (quo dd. filij vixinfantilem ætatem egressi erant) introductum fuerit, & successiuè producto d. posteriori Instrumento prosecutū citatis alijs creditoribus Antonij Mariæ iudicium restitutionis in integrum aduersus d. Sententiam, qua negata fuerat illis restitutio integræ dotis maternæ, Et deinde hoc institutum anno 1611. 15. Iunij quo tempore maior ex dictis fratribus legitimam vix ætatem attigerat, alij verò ad eam adhuc non peruenerant equidem, vel
34 nunquam incepit, † vel saltem fuit interrupta talis præscriptio l. 1. in 2. resp. l. longi temporis l. nec bona C. de Præser. long. temp. d. l. sicut §. 1. ibique gl. in verb. Reposita C. de Præscr. 30. vel 40. annor. Rot. penes Buratt. dec. 457. sub nu. 2. vers. præsertim & seqq. & Vrgellen. dec. 426. sub num. 11. vers. & de tempore & nu. 1. vers. Per litis autem contestationem ac seq. & in alijs.

35 Tum quia † Cicolini qui prædium emerunt ea expressa lege, vt soluerent prætium anterioribus creditoribus Antonij Mariæ, & Imperiæ, non potuerunt aduersus eos præscribere, quia erant in mala fide scientes propriā obligationem c. Vigilanti & cap. fin. extr. de Præser. Balb. de Præser. in 4. par. quartæ partis princip. q. 5. sub nu. 2. vers. sed videtur Rota penes Veral. decis. 24. & dec. 363. par. 2. & fuit dictum in Ariminen. Salu. 20. Iunij 1633. coram Vrgellen. dec. 401. n. 14.
36 vers. & accedit ac sæpè in alijs. † Quæ nocet etiam eorum hæredibus per tex. in l. cum hæres in princip. ff. de diuers. temp. præser. Balb. in d. tract. in 2. part. tertiæ partis qu. 12. sub num. 11. vers. secundum principale membrum & seqq. Honded. cons. 30. nu. 74. vers. & hæc lib. 2. cum alijs relatis in Bituntin. census coram me 27. Nouembris 1645. in §. Nec
37 visa fuit releuans exceptio præscriptionis; † Neque proderant illis ad hunc effectum Sententiæ in iudicio concursus per Iudicem latæ iuxta cuius declarationem soluere promiserunt, quia cum pluribus soluerint à die 2. Decembris 1593. citrà vsque ad summam flor. 3000. circiter pendente d. iudicio restitutionis in integrum aduersus easdem Sententias super residuo crediti dd. fratrum non poterant eo prętextu excusari Rota penes Card. Seraph. dec. 204. nu. 4. vers. quantum ad secundam partem, & in Romana census scut. 18000. 26. Nouembris 1601. coram bo. me. Card. Mellin. in recent. decis. 48. sub nu. 7 vers. Præterea & seq. par. 2. & in ead. 11. Martij 1611. coram §. mem. Gregor. dec. 511. sub num. 22 vers. quo casu &c.

38 Quartum † de retentione ob solutiones pretij factas per Cicolinos creditoribus Antonij Mariæ, ac Imperiæ iux. l. cum qui à debitore ff. qui pot. in pign. hab. & l. si potiores C. de his qui in prior. cred. loc. succed.

Non obstat quia solutiones factæ creditoribus posterioribus dd. fratrum illis non præiu-
39 dicant† Aliæ verò factæ anterioribus graduatis in prædictis Sententijs vsque ad flor. 5000. circiter non adæquant valorem prędij de quo agitur, sed præterea superest portio planè sufficiens pro credito Actorum, quibus ideò concedi potest immissio pro indiuiso cum ipso Cicolino respectu partis ad eum spectantis pro ea summa anterioribus soluta ad l. eum qui à debitore ibi, eatenus tuendum, quatenus ad priorem creditorem ex prætio pecunia peruenit &c. ibique Odoffred. & Fulgos. vers. Primus enim, & alij ff. qui pot. in pign. hab. Bald. cons. 52. Obligatio pri-

prima sub nu.1.vers. & ideo possessor. lib.3. hancq; sententiam, vt æquitati consonam, sequuta est *Rot. in Rom. Legator. de Columnn. 27. Ianuarij 1614. coram bo.me.Card.Sacrat. in recent. dec.559. sub nu.5. vers. cæterum par.1. & in Tusculan. Saluian.15. Decemb.1634. coram Eminentiss. D. meo Card. Verospio dec.318.nu.26. vers. Verum hæc exceptio, & seq.par.6.recent. & penes bon.mem. Card. Caualer. dec.652.nu.4. vers. Vnde quamuis, confirmata coram bon. me. Vbaldo 20. Nouembris 1624. apud Modern.Perusin. de Censib. in Addit.dec.128.*

40 Postremum † *de l. Vendicantem ff. de euict.* Visum fuit Dominis non applicari.

41 Tum quia euictio hęc qualiscunque sit cõtingit ex natura ipsius contractus initi ad effectum satisfaciendi creditoribns anterioribus quibus prædium venditum erat hypotecatũ, cuius prætium si fuisset illis solutum, omnem vtique molestiam emptores euasissent: Ideo-
42 que † in præsentia conquæri non possunt, nec à venditore defensionem, vel indemnitatem prætendere pro eo quod ipsi præstare tenentur ad *l. fundum meum l. hoc iure, & l. si mancipiũ ff. de euict. Bart. in l. qui Romæ §. duo fratres sub numer.10.vers. quartò dicit malè ff. de euict. Alex. consil. 21. Viso compromisso sub num. 6. vers. Secundò principaliter lib.5. Menoch. Præs. 38. num. 4. vers. Hinc etiam dicimus lib. 3.* † Quod si posteriori-
43 bus incautè soluerunt ipsis imputandũ *Castr. in l.fin. §. & si præfatam sub nu.4. vers. gloss. tamen C. de iur.delib. Comitul.decis.vlt.sub nu.30.vers. Ex qua ratione &c.* Sin verò cautione recepta satis
44 illis consultum est, cum ab eisdem repetere valeant, & quidem via executiua *Card. Seraph. dec.1233.sub n.3. vers. Vnde conclusum fuit & seq. Modern. Rom. Discept.37. num.44. vers. Et ideo ac seqq.*

Tum quia si quæ deberetur euictio, non ideo Actores à consecutione dotis maternæ
45 repelli possunt, † quia paternam adiuerunt hæreditatem cum beneficio Inuentarij, cuius vigore præseruatæ fuerunt eorum personæ, ac iura ab hæreditarijs distincta, licet pro viribus hæreditatis euictionem tenerentur præstare *iux.tex. in l.fin.§. in computatione vers. si verò & ipse C. de iur. delib. & deciditur in l. fin. C. de euict. Gabr.consil.125.n.9.vers. tertia limitatio & seq. lib.1. Barz.decis.Bonon.61. à nu.12.vers. successiuè, & quarto ac seqq. Rot.dec.724.num.2. vers. cum hoc præcipuum par.3.recent. cum alijs adductis in Bonon. fideicomm. de Boatterijs 8. Aprilis 1644. in §. Licet ijdem fratres sint etiam hæredes Erculis coram Reuerendiss. D. meo Carrillo & in Bonon.fideic. de Rubeis 30. Maij 1646. in §. non obstat quod ille sit hæres vers. & in omnem casum &c. coram me.*

Nec repugnant verba Instrumenti ponderata pro Ciccolino.

46 Quia cum illud fuerit cælebratum per Tutorem dd. fratrum tanquam hæredum præfati eorum patris cum beneficio legis, & Inuentarij, & ex causa soluendi æs alienum hæreditarium nulla iustitiæ, nec æquitatis patitur ratio, quod promissiones, ac obligationes quæcunque in eo conuentæ pro illius obseruantia, & pro euictione referri debeant ad
47 bona propria pupillorum, † quæ nec idem tutor potuisset legitimè pro alienis debitis obligare *ad l. Curator ibique gloss. Cyn. Odofred. & alij C. si res alien.pign.dat. sit Surd.consil.191.nu.17. vers. quod si vtile Saluianum & sub nu.25. vers. & tunc non potest tutor Franch. decis. 323. sub num. 3. vers. verum opinio & seq. & decis. 648. Thom. Minad. decis. 25. & fuit resolutum in Rom. nullit. obligat.27 Febr.1622. coram bo.me. Pirouan. confirmata 13. Nouembris 1615. coram eod. in recent. decis. 393. par. 1. & dec. 700. p.3.* in quibus benè soluuntur obiecta, & ex alijs comprobat *Modern.Rom.discept.553.num.15. vers. maximè in minore ac seqq. per tot.*

Atque ita fuit conclusum vtraque parte informante &c.

R. P. D. ARGVELLES.

Nuscana Canonicatus.

Lunæ 11. Martij 1647.

ARGVMENTVM.

Executio litterarum Apostolicarum retardari non potest per exceptiones leues, & turbidas interquas, an connummerari possint Collatio Canonicatus de quo agitur facta ab Ordinario vigore alternatiuæ; Fundatio eiusdem Canonicatus ex redditibus aliorum beneficiorum quorum libera collatio spectabat ad ordinarium. Electio personæ ad d. Canonicatũ pertinens ad Capitulum iuxta formam Concil. Trid. sess. 25. de reform.cap.9. & demùm Imperatio eiusdem Canonicatus absque mẽtione litis, & Curæ animarum, & resolutio est affirmatiua, clarissimè & distinctè vnicuique ex obiectis exceptionibus respondendo.

SVMMARIVM.

1 *Breue de capienda possessione nomine Cameræ iustificata clausula constito &c. paratam habet executionem.*
2 *Clericatus probatur ex litteris Ordinarij.*
3 *Breuis Apostolici fundamentum est vacatio, & reseruatio.*
4 *Confessionis propriæ, nulla potest dari maior probatio.*
5 *Executio breuis Apostolici non potest impediri per exceptiones leues, & turbidas.*
6 *Executionem breuis Apostolici non potest impedire collatio Ordinarij, facta vigore Alternatiuæ iuxta regulam Cancellariæ 8. hodie 9.*
7 *Alternatiua suffragatur Ordinario in ijs dumtaxat beneficijs, quæ ad liberam ipsius collationem spectant.*
8 *Secùs autem in ijs in quibus aly haberent ius eligendi.*
9 *Alternatiua non intrat in beneficijs fundatis ex redditibus aliorum beneficiorum, quorum libera collatio ad Ordinarium spectabat num.13. & quando secùs num.14.*
10 *Beneficiorum libera collatio spectat ad Ordinarium.*
11 *Ideoque eiusdem iuris censeri debet quidquid ex redditibus dictorum beneficiorum erectum fuit.*
12 *Beneficia præsumuntur ex bonis Ecclesiæ constituta, & pre-*

& præbendæ sunt quando electio pertinet ad capitulum.
14 Pontifex, qui collegiatam erexit, beneficia vniuit, & Canonicatus electionem ad capitulum adscripsit censetur derogasse iuri Ordinario competenti.
15 Concil. Trid. sess. 25. de reform. cap. 9. in quibus terminis procedat, declaratur.
16 Præsentare, & eligere differunt inter se.
17 Vnio transfert omnia iura beneficij vniti ad beneficium, cui fuit facta vnio.
18 Conc. Trid. sess. 25. de reform. cap. 9. non procedit in vnionibus, quæ ante celebrationem ipsius concilij suum effectum sortitæ fuerunt.
19 Conc. Trid. sess. 25. de reform. cap. 9. intelligendum est dumtaxat de iure eligendi in ipso iure patronatus, & eius vigore competente.
20 Collatio facta ab Episcopo absque capitulo de beneficio ad quod electio pertinebat, quando non censeatur præiudicialis.
21 Breue Apostolicum vna vice exequutum remanet consumptus eius effectus ita vt non sit iterum exequendum.
22 Breue Apostolicum semel exequutum quando iterum exequi possit.
23 Breue Apostolicum iterum obtentum si de priori non faciat mentionem, subiacet vitio nullitatis, & sic non meretur executionem, & quandò secùs num. seq.
24 in Breui Apostolico posteriùs obtento, quando non sit facienda mentio de priori, & antecedenti.
25 Gratia Apostolica censetur subreptitia ex non facta mentione litis.
26 in Breue Apostolico, secundo loco expeditum, quando non sit facienda mentio litis.
27 non Entis nullæ sunt qualitates.
28 Expeditio litterarum Apostolicarum facienda est infra sex menses à die datæ supplicationis.
29 Et tempus horum sex mensium incipit currere à die, qua prouisus habuit beneficij possessionem.
30 Gratia Apostolica est nulla, si in ea non fuerit facta mentio de cura animarum.
31 in Gratia Apostolica non est facienda mentio curæ animarum, quando dicta cura nec actu, nec habitu spectat ad Canonicatum, sed spectaret ad Capitulum.
32 per Clausulam, constito, apposita in litteris Apostolicis quid dicatur reseruatum.
33 Aetas quatuordecim annorum sufficit ad obtinendum Canonicatum in Ecclesia Collegiata, in qua iminet cura animarum Canonicis non vti singulis, sed Collegio vti omnibus.

DECISIO XXXI.

CANONICATVS, de quo agitur, vacans de mense Aprilis per obitũ Pompei Cozzę vti cadens sub reseruatione collatus fuit à Sede Apostolica Fabio Gogliæ, ac etiam vti cadens sub Alternatiua à Reuerendissimo Episcopo collatus fuit Honofrio Zoinæ; Inter hos prouisos orta controuersia, & Rotæ cõmissa, dubitatum fuit, *An Breue de capianda possessione nomine Cameræ à Fabio obtentum esset exequendum & exequendum esse* fuit resolutum.

1 Ratio resolutionis fuit quia † Breue de capienda possessione nomine Cameræ iustificata clausula *Constito &c.* paratã habet executionem *cap. si cap. 5. ibique glos. in verb. exequatur, &c. seq. de concess. præb. in 6. Mohed. dec. 13. in fin. vt lit. pen. san. me. Greg. XV. dec. 221. num. 2. vers. de iure autem Buratt. dec. 590. n. 1. Caual. dec. 639. num. 1. vers. licet enim cum alijs in Bononien. Macelli 27. Febr. 1642. §. & Domini coram R.P.D. Peutinger. & in recent. dec. 506. n. 1. p. 1. dec. 756. n. 4. in fin. par. 2. dec. 30. n. 1. & 12. & dec. 536. num. 2. p. 5. tom. 2. Latissimè Garz. de benef. p. 6. c. 3. per tot. præcipuè à num. 25. multis congestis Rota in papien. Præpositurę penes Marches. de commiss. tom. 2. fol. 530. nu. 1. Duran. decis. 377. nu. 22. & sæpe in alijs.*

De iustificatione autem Domini non dubitabant.

2 Quia Clericatus † Fabij Prouisi Apostolici probatur ex litteris Ordinarij. *Fel. in cap. post cessionem n. 3. & 15. de probat. Gramat. dec. 81. nu. 1. Put. dec. 140. n. 5. lib. 2. Rot. dec. 16. de probat in antiq. & in recen. dec. 321. num. 5. p. 1. dec. 605. nu. 3. par. 2. dec. 531. n. 3. p. 5. dec. 101. n. 2. p. 6. dec. 78. n. 5. coram Greg. XV. & dec. 483. nu. 2. & 502. num. eodem coram Cardinali Caualerio.*

3 De † vacatione vero, & reseruatione, *quæ est fundamentum Breuis Apostolici, Gonz. ad reg. 8. glos. 9. in annot. contr. nullit. nu. 162. Garz. de benef. p. 6. cap. 3. n. 9. & seq.* eò minus dubitabant stante confessione Honuphrij venientis ex eadem vacatione per obitum eiusdem Pompei de mense Aprilis, *qui ex regula Cancell. 8. hodie 9.* est

4 vnus de mensibus reseruatis, † cuius confessionis nulla dari potest maior probatio *l. cum precum C. de lib. claus. l. fin. C. de non nu. pecun. l. generaliter 12. C. de reb. credit. Buratt. dec. 540. num. 1. vers. Quia Octauius Mantic. dec. 132. n. 1. Reuerendiss. Vrgellen. dec. 234. n. 2. & decis. 244. nu. 1. & decis. 531. nu. eod. par. 5. dec. 101. nu. 1. p. 6. recent. & in Melphien. Cantoriæ 2. Martij 1646. coram R.P.D. Ottobono.*

Nec placuerunt ea quæ per Informãtes pro Honuphrio ad Breuis executionem retardandam opponebantur. Quia cum reseruatio sit

5 clara, & incontrouertibilis, † exceptiones vero leues, & turbidæ non visæ fuerunt posse executionem impedire *Buratt. dec. 805. num. 9 vers. Præterea* & *seq. Rot. dec. 381. n. 1. ad finem vers. vnde Honuphrio par. 1. & dec. 165. n. 3. par. 3. recent. Seraph. dec. 296. nu. 6. in quibus aliæ recensentur.*

6 Non † Primo Alternatiua, cuius vigore collatio beneficij vacati in mense Aprilis ad Ordinarium spectaret iuxta eamdem Regulam 9

7 Quia † Alternatiua suffragatur Ordinario in ijs dumtaxat beneficijs, quæ ad liberam ipsius collationem spectant, *vt clarè disponit eadem Reg. 9.* ibique prosequitur *Gonz. glos. 44. sub n. 1. & seq. Caual. dec. 97. n. 1. vers. Difficultas videbatur &c. Burat. dec. 805. n. 1. & seq.* Secus autem in ijs quæ spectant ad electionem Capituli Confirmationem, & institutionem Archipræsbyteri, vt iste Canonicatus, & alij eiusdem Collegiatæ *ex speciali Indulto san. me. Leonis X. edito de anno 1515. & dato in sum. Fabij nu. 4.* Quod etiam procedit de iure communi, *vt nonnulli deducunt ex c. ex transmissa 3. de Renunc. cap. significatum 11. de præben. c. ex insinuatione 26. de Simon. Aegid. dec. 18. in princ. Cassad. dec. 22. nu. 3. vers. in* Col-

Collegiatis vero, de præb. cum alijs per Garz. de benefic. p. 5. c. 4. à n. 58. ad nu. 66. Silua de benefic. p. 2. q. 22. Mohed. dec. 27. de præbend. Rot. d. dec. 165. nu. 3. vers. Respondebatur enim p. 3. & dec. 157. n. 22. vers. Quia in Collegiatis p. 6. & dec. 133. n. 3. vers. Primo igitur p. 7. Recent.

9 Non secundo quod iste Canonicatus, sicut omnes alij eiusdem Collegiatæ fundatus fue-
10 rit ex redditibus aliorum beneficiorum † quorum libera collatio ad Ordinarium antea spectabat *iuxt. tex. in cap. omnes Basilicæ caus. 16.*
11 *q. 7.* † Ideoque eiusdem iuris censeri debeat *vt fuit dictum in Callien. Iuris conferendi 14. Maij 1621 in §. fin. vers. quæ confirmat. coram Vbaldo in dec. 600 n. 14. vers. quod vlterius p. 2. & in decis. 43. n. 2. vers. quo casu p. 6. Recent.* & facit ratio tenentium ele-
12 ctionem † pertinere ad Capitulum, quia dicunt id esse, quia præbendæ sunt, vel præsumuntur ex bonis ipsius Ecclesiæ constitutæ
13 *Garz. vbi sup. nu. 68.* † vnde quando apparet ex alijs institutus cessabit regula, & per eamdem rationem in præsenti debet pertinere ad Episcopum.

14 Quia † tollitur obiectum *ex memorato Indulto Leonis X.* qui Collegiatam erexit, beneficia vniuit, & Canonicatus ad Capituli electionem & Archipresbyteri confirmationem prouideri præscripsit, quod indultum iuris communis dispositioni derogasse non est dubitandum *c. Abb. 25. & ibi Doct. de verb. signif. Lap. alleg. 139. n. 7. Vitalin. de supplem neglig. Prælat. in Rubr. n. 16. Rot. d. dec. 43. n. 4. p. 6. recen. & in Cæsaraug. Cameraria 2. Iunij 1631. coram bo. mem. Pirouano.*

15 Non tertio † *S. Conc. Trid. sess. 25. de reform. cap. 9. vers. Reliqui Patronatus* derogans huic iuri tanquam ex priuilegio competen Capitulo, & Archipresbytero.

Quia Concilium restrinxit se ad solum Ius eligendi in iurepatronatus electiuo, & ideo non procedit in alijs electionibus, quæ de iure communi prout hic) competunt Capitulo cum inferiori Prælato *iux. d. decis. Cassad. 22. de*
16 *Præbend.* † sunt enim diuersa præsentare, & eligere *cap. cum in illis 16. §. 1. de præbend. in 6.*
17 *Lap. alleg. 8. n. 2.* † Tunc enim stante præcedenti vnione omnia iura vniterũ fuerunt ipso iure acquisita, & incorporata Collegiatæ, cui facta fuit vnio *Ang. conf. 247. Felin. in c. translato 3. sub n. 6. vers. sed adde de constit. Ferrett. cons. 242. n. 5 & seq. Verall. dec. 349. p. 3. Greg. XV. dec. 304. nu. 1. & ibi Add. lit. A. & in Lauretan. Beneficij 26. Iunij 1645. §. quia stante vnione & §. seq. coram R. P. D.*
18 *Corrado.* Eoque minus procedit in vnionibus quæ ser. ser. factæ, & per 40. annos ante celebrationem Concilij suum effectum sortitæ fuerunt, prout ista, *Rota in Vincentina beneficij 10. Decembr. 1600. coram Sacrato penes Marches. de Commiss. p. 1. tom. 1. fol. 453. n. 2. & declarauit etiam idem Trident. d. sess. 35. c. 9. de reform. vers. Quæ vero à quadraginta annis citra, &c.*

19 Sed † intelligitur dumtaxat de iure eligendi in ipso Iurepatronatus, & eius vigore competente, *vt declarauit S. Congregatio Eminentiss. Dominorum Cardinalium eiusdem Tridentini Interpretũ* cuius responsa leguntur, *ibidem in Annot. ad d. cap. 9. num. 6. vers. Congregatio Concilij censuit, & num. 8. & in addit. ex Card. Bellarm. dec. 9. vers. & Priuilegia concessa*, & per alios Doct. super eo scribentes probauit *Rot. decis. 71. nu. 4. & seq. decis. 133. n. 6. & decis. 226. n. 14. p. 7. rec.*

20 Non quarto, † Collationes per Episcopum absque Capitulo factæ. Quia vt respondebant informantes pro Fabio vel non fuerunt effectuatæ, vel redduntur dubiæ, & turbidæ ex alijs electionibus factis à Capitulo etiam de mense Augusti, qui iuxta d. Reg. erat comprehensus sub Alternatiua Episcopi, qui insuper 1605. declarauit collationem horum Canonicatuum spectare ad Capitulum iuxta d. Indultum Leonis *vt Sum. Fabij. nu. 6. & 7.* vt in his terminis considerauit *Rot. in d. dec. 165. sub nu. 3. circa med. vers. nec ab hoc recedendum par. 3. rec. & in dec. 805. nu. 4. vers. Non obstant Collationes Episcopi coram Buratto & ibi Adden. alias allegat.*

21 Non † quinto, quod alia vice Breue Fabij fuerit exequutum Ideoque consumptus remaneat eius effectus, adeo vt hodie non sit iterũ exequendum *ad Regulam l. Boues 80. §. hoc sermone ff. de verb. signif. Rot. dec. 261. n. 5. vers. non obstat p. 5. recen.*

22 Quia † cum illa prima executio fuerit nulla, & inualida tanquam facta non citato Hunuphrio, & ob id fuerit ei renunciatum, vt in Sum. eiusdem num. 2.

Non impedit quin possit hodie seruatis seruandis iterum fieri *text. est clarus in l. non videtur 22. ibique Doct. ff. de acq. poss. Rot. coram Burait. decis. 211. n. 31. vers. nihil facit. & ibi Add. lit. D. vers. Immissus nulliter potest denuo &c. & dec. 262. num. 9 vers. sed quatenus ex aliquo &c.* vbi concordantes recensentur *latissimè prosequitur Tiraquell. d. §. hoc sermone limit. 1. à nu. 1.* cum nullius culpæ Fabius possit in simulari, quia nec ipse petijt possessionem nec dedit mandatum suo Procuratori, vt ipse caperet propria auctoritate.

23 Non sexto, † quod post primum Breue expeditum de mense Iulij Fabius aliud obtinuerit de mense Octobris, quod cum non faciat prioris mentionem, subiacet vitio nullitatis, & sic non mereatur executionem *c. Ad Audientiam 31. c. in nostra 32. c. si Proponente 42. de Rescript. & ibi Canon.*

24 Quia † Breue posterius non continet nouam gratiam, sed iteratam expeditionem prioris super eodem beneficio, & vigore illius primæ supplicationis, & ideo non fuit necessaria aliqua expressio, *vt bene Felin. in c. in nostra 32. nu. mer. 6. 9. & 11. de rescript. Card. consil. 69. nu. 3. Cassad. decis. 33. in fin. super Reg. Cancell. cum alys per Garz. de benef. d. p. 5. c. 1. nu. 23. vers. Et sic, vbi refert. Ro.. decisionem in Corduben. Cantoriæ 17. Maij 1557. coram Corduba, & fuit dictum in Rom. Clericatus S. Petri 21. Maij 1617. coram Sanctissimo.*

25 Et hinc dicebant Domini † ruere etiam subreptionem ab Honuphrio oppositum ex non
26 facta mentione litis. † Quia cum Breue fuerit expeditum vigore illius supplicationis, & de tempore porrectæ supplicationis lis non fuisset adhuc introducta, nec fuit necessaria
27 nec possibilis mentio litis † cum non entis nullæ sint qualitates *l. eius qui in Prouincia vers. quoniam ff. si cer. pet. l. 4. §. condemnatum ff. de re iud.*

iud. l. 2. ff. de vsufr. l. Pomponius §. fin. ff. de acquir. poss. l. si seruum §. fin. de act. empt.

28 Neque fuit habitus in consideratione † alter motiuus ex litterarum expeditione non facta infra sex menses à die datæ supplicationis iuxta Decretum ibi. *Volumus autem quod si infra sex menses proximos à data præsentium computan. &c.*

Tum quia hoc decretum est appositum in primo, non in secundo Breue, de cuius exe-
29 cutione hodie agitur. † Tum quia de inueterato stylo, & viridi obseruantia Curiæ, tempus horum sex mensium non metitur nisi à die qua Prouisus habuerit beneficij possessionem, *vt per Gonz. ad reg. 8. gloss. 15. nu. 118. vers. Prout etiam &c. & Garz. de benef. p. 6. c. 3. num. 158. vers. contrarium, & num. seqq. vbi refert Rotam in Abulen. Cappellaniæ 6. Nouemb. 1562. coram Gropperio, & in Astoricen. Archidiacon. 15. Decembris 1573. coram Seraph. & in Hispalen. fructuum 19. Martij 1596. coram Litta Marches. de Commiss. par. 1 cap. 1. n. 66. fol. mihi 333.*

30 Eoque minus alter † motiuus omissæ men-
31 tionis Curæ animarum. † Quia nulla imminet cura Canonicis vti singulis; sed Collegio vti omnibus, & exercetur per Vicarium à Capitulo deputatum iuxta dispositionem d. Indulti Leonini, Ideoque quia Cura nec actu, nec habitu spectat ad hunc Canonicatum, non fuit necessaria illius mentio *Oldrad. cons. 67. per tot. Gonz. ad d. reg. 8. glos. 6. nu. 42. Rot. in d. Melphien. Cantoriæ 2. Martij 1646. §. quod vero Cantoratus coram R. P. D. Ottobono.*

Denique non fuerunt attentata ea, quæ dicebantur de defectu ætatis Fabij Prouisi Apo-
32 stolici. † Quia non sunt præsentis inspectionis, in qua solum attendi debet, An fuerit iustificatus obitus Pompei in mense sedi Apostolicæ reseruato hæc enim sola cognitio reseruata fuit in Breui in *d. clausula Constito &c. vt fuit responsum in Papien. Præpositturæ coram Attrebaten. apud Marches. de Commiss. p. 2. fol. 530. n. 2. vers. non obstant ea & seq. & in alijs relatis per Buratt. dec. 187 n. 3. vers. non obstat, & sequitur Gonz. in proem. ad d. Regulam 8. § 7. n. 208. vers. nam in primis &c. & sequen.*

33 Præterquam quod ad obtinendum † Canonicatum in Ecclesia Collegiata, in qua residet cura Animarum penes totum Capitulum habitu, non autem penes singulos Canonicos actu sufficit ætas quatuordecim annorum *Mandos. cons. 20. Terol. in prax. verb. Canonia §. 9. Henriquez lib. 10. Sum. de Sacra ordin. c. 19. §. 2. Cocc. de Repub. Eccles. c. 14. n. 3. vers. 2. & n. 6. vers. 5. & alijs citatis Garz. de benef. p. 7. c. 4. n. 39.* Nec hoc immutatum fuisse per sacrum Conc. Triden. *ipsa Congregatio Eminentiss. Interpretum declarauit, & declarationem adducit Barbos. de potest. Episc. alleg. 60. n. 71. Ricc. dec. 735. nu. 3. Gonz. in d. Reg. in princ. n. 92. Lara in compend. vit. homin. c. 29. n. 1. & latè pro sequitur Modern. Hispan. in tract. de ætate ad omnes humanos actus requisita in anno 14. q. 155. per tot.*

Et ita &c. vtraque &c. fuit decisum &c.

R. P. D. GHISILERIO

Postea Reuerendissimo Episcopo IMOLEN.

Ferrarien Pensionis.

Lunæ 11. Martij 1647.

ARGVMENTVM.

Pensio imponi non potest in aliquo beneficio vltra medietatem fructuum illius, quæ salua pro titulari remanere debet, quo circa ad effectum inspiciendi huiusmodi excessum, in præsenti disputatur an Episcopus teneatur producere, & exhibere libros mensæ Episcopalis super toto redditu, & exitu annuo, vel potius sint eligendi Periti ad effectum calculandi partitas dd. librorum, & de eis facere bilancium, & quoad primam partem dubij resolutio est affirmatiua quatenus Episcopus de eis vti velit, negatiua, verò quoad secundam, & vnaquæque quamplurimis rationibus, & authoritatibus comprobatur.

SVMMARIVM.

1 *Pensio non debet excedere medietatem fructuum, quæ salua titulari remanere debet.*

2 *Producere & exhibere scripturas iure quis cogi non potest, quatenus eis vti nolit.*

Actor Reo, & Reus actori tenentur tantùm edere instrumenta quibus vsurus est coram Iudice non autem instrumenta quibus vsurus non est.

4 *Producere tenetur quis omnia iura, quæ apud Iudicem editurus est, non tamen compelli potest ad producendum instrumenta quibus vsurus non est & num. 5.*

6 *Producere, & in iudicium exhibere scripturas de iu tenetur ille, qui eis vti velit amplia vt num. 7.*

8 *Reus quando teneatur probare suam exceptionem.*

9 *Actor sicut tenetur probare suam intentionem, ita Reus suam exceptionem.*

10 *Reus an teneatur exhibere scripturas ad instantiam Actoris ad effectum deliberandi an velit prosequi litem, vel eam derelinquere.*

Vel ad effectum coadiuuandi ipsius actoris instantiam, & repellendi exceptionem illius.

11 *Periti non sunt eligendi nisi tunc, quando alia actio non superest.*

12 *Auxilium extraordinarium non debet tribui ei qui communi auxilio munitus est.*

13 *Peritorum electioni non est locus quandò alio remedio consultum alicui reperitur.*

14 *ad Peritorum electionẽ deueniri non solet quãdo probationes possunt haberi aliunde, sed tantùm quando pars petens esset alys probationibus destituta.*

15 *ad Peritorum iudicium non recurritur nisi in subsidium, & vbi alias probationes haberi non possunt*

16 *Peritos eligere non tenetur Iudex in his, quæ iudicio & scientia sua terminare potest, secùs autem in ys quæ pro iudicio distinguere non potest.*

17 *ad Peritos aliquando non spectat materia calculorũ, sed magis propriè ad Iudices, & quare.*

18 *Periti in materia calculorum non eliguntur nisi præsupposita certitudine summarum calculandarum.*

19 *Bilancium librorum non sufficit quando in libris possunt esse adnotatæ qualitates, & causæ singulæ, & mul-*

& multa alia, de quibus apparere non potest in bilancio amplia vt num. seq.

20 *de Librorum validitate vbi dubitari contingit, non sufficit de eis facere bilancium.*

21 *Rot. decis. 115. p. 6. rec. declaratur in quibus terminis procedat.*

22 *Peritorum electioni ad effectum calculandi non est locus, vbi dubitatur de partitis quommodo se habeant, & de legalitate librorum.*

DECISIO XXXII.

CONCESSA remissoria Eminentissimo Cardinali Machiauello Præsuli Ecclesiæ Ferrarieñ, & D. Horatio Magalotto hæredi rec. mem. Cardinalis Magalotti super articulis in actis exhibitis ad probandum ratam pensionis quam super fructibus dictæ Ecclesiæ die 3. Februarii 1631. transtulit bon. mem. Princeps Perettus pro rata scut. 1500. auri in Eminentiss. Card. Montaltum filium, & pro rata scut. 1000. in Eminentiss. Cardinalem Vrsinũ
1 Nepotem, † totaliter excedere medietatem fructuum, quæ Titulari salua remanere debet iuxta Constitutionem moderatoriam Indultorum transferendi pensiones æditam de Anno 1624. per san. mem. Vrbanum VIII. quæ est in Bullario tom. 4. la 29. supradicti Eminentiss. Machiauellus, & Magalottus supponentes Mensam Episcopalem ab antiquo, & signanter ab Anno 1600. consueuisse habere Computistam, qui retinet libros super toto redditu, & exitu annuo eiusdem Mensæ, & libros huiusmodi asseruari in Archiuio eiusdem Mensæ, & illius Claues retineri per suos Officiales determinatos, volentes eo concludentiorem reddere probationem excessus translationis pensionis, insteterunt subdelegari Iudicem in partibus ad effectum eligendi, vel vnum Peritum communem, vel duos Peritos, nempè vnum pro parte qualibet ad effectum extrahendi ex libris dictæ Mensæ in Archiuio prædicto reconditis, calculum totius redditus, & exitus per decem, vel quindecim annos ante translationem per singula capita eiusdem redditus, & exitus; Econtra prætendentibus supradictis Eminentissimis DD. Cardinalibus Montalto, & Vrsino Translatarijs non esse locum petitæ electioni Peritorum, sed Eminentiss. Machiauellum, & D. Magalottum teneri in primis, & ante omnia exhibere dictos libros in Curia, ad hoc, vt cum agatur de re graui scilicet annuæ pensionis scut. 3250. monetæ. & de terminis decursis exceden. scut. 50. mill. & de legalitate dd. librorum, subiciantur oculis DD. & edantur Eminentissimis Translatarijs, vt valeant deliberare, an velint prosequi litem, vel eam derelinquere, quia ex dicta exhibitione cognoscetur an dicti libri sint legales, vel potius defectiui. Rota vt vtrique Parti satisfaceret mandauit disputari, an libri sint exhibendi in Curia, vel potius sit locus electioni Peritorum.

Quoad primam partem dubij res de per se
2 patet; † nam Eminentissimus Episcopus, & Magalottus quatenus vti nolint libris, iure cogi non possunt in eorũ causa ad producen. & exhiben. libros, ac partitas prædictas; cum
3 actor Reo, † & Reus actori teneantur tantùm edere Instrumenta, quibus vsurus est coram iudice, non autem Instrumenta, quibus vsurus non est, vt respondit *Iure Consultus in l. 1. §.*
4 *edenda ff. de eden.* ibi, † *Edenda autem sunt omnia, quæ quis apud Iudicem editurus est, non tamen, vt & Instrumenta quibus quis vsurus non est, compellatur ædere &c* ibique *Glos. in verb. quis vsurus, uers. uel dic secundum Azonem* ita *Bald. Angel. Alber. &*
5 *alij Doct. in d. text. firmantes*, † quod ea, quibus vti non vult, nec ad viden. tenetur edere, sed ea tantùm quibus vsurus est, *Odefr. in d. text. num. 14. uers. & in eo dicitur glos. in cap. contingit in uerb. exhibere, uers. sed non contradicunt de fid. in-*
6 *strumen.* † Quatenus verò vti velint libris, & partitis prædictis de iure tenentur eos in iudicium exhibere, vt inspici, ac considerari possint *d. cap. contingit, & ibi glos. in uerb. præsente de fid. instrum. Bald. in l. 2. sub n. 2. uers. nam nec potest C. de eden. Dec. in cap. 1. num. 313. uers. sed si actor de probat.* & tenuerunt *Paul. de Castr. Rimin. Cur. & alij plures relati per Asin. in prax. iudic. §. 22. cap. 16. sub num. 2. uers. contrariam uero opinionem,*
7 vnde si † ex prædictis non probabitur illorum intentio, ipsis erit imputandum iuxta *l. 2. l. in exceptionibus ff. de probat. l. 1. ff. de except. l. qui ac-*
8 *cusare C. de eden.* † quia etiamsi sint Rei, ex quo conueniuntur pro solutione pensionum, nihilominus cum excipiendo fungantur partibus Actoris, debent probare exceptionem & grauantur onere probationis ex regula,
9 quod sicut Actor tenetur probare suam intentionem, ita Reus suam exceptionem.

10 Si verò Eminentissimi Translatarij † prætendant dictos libros ad ipsorum instantiam esse exhibendos, & ad Curiam deferendos, vel ad effectum deliberandi an velint prosequi litem vel eam derelinquere, vel coadiuuandi eorum instantiam, aut repellendam instantiam supradictorum Eminentissimi Machiauelli, & Magalotti *l. 1. ff. de eden. ubi Angel. in §. ædita numer. 10. uers. descendo ad tertium, & alij, l. 1. & l. final. C. eod. cap. 1. de probat.* de hoc ipsis instantibus, erit agendum particulariter, non autem in præsenti dum non petitur simpliciter exhibitio librorum in Curia, sed in tantum, in quantum supradicti prætendunt ex partitis in illis contentis adminiculare depositiones Testium pro illorum parte examinatorum super valore fructuum Mensæ Episcopalis Ferrarien.

11 Quo verò ad secundam partem dubij, Domini resoluerunt non esse locum petitæ electioni Peritorum, quia Iudicis officium nemini datur, nisi tunc demum quando alia a-
12 ctio non superest, † nam si communi auxilio quis munitus est, non debet ei tribus extraordinarium, *l. in causæ la 2. in princ. ff. de minor. 25. annis, l. in Prouinciali §. si in loco ff. de nou. oper. nunc. Glos. in cap. fin. in uerb. pro actione proponi-*
13 *tur de offic. iud.* & † cum in hoc casu supradictis Eminentissimo Machiauello, & Magalotto ordinario remedio consultum sit non est locus extraordinario remedio electionis

nis Peritorum, *Rot.dec.329. sub nu.2.uers. fuit di-*
14 *ctum par.1.recent.* † præsertim in causa graui,& parte opponente, nec vnquam ad electionem Peritorum deueniri solet, quando probationes possunt haberi aliunde, sed tantum quando pars petens esset alijs probationibus destituta iuxta *decis.Caputaq.decis.65. quæ incipit ad electionem lib.1.in manuscr. in Romana rescissionis contractus 26. Martij 1593. coram Penia in recent. decis.253.num.20. & decis.278. num.7. par.4. tom.2.*
15 *recen.* † quia ad iudicium Peritorum non recurritur, nisi in subsidium, & vbi aliæ probationes haberi non possunt, siquidem Iudex in
16 his, † quæ iudicio, & scientia sua potest terminare, si vult non tenetur Peritos eligere, in his autem, quæ pro iudicio distinguere nõ potest, tenetur Peritos adhibere, ne iudicium probationibus careat. In præsenti autem indubitatè tenuerunt. Domini non egere iudicio Peritorum, qui licet intelligant calculum, nesciunt tamen, an partitæ in libris contentæ
17 sint admittendæ, necne, quandoquidem hæc matetia pertinet propriè ad Iudices non
18 autem ad Peritos, † qui non eliguntur, nisi præsupposita certitudine summarum calculãdarum, vt per *Monach.decis.Bonon.12. num.100.*
19 & cum † in libris possint esse adnotatæ qualitates, & causæ singulæ, & multa alia, de quibus non potest apparere in bilancio, inde sequitur non sufficere bilancium librorum, vt in puncto respondit *Rot. decis. 237. num.2. & 3.*
20 *par.4.diuers.* eo † præsertim cum de librorum legalitate dubitari contingat, itaut non appli-
21 centur † *decis.Cæsaraugustana distributionum, quæ est decis.115.par.6.recen.* & aliæ in contrarium allegatæ, quia in casibus illarum decisionum non erat quæstio legalitatis librorum, cum illi essent fabricati à communi, & approbato
22 Officiali litigantium, † sed cum in hoc casu dubitetur de partitis quomodo se habeant, & de legalitate librorum, non est locus electioni Peritorum, vt vtraque parte audita, resoluerunt Domini.

R. P. D. MELTIO,

Postea Reuerendissimo Episcopo PAPIEN.

Interamneñ Fideicommissi.

Veneris 15. Martij 1647.

ARGVMENTVM.

Bona fideicommisso subiecta vigore auth. res quæ C.commun. de leg.benè alienare possunt tàm pro constitutione dotis, quàm pro illius restitutione, verùm quia dicta auth. res quæ est remedium subsidiarium, ideò declaratur hic ad quem spectet onus probandi existentiã bonorum liberorum.

SVMMARIVM.

1 *Bona Auito fideicommisso subiecta alienari possunt pro restitutione dotis, bonis liberis non extantibus.*
2 *Auth. res C. commun. de leg. quæ habet locum ne dum in constitutione dotis, sed etiam in restitutione ipsius dotis.*
3 *Auth. res quæ C. communia de legatis est remedium subsidiarium.*
4 *Dotem de bonis fideicommissarijs detrahere uolenti, incumbit onus probandi bona libera non extare.*
5 *Dos ex bonis fideicommisso detracta, si postea fideicommissarius prætendat extitisse bona libera, ei incumbit onus probandi.*
6 *Fideicommissario quando spectet onus probandi existentiam bonorum liberorum, ne alienentur bona fideicommisso subiecta.*
7 *Bona libera sunt prius discutienda antequam deueniatur ad alienationem bonorum fideicommissariorum.*
8 *Bona intricata & liti obnoxia non possunt dici libera ad effectum non alienandi bona fideicommissaria fauore dotis.*
9 *pro Dotis restitutione mulier non tenetur excutere bona intricata, sed eius arbitrio potest executionem facere in alijs bonis etiam fideicommissarijs.*
10 *Inuentarium benè probat contra illud producentem*
11 *Inuentarium producens, confitetur tamquam uera omnia, & quæcumque in illo contenta.*

DECISIO XXXIII.

FIDEICOMMISSVM qu. Gabrielis Roscij inter partes non controuèrtitur, sed tantùm hodie quæritur, an ad fauorẽ Claudiæ Roscię filiæ Honorij nepotis, & hæredis fideicommittẽtis & Siluię Catalanæ,& respectiuè Pronepotis dicti Gabrielis sint detrahendæ dotes ex bonis fideicommissi d. Gabrielis; Prima namque fœminis relicta ab eodem fideicommittente, qui restituendo Germanico, & Honorio nepotibus, & hæredibus casu quo ambo in pupillari ætate, vel postea quandocumque intestati, seu sine filijs masculis ex legitimo matrimonio nascituris, seu tunc natis decessissent, mandauit, vt si vnam, vel plures filias reliquissent, illa, vel illæ dotentur de bonis ipsius Testatoris, in reliquis suis bonis succedere voluit Roscettum, & Ioannem fratres germanos ipsius Testatoris; Altera vero dos est scutorum 2. mill. ad Siluiam matrem Claudiæ spectans, in qua d. Claudia fuit ab eadem Siluia hæres instituta, & respectu huius maternæ dotis tantùm censuerunt Domini, vt ipsi Claudiæ pro nunc detractio competat ex dicto fideicommisso, & de reliquis quod videatur.
1 Pro † certo enim fuit habitum,d. dotem Siluiæ vxoris Honorij ex bonis Auito fideicommisso subiectis, alijs bonis liberis non extantibus dum factus fuit locus illius restitutioni, esse detrahendam ad effectum illam consignãdi mulieri, siue eius hæredibus iuxta *text. in Auth. res, quæ, ubi glos in uerb. obligationem, uers. item, & in exigenda C. de com. deleg. ubi Bart. & DD.Peregr. de fideic.art.42. nu.26. in princ.Fusar. de subst.q.532.num.1.Menoch.præsumpt.190.num.1. Molin. de primog. Hisp.lib.4.cap.7. num.2. Menoch. cons.33.num.10.& 27.704.num.16.& 852.num.1 Seraph.decis.678.n.4.uers. his tamen non obstan.&c.*

Rot. in recen. decis. 77. num. 8. par. 5. & coram Papa Greg. XV. decis. 266. num. 1. & 11. Adden. ad Buratt. decis. 641. numer. 20. Romana saluiani 3. Martij 1608. coram Penia, quæ est decis. 207. num. 5. apud Pacif. de saluiano, & Romana saluiani de Casalibus 22. Iunij 1641. coram R.P.D. meo Gerro, & in his terminis de dote materna firmat idem
2 *Greg. decis. 42. num. 3.* † quæ dispositiò *d. text. Auth. res, quæ* habet locum ne dum in Constitutione, sed etiam in restitutione ipsius dotis, vt benè in eadem *Auth.* declarat *Bart. numer. 2. Castr. num. 5. Molin. in d. tract. lib. 4. cap. 6. num. 7. Peregr. de fideic. art. 42. num. 13. Menoch. præsum. 190. num. 1. lib. 4. Caual. var. lib. 3. cap. 6. num. 10. Fusar. de substit. q. 532. num. 1. §. primum teneo, vers. & hæc ratio habet locum &c. Menoch. cons. 33. num. 12. vers. licet ergo Iustiniani diffinitio, & cons. 308. num. 35. Rol. cons. 19. n. 9. lib. 4. Aym. cons. 19. num. 18. vers. cui. Eug. cons. 54. num. 23. Ioseph. Lud. decis. Lucen. 28. n. 9. & seqq. Surd. decis. 62. num. 1. & 22. vers. quarta ratio. Seraph. d. decis. 678. num 5. ibi, nam dispositio, Adden. ad d. decis. 641. num 23. vers. quæ conclusio, Romana dotis 14. Februar. 1642. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

3 Non obstat, † quod *d. Auth. res quæ* dicatur remedium subsidiarium *Menoch. cons. 852. num. 1. Seraph. decis. 1388. numero pariter 1. & coram Papa Greg. XV. decis. 266. num. 10. & decis. 543.*
4 *num. 2.* † ita ut Claudiæ prætendenti talem dotem detrahen. ex bonis dicto fideicommisso subiectis, incumbat etiam onus probandi libera non extare, *Corn. cons. 30. num. 2. circa fin.* ibi, *Et ei, qui vigore d. Auth. res quæ lib. 3. Buratt. decis. 920. num. 6.*

5 Quia † cum d. Claudia, vt apparet in eius *Sum. num. 6.* ciuiliter possideat vigore sententiæ latæ ad fauorem Aduersariorum, in qua dictus A.C. concedit manutentionem eidem Claudiæ in possessionem bonorum fideicommisso subiectorum, onus probandi extare bona libera in hoc casu traslatum fuit in fideicommissarios, vti fundamentum eorum intentionis, & præsumptio stat semper pro possidente, *Molin. in d. tract. lib. 4. cap. 7. num. 36. vers. tunc. Fusar. de subst. q. 531. num. 126. Grat. discept. foren. cap. 331. num. 22. Buratt. decis. 920. num 7. & in recen. decis. 154. num. 2. & 210. num. 7. par. 6. Mantuana dotis 6. Iunij 1639. coram bon. mem. Coccino, & in Fanen. dotis 6. Iulij præteriti*
6 *coram R.P.D. meo Cerro,* † dum enim Claudia negat adesse bona libera pro consecutione huiusmodi dotis, Roscij autem contrarium affirmant, certè ipsis incumbere debet onus probandi horum bonorum existentiam, cum mulier habeat intentionem fundatam in tali negatiua ad tradita per *Bart. in l. decem in princ. de verb. oblig. Angel. in l. cum ex causa, ff. de re iud. Petr. de fideic. q. 8. num. 460. in fin. vers. non omitto, & Peregr. eod. tract. art. 42. num. 73. Fusar. de substit. p. 531. num. 123. vers. prima est, Grat. discept. foren. cap. 832. num 45. Dec. cons. 519. num. 7. Crauett. con. 19. num. 18. vers. cui autem incumbat, & num. 126. vers. si tamen ageretur, Rota coram Papa Greg. XV. d. decis. 266. num. 12.* ibi, contrarium tamen, vbi *Add. num. 16. Coccin. decis. 143. num. 8. vers. quod autem, Duran. decis. 241. num. 4. in rec. decis. 66. num. 4. par 1. & decis. 110. num. 7. & 302. num. 33. par. 6. Romana hæreditatis 14. Decemb. 1646. coram R.P.D. meo Arguelles.*

Non obstat, quod adesse dicantur bona libera Honorij debitoris huius dotis, & sic illa
7 prius veniant discutienda; † Quia ex inuentario Drusillæ Raynutiæ hæredis ab intestato Iosephi, & ab illis de Roscijs acceptato, atque producto non constat vlla adesse bona libera Honorii, & quamuis in eo descripta legantur Palatium positum in Ciuitate Interamnæ, nec non duo corpora terreni posita in Territorio dictæ Ciuitatis in vocabulo le Vte, ista duo corpora reperiuntur supposita fideicommisso Gabrielis senioris, alia verò bona, cum dicto Palatio fuerunt in dotem data Olimpiæ matri Iosephi, immò super d. Palatio Drusilla remanet etiam creditrx scut 800. occasione suæ dotis; vnde, vt dicebatur quatenus etiam aliqua adessent bona Honorii, quod negatur,
8 vt colligitur ex dicto inuentario, † ea essent nihilominus, adeò intricata, & debitis grauata, & inuoluta, vt dicta Claudia non citò, sed nimis longa mora, & maxima cum impensa ex illis posset satisfieri, atque ita nequaquam illa possunt dici libera, saltem ad effectum, de qua
9 agitur, † & propterea neque eorum est facienda aliqua excussio, sed executio fieri debet super aliis bonis arbitrio dictæ Claudiæ *Pereg. de fideic. art. 42. num. 18. vers. contra vero, Grat. discept. foren. cap. 932. num. 39. Rot. decis. 472. nu. 2. par. 1. diuers. Duran. decis. 145. num. 42. vers. sed potest fieri, potius executio arbitrio D. Dimitillæ, & decis. 212. num. 16. dicta Romana Casalis Aguzzani 16. Decembris 1641. §. deueniendo ad quintam coram R.P.D. meo Royas, & in Bonon. fideicommissi de Maluetijs 7. Maij 1640. in fine, & 10. Martij. 1642. & 11. Martij 1643. coram R.P.D. meo*
10 *Peutingero.* Quod autem inuentarium supradictum probet contra eosdem de Roscijs, non est ambigendum, quia ab ipsis illud fuit productum in iudicio per ipsosmet moto super
11 immissione vigore fideicommissi, † quare censendum est tanquam vera ab eisdem fassa fuisse omnia, & quæcunque continentur in illo *text. in cap. cum olim de cens. l. Publia. §. fin. ff. deposit. Aymon. de antiq. temp. par. 1. §. viso de verbis enunciatiuis num. 72. & seq. Vestr. in prax. lib. 6. cap. 1. num. 4. & 5. Grat. discept. for. cap. 121. num. 39. & cap. 502. num. 7. circa fin. Surd. cons. 151. num. 16. Rot. decis. 238. num. 5. & ibi Add. num. 15. coram Papa Greg. XV.*

Et ita vtraque parte informante &c.

REVERENDISS. P. D. CERRO
Sacræ Rotæ DECANO.

Leodien Præpositutæ Tongren.

Veneris 22. Martij 1647.

ARGVMENTVM.

Manutētio quia non conceditur sine possessione, ideò disputatur hic an sufficiat possessio istrumen-

mentalis capta non citato possessore, qui eo tempore reperiebatur immissus ab Ordinario in administrarionem Præpositurae de qua agitur, tamquam ad eam, electus in paritate votorum cum Altero à capitulo, per facultatem illi à Pontifice concessam; & resolutio est affirmatiua quia Administratores sunt tamquam Oeconomi, qui tamdiù Ecclesiam seù beneficium detinent, quamdiù aliquis de eo prouideatur Vnde quia possessio administratoris expirauit per Prouisionem Apostolicam, benè potuit eo non citato ad immissionem procedi, & soluuntur difficultates in contrarium.

SVMMARIVM.

1 *Possessio instrumentalis apprehensa alio non possidente est manutenibilis.*
2 *Possessio naturalis, & realis quamuis unica, sufficit pro manutentione.*
3 *Possessio Canonicatus licet instrumentalis quando fuit approbata à capitulo sufficit pro manutentione.*
4 *Possessio tacita Canonicatus ex quibus resultet.*
5 *Possessio prouiso Apostolico tradi non potest ab Executore litterarum Apostolicarum, possessore non citato.*
6 *ad Immissionem, & executionem litterarum Apostolicarum, quando possit procedi possessore non citato.*
7 *Administrator beneficij tamquam ad id nominatus à facultatem habentibus non dicitur verus possessor amplia. num. 11.*
8 *Possessio non dicitur plena quando immissio tradita fuit dumtuxat pro simplici, & nuda administratione.*
9 *Executor litterarum Apostolicarum quando efficiatur mixtus, & teneatur partes Iudicis assumere, & possessorem in Iudicio vocare.*
10 *Executor litterarum Apostolicarum, vt efficiatur mixtus, & teneatur partes Iudicis assumere quid requiratur.*
12 *Oeconomus tamdiù beneficium detinet, quandiù aliquis de eo prouideatur.*
13 *Administratio beneficij expirat, & possessio remanet vacua, quando de eo aliquis prouisus fuit à Sede Apostolica.*
14 *Administrator beneficij ex superuenienti prouisione Apostolica sub eadem data alteri concessa, continuat anteriorem possessionem mutato solum titulo possidendi.*
15 *Procedit cõclusio si medio tẽpore non nullũ ius tertio quesitum fuit, & ipsa possessio remãsit apud eumdum Administratorem secus è contra num. 16. & seqq.*
17 *Possessio beneficij iure administrationis retenta resoluta extitit per illius prouisionem num. 19.*
18 *Prouisio Apostolica superueniens nõ retrotrahitur in praiudicium tertij.*
20 *Possessionem quam quis non habet, non potest continuare.*
21 *Prouisus Apostolicus de beneficio quod administrabat, & quod alter medio tempore impetrauit, tenetur rapere possessionem de manu Executoris iuris ordine seruato.*
22 *Executor Litterarum Apostolicarum in duplici prouisione, & paritate tituli tenetur omittere possessorium, & assumere partes Iudicis.*
23 *Executor litterarum Apostolicarum, nunc tenetur assumere partes Iudicis quando Contradictor vltra paritatem tituli esset verus, & legitimus possessor secus econtra num. 26.*
24 *Executor Litterarum Apostolicarum tunc tenetur assumere partes Iudicis quando coram ipso comparuisset alter prouisus, & quilibet ipsorum ageret remedio adipiscendæ secus econtra num. 25.*
27 *Executor Litterarum Apostolicarum quando potest ad executionem procedere se extraiudicialiter informando.*
28 *Clausula,* Amoto, *nihil penitus operatur dum non adest legitimus contradictor, & possessio est vacans.*
29 *Clausula,* Amoto, *& similes non faciunt executorem mixtum, sed adhuc remanet merus, & procedere potest forma iudiciaria non seruata.*

DECISIO XXXIV.

VACANTE Præpositura Ecclesiæ Collegiatæ Beatæ Mariæ Virginis Tongreñ, & electis à Capitulo Laurentio de Mean, & Arnoldo Hoesbrouch, cum vterque prætenderet se electum in paritate votorum. Sanctissimum adiuerunt, à quo prouisionem Apostolicam impetrarunt, Laurentius verò litteris expeditis, & coram Executore ibidem deputato porrectis, præuio illius mandato, & mediante speciali Procuratore die 18. *Septembris* 1646. possessionem Capitulariter fuit assequutus *Sum. num.* 4. Vnde introducta causa in Rota ex remedio *l. diffamari de ingen. & manumiss.* dubitatum fuit, An, & cui esset dandum mandatum de manutenendo, dubioque proposito pro Laurentio Domini responderunt.

Constat enim de illius anteriori possessione nedum instrumentali semel, & bis apprehen-
1 sa, † quæ alio non possidente est manutenibilis *vulg. l. prædia. vbi Bart. & alij ff. de acquir. pos-*
2 *sess.* verum, † etiam naturali, & reali mediante effectiua exactione decimarum, quæ licet vnica, sufficit pro manutentione *Abb. in cap. cum. Ecclesia Sutrina n. 23. ibique Rip. nu. 52. & 53. de caus. poss. & propriet. Bald. conf. 251. per tot. lib. 5. Rota in Romana locorum montium 14. Maij 1629. coram bo. me. Card. Virili, post Modern. de manut. decis. 265. nu. 10. & in Bergomen. pensionis*
3 *23. Martij 1640. coram bonæ me. Coccino.* † Concurrente præsertim approbatione Capituli tã expressa, dum possessionem instrumentalem
4 confirmauit *Sum. num.* 6. † quàm tacita resultante ex distributione facta de Regalijs fabricæ solui solitis, & ab eodem Laurentio solutis, *Sum. num. 5. vt considerauit Rota coram Cassador. decis. 8. de caus. possess. & propriet. & in Treueren. Archidiaconatus 13. Iunij 1644. coram me, §. Cessatque difficultas.*

5 Non obstante quod huiusmodi † possessio tradita fuerit ab Executore Arnaldo minimè
6 citato: † Quia dum nõ constabat de ipsius possessione, potuit eo non vocato ad executionem, & immissionem procedi, vt tradit *Rebuff. in praxi tit. de form. & declarat. nou. prouis. verb. amoto exinde, vers. nec virtute huius clausulæ,*

Gon-

Gonzal. ad reg. 8. glos. 9. num. 226. Garz. de benef. par. 6. cap. 2. num. 141. alijsque relatis dictum fuit in Ciuitaten. Archipresbyteratus 24. Martij 1645. coram me, §. prout etiam non obstat.

7 Nec releuat, † quod eo tempore immissus reperiretur, per Nuncium Apostolicum in Administrationem Præpositur æ, de qua agitur tanquam ad eam electus iuxta Indultum sanctæ mem. Sixti V. eidem Capitulo Leodieñ concessum eius *Sum. num. 2. & 3.*

8 Quia cum † huiusmodi immissio tradita fuerit dumtaxat pro simplici, & nuda administratione cum cautione de fideliter administrãdo, & restituẽdo fructus exactus quatenus electio infra sex menses approbata, vel reprobata fuerit, prout præcipitur in eodẽ Indulto, ibi. *Præstita tamen cautione idonea in manibus nostris, & Sedis Apostolicæ Nuncij pro tempore in illis partibus existentis de fideliter administrando, necnon quatenus eorum electiones infra sex menses non fuerint confirmatæ de reddendo fidelem computum administrationis huiusmodi, ac de restituendo redditus per eosdem exactos in manibus &c.* Idemque legitur in ipsa immissione, seu deputatione. ibi, *Nec non cautione tua per te ipsum solemniter quam primum præstanda de Præpositura prædicta fideliter administrando, & quatenus tuam approbari, vel reprobari contigerit electionem de reddendo fidelem computum administrationis, & de restituendo redditus per te exa-*

9 *ctos &c.* Possessio non dicitur plena, † nec executor effectus fuit mixtus, itaut teneretur partes Iudicis assumere, & possessionem hu-

10 iusmodi in iudicio vocare, † cum ad istum effectum requiratur vt intus sit aliquis non simplicis administrationis, vel custodiæ gratia, sed animo possidendi, vt post *Achill. decis. 1. num. 2. de caus. poss. & propr.* respondit *Rota in Celsonen. parochialis 27. Iunij, & 17. Nouembris 1642. coram R.P.D. meo Peutingerio, & in Florentina parochialis 19. Ianuarij 1643. coram R.P.D. meo Bichio, & in Perusina parochialis 4. Iulij 1646. coram me.*

11 Idque eo † facilius ponderando quod huiusmodi Administratores prouisionalem tantummodo deputationem obtinent, ac administrationem temporaliter exercent, donec scilicet, & quousque prouisio, & confirmatio Apostolica per Pontificem concedatur, vt satis clarè colligitur ex verbis eiusdem Indulti, *& in concordia huiusmodi caueatur expresse quod pro tempore electi ante confirmationem Apostolicam nullo modo in administrationem Præposturarum, earumdemque fructuum se ingerere possint cupientes itaque &c. statuimus &c. quod Præpositi ad dictas Præposituras pro tempore electi à die electionis ad sex menses &c. iurisdictionem præfatam exercere, necnon bona, res, fructus, redditus, & prouentus Præposituarum exigere &c. præstita tamen &c.* idem-

12 que seruatur in Oeconomo, † qui tamdiu Ecclesiam seu beneficium detinet, illudque custodit, quamdiù aliquis de eo prouideatur, *vt statuitur per Sacr. Concil. Tridentinum sess. 24.*

13 *cap. de 18. reformat.* Vnde obtenta per Laurentium Apostolica prouisione, & electionis confirmatione, cessauit penitus omne ius administratoris, ipsaque administratio expirauit, & possessio remansit vacua, ex *doctrin. Innoc. in cap. ex parte num. 3. de arbitr.* quam probauit *Rota in supra allegatis Celsonen. parochialis §. tollebatur etiam, & Florentina parochialis, ac prius in Naulen. parochialis 31. Martij 1642. coram bon. mem. Merlino, §. non obstat allegata, confirmata 10. Iunij 1643. coram eodem R.P.D. meo Peutingerio, §. quia possessio prouisionalis, necnon in dictis Treueren. Archidiaconatus, §. nec obstat primo, & Perusina parochialis, §. fin. coram me.*

14 Ideoque non subsistit, † quod ex superuenienti prouisione Apostolica eidem Arnoldo sub eadem data concessa, ipse continuare potuerit suam anteriorem possessionem mutato solum primæuo iure, & titulo possidendi iuxta *doctrin. Bald. in l. 2. num. 63. vers. sed posse aliquis. C. de seru. & aqua.*

15 Conclusio † enim procederet si medio tẽpore ante huiusmodi prouisionem nullum ius tertio quæsitum fuisset, ipsaque possessio apud eumdem Administratorem adhuc existeret; vt dixit *in Alexandrina Archipresbyteratus 26. Iunij 1627. coram bon. mem. Merlino post modern. de*

16 *manut. decis. 57. num. 3. 4. & 7.* † Secus autem vbi, prout hic, medio tempore quæsitum fuit ius tertio per alteram Apostolicam proui-

17 sionem, † & possesso iure administrationis retenta resoluta extitit ex supra deductis; tunc enim fieri non potest conuersio, seu mutatio

18 possessionis, † nec superueniens Apostolica prouisio trahitur retro in ipsius tertij præiudicium, vt sic distinguendo doctrinam *Bald.* firmant in nostris terminis *Aym. cons. 171. num. 19. Hippol. Riminal. cons. 100. num. 25. bene Lotter. de benef. lib. 3. qu. 5. num. 43.* quod idem admisit *Rota in d. Alexandrina Archipresbyteratus num. 6.*

19 Dum enim Laurentius † medio tempore prouisionem obtinuit, illusque vigore possessionem capitulariter fuit assequutus, non potuit Arnaldus, cuius prouisionalis deputa-

20 tio fuerat resoluta, † possessionem, quam

21 habebat continuare, † sed litteris suæ prouisionis expeditis, & coram Executore porrectis, ac citato Laurentio legitimo possessore, possessionem de manu eiusdem Executoris iuris ordine seruato capere tenebatur, vt in simili firmatum fuit *in Tridentina parochialis 5. Decembris 1646. coram me, §. nec iuuat allegare.*

22 Et propterea † nihil releuat quod exequutor litterarum Laurentij propter duplicem prouisionem Apostolicam, & paritatem titulorum teneretur assumere partes Iudicis cum plena causæ cognitione super illorum releuantia, omisso penitus possessorio *ad trad. per Bart. n. 21 Dec. num. 46. & Zuccard. num. 34. in l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen.* quos sumpta fuit *Rota in recent decis. 233. num. 37. & 38. part. 5.*

23 Fuit enim responsum † quod obiectum procederet si Arnaldus, vltra paritatem tituli habuisset etiam veram, & legitimam possessionem, vt tradit *Lotter. vbi supra lib. 2. quæst. 20. num. 217. & dixit Rota decis. 197. num. 1. vers. tamen illa par. 2. & melius decis. 641. sub num. 1. vers. quia conclusio part. 4. recent. ac in Tirasonen. Capellaniæ 13. Martij, & 7. Aprilis 1606. coram Sam-*

24 *Sanctiss. Domino nostro*, §. *nec potest Michael*. † Vel si expeditis litteris suæ prouisionis coram eodem exequutore comparuisset antequam Laurentius in possessionem immissus fuisset, 25 & cum eo concurrendo quilibet ipsorum ageret remedio adipiscendæ, vt explicat *Garz. de benef. par. 6. cap. 2. num 143. cum seqq.* & respondit *Rota coram Mohedan. decis. 5. per tot. & signanter sub num. 2. vers. & ratio est, & decis. 13. pariter per tot.* ac præcipuè *vers. & fuit tentum vt lit. pend. Modern. Bononien. de legitim. contradict, q. 2. art. 1. num.* 45. Secus autem dicendum est in proposito, quo Arnoldus nec cum pari titulo litteris expeditis comparuit coram Exequutore antequam traderet possessionẽ Lau-
26 rentio, † nec reperiebatur in legitima posses-
27 sione, vt supra firmatum fuit: † Tunc enim quia possessio erat vacans, nec aliquis comparuit legitimus contradictor, potuit exequutor tanquam merus ad exequutionem procedere se extraiudicialiter informando, vt præter supra relatos dictum fuit *in Dertusen. parochialis* 14. *Nouembris* 1631. *coram bon. mem. Card. Vbaldo in recent. decis. 71. num. 6. part. 6.* alijsque adductis *in Verulana beneficiorum* 31. *Ianu.* 1646. *coram me*.

28 Vnde clausula, *Amoto*, & similes nihil penitus operantur, dum enim nullus aderat legitimus contradictor, & possessio erat va-
29 cans, † huiusmodi clausulæ non faciunt Exequutorem mixtum, sed adhuc remanet merus, & procedere potest forma iudicaria minimè seruata, vt alijs omissis plenè, & magistraliter firmatum fuit *in Leodin. Abbatiæ* 14. *Ianuarij* 1622. *coram eodem bon. mem. Card. Vbaldo in recent. decis. 333. num. 2. 3. & 4. par. 8. in dictis Treueren. Archidiaconatus*, §. *& hinc nihil releuant, Ciuitatem*. *Archipresbyteratus*, §. *prout etiam non obstat, & Verulana beneficiorum, minus releuat post medium coram me*.

Et ita resolutum vtraque &c.

R. P. D. ARGVELLES.

Romana Societatis Affictus.

Mercurij 27. Martij 1647.

ARGVMENTVM.

Actorum transportatio est omninò necessaria quandò causa fuit introducta per viam appellationis iuxta formam Concilij Trid. sess. 24. cap. 20. de reform; quæ Concilij dispositio firmatur habere locum, non modò in causis Ecclesiasticis verùm etiam prophanis recedendo ab opinione quam aliàs tenuit Rota, propter identitatem rationis, quæ dicitur militare in vtraque causa.

Quid autem seruandum sit quando causæ, & iudicia essent omninò diuersa; vel acta non essent integrè transportata & ea quæ deficiunt essent irreleuantia, latissimè tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Acta non sunt trasportanda, vbi non agitur de confirmatione decreti maximè in causa prophana num.* 4.

2 *Actorum transportatio non est necessaria quando quis instituit nouum iudicium, & petit procedi prout in primo*.

3 *Acta sunt transportanda in causis Ecclesiasticis, etiam quando esset nouum iudicium*.

4 *Conc. Trid. sess. 24. cap. 20. de reform. non intrat in causa prophana & ita sepius tenuit Rota n. 19. & 25. contra n. 20. & 23. & 28.*

5 *Acta vbi sunt transportanda, hoc onus pertinent ad appellantem*.

6 *Acta sunt trasportanda vbi causa est deuoluta per vitam appellationis, etiam cum facultate procedendi prout in prima*.

7 *Actorum transportatio non est necessaria vbi causa non fuit introducta per viam appellationis, & inchoatur omninò denouo iudicium, & numer. 17.*

8 *Acta non sunt transportanda quando causa est diuersa, & iudicia sunt separata*.

9 *Acta sunt transportanda etiam si introducatur causa super spolio suspenso petitorio, quando causa petitorij deuoluta fuit per appellationem*.

10 *Acta non sunt transportanda vbi duo sunt iudicia diuersa, & duæ diuersæ, & separatæ causæ*.

11 *Actorum transportatio non est necessaria, vbi fuit impedimentum præstitum ab appellato*.

12 *Acta quæ non sunt de processu, non debent transportari*.

13 *Clausula*, quam, & quas *tribuit facultatem procedendi prout in prima, maxime quando primæ instantiæ fuit per partem renunciatum*.

14 *Clausula* quam, & quas *non operatur quidquam nisi transportato processu, quando causa deuoluta est per viam appellationis*.

15 *Clausula*, cum facultatibus A.C. *non facit quod* Iudex *non cognoscat, tamquam* Iudex *appellationis*.

16 *Acta quando debeant transportari etiam si procedatur prout in prima*.

18 *Acta subhastationis non sunt transportanda, quando ab ea non fuit appellatum*.

20 *Acta primæ instantiæ debent transportari, & quare*

21 *Amplia tam in prophanis, quam in Ecclesiasticis causis*.

22 *Actorum transportatio a curia consolum ad curiam Gubernatoris non cadit sub dispositione Conc. Trid. cap. 20. sess. 24. de reform. in causis prophanis*.

23 *Sententia lata non transportatis actis, venit infirmanda etiam de iure ciuili tamquam lata non uisis actis*.

24 *Amplia etiam si acta non essent releuantia*.

26 *Sententia lata non transportatis actis est nulla etiam in prophanis*.

27 *Acta debent transportari quia Iudex non potest instrui de meritis causæ, nisi transportentur acta*.

28 *Sententia lata non transportatis actis etiam irreleuantibus est nulla ex dispositione Concilij*.

29 *Actorum transportatio requiritur pro forma, & numero* 50.

30 *Actorum transportatio quid requiratur pro forma, non inuenitur iure communi dispositum*.

31 *Sententia erit nulla non transportatis actis, vel si non constet de eorum qualitate*.

32 Iudex *ante transportationem actorum non habet exercitum* Iurisdictionis.

Sen-

33 *Sententia erit nulla si actis transportatis deficiant aliqua releuantia.*
34 *Sententia non est nulla si transportatis actis deficiant aliqua irreleuantia, ex quibus non reddatur iniusta.*
Sed erit suspensa quousque constet, acta non transportata, esse irreleuantia.
35 *Duran decis. 33. n. fin. declaratur.*
36 *Acta non transportata, quamuis irreleuantia reddunt sententiam nullam in prophanis.*
37 *Intellige quando non constiterit de irreleuantia eorum, quæ deficiunt.*
38 *Sententia non est nulla vbi acta non sunt integrè transportata, si ea quæ deficiunt non releuant, & de hoc constiterit.*
39 *Sed solum debet supersederi donec acta videantur.*
40 *Iudex ad quem non potest inhibere Iudici à quo nisi visis actis.*
41 *Acta sunt integrè transportanda coram Iudice ad quem, quamuis appellatus nollet illis vti, & quare.*
42 *Actorum transportatio an sit necessaria vel sufficiat vt aliunde constare possit.*
43 *Acta etiam irreleuantia sunt transportanda in causa Ecclesiastica.*
44 *Acta sunt integrè transportanda etiam irreleuantia de stricto iuris rigore, secùs de æquitate.*
45 *Iura inter se contraria, quommodo per Doctores ad concordiam reducantur.*
46 *Acta sunt integrè transportanda, quamuis appellatus vellet prosequi idem iudicium, & quare.*
47 *Secùs si expressè concederet Signatura vt procederetur prout in prima.*
48 *Actorum transportatio non est necessaria quãdo clausula* quam, & quas *non est posita in commissione appellationis, sed in alia diuersa.*
49 *Actorum transportatio facienda est ab appellante, & an procedat in causa ecclesiasticà nisi & quando in prophanis n. 52.*
53 *Acta ille debet transportare, qui vult prosequi causam.*
54 *Appellans non potest cogi ad prosequandam appellationem intra terminum à Iure sibi præfixum.*
55 *Appellatus de iure Ciuili non potest causa disputare, nisi instante biennio ad finem.*

DECISIO XXXV.

Ex contractu societatis Affictus redditionem rationis, Lucrorumq. diuisionem contra Hyacinthum pretendebat Medorus coram A.C. à quo obtinuit mandatum, vt Hiacynthus deponeret certam pecuniarum quantitatem (quæ dicebatur ad eum ex societate peruenisse) ad creditum vtriusque socij. Appellauit Hyacinthus, & appellationis causa mihi commissa impetrauit Medorus, vt omnia committerētur in Rota cum facultatibus A.C. & cum instaret super causæ propositione fuit dubitatum, An teneretur acta transportare,
1 & negatiue resoluen. videbatur † Tum quia ipse non agebat pro confirmatioue decreti
2 *Duran. dec. 61. num. 5.* † sed instituebat nouum Iudicium, & petebat procedi prout in prima, & sic non erat necessaria transportatio *Maresc. var. lib. 1. c. 20. nu. 19. vers. aliquoties adducens pro se dec. 1305. n. 7. apud Seraph.* vbi aliæ citantur; & multa adducuntur *ab Add. ad S.me Gre. go. XV. dec. 320. n. 4. in fin. Caual. dec. 119. in fin. & à Rub. sing. p. 2. verb. acta §. 2. & §. 3. & à Barb. in Collect. ad Conc. sess. 24. de refor. c. 20. n. 71.*
3 Tum † etiam quia quidquid de hoc sit in causis Ecclesiasticis (in quibus etiam quando est nouum Iudicium supradicta videtur doctrina procedere, vt ex alijs probat *Duran.* vbi supra
4 *n. 5. in fin. Maresc. n. 21.*) † Hic sumus in causa prophana, in qua non intrat dispositio *Conc. Trid. sess. 24. c. 20. vers. præterea ex plurimis adductis ab Add. ad Buratt. dec. 405. num. 18. Add. ad S. me Greg. dec. 508. n. 15. Caual. dec. 67.* in quibus quod ita declarauit S. Concilij Congregatio.
5 Deinde quia † esto, concederetur acta esse transportanda, hoc onus ad appellantem spectaret expressis verbis Concil. vbi supra tenuit Rota in vna *Leodien. bonorum de stecciordia* .. *Iulij 1623. coram bo. m. Coccino impres. post Fenzon. ad stat. Vrb. dec. 165. §. est tamen, vers Et hunc oritur.*
His tamen minime obstantibus contra Medorum (tantummodo informantem) Domi-
6 ni responderunt. † Nam vt bene distinguitur per *Addit. ad Greg. XV. d. dec. 320, num. 4.* Aut Causa est deuoluta per viam appellationis, & tunc coram Iudice appellationis non potest proedi prout in prima, nisi transportatis ac-
7 tis, † Aut inchoatur omnino de nouo Iudicium, non introducta Causa per viam appellationis, & tunc est necessaria transportatio, vt probatur ex decisionibus ibi adductis.
Vade non obstat *d. dec. Duran. 61. n. 5.* vbi non solum erat nouum iudicium, sed diuersa omnino causa, ibi enim Titularis egerat contra Pensionarium Iidicio petitorio de pensionis nullitate, Pensionarius verò contra Titularem Iudicio manutentionis in possessione exigendi pensiones, & à decreto contrario in
8 hoc summarijssimo appellauit; † Merito ergo non debuit transportare acta petitorij cum hæc diuersa sit causa, separataque Iudicia ad communiter *not. in vulg. text. in l. naturaliter 11. §. nil, commune ff. de acq. poss. latè Barbos. de iudic. l. si de vi 37. n. 3. 31. & per tot.*
9 Nec opponatur *decis. 65. p. 4. diuers.* † vbi etiam si introducatur causa super spolio suspenso petitorio, dicitur transportanda esse acta; Quia ibi fuerat causa petitorij deuoluta per appellationem.
Eodem modo soluitur difficultas *ex Toletana Parrochialis 20. Iulij 1592. coram Penia adducta*
10 *per Maresc. ubi supra nu. 21.* Quia ibi erant duo diuersa Iudicia, & duæ diuersæ, separatæ commissiones vnum in causa Iactationis, & iactationum super nullitate resignationis, Aliud super executione litterarum Apostolicarum, super quo erat in Rota introducta causa per appellationem Inde non necessaria transportatio actorun Iudicij petitorij, & ordinarij iactationis quo fædere distinctionis multis alijs occurritur, quæ pro Medoro possent adduci.
11 Minus obstat *d. decis. 1305. apud* † *Seraph.* quia ibi acta, non fueruut transportata propter impe-

impedimentum præstitum ab appellato, quo casu cessat regula Concilij *Barbos. d. cap. 20. num. 77. Rot. dec. 751. num. 2. p. 2. rec. faciunt alia congesta per Rub. vbi supra §. 1. vers. fin. fol. 17. Garb. com. conclus. tit. de appell. concl. 5. nu. 5. Gonzal. reg. 8. gloss. 27. à numero. 45. & 50. exclusiuè.*

Non obstat etiam *dec. 116. num. 1. penes Du-*
12 *ran.* † quia ibi acta non transportata non erant de processu, quæ non debent transportari *Rot. decis. 341. post. lib. 2. cons. Farinac. & ibi cit.*

13 Nec facit aliquid clausula *quam, & quas* cuius virtus est vt possit procedi, & pronunciari prout in prima maxime in præsenti cum Medorus renunciauit primæ instantiæ, & decreto, & cautionem dederit de refectione expensarum cum depositione vnius Iulij iuxta stylum. Nam licet eius vigore possit procedi prout in prima ex vulg. & congestis a *Barbos.*
14 *claus. 125. num. 13.* † non tamen quidquam operatur nisi trausportato processu, quando causa est deuoluta per viam appellationis, *Rot. in Senogalien. Spoly 18. Iunij 1627. coram bo. me. Manzanedo*, vbi laudatur *Add. ad Greg. XV. dec. 320. n. 4.* & ex citatis in declarationibus recolect. *per Bellarm d. sess. 24. cap. 20. n. 13. Ricc. collect. p. 4. dec. 1556. vers. amplia latissime per Add. Buratt. d. dec. 405. n. 17. Grat. discept. c. 121. n. 25. tom. 1. Rot. in Fauentina fideicommissi 5. Ianuary 1595. coram Litta, & in Valentina Parrochialis 13. Ianuarij 1580. nu. 2. coram Blanchetto impress. post. Tiber. lib. 2. prax. post c. 23. & d. l. Leodin. bonorum de steccordia 3. July 1623. coram Coccino §. & tamen vers. & ita procedunt. Mart. de claus. p. p. claus. 120. n. 4. Barbos. d. claus. 121. n. 30. Rot. dec. 210. n. 5. p. 3. rec. & in Fauentina administrationis Sacramentorum 10. Decembris 1567. coram Lancellotto, & decis. 114. nu. fin. post lib. 2. cons. Farinac.*

15 Nec refragatur † clausula *cum facultatibus* A.C. quia hæc non facit quod Rota non cognoscat tanquam Iudex appellationis *Marches. de commiss. par. 1. §. 1. de commiss. appell. ab oblig.*
16 *Cam. n. 88. fol. 700. in fin.* † ex quo fit vt acta debeant transportari ex supradictis, quibus addi potest *Rot. in Farfen. bonorum 7. Maij 1607. coram Penia vers. nec placuit, quæ est post Fenz. 163.*
17 vbi etiam si procedatur prout in prima;† nec tunc obstabit *decis. 119. n. 1. penes Caual.* quia in ea non fuit introducta causa per appellatio-
18 nem † imò nec appellatum à subhastatione, cuius acta prætendebantur fuisse trasportanda.

19 Nec difficultatem facit † quod C. Trid. d. vers. præterea non habere locum in causis prophanis sæpius tenuit Rota post declarationem Eminentissimorum Cardinalium vt in *Romana lignorum 23. Iunij 1603. nu. coram Sacrato impress. penes Marches. de Commiss. nullit. sanat. p. 3. fol. 155. Caual. dec. 67. nu. 2.* quæ est 200. *post lib. 2. cons. Farin. & dec. 561. num. 12. par. 1. rec. & multis alijs congestis per Add. ad Buratt. d. dec. 405. numero 18. & decis. 508. numero 11. penes S. m. Greg. num. 15. & 16.*

20 Nam † præterquam quod Rota ante d. declarationem tenuit Concilij placitum locum etiam habere in prophanis vt in *decis. 106. par. 4. diuers.* Certissimum quidem est etiam de iure communi acta primæ instanstiæ deberi transportari, alias nullam esse sententiam pro qua facit ipsius Cuncilij ratio, videlicet ne Iudex ad quem non informatus de meritis causæ aliquid contra ius, & iustitiam decernat, vt dixit Rota *in Calaguritana Iuris vota di 28. Maij 1585. coram Blanchetto*, & habetur declarationibus *per*
21 *Bellarm d. cap. 20. n. 13. vers. ratio huius*, † quæ tam in prophanis quam in Ecclesiasticis procedit, & sic tenuit *Rot. in Rom. de Bombellis 31. Maij 1613. coram Sacrato, vers. quartum obiectum, quæ est 56. post Fenzon. 9. post Posth. de manut. 95. post Mangil. de subast. & in Farfen. bonorum. 7. Maij 1607. coram Penia, quæ est 162. post. put. Fenzon. & dec. 210. n. 4. p. 3. recent.* vbi rectè explicatur quomodo intelligendum sit per hæc verba.

22 Quantũ ad trãsportationẽ actorũ à Curia† Cõsiliũ ad Curiam Gubernatoris, Domini admitteb int, quod dispositio Concilij cap. 20. sess. 24. de reform. non habet locum in causis prophanis, vt alias post declarationem S. Congregationis tenuit *Rot. coram me in causa Romana*
23 *Lignorum* † sed nihilominus remanebat infirmanda etiam de iure Ciuili tanquam lata non visis actis &c. *Cassad. decis. 2. de appell. num. 10. & in Britinorien. bonorum 15. Aprilis & 4. Maij 1598. coram Penia num. 1. quæ est 125. post lib. 2. cons. Farinac. & Marches. 3. de commiss. nullit. sanat. §. 4. fol. mihi 153. Cæs. de Gruss. dec. 9. nu. 5. de caus. possess & propr. Rota in Romana Pecuniaria 4. Februarij 1611. §. fin. coram bo. me. Coccino, & est apud Fenzon. 164. (vbi in fine princ* videtur sentire etiam si non sint releuantia) *& in d. Leodien. Bonorum de steccordia §. his positis vers. tamen si procedatur, & vers. vlteriùs, & in Romana Pecuniaria 23. Ianuarij 1632. in princip. §. Poterat coram Eminentissimo Verospio post Fenz. 167. & in Toletana habitus 10. Iunij 1626. vers. 1. coram Pirouano post Fenz. 166; & idem videtur sentire decisio 161. numero 1. & 168. post lib. 2, cons. Farin. latè Giurb. dec. 29. num. 1. in fine Ricc. in collect. par.*
24 *4. decis. 1386. Grat. tom. 1. d. discept. n. 21.* † vbi dicit Concilium procedere etiam in prophanis & adducit *Rot. in Vlixbonen. Parrochialis 23. Iu-*
25 *nij 1586. coram Orano* †, *& ait licet coram R.P.D. Penia in Imolen, Affictus 30. Aprilis 1604*, dicatur, quod dispositio Concili circa transportationẽ Actorum procedet in causa fori Ecclesiastici, non autem in prophana, *Gabr. d. appell. concl. 5. nu. fin. Scacc. de appell. q. 20. n. 11. Paz. in prax. to. 1. par. 6. n. 19. Petr Greg. de appell. lib. 6. cap.*
26 *10. n. 3. in fine Grat. vbi supra num. 28.* †qui multis Iuribus, & auctoritatibus probat, quod non visis actis sententia est nulla etiam in propha-
27 nis *Rot. dec. 192. n. 4. p. 5. rec.* † quia Iudex nõ potest instrui de meritis causæ nisi transportentur acta *Gratian. vbi supra n. 23. cum citatis*, ex quibus videtur satis contrauersam fuisse hanc difficultatem,

Hanc tamem contrauersiam rectè composuit *Rota in Leodien. bonorum de steccordia post. Fen-*
28 *zon. 165. §. est attamen*, † videlicet, quod ex dispositione Concilij non transportatis actis etiam irreleuantibus sententia est nulla *decis. 104.*
29 *n. 1. & 107. nu. 2. p. 4. diuers.* † quia transqortatio

tatio requiritur proforma, vt ibi *& dec.* 561.
n. 12. *p.* 1. *rec.* cum alijs adduct. *per Add. ad Bu-
ratt. dec.* 405. *n.* 20. *&* 21. quibus non aduersa-
tur illa supracitata *Imolen. affictus coram Penia in
Marches.* 2. *p. fol.* 139. vt minus benè putauit
Gratian. vbi supra n. 35. loquitur enim in causa
30 prophana, † in qua non inuenitur Iure com-
muni dispositum quod transportatio requiri-
31 tur pro forma. † Actis verò non transporta-
tis, vel si non constet de eorum qualitate sen-
tentia erit nulla *Bart. in l.* 2. *n.* 15. *Bald.* 6. *Dec,*
33. *Ias.* 15. *C. de eden.* & alijs plurimis per supra
alleg. signanter *Gabr. d. nu. fin. Rot. dec.* 192. *n.*
32 3. *par* 5. *rec. Scacc. d. q.* 20. *n.* 11. *&* 18. † & an-
te transportationem non habet Iudex exerci-
tium iurisdictionis *c. Romana* 3. §. *si vero de ap-
pell.* Confirmatum, & stabilitum per *Concil.
sess.* 22. *de reform. num.* 7. ibiq. *Barbos. in collect.
multis citatis Vestr. in prax. lib.* 8. *cap.* 2. *nu.* 1. *vers.*
33 *dixi autem circa fin. Rot. decis.* 98. *par.* 4. *rec.* †
Vnde actis transportatis si aliqua deficiant re-
34 leuantia sententia erit nulla † si verò releuan-
tia non sint, & ex quibus sententia non red-
ditur iniusta valebit vtique, sed erit suspensa
quousq. constet acta non transportata releuan-
tia non esse *Rot. in Panormit. Archidiaconatus* 26.
Febr. 1590. *coram Penia laudata a Gratian. vbi su-
pra n.* 26. Et sic explicata *in d. Leodien. bonorum* §.
his positis, vers. tamen si procedatur simul cum dec. 7.
apud Acchill. de Graff. de sent. & re iud. quam
distinctionem tenuit *Rot dec.* 561. *nu.* 12. *par* 1.
rec. & d. dec. 508. *nu.* 10. *& seqq. penes san. me.
Greg. cum alijs per Add. ad Buratt. vbi sup. nu.* 22.
35 *Scacc. n.* 13. Et sic non obstat † *decis.* 33. *n. fin.
coram Duran.* Imò militat pro hac distinctione;
quia ibi solum dicitur in prophanis non esse
faciendum rigorosum examen transportatio-
nis in eo casu, quo solum dicebantur non tran-
sportati quidam articuli super quibus, nec fu-
erant Testes examinati, & pars eos originaliter
retraxerat, & alios præsentauerat, cum pro-
testatione, quod nolebat vti alijs, & fuerat
intimatum parti, quæ nil replicauerat, & illi
secundo loco producti articuli erant in proces-
su vt patet *in decis. nu.* 17.
36 Vnde † apparet intelligenda illa supracitata
Romana Pecuniaria coram Coccino, quatenus vi-
detur sentire, quod etiam non releuantia red-
37 dant sententiam nullam in prophanis, † vide-
licet si acta non fuerint transportata, & non
constiterit de irrellauantia eorum, quæ defi-
ciunt. Et bene se explicat *d. Leodien. d.* §. *est ta-
men. in fin. ibi* Ex dispositione autem *d. l.* 2. Iu-
38 dex iubet transportare acta; † vnde si adsunt
acta sufficientia etiam quod postea non inte-
gra detegantur, si ea quæ deficiunt non rele-
uant, & de hoc constiterit non intrat tantus ri-
gor ex dispositione Concilij, & ideò senten-
39 tia non est nulla, † sed solum debet superse-
deri donec acta videantur, huc vsq. Rota ibi.
40 Pro quibus facit *d. cap.* 7, *sess.* 22. † vbi supe-
rior non potest inhibire Iudici à quo nisi visis
actis *& d. cap. Romana* §. *si vere, & ibi not. Paz.
d. tom.* 1. *par.* 7, *cap.* 1. *numer.* 11. *& in* 2. *com. cap.
vnic. n.* 13. *Curia Philip. tom.* 1. *p.* 5. *n.* 8. qua
alios citant.

41 Ex quibus satis constat † nil interesse, quod
Medorus noluit vti illis actis cum ex supra tra-
ditis non possit procedi non ūisis actis, vt istis
fere verbis *Rot. in d. Romana Pecuniaria* §. *penult.
in fin.* respondet ad illam Romanam Lignorum
iam citatam facit *text. in l. eos* 6. §. *super his C. de
appell. cap. cupientes* 16. *vers. cum omnibus actis de*
42 *elect. in* 6. *& in d. l.* 2. *C. de eden,* † An verò ne-
cessariū sit, vt constat per transportationem
actorū, vt in allegatis, An veró sufficiat aliun-
dè constare, vt videtur in illa *Duran.* 116. *n.* 2.
vers. cessat non fuit hodie disputatum; sed vnus
ex Dominis dicebat caute esse legendam illā
decisionem; eo magis cum loquatur in causa
43 Ecclesiastica † in qua ex supradictis, & con-
stanti Rotæ epinione etiam irreleuantia sint
transportantia. Et non satis bene ibi citatur *d.
dec.* 508. *coram S. m. Greg. XV.* quæ est de causa
prophana, & ipse distinguit, num. 11. Licet
pro *Duran:* videatur facere *decis.* 164. *nu.* 5. *p.* 2.
rec. vbi respondetur contrarijs, *& dec.* 501. *co-
ram eodem san. mem. Greg. Buratt decis.* 413. *nu.* 3.
44 † Et posse componi vt aliæ loquētur de æqui-
45 tate, aliæ de stricto iuris rigore, † quo modo
multa contraria iura reducantur ad concordi-
am per Doct. imò, & per ipsos I. C. vt in exē-
plis adductis à *glos. in. l. Placuit C. de Iudic.
& suffragatur d. dec.* 413. *apud Buratt.* quæ in
princ. dicit doctrinam de qua ibi procedere
de æquitate.
46 Nec refert † quod vellet Medorus prosequi
aliud Iudicium, quia non potest constare An
idem sit Iudicium, vel diuersum, nisi viso d.
processu *Rot. in d. Valentina Parrocchialis de Cam-
panar.* 13. *Ianuarij* 1580. *coram Blanchetto penes Ti-
ber. in prax. lib.* 2. *post. cap.* 28. *n.* 13. *facit decis.*
657. *vers. fin. par.* 4. *diuers. Gratian. d. discept.* 121.
num. 25. *Rot. in Gianen. Canonicatus* 5. *Iunij* 1614.
coram Penia n. 5. quæ est in *Marches.* 3. *par. fol.*
47 117. † Licet secus esset dicendum si expresse
concederet signatura, vt procederetur prout in
prima *d. Valentina in fin.* & habetur in declara-
tionibus per *Bellarm. d. c.* 20. *nu.* 3. *vers. quid
autem in fine, & in d. Calaguriana Iurisuotandi* 6.
Maij 1580. §. *quod dubium in fine coram Blanchetto
Gratian. d. num.* 25. Et hoc videtur voluisse *Ma-*
48 *resc. d. lib.* 1. *cap.* 20. *num,* 21. dum ait † quod
quando clausula *quam, & quas,* non est posita
in commissione appellationis, sed in alia di-
uersa, tunc non sit necessaria actorum trans-
portatio, vt in casu *d. decis. Toletanæ Parrocchia-
lis coram Penia iam allegatæ* At in præsenti casu
clausula *quam, & quas*, erat apposita in Com-
missione appellationis obtenta à Hyacintho;
cuius vigore erat causa introducta in Rota;
non vero in Commissione Medori, per quam
non fuit causa introducta, sed tantum extensa,
seù modificata Commissio Hyacinthi, nempe
vt omnia committerentur cum facultatibus
A C.
49 Tandem † ad tertium obiectum in principio
propositum, quod Transportatio actorum fa-
cienda est ab appellante *d. sess.* 24. *cap.* 20. *vers.*
50 *præterea* † quod requiri etiam pro forma dicit
Rota in supradicta *Leodien. bonorum vers. est tamē.*
51 *ver. fin. vers. & hinc oritur questio,* † quia quidquid
sit in

fit in causis Ecclesiasticis, vt ibi distinguitur, licet contrarium teneat *Scacc. num.* 10. *vers. nec obstat*, & forte non inepte, quia pro eo videtur stare *Rot. in alleg. Calaguritana Iuris votandi §. non*
52 *obstat*; † In prophanis certum est non proce-
53 dere, vt in *d. vers. & hinc oritur*, & quod Rota semper consueuit dicere, quod ille qui vlt prosequi causam transportet acta, & tenuit in *Toletana habitus* 10. *Iunij* 1610. §. *Attamen coram Pirovano*, quæ est 166. *post Fenzon. & in Romana Pecuniaria* 23. *Iunij* 1623. *coram Eminentissimo Card. Verospio*, vbi appellatus transportauit acta, & clarius *in d. Calaguritana Iurisuotandi §. non obstat Surd. decis.* 327. *numer.* 4. *Gabr. d. tit. de appell. concl.* 5. *Scacc. vbi supra. num.* 10. *ex auth. de ys qui ingrediuntur ad appell. cap.* 1. *vers. illud quoque & ibi glos.*
54 *verb. monstrauerit collatæ & alij per Scacc.* † Nam cum appellans terminum habeat a Iure ad prosequen. appellationem, nullibi inuenitur cautum, quod possit cogi ad introducen. causam ante terminum illi præfixum (dicebat vnus ex Dominis) de qua re disputat, & distin-
55 guit *Scacc. d. q.* 20. *art.* 1. *num.* 8. Imò de iure Ciuili nec appellatus poterat causam disputare nisi instante biennio ad finem tamen, itaut vnus forte superfit negotio mensis vt *d. Auth. de ijs qui imped. ad. appell. dap.* 1. *vers. volumus ibi*, quippe biennium Instante vbi notat *Cuiac. collat* 5. *Nouell.* 49.

Et ita contra Medorum &c. eo tantum informante &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Postea Reuerendissimo Episcopo IMOLEN

Ceruien. Bonorum.

Veneris 29. *Martij* 1647.

ARGVMENTVM.

Nullitas processus ex triplici potissimum capite prouenire potest, primò ex defectu Iurisdictionis, secundò ex defectu citationis, tertio ex defectu mandati procuræ; Vnde hic omisso secundo defectu, quam non adesse erat in confesso apud partes, disputatur acerrimè, ex quibus consensus in Iurisdictionem censeatur inductus; & ex quibus clausulis appositis in mandato procuræ, resultet etiam facultas ad consentiendum in iurisdictionem.

SVMMARIVM.

1 *A.C. est Iudex omninum appellationum tam in curia quam extra inter positarum n.* 28,
2 *Nullitates quæ ex defectu citationis, & mandati procuræ proueniunt, fuerunt solummodo præseruatæ in constit. S. m. Pij V.* 44. §. 12.
3 *Validitas processus resultat ex eo quod seruati fuerint termini substantiales.*
4 *Appellatio quando non sit administranda.*
5 *Appellatio non est administranda ab interpellatione cum comminatione alicui transmissa, quando propter illam, nullum infertur grauamen.*
6 *Comminationes non habent vim sententiæ, & non transeunt in rem iudicatam,*
7 *Appellatio non est admittenda a decreto resoluto, & moderato per subsequentem comparitionem.*
8 *Grauamen quando prorsus cesset, ita vt ab illo non sit administranda appelletio.*
9 *Decretum primum euanescit, & circumducitur per secundum, ac si numquam emanasset amplia vt num.* 10.
11 *Decretum primum censetur circumductum per secundum, etiam si in secundo adsit clausula sine præiudicio iurium &c. amplia n.* 12.
13 *Metropolitanus quando appellationem ipsi interpositam teneatur ad Ordinarium remittere.*
14 *Text. in cap. cum ecclesia de appell. procedit etiam in causis in quibus agitur de intetesse Mensæ Episcopalis.*
15 *Episcopus est Iudex competens, & legitimè procedit antequam fuerit recusatus etiam in causis mensæ Episcopalis.*
16 *Metropolitanus quando dicatur appellationem sibi interpositam admittere, & remissionem causæ ad Ordinarium denegare.*
17 *Iudicem competentem quis non se declarauit quando dedit terminum Iuris, & quare.*
18 *Iudicem competentem quis tacitè se declarauit quando partibus præfixit terminum ad iustificandum, & impugnandum, & quare n.* 19.
20 *Iudex ad quem dicitur gustasse de meritis causæ quãdo dedit terminum ad iustificandum, & impugnandum.*
21 *Iudex ad quem, quando dedit terminum ad iustificandum, & probandum, dicitur reiecisse exceptionem declinatoriam fori.*
22 *Decretum habens vim sententiæ difinitiuæ est appellabile amplia vt n, seq.*
24 *Iudex censetur tacitè se declarasse competentem, quãdo mandauit procedi ad vlteriora, Procuratore ex aduerso præsente.*
25 *Iudex de mandato procedi ad vlteriora non se declarat Iudicem competentem quando processus fit cõtra contumacem secus cantra præsentem.*
26 *Processus redditur nullus ex defectu incompetentiæ Iudicis.*
27 *Contumax non censetur consentire in Iudicem seu propogare illius iurisdictionem.*
29 *Consensus in iurisdictionem ex quibus censeatur inductus, & n.* 34.
30 *Consensus in iurisdictione censetur inductus quando Procurator habens sufficiens mandatum procuræ protestatus fuit nihil fieri nisi ipso citato declarã num.* 33.
31 *Consentire in iurisdictionem dicitur Procurator quãdo voluit ad omnes actus citari per quod ad telam iudiciariam præparauit.*
32 *Consentire in iurisdictionem videtur ille, qui producit mandatum procuræ ad euitandum processum per contradictas.*
Et ita fuit declaratum in Signatura Gratiæ coram fel. recard. Clemeute VIII. n. 32.
34 *Consensus in iurisdictionem censetur inductus quando Procurator non appellauit neq; adiuit Signaturam à denegata remissione causæ ad partes, sed acquieuit.*
35 *Iurisdictio Iudicis ex consensu prorogata non potest amplius tollere per instantiam remissionis causæ ad partes.*
36 *Mandatum Procuræ etiam ad consentiendum in iurisdictio-*

 iurisdictio-

risdictionem elicitur ex amplissimis clausulis in dicto mandato appositis.

37 *Procurator quando ea omnia facere potuit, quæ speciale mandatum requirerent.*

38 *Procurator sine speciali mandato procuræ non potest prorogare iurisdictionem.*

39 *Mandatum procuræ cum libera equipollet speciali mandato ad effectum iurisdictionis.*

40 *Iurisdictionem Iudicis potest Procurator prorogare, quando habet mandatum procuræ cum libera.*

41 *Consentiens in iurisdictionem, non potest deinde eam declinare.*

42 *Iurisdictio semel prorogata, amplius declinari non potest.*

43 *Iniustitia vt æquiparetur nullitati, debet esse notoria.*

44 *Sententia lata contra ius partis, non autem contra ius constitutionis, non dicitur à principio nulla.*

45 *Scripturarum productio potest fieri post relationem mandati, pro eo conualidando.*

DECISIO XXXVI.

CVM Reuerendissimus D. Episcopus Ceruien. prætenderet ex causis in libello deductis esse deuoluta quamplurima bona ab eius Ecclesia in emphyteusim concessa Ioanni Antonio, & Fabritio de Lucattellis pro se, filijs, & Nepotibus masculis de 29. in 29. annos ad renouandum, obtinuit à Vicario mandari D. Fabio filio, & nepoti respectiuè supradictorũ quatenus iuxtà formam antiquarum inuestiturarum infra octo dies deberet accipere renouationem, alias declarari bona ad Ecclesiam deuoluta. Interposita appellatione à Lucatello, & introducta causa coram Metropolitano, nedum non fuit moderata inhibitio, & remissa causa ad Vicarium Ceruien. iuxta instanti Promotoris Mensæ, sed partes fuerunt admissæ ad iustificandum, & impugnandum in termino sex di. rum. Ab hoc decreto pro parte eiusdem D. Episcopi fuit appellatum, & fuit obtanta ab A.C. Inhibitio cum insertione eiusdem decreti, & procedendo ad vlteriora, mandatum de associando ad bona contrauersa, quo cum prærenderetur nullum, proposui in Rota discutiendum, an esset tale.

Et dum cessant defectus iurisdictionis, cita-
1 tionis, & mandati, † cum A.C. sit Iudex omnium appellationum tam in Curia, quam extra interpositarum, sicuti legitur in suis facultatibus impressis post *Salust. Tiber. in prax.* §. 9. *& refert Scacc. de appell. c. 2. quest. 8. nu. 99. vers.*
2 *declara, & num. 125. vers. extende*, † cum præcesserint Citationes, quæ solent fieri in Iudicio exequutiuo, quale est remedium associationis vigore licentiæ capiendi possessionem propria authoritate adiectæ in Instrumentis concessionum; Et ex Instrumentis publicis constet de mandatis Comparentium hincinde, qui soli defectus præseruantur in Constitutionibus sa. me. Pij V. 44. §. 13. vers. deinceps, & Pauli V. 71. §. 5, num. 19. vers. non attendantur, de quibus *Rota penes bu. me. Buratt.*
3 *decis. 337. num. 31.* † seruatiq, fuerint omnes termini substantiales iuxta vlgat *decis. Caputaq.* *262. par. 2.* & in præsentia agatur de sola validitate vel inualuditate mandati separatim à cognitione Iustitiæ, D.D. vtraquè parte informante censuerunt illud esse validum.

Quando Iurisdictionem A.C. cum Lucatellus appellasset ad Archiepiscopum Rauen-
4 natẽ Metropolitanum ab interpellatione cũ comminatione illi transmissa pro parte eiusdem D, Episcopi Ceruieñ, quæ fuerat etiam ipso instante moderata mediante assignatione termini octo dierum ad dicendum quid quid
5 &c. non erat admittenda eius appellatio. † Vel quia interpellatio illa nullum verè intulerat grauamen *l. rei iudicatæ. l. interloquutoria, & l. programma C. comminat. epistol. program. subscript. auctor. rei iudic. nan haber. Franchus in c. cum cessante sub num. 6. ad. fin. vers. aliquando, & 4. de appel-*
6 *lat* † ex quo comminationes non habent vim
7 sententiæ, & non transeunt in rem † iudicatam. Vel quia fuerat resoluta, & moderata per subsequentem comparitionem, & termini assignationem ad instantiam Lucatelli factam.
8 Vnde † cessabat prorsus omnis causa grauaminis, iuxta tex. in *d. c. cessent de appell.*

9 Nam † per hoc secundum Decretum euanuit, & circumductum fuit primum, ac si non emanasset. *Rot. in Romana spolij domus 14. Ianuarij 1615. coram Sanctissimo D.N. Buratt. decis. 574. num. 11. in Romana census 14. Ianuarij 1630. coram bo. mem. Merlino, & decis. 32. num. 4. inter impres-*
10 *sas post Modern. Perus. de subhast.* † quamuis in vltimo decreto adsit clausula, sine præiudicio intimationis factæ, & iurium Curiæ Episco-
11 palis. † Quia illud non impedit circumductionem decreti præcedentis, cum censeatur circumductum eo ipso quod emanauit secundũ, vt fuit decisum in *Romana pecuniaria 15. Decembris 1610. coram Corduba, impressa aqud Marches. de commiss. par. 1. fol. 1222. num. 4.* in qua fuit recessum ab alia contraria prius edita in eadem Causa 1. *Iulij* 1609. *coram Ortembergo, vt refert Gratian. disceptat. 428. num. 4. & seqq. Addent. ad sa. me. Gregor. XV. decis. 140. num. 17. vers. nam hodie.* vbi quod hodie, stante præallegata prima decisione, non est ab hac opinione recedendum. Sed in hoc casu res caret difficulta-
12 te. † Quia dicta claususa (sine præiudicio) apposita in vltimo decreto, non loquitur de decreto præcedenti, cum sit restricta ad intimationem factam, & ad iure Ecclesiæ, ibi, sine præiudicio intimationis factæ, & iurium Curiæ Episcopalis, copiam petitorum, & inue-
13 stiturarum decreuit cum termino &c. † Et proinde non poterat Vicarius Metropolitanus super illa procedere, sed tenebatur causam remittere ad ipsum D. Episcopum Ceruien. Ordinarium tam ex dispositione Sacrorum Canonum, vt expresse deciditur in *c. cum Ecclesia de appell.* ibi, non ante appellationem admittas, quam tibi constiterit eam, vel à grauamine, vel iniusta condemnatione porrectam, alioquin ipsam ad prædicti Episcopi audientiam remittas appellatione remota; *& in c. duo simul. de offic. ordinar.* quam *Sac. Concil. Trident. sess. 24. de reformat c. 20. vers. neque appellationes*, da qua post alios *Barbos. de potest. Episcopi alleg. 81 numero 2.*

14 ro 2. † cuius dispositio procedit, etiam in causis, in quibus agitur de interesse Mensæ Episcopalis. † Nam, & in his Episcopus est Iudex competens, & legitimè procedit, antequam fuerit recusatus secundum veriorẽ sententiam, quam probat *Abbas in c. cum venissent sub num.* 13. ibique notant cæteri *Scribentes de re iudic. Felin. in c. insinuante num. 3. vers. causa Ecclesiæ de offic. deleg. Oldrad. cons.* 156. *num.* 1. *vers. sed in casu nostro*, quam sequta fuit *Rota in Lucana Iurispatronatus* 6. *Nouembris* 1602. *coram bon. mem.*
16 *Coccin. inter eius impressas decis.* 70, *num.* 1. *&* 2. † Ita quod cum instarent Procurator D. Episcopi, vt causa remitteretur da eius forum, & Lucatellus, vt procederetur ad vlteriora coram ipso Metropolitano, ille autem Vicarius Metropolitani assignauerit terminum sex dierum ad iustificandum, & impugnandum dicitur eo pacto admisisse appellationem interpositam à Lucatello, ac remissionem ipsius causæ ad Ordinarium Ceruien. tacite denegasse, & in effe-
17 ctu pronunciasse se competentem. † Siquidem, licet simplex datio termini Iuris non importet, quod quis se tacite declaret Iudicem competentem, quia inseruit potius Iudici ad deliberandum, An debeat appellationi deferre, in quibus terminis loquitur *Rota coram Comitolo decis.* 49. *num.* 3. *&* 4. illam tamen importat præfixio termini ad iustificandum, & impugnandum per ea, quæ in specie tradit *Marc. Ant. de Amat. decis. March.* 76. *in principio, & sub num.* 1. & consonat obseruantia Curiæ Rauennaten, de qua testantur plures Curiales, habet
19 que fomentum rationis. † Et ratio est quia postquam Iudici secundæ Instantiæ fuit exhibitũ decretum primi Iudicis, quod ex lectura apparet inappellabile, non erat opus vlteriori iustificatione ad imbuendum animum Iudicis,
20 vt appellationem reijceret, † & per consequens terminus ad iustificandum, & impugnandum respicit per necesse merita negotij principalis
21 *Surd. decis.* 327. *sub. n.* 5. *vers. ad tollendas.* † Et implicat reiectionem exceptionis declinatoriæ fori, sicut insimili *Caputaq. dec.* 281. ibi *secus,*
22 *si contra Instrumenta par.* 2. † Quapropter d. Decretum Vicarij Metropolitani super hoc articulo vim habet sententię diffinitiuæ, ac per cõsequens est appellabile *iux. gloss, fin. communiter receptam in auth. habitam in fin. versic. item quod si Iudex C. ne filius pro patr. Franch. in cap. si duobus sub num.* 30. *vers. ex quibus de appellat. Becc. cons.* 31. *n.* 6. *& per tot. Rot. coram bo. me. Burat. decis.* 134. *nu.* 2. *& seqq. cum alijs pluribus relatis per Scacciam, vbi supra q.* 17. *limit.* 6. *memb.* 7. *sub num.* 51. *& per Marc. Ant. de Amat. d. dec. Maceraten.* 76. *sub n.* 2. *& per totam*, vbi loquitur in terminis si-
23 milis decreti † Etiam si expresè non se decla-
24 rauit Iudicem competentem. † Quia ex Franco, & alijs supra allegatis procedendo ad vlteriora contra Promotorem Mensæ Episcopalis præsentem, censetur tacitè pronunciasse se esse competentem, vt bene ex allegatis per *Scac. vbi supra num.* 59. *&* 60. qui distinguendo processum, qui fit contra præsentem ab eo qui fit contra contumacem, & Iudex non pronunciat se expresè Iudicem competentem, tunc per processum ad vlteriora non censeri pronun-
25 ciasse super competentia; † & ideo processum
26 esse nullum, † ex quo Iudex erat ipso iure in-
27 compentes. † Ratio est, quia contumax non censetur consentire in Iudicem, seu prorogare illius iurisdictionem. *Bart. in l. ex quacunq. sub num.* 8. ibi *sed si hoc non pronunciaret. ff. si quis in ius vocat. non ierit. Franch. in d. cap. duobus d. n.* 30. ibi *aliquando, & secundo processus. Gabriel. con-*
28 *clusus* 1. *n.* 7. *vers. secus vero tit. de except. lib.* 2. † Ex quibus, cum decretum Metropolitani esset appellabile, apparet A. C. legitimè processisse vigore iurisdictionis illi attributæ in quibuscunque causis appellationum in Curia, vel extra interpositarum iuxtà suas ordinarias facultates, de quibus in *d.* §. 9. *vers. & quascunq. alias*. Igitur mandatum, de quò quæritur non potest dici nullum ex defectu Iurisdictionis.

29 Vlterius † concurrit consensus Procuratoris Lucattelli in Iurisdictionem A. C, ex quo sub die prima Septembris citatus ad docendum de mandato procuræ, aliàs videndum mandari procedi per contradictas, comparuit, & produxit mandatum procuræ absque vlla repetitione declinatoriæ fori eligendo domicilium, & protestando nihil fieri, nisi ipso citato, ex qua protestatione dicitur in iurisdictionem
30 consensisse. † Quia alioquin aliæ Citationes fieri non debuissent, nec erat opus, quod ille citaretur, vt in terminis similis protestationis factæ, à procuratore habente mandatum sufficiens tradit *Marchesan. de commiss. par.* 3. *fol.* 168. *sub num.* 50. vbi signanter *sub num.* 52. *vers. vn-*
31 *de si voluit* dicit, † quod si procurator voluit ad omnes actus citari, se ad telam iudiciariam præparauit, & per consequens consensit in iu-
32 risdictionem, & *sub num.* 55. † subdit fuisse in signatura gratiæ coram fœlic. record. Clemente VIII. ita sentiente Sanctitate sua, declaratum, quod producens mandatum ad euitandum processum per contradictas, & protestans nihil fieri, nisi se citato, videtur consentire in iurisdictionem, & propterea Commissio in vna Bracharen. Illegitimatis, in qua petebatur Causam ad partes remitti, lacerata fuit, & remansit causa in Rota, quæ ratio procedit in hoc casu. Quia A. C. antea sub die 27. Augusti iam declarauerat se velle procedere in negotio principali reponendo à decreto moderationis inhibitionis, ita quod dum Procurator posteà sub die prima Septembris protestatus fuit se velle imposterum citari, non potuit intelligere, nisi de citationibus faciendis in ne-
33 gotio principali † maximè cum dicta protestatio, comparitio, & mandati exhibitio facta fuerint postquam A. C. declarauerat causam
34 in Curia esse cognoscendam. † Quini mò, cùm postea sub die 10. Septembris idem Procurator Lucattelli citauerit ad videndum reponi à decreto facto sub die 27. Augusti, & remitti causam ad partes, àc fuerit reiectus, nullam interposuerit appellationem, neque aduerit Signaturam, prout adire debeat, si se sentiebat grauatum, inde sequitur acquieuisse, fecisse suum decretum Reintegrationis Inhibitionis *tex.*

in cap. 2. vt lite pendente in 6. Mobedan. decis. 3. in fin. de iudic. Put. decis. 71. lib. 3. Caputaq. dec. 125.
35 *par. 3.* & decretum supradictum transiuisse in iudicatum, itaut per sequentem instantiam remissionis causæ non potuerit tollere prorogationem iurisdictionis A. C. Iudicis Ordinarij ex dicto præcedenti consensu *ad tex. in l. si conuenerit ff. de iurisdict. omn. Iud. vbi Bart. & Alber. num. 30. Franc. Becc. cons. 22. num. 5. Giurb. decis. 96. numer. 14. vt post Felin. & alios in cap. cum omnes num. 8. de constit. firmauit Rota in Auximana Census 10. Martij 1636. coram me, quæ est decisio 306. par. 7. recen.*

36 Neque potest in dubium reuocari quin Procurator Lucatelli haberet mandatum ad consentiendum in Iurisdictionem. Quia satis patet ex clausulis amplissimis positis in mandato procuræ, ibi, (ac si dictus D. Constituens præsens esset, facere posset, etiamsi talia forent, quæ magis speciale requirerent, & exigerent mandatum cum clausula amplissima ad lites, & causas pleno, plenissimo mandato, &c. plena, libera, &c. cum facultate substituendi;
37 &c.) † quibus stantibus certum est procuratorem ea omnia facere potuisse, quæ poterat facere principalismet, etiamsi speciale mandatum requirerent *l. Procurator cum libera, & ibi Bart. de procurat. Rota coram Seraph. decis. 238. num. 3. in recent. decis. 428. num. 19. par. 5. cum ibi allegatis.*

38 Non obstat, quod Procurator sine speciali mandato non possit prorogare Iurisdictionem *Mohed. decis. 3. de appell. Rot. decis. 21. numer. 2. p. 4. diuers. & in Senogallien. Saluiani 5. Maij 1627.*
39 *coram bon. mem. Manzanedo:* † Quia mandatum cum libera æquipollet speciali mandato ad hunc effectum, vt per *Paris. cons. 15. numer. 3.*
40 *lib. 4.* † & sic Procurator Lucatelli potuit iurisdictionem prorogare. Adhoc faciunt tradita per *Marches. vbi supra d. num. 50. in fin. Felyn. in cap. P. & G. num. 11. de offic. delegat. Ruin. consil. 165. num. 10. lib. 5. Marant. de ord. iudiciar. par. 6. membr. 9. num. 2.*

Prout non obstat, quod idem Procurator insteterit pro moderatione inhibitionis. Quia
41 cùm † prius vt supra fuit dictum, consensisset in iurisdictionem, non poterat deindè eam declinare, *Bald. cons. 255. num. 2. lib. 4. Menoch. cons. 2. num. 39. Giurb. d. decis. 96. num. 14.* Quia
42 prorogatio † semel facta amplius reuocari non potest ex allegatis per *Becc. cons. 22. num. 5. Surd. cons. 204. num. 9.*

Minus nõ potest mandatum A. C. dici nullum ratione iniustitiæ ob non exhibita in processu instrumenta originalia Inuestiturarum, & non existentiam pacti capiendi possessionẽ propria auctoritate. Quia de his videndum erit, quando agetur de iustitia mandati, & in-
43 terim sufficit respondere † quod vt iniustitia æquiparetur nullitati, debet esse notoria ex allegatis *in decis. 330. num. 4. coram san. mem. Gre-*
44 *gor. XV.* † Vltra quod etiamsi non fuerint in actis producta omnia iura pro parte D. Episcopi necessaria ad probandam illius intentionem, non ideò tamen sententia dicitur à suo principio nulla, sed indiget reuocatione mediante appellationis remedio, vti lata contra ius partis, non autem contra ius Constitutionis *l. 1. vers. quod si de iure suo ff. quæ sent. sine appell. rescind. l. 2. vers. quod si cum de ætate, vbi gloss. in verb. palam est in fin. C. quorum appell. non recip.* expressè firmauit Rota penes *Bellam. decis. 73.*
45 *per totam* † sed dum agitur de validitate mandati A. C. nondum exequuti, actualis exhibitio ipsarum inuestiturarum facta in Rota suffragatur ad effectum coadiuuãdi probationes iam factas coram A. C. *Rota coram Reuerendiss. Vrgell. decis. 72. num. 7. & decis. 230. num. 9. coram eodem.* in quibus plura allegantur ad hunc effectum *Rot. decis. 241. num. 32. par. 7. recentior. cum alijs allegatis in Ariminen. Molendini 1. Iunij 1640. coram R. P. D. meo Bichio in fine.*

Ex quibus, cum satis superq; pateat de Iurisdictione A. C. qui relaxauit mandatum de associando; Neq; dubitetur quin præcesserint debitæ citationes, & constet de mandatis Procuræ comparẽtium, pro validitate d. mandati, vtraq; parte informante fuit resolutum.

R. P. D. GHISILERIO

Postea Reuerendiss. Episcopo IMOLEN.

Aretina Vnionis.

Lunæ 1. Aprilis 1647.

ARGVMENTVM.

Vnio continet coniunctionem duarum Ecclesiarum, & ex duabus vnica constituitur. Vnde in præsenti discutitur, an vnio duorum Capitulorum effectuata per actus simultaneos gestos ab vtroque Capitulo immutari possit per actus separatim factos à solis Canonicis vnius Capituli circa negotia ad ipsorum tantum Capitulum spectantia, & resolutio est negatiua, & rationibus in contrarium adductis respondetur.

SVMMARIVM.

1 *Vnio continet coniunctionem duarum Ecclesiarum.*
2 *per Vnionem primæ speciei, non autem tertiæ communicantur Ecclesiæ vnitæ omnes honores, & priuilegia illius Ecclesiæ, cui fuit facta vnio.*
3 *per Vnionem ex duobus Capitulis vnicũ constituitur.*
4 *Ac proindè electiones, contractus, &c. commune interesse concernentia ab vtroque Capitulo simul vnitim, & coniunctim tractare debent.*
5 *Vnio quando dicatur redacta ad tertiam speciem.*
6 *per Vnionem Capituli cum Ecclesia Cathedrali an, & quando negotia vtriusque respicientia interesse commune, seù particulare simul, vel separatim pertractari debeant.*
7 *Contrarietas, seù repugnantia in eadem scriptura, seu sententia semper euitanda est.*
8 *Sententia declarans negotia Ecclesiæ vnitæ separatim pertractari debere à negotijs Ecclesiæ, cui fuit facta vnio, & postea mandans in genere obseruare vnionem, quomodo sit intelligenda. & num. 10.*
9 *Dictio,* prout, *est restrictiua.*
11 *Iurisdictionalia exercere Sede Episcopali, vacante, com-*

competit dumtaxat Capitulo Ecclesiæ Cathedralis.

12 *Vnio duorum Capitulorum an immutetur per actus gestos à solis Canonicis vnius Capituli circa illius tantum interesse.*

13 *Vnio duorum Capitulorum effectuata per actus simultaneos factos à Capitulo vtriusque Ecclesiæ, quando non potest immutari per actus separatos deinde gestos.*

Et quid si ex post actus simultaneos exercuere. n. 15.

14 *Ius vnius socij censetur præseruatum per actus factos ab altero socio, tanquam à consortio.*

16 *Vnio duorum Capitulorum immutatur per actus separatim gestos à Canonicis vnius Capituli tantum, dum non constat adfuisse animum illam immutandi.*

17 *Confirmatio Pontificis cum clausula,* sublata, *& decreto irritanti tollit omnem, & quamcumque obseruantiam in contrarium.*

18 *Obseruantia contraria confirmationi Apostolicæ factæ cum clausula,* sublata, *& decreto irritanti, induci non potest.*

DECISIO XXXVII.

INTRODVCTA in Rota causa appellationis interpositæ à sententia lata ab A. C. super Vnione Ecclesiæ Collegiatæ Sanctæ Mariæ Plebis, Ecclesiæ Cathedrali Sancti Petri Ciuitatis Aretinæ sub die 2. Iunij 1645. fuit resolutum vnionem factã ab Episcopo Aretino vsque de anno 1240 suffragari in omnibus in ea expressis, & signanter quoad tractationẽ negotiorum communium, quod ea ab vtroq; Capitulo simul vnitim, & coniunctim tractẽtur, quoad electionem Vicarij Capitularis, & quoad alios actus, de quibus in decisione, reproposito eodem duhio DD. steterunt in decisis.

Principale fundamentum consistit in eo,
1 quod † cum vnio contineat coniunctionem
2 duarum Ecclesiarum, † & per eam cum sit vnio primæ speciei, non autem tertiæ communicentur Collegiatæ omnes honores, &
3 priuilegia dictæ Cathedralis Ecclesiæ, † & ex
4 duobus Capitulis vnicum constituatur, † electiones, contractus, negocia, & alia omnia commune interesse concernentia ab vtroque Capitulo simul vnitim, & coniunctim tractari debent. Quia prædicta vnio Episcopi Aretini clarè loquitur, quod Canonici vtriusque Ecclesiæ admitti debeant ad electiones, tractatus negotia, & contractus, itaut sit vnum Capitulum vnitum vniuersalitèr, & indefinitè sub vno capite.

5 Neque dicatur † prædictam vnionem factã ab Episcopo fuisse redactam ad tertiam speciẽ, vti alteratam, & mutatam per sententiam Eminentissimorum Cardinalium Florentiæ,
6 & Saluiati de anno 1595.† in qua ad tollendas omnes dubitationes decreuerunt, & declararunt electiones, tractatus, contractus, & negocia vtriusque Capituli separatim pertractari debere in vnaquaque Ecclesia, & Capitulo, prout ad alterum spectant, & pertinent, &c. à Clemente octauo de anno 1596. cum clausula sublata, & decreto irritanti confirmatam, siquidem huic interpretationi repugnant clara verba ipsius sententiæ, dum in ea in genere mandatur obseruari vnionem, & declaratur Collegiatam debere habere priuilegia, & honores Cathedralis ibi: (*Dicimus, sententiamus, cernimus, & declaramus, vnionem dictæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Plebe, & eiusdem Capituli factam per dictum Guglielmum Episcopũ Atetinum, & per Sedẽ Apostolicam confirmatã à partibus acceptatã, & effectum sortitam, & executioni demãdatam per plures, ac diuersos actus, ac per longa temporum spatia fuisse obseruatam in pristinam obseruãtiã reuocandam, & restituendam fuisse, & esse prout saluis declarationibus infrascriptis restituimns, & reponimus, non obstantibus quibuscumque propositis, allegatis, & exceptis pro parte Capituli, & Canonicorum Cathedralis Ecclesiæ, adeò quod eidem Collogiatæ Ecclesiæ Plebis, eiusdemq; Capitulo, & Canonicis honores, & Priuilegia dictæ Cathedralis Ecclesiæ censeantur, & sint communicata, & competant, & competere intelligantur, & Canonici Collegiatæ ad instar Cathedralium habeantur, nominentur, & reputentur, &c.*) & propterea sicuti respondet decisio in §. quod negotia à generalitate negotiorum excipiuntur electiones, tractatus, & negotia vtriusq; Capituli, qui tanquam non respicientia Cathedralitatem, sed solummodo priuata negotia vtriusq; Ecclesiæ separatim fieri debent, vt disponitur tanquam de re diuersa in sententia, ibi, (*saluis infrascriptis separatim pertractari debere in vnaquaque Ecclesia, & Capitulo, prout ad alterum spectat, & pertinent, &c.*) †Sicq; secũdum veram intelli- 7
gentiam sententiæ, ne detur repugnãtia, & cõtrarietas in eadẽ sententia, quę semper euitanda est, *Dec. cons. 282. nu. 4. Ruin. cons. 165. n. 9. lib. 1. Mantic. de tacit. lib. 2. tit. 13. num. 33. Rot. coram bo.*
8 *mem. Baratt. decis. 206. num. 14.* † Vnio in omnibus debet obseruari præterquam in exceptis in eadem sententia, nempè respectu eorum, quæ ad alterum ex Capitulis spectant, & pertinent cum separatim pertractari debeant in vnaquaque Ecclesia, & Capitulo; quia Cathedralis est vna, & duæ Ecclesiæ sunt vnitæ quoad Cathedralitatem, non quoad particularia vniuscuiusque Ecclesiæ, & Capituli, pro-
9 ut ad alterum spectant, & pertinent † cum illa dictio (*prout*) restrictiua denotet dicta verba esse intelligenda de negotijs particularibus, vt firmat decisio *in d. §. negotia*. Et dum
10 Cardinales† in sententia reduxerunt vnionem in pristinum statum, & obseruantiam, quæ erat, vt negotia communia communitèr agerentur, vt conuincitur ex pluribus actis datis pro parte Collegiatæ, ex quibus patet Canonicos Collegiatæ, tanquam Canonicos Cathe-
11 dralis se gessisse, cum exercuerint† iurisdictionalia Sede Episcopali vacante, quod competit Capitulo Ecclesiæ Cathedralis dumtaxat *cap. cum olim de maiorit. & obed. cap. vnico eodem tit. in 6. Rota in Vercellen. vnitatis Capituli coram Penia, & in eadem 9. Maij 1644. coram R. P. D. meo Otthobono*; illa verba adiecta, *Quod tractatus, & negotia particulariter pertractari deberent per vnumquodque Capitulum, &c.* debent interpretari, vt intellectum fuerit de negotijs particularibus.

12 Nec † facit, quod dentur actus facti à solis Canonicis Cathedralis importantibus Cathedra-

13 dralitatem; † quia semper verum est dicere supradictos actus non potuisse mutare qualitatem vnionis effectuatæ per actus simultaneos factos à Capitulo vtriusque Ecclesiæ, & dum non probatur animus Canonicorum Cathedralis inducendi nouam obseruan-
14 tiam in præiudicium Collegiatæ † per tales actus tanquam per consortios factos censetur præseruatum ius Collegiata, *Rota decis.* 640.
15 *numer.* 4. *par.* 2. *recentior.* † Idque apertè conuincitur. quia etiam ex post Capitula ambarum Ecclesiarum exercuere actus simultaneos etenim de anno 1591. die 2. mensis Martij simul contulere vnum Canonicatum Collegiatæ, & dicta die 2. Martij eiusdem anni contulere Canonicatum Cathedralis, facta mētione
16 in vtraque collatione, † vnde patet non adfuisse animum mutandi vnionem in actibus præcedentibus separatim gestis, *Rota decis.* 640. *par.* 2. *recent.*

Actus gesti post sententiam Cardinalium cum hæc fuerit per san. mem. Clementem
17 Octauum † confirmata cum clausula sublata, & decreto irritanti, quæ tollunt omnem, & quamcumque obseruantiam in contrarium non sunt habendi in consideratione cum obseruantia contraria dictæ confirmationi induci non possit, sicut firmat decisio *in* §. *quo verò & in* §. *nec minus*.

Ex quibus alijs omissis, quæ DD. visa sunt non reuelare vtraq; parte informante fuit confirmata decisio in hac causa facta 2. Iunij 1645.

R. P. D. ARGVELLES.

Romana Hæreditatis.

Lunæ 1. *Aprilis* 1647.

ARGVMENTVM.

Iniustitia impedit effectum rei iudicatæ etiamsi in vna parte tantum dignoscatur; quia sententia in parte iniusta, ratione identitatis redditur iniusta in omnibus, nisi appareat concepta per capita separata. Immissio fideicommissario; licet impediri possit ab hærede grauato propter detractiones ipsi debitas, tamen secùs seruandum esse dicitur, quando huiusmodi detractiones sunt turbidæ, illiquidæ, & irreleuantes.

SVMMARIVM.

1 *Iniustitia sententiæ impedit rem iudicatam.*
2 *Immissionem fideicommissario impediunt detractiones debitæ hæredi grauato.*
3 *Retentio hæredi grauato, vel ab eo causam haberti conceditur vsquæ ad integram satisfactionem propter debitas detractiones.*
4 *Immissionem fideicommissario non impediunt exceptiones irreleuantes.*
5 *Immissio fideicommissario, an. & quando non impediatur per varias exceptiones.*
6 *Immissionem fideicommissario non possunt impedire exceptiones turbidæ, & illiquidæ.*
7 *Fructus percepti ab hærede grauato tollunt exceptiones obiectas ad impediendam immissionem fideicommissario.*
8 *Iniustitia impedit effectum rei indicatæ, etiamsi in sola parte dignoscatur.*
9 *Sententia in parte iniusta ratione indiuiduitatis redditur iniusta in omnibus.*

DECISIO XXXVIII.

NON constare de re iudicata sub die 14. Decembris præteriti* DD. resoluerunt, & hodie eamdem resolutionem cōfirmarunt
1 ex eisdem fundamentis, † & signantèr ex capite iniustitiæ sententiæ A. C. quæ impedit rem iudicatam, *l. si te non obtulit* 4. §. *condemnatum* 6. *ff. de re iud. Seraph. decis.* 641. *in princ. cum alijs per Rot. in Tiburtina hæreditatis* 14. *Nouemb.* 1639. §. *repetebant coram Reuerendissimo D. meo Carillo Præside Vallisoletano, in Bononien. prædij* 6. *Febr.* 1640. §. *quia cum ex deductis, coram Reu. P. D. Ghisilerio, & in d. præterita decisione coram me, & aliàs sæpiùs, & omnes iuris conclusiones in præterita decisione adductas* verissimas esse ipsi scribentes pro Ciampino fatebantur ingenuè.

Nec Dominos ab hac resolutione retraxerunt detractiones obiectæ à Ciampino, quæ
2 regulariter † impediunt immissionem fideicōmissario, vt fuit dictum *in Romana de Spinosis* 10. *Maij* 1623. *coram Pirouano, & in Bononien. legati de Marescottis* 24. *Aprilis* 1626. *coram Merlino*,
3 & † concedunt retentionem hæredi grauato vel ab eo causam habenti vsque ad integram satisfactionem, *Roland. cons.* 28. *num.* 1. *& seqq. lib.* 1. *Rota decis.* 599. *num.* 2. *par.* 3. *recen. in Foroliuien. fideicommissi* 9. *Maij* 1611. *coram S. D. N. & in Camerinen. bonorum* 5. *Maij* 1626. *coram Merlino.*
4 Tum † quia visæ fuerunt irreleuantes, & abundè sublatæ ex responsionibus specialiter datis cuilibet *in d. decis.* 14. *Decembris in* §. *in-*
5 *iustitia*, vbi respondetur fusè † ad prætensionem quarti dotalis, *in* §. *nec facit* vbi ad Trebellianicam, *in* §. *nec magis*, vbi ad prætensa melioramenta *in* §. *alia etiam*, vbi ad impensas infirmitatis *in* §. *vlterius*, vbi ad impensas funeris, *& in* §. *finali*, vbi ad legata, &c.
6 Tum etiam, quia tam prædictæ detractiones, quam aliæ, quæ potuissent opponi visæ fuerunt turbidæ, & illiquidæ, & sic non valentes impedire immissionem debitam Porrinæ, *l. statu liberum la prima in ordine ff. de stat. lib.* maximè *ex remed. l. fin. C. de edict. D. Adr. toll. Menoch. cons.* 704. *num.* 11. *&* 12. *Surd. de alim. tit.* 8. *priuil.* 82. *num.* 2. 7. *&* 9. *Intrigl. de subst. cent.* 3. *num.* 107. *Raud. dec. Pisan.* 30. *numer.* 211. *ad med. cum alijs in præt. dec. congestis in* §. *& sufficeret, quod saltem, &c. quibus addi possunt decis.* 47. *num.* 13. *par.* 5. *rec. dec.* 301. *num.* 17. *&* 18. *par.* 6. *& aliæ cumulatæ in Bononien. fideicommissi de Glauarinis* 23. *Ianu. &* 9. *Iunij* 1636. *coram R. P. D. Royas, & plures in Auximana fideicommissi* 13. *Ianuar.* 1640. §. *quia dotes circa finem, vers. ideòq; prætensæ detractiones, &c. &* 31. *Ianuarij* 1642. *coram Reuerendiss. D. Dunozet Decano, & in Bononien. fideicōmissi de Batterijs* 8. *Aprilis* 1644. §. *finali coram R. P. D. Corrado.*

Tur-

Turbidæ autem, & illiquidæ remanserunt
7 detractiones tam ex rationibus per informantes ponderatis, quam etiam ex fructibus à Ciampino pluribus annis perceptis, de quibus habendam esse rationem ad tollenda impedimenta præstita immissioni dixit *Sim. de Præt. de interpr. vlt. vol. lib. 3. dub. 5. solut. 4. n. 31. quem sequitur Rot. in Bononien. de Bonsignoribus 19. Nouembris 1627. coram Merlino, & in dedis. 391. sub num. 6. vers. & dicitur prædictis par. 5. rec.*

Et consequenter cum sententia A.C. non habuerit de illis rationem, non potest excusa-
8 ri ab iniustitia, † quæ impedit effectum rei indicatæ, etiamsi in sola parte dignoscatur:
9 quia † cum concepta appareat per vnum caput, iniustitia in vna parte influit in totam rationem indiuiduitatis, *vt in l. fin. ff. de iurisd. omn. iud. Alberin. num. 16. Bart. in fin. & Castr. num. 10. Grat. discept. 529. num. 45. & 46. Mohedan. decis. 10. de re iudic. Burat. decis. 641. nu. 12. vers. ad secundum, & decis. 650. num. 13. vers. sicuti in sententia, &c.*

Et ita, &c. vtraque, &c.

Decisio ista in hac eadem causa emanata coram eodem bo. mem. Arguelles sub die 14. Decembris anni præteriti 1646. est in præcedenti parte 9. tom. 2. rec. decis. 438. Infra in hac eadem par. 10. recent. habetur altera decisio sub die 1. Iuly 1647.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Auenionen Pecuniaria.

Veneris 5. Aprilis 1647.

ARGVMENTVM.

Mulier ex priuilegio *auth. res quæ C. commun. de leg.* pro recuperatione suæ dotis non tenetur excutere bona libera debitis, & litibus intricata, sed potest agere contra bona fideicommissaria descendentium, non solùm pro sorte dotali, sed etiam pro fructibus, seu vsuris dotalibus, quos tamen non ex proprietate bonorum fideicommissariorum, sed ex redditibus dicti fideicommissi detrahendos esse firmatur.

SVMMARIVM.

1 *Mulier pro recuperatione dotis non tenetur excutere bona debitis inuoluta, sed agere poterit contra fideicommissum.*
2 *Mulier non solùm pro recuperatione suæ dotis agere poterit contra bona fideicommissaria, sed etiam pro fructibus dotis.*
3 *pro Dotis constitutione, vel restitutione, ex iuris dispositione censentur obligata bona fideicommissaria ascendentium, si bona libera non existant.*
4 *Bona fideicommissaria quando sunt obligata pro dotis constitutione, vel restitutione, censentur etiam obligata pro vsuris dotalibus. Declara. num. 7.*
5 *Obligatio stipulata pro sorte, trahi solet ad vsuras.*
6 *Hipotheca fauore dotis à iure inducta vsuras etiam includit.*
7 *Vsuræ dotales ex redditibus fideicõmissi exigẽdæ sunt, non autem ex proprietate bonorum distrahendæ.*
8 *Vsuræ dotales, vbi ad certum tempus limitatæ sunt ad rationem tanti pro centenario post dictum tempus debentur ad rationem statuti loci.*
9 *Conuentio restricta ad certum tempus, non est protrahenda post dictum tempus.*
10 *Fructus à legata pecunia quando debeantur.*
11 *Legitimam licet in pecunia taxatam, quando filius consequi debeat vna cum fructibus à die Matris obitus decursis.*
12 *Fructus legati pro dote relicti ab ascendente quando debeantur.*

DECISIO XXXIX.

IN decisione coram me emanata sub die 10. Decembris præteriti * reformata fuerat sententia graduatoria inter Claudij Creditores super eius Patrimonio, ac Spiritæ Coniugis hæreditate prolata, & actio attributa Felitiæ, vt consequi posset ex fideicommisso Claudij senioris sui Ascendentis scuta ducenta pro residuo dotis promissæ à Patre, qui nullis relictis bonis liberis, vel saltem plurimo ære alieno grauatis decesserat; Cum verò ex eodem fideicommisso fructus dotales prædicti residui sibi debitos esse contenderet Felitia (in præterita decisione non deductos:) Eos quoque inde consequi posse hodie Do-
1 mini responderunt. † Dum enim bona libera non existunt, sed pluribus probantur debitis inuolata ex dicta sententia graduatoria eadem bona Felitia non tenetur excutere, sed virtute priuilegij *Auth. res, quæ C. communia de legat.* agere poterit contra fideicommissum Ascendentis non solum pro residuo sortis dotalis, vt præter relatos in *dec. præterita respondit Rot. in Bononien. fideic. de Maluezzis 7. Maij 1640. in §. vltimo, & 10. Martij 1642. §. 1. circa finem coram R.P.D. meo Peutingerio, & in Romana Census 18. Maij 1646. & in Iteramnen. fideicommissi 15. Martij præteriti coram R. P. D. meo Meltio;*
2 sed etiam pro fructibus prædicti residui iuxta magis receptam DD. sententiam, de qua testatur *Ruin. cons. 199. num. 8. lib. 2. Felician. de cens. tom. 2. lib. 3, cap. 5. num. 18. ad finem*, vbi attestatur de veriori *Duard. eodem tractat. §. 1. quæst. 7. num. 32. & 33. Mart. de successione legali par. 4. q. 21. art. 10. num. 51. Peregr. de fideicom. art. 42. num. 86. num, 96. vers. ex aduerso consideratur Cancer. var. resol. p. 1. cap, 9. nu. 105. Vinc. de Franch. decis. 213. num. 9. circa finem vers. quando tamen punctus principalis, Barz. decis. Bononien. 108. num. 15. & 16. Mastrill. decis. 256. num. 10. vbi attestatur de receptiori DD. sententia, Roder. de annuis, & mestr. reddit. lib. 3. q. 7. num. 70. Paschal. de Patr. potest. p. 2. c. 7. nu. 39. in fine cum seqq.* vbi plures huius conclusionis rationes ad-
3 ducunt † Quia scilicet obligatio, quæ ex iuris dispositione contracta præsumitur in bonis Ascendentium fideicommisso suppositis fauore mulierum descendentium, vt inde dotis constitutionem, vel restitutionem consequi valeant, si bona libera non existant iuxta *cons. dec. 519. num. 3. Castr. cons. 319. num. 3. circa finem decis. Seraph. 693. num. 2. & 312. numer. 17. par. 6.*

par. 6. rec. & in Romana Saluiani de Casalibus 21. Iu-
4 *nij 1641. coram R.P.D. meo Cerro,* † ad dotales etiã
5 vsuras extenditur prout regulariter † obligatio stipulata pro sorte trahi solet, ad vsuras *iuxt. tex. in l. Lutius ff. qui pot. in pign. & in l. Etiã C. de iure dot.*
6 *Neguſ. de pignor. 5. parte. 2. mem. num. 9.* † Et quia hypotheca fauore dotis à Iure inducta, vsuras etiam includit, vt notant *DD. in d. l. Lutius ff. qui potior. in pign. Neguſ. de pignor. secunda parte mem. 4. num. 55. circa medium.*

7 Hos † tamen fructus ex redditibus fideicommissi exigere posse Felitiam, non autẽ ex proprietate bonorum distrahenda Domini responderunt, prout aliàs responsum fuit in *Firmana, seù Maceraten. dotis 9. Ian. 1622. coram bon. mem. Pirouano, & in Romana fructuum dotis 12. Maij 1635. coram bon. mem. Coccino inter impressas par. 4. tom. 3. decis. 607. nu. 7. & 8. in Romana dotis 23. Iunij 1645. coram R.P.D. meo Otthobono in §. Quæ quidem actio:*
8 Et † taxarunt ad rationem scutorum quinque pro centenario, donec in humanis extitit Claudius Pater iuxta particularem ipsius conuentionem initam cum Viro Felitiæ. Post eius verò obitum, cessante tunc temporis conuenta dilatione dotis ad rationem scutorum septem pro centenario iuxta dispositionẽ statuti Auen-
9 nion. quæ attendi debet, † non autem particularis conuentio ad Claudij vitam restricta, nec ideo post eius obitum protrahenda; *l. commodissime ff. de lib. & posthum. Card. Mant. de tacit. lib. 3. tit 5. num. 1.* & in his terminis firmauit *Rot. coram Reuerendissimo Vrgellen. decis. 419. num. 6. & in Romana fructuum dotis 27. Maij 1641. coram Reuerendissimo Præside Valisoletano.*

Responderunt præterea Domini reformandam esse sententiam graduatoriam in ea parte, qua à die tantum factæ oppositionis per Marcum aduersarium in patrimonio Spiritæ assignantur fructus duplicis legati ab eadem relicti proprijs filijs, nempe Francisco in summa scutorum quadringentorum, ac Margaritæ pro scutis 800. per obitum vtriusque delati Felitiæ
10 sorori. † Quos fructus legatæ pecuniæ à die obitus matris eidem assignarunt. Quia idem le-
11 gatum succedit loco legitimæ, † quam filius licet in pecunia taxatam consequi debet vna cum fructibus à die matris obitus decursos, dum eius hæreditas stabilibus affluere ostendi-
12 tur ex Inuentario, & Instrumento dotali, † prout de legato pro dote relicto Felitiæ responsum fuit in decisione præterita, in §. *sententiam præterea graduatoriam,* & præter ibi relatos tradit *Fabian. de Giacchis in repetitione Auth. nouissima nu. 129. circa finem C. de inoff. testamento, Bald. cons. 222. num. 2. lib. 4. Cardinalis cons. 80. num. 1. in fine, Corneus cons. 266. numer. 12. libe. 3. Soccin. sen. cons. 57. numer. 36. cum seqq. lib. 4.*

Et ita altera tantum parte informante decisum.

☞ *Decisio ista emanata sub die 10. Maij 1646. coram eodem R.P.D. Verospio habetur infra suo loco in Miscellanea decisionum.*

R.P.D. LEONE VEROSPIO.

Bononien Pecuniaria.

Veneris 5. Aprilis 1647.

ARGVMENTVM.

Actus quamuis fuerit simpliciter gestus, tamen præsumitur factus in executionem antecedentis mandati maximè quando præcessit deputatio specialis ad hunc actum tantum, & ad illius perfectionem modicum temporis interuallum intercessit. Statutum aliquid prohibens ad certum tempus an, & quando post dictum tempus censeatur permittere clarè demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Subscriptio in executionem præcedentis Decreti purè facta, censetur infra suos limites restricta.*
2 *Actus præsumitur factus in executionem antecedentis mandati.*
3 *Actus præsumitur factus in executuonem antecedentis mandati, quando præcessit deputatio specialis ad hunc actum tantum.*
4 *Actus presumitur gestus iuxta formam antecedentis mandati, maximè vbi breuitas temporis intercessit.*
5 *Amplia etiam si aliquod temporis interuellum intercesserit.*
6 *Actus dicitur factus in vim præcedentis mandati, quamuis longum post temporis interuallum intercesserit.*
7 *Dispositio, quando est dubia, ex coniecturis potest declarari,*
8 *Obligatio quando dicatur proprio vel alieno nomine contracta.*
9 *Præiudicare sibi dicitur ille qui fassus fuit debitum proprium, & agnouit creditorem suum.*
10 *Actus quamuis fuerit gestus nomine proprio adscribendum tamen est mandato preambulo.*
11 *Epistola scripta ab hærede creditori defuncti in qua promisit soluere, talis promissio, seù obligatio quommodo intelligenda sit.*
12 *Epistola aulicis verbis, ac officiosis conscripta non inducit obligationem scribentis.*
13 *Statutum Bonon. in tit de contr. cum min. & fil. fam esse in viridi obseruantia firmatur.*
14 *Statutum prohibens quod nullus minor annorum 22. validè possit se obligare, post dictum tempus censetur permittere obligationem.*
15 *Statutũ aliquid prohibens ad certum tempus, post dictum tempus censetur permittere.*
16 *Statutum permittens minores per se ipsos, vel alios, artem exercentes velide posse se obligari, non extenditur ad alios minores in statuto non recensitos, & num. 20.*
17 *Minor de iure communi non potest se obligare si non habet vigintiquinq; annos.*
18 *Argumentum à contrario sensu, quando dispositio concepta est sub verbis negatiuis, strictè recipitur ad limites dispositionis in sensu directo sancitæ.*
19 *Statutum aliquid prohibens ad certum tempus, an, & quando post dictum tempus censeatur permittere.*

DECI-

DECISIO XL.

IO: BAPTISTA Mediceus instituto hærede ventre prægnante decesserat, ac pluribus in hæreditate relictis cambiorum litteris subscribendis ad proximas tunc Augusti Nūdinas transmittendis, pro quarum subscriptione coram Eminētissimo Legato Bononieñ instantibus creditoribus, ab eo fuit in curatorē ad hunc tantum subscriptionis actum deputatus Guicciardus Frater Io: Baptistę quamuis in minori adhuc esset ætate constitutus, qui litteras prædictas sub clausula insolidum conceptas simpliciter subscripsit præuio tamen legati Decreto, quod nullum indè præiudicium Guicciardo contingeret, sed litterarum extinctio cum solutione cambiorum ad hæreditatem ipsam pertineret. Cum verò in Curia Bonoñ eius vigore subscriptionis fideiussorio nomine conuentus fuisset Guicciardus à Ludouico Giouagnono, altero ex creditoribus hæreditarijs, & sententiam absolutoriam ibidem obtinuisset, sed deindè in Tribunali A. C. reuocatoriam reportasset; per appellationem deuoluta mihi causa, dubium propo-
1 sui; An hinc teneatur Guicciardus; † & ipsum non teneri fuit hodie responsum, quia subscriptio quamuis simpliciter concepta, in executionem præcedentis Decreti facta censetur ad eiusq; limites restricta, *vt not. in l. quædam mulier 76. ff. de rei vendic. & in l. 2. C. de acquir. possess. Bald. in l. iubemus num. 1. C. ad Velleianum. Surd. decis. 217. num. 3. Rota decis. 28. num. 5. par. 4. tom. 2. recent. & in Barchinonen. Vicariæ 13. Iunij 1644. coram R.P.D. meo Corrado in §. atque ideò,*
2 prout † etiam actus in executionem antecedentis mandati præsumitur expeditus ex dispositione *tex. in l. seruus communis. ff. de stipulatione seruorum, & in l. vlt. §. quid enim C. per quas personas nob. acquir.* & notant DD. communitèr *in l. qui in aliena §. is, cui. ff. de acquir. hæred. vbi Bart. & Ang. num. 1. Imola num. 7. Castrens. num. 2. Ias. in l. 1. §. nunciatio num. 3. ff. de oper. nou. nun-*
3 *ciat.* dum † maximè præcessit deputatio specialis ad certum tantum actum subscriptionis ponderata per *Iason. in d. l. 1. §. nunciatio num. 3. in 5. notab.* vbi etiam *Curt. num. 36. ff. de operis noui nunciatione, Ang. in l. si pupilli §. 1. nu. 4. ff. de neg. gest. Ruin. in l. post dotem num. 17. ff. sol. matr. Alciat de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 24. num. 9.*
4 & † breuitas temporis intercessit inter decretum, & actum subscriptionis septem dierum
5 spatium non excedens, † licet hanc temporis breuitatem, nec fore necessariam tradat *Menocch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 49. num. 14.*
6 *& 15.* † adscribēs idcircò mandato præambulo actum, longum post licet temporis interuallū expeditum sequitur *Alciat. de præsump. reg. 2. præsumpt. 24. num. 10. Lamberteng. de contract. gloss. 8. num. 9. & not. DD. communiter in l. qui mihi donatum ff. de donat. vbi Alex. in apostill. ad Bart. Imol. num. 2. Rom. num. 5.* ac denique plures antece-
7 dunt, ac subsequuntur eiusdem Guicciardi subscriptiones ad prædictum Legati Decretū se referentes, à quibus debet intermedia subscriptio simplicitèr concepta declarari *iux. tex. in l. si seruus plurium. §. vlt. ff. de legat. 1. l. hæredes palam, §. sed si notam ff. de testamen. l. si fuerint, §. vlt. ff. de reb. dub. l. ille, aut ille. §. cum in verbis. ff. de leg. 3.*
8 Hinc non videtur vrgere † prædicta Guicciardi subscriptio simpliciter in litterarum cambijs exarata ad denotandam eiusdem obligationem proprio idcircò nomine contractā *iuxt. tex. in l. si pupilli, §. 1. in 2. responso ff. de neg. gest.* vbi id in specie *not. Ang.* cum alijs per *Card. Mant. de tacit. lib. 8. tit. 11. num. 14. & 15.* Neque Epistola ab eodem transmissa sub hac forma Giouagnono creditori, videlicet, *subito aggiustato li prometto, che trouarò modo, e maniera,*
9 *che sarà sodisfatto lei, e tutti i miei creditori* † qua fatendo debitum proprium, ac ipsum agnoscendo creditorem suum sibi præiudicasse cēsetur, vt aduertit in specie *Cyriac. contr. forens. cap. 244. num. 30.* & tradit *Card. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 12. tit. 12. num. 26. Rot. coram Greg. decis. 460. num. 13.*
10 Actus † enim subscriptionis, proprio quāuis fuisset nomine gestus adscribi nihilominus debet præambulo Legati Decreto, *vt not. Ang. in l. qui in aliena §. is, cui vers. & mandatarius, Surd. cons. 19. num. 24.* & alijs relatis authoritatibus firmauit *Rota in Romana societatis 12. Iunij 1645. coram R.P.D. meo Ottobono, & in Fauentina societatis 16. Aprilis sequentis anni coram R.P.D. meo Celso in §. quamuis* fuerit initus no-
11 mine proprio; epistola verò, † vel declarationem recipit ab eodem Decreto, vel dum probatur à Guicciardo transmissa post aditam Io: Baptistæ hæreditatem propriam illius obligationem designant, ex iure tamen hæreditario
12 resultantem † vel saltem vti aulicis verbis, ac officiosis conscripta eiusdem obligationem inducere non potuit, vt notant DD. communiter in *cap. cum venissent de instit. Tiraquell. de priuil. piæ caus. priuil. 51. Genua. de scriptura priuata lib. 3. tit. 1. num. 14. Rota coram Seraph. decis. 136. num. 2.*
13 Ex † alio præterea fundamento fideiussoriam Guicciardi obligationem aliqui ex DD. excludebant, quia scilicet idem tunc temporis vigesimum quartum suæ ætatis annum non expleuerat ex dispositione statuti *Bonon. in tit. de contract. cum min. & fil. fam.* requisitum pro subsistentia obligationis sine solemnitatibus peractæ, de cuius obseruantia testatur *Rota in Bononien. censius 17. Martij 1608. & 20. Februarij 1609. coram Marquemontio impress. post Picum decis. 59. & 60. & coram Buratt. decis. 27. num. 1.*
14 Neque eisdem DD. huius † vis statuti visa fuit elidi ab altero statuto de foro mercatorū per verba negatiua prohibente, quod nullus minor annorum 22. qui per semetipsum, aut alium artem, seu mercaturam non exerceat, vti Magister, vel socius validam contrahat obligationem, quasi à contrario sensu per idē statutum approbata fuerit obligatio Guicciardi vigesimum secundum suæ ætatis annū,
15 tunc excedentis, † vt in terminis statuti ad certum tempus aliquid prohibentis videtur sensisse *Castrens. in cons. 106. num. 1. & 2. lib. 2. per*

Surd.

Surd. decis. 75. *num.* 5. & *per Rot. coram Buratt. decis.* 396. *num.* 2.

16 Quia censuerunt † per hanc Constitutionem solum habilitatos fuisse minores annorum 22. per semetipsos, vel alios artem, seu mercaturam exercentes in sensu directo ibidem recensitos, non autem alios maiores annorũ 22. non artifices, nec mercatores in sensu directo Constitutionis non nominatos, qui idcircò per argumentum à contrario sensu ibidem non censentur inclusi, sed tanquam omissi remanent sub dispositione, vel legis communis, vel prædicti statuti de contract.
17 cum † minor, ac filijs fam. vigesimum quintum annum expresè requirentis, vt aduertit *Dec. in l.* 1. *num.* 53. *ff. de officio eius,* & *in cons.* 110.
18 *num.* 5. † vbi huius distinctionis rationem subijcit, quod in statuto sub verbis præsertim negatiuis concepto argumentum à contrario sensu petitum, nonnisi strictè recipiatur, & ad limites dispositionis in sensu directo sancitæ, quam etiam considerauit *Zas. super eadem l. n.* 7. *Butr. in cap. cum Apostolica num.* 10. *de his, quæ fiunt à Prælatis sine consensu Capituli. Aym. consil.* 460. *num.* 12. *Honded. cons.* 16. *num.* 60. *lib.* 1. & alijs relatis iuribus firmat *Osasch. decis.* 85. *num.* 14. ac egregiè discusso articulo censuit *Rota in Romana, seu Perusina census* 12. *Decembris*
19 1644. *coram R.P.D. meo Bichio* † vbi præterea respondet argumento deducto ex tempore limitato per statutum, quod scilicet non procedat quoties idem statutũ suũ operetur effectũ in sensu contrario, qui benè resultat in casu statuti de foro mercatorum permittentis contrahere magistros, vel socios minores annorum 22. dum ibidem prædictam ætatem excedentes validè contraxisse censentur.

20 Eadem paritèr † responsione tollitur obiectio petita ab altero statuto de foro mercatorum habilitente maiorem annorum 18. ad cõtrahendum, quod scilicet solum disponat de personis mercaturam, vel artem exercentibus sub qua idcircò comprænhensa dici non poterit obligatio Guicciardi, nec artificis, nec mercatoris.

Et ita vtraque parte, &c. sancitum.

R. P. D. CORRADO,

Postea Eminentiss. D. CARDINALI.

Bononien̄ fideicommissi de Rubeis.

Veneris 5. *Aprilis* 1647.

ARGVMENTVM.

Derogatio fideicommissi à Pontifice obtenta cum hoc quòd in primis, & ante omnia certa summa inuestiatur necesse est in primis alienationibus integrum inuestimentum fieri, ita vt si fuerit factum in parte, derogatio non suffragetur. Et quid si derogatio fuerit obtenta pro fideicommisso particulari extantibus bonis liberis, vel laxiori vinculo adstrictis, de quibus Papa non fuit certior factus an gratia dicatur subreptitia; & resolutio est affirmatiua; & huius occasione discutitur an, & quando bona subiecta fideicommisso particulari, possiut alienari pro dotis constitutione vel restitutione.

SVMMARIVM.

1 *Breue Apostolicum vbi absolutè non concedit facultatem alienandi bona fideicommissaria, sed committit alteri vt concedat licentiam, venditio facta antequam Breue fuerit Commissario præsentatum, non substinetur.*
2 *Amplia quamuis postea fuisset subsecuta sententia Commissarij concedens licentiam alienandi.*
3 *Commissarius non potest excedere facultatem, atque formam sibi præscriptam à Committente præcipue in præiudicium tertij n. seq;*
4 *Princeps quando post factam alienationem fideicommissi possit præiudicare ipsis, qui fuerãt in causam alienationis à Testatore vocati.*
5 *Alienatio bonorum fideicõmissariorum substinetur, vbi in contractu non fuit emptori tradicta possessio, sed suspensus illius effectus in tempus obtinendæ licentiæ à Pontifice, & quando secus n.* 7.
6 *Alienatio fideicommissi non substinetur, quamuis venditor propter aliquod impedimentum, non transtulisset in emptorem actualem possessionem, & rei traditionem.*
8 *Alienatio fideicommissi non substinetur, quamuis in contractu non fuerit in emptorem translata actualis possessio. dummodo tamen tradita fuerit postea in executionem d. contractus.*
9 *Actus secundus qui continuationem, & perseuerantiam cum primo demonstrat, eodem defectu laborat quo primus laborabat.*
10 *Præcessisse non præsumitur, id, de quo partes mentionem non fecerint, maximè si eius beneficio vti noluissent.*
11 *Breue Apostolicum non suffragatur vbi non fuit seruata forma in eo præscripta, & n.* 16.
12 *Licentia alienandi bona fideicommissi à Pontifice obtenta, cum conditione, quod imprimis, & ante omnia certa summa inuestiri debeat, quid requirat.*
13 *Papa in derogatione fideicommissi, dicitur primo respicere, reintegrationem fideicommissi, & testatorum voluntatem, & deindè hæredis inopiam.*
14 *Derogatio fideicommissi obtenta cum hoc quod imprimis, & ante omnia certa summa inuestiatur, integrum inuestimentum debet fieri, nec sufficit si sit factum in parte.*
15 *Emptor bonorũ fideicommissariorum in vim derogationis Apostolicæ, an, & quando teneatur esse sollicitus de inuestimento faciendo.*
16 *Beneficium legis frustra implorat qui eam contendere non dubitauit.*
17 *Emptor bonorum fideicommissariorum in vim derogationis Apostolicæ tenetur esse sollicitus de inuestimento, si se obligauit illud facere pro sua rata.*
18 *Gratia Apostolica non suffragatur vbi narratiua non fuit iustificata, sed conuincitur subreptitia.*
19 *Gratia Apostolica, an iustificari possit aliundè, & extraiudicialiter.*
20 *Processus præsumitur integrè transportatus.*
21 *Processus dicitur integer, quando Notarius in fine illius attestetur esse reposita non nulla instrumenta in processu descripta, quamuis illorum numeratio fuerit omissa.*

20. Nar-

22 *Narratiua in gratia Apostolica, ex quibus dicatur iustificata, ita vt per Aduersarium possit dici subreptitia.*
23 *Dictio* quæcumq; *tamquam vniuersalis, totum comprahendit, & nihil excludit.*
24 *Confessio partis præferri debet præsumptioni contrariæ.*
25 *Præsumptio tollitur ex confessione partis.*
26 *Scriptura producta à Procuratore, non nocet principali si de eius mandato non constat.*
27 *Legata annua non sunt soluenda ex bonis speciali fideicommisso subiectis, sed ex fructibus bonorum hæreditariorum.*
28 *Alienationes bonorum fideicommissariorum cum pacto franchandi imputantur in detractiones hæredi debitas.*
29 *Venditor cum pacto retrouendendi, non potest cogi ad redimendum.*
30 *Fideicommisso particulari non est dorogandum pro solutione æris alieni extantibus bonis liberis, vel laxiori dumtanxat vinculo adstrictis.*
31 *Papa non censetur voluisse derogare fideicommisso, sicertior factus fuisset quod extarent bona libera, vel laxiori vinculo obnoxia.*
32 *Clausulæ generales, & verba prægnantia in gratia Apostolica apposita, quando extendi non possint ad ignorata per Papam.*
43 *Papa non censetur deceptus sub inuolucro verborum.*
34 *Dos non est restituenda constante matrimonio esto quod vir ad inopiam vergeret.*
35 *Bona subiecta fideicommisso non possunt alienari pro restitutione dotis constante matrimonio, & quia si maritus vergat ad inopiam.*
36 *Bona subiecta fideicommisso particulari quandò non possint alienari, siue pro constitutione, siue pro restitutione dotis.*
37 *Dos detrahenda est ex fideicommisso particulari, quando ipsa bona specialiter alienari prohibita, eidem fideicommissario vniuersali restitui deberent.*
38 *Bona subiecta fideicommisso particulari, quando nec etiam fauore dotis alienari possint, licèt ipsamet bona eidem fideicommissario vniuersali essent restituenda.*
39 *Bona specialiter alienari probita quando non possunt alienari pro constitutione dotis, quamuis ad fideicommissarium vniuersalem deuenire deberent.*
40 *Legitimatus est incapax successionis fideicommissariæ quando sunt vocati descendentes legitimi, & naturales, & ex legitimo matrimonio nati, seù concepti,*
41 *Bulla Pij IV. contra illegitimos non afficit legitimatos ante editionem eiusdem Bullæ.*
42 *Bulla Pij IV. contra illegitimos excepit legitimationes tunc effectum sortitas, ac ius in re consecutas.*

DECISIO XLI.

IN hac causa fuit resolutum die 30. Maij 1646. coram me, concedendam esse immissionem ex remedio *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollend.* D. Iacob de Rubeo, ad cuius fauorem constat fuisse purificatum fideicommissum ordinatum a q. Mino, & Nestore de Rubeis, in possessionem prædij de quo agitur per q. Tiberium contra expressam eorum prohibitionem venditi q. Com. Henrico de Vrsis pluribus rationibus adductis in Decisione, quæ fuit hodie per Dominos confirmata, non obstantibus repetitis oppositionibus pro parte DD. Com. de Vrsis prætendentium alienationem ex dispensatione S. mem. Pauli V. ac etiam ex iuris communis dispositione ob detractiones Tiberio competentes, sustineri posse.

Si quidem visum fuit Breue Apostolicum suffragari non posse, vt in eadem Decisione latè probatur: Primo scilicet quia Summus Pontifex non concessit in eo licentiam vendendi, sed cum non haberet notitiam veritatis narratorum Archiepiscopo Bonon, siue illius Vicario commissit, ac mandauit, quod illam concederent, & bona vendita à fideicommissis eximerent, ac liberarent, vt legitur ibi, *Nos igitur &c. certam de præmissis notitiam non habentes huiusmodi suplicationibus inclinati, Fraternitati tuæ Fr. Arobiep. seu discretioni tuæ fili Vicari, per præsentes committimus, & mandamus, quatenus eidem exponenti, vt quæcunq; dictæ hæreditatis bona, & d. fideicommisso, ac alienandi prohibitioni per Testatores supposita, vsq; ad summam quinquaginta quatuor millium librarum, quibuscunque personis simul, uel successiuè, ac vna, vel pluribus, & diuersis vicibus vendere, prætiumq; exindè redigendum in totalem extinctionem dd. debitorum pro rata, ressiduum verò in emptionem locorum montium non vacabilium de Vrbe &c. conuertere liberè, ac licitè valeat auctoritate nostra concedas, & indulgeas, eique licentiam, & facultatem desuper impartiaris; Nec non pro potiori cautela, omnia, & singula bona sic vendenda ab omnibus fideicommissis &c. eximas, & liberes &c. ac tollas, abroges, & aboleas &c. ac ob venditionem huiusmodi ipsum exponentem in aliquam fideicommissi, substitutionis, caducitatis, deuolutionis, ac priuationis, &c. pænam tam in testamentis huiusmodi &c. quam à iure &c. minimè incurrere minusq; cum, ac eorumdem bonorum emptores, eorumque hæredes, & successores molestari posse &c. eadem auctoritate decennas &c.*

1 Venditio autem † facta fuit per dictum Tiberium præfato Com. Henrico die 18. Iunij 1612. quo tempore nedum non fuerat ab Archiepiscopo, seù Vicario concessa dicta licentia, verùm nec Breue illis præsentatum, quod postea die 4. Augusti fuit exhibitum coram ipso Vicario; Ideoque sustineri non potest illius vigore, quod non concessionem licentiæ, sed solum mandatum de concedendo continebat iuxta trad. *in Bononien. fideicom. de Ramundinis 9. Maij 1636. coram Reuerendiss. D. meo Decano, in recent. decis. 131. sub nu. 7. vers. Pariter non suffragatur Breue Paul. V. & coram R.P.D. meo Ghisilerio 14. Decembris 1637. decis. 261. num. 12. vers. Ideoque cum Breue esset commissarium, & seq. par 7. recent. & 22. Maij 1638. in §. quod vero attinet ad Breue Paul. V. coram eodem, & inspecie post alios probat Monet. de commut. vlt. volunt. cap. 6. nu. 123. vers.*
2 *Immo ad validitatem*; † Neque ex subsequenti sententia Vicarij, qua fuit concessa Tiberio licentia alienandi dictum prædium Com. Henrico potuit conualidari antecedens contractus, quia non habebat Vicarius eam facultatem, nec formam in litteris Apostolicis præscriptā, autoritatemque ipsis concessam poterat vsquā excen-

excedere, neque peruertere *c. cum dilecta ibique gloss. in verb. transponentes extr. de rescript. & fuit dictum in Valentin. Baron. coram bon. mem. Ortembergo 10. Maij 1603. in §. Verum Domini, & 18. Aprilis eiusdem anni in §. fin. & in Treueren. bonorum coram bon. mem. Seleucien. 15. Martij 1621. in recent. decis. 277. sub num. 14. vers. nec etiam & num. 15. ac in Lamacen. beneficij 6. Iunij 1622. coram bon. mem Remboldo decis. 404. numer. 13. vers. sed imo part. 4. tom. 2. & decis. 261 num. 12. par. 7. & in alia sub d. die 22. Maij 1638. in §. Pariter censuerunt*
3 *Domini vers. quia quo ad Breue Clem. VIII.* † Eoque minus in præiudicium aliorum, qui fuerant in casu alienationis ab eisdem testatoribus
4 vocati, † quibus ne quidem Princeps ipse post factum, nisi ex certa scientia, ac iusta causa præiudicare potuisset, *Molin. de Primogen. lib. 4. cap. 5. sub num. 34. vers. sed verius est &c. & sub numer. 35. vers. Imo in maioratibus ac seq. & fuit probatum in præcedenti decisione in §. Quia pro congrua illius declaratione vers. sed verius est.*

Neque obstat, quod ex eo contractu non fuerit tradita emptori possessio, sed suspensus illius effectus in tempus concedendæ licentiæ, eaq; demum concessa denuo celebratus cum traslatione possessionis.

Quoniam aliter se res habet. Contractus enim ille purè, ac simpliciter fuit celebratus, ac (nulla facta reseruatione, nec suspensione in tempus obtinendæ licentiæ, imò nulla prorsus habita de ea mentione in toto illo instrumento) translatum fuit in emptorem dominium, & possessio, quæ penès Tiberium erat, vt in eo legitur in clausis ad habendum &c. & constituti amplè extensis in Process. fol. 577. pag. 1. & fol. 590. ac soluta pars prætij, & pro residuo facta assignatio, vt legitur in vers. d. inquam D. Henricus ad comptum fol. 577. cap. 2. in fin. & seq. & in vers. Postremo pro integro complemento fol. 589. Verum quia eo tempore prædium erat locatum Carolo de Barberijs, ideo fuit reseruata actualis consignatio ab ipso Conductore fienda ibidem *in. vers. Conuenientes etiam vt supra dd. partes, & declarantes &c. fol. 593. pag. 2.* quæ mox cum effectu ab illo facta fuit præuia renunciatione conductionis ex alio Instrumento die 3. Ianuarij 1613. cum interuentu etiam præfati Tiberij celebrato in eodem Processu *fol. 597. par. 2. & seqq.* Ex quibus constat alienationem à sui principio ex parte Tiberij fuisse puram, atque perfectam, illumque voluisse quantum in se fuit dominium, ac possessionem cum plenitudine iuris apud eum existentis in emptorem transferre, licet ob contingentem locationem actualis rei detentio, ac consignatio, tunc fuerit dilata; Ac proinde ineuitabilis inde resultat contrauen-
5 tio, atque priuatio, † quæ tunc posset excusari, quando ille propria voluntate, ne testatoris mentem, ac dispositionem offenderet sub expressa licentiæ obtinendæ reseruatione contraxisset, plenamq; rei traditionem in aliud tempus distulisset, vt explicatur in præcedenti *Decis. d. §. Quia pro congrua in vers. Alter verò &c.*
6 Non † autem quando tradidit quicquid habebat, & aliundè impeditus plus transferre non potuit iuxta tradita *per Tiraquell. de iur. Const. par. 3. lim. 26. sub num. 5. vers. sed aduerte, ac seq. vers. & ista, ac Petr. de fideic. q. 8. num. 60. vers. sufficit tamen,* & benè distinguit conciliando DD. sententias *Odd. de prohib. alianat q. 21. sub num. 19. vers. ego puto, & num. 61. vers. Aut stat per vendi-*
7 *tionem, ac seq.*, † Hocq; fortiùs procedit in proposito casu, in quo Testatores prohibuerunt non solùm alienationem, sed etiam principium alienationis, vt legitur *in d. Process. B. fol. 146. pag. 1.* ibi, *& si contingeret per aliquem incipi velle deuenire ad alienationem ipsorum bonorum, vel alicuius partis eorum, & seu ad illam deueniret. Voluerunt &c. Bart. in l. filius familias §. Diui sub num. 14. vers. Aliud ponit Odofred. ff. de leg. 1. Franc. Aret. cons. 18. sub num. 1. vers. sed in contrarium, ac seq. & n. 4. uers. Verbum argo alienauerit &c. & alij.*
8 Idq; clarius etiam comprobatur † ex dicto posteriori Instrumento celebrato die 3. Ianuarij 1613. in quo cessa fuit per Conductorem prædij detensio, factaque emptorij illius libera consignatio cum interuentu, ac consensu d. Tiberij, non qujdem (vt asseritur) per viam noui contractus, vigore, ac in executione d. licentiæ, (cuius nulla fuit habita mentio,) sed in executione, ac pro adimplemento præcedentis Instrumenti venditionis sub die 18. Iunij 1611. celebrati, *vt apparet fol. 599. in vers. Et pro*
9 *obseruatione, & infra par tot.* † Ideoque eiusdem actus continuationem, ac contrauentionis perseuerantiam, magis conuincit, eodemq; merito defectu laborat, *Castr. cons. 64. Licet plura quærantur num. 4. vers. debet ergo dispositio lib. 2. Crau. cons. 135. sub num. 13. vers. hoc ita præsupponit Rimin. iun. cons. 774. num. 45. vers. actus enim, ac seq. Surd. cons. 460. numer. 20. vers. ergo electio secuta, & seq. Rota decis. 325. sub numer. 4. vers. cum in dubio, ac seq. par. 4. tom. 2. & decis. 197. sub num. 25. vers. & generaliter par. 5. & pœnes Reuerendiss. Vrgellen. decis. 385. num. 48. vers. quod actus secundus.* Et cessat omnis difficultas, quia nec tempore celebrationis d. secundi instrumenti lata erat adhuc sententia Vicarij (licèt aliter fuerit hactenus præsuppositum) vt apparet ex processu coram eo, in quo *fol. 45. & seq.* legitur repetitio iurium, ac instantia pro eius prolatione *sub die 15. Aprilis 1613.* quod sanè comprobatur ex verbis eiusdem sententiæ *in d. Processu B. fol. 530. pag. 2.* ibi, *stante maximè alia sententia, & licentia per nos data, & lata occasione bonorum venditorum, seu vendendorum D. Marchioni de Populis, de qua &, prout in actis infrascripti Notarij sub die 20. Decembris proximè præteriti &c.* Ex quibus colligitur illam fuisse latam
10 elapso iam mense Decembris anni 1612. † Ac etiam ex eo, quod si vere præcessisset d. secundum Instrumentum verisimile omnino est, quod ædem partes fecissent de illo mentionem, quatenus eius beneficio vti voluissent, vt in his terminis fuit consideratum *in d. decis. 231. sub numer. 9. vers. neq. enim verisimile ac seq. par. 7. recent.*

Secundò deficit præfati Breuis præsidium, quia non fuit seruata forma in eo præscripta ibi, *Volumus autem &c. quod ex summa quinquaginta quatuor millium librarum huiusmodi in primis, & ante*

& ante omnia quatuor millia scuta in tot bonis stabilibus, seu locis montium non uacabilium de Vrbe inuestiri &c. debeant &c. quæ omnia in locum bonorum venditorum huiusmodi subrogetur, ac eisdem fideicommissis, & alienandi prohibitionibus, alijsque vinculis subiaceant in omnibus, & per omnia absque vlla prorsus differentia &c. In d. autē contractu inuestitæ fuerunt in eam causam dumtaxat libræ quatuor mille in bonis stabilibus, vt in eo legitur in *vers. item ad d. computum, & infr. vers. His tamen declarationibus in d. Processu fol. 685. & fol. 586.*

11 Quare ex hoc etiam ab eius beneficio excluduntur, *l. auxilium in fin. ff. de minor. l. si pupillorum in princip. vers. si Prætor ff. de reb. eor. l. fin. §. fin verò postquā adierint ibique gloss. in ver. cēsuerūt, C. de iur. delib. Rom. cons. 23. in fine, vers. quæ Statuti forma cū alijs relatis in decis. antecedēti in §. 2. quia in eodē Breui &c.*

Nec releuat inuestimentum deindè factum āno 1622. 24. Ianuarij in Instrumēto celebrato cū DD. de Pepulis, quo satisfactū fuisse prætēditur vigore eiusdē Breuis mādātis facultatē cōcedi, vēdedi bona vsque ad sūmā librarū 54. mil. quibuscūque personis simul, vel successiuè in vna, vel pluribus ac diuersis vicibus &c.

12 Quia id non contenditur; † Sed dicitur necesse fuisse prætium ex primis alienationibus redigendum in eam causam erogare, ac inuestire vsque ad integram summam dd. scutorum quatuor millium. Eoque præmisso residuum in satisfactionē æris alieni referre pro adimplimento formæ à Summo Pontifice

13 specialiter præscriptæ, † qui primùm fideicōmissi reintegrationi, ac Testatorum voluntati, deindè verò hæredis inopiæ prospiciens ex-

14 presse iussit, † ac voluit ità in primis, & ante omnia fieri, obq; id ex toto, ac integrè, præstandum erat, nec sufficiebat pro parte, *l. cum ij, §. si Prætor, vers. sed & si non de omnibus. ff. de transact. Bald. in l. si seruus in Addit. sub num. 3. vers. tertiò, ff. si quis caut. Butr. in cap. Pisanis, sub num. 9. vers. item quia forma de restit. spoliat. Felin. in dicto cap. cum dilecta, sub num. 6. in 7. col. vers. & ideò dicit Butr. de rescr. Bec. cons. 12. num. 30. vers. nam forma est indiuidua. Surd. decis. 268. num. 19. vers. imò forma est indiuidua &c.* Et quidem ante omnia iuxtà Principis iussum, vt fuit resolutum in *dicta Bono. fideicōmissi de Ramundinis. d. decis. 131. sub n. 5. vers. etenim fuit responsum, ac seq. par. 7. recēt. & latius probatum in dicto §. secundo, quia in eodē Breui &c.*

15 Minus releuat † quod emptor non tenetur esse solicitus de huiusmodi inuestimēto, vt in eodē Breui declaratur, *in vers. neque emptoris.*

Nam hoc procederet si contractus fuisset celebratus seruata forma in eo præscripra, ac prætium solutum in causam à Summo Pontifice declaratam ante omnia erogandum, quidquid de illo posteà contigisset, non autem in præsenti casu, in quo, & prætermissa fuit forma, & prætium in alias causas expresè solu-

16 tum ab ipsomet emptore, † qui ideò frustrà illius beneficium implorat quod contemnere non dubitauit, vt habetur in *dicta l. auxilium in fin. ff. de minor. & ad l. fin. §. fin vero postquam C. de iur. deliber. Rot. penes Reuerendissimum Vrgellen. decis. 225. sub num. 4. vers. tamen quia Papa, & in recent. decis. 676. sub num. 10. vers. & in omnem euentum par. 2. & decis. 621. num. 6. vers. vltra quod, & decis. 773. sub nu. 9. vers. quintò, par. 8. ac dicta decis. 131. num. 7. vers. Ideoque gratia, & dicta decis. 261. numer. 13. uers. vnde cum derogatio, par. 7. confirmata dicta die 22. Maij 1638. coram eodem R. P. D. meo Ghisilerio in citato §. Pariter dicto vers. quia quoad Breue Cle-*

17 *ment. VIII.* † Præter quod ab eo etiam in hac parte recessit emptor dum in se ipsum eiusdē inuestimenti ac multiplici pro ea rata onus suscepit, ac obligauit, vt legitur in dicto Instrumento, *in dicto vers. His tamen declarationibus, & seq. in d. process. fol. 587. vers. & d. D. Henricus ac infr. & fuit etiā cōsideratū in simili causa cū DD. de Pepulis corā Eminentiss. D. meo Card. Panzirolo 4. Martij 1641. in §. fin. vers. & ōnis cessat ambiguitas &c.*

18 Tertiò accedo, † quod narratiua eiusdē Breuis in parte substantiali in qua fuit expositū Summo Pontifici Tiberium graui ære alieno ad sūmam lib. 45350. mon Bonon. vel circiter esse oppressum, non fuit (vt necessarium erat) iustificata, sed conuincitur subreptitia ex notula debitorū pro parte illius exhibita corā præfato Vicario, detractis nonnullis partis in ea iniustè descritis, vt fuit animaduersū in ātecedēti *decisione in. § Tertiò quia nō fuit iustificata, & prius corā R. P. D. Peutīgerio 24. Martij 1643. in §. & cessat difficultas, & 27. Ianuar. 1644. in §. nec subsistere visū fuit.*

19 Nec obstat, † quod potuerit aliūde iustificari, vel ex folijs deficientibus iuxta ordinē numerationis in fasciculo iuriū in actis Notarij de illo processu rogati reperto, vel etiam extraiudicialiter, & præsumi debet.

20 Quia † (præterquod Processus còram Rota exhibitus ex sui facie apparet integer, & præsumitur talis, *Rota decis. 43. sub num. 3. vers. vltra*

21 *quod p. 4. diuers. & in recēt. dec. 219. sub n. 1. vers. quo ad integritatē p. 4. ac sæpè in alijs.* † Nec quidquā releuans probatur deficere, cum in eodem loco in quo deficit numeratio cartarum, idem Notarius subscribens attestetur esse reposita quatuor Instrumenta in Processu descripta, quorum numeratio ex aliquo accidenti omitti potuit, nullamque maiorem continent iustifica-

22 tionem, † Visa fuit cessare omnis difficultas, quia in eadem Notula per Tiberium coram Vicario tunc producta pro executione Breuis, & licentia obtinenda asseritur ea omnia esse descripta, quibus ille tempore gratiæ à Summo Pontifice obtentæ obnoxius erat ibidem fol. 189. ibi, *lista di tutti li debiti che si ritroua il Signor Tiberio Rossi ancora come herede con beneficio però d'Inuentario del già Signor Gio. Galeazzo Padre & Alfonso fratallo de Rossi cō diuersi così di sorte, come di affitti per tutto il mese di Luglio 1611. tēpo della gratia ottenuta da N. S. per la derogatione del fidecōmisso &c.*

23 Nam † verba illa vniuersalia quæcunque debita Tiberij, vsque ad diem expressam comprehendunt, nullaque excludunt, ad *l. Iulianus ibique gloss. in verb. omne de leg. 3. Bec. cons. 94. num. 31. vers. quia verba. Surd. cons. 31. num. 27. vers. confirmatur hoc, & seq. & decis. 255. nu. 8. vers. dictio autem uniuersalis Rot. decis. 417. sub n. 1. uers. & per illam dictionem, & decis. 527. sub num. 7. uers. Respon-*

24 *detur enim, par. 4. recent.* † Et proindè corruit obiecta aliorum iustificationis præsumptio ex huiusmodi ipsius Tiberij confessione, quæ

vtique præferri debet. *cap. per tuat extr. de prob. cap. si cautio de fid. instr. Rol. cons. 21. numer. 3. vers. nam ipsa superat, & seqq. lib. 1. Rota in decis. 208.*
25 *num. 3. vers. tertiò* † *quia per præsumptionem tollit cofessio partis, &c. p. 4. diuers. & penes bon. mem. Card. Montic. decis. 57. sub num. 8. vers. & nulla est, & in recent. decis. 436. num. 2. vers. imò nulla par. 1. & decis. 590. num. 4. vers. ex quibus, ac seqq. par. 4. tom. 2. & decis. 491. num. 19. vers. plus enim p. 5. ac decis. 348. num. 7. vers. ex quo, &c. par. 7. & fuit dictum in Bononien. census 20. Iunij*
26 1644. *coram me in §. tertio quod.* † Neque dici potest quod dicta Notula non fuerit à Tiberio producta, sed ab eius Procuratore, de cuius mandato non constat; Quia contrarium apparet ex dicto Processu coram Vicario, in quo legitur ab ipsomet Tiberio vnà cum Io: Baptista Roscio eius Procuratore in ea causa producta cum articulis, & alijs scripturis sub die 10. Decembris 1612. fol. 16. inter quas illa est registrata sub littera C. dicto fol. 489. & repetita cum cæteris iuribus per alium Procuratorem Tiberij in eadem causa ex rogitu eiusdem Notarij coustitutum d. fol. 45. sub die 15. Aprilis 1613.

Neque modò iustificatur ex alia notula exhibita per DD. de Vrsis. Quia ex illa delenda est partita lib. 10000. pro capitali annuorum legatorum diuersis personis factorum, quæ nec à fideicommittentibus facta, nec de tempore Breuis adhuc durasse constat, minusque sub eo comprehensa dici possunt, in quo fit mentio de debitis ab ipso Tiberio, ac eius parte, & patruo contractis, pro quorum solutione à creditoribus iugiter vexabatur; Et
27 demùm † ex fructibus bonorum hæreditariorum erant soluenda, ita quob absurdum est, quod pro illorum capitali bona fideicommisso, ac speciali prohibitioni subiecta alienari debuisse prętendatur, *l. apud Iulianum, §. hæres ff. de leg. 1. l. liberto, §. 1. ff. de annu. legat. l. firmio, §. pater, ff. quand. dies leg. ced. Castr. cons. 16. Viso d. puncto sub num. 4. vers. legata verò annua par. 2. Natt. cons. 323. sub. num. 5. vers. quoniam d. legatum Surd. decis. 28. num. 2. vers. nam legatum annum, & seqq. Peregr. de fideicomm. art. 34. sub nu-*
28 *mer. 9. vers. exceptis.* † Delenda est etiam partita lib. 8120. pro recuperatione bonorum alienatorum, vel subiugatorum cum pacto francandi, quia hæc in detractiones imputabantur, *iux. l. Marcellus, §. res, quæ, ff. ad Tre-*
29 *bell.* † Nec Tiberius cogi poterat ad illorum redemptionem, vt benè probat *Surd. cons. 52. num. 60. vers. & in terminis, & seq.* Ideoq; non erant comprehensa sub Breui, ac proindè iure merito non fuerunt in ea notula coram Vicario per Tiberium descripta, qui certiorem procuidubio rerum suarum habebat notitiam.

Quarto additur euidens obreptio indè resultans, quia narrauit quidem Tiberius Summo Pontifici eius inopiam, & debita lib. circiter 45350. quibus opprimebatur, bonaque omnia ex hæreditatibus ascendentium ad eum delata, fideicommissa. ac alienandi prohibitionibus esse obnoxia ideq; supplex orauit, vt imminenti sibi ruinę opportunè consuleretur. Tacuit autem se possidere bona libera valoris viginti quinq; millium librarum, & vltra per eum paulò postea eo pretio vendita D. Marchioni Pepulo, vt apparet ex Instrumento sub die 26. Ianuarij 1613. & ex altero sub die 24. Ianuarij 1622. & alia, quæ non erant specialitèr alienari prohibita, quæ probantur ex inuentario eius hæreditatis sub die 9. Decemb. 1613. Nec non ex bonis Mini, & Nestoris nonnulla (inter quæ prędium, de quæ agitur) fuisse particulari prohibitioni alienationis amplis verbis subiecta ob specialem rationem honorificentiæ, ac conseruationis memoriæ testatorum, in eisque pia loca nouissimè substituta, vt legitur in testamento d. Processus B. fol. 145. vers. *Item etiam prohibuerunt, &c.* quinimò generalem dumtaxit prohibitionem; ac descendentium substitutionem exposuit, vt le-
30 gitur in principio illius Breuis. † Quæ sanè si fuissent expressa, prudens quisque consentiet, quod Princeps iustissimus eiusmodi licentiam, vel negasset, vel moderatus fuisset, nulla enim vigebat iustitiæ, nec æquitatis ratio, quia induci posset, vt extantibus bonis liberis, vel latiori dumtaxat vnicuio adstrictis, ea, quæ fideicommisso, vel specialiter alienari iusta ratione vetita fuerunt, distrahi concederet, ac iustas Testatorum voluntates nul-
31 la impellente necessitate subuerteret, † ideoq; meritò neque censendus est, quod de his certior factus id permissurus fuisset, vt habetur verbis aureis expressum in *Auth. de Iudicibus §. omnis autē.* ibi, *vel vel si contingat iussionem nostrū in medium. vel si sacram formam, vel si pragmaticam procedere sanctionem dicentem aliter agi sequatur legem. Nos enim volumus obtinere, quod nostræ volunt legis, & in cap. si quando extr. de rescr. & in cap. cum teneamur de præbend. Bec. cons. 3. nu. 81. vers. Huc pertinent, & sequentibus. Surdus decis. 2. numer. 23. vers. prætereà si Princeps, & seqq. Rota penès Buratt. decis. 576. à num. 5. vers. & succedunt, cum seqq. & fuit etiam in hac causa responsum coram R. P. D. meo Pentingerio 24. Maij 1642. in princip. & in §. & cessat difficultas.*

32 Nec aduersatur verborum amplitudo, ac clausularum prægniantia. Quoniam hæc in huiusmodi gratijs tertiò præiudicialibus trahi non possunt ad ignorata per Principem, quæ non solum ex narratis percipi non poterant, quin potius excludebant, (vt dictum est,) *Felin. in cap. in nostra sub num. 15. in vndecimo Corrolario. vers. sed tenendo istud dictum, & ibi Abb. sub nu. 4. vers. vltimo nota extra de rescr. Rota penes Card. Seraph. decis. 1293. n. 3. vers nō etiam quia derogationes generales, ac seq. & decis. 645. sub num. 4. vers. ex quibus concluditur par. 4. recent.* & alij in præcedenti relati in §. *quartò quia præfatus Tiberius, vers. neque euitari potest.* Hocque magis dicendum est in proposito casu, in quo Pontifex declarauit expressè nullam narratorū habere
33 notitiam † aliàs enim sub inuolucro verborū fuisset deceptus, quod coercendum est, vt aduertit etiam, *Gram. decis. 66. num. 10. vers. nec obreptio, & fuit dictum coram R. P. D. Peutingerio sub die 27. Ianuarij 1644. in §. quod autem dicitur.*

Præ-

Præterea sustineri non potest d. venditio ex dispositione iuris communis ob assertas detractiones dotium, vel alias prætensas.

Nam præter alienationes à Tiberio anteà factas, cum pacto redimendi, (quæ etiam admittuntur in notis exhibitis pro DD. de Vrsis)
34 & alias; † Aduertendum est, quod dos Vxoris ipsius Tiberij, tunc viuentis non erat restituenda cõstante adhuc matrimonio, esto quod ille ad inopiam vergeret, sed assecuranda su-
35 per ipsis bonis stabilibus, † quæ propterea nõ poterant alienari, sed pro eius cautione subiugari *iuxta l. vbi adhuc C. de iur. dot.* & notant magis communitèr *DD. in l. si constante vbi ex recentioribus P. Barbos. sub num. 53. vers. Vlterius quæritur. & seq. ff. solut. matrim. Card. Caualer. decis. 446. num. 9. Pariter Buratt. decis. 3. num. 10. vers. quasi fiat, &c. ac in recent. decis. 101. numer. 6.*
36 *vers. nam cum assecuratio par. 3.* † Deindè neque illa, neque aliæ pro Cognata, & filiabus Tiberij detrahi poterant ex hoc prædio, ac alijs bonis specialiter alienari prohibitis cum etiã id verbis expressis Testatores vetassent in eorũ Testamen. *vers. Item voluerunt, & ordinarunt, &c.* quorum dispositio omninò seruanda erat, cũ alia plura superessent eorum bona longè sufficientia, quæ leguntur latissimè descripta in instrumento diuisionis factæ inter eorum hæredes de anno 1527. die 18. Februarij *in Processu A. fol. 481. & seqq.* relato etiam in *Bononien. de Rubeis 8. Martij 1619. coram bon. mem. Vbaldo,* & ex parte in d. Inuentario hæreditatis Tiberij, ac alia etiam eiusdem Tiberij libera ex præcitatis Instrumentis iustificata, vt respondit *Rota decis. 47. num. 10. vers. ex quibus, & seq. par. 5. & decis. 301. num. 12. vers. non etiam obstat detractio dotis, ac seqq. par. 6. recent.* & latè probatur in antecedenti decisione *in §. quo verò ad prætensas detractiones, & in §. dotes verò, & seqq. vbi alijs etiam fuit responsum.*

37 Nec applicatur † obiecta limitatio, quando vnicum fuit ordinatum fideicommissum vniuersale, cuius vigore, & ipsa bona specialitèr alienari prohibita eidem fideicõmissario vniuersali restitui debent, quià tunc illi nullum fit releuans præiudicium, qui in alijs bonis reinregratur *iuxtà tradita per Castr. cons. 247. in causa, quæ vertitur Saona sub num. 4. vers. tunc autem procederet allegatio par. 1. Gabr. cons. 138. sub num. 24. lib. 2.*

38 Quia prædium † de quo agitur, & alia bona specialiter alienari prohibita duplici fideicommisso fuerunt nominatim subiecta, alteri scilicet vniuersali in casu mortis, & alteri particulari in casu alienationis, vt legitur *in dicto vers. Item voluerunt, & mandarunt, &c.* ideòque non ex ea tantum vniuersali substitutione spectant ad D. Iacobum, sed ex particulari ob alienationem, vt supra factam, quæ ipsi fauorabilior est, quo casu non intrat obiectio; vt ex *tex. in l. cum pater §. libertis ff. de leg. 2.* declarat idem *Gabr. d. cons. 38. d. num. 24. vers. quartò quia cum seq. & num. 29. vers. quia ratio, ac seq. vers. sed quando & sequitur modern. Rom. Discept. 404.*
39 *num. 20. vers. Vnde prohibetur electio;* † Prætereà quam aliæ etiam vigent in hoc casu præiudicij rationes, nempè specialis affectionis, & cõseruationis memoriæ Testatorum, ac substitutionis locorum piorum ab eis enixæ considerata, ob quas interest ne distrahantur, ac transeant ad extraneos, vt respondit *Honded. cons. 66. sub num. 27. vers. & non concurrebant rationes lib. 2. & alij.*

40 Postremò † non obstat quod Io: Galeatius auctor D. Iacobi vti legitimatus esset incapax successionis fideicommissariæ predictę ad quã fuerunt per Testatores vocati descendentes legitimi, & naturales ex legitimo matrimonio nati, seu concepti, attenta præsertim Constitutione S. mem. Pij IV. incip. Quamuis à Sede Apostolica *Dat. anno 1562. Kal. Ianuarij in ord. 45. Bullar. par. 2.* vt fuit resolutum super eodem fideicommisso *in Bononien. de Rubeis 18. Maij 1622. coram Vbald. in recent. decis. 394. par. 4. tom. 2.*

Quia (prætermissis alijs) cum d. Io: Galeatius fuisset amplissimè legitimatus non solum à DD. de Campegijs, sed à S. mem. Iulio Tertio specialiter ad bona, & fideicommissa dd. Mini, & Nestoris cum indiuidua mentione dd. testamentorum, vsque de anno 1549. 15. Aprilis, vt apparet ex Breui *in d. Processu signat. B. fol. 478. pag. 2.* Et deindè vigore plenæ renunciationis patris, quo instante fuerat legitimatus, hoc ipsum prædium, & alia bona actualiter consequutus, vt constat ex alio pũblico instrumento de anno 1552. die 17. Iulij
41 *in eodem Process. fol. 452. & seq.* † Sicque antè editionem eiusdem Bullæ, ideò non applicatur eius dispositio, quæ *in vers. Nondum tamen,*
42 *&c.* † specialiter excepit legitimationes tunc effectum sortitas, ac ius in re consecutas, viuentibus adhuc vltimis bonorum possessoribus, per quorum obitum ad alios legitimos deuolui debuissent, vt in puncto d. legitimanis declarauit *Rota in d. decis. coram Vbaldo 394. num. 2. vers. Vnde Bulla præseruat par. 4. recent. tom. 2. vbi ex hac ratione sub num. 5. vers. neque obstat, & seq.* dicitur fuisse per Rotam iudicatum ad fauorem d. Io: Galeatij quoad bona paterna, in quibus eius legitimatio iam fuerat ante Bullam effectuata; Secus verò eo casu statuendum, quia agebatur de successione Andreæ defuncti de anno 1590. & sic post editionem Bullæ, ac ideò quoad eam non poterat dici effectum sortita, ac ius in re assecuta eius legitimatio.

Atque ita fuit resolutum vtraque parte informante, &c.

☞ *Decisio ista emanata sub die 3. Maij 1646. coram eodem Card. Corrado erit infra in Miscellanea suo loco. Erit infra altera sub die 1. Iulij 1647.*

R. P. D. BICHIO.

Vrbeuetana Legati.

Veneris 5. Aprilis 1647.

ARGVMENTVM.

Legatum tertię partis bonorum, vbi fuit alicui relictum, & donec tale legatum persolueretur

concessa fuit facultas retinendi, & possidendi aliquod prædium, quæritur an fructus istius prædij à legatario percepti imputandi sint in sortem legati, & opinio est negatiua; & huius occasione latissimè tractatur an, & quando legatum fructuum donec præstetur res legata dicatur vsurarium, & illicitum.

Falcidia an sit detrahenda ex legato, quod testator mandauit solui liberè, & absque vllo onere referuntur DD. pro vtraque parte, Rota tamen in præsenti omissa hac disputatione, dixit falcidiæ detractioni non esse locum, quia per hæredem non fuit probatum, legata excedere dodrantem hæreditatis.

SVMMARIVM.

1 *Legataria competit actio tàm personalis, quàm hypotecaria.*

2 *Dictio,* vltra, *quid importet.*

3 *Retinendi facultas alicui concessa, forsan significat retentionem in pignus.*

4 *Possidendi facultas vbi fuit concessa, dicitur etiam concessa fructuum acquisitio.*

5 *Fructuum acquisitio est effectus possessionis legatæ.*

6 *Fructus rei legatæ quando acquirantur legatario à die mortis.*

7 *Fructus rei legatæ à legatario percepti, quando non sint imputandi in sortem.*

8 *Retentio loco pignoris conceditur marito pro lucro dotali in bonis, quæ viuente vxore possidebat.*

9 *Hypotheca competit etiam pro lucro dotis.*

10 *Fructus prædij legati, quando etiam censeantur à testatore relicti.*

11 *Fructus rei legatæ censentur etiam à testatore relicti, vbi legatio fuit concessa retentio, & possessio bonorum quousque integrum legatum persolueretur.*

12 *Legatum tertiæ partis bonorum alicui relictum, & donec dictum legatum persolueretur, concessa fuit retentio, & possessio alicuius prædij fructus dicti prædij à legatario percepti non imputantur in sortem legati, & quare. num. 13.*

14 *Legatum vt censeatur relictum, sufficit omne verbum significans sensum legare volentis.*

15 *Legatum alicuius prædij vbi fuit relictum sub dictionibus,* donec, & quousque, *significat datio in pignus, & quando secus, num. 17.*

16 *Fructus imputandi sunt in sortem, vbi fuit in pignus aliquid datum.*

18 *Legatum relictum mulieri donec, & quousque vidualem vitam seruauerit, non importat dationem in pignus, sed liberam possidendi facultatem restrictam ad tempus.*

19 *Idem dicendum est de legato alteri facto, donec, & quousque cum hæredibus habitauerit.*

20 *in Legatis adijci potest temporalitas.*

21 *Fructus rei legatæ non computantur in sortem, quando legatum non est factum pro securitate tantum, sed vt de illo fruatur, & fructus faciat suos.*

22 *Vxor potest ex mera sua liberalitate legare marito fructus suorum prædiorum.*

23 *Legatum fructuum donec præstetur res legata est vsurarium, & illicitum.*

24 *Legatum fructuū donec præstetur res legata est vsurarium, quando purè legata est quantitas, quam legatarius statim consequi poterat.*

25 *Legatum fructuum donec præstetur res legata est vsurarium, vbi legatum est relictum in quantitate, & fructus sint legati ob retardatam solutionem, & quare.*

26 *Legatum fructuum donec præstetur res legata non est vsurarium, quando fructus legati fuerunt ex mera liberalitate, non autem propter moram hæredis in præstando rem legatam.*

27 *Legatum fructuum, donec præstetur res legata, quando censeatur relictum ex mera liberalitate, & non propter moram hæredis in præstando rem legatam. & num. 28.*

29 *Vsuræ suspicio cessat, vbi cessat respectus ad moram.*

30 *Legatum fructuum, donec præstetur res legata non est vsurarium vbi non fuerunt legati soli fructus correspectiuè ad debitum quantitatis, sed ipsa prædia de sui natura fructifera.*

31 *Fructus veniunt consecutiuè, vbi fuit legatum prædium, seu illius dominium relictum.*

32 *Fructuum acquisitio pendet à dominio.*

33 *Legatum fructuum donec præstetur res legata non est vsurarium, quando legatum consistit in stabilibus de sui natura fructiferis.*

34 *Legatum fructuum donec præstetur res legata, debetur, vbi legatum consistit in re de sui natura fructifera, quia iudicandum est, non secùs ac de legato speciei.*

35 *Fructus debentur, quando legatum est alternatiuum.*

36 *Vsura non cadit in legato alternatiuo.*

37 *Vsuræ natura est multiplicare obligationes, non alternare.*

38 *Legatum quando dicatur alternatiuum.*

39 *Legata parte quotitatiua omnium bonorum est in electione hæredis, vel dare partem cuiuslibet rei, si patiatur commodam diuisionem, vel æstimationem.*

40 *Possidere loco pignoris dicitur ille, qui asserendo se creditorem institit pro consignatione bonorum in solutum.*

41 *Possidere loco pignoris non dicitur ille, qui institit pro consignatione bonorum iuxta formam iurium in actis productorum.*

42 *Legatum relictum loco pignoris, si legatarius sit creditor ex duplici capite fructus ex re legata percepti, in quodnam potius creditum essent imputandi.*

43 *Falcidia non est detrahenda ex legato, quod testator mandauit solui liberè, & absque vllo onere, contra. num. 47.*

44 *Falcidiæ detractio etiam tacitè prohiberi potest.*

45 *Legatum vbi demandatur præstari liberè, idem est ac demandare, vt præstetur absque vlla diminutione.*

46 *Falcidia censetur prohibita, vbi demandatur, quod legatum præstetur absque vlla diminutione.*

48 *Falcidia, vt censeatur prohibita, oportet verba esse adeò clara, vt aliam interpretationem habere non possint.*

49 *Falcidiæ detractioni non est locus, vbi non fuit probatum legata excedere dodrantem hæreditatis.*

50 *Falcidiam quando hæres detrahere prætendit tenetur probare legata excedere dodrantem hæreditatis.*

DECISIO XLII.

PER hæc verba Ioanna Marabottina legauit Francisco Phœbeo eius Viro: *Item iure legati reliquit, & legauit d. Perillust. D. Francisco*

sco Phœbeo eius Viro scuta 500. monetæ currẽtis, paulorũ decem pro scuto, liberè, & absque vllo onere: vltra tamen tertiam partem Dotis d. Testatricis d. D. Francisco, de iure, debitam, & modo, & forma hic infra describendis. Et paulò infrà, postquam declarauerat, quòd Franciscus possidebat ratione Dotis tria Prædia, ibi nominatim expressa subdidit: *Quæ quidem Prædia, & bona d. D. Testatrix voluit, & mandauit, quod idem D. Franciscus possit, & valeat, eique liceat retinere, & possidere pro tertia parte d. Dotis D. Testatricis etiam quòd dd. bona essent valdè maioris ualoris, & precij; donec tamen, & quousque eidem D. Francisco consignata fuerit per infrascriptum eius hæredem integra pars omnium, & singulorum bonorum, tàm q. Gasparis Patris, quàm q. Virginiæ Matris d. Testatricis, & aliorum bonorum quorumcumque, &c. ita tamen, quod d. D. Franciscus habeat, & habere debeat tertiam partem omnium bonorum d. Testatricis, vt supra, & interim, ac donec, & quousque d. D. Francisco non fuerit consignata d. tertia pars omnium dictorum bonorum. voluit, & mandauit d. D. Testatrix, quod dictus D. Franciscus ab aliquo super dictis tribus Prædijs, & bonis desuper descriptis quouis sub prætextu, & causa molestari minimè possit, nec debeat, &c.*

Quorum occasione defuncta Vxore Testatrice, Phœbeus duo separata Iudicia introduxit contra Leandrum Testatricis Hæredem, Alterum super consequutione tertiæ partis bonorum, alterum super solutione scutorum 500. cuius prosequendo hodie discussionem, proposui Dubium; An legatum scutorum 500. debeatur integrum; & affirmatiuè resolutum fuit, quia legatum huiusmodi legitur ocularitcr in verbis Testamenti supra recitatis,
1 ex † quibus Legatario cõpetit actio, tùm personalis, tùm hypothecaria, *l. 1. vbi notant omnes C. Com. de legat. §. nostra Instit. de legat. Surd. de alim. tit. 3. q. 4. num. 2. & seqq. & decis. 76. numer. 4. & seqq.*

Duo autem obiecta exaduerso excitata, nẽpè quod Phœbeus teneatur imputare in sortem d. Legati fructus trium Prædiorum hæreditariorum, quos per quinquennium percepit, quodq; ex Legato sit detrahenda Falcidia, visa fuerunt non releuare animaduertendo quoad primum, quod in Testamento tria fuerunt legata Phœbeo, Primò scuta quingẽta, Secundò tertia pars omnium bonorum, ibi
2 *Vltra tertiam partem, &c.* † Hoc enim importat dictio, *vltra Iacob. de Arena in l. qui ita ff. de dot. præleg. Bart. ibidem num. 2. Cuman. sons. 112. n. 1. Gratian. discept. 116. n. 41. Surd. decis. 285. nu. 10. Rot. in Mutinen. Dotis 16. Ianuarij 1641. coram Eminentissimo Panzirolo.*

Tertiò ibi: *Quæ quidem prædia, &c.* Legata fuerunt tria prædia, eorumq; fructus ad tempus quousque per hæredem consignaretur Phœbeo integra tertia pars omnium bonorũ, vt constat; Tùm quia Testatrix mandauit, quod Phœbeus possit prædia nedum retinere,
3 id, † quod significaret forsan retentionem in
4 pignus; † sed addidit, *& possidere*, quod verbum esset otiosum, nisi referretur ad titulum possessionis, pro suo, & secum trahit fructuum
5 acquisitionem cùm sit effectus possessionis legatæ, *l. bonæ fidei ff. de acquir. rer. dom. Grat. discept. 615. num. 32. Gonz. super reg. 8. gloss. 34. num. 112. Rota decis. 1. sub num. 1. de rest. spol. in nouis, alijq; relati à Modern. Perusino de manut. obseru. 23. num. 8. & 9.*
6 † acquiruntúrque fructus Legatario à die mortis, quando, vt in casu nostro, ab ipso percepti fuerunt, *Ant. Faber. de coniect. lib. 7. cap. 3. sub num. 8. ex text. in l. nihil. proponit 120. §. vltimo ff. legat. 1. Matthienz. lib. 5. recopil. tit. 4. l. 1. gloss. 14. num. 25. limit. 5.* quò
7 magis; † quia inutiliter retentio, & possessio bonorum legata fuisset, nisi fructuum liberam
8 acquisitionem importaret; cùm maritus, qui Prædia, viuente Vxore, possidebat, eorumdem defuncta Vxore, retentionem loco pignoris, quousque tertia pars omnium bonorum sibi pro lucro Dotis à statuto delata consignaretur, haberet, ratione propriæ hypothæcæ, quę
9 competit † etiam pro lucro Dotis. *Anton. Gomez. in l. 52. Tauri num. 41. Petr. Barbos. in 6. par. l. prima, num. 15. in fin. ff. solut. matrim. Roder. Suarez. in l. 1. lib. 3. fori tit. de Harris num. 60. Gaspar. Roderic. de ann. reddit. lib. 3. quæst. 7. sub num. 54. vers. amplia secundo, Castill. contr. Iur. lib. 3. cap. 4. num. 31. Rot. decis. 383. num. 13. par. 5. recent.*

10 Tùm; † quia prohibuit Testatrix, ne Phœbeus super dd. tribus prędijs quouis sub prętextu, & causa molestari possit: vndè resultat legatum fructuum; quia talis prohibitio illorum causa fieri solet, *Dec. cons. 278. num. 5. & 6. Cæphal. cons. 37. num. 36. Bertazzol. consil. 51. num, 3. Menoch. præsumpt. 134. num. 17. lib. 4. Castill. contr. Iur. par. 1. cap. 30. num. 35.*

11 Tùm tertio; † quia retentio, & possessio Prędiorum legata fuit, quousque consignaretur Legatario integra tertia pars omnium bonorum, ponderando verbum, *integra*; Cùm
12 enim † testator cogitare potuerit, consignationem huiusmodi sequuturam post aliquod tempus, arbitrio hæredis, & sic postquam Legatarius perceperat fructus Prędiorum, & nihilominus voluerit ei tertiam partem omniũ bonorum integram consignari, satis exindè apparet Testatricis voluntas, quod fructus Prędiorum acquirerentur Legatario, nec in
13 legatum sortis imputarentur; † quia alioquin non consignaretur integra tertia pars; sed diminuta ex dictorum fructuum perceptione, vt in simili arguit *Surd. cons. 291. num. 16. post*
14 *Bertrand. cons. 75. num. 6. p. 2. lib. 2.* † & ad inducendum legatum, sufficit omne verbum, significans sensum legare volentis, *l. 2. in princip. C. Commun. delegat. Cyriac. contr. 548. nu. 74.*

15 Non obstat † quod Prędia fuerint legata sub dictionibus *donec, & quousque*, quibus significari solet datio in pignus, *Pacif. de salu. Inspect. 4. cap. 1. num. 216. & 217. Castill. contr. Iur. lib. 3. cap. 23. sub num. 60. Surd. cons. 243. num. 7.*
16 *Rot. decis. 261. num. 15. par. 7. recent.* & per consequens fructus imputandi veniant in sortem, *l. 1. & 2. iuncta l. fin. C. pignor. act. l. 1. C. distract. pign. Cuman. cons. 19. num. 4. Surd. cons. 194. numer. 10.* quia procederet obiectum, nisi ex
17 alijs supra ponderatis constaret de voluntate Testatoris legandi ipsa Prędia, eorumq; fructus transferendi in liberam dispositionem lega-

gatarij, qua voluntate ſtante verba, *donec*, & *quoſque* non reſtringunt legatum quoad ſub-
18 ſtantiam, vti † in ſimili dicimus de legato
facto mulieri, donec, & quouſque vitam vi-
19 dualem ſeruauerit, † vel alteri donec, & quo-
uſque cum hęredibus habitauerit; ſed ſolum
reſtringunt quoad tempus,& important tem-
20 poralitatem, † quę legatis adijci poteſt, *l. fin.
C. legat. Cancer. variar. reſolut. tom.3. cap.20. nu-
21 mer.* 45. † adeò quod cum Prędia non ſint le-
gata pro ſecuritate tantum;ſed,vt maritus in-
terim fruatur, & fructus ſuos faciat, nullate-
nus computandi ſunt fructus in ſortem, *Laſſ.
de Iuſt. & iur. lib. 2. cap.20. dubit. 16. numer.141.
Filiuc.quæſt. moral. tom. 2. tract. 34. par. 2. cap. 5.
22 num. 110. Mart. conſ.17. num. 16.* † quia potuit
Teſtatrix Prędiorum fructus ex mera ſua libe-
ralitate legare Marito, *Surd. de Alim. tit.9.q.18.
ſub num. 12. verſ. poſtremò*.
23 Minus obſtat † quod legatum fructuum
donec pręſtetur res legata, ſit vſurarium, &
illicitum, *Barboſ. in 1. par. l. 2. num. 41. ff.ſolut.
matrim. Neguſ. de pignor. par. 5. memb. 5. num.10.
verſ. ſextò amplia, Menoch. conſ. 441. numer. 32.
verſ. reſpondetur, Surd. conſil. 23. num. 3. Buratt.
24 deciſ. 144. num. 8. & 9.* † quia vera eſt concluſ-
ſio, quando purè legata eſt quantitas, eamq;
25 legatarius ſtatim conſequi poterat; † Cùm
tunc fructus videantur legati ob retardatam
ſolutionem, & virtualiter inſit tacita pactio
ſoluendi vſuras pecuniarum, in quibus termi-
nis loquuntur quotquot exaduerſo allegari
poſſunt: ſecus vero eſt, quando, vt in caſu no-
ſtro, fructus legati fuerunt ex mera liberalita-
26 te: † non autem propter moram Hęredis in
pręſtando rem legatam, quod,vltra ſupra de-
27 ducta comprobatur; † quia Teſtatrix Prędia
voluit per Maritum poſſideri,quamuis eorum
fructus longè excedant annum redditum ter-
tię partis bonorum Marito legatæ, vt in his
terminis ponderat *Surd. de alim. tit. 9. quæſt. 16.
num. 53. verſ. vel etiam*, vbi dicit rationem;
28 quia † tunc non eſt veriſimile, quod Teſta-
tor cum tam graui iactura reſpexerit ad mo-
ram Hęredis, *argumento l. cum de indebito,ff. pro-
29 bat.* & ceſſante reſpectu ad moram, ceſſet ſu-
ſpicio vſurę, vt per *Soccin. in l. 2. num. 7. vſque
ad 10. ff. his, quæ pœn. nom. Surd. conſ. 23. num.12.
Grat. diſcept. 34. num. 35.*
30 Pręſertim, † dùm non fuerunt legati ſoli
fructus correſpectiuè ad debitum quantitatis;
ſed ipſa Prędia de ſui natura fructifera, & ſic
31 fructus veniunt conſecutiuè ex Prędiorum
32 legato,ac dominio, † à quo pendet fructuum
acquiſitio, *ad tex. in l. bonæ fidei ff. acq. rer. dom.
l. fructus ff. vſur. Cancer. var. reſol.tom. 3. cap.20.
num. 20. Monter. deciſ. Aragon. 17. num. 63. & ad
propoſitum ponderat Cribell. deciſ. Dolana 145.n.12.
in fin. & num. 13. Anton. de Amat. reſolut. 83. ſub
33 num. 14. in fin. & num. 15.* † Et quod plus eſt,
etiam legatum tertię partis bonorum omniū,
quod,donec pręſtetur, legata fuerunt Prędia,
34 conſiſtit plerumque in ſtabilibus † quę cum
eſſent de ſui natura fructifera, iudicandum eſt
non ſecus, ac de legato ſpeciei; & fructus de-
bentur, *Menoch. conſ. 441. ſub num. 32. verſ. nec
repugnat, Cephal. conſ.133. num. 138. Rot.poſt Mo-
dern. de legit.deciſ. 29. num. 2. Cyriac. controu.542.
35 num. 33.* † prout debentur, quando legatum
36 eſt alternatiuum, † in quo non cadit vſura;
37 cum † de natura vſurę, ſit multiplicatio obli-
gationum, non alternatio, *Bald. in l. vnica, nu-
mer. 38. C. his, quæ pœn. nom. Cancer. var. reſol.
tom. 3. cap.7. num. 39. Lupus in l. curabit, Com-
ment.1. §.4. num. 73. circà med. ff. act. empt. Rot.
d. deciſ. 29. num. 9. apud Medern. de legit.* & in
38 caſu † noſtro dicebat vnus ex Dominis lega-
tum eſſe alternatiuum: Tùm, quia Teſtatrix
videtur legaſſe, vel tertiam partem omnium
bonorum, vel tria Prędia à Marito poſſeſſa,
eorumq; fructus, *ad tex. in l. 1. ff. pœna legat. l.
cum ſine præfinitione, iuncta gloſſ. in princ. ff. quando
dies leg. ced. Surd. conſ. 156. num.19.* tùm etiam
39 quia † legata parte omnium bonorum quoti-
tatiua, nempè tertia parte,vel ſimili,eſt in ele-
ctione hęredis, uel dare partem cuiuſlibet rei,
ſi patiatur commodam diuiſionem, uel ęſti-
mationem; ut ex *text.in l. non amplius §. fin.ff.leg.
primò tradit Aldobr. conſ. 115. num. 25. lib. 1. Cy-
riac. contr. 390. num. 43. & 44.*
40 Tandem gratis dicitnr, † legatarium decla-
raſſe, ſe poſſidere tria Prędia loco pignoris,
dùm coram A.C. in prima inſtantia aſſeruit ſe
Creditorem tertię partis, pro lucro dotali, &
inſtitit pro conſignatione bonorum in ſolutū,
ad tradita per *Surd. deciſ. 92. ſub numer. 6. verſ.
41 tertiò omnes, & num. 7.* † quia legatarius ſolùm
inſtitit pro conſignatione tertię partis bono-
rum, iuxtà formam iurium in actis produ-
ctorum adeoq; iuxta legata ſibi ab Vxore reli-
42 cta in bonis, ut ſupra. † Et in omnem euen-
tum, dato (nuſquam tamen conceſſo,) quòd
prędia legata eſſent in pignus pro ſecuritate
Mariti, quouſq; ei tertia pars omnium bono-
rum conſignaretur,fructus ex Prędijs percepti
imputandi eſſent in ſortem d. tertiæ partis bo-
norum, de qua hodiè non agitur, ſed de lega-
to ſeparato ſcutorum 500. Nec uerificatur
quod iam conſignata fuerit d. tertia pars bo-
norum integrè, reſeruato iure computandi
fructus ex Prædijs perceptos, in legatum ſcu-
torum 500. quia immò adhuc alia lis princi-
paliter pēdet coram me per ſeparatam Com-
miſſionem ſuper eo: An tertia pars bonorum
integrè conſignata fuerit.
43 Quantum † uerò attinet ad detractionem
falcidiæ, prætendebant Informantes pro Phæ-
bæo, illam fuiſſe prohibitam,ex quo Teſtatrix
mandauit ſolui ſcuta 500. *leberè, & abſque vllo
onere*, quæ uerba importare prohibitionem
falcidiæ, cenſuit *Petr. de fideic. quæſt. 15. nu. 194.
verſ. quintum exemplum, & nu. 199. verſ. decimum
44 quartum exemplum*; † quia falcidia etiam tacitè
prohiberi poteſt, *Mant. de coniect. lib. 7. tit. 12.
45 num. 10. Boer. deciſ. 44. num. 23.* † & idem eſt
mandare, quod legatum præſtetur liberè, &
mandare quod præſtetur abſq; diminutione;
46 quo † caſu falcidiam cenſeri prohibitam, tra-
tradit *Mant. d. tit. 12. num. 16. Rot. deciſ. 421.
num.vlt.coram San. mem. Greg. XV.* cum alijs al-
legatis *per Adden. ad Buratt. deciſ. 480. num. 20.*
47 ſed † contrariam ſententiam tuetur *Peregr. de
fideic.*

*fideic.art.3.num.*94.*&*96.vbi allegat Concord.& dicit; ab hac opinione non esse recedendum; quia verba illa intelligi possunt de libertate ab
48 oneribus intrinsecis, & hypothecis, † vtque censeatur prohibita falcidia, opertet, verba esse adeò clara, vt aliam interpretationem habere non possint, *Ciriac.contr.*326.*num.*29.*Mart.de suc. leg.par.*4.*q.*28.*art.*3.*num.*19.*Oldr.cons.* 248. *num.*4. *vers.& talis prohibitio, aliq. relati à Moder. Pisaurensi de Imput. quæst.*113.*num.*17.*& seq. quest.* 115. *numer.* 31.

Ideò Domini omissa discussione vtriusque opinionis ex alio fundamento, censuerunt, nō
49 non esse locum detractioni falcidiæ; † quia scilicet non fuit probatum, legata excedere dodrantem Hæreditatis; vt oportet §.*hinc nobis, Auth.de hæred.& falcid.Rota decis.*89.*num.*21.*&*22.
50 *par.*5.*recent.*† & probandum est ab Hærede falcidiam prætendente, §. *Sancimus igitur, Auth.de hæred. & falcid.cum alijs adductis per Moder. Bonon. de acquir.poss.quæst.*8.*art.* 35. *numer.* 965. *& pluribus seqq.*

Et ita decisum, vtraq; parte Informante.

R. P. D. GHISILERIO.

Postea Episcopo IMOLEN.

Romana Lucri Dotis.

Veneris 5. *Aprilis* 1647.

ARGVMENTVM.

Lucrum dotis iuxta formam statuti Vrbis debetur etiam de dote promissa, & non soluta licèt tamen peti non possit nisi finito tempore præfixo ad soluendam dotem; quo circa in præsenti acerrimè discutitur, an lucrū debeatur de rata dotis, quam promisit Patruus, quòd mater sponsæ tempore sui obitus persolvendam legaret, quæ tamen legata non fuit, quia Matri prædecessit.

Et resolutio est affirmatiua, argumentis, rationibus, & authoritatibus in contrarium adductis plènè satisfaciendo.

SVMMARIVM.

1 *Promittens factum alienum, sub forma cameræ, tenetur de proprio vbi factum alterius non sequatur.*
2 *Lucrum dotis debetur etiam ex eo, quod promissum fuit pro complemento dotis.*
3 *Promissio Patrui facta Nepti, quod eius Mater de tempore ipsius obitus persolueret residuum dotis ab ipso promissæ, euanescit si Neptis matri prædecedat, & quando secus num.* 5.
4 *Conditione promissionis euanescente, euanescit quoq; ipsa promissio.*
5 *Dos vbi fuit in certa summa constituta, cum pacto, quod vna pars esset ab altero de tempore ipsius mortis persoluenda, an debeatur si de eo tempore mulier cui dos erat relinquenda sine filijs decessisset.*
6 *Dos vbi fuit purè, & simpliciter in certa summa constituta, in ipsa constitutione fuit ius quæsitum ad fauorem Viri, quamuis exactio ad tempus fuerit dilata.*
7 *Lucrum dotis iuxta statutum Vrbis debetur etiam de dote promissa, & non soluta, & quare.*
8 *Dos promissa ad effectum lucri habetur pro soluta, & quare num.* 9.
10 *Lucrum de dote promissa peti non potest antequam dies solutionis cedat.*
11 *Lucrum de dote promissa debetur finito tempore præfixo ad soluendam dotem, & non prius.*
12 *Lucrum dotis peti non potest pendente dilatione in promissione dotis apposita ex conuentione partium.*
13 *Lucrum dotis non debetur eo casu, quo dos peti non poterat.*
14 *Dos quandò peti non potest antequam dies solutionis cedat, nec ipsum lucrum dotis peti potest.*
15 *Dos vbi fuit constituta in certa summa cum pacto, quod vna pars ad tempus solui debeat, dicitur purè promissa, quamuis dies solutionis minimè venerit.*
16 *Dos quando dicatur purè promissa, quamuis factum promissum debeat sortiri effectum post mortem, & num.* 30.
17 *Promissio distinguitur formaliter à re promissa.*
18 *Promissio aliud est, & aliud factum promissum.*
19 *Dotis constitutio quando dicatur pura, quamuis à Patruo adiectum esset pactum, quòd partem dictæ dotis deberet mater sponsæ de tempore sui obitus legare.*
20 *Certitudo obligationis vbi adest, dies incerta solutionis, vel personæ, quæ soluere debet non facit actum conditionalem.*
21 *Conditio omninò extitura non habetur pro conditione.*
22 *Riminald. Iun. cons.* 600. *declaratur in quibus terminis procedat.*
23 *Legatum factum copulatiuè duobus, adhoc vt debeatur, oportet vt ambo viuerent de tempore mortis Testatoris.*
24 *Copulæ natura est inter duo apposita, vt requirat concursum vtriusq; copulati.*
25 *Alternatiuè vbi aliquid fuit promissum, prò illius consecutione sufficit præexistentia vnius.*
26 *Alternatiuè dicitur aliquid promissum quando promissio non fuit facta per verba coniuntiua, sed disiunctiua.*
27 *Promissio facta duobus per verba coniunctiua vt debeatur vtrumq; superuiuere debet.*
28 *Secùs autem in promissione facta per verba disiunctiua.*
29 *Promissio facta duobus per verba disiunctiua, ad hoc vt debeatur, satis est quod alter eorum superuiuat de tempore purificatæ conditionis, & num.* 32.
31 *Lucrum in dote promissa, debetur statim ac dies solutionis aduenit.*
33 *Lucrum dotis non debetur in bonis matris, quam Patruus promissit de tempore illius obitus certam summam relicturam pro residuo d. dotis, & quare.*
34 *Dictio, alias, facit dispositionem contrariam dispositione præcedenti sicuti dictio alioquin.*
35 *Dictio, aliàs, resoluitur in dictionem* si non.
36 *Promittens factum alienum censetur promittere se facturum, & curaturum, quod ille faciet, & promissor liberatur si adhibuerit omnem diligentiam.*
37 *Promittens factum alienum, alias teneri voluit de proprio, tenetur de proprio, eo casu, quo non adhibuerit*

hibuerit omnem diligentiam vt factum alterius sequatur contra vt nu.38.

39 *Hypoteca non potest constitui in locis montium sine licentia Papæ, vel Protectorum, aut officialium in litteris patentibus exprimenda.*

40 *Creditor ex causa onerosa, deficientibus potest auocare à creditoribus posterioribus fructus ex causa lucratiua perceptos, siuè bona fide siue mala fuerint consumpti.*

41 *Creditor lucri dotis potest auocari à tertio rem debitoris ex causa lucratiua peruentam, nulla facta excussione an aliud extaret in hereditate.*

DECISIO XLIII.

Bonæ mem. Card. Lenus in executionem capitulorum matrimonialium in Instrumento dotis promissæ D. Semideæ eius Nepti vxori destinatæ Reuerendissimo D. Bentiuolo tunc temporis laico in summa scutorum quindecim millium in contanti mediante ordine directo Banco illorum de Palagis soluit scuta decem millia, alia verò scut. quinque millia pro residuo d. dotis promisit, quod Cleria mater Semideæ tempore sui obitus relinquet d. Semideæ seu futuro Viro, alias ipse Card. ad illorum solutionem de suo proprio, vti principalis, principaliter, & in solidum teneri voluit cum pacto lucrandi hinc inde quartum dotale loco donationis propter nuptias iuxta formam Statutorum Vrbis. Cum mortua Semidea sine filijs ante obitum Cardinalis, & Cleriæ fuerit factus locus restitutioni dotis retento quarto dotali, fuerunt restituta scut. 10000. vt supra in dotem soluta; deinde fuit actum Iudicio subsidiario pro quarto scut. 5000. residui dotis non relictorum per d. Cleriam contra loca 48. montis Fidei empta ex bonis hæriditarijs d. Cardinalis, quorum vsumfructum reliquerat Lucretiæ, & Antoninæ eius sororibus monialibus in Monasterio SS. Dominici, & Sixti proprietatem verò cum cæteris suis bonis Ecclesiæ S. Caroli ad Cathinarios cum oneribus, de quibus in Testamento, & A.C. Sententiam tulit fauorabilem, a qua interposita appellatione causa commissa fuit in Rota, vbi examinata illius iustitia, cum de validitate non dubitaretur, fuit dictum illam esse confirmandam.

1 Ratio resolutionis fuit, † quia cum cardinalis promiserit sub forma Cameræ, quod Cleria tempore sui obitus relinquet scuta 5000. pro residuo dotis scut. 15000. per ipsum promissorum, & alias teneri voluerit ad illorum solutionem de proprio, vti principalis, principaliter, & in solidum, & ad omnia damna; dum Cleria aliquam summam non reliquit, commissa fuit stipulatio contra Promissorem, eiusque hæreditatem ad solutionem pro quarta parte scut. 5000. pro quarto dotali ob prædecessum Vxoris sine filijs acquisito iuxta dispositionem statut. Vrbis lib. 1. cap. 131.

2 vers. liberis non extantibus, † quæ fuerunt promissa pro complemēto dotis iuxta obligationem eiusdem Card. in capitulis matrimonialibus, & in Instrumento desuper celebrato *l. huiusmodi, l. si quis stipuletur, & l. a Titio ff. de verb. obligat. Rot. in Romana Palatij 5. Iulij 1624. coram bon. mem. Coccino.*

3 Non obstat, † quod cum Semidea prædecesserit Cleriæ matri, euanuerit promissio Cardinalis, quod alia scut. 5000. pro residuo dotis Cleria illi tempore sui obitus relinquet, & ex deficientia personæ cui erat relinquendum, defecerit extremum habile relinquendi *l. vnica*

4 *§. 1. C. de caduc. toll.* † ideoque soluto matrimonio, antequam Cleria decederet, cum euanuerit conditio promissionis, lucrum non potuerit prætendi, vt in puncto tradit *Rimin. Iun. cons. 600. num. 1. & pluribus seqq. & num. 22.* & ferè per totum, & signanter *num. 31. 39. & 52. Harim Pistor. quæst. iur. lib. 3. quæst. 8. num. 47. vers.*

5 *nam si quis verba, & num. 48. & seq.* † quia cum tota dos à Cardinali fuerit constituta, & promissa purè, & simpliciter in capitulis matrimonialibus, & in instrumento super eis confecto in summa scutorum 15000. ibi *con dote, e nome di dote di scudi* 15000. deindeque fuerit inter partes conventū, quod scuta 10000. soluerentur in actu desponsationis, & alia scut. 5000. relinquentur à Cleria tempore sui obitus cum promissione de proprio facta ab eodem Cardinali de illis soluendis, quatenus per Cleriam relicta minimè forent dictæ D. Semideæ, vel D. Bentiuolo viro pro residuo dictæ dotis, vt supra; Conditio

6 inest executioni, non obligationi, † & ex tali promissione statim ab ipso instanti, quo fuerunt in esse deducta capitula matrimonialia, fuit orta actio ad fauorem D. Bentiuoli; licet dilata executio, & exactio ad tempus mortis Cleriæ, quæ omnino expectari debebat pro

7 consecutione dicti residui, † cum etiam si lucrū iuxta dictum Statutum Vrbis debeatur de dote promissa non soluta, eo quia non loquitur de dote data, sed simpliciter de dote, ibi *dotē lucretur* sic que compræhendat etiam dotē pro-

8 missam, † quæ ad effectum lucri habetur pro soluta *l. ex morte in fin. de pact. conuent. §. dotes uers. si vero, vbi Angel. aut. de nupt. Mant. lib. 12. tit. 4. numer. 12. Rota coram sanct. mem. Greg. XV. decis. 5. num. 11. in Clusina dotis 12. Ianuarij 1598. coram Peregr. & in Senogallien. dotis 23. Ianuarij 1606. coram Sanct. D. N.*

9 quia ratio, † quæ locum habet in dote soluta,

10 deseruit etiam in dote promissa; † attamen peti non potest, ante quam dies solutionis cedat,

11 sed superstes † tenetur expectare tempus præfixum ad soluendum dotem; quo finito, & nō priùs debebitur lucrū, vt latè *Rota coram Mantic. decis. 337. per tot. qui idem firmat in tract. de tacit. lib. 20. tit. 5. num. 24. & 25. Adden. ad decis. bon. mem. Buratt. 432. num. 11. cum notat. per Fenzon. ad d. statutum*

12 *cap. 131.* † Nam pēdente dilatione in promissione dotis apposita ex conuentione partium lucrum dotis peti minimè potest *l. eum qui Kalendis §. fin. ff. de verb. oblig. Guidòpap. decis. 470. num. 3.*

13 Et enim † absurdum esset eo casu lucrum dotis deberi, quo dos peti non poterat. *Bald. cons. 467. num. 1. vers. item istud lucrum lib. 4. Ias. in l. si do-*

14 *naturus §. 1. ff. de condit. ob caus.* † sed ante diem dos peti non potest, ergo nec lucrum dotis ante tem-

te tempus solutioni præstitum peti potest *Ita*
15 *Rota coram Mant.d.decis.337.num.1.& 12.* † ita,
quod, dum dies solutionis dd. scutorum 5000.
minimè venerit, quando dissolutum fuit ma-
trimonium per obitum Semideæ, nō potest ex
illius dilata solutione in dubiū reuocari, quin
tota dos scutorum 15000. fuerit purè promissa,
16 quamuis† factum promissum debeat sortiri ef-
fectum post mortem *Oldrad.consi.114.vers.sic.di-
co sub num.3.Cyn.in l.extraneum sub num.2. vers. in*
17 *contractibus C.de hæred.instit.* † cum ipsa promis-
sio distinguatur formaliter à re promissa; vnde
18 dicimus,† quod aliud est promissio, aliud fa-
ctum promissum *l. si quis stipulatus sit stichum §.
fin.ff.de verb. oblig. Tiraq.de retract. conuent. in fin.
num. 4.& seq.Surd.cons.52.num.13.Roland.cons. 69.
num.17.lib.3.Rota coram sanct. mem. Greg.XV.decis.*
19 *28.num.2.vbi Adden.num.4.& seq.* † Eoq; magis
dicendum est pura promissio Cardinalis, quia
in euentum, in quem Cleria non legaret, vo-
luit Cardinalis teneri ad eandem summam de
20 proprio;† Et sic esto, quod incertum esset, an
Cleria esset legatura, & quando moritura, cer-
tissima tamen erat obligatio Cardinalis, vel de
faciendo legari à Cleria, vel de soluendo de
proprio, prout certissimum erat, quod D. Ben-
tiuolo d. summa solueretur, vel à Cleria, vel à
Cardinali, qua certitudine stante, nedum dies
incerta, sed nec ipsa conditio facit actum con-
21 ditionalem,† quia conditio omnino extitura
non habetur pro conditione *l.si pupillus §.1. ibi,
qui sub conditione stipuletur, quæ omnino extitura est,
purè videtur stipulari ff.de nouat.& in l. ea conditio ff.
de condit. indeb. l.in illa stipulatione in fin.ff.de verb.
oblig.tradit.Piccard.in §.sub condit.nu.7. inst. de verb.
oblig.Ant.Fab.de coniect.lib.15.cap.8.num. 17.in fin.
& lib.18.cap.5.sub num.4. vers.cuiusmodi.*
22 Nec prædictis obstant tradita per† *Rimin.Iun.
d.cons.600.* cum procedat in terminis longè di-
23 uersis;† ibi enim agebatur de promissione fa-
cta copulatiuè Hieronymo, & Catharinæ, No-
tario pro ea stipulante, quæ ad hoc, vt verifi-
caretur, oportebat vt Hieronymus, & Cathari-
na simul tunc viuerent de tempore mortis Io:
24 Antonij,† quia copulæ natura est inter duo
apposita, quod requirat concursum, vtriusque
copulati, sed in hoc casu dd. scuta 5000. per Car-
dinalem fuerunt promissa Semideæ, siue D.
25 Bentiuolo eius Viro,† & sic alternatiuè; ita
vt sufficiat pro illius consecutione præexisten-
26 tia solius D. Bentiuoli,† cum promissio non
fuerit facta per verba coniunctiua, sed disiun-
ctiua *iuxta text.in l.1.§.sublata ff. ad Trebell.* quin
immo Rimin.Iun.d.cons.600. distinguendo firmat,
27 in promissione facta† per verba coniunctiua
oportere vtrumque superuiuere tempore obi-
tus illius, de cuius bonis erat dos præstanda, *vt*
28 *sub num.8.sub num.25.& 27.* † in promissione ve-
rò facta per verba disiunctiua contrarium om-
ninò procedere, *vt sub num.28.ad fin.ibi, quia de-
fecit conditio, sub qua personaliter, & copulatiuè simul,*
29 *& non disiunctim vocati fuerunt.* † Vnde cum non
fuerit facta promissio simpliciter D. Semideæ,
& D. Bētiuolo, & sic copulatiuè, vel cōiūctiue
sed per verba disiūctiua, hoc est eidē D. Semi-
deæ, D. Bētiuolo, satis est quod alter eorū super
uiuat de tempore purificatæ conditionis, quo
adueniente, & non antea potuerunt peti à Cle-
ria, vel in illius defectum à Cardinali dd. scut.
5000. pro residuo totius dotis promissæ purè,
licet quoad solutionem dd. scutorum 5000.
Cardinalis promiserit, quod Cleria illa relin-
30 quet tempore suæ mortis,† cum semper ve-
rum sit dicere promissionem Cardinalis esse
puram, quamuis factum promissum debeat
sortiri effectum post mortem Cleriæ animad-
uertendo, quod capitula matrimonialia duo
continent, nempe promissionem Cardinalis do-
tantis, & legatum scut. 5000. à Cleria facien-
dum; dies autem mortis adiecta solum est le-
gato, ibi *che la Sig. Cleria lì lascerà al tempo della
sua morte*, cæterum promissio Cardinalis nul-
lam habet diem, ibi, *promette detto Illustriss. Sig.
Card. Leni, che detta Sig. Semidea &c. sposerà detto
Sig. Annibale &c. con dote, e nome di dote di scudi*
31 *15000. di moneta di Roma &c.* † & ideo, cum pa-
teat dotem fuisse promissam purè in supradi-
cta quantitate scut. 15000. non autem sub ali-
qua conditione, & solum dilatam solutionem
pro scutis 5000. vsque ad tempus mortis Cle-
riæ, & sic suspensum solum exercitium actionis
ad petenda dd. scuta 5000. vsque ad obitum
Cleriæ, eo sequuto factus fuit locus quarto
32 dotali super illis fauore D. Bentiuoli,† qui sa-
tis est, quod superuixerit Cleriæ ad hoc, vt cō-
tra Cardinalem, & eius hæreditatem pro solu-
tione lucri dd. scut. 5000. commissa fuerit sti-
pulatio fauore sui ipsius.
33 Neque † vlla actio competit pro consequu-
tione dicti quarti contra bona Cleriæ, cum
illa nunquam se obligauerit, seu promiserit
relinquere scut. 5000. sed tantum Cardinalis,
quod ipsa tempore sui obitus relinquet Semi-
deæ, aliàs ad illorum solutionem de suo pro-
prio, vti principalis, principaliter, & in solidum
teneri voluit, quatenus per Cleriam relicta mi-
nimè forent; quo fit, vt cum Cleria nihil reli-
querit, inter obligatio Cardinalis, & dicatur cō-
34 missa stipulatio dictæ promissioni adiecta illa
enim dictio *aliàs*, facit dispositionē cōtrariam
35 dispositioni præcedēti, sicuti dictio, alioquin,† &
resoluitur in si nō reliquerit *Bart. in l.1.n.12.ff.
de cōdit.& demonstr. Corn.cons.253.nu.5.vers.& ma-
ximè uol.1.& cons.313.num.2.uers.nam huius. uol.4.
Soccin.sen.cons.51.num.9.lib.1.*
Nō obstat, quod supradicta promissio Card.
Leni respectu dictorum scut.5. mill. intelliga-
tur, & interpretetur perinde, ac si promisisset se
facturū, & curaturum, quod Cleria tempore sui
obitus relinquet scut. 5000. & cum de Iure Pon-
tificio, quod in Terris Ecclesiæ est obseruan-
36 dum,† ille, qui promittit factum alienum, cen-
seatur promittere se facturum, & curaturum,
quod ille faciet, adeo vt promissor liberetur, si
adhibuerit omnem diligentiam, *Gabr.consil.131
num.5.lib.2.Mantic.de tacit.lib.14.tit.35.num.43.&*
37 *seq.* † supradicta clausula, *aliàs de proprio*, non
significet, quod Cardinalis voluerit simplici-
ter, & absolutè teneri de proprio, quatenus Cle-
ria non relinqueret, sed solum operetur, quod
Cardinalis teneatur de proprio eo casu, quo nō
adhibuerit omnem diligentiam in curando,
quod

38 quod Cleria relinqueret; † Quia non probatur Cardinalem aliquas fecisse diligētias apud Cleriam, vt dictam summam legaret, prout facere tenebatur, sed quatenus, etiam illas fecisset, adhuc non reuelarent; quia cum Cardinalis aliàs voluerit teneri de proprio, verisimilitèr contrahentes voluerunt, quod factum alienum omnimodo adimpleretur, saltem per præstationem interesse ipsius Cardinalis promissoris, aliàs dicta verba essent omninò superflua, *vt fuit decisum in Anconitana fructuum dotis 14. Iunij 1624. coram Manzanedo, & coram Sanct. mem. Greg. XV. decis. 241. nu. 1. & seq.* & ibi latè *Adden.* distinguunt hanc materiam promissionis facti alieni sub num. 8. quod interesse ex ipsa promissione scut. 5. mill. non eget alia liquidatione.

39 Minus facit, quod stante Motu proprio fel. record. Vrbani VIII. super locis Montium, non possit constitui hypotheca sine licentia Papæ, vel Protectorum, aut Officialium in litteris patentibus exprimenda, cum D. Bentiuolus non egerit in Saluiano super locis Mōtium, de quibus agitur, sed pro consequutione pecuniarum in satisfactionem crediti retrahendarum ex pretio locorum Montium emptorum ex pecunijs hęreditarijs Cardinalis debitoris, & in sententia ad eius fauorem lata fuit pronunciatum, eidem D. Bentiuolo esse satisfaciendum de scutis mille ducētum quinquaginta monetæ pro lucro dotali debito ex pecunijs retrahendis ex pretio locorum 48. Montis Fidei, & quatenus differrent, & negligerent illum satisfacere in eadem sententia pronunciatur esse danda in solutum libera tot ex dictis locis Montium, quot iuxta concurrentem illorum valorem de tempore dationis in solutum satis fuerint ad omnimodam satisfactionem dictorum scutorum 1250. ad effectum de eis ad sui libitum disponendi; Vnde patet non fuisse actum in Saluiano, & sic non applicari, quæ dicuntur de defectu hypothecæ non cadentis super locis Montium, ex quo sententia non est lata in hypothecaria, sed in
40 iudicio subsidiario † quo creditor ex causa onerosa, qualis est D. Bentiuolus, potest deficientibus alijs bonis debitoris auocare à creditoribus posterioribus ex causa lucratiua, & cōsequenter à supradictis Lucretia, & Antonina, ad quas fructus dictorum locorum Montium earum vita durante spectant ex legato per dictum Card. Lenum facto, pecunias, quas receperunt, siue bona, siue mala fide consumpserint ex allegatis per *Rot. decis. 595. num. 2. & seq. & decis. 760. num. 3. par. 2. recent.* latè *Cost. de remed. subsid. remed. 55. num. 1. & seq.* & cum agitur de lucro dotis, speciale est, vt fiat auocatio nulla facta excussione, an aliud extaret in hæreditate, quàm loca montium, de quibus agitur, quando vt in hoc casu, res debitoris peruenit in tertium ex causa lucratiua, vt distinguendo post alios tradunt *Caluin. de æquit. lib. 1. cap. 34. num. 15. & seq. Cost. vbi sup. remed. 37. illat. 2. numer. 30. Guttier. pract. quæst. lib. 5. quæst. 100. num. 1. 2. & per tot. Anton. de Marin. quotid. resol. cap. 71. num. 3.* & in istis terminis *Rot. in supradictis decisionibus 595. & 760.* admisit creditores ad euocādas pecunias etiam bona fide consumptas, quando titulo lucratiuo habitæ fuerunt.

Ex quibus fuit resolutum vtraque parte audita, D. Bentiuolo deberi lucrum etiam pro rata dd. scut. 5. mill. & proindè sententiam ad eius fauorem latam esse confirmandam.

R. P. D. BICHIO.

Barchinonen Iurisdictionis.

Lunæ 8. Aprilis 1647.

ARGVMENTVM.

Concordia habet vim rei iudicatæ, & illius obseruantia resultat, nedum ex actibus positiuis gestis in executionem ipsius concordiæ, sed etiam ex actibus negatiuis, alijsque ad concordiam pernecesse referentibus, quamuis de ea mentionem non faciant; Et licèt concordia tollatur per actus contrarios, tamen id, quando procedat eruditè declaratur, & explicatur. Beneplacitum Apostolicum quando præsumatur interuenisse, & ex quibus d. præsumptio non censeatur exclusa quamplurima deducuntur.

SVMMARIVM.

1 *Verba vniuersalia restringuntur per subsequentia verba specifica.*
2 *Concordiæ tenor debet attendi.*
3 *Concordia habet vim rei iudicatæ.*
4 *Concordia confirmata à Sede Apostolica ligat etiam Episcopos successores.*
5 *Cardinalis assertioni deferendum est iuncta præsertim longa obseruantia.*
6 *Beneplacitum Apostolicum præsumitur interuenisse ex lapsu triginta annorum cum obseruantia.*
7 *Beneplacitum Apostolicum præsumptum, ex quo non censeatur exclusum.*
8 *Productio facta à Procuratore, non plùs operatur, quàm explicita Procuratoris confessio operaretur.*
9 *Confessio Procuratoris cum sit voluntaria non nocet principali.*
10 *Obseruantia Concordiæ resultat nedùm ex actibus negatiuis, sed etiam ex actibus positiuis. num. 12. & num. 18.*
11 *Obseruantia Concordiæ resultat etiam ex actibus contrarijs gestis ab vna parte contrahentium, & quando.*
13 *Abbatissæ de iure communi competit ius præsentandi aut conferendi in beneficijs fundatis, in Ecclesia ad Monasterium spectante.*
14 *Abbatissa nō habet de iure communi potestatem exercendi iurisdictionem, erga prouisos de beneficijs ad ipsius Monasterium spectantibus.*
15 *Obseruantia Concordiæ probatur ex actibus ad eam pernecesse referentibus, licèt de ea mentionem expressam non faciant.*
16 *Obseruantia moderna, quando non noceat, neque destruat antecedentem obseruantiam.*
17 *Beneplacitum Apostolicum ad hoc, vt præsumatur interuenisse, quid sufficiat.*

Con-

19 *Concordiæ obseruantia in parte præsumitur etiam obseruata in reliquis, quæ sunt similia ijs, quæ probantur obseruata.*
20 *Obseruātia proxima probatur etiam ex actu, quamuis emanauerit post 25. annos.*
21 *Obseruantia non dicitur remota, nisi sit intra 40. annos: amplia vt num. 22.*
23 *Media præsumuntur, probatis extremis.*
24 *Beneplacitum Apostolicum vt præsumatur interuenisse non sufficit probare obseruantiam præsumptiuè, sed requiritur probatio certa.*
25 *Beneplacitum Apostolicum præsumitur interuenisse vbi dantur actus certi, & positiui gesti per tempus longissimum.*
26 *Obseruantia centenaria ex quibus satis probari possit.*
27 *Præscriptio se compatitur, & concurrere potest cum titulo concordiæ, & alijs, quæ competere possunt.*
28 *Obseruantia contraria Concordiæ, quando non dicatur inducta ex actibus contrarijs.*
29 *Appellatio non diuersificat causam, sed instantiam.*
30 *Visitationes Episcopi factæ titulo delegationis Apostolicæ non inseruiunt pro inducenda obseruantia contraria concordiæ.*
31 Concil. Triden. sess. 24. de reform. cap. 20. *non derogat concordijs à Sede Apostolica confirmatis.*
32 *Abbatissæ Iurisdictio in ijs, quæ versantur extra claustrum, exerceri potest ab ea, mediante persona à se deputanda.*

DECISIO XLIV.

CONCORDIA inita de anno 1401. inter tunc Episcopum Barchinonen̄, & Capitulum, atque Canonicos Ecclesiæ Cathedralis ex vna, & Abbatissam, ac Moniales Monasterij S. Petri Puellarum ex altera admittit primo totalem, & plenariam exemptionem d. Monasterij ab ordinaria correctione, & visitatione Episcopi, & subiectionem omnimodam Ecclesiæ Romanæ. Deinde tribuit Abbatissæ ius conferendi, & instituendi Hebdomadarios, & alios Beneficiatos Monasterij, quodq; hebdomadarij, & alij Beneficiati teneātur ei præstare obedientiam. Tertiò disponit, quod Hebdomadarij d. Monasterij præstent obedientiam Episcopo, ratione Curæ animarum, & totius spiritualis boni, Abbatissæ verò in, & pro temporalibus, sintq; submissi plenariæ Iurisdictioni Episcopi, ab eoque teneantur habere commissionem curæ animarum, debeant interuenire Synodo, & in ea se submittere visitationi, correctioni, & Iurisdictioni, ac procurationi pro visitatione, & omnimoda alia Iurisdictione tàm ciuili, quam criminali, prout seruatur communiter in alijs Curatis Barchinoniæ. Post hæc concordia præscribit modum, quo Episcopus visitationem facere debet in Ecclesia Parochiali S. Petri, nempè quod intimatis hebdomadarijs visitet Altare S. Mariæ, in quo est Parochialis, & recognoscat chrisma, aliaq; concernentia curam animarum, necnon Ecclesiam in quantum est necessarium pro receptatione Parochianorum, & attinet ad eorum seruitium, declarando statim, & immediate, quod Episcopus non visitet aliquod aliud altare dictæ Ecclesiæ, nisi prædictum Parochiale, quodq. in actu visitationis, nec minus in alio tempore faciat aliquam inquisitionem ratione seruitij Beneficiatorum portionariorum, eo quia cum sit in arbitrio Abbatissæ priuare Beneficiatos portionibus si non faciunt seruitium, prout decet, istud cōmittitur, & remanet oneri animæ suæ: Insuper si Hebdomadarij, & Beneficiati se propter maleficiū, vel aliā causam absentauerint sine licētia Abbatissæ, sit illi potestas eosdem citari facien ad residēdū, & priuādi beneficijs ex hac sola ratione ac Hebdomadariorum, aut Beneficiatorum causas, in quibus illi sunt Actores, dumtaxat cognoscendi, siue aliquis, vel aliqui ex supradictis Beneficiatis noluerint portare ea, quæ eis commendabuntur in Processionibus, vel in diebus Dominicis, & solemnibus mulctandi, obedientès verò remunerandi. † ex quibus latiùs in
1 instrumento Concordiæ recensitis est in claris circa quæ versetur Iurisdictio Episoopi super Hebdomadarijs, illorumq; obedientia erga Episcopum ratione Curæ, & totius spiritualis boni, declarando verba hæc *totius spi itualis boni* alioquin vniuersalia ex subsequenti spocifica enumeratione rerum, & casuum Iurisdictioni Episcopi, vel Abbatissæ respectiuè erga Hebdomadarios suppositorum, vt debet *l. quæsitum §. meuia ff. de leg. 3. Bartol. ibidem in fin. & in l. generaliter §. vxori num. 1. ff. de vsufr. legat. Ruin. consil. 78. num. 4. vers. præterea lib. 1. Old. cons. 3. num. 2. Rota decis. 428. num. 16. par. 4. tom. 2. recent. decis. 194. num. 94. par. 5.* Pariterq; est in claris, quod Episcopus visitare non potest, nisi circà concernentia curam animarum, & seruitium Parochianorum, neque aliquod aliud
2 altare, nisi altare Parochiale, † adeò quod ipse concordiæ tenor, qui est attendendus *cap. 1. de duobus fratr. à Capitan. inuestit. cap. 1. in fin. de succ. feud. Surd. cons. 440. num. 38. Peregrin. consil. 24. numer. 6. lib. 2. Rota decis. 603. numer. 10. par. 4. tom. 3. recent.* ostendat malum Ius Episcopi super visitatione extra concernentia curam animarum parsonarum sæcularium, bonumque Ius Abbatissæ in ijs, quæ ad eius fa-
3 uorem sunt, vt supra disposita, † quia concordia habet vim rei iudicatæ, *l. non minorem C. trans-*
4 *fact.* † Cumq; sit confirmata à Sede Apostolica ligat etiam Episcopos successores, vt præter allegatos in alia decisione *tradit add. ad Gregor. XV. decis. 152. num. 4.*

Hæc autem confirmatio adest expressà organo Cardinalis Tirasonensis de mādato Be-
5 nedicti XIII. † de quo constat ex assertione eiusdem Cardinalis, cui creditur, iuncta præsertim longa obseruantia, *vt probat alia decisio edita in hac causa 4. Iulij 1646. coram me §. Confir-*
6 *matio.* † necnon adest præsumpta ex lapsu plus quam 150. annorum cum obseruantia, cum tamen triginta sufficerent ad præsumendam confirmationem Apostolicam *Mobed. decis. 2. de transact. Put. decis. 365. numer. 3. & 7. lib. 2. Rota decis. 179. num. 1. par. 2. diuers. decis. 21. n. 9.*
7 *par. 4. tom. 2. recent. decis. 23. num. 3. par. 6.* † Vnde gratis dicitur Benedictum XIII. fuisse Anti-

tipapam, ac Tirasonensem Anticardinalem, quia adhuc suffragatur confirmatio præsumpta, quam non excludit productio expressa, nisi fuerit facta in specie ad effectum docendi de confirmatione Apostolica, vt declarauit *Rota decis. 191. sub num. 9. & seqq. decis. 225. nu-*
8 *mer. 10. par. 5. recent.* † Eò minus si productio fuit facta a Procuratore, non autem à principali, quia non potest plus operari quam expli-
9 cita Procuratoris confessio, † quæ cum sit voluntaria, principali non nocet. *Castr. in l. non solum num. 2. ff. procur. Aegid. decis. 119. numer. 1.* & in his terminis *Rota decis. 285. sub nu. 4. vers. accedit par. 2. recent.* Et præterea gesta à Benedicto XIII. antè requisitionem Principum, & sic promotio Tirasonen. ad Cardinalatum, & confirmatio nostræ Cõcordiæ fuerunt approbata in Concilio Constantiensi sess. 20. §. 5. vt ponderat alia decisio huius causæ loco supra allegato.

10 Obseruantia † verò Concordiæ resultat etiam respectu visitationis, ne dum ex actibus negatiuis, nẽpè quia Episcopus ab anno 1401. vsque ad annum 1520. nusquam visitauit, & duas visitationes, quas ab indè citra factas
11 producit, † non fecit tanquam Ordinarius, vt infra dicetur, quod in puncto ponderauit *Rot. decis. 396. num. 11. vers. vt imò & num. 12. par. 5. recent. & priùs in decis. 534. sub num. 4. vers. non obstat par. 1. diuers.*

12 Sed † etiam ex actibus positiuis pro parte Abbatissæ, videlicèt primo ex sexdecim collationibus per annos ferè centum, & nona-
13 ginta à die emanatæ Concordiæ † quæ non possunt referri ad simplicem titulum Iurispatronatus, seu Iuris præsentandi, aut conferendi, quod Abbatissæ competit de iure communi in Beneficijs in Ecclesia ad Monasterium spectante fundatis iuxta notata in *cap. ea noscitur de his, quæ fiunt à Præl. Sin. cons. capit. cap. dilecta de maiorit. & obed. cum alijs alleg. in decis. huius causæ edita 9. Iunij 1638. coram Reuerendiss.*
14 *D. meo Decano*, † quia Abbatissa non contulit simpliciter beneficia, sed ultro uoluit, quod prouisi sibi præstent obedientiam, ac promittant, quod non controuenient in uisitatione, seu Inquisitione per ipsam Abbatissam facienda, prout in effectu promiserunt, quæ cum nòn competant Abbatissæ de iure communi, ut per *Mirand. in Manual. Prælat. tract. de Sac. Monial. quæst. 6. art. 5. conclus. 4, col. penult. inf. med. vers. quod intelligendum est. Sanch. in præcept. De-*
15 *cal. lib. 6. cap. 1. num. 17.* † sed ex dispositione concordiæ ad eam pernecesse referuntur, eiusdemque obseruantiam probant, licèt de concordia explicitam mentionem non faciant, ut ex *in l. quædam mulier cum ibi notatis ff. rei vend.* dixit ferè in terminis *Rota in Rossanen. exemptionis 20. Aprilis 1640. coram R. P. D. meo Carillo §. penult. & in Elboren. Iuris conferen. 4. Iulij 1640. coram eodem. §. & quod d. obseruantia, & facit decis. 295. num. 3. par. 3. recent.*

16 Nec refert, † quod in aliquibus collationibus nouissimè factis post annum 1600. non fuerit facta mentio dictæ obedientiæ, uel promissionis, quia eædem collationes nihil contrarium continent, & in omnem euentum nõ nocerent, aut destruerent antecedentem obseruantiam concordiæ per annos ferè 190. *iux. Theor. Bart. in l. de quibus num. 16. in 2. lectura, ff. de legibus, quam sequitur Socc. cons. 6. nu. 2. cons. 145. num. 2. l. b. 1. Rota decis. 36. num. 38. & 39. coram Reuerendiss. Vrgellen. & in Barchinonen. Canonicatus 15. Decembris 1645. & 26. February 1646. co-*
17 *ram R. P. D. meo Royas*, † & sufficit dicta obseruantia: imò longè breuior ad præsumendam confirmationem Apostolicam, uel mandatum Pontificis in persona Cardinalis Tirasonensis, qui concordiam expresè hoc nomine confir-
18 mauit iuxta superius allegatos, † aduertendo præsertim quod in dictis Collationibus expresè fit mentio de uisitatione beneficiatorũ, & sic ut dicebam, exindè resultat obseruantia Concordiæ etiam respectu uisitationis, ut in simili *Caputaquen. decis. 158. par. 2. Rota dec. 573. numer. 4. par. 2. recentior. decis. 23. num. 4. coram*
19 *Reuerendiss. Vrgellen.* † ad quam præterea probandam satis esset, quod Concordia fuisset obseruata, quoad Collationes, quia probata obseruantia in parte præsumitur etiam in reliquis in eadem concordia contentis, quæ sunt similia ijs, quæ probantur obseruata, ut ultra allegatos in alia decisione coram me §. Siquidem in fine tradit *Paris. cons. 90. numer. 4. & 5. lib. 1. Garz. de benefic. par. 12. cap. 2. numer. 240. Rota decis. 396. num. 13. par. 5. recent.*

Secundò specificè quoad uisitationem probatur obseruantia ex visitatione facta ab Ab-
20 batissa de anno 1429. † quæ etsi emanauerit post 25. annos à die Concordiæ inseruit tamen
21 pro illius obseruantia proxima † cum non dicatur remota obseruantia, si sit intra 40. annos, vt fuit dictum *in Tirasonen. Sacristiæ 5. Iunij 1600. coram bon. mem. Iusto, & in Maioricen. Iurisdictionis 30. Martij 1636. coram R. P. D. meo Ghisilerio impress. par. 7. recent. decis. 105. num. 12.*
22 Præsertim † cum exaduerso non docetur de aliquo actu contrario. *Seraphin. decis. 1334. num. 3. Cocc. decis. 469. num. 6. vers. & ista obseruantia add. ad Sanct. mem. Greg. XV. decis. 325. sub num. 26.* & accedit alia visitatio Abbatissæ de
23 anno 1585. † quæ facit præsumi etiam visitationes temporis intermedij, licèt de illis non constet ixtà regulam, quod probatis extremis media præsumuntur, de qua *Menoch. præsumpt. 36. num. 1. & seq. lib. 6. Seraphin. decis. 1141. n. 3. decis. 1334. num. 3. Rota inter recent. decis. 221. numer. 10. par. 6.* & in terminis probationis obseruantiæ centenariæ. *Buratt. decis. 885. nu. 3.*
24 Nec † obstat, quod ad inducendam præsumptionem cõfirmationis, seu beneplaciti Apostolici non sufficiat probare obseruantiam præsumptiuè, sed requiratur probatio certa, *Marescot. variar. resolut. lib. 1. cap. 13. numer. 14. add. ad Sanct. mem. Greg. XV. decis. 354. sub nu-*
25 *mer. 18.* † quia in hoc casu nostro dantur actus certi, ac positiui tum Visitationum, tum Collationum per tempus longissimum, qui ad inuicem adminiculantur. *Soccin. sen. consil. 137. num. 16. vers. confirmatur lib. 2. Soccin. iun. consil. 62. num. 11. & seqq. lib. 4. Alb. consil. 9. num. 11. & seqq. Rota decis. 472. sub num. 7. part. 1. recent.* &

26 & † sunt satis ad probandam obseruantiam centenariam, & vltra productiuam præsumptæ cōfirmationis Apostolicæ, immo, & præscriptio-
27 nis, † quæ se compatitur, & concurrere potest cum titulo Concordiæ, vel alijs Abbatissæ competentibus. *Rota decis. 218. num. 21. part. 6. recent. Gonz. super regul. 8. gloss. 53. numer. 45. & seqq.*
28 Minus obstant actus contrarij gesti ab Episcopo; nam omissis qui emanarunt post annū 1600. dati in Summario Episcopi *num. 3. & 4.* quique cum tunc penderet lis super hoc iure visitandi introducta vsque de anno 1599. non inseruiunt pro inducenda obseruantia contraria, aut aliquo iure in fauorem Episcopi, *vt per Abbat. in cap. licet ex quadam 47. nu. 3. vbi Ancharan. numer. 5. de testib. Dec. consil. 82. numer. 1. Gregor. XV. decis. 325. num. 12. Rota decis. 288. num. 1. par. 6. recen.* Et dicta litis pendentia negari non potest, afficitque modernum Episcopum, qui à Sententia de dicto anno lata ad fauorem Abbatissæ introduxit in Rota per appellationem causam nunc pendentem, quæ ideò dici non potest noua,
29 sed eadem pendens de anno 1599. † cum appellatio non diuersificet Causam, sed instantiam. *Bald. in rubr. C. appellat. num. 2. vers. quæro numquid Dec. in cap. Cæterum num. 7. de rescript. Rota Bononien. diuers. decis. 138. numer. 117. & decis. 139. numer. 18. Cassad. decis. 8. numer. 4. de rescript. Cocc. dec. 123. numer. 9.*

Omissis inquam dictis actis gestis post annum 1600. remanent duæ Visitationes, quæ
30 Episcopo non suffragantur, † nam prima de anno 1504. est saltem æquiuoca, cum fuerit facta titulo delegationis Apostolicæ iuxta allegatos in alia Decisione edita prima Iulij 1644. coram me §. *fin.* quibus additur *Rota in recent. decis. 635. num. 2. versic. & quamuis part. 3. alijque relati ab add. ad Buratt. decis. 578. num. 18.* eodemque nomine emanauit, altera de anno 1520. quæ non est diuersa a prima, sed illius continuatio, vt legitur, ibi, *Reuerendissimus & c. visitator prædictus continuando dictam visitationem visitauit & c.* Summario Episcopi *num. er. 2.* Altera pariter anni 1587. est æquiuoca, quia facta fuit ab Episcopo vti Sedis Apostolicæ Delegato, & vltro fuit contradicta ab Abbatissa, vt ponderat vltima Decisio §. *fin.* postquam contradictionem non fuit continuata, nisi quoad altare Parochiale, & Ecclesiā in quantum est necessaria pro receptatione Parochianorum, & eorum seruitio, vt habetur in Sum. Abbatissæ *num. 10. in fin.*
31 Comprobata ex prædictis † confirmatione Concordiæ non fauet Episcopo dispositio Sacri Concilij Tridentini sess. 24. de reform. cap. 20. quia non derogat Concordijs à Sede Apostolica confirmatis, vt præter allegatos in vltima Decisione §. adeo quod tradit *Barbos. in Collect. Bullar. verb. Concordia num. 2. Ludouic. à Sarauia de iurisdictione adiuncti quæst. 25. num. 6. Armendar. in add. ad recopill. leg. Naurr. lib. 1. tit. 18. lib. 7. de Episc. num. 67.* & propterea satis remanet probatum malum ius Episcopi, & bonum Abbatissæ etiā respectu visitationis, quæ in ijs, quæ versantur extra Claustrum, fieri ab ea potest mediante persona à se deputanda. *Cucch. Instit. Canon. lib. 4. tit. 8. nu. 42. Azor. Inst. moral. lib. 3. cap. 40. quæst. 9. vers. 11. quæro, & quæst. 11. vers. quid vero,* concurrentibus præsertim alijs ponderatis in vltima Decisione quam hodie causa super eisdē proposita Domini confirmandā censuerunt, vtraque parte informante.

R. P. D. PEVTINGERO.

Sipontina Pensionis.

Lunæ 8. Aprilis 1647.

ARGVMENTVM.

Possessio ad effectum obtinendi manutentionem in quasi possessione exigendi pensionē ex quibus iustificata remaneat; ita vt non possit dici amissa per acquiescentiam Pensionarij & ad hoc quamplurima deducuntur. Restitutione in integrum admissa cum facultate manutenēdi quem de iure benè potest concedi manutētio aduersus sententiam in iudicatum transactam, & licèt executio iam facta operetur, ne in gradu restitutionis in integrum detur manutentio, id tamen quando procedat, declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Possessio ad effectum manutentionis, iustificata remanet ex confessione partis.*
2 *Verbum* dicitur *ab Oratore prolatum quando ipsum non excuset à confessione.*
3 *Solutio ex quibus probetur esse facta de mandato, & scientia debitoris.*
4 *Pensio ubi fuit alicui soluta, constituit illum in quasi possessione exigendi d. pensionem.*
5 *Pensio siue fuerit soluta in totum, siuè in partem, constituit illum, cui fuit facta solutio in quasi possessione totius.*
6 *Quasi possessio exigendi pensionem suffragatur ad obtinendam manutentionem, etiam contra successorem.*
7 *Pensio ubi reseruata fuit sub clausula dummodo & c. ad obtinendam manutentionem necesse est probare ualorem, & quando secus n. 8.*
9 *Pensionis reseruatio, quæ solùm simplicem narratiuam ualoris contineat, non reddit gratiam conditionalem.*
10 *ad Manutentionem obtinendā in quasi possessione exigendi Pensionem, unica sufficit exactio.*
11 *Pensionario quandò non incumbat onus probandi successiuas exactiones ad effectum manutentionis, sed sufficiat iustificare terminos fuisse petitos, & illorū solutionem fuisse denegatam.*
12 *Quasi possessio semel quæsita in incorporalibus, ut censeatur amissa, quid requiratur.*
13 *Quasi possessio exigendi pensionem, ut dicatur amissa, quid requiritur.*
14 *Possessio in incorporalibus solo animo retinetur, & non nisi per denegationem debitoris dicitur interrupta.*
15 *Appellationis prosecutionem, si quis omisit quando talis acquiescentia non noceat.*
16 *Pensionarius ne dicatur habuisse animum dimittendi possessionem, quid sufficiat.*
17 *ad Animum alicuius eliciendum, magis eius opinio, quàm ueritas attenditur.*

L 18 *Manu-*

18 *Manutentio non datur post sententiam transactam in iudicatum, maximè quando sententia executioni fuit demandata, & quando secus n. 19.*

21 *per Restitutionem in integrum lis reuiuiscit, & omnia in pristinum statum reponuntur, amplia ut numer. 21.*

22 *Manutentio sicuti datur antequam sententia transeat in iudicatum, ita pariter dari debet in gradu restitutionis in integrum.*

23 *Restitutio in integrum gratiosa non distinguitur à restitutione in integrum commissa prout de iure.*

24 *per Restitutionem in integrum omnia in pristinum reposita esse censentur, ac si res iudicata non emanasset.*

25 *Manutentio antequam concedatur aduersus sententiã in iudicatum transactam, prius cognoscendum est de causis restitutionis in integrum, & quando secùs num. 26.*

27 *Possessorium ante omnia terminari debet.*

28 *Sententia reuocari non potest nisi postquam de iniustitia, & nullitate sententiæ, & sic de causis restitutionis in integrum plenè cognitum fuerit.*

29 *Restitutio in integrum commissa prout de iure an referatur ad ordinem iudicij petitorij, & postea possessorij, uel econtra.*

30 *Possessorium prius terminandum, & deinde de meritis negocij principalis inquirendum esse, ordo iudicij postulat de stylo Rotæ.*

31 *Rota solet causas restitutionis in integrum non leuiter attingere sed plene cognoscere, & sub unica illarum discussione terminare negocium principale in petitorio.*

32 *Restitutio in integrum datur aduersus sententiam denegantem manutentionem illi qui quasi possessionem habebat.*

33 *Sententia dicitur iniusta, quando possessori manutentionem non concessit.*

34 *Indultum Apostolicum eliditur ob non seruatam conditionem in eo appositam.*

35 *Pensionario concedenda est manutentio quando dubitari contingit an pensio fuerit caducata uel ne.*

36 *Executio iam facta, operatur, ne in gradu restitutionis in integrum detur manutentio intellige procedere ut num. 37. & 38.*

38 *Decisio in causa Romana de Bombellis 13. Maij 1613. coram Card. Sacrato in quibus terminis loquatur.*

DECISIO XLV.

EXCELLENTISSIMVS D. Princeps Octauianus Medices, olim Abbatiæ S. Mariæ de Pulsano Sipontinæ Diœcesis Commendatarius, reseruata sibi annua pensione scutorum 1260. monetæ Romanæ 9. Settembris de anno 1614. eam in manibus fel. rec. Pauli Papæ V. ad fauorem D. Francisci Vrsini resignauit, quæ postea per ipsius Francisci in Societatem Iesus ingressum à fel. rec. Papa Vrbano Octauo D. Petro Columnæ collata fuit, qui contracto interim à Principe matrimonio, d. pensionem extinctam fuisse prætendens, coram A.C. super pensionis nullitate Iudicium mouit, & de voto Rotæ iuxta Signaturæ, quam pendente iudicio adiuerat, rescriptum, appellatione remota, cum clausula, quod D. Petrus non teneatur de bonis proprijs, & quoad personam habito voto corã bon. mem. Coccino sententiam obtinuit, pensionem non substineri, nec deberi: Attamen anno 1645. adita per Principem Signatura Sanctissimi commissaque mihi causa restitutionis in integrum, prout de iure, reiecta præcedente clausula, quod dictus Dominus Petrus non teneatur de proprio quoad fructus perceptos, & in alia Commissione cum clausula, & cum facultate manutenẽdi Principem prout de iure; Dubitaui, an ei sit dandum mandatum de manutenendo, & Domini affirmatiuè responderunt.

Quia Dominus Princeps suam quasi possessionem exigendi hanc pensionem probat ex Instrumento realis, & actualis solutionis scutorum 1485. de anno 1629. inter ipsum, & Dominum Abbatem Franciscum Vrsinum resignatarium celebrato; nec non ex confessione eiusdem Domini Petri Columnæ, emanata in commissione, alias ab ipso porrecta, dum in ea enunciauit Instrumentum locationis fructuũ Abbatiæ alias factæ ipsi Principi, cuius vigore fatetur ipsum percepisse fructus in causam pẽ-
1 sionis sibi reseruatæ; † quam cõfessionem possessionis, à parte factam in precibus, ad manutentionem sufficere, dixit *Rota in Colonien. Præcedentiæ coram bon. mem. Cardin. Vbaldo impressa la 32 num. 3. post Modern. Perusin. de manuten. & in eodem causa 14. Maij anno præterito post principium coram me, & in Beneuentana Canon. 14. Maij 1646. coram Domino meo Bichio, & prius in Spirien. Monasterij prima*
2 *Iulij 1643. coram Domino Carillo,* † vbi respondetur ad obiectum, fieri solitum, quod verbum *dicitur*, ab oratore prolatum, à confessione ipsũ non excusat, quando præsumptio iuris vrget contra ipsum cõfitentem. Immo legendo verba libelli suplicis contra Principem Sanctissimo porrecti, patet verbum *dicitur*, non ad captionem possessionis; sed eius continuationem referri.

Deinde ex Instrumento publico rogato de anno 1719. dato in *Summario Principis numer.* 8. constat, ipsi fuisse soluta manualiter, &, vt vulgo aiunt, in contanti scuta 585. In causam tergeminorum pensionis, ad eius fauorem reseruatæ super fructibus Abbatiæ de qua agitur, tunc possesse a Domino Francisco Vrsino, & nunc à Domino Petro Columna, decursorum, & quãuis hæc solutio non fuerit ab ipso Titulari; sed, à Ruberto de Vecchijs eius nomine facta, ibi. *Et pro eo ab Illustriss. Domino Roberto de Vecchys, &c.*
3 quia tamen, † non solum ex magna quantitate summæ solutæ, verum etiam ex precedẽti reseruatione pensionis, & consensu illi à Titulari præstito rectè præsumi potest mandatum in soluẽte. *iuxta Cassad. 3. num. 4. de procurat. & Rota decis. 196. num. 3. parte prima diuers. & decis. 241. nu. 5. par. prim. recent.* prout in terminis personis *fuit dictum coram bo. mem. Cardin. Sacrato in Sancti Marci pentionis 30. Ianuarij 1612. & in Toletana pensionum 23. Iunij 1617. coram Sanctiss. D. N. Innocentio X. tunc*
4 *huius S. Tribunalis Auditore.* † Quæ solutio vtique Principem constituit in quasi possessione exigendi hanc pensionem; *vt in dicta Toletana pensionum dictum fuit, & in decis. 275. coram felic. record. Papa Greg. XV. Rota in Spoletana pensionis 21. Iunij*

1619. *coram*

1619. *coram bon. mem. Francisco Vbaldo, & passim*
5 *in alijs.* † Nec refert an solutus fuerit integer terminus pensionis, siue aliqua eius portio: nam ex solutione etiam partis pensionis propter titulum vniuersalem Princeps constitutus fuit in quasi possessione totius, *ad tradita per Lotther. de re benef. lib. 1. quaest. 38. num. 123. Caual. decis. 379. num. 3. & 4. Rota in Pampilonen. Pensionis 16. Ianuarij 1613. coram Reuerendissimo Damasceno. In Auersana Pensionis 24. Aprilis 1626. coram bon. mem. Pirouano, & in Anagnina pensionis 18. Martij 1630. coram Eminentissimo Cardinali Ve-*
6 *rospio.* † Quae quasi possessio optimè ad obtinendam manutentionem suffragatur Domino Principi etiam contra Dominum Petrum in Abbatia successorem, ex decisionibus supra allegatis. Ius enim ex persona actoris metiendum est. *Guidopap. decis. 619. per totam, & tradit Gigas de pension. quaest. 47. num. 10. Gregor. dicta decis. 275. num. 2. Rota penes Cinc. de Censib. decis. 242. num. 4. Coccin. decis. 31. numer. 5. & in Compsana pensionis 4. Iulij anno praeterito coram Re-*
7 *uer. P.D. meo Royas in princip.* † Maximè quia huius pensionis reseruatio non est conditionalis sub clausula dummodo, &c. quo casu, ad obtinen. manutentionem necessariam esse probationem valoris: tradit *Gratian. discept. 113.*
8 *num. 73. & seqq. & discept. 363. num. 40.* † sed est pura. Quo casu probationem valoris non requirit, *Rota in Cremonen. pensionis 25. Februarij 1622. coram bon. memor. Cardin. Vbaldo relata per Grat. discept. 948. num. 13.* vbi plures concor-
9 dantes allegantur. † Haec enim reseruatio simplicem solum narratiuam valoris continens, gratiam nullo modo conditionalem reddit. *Rota decis. 519. num. 4. par. 4. recent.*

Non obstat Dominum Principem videri à sua possessione cecidisse, cum multo tempore pensiones decursas, nec petijsse, neque exegisse doceat; vel quia sententiae ad fauorem Domini Petri Moderni Abbatis super nullitate, & extinctione pensionis de anno 1638. latae,
10 acquieuerit. † Quia ad manutentionem obtinen. vnica exactio sufficit; vt docet *Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina num. 53. de caus. possess. & propriet. Seraphin. decis. 436. num. 1. & decis. 149. num. 2. & habetur in supradicta Anagnina pensionis coram bon. mem. Cardin. Verospio in Romana Subcollectoriae 17. Martij 1645. vers. Aduersus coram Domino meo Bichio, ac in alijs superius allegatis.* Pen-
11 sionario † enim de successiuis exactionibus docendi onus non incumbit, cum titulari eius aduersario, cuius exceptio in negatiua fundatur, ideòque terminos successiuos non fuisse petitos, & vltro ipso petente, solutionem eorum fuisse denegatam, probare tenetur; Nam
12 in † incorporalibus ad amittendam quasi possessionem, semel quaesitam, denegatio solutionis cum acquiescentia petentis requiritur; vt eleganter docet *Innocent. in cap. quaerelam n. 3. & ibi Abb. num. 2. de elect. Gratian. d. discept. 113. num. 21. & seqq. Mantic. decis. 172. numer. 5. Buratt. decis. 823. num. 5. Rota in Romana fructuum 11. Aprilis 1605. coram bon. mem. Corduba impress. apud Modern. Perusin. tact. de manuten. decis. 86. n. 8.*
13 vbi † deciditur, quod ad perdēdam quasi possessionem exigendi pensionem, vltra denegationem solutionis requiritur, quod postea Pensionarius per decennium tacuerit, *& similiter fuit dictum in Cusentana pensionis 22. Iunij 1618. coram bon. mem. Francisco Vbaldo* ex ea ra-
14 tione † quia in corporalibus possessio, nisi per denegationem debitoris nō dicitur interrupta, & solo animo retinetur *l. 3. §. in amittendo. ff. de acquir. possess. Rip. in d. cap. cum Ecclesia Sutrina num. 11. in fine de caus. possess. & propriet. Gratian. discept. 519. num. 68. & 69. Rota decis. 569. nu-*
15 *12. par. 5. recent.* † Et Principis acquiescentia sententiae de anno 1638. contra ipsum latae, cū ab ea appellauerit, ei non nocet, nec ante restitutionem in integrum de anno 1645. ab eo obtentam lapsum est decennium, immò tantò minus ipsi officit, quia appellationem prosequi ex causa affinitatis dicti Domini Petri cum Nepote fel. record. Vrbani VIII. omisit. *Innoc. in supradicto cap. cum quaerelam n. 3. de elect. Rota in Ciuit. Pleb. Pens. 5. Maij 1645. coram Domino meo Bichio,* quae causa licet ab ipso Principe tantum opinata fuerit, neq; enim subiectus etiam Pontificis imperio iustitia aliquod passa fuisset, si Princeps experiri voluisset, ni-
16 hilominùs ad effectum, de quo agitur, satis est, quod haec causa à pensionario fuerit opinata, nam haec ipsa opinio animū eius dimittendi possessionem excludit; vt in proximis terminis tradit *Gratian. discept. 318. num. 26. Rota in Volaterana Prioratus 16. Martij de anno praete-*
17 *rito coram eodem D. meo Bichio,* † quam vulgaris etiam illa regula confirmat, quae ait, quod ad animum alicuius eliciendum, magis eius opinio, quam veritas attenditur *l. Regula ff. de iur. & fact. ignor. Socein, sen. consil. 124. num. 2. lib. 4. Mantic. de coniect. lib. 3. tit. 10. num. 2.*
18 Nec refert, † quod ob non prosecutionem appellationis sententia annullationis pēsionis transierit in rem iudicatam postquam non datur manutentio, maximè quando sententia executioni fuit demandata. *Caual. decis. 390. num. 6. vers. Nec visa fuit obstare Rota decis. 44. n. 5.*
19 *par. 4. recent.* † Obiectum enim si restitutio in integrum concessa non fuisset, procederet;
20 Secus verò dum ea fuit concessa, † nam per hanc lis reuiuiscit. *Seraphin. decis. 945. num. 3. Rot. decis. 135. num. 6. par. 4. tom. 2. recentior.* & omnia in pristinum statum reponuntur *l. quod si minor §. restitutio ff. de minor. Glos. in cap. audito de restit. in integrum. Valenz. consil. 44. numer. 34.*
21 Quamuis † restitutio commissa sit cum clausula prout de iure *Rota in Placentina Parochialis de Malpartida 1. Iulij 1602. coram Litta impress. apud Marches. de commiss. par. 3. fol. 24. sub num. 2. & in Rom. Domorum 25. Iunij 1646. coram D. meo Bichio.*
22 Vlterius † ponderarunt Domini optimam rationem, quod quemadmodum si sententia in iudicatum non transiuisset pensionario in gradu appellationis danda est manutentio, ita pariter ei dari debeat in gradu restitutionis in integrum. *Rota decis. 350. in fin. par. prima & decis. 436. num. 2. par. 4. diuers. & coram Papa Gregor. XV. decis. 458. num. 8. & coram Burat. decision. 604. numer. 14. ac fuit dictum in supra allegata*
Ana-

Anagnina pensionis coram Domino Cardinale Verosp. §. non etenim, vers. quia præterquam, vbi plures concordantes allegantur, & in Montis Alti Beneficij 18. Maij anno præterito coram eodẽ Domino meo Bichio.

23 Ad † quem effectum nulla est facienda distinctio inter restitutionem in integrũ gratiosam, & commissam, prout de iure, quia eædemmet decisiones hic allegatæ loquuntur in terminis restitutionis, prout de iure, quæ semper, vel exprimitur in huiusmodi restitutionibus aduersus rem iudicatam, vel subintelligitur, & vt supra dictum fuit clausula prout de iure nõ
24 impedit,† quia per restitutionem in integrum omnia in pristinum reposita esse censeantur, ac si res iudicata non emanasset.

25 Neque dici potest, † esse priùs de causis restitutionis in integrum cognoscendum, ante-
26 quam manutentio concedatur, † quando vt in casu præsenti adest in commissione restitutionis in integrum Clausula cum facultate manutenendi; quia tunc commissio etiam summarijssimum possessorium comprehen-
27 dit,† quod ante omnia terminari debet *cap. Pastoralis de caus. possess. & propriet. l. Ordinarij C. de rei vendic. l. si de rei ff. de iudic. Rota decis. 365. numer. 9. par. 1. recent.* ad quem effectum lis per solam commissionem restitutionis in integrũ prout de iure introducta esse dicitur, quamuis
28 secus sit, † quod ad effectum reuocandi sententiam latam, quæ scilicet reuocari non potest, nisi postquam de iniustitia, vel nullitate sententiæ, & sic de causis restitutionis in integrum plenè cognitum fuerit, vt benè distinguendo tradit *Buratt. decis. 323. num. 4. Rota decis. 351. num. 5. par. 1. diuers. decis. 132. par. 1. decis. 307. decis. 672. & decis. 731. vbique nu. 1. p. 2. recent.* & ita fuit seruatum *in Romana subcollectoriæ 17. Martij 1645. coram Domino Bichio,* vbi pa-
29 ritèr causa † restitutionis in integrum cõmissa fuerat cum facultate manutenendi, quem de iure, quæ clausula eodem modo refertur ad iustitiam manutentionis, veluti clausula, prout de iure, & quatenus inferretur ad ordinem
30 Iudicij, † iste postulat, vt prius summarijssimum possessorium terminetur, & deindè de meritis negotij principalis inquiratur; Maxi-
31 mè de stylo Rotæ, † quæ causas restitutionis in integrum non leuiter attingere, sed plenè cognoscere, & sub vnica illarum discussione terminare negotium principale in petitorio solet, vt fuit seruatum *in causa Mediolanen. Cimiliarcetus anno 1645. coram me.*

32 Accedit,† quod eo ipso, quod de quasi possessione Domini Principis rei tunc conuenti constabat, & sententia ei petitam manutentionem, de qua expressè protestatus est, non concessit, satis respectu summarjssimi possessorij de causis restitututionis in integrum constare dici debet. Vnde quemadmodum, cognito de causis restitutionis in integrũ circa negotium principale, in petitorio Sententia ferenda esset, sic eodem modo in summarijssimo
33 possessorio pronunciandum est, † dum circa illud sententia contra Dominum Principem lata apparet iniusta, ex quo ipsi possessori manutentionem non concessit, *ad text. in l. de ipsa re 74. ff. de iudic. cap. cum super de caus. possess. & propriet. Christoph. de Paz. ad leg. reg. l. 158. nu. 1. Rota in Marianen. Parochialis 3. Aprilis 1646. coram Reuerendissimo Domino meo Decano.* Quæ iniustitia Sententiæ non tollitur per fundamen-
34 ta contracti a Principe matrimonij. † Habet enim Indultum Apostolicum sibi concessum retinendi hanc pensionem, non obstante matrimonio cum quacumque vxore, sibi benè visa contrahendo, cuius Indulti ius non eliditur per exceptionem conditionis in eo appositæ non seruatæ, per quam iubebatur intra annum proximum habitum alicuius regularis militiæ suscipere, quod tamen neque intra dictum terminum, neque intra alios sex menses
35 ad quos fuit prorogatus adimpleuit,† ita enim ipsa dubietas, an tempus suscipiendi habitum à die concessi Indulti, vel contracti matrimonij sumere incipere debeat, ostendit Principi interim non auferendã fuisse manutentionem in quasi possessione exigendi dictam pensionem, in qua existebat *§. restituendæ Instit. de interdict. Greg. decis. 461. num. 1.*

36 Neque † executio iam facta, quæ aliàs, ne in gradu restitutionis in integrum detur ma-nutentio, operari solet hic effectum hunc
37 producit; † Quia intelligenda est de executione facta ab homine, non verò de executione, quæ venit ex dispositione iuris, & quam secum traxit Sententia absolutoria, vt in puncto sic distinguendo declarauit *Rota coram bon. mem. Buratto decis. 604. num. 16. & 17. & prius fuit firmatum in Ferrarien. Bonorum de Zaualeis 26. Iunij 1614. coram Sanctissimo Domino nostro, & in Romana Census 9. Nouembris 1606. coram Penia.* Vnde *decisio Romana de Bombellis 13. Maij 1613. coram Cardin. Sacrato* in contrarium allegata nihil facit, quia loquitur in terminis executionis factæ ab homine in vim Sententiæ cõdem-
38 natoriæ. † Nec petebatur ibi manutentio, neque causa restitutionis erat commissa cum facultate manutenendi, quod etiam respondetur ad aliam decisionem exaduerso allegatam *coram Cæsar. de Graff. decis. 10. de Sent. & re Iudic.* Quare Domini, omissis pro parte Domini Petri adductis, quæ Iustitiam, seu validitatem Sententiæ concernunt, quæ satis magnã etiam pati difficultatem videntur, dum Auditor Cameræ neglecto rescripto cum clausula non retardata solutione pensinis, & parte contradicente in petitorio pronunciauit; Domini respondendo ad dubium propositum censuẽ D. Principi esse dandum mandatum de manutenendo vtraque parte informante.

☞ *Infra in hac eadem par. 10. recent. habetur altera decisio sub die 1. Iulij 1647.*

R. P. D. MELTIO.

Postea Reuerendissimo Episcopo PAPIEN.

Callien. Bonorum.

Lunæ 8. Aprilis 1647.

ARGVMENTVM.

Restitutio in integrum semper conceditur ad-
uer-

uersus sententiam nullam, & iniustam; quapropter in præsenti decisione, disputatur primo. An processus factus simpliciter cum Procuratore Minoris, qui ante litem contestatam habebat generale mandatum Procuræ absque decreto Iudicis substineatur.

Secundò an emphiteusi finita si proximior petat inuestituram, & obtineat quoad certam partem bonorum, quia reliqua ab alio occupabātur, an inquam sufficiat pro conseruatione iuris illi competentis; itaut post vnius anni tēpus, quod ad hunc effectum datur, possit petere renouationem maximè contra extraneū deindè inuestitum; & resolutio quoad primam partem est negatiua, affirmatiua verò quoad secundam, & in contrarium adducta refelluntur.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum non denegatur aduersus sententiam nullam, & iniustam.*

2 *Sententia lata contra minorem nulla præuia citatione, & deputatione Curatoris est nulla.*

3 *Sententia latata contra Minorem indefensum non substinetur.*

4 *Restitutio in integrum danda est aduersus sententiam latam absque citatione, & contra minorem indefensum.*

5 *Sententia lata absque citatione contra minorem indefensum nunquam transit in iudicatum.*

6 *Inuestitura legitimè petita, & cum iuramento, promissa non potest deindè denegari.*

7 *Inuestitura ad hoc, vt dicatur facta sufficit quod quis à Domino illam petierit.*

8 *Mandatum Procuræ factum à Tutoribus minorum, requirit decretum Iudicis pro illius validitate.*

9 *Procurator minoris constitutus ante litem contestatam per mandatum procuræ generale, si nullas fecit defensiones dicta Constitutio non attenditur, & processus cum eo factus corruit.*

10 *Inuestituræ renouatio concessa in parte, ex æquitate legis est paritèr concedenda quoad residuum.*

11 *Amplia stante consuetudine inuestiendi.*

12 *Consuetudo in materia renouationis emphiteusis attendenda est.*

13 *Emphiteusis, quæ ex consuetudine renouari solet, fieret iniuria, quatenus talis renouatio denegaretur.*

14 *Consuetudo in materia renouationis emphiteusis, quod Ecclesia non soleat renouare fœminas, ex quo elidatur.*

15 *Consuetudo contrahentium potiùs, quàm Regionis attendenda est in materia renouationis emphiteusis.*

16 *Emphiteusis Ecclesiastica renouata in parte, est paritèr renouanda in totum, si Ecclesia noluit istam partem pro se retinere.*

17 *Emphiteusi renouata alicui pro se, & eius filijs, & Nepotibus masculis, dicuntur exclusæ fœminæ.*

18 *Declara procedere quatenus extent masculi ex primo inuestito descendentes, sed his deficientibus admittitur etiam fœmina ad renouationem petendam.*

19 *Emphiteusis renouatio petitur ex æquitate, non autem vigore inuestituræ.*

20 *Ecclesia dum nolit pro se retinere emphiteusim, æquitas suadet, vt præferatur fœmina proximior vltimi inuestiti.*

21 *Bulla Vrbani VIII. 51. incip. Humanæ salutis auctor in §. 2. quid disponat explicatur.*

22 *Beneplacitum Apostolicum ad effectum renouationis emphiteusis ex quo præsumatur obtentum.*

23 *Rescriptum Papæ concedens alicui facultatem renouandi emphiteusim, si fuerit obtentum in Signatura Gratiæ, an dicatur sufficiente constare de Beneplacito Apostolico.*

24 *Rescriptum Papæ emanatum in Signatura Gratiæ si fuit simplex, & absolutum, & respiciat merè gratiosa absque vlla restrictione contentorum in comissione intelligi, ac seruari debet.*

25 *in Rescriptis Papæ merè gratiosis, numquam attendi solet Signatura Regentis.*

26 *in Rescriptis Papæ emanatis in Signatura Iustitiæ attenditur extensio Regentis.*

27 *Rescriptum Sanctissimi emanatum in Signatura Gratiæ intelligendum venit secundum postulata, itaut correspondeat omnibus in commissione petitis.*

28 *Beneplacitum Apostolicum in materia renouationis emphiteusis alicui concessum suffragatur etiam alijs.*

29 *Beneplacitum Apostolicum in materia renouationis emphiteusis non respicit personas, sed actum.*

30 *Beneplacitum Apostolicum concedens facultatem alienandi bona Ecclesiæ considerat, vtilitatem Ecclesiæ, non autem personas, quibus conceditur.*

31 *Beneplacitum Apostolicum obtentum pro alienatione bonorum Ecclesiæ extenditur etiam de persona ad personam.*

32 *Emphiteusi finita ob deficientiam generationis datur proximiori tempus vnius anni ad petendam inuestituram.*

33 *Emphiteusi finita si proximior petat inuestituram, & obtineat quoad certam ratam bonorum, sufficit pro conseruatione iuris illi competentis.*

34 *Emphiteusi finita si proximior petat inuestituram censetur concessa quatenus de iure concedenda foret maximè contra extraneum deindè inuestitum.*

35 *Emphiteusi finita si bona essent ab alio occupata, annus ad petendam inuestituram non incipit currere, nisi à die recuperationis, & adeptæ possessionis per Dominum directum.*

36 *Emphiteusi finita si fuit inuestitus extraneus, facultas petendi renouationem durat spatio triginta annorum.*

37 *Pontifex non censetur voluisse alicui tollere aliquod ius, de quo notitiam non habuit.*

38 *Emphiteusis ex speciali licentia Pontificis concessa, non valet quando tendit in præiudicium tertij, quod Papæ non innotuit.*

39 *Gratia subreptitia nihil operatur.*

DECISIO XLVI.

CASTRA Rocchæ Leonellę Guerrini, & alia bona illis annexa fuerunt a Capitulo, & Canonicis Ecclesiæ Callieñ ab immemorabili in emphiteusim concessa maioribus Philomenæ Brācaleonæ, prout de anno 1530. renouata fuerunt Octauiano Brancaleono pro Canone vnius Arietis pinguis, pro se, eiusque filijs, & nepotibus masculis, vsq; in eius tertiā ge-

generationem, quæ cum fuerit finita ex causa
obitusq. Io: Francisci Brancaleoni, fuit ab eo-
dem Capitulo, & Canonicis Callieñ facta re-
nouatio quoad bona allodialia tantum ad fa-
uorem Philomenæ, eiusdem Ioannis Francisci
vltimi inuestiti ex filio prædefuncto neptis, &
hæredis pro se, eius filijs, & nepotibus mascu-
lis, quæ vlterius mediante obligatione Came-
rali, & iuramento promiserunt renouationem
quoque dd. Castrorum facere non obstante
Constitutione san. mem. Vrbani VIII. in no-
uo Bullario in ordine 51. sub §. 2. quæ prohi-
bet alienationem bonorum iurisdictionalium
absque beneplacito Apostolico, cuius naturæ
sunt dicta Castra, quàm tamen obligationem,
atque promissionem locum habere voluerunt
statim ac à Sede Apostolica licentia renouan-
di eadem Castra fuisset obtenta, vt ex inuesti-
tura, & instrumento concessionis datis in *Sum.
Philomenæ nu.* 1. *&* 2. Verum, quia fuerunt po-
stea dd. Castra per Cameram Apostolicam oc-
cupata sub prætextu quod vna cum Statu Vr-
bini post obitum Ducis Francisci Mariæ fuis-
sent ad eamdem Cameram deuoluta, vano
postmodum reperto huiusmodi prætextu, fue-
runt illa eisdem Canonicis restituta, qui vigo-
re licentiæ obtentę ab eodem Vrbano dicta
Castra concesserunt q. Hieronymo Martino-
tio, pro se ipso, eiusque filijs, & nepotibus
masculis pro eodē canone vnius Arietis pin-
guis *d. Sum. num.* 4. & ab eo fuit illorū adepta
possessio; cum autem ad ipsius instantiam, vi-
gore cōmissionis, iactationis iactationum, fue-
rit in Camera causa commissa, & contra eam-
dem Philomenam minorem sententiam ob-
tinuerit, sequuto deindè obitu d. Hieronymi
sine filijs masculis, prædicti Canonici renoua-
runt inuestituram de dictis Castris Petro, &
Iosepho de Martinotijs, eiusdem Hieronymo
Agnatis, adhuc eadem Philomena in minori
ætate constituta, quæ, adita Signatura San-
ctissimi, obtinuit causam restitutionis in in-
tegrum Eminentiss. D. Cardinali Procamera-
rio de Voto Rotæ committi aduersus dictam
sententiam, & immissionis in possessionem;
1 Proposito igitur sub hac die dubio, † an con-
staret de causis restitutionis in integrum, fuit
per Dominos responsum ad fauorem eiusdem
Philomenæ, scilicet ipsi eam competere, cùm
non denegetur aduersus sententiam nullam, &
iniustam *cap.* 1. *vbi Abb. de restitution. in integrum
Rota decis.* 1. *eodem titulo in nouis, Riminaldus iunior
cons.* 747. *num.* 121. *Gratian. discept. forens. c.* 233.
num. 7.
2 Nullitas † enim ex eo resultat quia senten-
tia fuit lata contra Philomenam minorem
nulla præuia citatione, neque deputatione
3 Curatoris in hac causa, † quæ propterea non
substinetur, vti lata contra minorem indefen-
sum, *l. & minores, C. si aduersus rem iudicatam, vbi
Bart. in summ. num.* 3. *Bald. num.* 1. *Angel. num.* 2.
*Salic. in l. si Præses, C. quomod. & quand. iudic. vbi
gloss. in vers. Auditore, Becc. cons.* 12. *num.* 35. *&*
36. *Ruin. cons.* 36. *num.* 4. *lib.* 5. *Menoch. cons.* 100.
num. 122. *Cæsar. de Grass. decis.* 9. *de sentent. & re
indic. Gregor. decis.* 43. *num.* 11. *& decis.* 485. *nu.* 5.
Caualer. decis. 585. *num.* 1. *& in rec. decis.* 406. *nu-
mer.* 4. *in princ. par.* 4. *Buratt. decis.* 627. *num.* 7.
4 Vnde † aduersus talem sententiam danda est
restitutio ad effectum, vt minor possit inue-
stituram consequi *Clar. in* §. *feudum quæst.* 49.
vers. sed quæro Odd. de restitution. in integrum q. 77.
num. 5. *&* 28. *&* 29. *Menoch. cons.* 757. *numer.* 13.
Becc. cons. 12. *num.* 61. *Decian. cons.* 4. *num.* 13.
& seqq. lib. 4. *Peregr. cons.* 94. *numer.* 53. *& seqq.
lib.* 2. *Rota decis.* 459. *num.* 2. *coram Papa Greg. &
in rec. decis.* 492. *num.* 1. *par.* 1. *&* 307. *num.* 1. *pa.* 2.
5 *&* 516. *eodem num.* 1. *par.* 5. † quo casu numquā
transit in iudicatum, *Mantica de tacit. & ambig.
lib.* 7. *tit.* 11. *numer.* 6. *Menoch. de arbitr. cas.* 484.
num. 8. *Cæsar de Grass. decis.* 2. *num.* 6. *& seqq. de
solut. Caualer. decis.* 270. *num.* 5. *& in recen. d. de-
cis.* 307. *num.* 1. *in fine, & decis.* 516. *num.* 2. *par.* 5.
6 Quæ † quidem inuestitura non poterat à Ca-
nonicis denegari, dum fuit legitimè petita,
necnon cum iuramento eidem Philomenæ
promissa, *Bald. in l. ne cui in* 1. *lectura C. de loca-
tion. & conduction. Castrens cons.* 338. *circa finem,*
ibi, sed petijt se inuestiri *lib.* 2. *Berou. cons.* 77.
num. 34. *vers. quoad Sigismundum, &c.* & paulò
7 inferius declarat sufficere ad hoc, vt dicatur, &
censeatur inuestitura facta, quod quis à Do-
mino illam petierit, &c. vsque ad *fin. volum.* 1.
Rota in Mutinen. emphiteusis 7. *Maij* 1632. *coram
Reuerendiss. D. meo Decano.*
Nō obstat, quod in causa fuerit citatus An-
tonius Amatorius, qui habebat à Tutoribus
Pilomenæ mandatum generale procuræ in
8 Curia; † Quia cum iste Procurator fuerit ab
illis constitutus ante litem contestatam absque
Iudicis decreto, pro illius validitate requisito
ex forma statuti iuxta *textum in l. neque tutores,*
9 *C. de procurator.* † & nullas fecerit defensiones
dicta Constitutio non attenditur, & pro-
cessus cū eo factus corruit ad tradita per *Bald.
in l.* 1. *sub num.* 3. *vers. & est ratio C. de bon. matern.
Mysinger. obseru.* 38. *cent.* 2. *Simoncel. de decret. in
præfat. num.* 81. *in fine, Bald. cons.* 417. *nu.* 5. *lib.* 2.
Honded. cons. 45. *num.* 15. *&* 35. *lib.* 1. *Rota decis.*
373. *num.* 1. *coram Papa Gregorio, Perusina expen-
sarum coram Penia per Pic. ad statut. Vrbis decis.* 3.
num. 40. *Grat. decis. Marchiæ* 15. *per totam, & in
rec. decis.* 406. *num.* 4. *vers. vltra quod par.* 4.
10 Iniustitia dictæ † sententiæ etiam patet, quia
dum de descendentia ipsius Philomenę non
dubitatur mediante persona Io: Francisci eius
Patris, qui fuit filius Octauiani inuestiti de an-
no 1530. de dictis Castris, ac illi tamquam
proximiori superstiti concessa fuit à Capitulo
renouatio inuestituræ aliorum bonorum, vt
apparet ex dicto instrumento erat pariter eidē
concedenda etiam quoad dicta Castra tàm ex
æquitate legis *Bart. in l. permittitur sub numer.* 1.
*vers. & hoc nota pro emphiteusi, ff. de aqu. quotid. &
æstiu. & in l.* 1. *num.* 1. *ff. de priuil. cred. Cald. de
emphyt. conclus.* 9. *num.* 5. *relati per Fulgineum de
iur. emphyr. in tit. de renouat. quæst.* 1. *num.* 24. *&
in tit. de success. in bon. emphyt. quæst.* 2. *num.* 10. *Pa-
pon. cons.* 25. *num.* 54. *Dec. cons.* 131. *num.* 2. *vers.
& in Ecclesia maior. Roman. cons.* 22. *num.* 5. *vers.
quoad vltimum. Brixien. feudi* 16. *Maij* 1583. *coram
Bubalo penes Fenzon. decis.* 67. *Ferrarien. de Schian-*

chis

chis 20. *Aprilis* 1617. *coram Sanctiss. D. Nostro, & in recent. decis.* 176. *num.* 28. *per.* 5. *& decis.* 74. *num.* 12. *par.* 6. *& decis.* 198. *numer.* 2. *par.* 2. *diuers. Rauennaten. emphiteusis* 6. *Martij* 1637. §. *pro cuius affirmatiua coram Reuerendissimo Domino meo Decano. Eugubina renouationis emphyteusis* 7. *Iunij* 1641. *coram R.P.D. meo Bichio*: Quam ex con-
11 suetudine † ipsius Ecclesiæ in principio eius-
12 dem instrumenti enunciata,† quæ in hac materia attendi debet, vt per *Bald. in authentica si quas ruinas sub num.* 6. *vers. secundo, C. de sacrosanct. Eccles. Ias. in l. finali sub num.* 33. *vers. tertio fuit renouatio. C. de iur. emphyt. Fulgineus d. titulo de renunciation. d. q.* 1. *num.* 30. *&* 61. *& quæstion.* 4. *num.* 5. *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 22. *tit.* 30. *num.* 19. *vers. quod intelligitur, Berou. consil.* 116. *num.* 4. *vers. tamen stante loci consuetudine lib.* 1. *Cephal. cons.* 725. *num.* 15. *lib.* 5. *Corn. consil.* 250. *num.* 3. ibi tamen stante consuetudine *lib.* 3. *Curt. sen. cons.* 49. *num.* 91. *Gozadin. con-*
13 *sil.* 75. *num.* 18. † Aliàs enim fieret iniuria quatenus denegaretur talis reformatio emphyteusis, *Bart. in dicto* §. *permittitur, Bald. in l. ne vni, Cod. de locat. & in cap. in præsentia in* 9. *column. de*
14 *probat. Ias. cons.* 227. *num.* 26. *lib.* 2. † Atque ita consuetudo in contrarium allegata per illos de Martinotijs scilicet, quod dicta Ecclesia soleat renouare fœminas, eliditur, dum Capitulum de bonis allodialibus Philome-
15 nam renouauit † vnde magis est attendenda consuetudo contrahentium, quàm Religionis *text. in l. cum vniuersorum, ff. de pignor. act. l. hæredes palam,* §. *si quid post in fine*, ibi ex consuetudine Patris familias, vel Regionis *ff. de testamen. Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 3. *tit.* 13. *n.* 27.
16 maximè cum Ecclesia in præsenti casu noluerit hanc emphyteusim pro se retinere, dum eamdem illis de Martinotijs extraneis concessit, *Ripa in dicta l.* 1. *ff. de priuileg. creditor. Alciat. in l. si mihi, & Titio num.* 31. *ff. de verborum obligatione, Marescottus var. resolution. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 11. *vers. nec est verum circa finem, Gozadin. cons.* 39. *num.* 21. *Mantic. decis.* 10. *num.* 9.

17 Non obstat, † quod talis emphiteusis fuerit renouata Octauiano pro se, & eius filijs, & nepotibus masculis, & sic fœminæ dicantur exclusæ, *Bald. in cap.* 1. *num.* 2. *de his, qui feud. dar. poss.*

18 Quia hoc procedit † quatenus extent masculi ex primo inuestito descendentes, sed his deficientibus, admittitur etiam fœmina proximior illius descenden. ad petendam renouationem, licet inuestitura sit per solos masculos
19 cum † renouatio petatur ex æquitate, non autem vigore inuestituræ, *Bart. in d. l.* 1. §. *permittitur ff. de aqua quotid. & æstiu. Angel. in eodem* §. *permittitur ad med. Marescot. variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 6. *Fulgin. dicto titulo de renouation. quæst.* 1. *num.* 14. *per tot. Berou. cons.* 98. *numer.* 6. *lib.* 1. *Giouagnon. cons.* 44. *num.* 115. *& seqq.* 121. *lib.* 2. *Paris. cons.* 22. *num.* 36. *lib.* 1. *Seraph. decis.* 242. *num.* 13. *vers. non obstat dictio tantum part.* 1. *diuers. & dicta decis.* 67. *apud Fenzon. Duran. decis.* 334. *num.* 2. *vers. non obstat, & seqq. & in recent. decis.* 176. *num.* 30. *par.* 5. *Mutinen. emphyteusis* 26. *Iunij* 1630. *coram Reuerendissimo D. meo Decano, & dicta Ferrarien. de Schianchis* 28 *Apri-*
20 *lis* 1617. cum æquitas suadeat, vt dummodo Ecclesia nolit pro se retinere, fœmina proximior, vt est Philomena, præferatur tam ex ordine charitatis, quàm affectionis, *Bart. in d.* §. *permittitur Ancharan. cons.* 171. *num.* 5. *&* 6. *& cons.* 134. *num.* 2. *ad med. Roman. cons.* 22. *nu.* 5. *vers. contrarium tamen, Clarus in* §. *emphyteusis quæst.* 43. *in princ. Gabriel. de iur. emphyt. concl.* 1. *num.* 1. *Implen. bonorum* 18. *Iunij* 1618. *coram bo. mem. Coccino in ordine* 66. *vers. quo verò ad secundum apud Fenzon ad Statutum Vrbis.*

21 Minus † obstat Constitutio Vrbani Octaui, quæ est in Bullario 51. incip. Humanæ salutis auctor in §. 2. Quia hæc Bulla nullibi tollit ius competens Agnatis proximioribus vltimi inuestiti petendi renouationes ab Ecclesia, sed tantum prohibet illas fieri nisi obtento prius
22 beneplacito Apostolico, † quod quidem in præsenti casu fuit à Philomena obtentum, stante Sãctissimi rescripto Eminentiss. D. Cardinali Procamerario directo, cuius vigore
23 cõcessa illi fuit † specialis facultas renouandi, cuius sufficientia reuocari non potest in dubiũ cum tale rescriptum emanauerit in Signatura Gratiæ, ac fuerit simplex, & absolutum, &
24 respiciat merè gratiosa; † vnde absque vlla restrictione contentorum in commissione intelligi, ac seruari debet, *Seraphin. decis.* 922. *num.* 4. *vers. & semper Adden. ad Buratt. decis.* 621.
25 *num.* 26. *in fine* † quia in rescriptis Papæ merè gratiosis numquam attendi solet Signatura Regentis, *Rota decis.* 339. *num.* 7. *par.* 4. *recent.*
26 *tom.* 3. & illius extensio attenditur solum in rescriptis Signaturæ Iustitiæ *Cresc. dec.* 1. *de rescr. Seraphin. decis.* 122. *num.* 4. *& in recentior. decis.*
27 330. *numer.* 15. *&* 16. *par.* 5. † atque ita rescriptum Sanctissimi intelligendum venit secundum postulata, itaut correspondeat omnibus in commissione petitis *Corn. cons.* 233. *n.* 2. *lib.* 4. *Bisign. decis.* 2. *n.* 5. *in fine, Rota decis.* 162.
28 *num.* 2. *par.* 3. *recent.* Et in omnem casum posset etiam suffragari facultas concessa illis de Martinotijs, cuius vigore ad illorum fauorem
29 fuit à Capitulo facta renouatio, cum talis facultas data non fuerit respectu personarum, sed contemplatione actus, scilicet renouationis
30 huius emphyteusis; † nam in concessione beneplaciti pro alienatione rerũ Ecclesiæ Papa considerat vtilitatem Ecclesiæ, non autem
31 personas, quibus conceditur † tali casu huiusmodi beneplacitum attenditur etiam de persona ad personam, *Camer. in cap. Imperialem fol.* 44. *conclus.* 2. *littera S. de prohibition. feud. alien. Lupanel. ad Iserniam eodem titulo col.* 6. *vers. Sempronio, ante med. vers. quod tamen eleganter Bononien. transactionis* 8. *Iunij* 1637. *coram Eminentiss. D. Card. Verospio in ordine* 228. *numer.* 31. *par.* 7. *recent. confirmata sub* 25. *Februarij* 1639. *coram bo. mem. Merlino.*

32 Cessat † pariter aliud obiectum, scilicet, quod Philomena non petierit inuestituram infra annum, qui ad hunc effectum datur, *Cald. de renou. emphyt. quæst.* 2. *num.* 34. *lib.* 1. *Fulgin. dicto tractat. in tit. de renouation. quæst.* 1. *num.* 20. *& seq. Gozzad. cons.* 7. *n.* 3. *Rota dec.* 756. *n.* 3. *p.* 4. *diuers.*

Quia

33 Quia non solum † contrarium probatur ex lectura publici instrumenti inuestituræ bonorum allodialium, ex qua apparet de instantia, & petitione per eam facta ad effectum illam obtinendi etiam in istis Castris statim mortuo eius patre ob deficientiam masculorum, quæ sufficiens fuit pro conseruatione iuris illi cō-
34 petentis,† cum ab eo tempore censeatur concessa quatenus de iure concedenda foret, maximè contra extraneum, deinde inuestitum, *Bald.de renouat.emphyt.quæst.*10.*n.*17.*vers.ex quibus lib.*1.*Castren.cons.* 338. *in fine, vers. & prædicta duo lib.*2.*Berou. cons.*77.*num.*34.*& cons.* 98. *num.* 4. *& seq.lib.*1.*Riminald.iun.cons.*444.*num.* 50. *Rota decis.* 198.*nu.*5.*par.*2.*diuersorum, Seraphin.decis.* 610.*n.*8. *& decis.* 630. *numer.* 1. *ac in recen.decis.*791. *in fine par.*4.*& decis.*73.*num.*31.*par.*5.*Imolen. bonorum* 18. *Iuny* 1518. §. *non obstat, quod res non sit integra coram bon.mem.Coccino,& in Mutinen. emphyteusis*26. *Iunij* 1630.§.*nec obstat quod res, &*7.*Maij* 1632. *coram Reuerendiss.D.meo Decano.*

35 Immò † quia eidem Philomenæ fuit concessa inuestitura tantum in bonis allodialibus, & Castra supradicta fuerunt per Camerā Apostolicam occupata sub prætextu deuolutionis ob mortem Ducis Vrbini, ex hoc annus non cæpit currere nisi à die recuperationis bonorum,& adeptæ possessionis per Dominum directum. *Tiraquel.de retract.consanguin.*§.1. *glos.*10. *num.*36.*& seq.Cald.d.quæst.*7.*nu.*13. *Rosent. de feud. cap.*6.*conclus.*52.*num.*3.*Grat.discept.forens.cap.* 707. *nu.*20.*&*21.*Abbas cons.*67.*ad fin.lib.*2.*Anchar.cons.* 174.*sub num.*6.*Felin.cons.*32.*num.*17.*&*18.*Menoch.*
36 *cons.*759.*num.*12.*Surd.decis.*189.*num.*26.† Immò cum fuerit inuestitus extraneus, facultas petendi talem renouationem durabat spatio 30. annorum, *Marescot. variar.resolution.lib.*1.*cap.* 3. *num.*22.*Tiraquel.de retract.lignag.*§.1.*glos.*10.*num.* 9.*Fulgin.d.tit.de renouation.par.*1.*numer.*20.*Gratian. discept.forens.cap.*758. *num.*6. *Gabr. de iur. emphyt. concl.* 1.*nu.*12.*Ias.cons.*7.*in fine lib.*3.*Dec. cons.* 395. *pariter in fine, Seraphin. decis.* 610.*numer.*8.*&decis.* 630.*num.*1.*& d.Ferrarien. de Schianchis coram Sanctiss.D.N.*

Tandem nihil refert, quòd illi de Martinotijs fuerint inuestiti ex speciali licentia eiusdē Vrbani VIII.cum derogatione prædictæ Bul-
37 læ; † Quia cum Pontifici nulla fuerit facta mentio de iure Philomenæ,non censetur illud tollere voluisse, cuius notitiam Pontifex non
38 habuit, † nec in illius præiudicium Matrino-
39 tijs talem emphyteusim concedere, † & per consequens talis gratia tamquam non carens vitio subreptionis nihil operatur, *Lanar.cons.*15. *numer.* 23. *& seqq. Dec. cons.* 142. *numer.* 5. *vers. non obstat*, quod cum auctoritate Papæ *Ruin. cons.*157.*n.*4.*&*11.*lib.*1.*vers.nec dici potest,Rota dec.* 65.*n.*2.*par.*2.*diuers.Buratt.dec.*576.*num.*4.*vers.præsertim quia.*

Et ita vtraque parte &c.



R. P. D. LEONE VEROSPIO

Bononieñ Litterarum Cambij.

Lunæ 8. *Aprilis* 1647.

ARGVMENTVM,

Delegatio vbi non interuenit simplex cessio liberationem non inducit, ex quibus autem deducatur cessionem fuisse simpliciter factam, non autem per viam delegationis ex ipsa decisione patebit.

SVMMARIVM.

1 *Cessio non operatur liberationem cedentis, donec solutio subsequatur.*
2 *Litteræ cambij tacitam habent conditionem, quatenus fuerint acceptatæ.*
3 *Cedens obligationem non extinguit per cessionem, non secuta solutione, sed potest à creditore conueniri.*
4 *Cessio inducens nouationem cedentem liberat,& transfert periculum in cessionarium.*
5 *Nouatio non præsumitur.*
6 *Cessio deficiente nouatione resoluitur in simplex mādatum, nec liberationem importat.*
7 *Delegātionis natura quæ.*
8 *Delegatio transfert periculum in delegatarium.*
9 *Delegatio reddit debitorem delegatum immunem, nè amplius à creditore delegante molestetur.*
10 *Delegatio excluditur ex renouatione crediti facta nomine delegantis, non delegatarij.*
11 *Reseruatio Dominij repugnat dationi in solutum.*
12 *Reseruatio dominij facit uenditionem transire in locationem.*
13 *Testes, & Notarius de Instrumento rogatus plenè probant.*
14 *Testes singulares non probant confessionem extraiudicialem, & num. seq. ubi contraria opinio dicitur uerior.*
15 *Testium singularitas ex quibus excludatur.*
17 *Testis ille propriè dicitur singularis qui contestem non habet.*
18 *Exigibilitas restricta ad tempus quid operetur.*
19 *Mora non consideratur in creditore,cui non fuit facta delegatio.*
20 *Exigibilitas simpliciter promissa non dicitur restricta ad tempus.*
Mora non datur sine negligentia n. 20.

DECISIO XLVII.

IN venditione prædij per Potterium facta Christophoro hic assignauit ad computum pretij litteras cambij librarum 4000. descriptas ad proprium creditum, & ad debitum Ludouici Spuntoni principalis, & Iulij fideiussoris; quas eidē Potterio præsenti bonas, & exigibiles manutenere promisit; Debitoribus verò assignatis factis non soluendo, ac recusationibus litterarum solutionem Potterio, hic pro earum consignatione coram Auditore Generali Bononien. egit contra Christophorum,& succubuit. Delata postmodum per appellationem mihi causa dubitaui super valida litterarum cessione quæ possit suffragari Christophoro, & fuit negatiuè responsum. Quia cessio liberatio-
1 nem cedentis non operatur,† donec litterarum solutio subsequatur *l.si debitorem ff.de nouat.Bart. in l. singularia num.* 19.*ff.de rub.credit.Iason nu.*36. *Dec.num.*26.*Rota decis.*679.*num.*2.*part.*1.*recent.* vbi

ratio

rationem deducit ex natura litterarũ cambij,
2 quæ tacitam † habent conditionem, quatenus acceptatæ fuerint, atque completæ, *& corã Gregor.decis.117.nu.1.& decis.716.num.1.part.3.recent.* Nec interim primæuam extinxit obligationẽ
3 Christophori, † ex qua idcirco poterit à Potterio creditore conueniri, vt notat *Bald. in l. litterarum nu 1.C.de solut.Rota coram Greg. in adducta decis.117.nu.2.*

Et licet ex cessione soleat etiam cedentis liberatio contingere, quoties illa nouationem inducit, vel mediante delegatione, vel per viã venditionis, vel ex causa dationis in solu-
4 tum, † quo casu in cessionarium etiam transfertur periculum *l.si nomen ff. de hæredit. vel act. vend.Dec.cons.99.n.4.vers.ego non potest dici Cancer. var. lib. 2. cap. 6. numer. 174. & aly relati in decis. Reuerendiss. Vrgellen.266.numer.17.§.Alia verò cessio est.*

Non tamen hæc cessio potuit nouationem
5 importare, † dum illa regulariter non præsumitur *iuxt.text.in l.vltima Cod.de nouat.& in §.præterea Instit.quib.mod.toll. oblig. Gabr. de nouat.conclus. 1. n.1. Rota in Bononien. litterarum cambij 4.Decembris 1616.coram Sanctiss.D.Nostro impress.part.3. recent. decis.716.n.1.& in Bononien.Pecuniaria 15.Ianuarij 1583.coram Lancellotta post Pacif.decis.49. numer.1.* nec vlla interfuit delegatio, neque venditio,
6 nec datio in solutum. † Quibus deficientibus cessio potius resoluitur in simplex mandatum ad exigendum, nec liberationem debitoris idcirco operatur *l.si mandauero §. interdum ff.mand. notat.gloss.magna in l.legaui ad fin. ff. de deliberat. legat. Alex.in l. si cum empor num.4.vers.vel.secundum Imolam ff. de pact.Imol.in l.facta §.si hæres numer.11. circa fin.ff.ad Senat.cons.Trebell.idem Cancer.var.lib. 2. cap. 6. numero 168. Osasch. decis. 61. numer. 7. & 9.*

Delegatio enim litterarum Cambij hoc casu excluditur, quia nec mandatum Christophori intercessit directum Spuntonis suis debitoribus, vt easdem litteras Potterio persoluerent, nec huius fauore à Spuntonis stipulata
7 fuit earum † solutio iuxta naturam delegationis de qua *glos.in l.quam §.si mulier ff. ad Vellèian.* vbi notat quoq; *Castrens.num.3. glos. in l. 1. C. de nouat.in verb.consentiente Dec.in l.singularia nu. 27. ff.de reb.cred.Ias.ibidem num.36.Gabr.de nouat conclus.1.num.22.& 16.Surd.cons.145.num.4.& in dec. 23.num. 66.* vbi præterea considerat pro exclusione delegationis pactum (in præsenti quoque cessione appositum) manutenendi exigibile nomen debitoris delegatum vti contrari-
8 um delegationi, † in qua periculum à delegãte transfertur in creditorem delegatarium iuxta *tex.in l.si mandauero §.abesse ff.mandat. notant Doct.in l.qui vsumfructum ff.de verb.oblig.vbi Alex. num. 5. Soccin. numer. 10. Castr. numer. 3. & in l. delegare numer. 3. ff. de nouat. Scacc. de camb. §. 2. glos. 5. num. 286.*

Cuius etiam delegationis exclusio comprobatur ex litterarum productione in foro Mercatorum facta per Christophorum postquam eas cesserat Potterio, & ex actione ibidem proprio nomine intentata pro eiusdem consecutione crediti cum hoc delegationis naturæ re-
9 pugnet, † quæ debitorem delegatum reddit immunem ne à creditore delegante valeat imposterum conueniri, vt notat *Castr. in l. si vsusfructus num.2.ff.de nouat. Iacob. de Nigris in repetitione l. 1.num. 66. ff. de leg. 1. vbi etiam Crot. numer. 42. Paris. cons.107. numre.18.vol. 3. Surd. decis. 23. numer. 2.*

Præsumpta quoque venditio ex cambijs post litterarum cessionem à Potterio renouatis remouetùr ex illius summario, ex quo cõstat renouationem semper fuisse subsequutã
10 nomine Christophori † non autem Potterij, qui in eiusdem litteris proprium nomen apposuisset, & nomen Christophori cassari curasset si earumdem dominum in venditionis Instrumento sibi fuisset translatum, vt ponderauit *Rota coram Seraph. decis. 1419. numer. 3.& in decis. 228. numer. 3. par.4. tom. 2. recent, & in Romana domorum 1. Decembris 1606. coram Sanctissimo Domino N.*

Hinc quoque eliditur altera species nouationis, datio scilicet in solutum, prout etiam excluditur ex reseruato prædij dominio ab eodem Potterio donec integrum pretiũ sibi fu-
11 isset exbursatum cum talis reseruatio † repugnet dationi in solutum, vt in terminis venditionis cum reseruatione dominij vsque ad integram solutionem pretij tradit *Art.in §. vlt.nu. 3.Instit.de legat.* vbi quod tunc venditionẽ facit
12 transire in aliam † speciem contractus videlicet locationis *Tiraq. de retr.lingn.§.1.glos.2. num. 36.Magon.decis.Florent.92.nu.15.& decis.Lucen.31. num. 9.Afflict.decis.338.nu.5. Surd. decis. 157.num. 2.& decis.288.num.6.par.4.tom. 2. rec.* Et demum tollitur ex testibus deponentibus litterarum consignationem factam fuisse loco pignoris, ac pro maiori securitate Potterij, qui optimè
13 videtur concludere † Dum inter eos adest Notarius de Instrumento venditionis rogatus, ac verisimiliter idcirco informatus de voluntate contrahentium, & omnes causæ scientiam reddunt ex auditu ab vtroque contrahente iuxta *glos.in l.si arbiter antè fin. vers.nam in quibuslibet obligationibus ff.de verbor. oblig. Host. in cap. licet ex quadam num.1.de testib, Specul.de test.§.1.n. 56. Menoch.de arbitr.lib.2. quæst. 475. num. 15.* & notant *DD.in l.2 §.idem labeo ff.de aq.pluu.arc.vbi Bart.nu. 4.Castr.num.1.& 3.Cuman.num.7.& 8.* ceterique cõmuniter præsertim quia sunt numero plures eorumque depositio coadiuuatur ex pactis nouationi contrarijs pro eius exclusione superius ponderatis.

Non obstat, quod ij videãtur in depositione singulares. dum quilibet præsentiam excludit,
14 nec † idcirco deseruit ad probandam extraiudicialem confessionem Christophori, videlicet litteras cambij loco pignoris assignasse, vt pluribus tradit *Mascard.de probat.conclus. 378. num.6. & 7.Gabriel de test.concl.1.num.4.* Præterquã enim
15 contraria † opinio videtur esse communior, vt testatur *Farin.* pluribus relatis auctoritatibus in *tract.de test.quæst.64.num,131. & 133.* Neque dici possunt singulares, dum omnes concludunt
16 loco cautionis, † ac pignoris litteras consignasse Christophorum, & vnus alium nominat in contestem, vt aduertit idẽ *Farin.d.quæst.* 64.nu-

64.*numer*.28.vbi quod ille propriè dicitur testis
17 singularis,† qui in sua depositione non habet contestem *Mascard.de probat concl*.856.*nu*.2.*Pract. Papien.in forma opponen. contra test. tit.* 12. *glos*. 9. *numer*. 1.

Et ex his non videtur vrgere mora Potterij in exigendo, & pulsando Spuntonos debitores Christophori,qui idcirco conueniri non debeat ex pacto manutenendi debitores exigibiles
18 apposito in contractu venditionis† tamquam restricto ad exigibilitatem de tempore cessionis, vel ad diem aduenientis solutionis, vt notat *Bart.in l.si pupilli §.soror ff. de solut. Rota in Romana census* 9.*Martij* 1627.*coram b.me Coccino*.Mo-
19 ra enim Potterio nocere non potuit, † dum nulla eidem fuit facta delegatio, vt respondit *Rota in Romana litterarum cambij* 23.*Maij* 1583.*coram Gipsio,& Gregor.dec*.217.*n*.6.*& corā Buratto* 486. *num*.5.*& in Bononien.pecuniaria* 15. *Ianuarij* 1583. *coram Lancell.post Pacif.de Salu.decis*.49.*num*.9.*& in Romana Pecuniaria* 15.*Iunij* 1620.*corā bo.me.Cardinali Verospio impress.par*.4.*tom*.2.*recen.decis*.228.*n*.1.

Et exigibilitas indefinitè promissa verbis im-
20 portantibus tractum temporis successiuū† restricta dici non poterit ad diem cessionis,& negligentiam idcirco Potterij excludit sine qua mora non imputatur, vt notant *DD. in l. fideiussores in id.ff.de fideiuss.& in l.vltima ff.de reb.cred. & alijs relatis auctoritatibus tradunt Moderni discept at. forens. cap*. 527.*num*. 7 & 8.

Et ita vtraque, &c.

REVERENDISS. P.D. CERRO

Sacræ Rotæ DECANO.

Reatina Vicariæ.

Veneris 19. *Maij* 1647.

ARGVMENTVM.

Vnio beneficij, quamuis non detur Instrumentū super ea confectum,ex quibus tamen iustificata remanere possit latissimè tractatur. Appellare ab indicto concursu per Episcopum de beneficio vnito licitum est illis,quorum Ecclesię reperitur facta vnio, & quare. Et quid si ageretur de beneficio Parrochiali, an appellatio veniat admittenda etiam ab effectum suspensiuum,& resolutio est affirmatiua,& contraria opinio quando procedat declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Ius nominandi seu deputandi ad Vicariam Parrochialis vnitæ, spectat ad eum cui fuit facta vnio.*

2 *Concursus non exigitur in beneficijs vnitis,& institutio in talibus beneficijs quommodo fieri debeat.*

3 *Appellare ab indicto concursu de beneficio vnito, licitum est illi, ad cuius nominationem institutio fieri debet, & num.* 16.

4 *Attentata dicuntur omnia gesta post interpositam appellationem.*

5 *Vnio beneficij, quamuis non detur Instrumentum super ea confectum, ex quibus tamen iustificari possit & nu.*6.*&* 7.9.10.

8 *Episcopi attestationi quoad statum Ecclesiæ plurimum est deferendum.*

11 *Vnio vbi non agitur principaliter pro illius Canonizatione, sed ad alium effectum, leuioribus probationibus iustificatur amplia vt n.*12.

13 *Appellatio suspensiua prohibetur in Ecclesiis parrochialibus declarā vt n.* 15.

14 *Attentatis quando non sit locus.*

17 *Appellatio suspensiua quando detur, etiam si agatur de Ecclesia parrochiali.*

18 *Attentata in primis, & ante omnia veniunt reuocanda.*

19 *Sequestrum in beneficio apponitur quando constat de attentatis.*

DECISIO XLVIII.

VACANTE die 22. *Nouembris* 1646. Perpetua Vicaria Ecclesiæ Parrochialis S.Ioannis in Fontibus, vnita, vt infra dicetur Ecclesiæ Cathedrali Ciuitatis Reatinæ, Reuerendiss. D. Episcopus indixit concursū à qua indictione habita notitia per Capitulum,& Canonicos dictæ Cathedralis Ecclesiæ fuit *die* 23. eiusdem interposita appellatio, sed ea minime attenta concursum compleuit, iterumque appellatione interposita, nec pariter attenta Petrū Scossam in Vicarium elegit, qui cum vlterius die 14. *Decembris* in spretum inhibitionis Rotalis sibi, & Vicario D. Episcopi personaliter præsentatæ possessionem illius fuerit assequutus, dubitaui An constet de attentatis, quæ veniāt reuocanda,& sit apponendum sequestrum, & Domini affirmatiue responderunt.

Constat siquidem de attentatis tam respectu Reuerendiss. D. Episcopi, quam Scossæ ab eo-
1 dem electi,respectu enim Episcopi,†dum prædicta Vicaria vnita fuit dictæ Cathedrali Ecclesiæ ius nominandi, seu deputandi Vicarium spectat ad Capitulum, & Cononicos,quorum Ecclesiæ reperitur facta vnio *iux.Constit. san me Pij V*. plures canonizatam à Sacra Congregatione Concilij, *vt referunt Conzal.ad reg*.8.*Cancell.gloss*.9.*§*.3.*num*.53.*&* 54. *Garz. de benef. par*. 9. *cap*.2.*num*.291. *cum seqq*.quam à Rota,*vt corā bon. mem.Buratt.decis*.214.*num*.1.*coram Card. Caual.decis*.419.*num*.2.*&* 3.*& alijs relatis in Pampilonen.Vicariæ de Stella* 16.*Iunij* 1642.*coram me*,*§.cum enim*
2 nec est locus concursui,†sed institutio fieri debet ad electionem.& nominationem illorum cum approbatione Ordinarij, *Burat.decis*. 593. *n*.2.*Card.Cauel.dec*.595.*n*.4.*&* 5.*Rot.in rec.dec*.102. *n*.9.*&* 10.*par*.1.*dec*.777.*n*.1.*par*.2.*in Barchi.Vicariæ* 17.*Maij* 1924.*coram bon.mem.Merlino*,*&* 4.*Decembris eiusdem anni coram bon.mem.Vbaldo in rec.decis*. 445.*num*.1.*&* 2.*par*.5.*& decis*.580.*num*.5.*&* 6.*par*. 8.*in Dertusen. Vicariæ* 22. *Aprilis* 1624. *coram eod. bon.mem.Merlino*, *& in Cæsaraugustana Vicariæ* 14. *Febr*. 1631.*coram R.P.D. meo Ghisilario*, *quæ sunt decis*.443.*num*.1.*par*.5.*& decis*.16.*num*.12.*cum seqq. part*.6.
3 † indicto itaque concursu licuit dictis Capitulo, & Canonicis appellare, *vt in terminis firmatum fuit in Gerunden.Vicariæ* 3.*Iunij* 1645. *coram R.P.D. meo Bichio*, *§. in casu autem nostro*
4 & † consequēter tam complementum illius, quam ipsa electio, omniaque gesta post interpositam

poſitam appellationem ſunt omnino attentata *iux.diſpoſitionem text.in cap.non ſolum de appell.in 6. & fuit dictum alijs omiſſis in dicta Gerund.Vicariæ, & in Calaguritana beneficij de Lumbreras 4. Iulij 1646. coram R.P.D.meo Otthobono, & 17. Decembris eiuſdem anni coram R.P.D.meo Peutingerio.*

5 Vnio autem † etiam ſi non detur Inſtrumentum ſuper ea confectum, iuſtificatur ex pluribus, & primum ex quodam Inſtrumento rogato *Anno* 1522.*summ.inform.num.*1. In quo Canonici capitulariter congregati domum, & ſalarium aſſignatur Sacriſtæ in Vicarium electo, quam aſſignationem poſtmodum confirmauit Vicarius tunc temporis Epiſcopi Reatini *eod.num.*1. Huiuſmodi enim domus, & ſalarij aſſignationem arguere vnionem *tradit Caputaquen.deciſ.*339.*num.*3.*cum ſeqq.part.*3. *& dixit Rota in recen.deciſ.*626.*num.*3.*par.*1.*dicta deciſ.*441.*nu.*3. *& dicta deciſ.*445.*numer.*7.*par.*5.*d.deciſ.* 16.*num.* 8. *par.*6.*deciſ.*485.*numer.*14.*&*15.*& d.deciſ.*580.*num.* 8. *par.* 8.

6 Secundo † ex tribus capitularibus decretis diuerſis temporibus emanatis, Primum ſcilicet *anno* 1538. ſecundum vero *anno* 1545. in quibus Capitulum deputauit ad curam animarũ quẽdam Lucianum cum onere baptizandi, & celebrandi Miſſas in die Dominico, ad ipſius tamen Eligentis beneplacitum, Tertium demum initum *anno* 1572. in quo elegit in Cappellanum Thomam Buccionum *ſum. nu.* 2.*&*3. Ex quibus decretis electionum, & deputationũ, quæ ſuũ effectũ ſortitæ fuerũt reſultat ſubſequuta obſeruãtia apta vnionẽ iuſtificare, *ex allegatis coram bon.mem.Buratt.deciſ.*660.*numer.* 3. *verſ.iunctis præſertim, deciſ.*698.*ſub num.*3.*verſ. nec minus extrinſecus par.*2.*deciſ.*58.*num.*7.*par.*4.*d.deciſ.* 441. *numer.* 4. *&* 5. *& d. deciſ.*445.*numer.*8.*par.*5. *recent.*

7 Tertio, † & hæc comprobantur ex viſitatione facta per Epiſcopum Reatinum Sedis Apoſtolicæ Generalem Viſitatorem *anni* 1573.*ſum. nu.* 4. qui hanc Parrochialem vti vnitam viſitauit *Card.Seraph.deciſ.*1127.*num.*2. *& deciſ.* 1272. *ante num.*3.*verſ.& poſtremo adminiculantur. Rota in recent.deciſ.*724.*num.*3, *verſ.& demum difficultatem remouere videbatur part.* 2. Præſertim in propoſito, quo inſuper atteſtatus fuit Capitulum conſueuiſſe deputare Vicarium amouibilem, & elegi mandauit perpetuum cum aſſignatione congruæ portionis ſcutorum 50. prout in illius exequutionem electus fuit *ſum.nu.*5. *&* 6.

8 Cuius † atteſtationi quoad ſtatũ Eccleſiæ plurimum eſſe deferendũ *tenuit Rota coram Caputaq; deciſ.* 158. *par.* 2. *coram Card. Seraph. deciſ.* 780. *num.*1.*&*2.*& d.deciſ.*1272.*num.*3.*in recen.deciſ.*371. *num.*2.*par.*1.*deciſ.*573.*num.*4.*par.*5.*deciſ.* 5.*nu.* 5.*& deciſ.*165.*num.*8.*par.*5.

9 Quarto demum † præfatis accedunt quamplures, ac diuerſæ enunciatiuæ emiſſæ in omnibus ſupra deductis Inſtrumentis, decretis, & viſitatione, quæ cum emanauerint à diuerſis perſonis, & ſint antiquiſſimæ, & non nullæ vltra centum annos, plurimum inſeruiunt pro iuſtificatione vnionis, *Caputaquen.deciſ.* 344. *nu.* 2.*& deciſ.*347.*num.*3.*cum duobus ſeqq.part.* 3. *Card. Pu.dec.*204.*num.*3.4.*&*5.*lib.*2.*in corr.Card.Seraph. deciſ.*889.*ſub.num.*1.*verſ.vel ſaltem per enunciatiuas deciſ.*1246. *num.*1.*& deciſ.*1272.*nu.*1.*ſanct. memor. Gregor.deciſ.*196.*ibique Add.num.*3.*verſ.ſecundo probatur Card.Caual.deciſ.*599.*num* 5.*&*6.*bon.mem.Buratt.dicta deciſ.*660.*ibique Add.num.*6.*Rota in rec.dicta deciſ.*626.*ſub num.* 2. *verſ. ex enunciatiuis autem part.*1.*d.deciſ.*724.*num.*3.*pat.*2.*dicta deciſ.*441.*nu.*1. *par.*5.*d.deciſ.*16.*num.*2.*par.*6.*& d.deciſ.*580. *num.*1.
10 *par.*8. † Idque eo magis cum emiſſæ fuerint à perſonis habentibus facultatem vniendi, *Card. Mantic.deciſ.*355.*num.*6.*& deciſ.*359.*nu.*7. *cum alijs per Addit.ad bon.mem.Buratt.d.deciſ.*660.*nu.*6. *verſ.*
11 *& hoc maximè.* Saltem in præſenti, † vbi non agitur principaliter de canonizanda ipsã vnionem, ſed dumtaxat incidenter ad effectum ſcilicet cognoſcendi, an ab indictione concurſus per Epiſcopum facta daretur appellatio, quo caſu nedum concludentes, ſed etiam leuiores probationes ſufficiunt *Cardin. Seraphin. d. deciſ* 1246.*num.*2.*Rota in recent.d.cta deciſ.*485.*num.* 17.
12 *par.*8. † Nec eſt neceſſarium quod in ipſis Inſtrumentis, alijſque ſcripturis clarè fiat mentio de vnione, ſed ſufficit quod id virtualiter in eis contineatur *ad trad.per Garz.de benef. par.* 12. *cap.*2.*num.*256.*Card.Seraph.dicta deciſ.*1272. *nu.*1; *verſ.nec obſtaret, Rota in recent.d.deciſ.*626.*num.* 2. *par.* 1.

13 Nec dicatur † quod in Eccleſijs Parrochialibus prohibeatur appellatio ſuſpenſiua tam per *Sac.Concil.Trident.ſeſſ.*24.*cap.* 18. *de reformat. quam per Conſtit. ſan.mem.Pij V. in Bull.non.tom.*2.
14 *conſt.*33.§. 8. † Et proinde non ſit locus attentatis, *ut tradit Lancell.par.*2.*cap.*12.*limit.*25. *nu.*1. *& dixit Rota in Pampilonen. Abbatiæ de Arreſo* 22. *Aprilis* 1622. *coram Nauarro, in recent. deciſ.* 379. *nu.*6.*&* 7.*par.*8.

15 Quia prædicta procedunt † vbi agitur de illis, quæ prouidentur ab Ordinario per concurſum, & eo facto appellatur à relatione examinatorum, vel à mala electione Ordinarij, *ut in d. Pampilonen. Abbatiæ de Areſo*, in cuius caſu appellatum fuerat à mala electione ex pluribus præsẽtatis, & æquè idoneis ab examinatoribus renunciatis; Secus autem vbi agitur, prout hic, de Parrochiali vnita, cuius Vicarij, electio, & nominatio pertinet ad Capitulum, & Canonicos, quorum Eccleſiæ fuit facta
16 vnio, † tunc enim ſi ab Ordinario indicetur concurſus, Capitulo, & Canonicis, quibus ſpe-
17 ctat ius nominandi licet appellare, † & appellatio admittitur etiã ad effectum ſuſpenſiuũ, vt in ſimili quando contenditur ſuper pertinentia iuris conferendi, & præſentans appellat, quod detur appellatio ſuſpenſiua etiam ſi agatur de Parrochiali *diſtinguendo reſpondit Rota in recent.deciſ.*656.*num.*2.*par.*1.*deciſ.*197. *numer.*9. 10.*&*11.*part.*5.*coram bon.mem.Buratt. deciſ.* 625.*a.* 5.*coram Reuerendiſſ. Vrgellen.deciſ.*160.*n.* 3. *idemq; admiſit in dicta Pampilonen. Abbatiæ de Arreſo nu.*4.*dictum fuit in Compoſtellana parrochialis* 4.*Febr.* 1641. *coram Eminentiſſ.D. Card.Panzirolo, §.neque obſtare circa finem; & in d. Gerunden. Vicariæ coram R.P.D.meo Bichio.*

Reſpectu verò Petri Scoſſæ electi facilior fuit reſolutio, quia dum poſſeſſionem apprehendidit *die* 14. *Decembris* 1646. & ſic in ſpretũ

inhibi-

inhibitionis Rotalis sibi antecedenter personaliter præsentatæ, scilicet *die 11. eiusdē sum. nu. 11. & 12.* à vitio attentatorum minimè potest
18 excusari, † quæ in primis, & ante omnia veniunt reuocanda, *vt centies resolutum fuit & præcipuè in Bononien. pecuniaria, seu attentatorum 28. Aprilis 1645. coram R.P.D. meo Bichio, in Vladislauien. Villæ d'Hoppembruth. 4. Iulij eiusdem anni coram R.P.D. meo Otthobono, & prius in Cæsaraugustana distributionum, seu attentatorum 17. Februarij pariter eiusdem anni, & in Bononien. attentatorum 18. Iunij 1646. coram me.*

Firmatis attentatis possessio est sequestranda
19 iuxta † inueteran. stylum Tribunalis, de quo testatur *Cassad. decis. 3. num. 6. rest. spoliat. Caputaqu. decis. 157. par. 3. Cæs. de Gress. decis. 2. num. 1. de appellat. in d. Gerunden. Vicariæ, & in Vicen. beneficij 11. Nouembris 1646. coram me, & alibi passim.*

Et ita resolutum Capitulo tantum informante, altera verò parte diù expectata, & monita.

Vide infra in hac eadem causa aliam decisionem emanatam coram eodem Reuerendiss. Cerro Decano sub die 18. sequentis Iunij hoc eodem anno 1647.

R. P. D. PEVTINGERO.

Oscen. Archidiaconatus.

Veneris 10. Maij 1647.

ARGVMENTVM.

Alternatiua concessa, & acceptata ab Ordinario in medio sui mensis, ille mensis, in reliquo ipsius, desinit esse Ordinarius, & efficitur Apostolicus; secùs tamen iudicandum est si fuerit acceptata in medio mensis Apostolici; & licèt in contractibus, quantum fieri possit æqualitas seruanda veniat; tamen permittitur claudicatio vbicumq; viget ratio diuersitatis, quæ in presenti ad effectum, de quo agitur satis clarè assignatur, & in contrarium adducta refelluntur.

SVMMARIVM.

1 *Alternatiua numquid compræhendat, beneficia, quæ non sunt liberæ collationis.*
2 *Collatio in beneficijs Ecclesiæ Cathedralis solet esse simultanea Episcopi, & capituli.*
3 *Papa ex quibus dicatur sibi prospicere voluisse, ne per confirmationem concordiæ initæ inter Episcopum, & Capitulum super alternatina suis reseruationibus præiudicetur.*
4 *Quasi possessio conferendi beneficia sufficit quando lis non est inter Episcopum, & Capitulum, sed inter prouisos.*
4 *Quasi possessio conferendi beneficia, ex quo probari possit.*
6 *Collatio beneficij, quæ habuit effectum sufficit ad constituendum Episcopum in quasi possessionem liberè conferendi.*
7 *Patronus præsentans præseruat iùs, & possessionem præsentandi alterius compatroni, & quando secus num. 8. & 12.*
9 *Possessio beneficij tradita ab illis, qui habent potestatem conferendi, habent vim collationis.*
10 *Possessionem capitulariter capere non tenentur Dignitates Canonicæ.*
11 *de Capitulo quando dici possint Dignitates Canonicatuum.*
12 *Episcopus quando solus priuatiuè quoad capitulum contulit beneficium Ecclesiæ Cathedralis, non censetur præseruatum ius simultaneæ collationis, & quare ampli à vt num. 13.*
14 *Alternatiua non habet locum in beneficijs simultaneæ collationis.*
15 *à Subsequentibus declaratur qui fuerit animus in præcedentibus.*
16 *Actus etiam non effectuatus inseruit pro adminiculo, & pro declaranda voluntate illum gerentis.*
17 *Collatio de beneficijs in Ecclesia Cathedrali quod sit solius Episcopi, & non simultanea cum Capitulo ex quo resultet.*
18 *Quasi possessionem conferendi beneficia in Ecclesia Cathedrali quando Episcopus acquirere posset in præiudicium capituli, absq; illius scientia, & patientia, & quando non.*
19 *Quasi possessio conferendi beneficia sufficit ad probandum liberam collationem ad Episcopum pertinere.*
20 *Episcopus in dubio censetur contulisse beneficium potius nomine proprio, quàm coniunctim cum capitulo.*
21 *Alternatiua ex quo censeatur exclusa.*
22 *Reseruatio ad fauorem sedis Apostolicæ ad excludendam collationem Episcopi ex quo censeatur inducta.*
23 *Alternatiua quando acceptata fuit ab Episcopo quid operetur.*
24 *Alternatiua quādo nō operatur, vt beneficia aliàs sedi Apostolicæ reseruata, & affecta, dicantur Episcopo concessa.*
25 *Beneficia in toto mense Apostolico ante acceptationem alternatiuè cepto, dicuntur reseruata, & perinde est, ac si in gratia alternatiua exceptuata fuissent.*
Et an eodem modo censetur exceptuatum ius Ordinarij num. 25.
26 *in Contractu plus ad fauorem vnius ex contrahentibus quàm alterius, & non pariformiter iudicandum est, quando vtrinq; diuersitatis ratio militat.*
27 *Alternatiua acceptatā ab Episcopo in suo mense sibi præiudicat, & an idem procedat in Papa concedente alternatiuam in suo mense.*
28 *Alternatiuam concedere Episcopo illam acceptanti in mense Apostolico, non potest Papa differre vsq; ad finem mensis.*
qemadmodum potest Episcopus differre illam acceptare.
29 *Papæ non conuenit arbitrium semel Episcopo concessum, sine noua causa retractare, aut differre.*
30 *in Alternatiua Papa dicitur sibi reseruasse beneficia aliàs sibi affecta, non autem ad collationem Ordinarij spectantia.*
31 *Alternatiuæ vsus metitur ab ipsa die acceptationis.*
32 *Alternatiua acceptata ab Episcopo suo ille mensis in reliquo ipsius desinit esse Episcopi, & efficitur Apostolicus, secùs, & conuerso, & quare.*

33 *Alter-*

33 *Alternatiuæ gratia loquitur de mense integrali, non autem de singulis diebus, & n. 35.*

34 *Regula cancellariæ 9. reseruatoria mensium ostenditur quid disponat eo ipso, quod nomina propria mensium designat.*

DECISIO XLIX.

VACANTIE Archidiaconatu de Serrablo tertia dignitate post Pontificalem in Cathedrali Oscensi per obitũ Melchioris Alayeto decedentis 26. Septembris 1645. ab Ordinario de ea mox prouisus fuit Dionysius Esmir, & in eius possessionem inductus: Attamen quia Episcopus Oscen. ante vacationem, alternatiuum acceptauit, & sic mensem Septembris alioquin Ordinarium Apostolicum effecerat, Ioannes Salinas eamdem dignitatem à Sanctiss. tanquam reseruatam ratione mensis impetrauit, litterasq; subrogationis gratiosæ ad ius, & possessionem Melchioris expediuit. Sic orta inter hos lite, dubium proposui, an Ioanni sit danda immissio. Cui Domini affirmatiuè responderunt, quia de eius Clericatu, & alijs in subrogationis impetratione narratis non est aliqua inter partes controuersia; & difficultas, quæ circa reseruationem fiebat, tollitur ex cõcordia inter ipsum Episcopum, & Capitulum Ecclesiæ Osceñ inita, in cuius confirmatione Pontifex declarauit, nolle, quod Episcopus Oscẽsis gaudere posset gratia alternatiuæ quoad dignitates, Canonicatus, & Beneficia ad eius liberam collationem vigore concordiæ spectantia; quo facto Papa sibi quidem prospicere voluit, ne Episcopus alternatiua gaudeat in ijs Beneficijs, quorum liberam collationem actiuam vigore ipsius concordiæ acquisiuerat

1 & in quibus aliàs alternatiua gauderet† potuisset, nisi in confirmationis eiusdem concordiæ decreto Papa hæc specialiter præseruasset, vt declarauit *Rota in Barbastren. Archipresbiteratus 15. Iunij 1615. coram bon. mem. Pirouano, & postea in eadem 15. Aprilis 1619. coram bon. mem. Francisco Vbaldo, coram Seraph. decis. 1296. num. 8. in Tirasonen Canonicatus 17. Iunij 1610. coram eodem bon. mem. Pirouano, & in alijs alleg. per Add. ad Gregor. XV. decis. 95. num. 7. & decis. 314. num. 8.* Non tamẽ Papa voluit per hoc præiudicare Episcopo, quo minus alternatiua gaudere posset in Beneficijs, quatenus illorum liberam actiuam collationem aliunde, quam ex præfata concordia haberet Episcopus absque interuentu Capituli, vt clare subsequentia verba Decreti Pontificij indicant ibi: *Neque illa conferre, nisi in men-*

2 *sibus, in quibus Capitulum conferre potest:* † ex quibus dignoscitur, Papam supposuisse, quod ante concordiam collatio simultanea esset Episcopi, & Capituli, prout in dignitatibus, & Beneficijs Ecclesiæ Cathedralis esse solet, *iux. glos. in cap. cum Ecclesia Vulterrana verb. postulauit de elect & in cap. fin. verbo communiter de suplen. neglig. Prælat. Gonzal. super reg. 8. glos. 45. nu. 36. Rota coram Papa Greg. XV. decis. 221. nu. 7. & seq. & in præcit. Barbastren. coram Vballo, quæ est decis. 100. nu. 7. par. 4. tom. 2. recent.* & ex tenore aliorum verborum in fine eiusdẽ confirmationis appositum ibi, *itaut per præsentem gratiam nihil omnino in præiudicium*

3 *reseruationum huiusmodi concessum sit;*† quæ omnia indicant, Papam sibi solum prospicere voluisse, ne per huius concordiæ confirmationem suis reseruationibus præiudicetur, & sic ne alternatiua ad fauorem Episcopi intret quoad dignitates, & Beneficia in concordia contenta, quatenus vigore eiusdem concordiæ, & non aliunde Episcopus ius actiuum ea conferendi lucraretur,

Quód verò Episcopus Oscensis etiam ante concordiam sic confirmatam, haberet liberam collationem actiuam huius Archidiaconatus, ita vt iuxta supradicta, & mentem Pontificis Alternatiua in hoc Beneficio excludatur, probatur ex eo quia Episcopus etiam ante concordiam erat in quasi possessione solus confe-

4 rendi istas dignitates † quæ quasi possessio ad effectum, de quo agitur, sufficit, tantó magis quia lis non est cum Capitulo simultaneam prætendente; sed inter prouisos, vt tradit, *Gonzal. super reg. 8. glos. 45. §. 1. num. 79. Garz. de benef. par. 5. cap. 1. num, 477. & seq. Castropal. qq. moral. tom. 2. tract. 13. disp. 2. punct. 23. §. 3. num. 10. Rota in Vicẽtina beneficij 3. Nouembris 1599. & in Maioricen. Sacristia 26. Iunij 1602. coram clar. mem. Card. Hieron. Pamphilio in decis. 615. sub num. 3. vers. confirmatur par. 4. diuers. & decis. 39. mum. 1. & 2. par. 3. recent.*

5 Imò ista quasi possessio Episcopi probatur ex collatione huiusmet Archidiaconatus à solo Episcopo facta de anno 1612: & effectuata per actualem prouisi immissionem in eius possessionem, vt patet ex summario Ioannis nu. 7.

6 dato sub die 15. Maij pręteriti,† quæ sola collatio effectuata, da constituendum Episcopum in quasi pessessione liberè conferendi sufficit, iuxt. doct. *Rip. communiter receptam in c. cum Ecclesia Sutrina, num. 95. & 96. de caus. poss. & propr. & dixit Rota tn Calaguritana Iur. Accedend. ad Process. coram bon. mem. D. Remboldo 15. April. 1622. num. 3. & 4. impress. post. Moder. Perus. de manut. dec. 165. & perplur. alleg. per eumdem obseruat. 17. num. 13.*

7 Nequẽ iuuat dicere, per hanc Episcopi collationem fuisse quoque Capituli simultaneam conferendi possessionem præseruatam, vt fieri solet in communibus Patronis ex *alleg. decis.*

8 *805. num. 4. coram bon. mem. Buratto & alijs* † Quia in illa decis. corã Buratto apparebat de possessione hic vero de possessione cõferẽdi Capituli Oscẽsis nõ apparet, vt necessariũ esset, quia prouisio, quæ nõ adest, præseruari nõ potest, vt benè declarauit, *Rota corã san. me Greg. XV. dec. 417. nu. 9. & 10. vbi Add. sub num. 15. refert, ita decisum fuisse in Placentina Capellaniæ 30. Octobris 1615. co-*

9 *ram rec. me. Coccino,* † præsertim quia illi prouiso ab Episcopo Capitulum non tradiderat possessionem, quo casu ipsum quoque Capitulum contulisse dici posset, *Rot. dec. 16. de concess. præb. in nou. & in alijs alleg, in decis. 212. num. 5. coram bo. me. Coccino,* Sed prouisus ille, ab Episcopo

10 absque facto Capituli possessionẽ accepit,† vt potuit, cum dignitates ad capiendam posses-

11 sionem capitulariter non obligentur,† quia non sunt de Capitulo, nisi in earum erectione concessio stalli in Choro, & vocis in Capitulo expri-

exprimatur ad tradita per *Seraph.dec.98. num.1. Rot.dec.177.num.4.& 5.impress.apud Modern.Perus. tract. de manut. & fuit dictum in Gerunden. Capellaniæ 27. Ianuar. 1645 .vers.non obest.coram R.P.D.meo*
12 *Bichio*† Et quod plus est, Episcopus voluit cōferre solus priuatiuè ad Capitulum : in quibus terminis præseruatio Iuris consortium prætèdentis non militat. *Garz.de Benef.d.par.5.c.6.numer.177. Add.ad Greg.XV.d.decis.417.num.5, vers. hoc autem*, vt colligitur ex eo quia ita ac si ad ipsum solum collatio spectaret, contulit, *Garz. vbi proximè Rot.d.dec.39.sub nu.5.vers. cessat. etiam*
13 *par.3.recent.* † Tantó magis, quia etiam prius solus Episcopus de dignitatibus prouiderat, prout Capitulum de Canonicatibus, vt legitur *in decis.980.sub num.14.coram Card.Seraph.* quemadmodum etiam in alia vacatione idē Episcopus de anno 1631. similem dignitatem vigore alternatiuæ, & sic priuatiuè ad Capitulum cō-
14 tulit, † cum alternatiua in Beneficijs simultaneæ collationis locum non habeat, vt tradit, *Lotter.de re Benef.lib.2.quest.40.num.120.in fin.Caual.dec.359. num. 7. & in Nuscana Canonicatus 11. Martij præteriti vers.non primò corā R.P.D.meo Ar-*
15 *guellio*, † declarando ita animum Episcopi collationis anni 1612. à subsequente de anno 1631. facta vt rectè potest, *Paris.cons.53.sub nu. 56. lib. 4. Rot.decis.301.num.18.par.1.rec.* quamuis etiam collatio de anno 1631. nō probaretur effectua-
16 ta, † quia actus etiam non effectuatus pro adminiculo, & pro declaranda voluntate, illum gerentis inseruit, *Rip.in l.Re coniuncti, num. 186. ff.de leg.3. Rot.decis.206.num.23.par.7. rec.* Insuper
17 neq; de anno 1631. Capitulum ius conferendi esse solius Episcopi, negauit, sed solum petijt, dignitatem vni ex Canonicis conferri idemq; nouissime denuo in concordia asseruit, ex quo clara Capituli confessio, quod collatio libera actiua solius sit Episcopi resultat, vt ponderauit, *Rot.d.decis.39.num.5.par.3.rec.& facit. decis.in Pampilonensi Vicariæ de Stella 3.Iunij 1643.vers.nec*
18 *refragantur coram R.P.D.meo Cerro.* † Vnde frustra allegatur, Episcopum in præiudicium Capituli absq; eius scientia, & patientia quasi possessionem conferendi acquirere minimè potuisse, hoc enim procederet, quando ex quasi hac possessione præscriptio induceretur, in quibus terminis loquitur, *Rot.decis.133.in fin.& dec. 226.num. 33.p.7.rec.* Secus verò in hoc casu, dū solum hanc quasi possessionem conferendi allegat, nec de præcedenti quasi possessione Capituli docetur, ex cuius confessionibus potius apparet de titulo Episcopi quoad collationem actiuam liberam, *vt per Rebuff.in constit.Gall.tom. 3.tit.de mater.poss.in præfat.num.145. & seq. & numer.153. Grat.discept.870.num.33. & fuit dictum in Barchinonen.Iurisdictionis 4.Iulij 1646.coram R.P.D. meo Bichio.*

19 Probata igitur † liberæ collationis actiuæ pertinentia ad Episcopum, ad quam probandam, dum inter prouisos agitur, quasi possessio conferendi sufficere solet, vt post *Put. &*
20 *alios ibi aleg.dixit Rot.decis.618.num.4.p.3. rec.* † & cum in dubio dicendum sit, Episcopum potius contulisse nomine proprio, quam coniunctim
21 cum Capitulo, † ex huiusmodi ipsius quasi possessione clarè resultat exclusio alternatiuæ, iuxta mentem Papæ, vt patet ex verbis supplicationis concordiæ ibi : ad eius liberam actiuam collationem vigore præsentium, & non antea spectan. quod non possit gaudere gratia alternatiuæ.

22 Exclusio † verò collationis Episcopi, & reseruatio ad fauorem Sedis Apostolicæ oritur per acceptationē mensis Septembris, qui aliàs est ordinarius, & ordinarius hic iam esse in-
23 cœperat. † Siquidem ab Episcopo Oscensi, alternatiua sub die 6. eiusdem Septembris acceptata fuit, & ex superuenienti hac acceptatione alternatiuæ euasit Apostolicus, quamuis mensis qui cœpit esse Apostolicus, è conuerso non fieret ordinarius, vt voluit *Roderic.à Quirad.in annot.ad reg.8.Cancell. reg.1. in fin. & reg. 4. vers.his itaque suppositis. Barbos. de offic. & potest. Episc.alleg.53.num.38.& 41.& de Canon.& Dignit. cap.14.num.24. Modern.Alex.in prax.haben.concurs. prælud.23.dub.2.num.2.& 3.& in Tarentina Canonicatus 4.Maij 1611.coram Lugdunen.impress. par.3. recent.dec.349.sub.num.1.vers.& stante acceptatione, & in alia Tarentina Canonicatus 10.Decembris 1612. coram bon.mem.Coccino* : Ratio vero diuersitatis est, quia acceptatio, vel non acceptatio alternatiuæ consistit in sola facultate Ordinarij, qui si in principio sui mensis alicuius acceptauerit sibi imputet, cum finem talis mensis expectare potuisset. Si vero in aliquo mense Pontificio alternatiuam acceptauit, rationi congrum non est, vt id Papæ præiudicet, quod præiudicium Papæ in acceptatione facta ab Ordinario in suo proprio mense cessat, & hoc simul cum alijs rationibus pro decisione casus acceptationis in mense Ordinarij ad fauorem Papæ ponderatur in *decis.144.num.6. par. 2. recent.* quibus motiuis alia ratio diuersitatis addi potest, quia videlicet in gratia alternatiuæ excipiunt expressè beneficia alias dispositioni Apostolicæ reseruata, ibi : *dummodo alias dispositioni Apostolicæ re-*
24 *seruata, vel effecta non fuerint*, † per quæ verba Pontifex declarauit, se nullatenus Episcopo sub gratia alternatiuæ beneficia Sedi Apostolicæ reseruata concedere voluisse, vt benè ponde-
25 rat eadem *decisio 144.n.8.in fin.par.2.recent.* † Attamen clarum est, omnia Beneficia in toto mēse Apostolico ante acceptationem alternatiuæ cæpto esse reseruata, & perinde est, ac si in gratia alternatiuę nominatim omnia beneficia in eo mense vacatura exceptuata fuissent, non tamen eodem modo est exceptuatum ius Ordi-
26 narij, † vnde mirum non est, si Papa, & Ordinarius non pariformiter iudicentur hoc enim inconueniens non est, quando in aliquo contractu plus ad fauorem vnius ex contrahentibus, quam alterius in verbis dispositum est, & vtrinque diuersitatis ratio militat, vt post *Glos. & Castr.in l.Iulianus, §. si quis collutione, ff.de action. emp.Cagnol in l.singularia num.160. & seq.ff.si cert. pet.Surd.decis.187.num.11.* & in terminis alternatiuæ dixit *Rot.coram Martin. Andrea d. decis. 110. sub numer. 114. circa finem ver. 5. non est inconueniens.*

27 Nec obstat ratio, † quòd sicuti Episcopus acceptando alternatiuam in suo mense, cum posset

posset in fine eiusdem mensis acceptare sibi præiudicet:ita pariter Papa alternatiuam concedendo in mense Apostolico, cum similiter illam in fine mensis concedere posset, sibi præiudicium inferat, adeò quod in fauorem Papæ in mense Apostolico procedere dicitur, id locum habere debeat ad fauorem Ordinarij
28 in suo mense. † Quia aduertendum est, Papã non posse differre cõcessionẽ Episcopo acceptãti alternatiuã in mense Apostolico cœpto vsque ad finem mensis, quemadmodum Episcopus quandocumque velit alternatiuam acceptare potest: cum in verbis regulę 9. Cancellariæ Papa id in arbitrio Episcopi posuerit, eumq; quatenus litteras acceptationis ad Sanctitatis Suæ Datarium miserit, ab ipsoq; receptæ, & recognitæ fuerint, mox gratia alternatiuæ Episcopum gaudere incipere declara-
29 uerit, vt in fin. d. reg. 9. legitur. † Vnde non conuenit, Papam arbitrium semel Episcopo concessum sine noua causa retractare, aut differre, ita *Prob. ad Monach. in cap. frustra num. 5. de reg. iur. in 6. Roland. cons. 15. num. 55. & seq. lib. 3.*
30 *Buratt. decis. 106. num. 20.* atque semper firmũ motiuum remanet, quod Papa in gratia alternatiuæ beneficia quidem sibi reseruata, nõ autem ad collationem Ordinarij spectantia, nisi in mensibus alternatis reseruauit. Vnde cum hæc opinio verior sit, siue auctoritates, siue rationes attendantur, contrarium enim solus Lotterius sequitur, *Gonzal. verò Garz. &*
31 *Castropal.* † indistinctè tenent, quod tam mensis Apostolicus, quàm Ordinarius ab ipsa die superuenientis acceptationis alternatiuæ me-
32 titur, † ita vt in hoc casu idem mensis Septẽbris partim Apostolicus, partim Ordinarius fuerit: non tamen è conuerso ex rationibus supradictis, & latè articulo discusso decisum fuit *in Salamantina Beneficij de Almanera coram bo. mem. Manzanedo, quæ est supradicta decis. 144. p. 2. recent. & in Papien. benef. 10. Aprilis 1617. coram Mart. Andr. inter eius impress. d. decis. 110. sub numer. 3. vers. non obstat, & num. 20. & in Regien. Canonicatus 15. Aprilis 1630. coram bo. mem. Pirouano,*
33 & † hoc quidem ex pluribus rationibus, videlicet, quia gratia alternatiuæ loquitur de mense integrali, nõ autem de singulis diebus:
34 & † cum ipsa regula 9. Cancellariæ mensium reseruatoria ipsos menses per nomina propria designet, ex hac ipsa designatione colligitur, vtrobiq; agi de mense integrali, computando à media nocte vltimi mensis proximè præcedentis vsque ad mediam noctem subsequentis, maximè, quia hac via discordiæ, & differentiæ, quæ alias ex computatione dierum
35 possent oriri, tollũtur, † ita vt illa verba regulæ 9. ibi: *quibus receptis, & recognitis, tunc demum, & non antea vti incipiant gratia supradicta*, pro beneficijs vacatis in præteritum vsum quidem alternatiuæ excludant, sed nõ includant tempus futurum, nisi post completum mensem, in quo acceptata fuit alternatiua, vt latè prosequitur, *Lotter. de re Benef. lib. 2. q. 40. num. 53. & seqq.*

Ex quibus omnibus bonum Ius Ioannis prouisi Apostolici de hoc Archidiaconatu elucet, cui propterea Domini dandam esse immissionem, resoluerunt, vtraque parte informante.

R. P. D. CELSO.

Postea S. R. E. CARDINALI.

Gandauen̄ Exemptionis.

Veneris 10. May 1647.

ARGVMENTVM.

Exemptio Monasterij, seu Ecclesię à Iurisdictione Ordinarij, ex quibus probetur, & an exemptus possit huic priuilegio renunciare, seu illud amittere per non vsum, & negligentiam ipsius, & quid si renunciatio sit extorta per vim, & metum, an sustineatur, clarissimè demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Exemptio alicuius Ecclesiæ à Iurisdictione Ordinarij resultat ex priuilegio Pontificis declarantis illam sub iure Sedis Apostolicæ existere.*
2 *Amplia etiam si in priuilegio Pontificis non esset facta mentio Ordinarij.*
3 *Renunciatio priuilegij Pontificis concedentis exemptionem à Iurisdictione Ordinarij, vbi fuit extorta per vim, & metum, nullius est roboris, & momenti.*
4 *Exemptus non potest sine consensu Pontificis, cui immediatè subiectus sit renunciare priuilegijs Apostolicis, & iurisdictionem alterius prorogare, & quare. num. seq.*
6 *Renunciatio exemptionis substinetur in præiudicium renunciantis, licèt secus sit in præiudicium Superioris, & quare. num. seq.*
7 *Exemptionis priuilegium respicit non solùm fauorẽ exempti, sed etiam eximentis, & eorum ius est taliter connexum, vt diuidi, & separari non possit.*
8 *Renunciatio exemptionis quando substineatur in præiudicium renunciantis.*
9 *Iurisdictio ab Episcopo exercita non potest præiudicare iuribus Sedis Apostolicæ.*
10 *Exemptionis priuilegium non amittitur per negligentiam, & non vsum exempti, quando in eo adest decretum irritans.*
11 *Exemptionis priuilegium postea concessum, derogat cuicunque anteriori constitutioni.*
12 *Ordinario non competit ius visitandi Monasteria, & loca exempta, in quibus regularis obseruantia exercetur.*

DECISIO L.

EXISTENTIBVS Monasterijs, tàm Fratrum, quàm Monialium SS. Saluatoris Ordinis S. Birgittæ Terneramundanæ in pacifica quasi possessione exemptionis ab auctoritate, & potestate Episcopi Gandauen̄ Ordinarij, contendentis eadem Monasteria, necnon personas, & bona illorum iurisdictioni suæ esse subiecta, fuit per Signaturam Sanctissimi, commissa causa Eminentiss. Card. Panzirolo tunc Rotæ Auditori, in cuius locum suffectus dubi-

duuitaui, an constaret de omnimoda exemptione, & libertate à iurisdictione Ordinarij: Et DD. in contumaciam Episcopi negligentis comparere, informantibus tantum Monialibus, Fratribus, & confessario, affirmatiuè responderunt: Moti ex amplissimis priuilegijs, & indultis Summorum Pontificum Bonifacij IX. Ioannis XXII. Pauli II. & Leonis X. datis in Summ. num. 2. 3. 4. 5. Ex quibus apertissimè constat d. Monasteria, Abbatissam, Moniales, & confessarium, nec non bona quæcumque tam præsentia, quam futura esse prorsus exempta, & immunia ab omnimoda Ordinariorum, & aliorum quorũcumque iurisdictione, auctoritate, potestate, dominio, visitatione, & correctione, & sub iure, proprietate, ac protectione Diui Petri, eiusq. S. Sedis
1 fuisse suscepta; † Ex cuius amplissimæ concessionis forma clarè resultat omnimoda, & totalis exemptio eorundem Monasteriorũ. à iurisdictione Ordinarij, iuxta *tex in cap. si Papa, & in cap. cum personæ de priuil. in 6. Innocen. in cap. veniens num. 7. vers. libertate de verbor. signif. Ang. in summ. verbo exemptus num. 2. & eod. Tabien. n. 4. Dec cons. 113. num. 6. vers. & in isto priuilegio, &*
2 *num. seq.* vbi ampliat etiam si non fuerit facta mentio de iure Ordinarij Quod etiam voluit *Chokier. de iurisd. ord. in exemp. pa. 1. q. 11. à nu. 5. vers. nec erat necesse vsque ad fin. Mascard. de prob. concl. 713. num. 1. vers. primò si dicatur, & num. 2. Mar Atonin. var. res. lib. 3. res. 4. nu. 1. Barbos. de potest Episcopi alleg. 123. nu. 11. vers. primo si Pontifex, & num. seq. Rota in Brundusina iurisdictionis 9. Februarij 1579. coram Bubolo, & coram Seraphin. decis. 1025. per tot.*

Nec obstare visum fuit, quod Abbatissa, & Moniales, nec non Fratres, & confessarius renunciauerint priuilegijs prædictis subiciendo se, & bona iurisdictioni eiusdem Episcopi;
3 nam vltrà quod huiusmodi renunciatio extorta fuit per vim, & metum vt firmatum fuit in præsenti causa sub die 29. Aprilis 1641. coram Eminentiss. Panzirolo. & propterea nullius est roboris, & momenti *tot. tit. ff. & C. quod met. cau. Bart. in l. 1. §. 2. num. 4. ff. quar. rer. act. non datur, Calder. cons. 1. de renunc. Rol. cons. 100. num. 112. & seqq. liq. 4.* & firmatum fuit in *Posnanien. Abbatiæ 15. Iunij 1646. coram me.*

Adhuc dicebant DD. renunciationem præ-
4 dictam non substineri, † ex quo non potest exemptus sine consensu Pontificis, cui immediatè subiectus est, renunciare priuilegijs Apostolicis, & iurisdictionem alterius prorogare *tex. est expres. in cap. cum tempore de arbitr.* ibi Cum, & si spontè volueris de iure tamen nequiueris sine licentia Romani Pontificis renunciare &c. & notat ibi *Abb. num. 2. idem Abb. in cap. significasti num. 8. in fine, vers. conclude ergo, & num. 9. de for. comp Castr. cons. 431. nu. 3. vers. quod autem lib. 1. Ferret. cons. 102. num. 17. & 18. Gail. pract. obseru. lib. 1. obseru. 40. à num. 1. per tot.* vbi *num. 5.* reddit rationem, quia interest superioris nè subditus
5 ab alio indicetur † *Roderic. quæst. reg. tom. 1. quest. 36. art. 5. col. 1. vers. præterea facit, Mandos. de sign. Grat. §. exemptiones ab Episcopis, vers. exemptus à iurisdictione fol. mihi 121. Sãchez super Decalog. lib. 4. cap. 39. sub num. 29. vers. prima negat, Modern. de Iure Abbatissar. & Monial. disp. 17. q. 4. nu. 2. & seqq.* & in puncto firmauit *Rota decis. 456. num. 10. 14. & seq. & decis. 461. numer. 20. & seqq. par. 5. in recent.*

Et quamuis *glos. fin. in d. cap. cum tempore de ar-*
6 *bitr.* firmet, † substineri renunciationem in præiudicium renunciãtis, licet secus in præiudiciũ superioris, nihilominus quicquid sit de huiusmodi opinione, quam in terminis exemptionis reprobat *Abb. in eodem cap. cum tempore*
7 *num. 7.* ea ratione, † quia priuilegium exemptionis respicit non solum fauorem exempti, sed etiam eximentis, quorum ius est taliter coniunctum, & connexum, vt diuidi, & separari non possit, & firmauit etiam *Rot. d. decis. 456. num. 11. & tribus seqq. & decis. 461. à nu. 24. par. 5. recen.*

In omnem casum non procedit in exempto
8 immediatè subiecto Sedi Apostolicæ, vt aduertit Felin. *in cap. P. G. num. 13. vers. & intellige de offi. & potest Iud. deleg. Rota coram Seraph. decis. 595. numer. 7. vers. cum enim isti, & coram san. mem. Gregor. XV. decis. 325. numer. 23. ibique Add. numer. 29.*

Exceptio vero præscriptionis in partibus alias deducta nullo modo merebatur allegari, tum quia illa non iustificatur in facto prout necessariò esset iustificanda, tum etiam quia dum in contrarium, constat de quasi possessione exemptionis, quæsita per Fratres, & Moniales, cessat quæqumque præscriptio prætensa per Episcopum circa exercitium iurisdictio-
9 nis, † quæ in omnem casum non releuaret, cũ non possit præiudicare iuribus Sedis Apostolicæ per *tex. in cap. ad audientiam in fine, vbi Abb. numer. 12. & Felin. numer. 17. de præscript. auth. quas actiones, C. de sacros. Eccl. Rota coram Seraphin. decis. 1024. numer. 22. uers. præter has, & numer. 23.*

10 Præsertim † attento decreto irritanti in præfatis indultis Apostolicis apposito, propter quod inficitur quicquid in contrarium gestũ fuerit tam quoad titulum, quam quoad possessionem, adeo vt per negligentiam, & non vsum, nullum fuerit eisdem Monasterijs præiudicium illatum, vt post *Archidiac. & alios probat Felin. in cap. cum accessissent. num. 30. uers. quarto limita de constit. Rota decis. 3. de priuil. in antiq. & decis. 240. num. 4. par. 4. diu. & coram Buratto decis. 704. num. 10. uers. tertio quia.* Et fortius vigore Constitutionis san. mem. Vrbani VIII. editæ sub die 5. Iunij 1641. incipien. Romanus Pontifex in §. nec non reliqua omnia.

Minus releuat, quod iuxta Regulas eiusdem Ordinis in cap. 26. constituatur Episcopus tam Sororum, quàm Fratrum dictorum Monasteriorum Pater, ac visitator necnon etiam
11 Iudex in omnibus causis, † quia cum postea superuenerint priuilegia exemptionis à Bonifacio IX. & alijs Pontificibus concessa, per quæ omnis iurisdictio Ordinario competens in personas, & bona huius religionis, sublata fuit, vtique dubitari non potest, quin fuerit derogatum dispositioni eiusdem reg. per *tex. in cap. 1. de constit. in 6. Rota corã Greg. XV. dec. 267. n. 9.*

12 Demũ, ad id quod dicitur, † ex dispositione Concilij Trid. competere ordinario ius visitãdi Monasteria, & loca exempta, placuit pro nunc DD. responsio alias data in decisione Eminentiss. Card. Panziroli, nempè dispositionem prædictam non habere locum in illis Ecclesijs, & Monasterijs, in quibus regularis obseruantia exercetur, vt apparet ex verbis eiusdem *Conc. sess. 21. cap. 8. de reform.* ibi, Propterea commendata Monasteria &c. in quibus nõ viget regularis obseruantia &c. exempta ab Episcopis, etiam tamquam Apostolicæ Sedis delegatis annis singulis visitẽtur &c. & notat *Roderic. quæst. reg. tom. 1. q. 36. col. 3. uers. sed his quæ diximus.*

Et ita &c.

R. P. D. ARGVELLES.

Anconitana Pecuniaria,

Lunæ 13. Maij. 1647.

ARGVMENTVM.

Fumus, & releuantia articulorum ad effectum concessionis remissoriæ est necessarius; ea tamen semel concessa, quando possit esse locus concessioni secundæ; Exploditur, & confutatus sinistra assertio Gramatic vot. 14. dum sensit, & attestatus fuit quod in Regno Neapolitano faci i negotio subornentur testes, cum id non sit verum, cum dictum Regnum sit pium religiosum, & nobile & licet aliquando d. Votum Gramatic. fuerit allegatum a Rota, attamen potius per iocum fuit allegatum, quam approbatum.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria conceditur etiam sinè fumo data releuãtia articulorum.*

Amplia vt num. seqq.

2 *Fumus pro obtinenda remissoria sufficiens reputatur fides, & depositio testium licet nulliter examinatorum.*

3 *Causam in prima instantia agere in curia, & adimere facultatem probandi in partibus, durissima res est.*

4 *Pretium in particularibus onn succedit loco rei, limita vt num. 5.*

6 *Dominus re consumpta habet actionem ad consequendum pretium.*

7 *Frumentum non præsumitur extare vltra triennium.*

8 *Rimissoria semper conceditur vbi materia articulata est relenans, & sufficiens pro uictoria.*

9 *Remissoriæ petitio dicitur calumniosa, & debet reijci si super ijsdem materijs fuerunt alij examinati testes in partibus, intellige vt n. seq.*

10 *Remissoria etiam 2. loco conceditur, quoties secundi articuli sunt magis distincti, & clarius specificati.*

11 *Remissoria secũda cõceditur in totũ, vbi vnus vel duo tantum dantur articuli in prima remissoria non contenti, nu. seqq.*

12 *Articuli noui si dependẽt ab antiquis secunda datur remissoria.*

13 *Articuli noui qui dicantur.*

14 *Remissoria prima si fuerit limitata ad certos testes recipiendos, tunc conceditur secunda.*

15 *Articuli primi si non fuerint recte facti, datur altera remissoria, etiam super ijsdem.*

16 *Remissoria nõ denegatur vbi testes primo loco fuerunt nulliter examinati.*

17 *Testes non rite recepti non valent.*

18 *Impedimentum non prestat quod de iure non sortitur effectum.*

19 *Testes vbi nulliter fuerunt examinati noua datur remissoria etiam quod fuerint didicita testificata, aut facta publicatio, & sup. num. 16.*

20 *Nullitas examinis si prouenit, ex defectu citationis, num dicatur sanata per declarationem de habendo testes pro ritè, & recte examinatis, & numer. seq.*

21 *Nullitas examinis si prouenit ex defectu iuramenti, renunciatio nõ admittitur nisi de consensu vtriusq; partis.*

22 *Testis iuramentum debet pro vtraque parte testificari.*

Testimonium falsum vtrique parti potest præiudiciũ generare nu. 22.

23 *Examinis nullitas si fuerit opposita, non impedit remissoriam, quamuis ei renuncietur.*

24 *Ius alteri quæsitum eo inuito tolli nequit, & numero 23.*

25 *Remissoria datur etiam post didicita testificata, ad effectum reprobandi testes examinatos.*

26 *Remissoria conceditur etiam post factam publicationem vbi processus ad manus principalis peruenire non potuit.*

27 *Subornatio testium in Regno Neapolitano facilissima, & an sit verum nu. seqq.*

28 *Gramaticus voto 14. nu. 11. & 12. super subornatione testium in Regno Neapolitano, à Rota reprobatur.*

29 *Doctori de consuetudine attestanti non creditur.*

Maxime si de praua, & damnanda testatur numero seq.

30 *Probatio plena, & concludens requiritur in obiectiuis.*

31 *Neapolitanum Regnum est valde pium, & religiosum.*

32 *Grammatici votum 14. super subornatione testium in Regno fuit potius à Rota per iocum allegatum, quam approbatum.*

33 *Remissoriam ad denegandam non sufficit potentia partis circa locum examinis, vbi examen fieri potest in loco circumuicino, & non suspecto.*

DECISIO LI.

PERVENIT Anno 1643. ad littus Molæ Nauis pro vehendo tritico Dominorum de Ponzijs, sed cum illud paratum non inuenisset, ne ociosum, & inutile in Portu tempus teneret onerata fuit de tumulis 3241. tritici D. Comitissæ Conuersani ad Anconitanum Portum vehendi, & Ioan. Baptista Violantes Agens illorum de Ponzijs errore lapsus per litteras quas dedit Gubernatori Nauis commisit Dominis de Panuzijs, vt Anconæ dictum triticũ

reciperēt, distraherēt, præciumque ex eo retractum ad voluntatem D. Ioannis Flandræ creditoris dictorum de Ponzijs disponerent. Comperit postmodum suum errorem, scilicet Dominam Comitissam nihil egisse cum Ponzijs de dicto tritico, & ob id illius pretium deberi ipsi Comitissę, non autem Ponzijs, neque Ioanni istorum creditori, sed quia Nauis interim secundis ventis vela deberet, & sic impossibile erat dictas litteras recuperare, aut retinere, erroremque commissum corrigere, fecit Ministris Comitissę attestationem declarationis veritatis huius facti, quæ deinde Anconam transmissa dedit causam liti inter Comitissam & Ioannē super pertinentia pecuniæ ex dicto tritico vendito redactæ, & lite de Partium consensu ad Rotam deuoluta, mihique commissa, Agentes pro D. Comitissa insteterunt pro remissoria, & Domini petitam remissoriā concesserunt.

Quia versatur in prophanis, & articuli sunt
1 releuantes, † quo casu passim, & sine fumo conceditur remissoria, *Cæs. de Graff. decis. 1. n. 10. de dilat. Caputaq. decis. 68. par. 3. Put. decis. 212. nu. 3. lib. 1. in correct. Rota decis. 389. num. 1. decis. 693. numer. eod. par. 3. recen. & in Neapolitana pecuniaria 3. Iuly 1645. coram R. P. D. meo Royas. vbi aliæ cumulantur.*

Præsertim quia datur non leuis fumus veritatis materiæ articulatæ ex supradicta fide fa-
2 cta à dicto Ioanne Baptista, † & ex testibus licèt nulliter examinatis, *Cassad. decis. 3. de dilat. Greg. XV. san. mem. decis. 163. numer. 1. & ibi Adden. num. 10. & decis. 562. num. 4. & ibi Adden. num. 6. & fuit dictum in Leodien. castrorum 1. Martij 1630. coram Motmanno.*

Et agitur in prima instantia, in qua durum
3 est causam discuti in Curia, † & tolli facultatem probandi in partibus, *san. mem. Gregor. XV. decis. 403. num. 1. Buratt. decis. 821. num. 2. Rota decis. 196. num. 1. par. 6. rec. cum alijs in Terulen. statutorum 27. Maij 1644. coram R. P. D. Otthobono, & in Spoletana bonorum 28. Nouembris 1646. confirmata 1 Februarij huius anni coram R. P. D. Royas vbi plures.*

Releuantia autem non cnotrouertitur, & satis elucescit ex eo, quod articulatur triticum è Mola ad Anconam transmissum à Ioanne Baptista fuisse proprium D. Comitissæ, & licet litteræ oneratoriæ dicant spectasse ad Ponzios, id euenisse ex erronea credulitate eiusdē Ioannis Baptistæ eorum Agentis. His enim probatis D. Comitissa facilè obtinebit sibi cōsignari prædictas pecunias tamquam prouenientes ex pretio sui tritici, quia licet pretium
4 in particularibus † non succedat loco rei *l. si quis vxori 53. §. si Titius, l. qui vas 49. §. final. ff. de furt. l. quemadmodum 38. §. si seruus ff. de noxal. l. idemque 74 §. 1. in fine. ff. qui pot. in pign. hab. l. 1. ff. de act. pign. Bart. in l. is qui à debitore, §. 1. in fine. ff. qui in fraud. credit. Bald. in l. finali, §. si præfatum, in principio vers. quarto nota quod hypoteca, C. de iur. delib. Fusar. de subst. quest. 627. num. 14. Mangil. de imput. quest. 29. numer. 43. Osuald. ad Donell. lib. 19. Commentar. cap. 13. littera B, cum multis per eos citatis.*
5 Re tamen † consumpta succedere firmat *textus in l. eum seruum 23. ff. de reb. credit. & ibi Alex. à num. 10. versiculo quia responde, vbi quod prettum etiam in singularibus succedit loco rei, in subsidium, & re perempta, Gratian. discept. forens. cap. 243. num. 67. tom. 2. Ancharan. cons. 248. incipit. ad prædicta num. 10. vbi, & alij quos refert, & sequitur Card. Tusc. littera P. concl. 490. à num. 25. ad finem, Gedeo ad l. laboo 14. ff. de verb. signif. num. 22. & seq. Osuald. ad Donell. lib. 19. Comentar. cap. 13 littera*
6 *B*, & saltem daretur actio Comitissæ † ad id pretium consequendum *d. l. eum seruum 23. ff. de reb. credit. vbi Glossa, & Bart. in princ. Cuiac. tract. 2. ad Affrican. ad eamdem legem. Febr. in Rational. Osuald. ad Donell. d. lib. 19. Comentar. cap. 13. littera B, cum multis per eum citatis.*

Venditio huius tritici à partibus non controuertitur, & consumptio præsumitur, cum
7 sit lapsum triennium, † vltra quod frumentū non pręsumitur extare, *Glossa in l. vnica, in verbo vsucapione, C. si aduersus vsus cap. quam communiter sequutur Doctores teste Corn. in cons. 104. n. 26. lib. 2. Neguzzan. de pign. membr. 5. par. 5. sub num. 12. Borgnin. Caualc. de Tut. & Curat. num. 229. fol. mihi 132. Gratian. discept. forens. cap. 243. num. 70. tom. 2. & fuit dictum in Firmana pecuniaria 29. Nouembris 1639. §. non obstat quod Vicegubernator coram Merlino.*

Quando autem materia articulata (prout hic) est releuans, & sufficiens pro Victoria,
8 Rota † consueuit passim concedere remissoriam, *vt videre est apud san. mem. Greg. XV. dec. 191. dec. 124. decis. 403. decis. 405. & decis. 523. vbi sub num. 1. in rec. dec. 125. sub num. 18. & decis. 315. numer. 6. part. 5. & in Vlixbonon. nullitatis professionis 24. Februarij 1644. §. hinc sumpta, versiculo si modo, coram Reuerendiss. D. meo Carrillo Præside Vallisoletano, & in præallegata Spoletana bonorum 1. Februarij 1647. in principio versiculo quo probato &c. coram R. P. D. Royas.*

Non attentato quod super ijsdem materijs fuerint alia vice examinati testes in partibus,
9 ideoque pretio † remissoriæ videatur calumniosa, & reijcienda, ex decisione in causa *Bergomen. Abbatiæ 3. Iulij 1586. coram Bubalo*, & alijs per informantes pro Ioanne allegatis.

Tum quia in prima remissoria non fuerunt dati articuli, sed tantum fides, ad cuius tenorem iussum fuit à Consulibus Anconitanis Testes examinari, hodie vero datur materia articulis distincta, & melius, & clariùs specifica-
10 ta, † quod sufficere pro remouenda suspicione, & concedenda secunda remissoria *ex textu in cap. auditis 15. de prescript. dixerunt ibidem Innoc. Buratt. decis. 824. num. 3. ibique Adden. littera A, Caual decis. 469. sub num. 2. versiculo neque videbatur Rota decis. 315. num. 14. par. 5. decis. 266. num. 13. pa. 6. recen. Coccin. decis. 23. nu. 2. in Camerinen. pensionis 4. Maij 1640. coram R. P. D. Bichio, & in allegata Vlixbonen. nullitatis professionis coram Reuerendiss. D. Carrillo 24. Februarij 1644. §. non obstat quod alias*, vbi concessa fuit mulieri secunda remissoria, ex èo quia articuli secunda vice fuerunt magis specifice concepti.

Tū quia articulatur noua materia in 5. & 6.
11 articulis, qui essent satis † ad effectum concedendum-

cedendi remissoriam super omnibus, *Greg. XV. decis. 403. nu. 6. versiculo cum autem habeamus in recen. par. 6. decis. 18. nu. 1. & decis. 177. nu. eod. & alijs in Brixien. seu nullius iurisdictionis* 19. *Nouembris* 1638. *coram Reuerendiss. D. meo Carrillo*, & ma-
12 ximè cum hi noui articuli † sint dependentes ab antiquis *e. per hanc 4. st. de temp. appellat. cap. tam litteris, ibique Innoc. & in cap. fraternitatis. de*
13 *testib.* vbi *Abb.* plenè exponit, qui † dicantur noui articuli *Angel. in l. 4. num. 11. & in auth. de testibus §. quia vero nu. 9. versiculo visis an possint. Io: Matienz. in dialog. relat. cap. 49. nu. 7. versiculo decimo octauo fallit &c.*

Tum quia Consules Anconitani limitarunt
14 primam remissoriam ad examinan. † Testes, qui fecerant fides præsentatas, *vt summ. Ioannis nu. 1. ibi Esaminare in sussidio di Giustitia quelli, che hanno fatto detta fede*, & facit *Matienz. vbi supra cap. 51. nu. 7. vbi quod si artidoli non fuerint recte facti,*
15 (quod † non semel accidit) *datur altera remissoria super iisdem articulis.*

Tum etiam quia Testes alia vice fuerunt absque Partis citatione, & iuramenti præstatio-
16 ne, & sic nulliter examinati, † quo casu non denegatur remissoria ad effectum, vt ijdem, & alij valeant ritè, & recte super materijs releuantibus, & clariùs specificatis iterum examinari, sequendo *doctrinam Bart. in l. qui per salutem, nu. 4. ff. de iure iur. de quo Alex. cons. 213. nu. 17. lib. 2. Gabr. com. concl. tit. de Testibus concl. 21. nu. 19. & duobus sequen. Gratian. discept. 890. nu. 12. & 13. Rot. decis. 18. per totam d. probat in Nouis, & decis. 555. nu. 10. coram Buratto, vbi nu. 11, respondit d. decisioni Bergomen Abbatiæ coram Bubaldo cum alijs per Modern. Perusin. in Tract. de Manut. obser. 95. numer. 6. & 7.*

17 Et ratio est quia depositiones Testium† nō rite receptorum non valent *cap. In nomine Domini. de testib.* vnde intrat vulgaris Regula *Non*
18 *præstare† impedimentum quod de iure non sortitur effectum cap. Non præstat. 25. de Regul. Iur. in 6. gloss. in Clementina vltima, in verbo Rite de test. ibi Imol. 2. & 4. Bald. in cap. Fraternitatis nu. 10. eod. tit. Alberic in Auth. At qui semel. nu. 6. vers. Idem puto C. de Prolat.* Neque referre an fuerint didicita testifi-
19 cata, † aut facta publicatio ad instantiam producentis, *dixerunt Bart. Bald. & Paul. in d. Auth. At qui semel. & id. Bart. in d. l. qui per salutem in fine, ff. de iure iuran. Matienz. vbi supra cap. 49. nu. 5. post med.*

Neq. attento, quod idem Ioannes declarauerit velle eosdem Testes habere pro rite, & rectè examinatis. Nam quidquid sit quando
20 nullitas prouenit ex defectu citationis, † in quo casu loquitur *Menoch. cons. 366. nu. 17. & 29. & explicatur nu. 30.* Quando nullitas oritur ex
21 defectu iuramenti, vt in casu isto, † non potest fieri Renunciatio nisi de consensu ambarum Partium, nec sufficit si is tantum remittat contra quem producuntur Testes, *vt firmat. Abb. in cap. Tuis 39. nu. 4. de Testib.* quia Testis
22 *(ait ille)* iuramentum pro vtraq; parte † debet testeficari, & ex falso eius testimonio vtriq; Parti potest præiudicium generari, & ideo vterq; debet concurrere *ex Regula textus in cap. Quod omnes tangit 29. de Regul. iur. in 6. & ibidem Felin. nu. 1. versus finem, Zabarall. nu. 2. Anchar. nu. 4. Io: Andr. nu. 1. verbo* remittatur *Barbos. in Collect. numer. 6. Vin. com. op. opin. 931. nu. 18. Monticell. in Rep. de Testib. in Particula iure debet Testis vers.* Testis iusiurandum *qui habetur inter Tract to. 4. fol. 255. col. 3. ad fin. Vestr. in Prax. lib. 6. cap. 2. nu. 8. & ibi Granat. littera L, n. 42. vbi quod iuramentum est de forma l. In iurandi q. 9. & l. si quando 19. C. De Testib. cap. de Testib. eod. tit. Felin. in cap. Cū Dilecta 22. n. 6. §. primū signū post principiū, in 4. signo vers. quæ autē dicatur de rescript. & prius dixerat Abb. in dicto cap. Tuis 39. nu. 2. uers. Nota tertio.*

Vltra quod cum Ioannes prius iudicialiter
23 easdem nullitates opposuerit, † non potest hodie prætextu huius declarationis Remissoriam Dominæ Comitissæ impedire, nec auferre ius ei quæsitum in vim præcedentis oppositionis *vt in terminis firmat Rot. penes Put. decis. 236. circa medium uers. Non obstante quod pars aduersa lib. 1. in Correct.* & regulare est, quod ius alicui
24 quæsitum ab eo † inuito tolli nequit *l. final. in fine ff. de Pact. l. Id quod nostrum ff. de Regul. iur. Io. Maria Nouar. quæst. forens. lib. 1. quæst 14. nu. 8. quæst. 20. nu. 1. & quæst. 100. nu. 2 i Car. d. Graff. de except. ad stat. exclud. ex. except. 32. nu. 20. Aluarez Valasc. in Axiomat. Iur. littera I, concl. 151. uers. unde ius alicui quæsitum &c.*

Ponderabant etiam Domini, quod sextus Articulus tendit ad reprobandam fidem per dictum Ioannem exhibitam, in qua firmatur, quod litteræ oneratoriæ non admittunt probationes in contrarium de stylo Mercatorum,
25 quo † casu datur Remissoria etiam post publicationem Testium *Alberic. in dicta Auth. At qui semel nu. 4. Matienz. ubi supre d. cap. 49. nu. 7. Rot. decis. 575. nu. 15. par. 5. tom. 2. Rec.* Presertim cum processus non peruenerit ad manus D. Comi-
26 tissæ ipsa enim degit in Regno Neapolis, † & publicatio illius fuit facta Anconę ex qua causa Remissoriam Rota concessit etiam in illa *Auenionen. dilapidationis Bonorum 7. Maij 1646. §. Quia dùm Processus coram R. P. D. Cerro & docuit Castren. in d. Auth. At qui semel. numer. 3. & Matienz. ubi supra capitul. 46. numer. 3. circa finem.*

Denique minus placuit replicatio, quod in Regno Neapolitano sit valde facilis ista testiū
27 subornatio. † (vt dicebant informantes) *ex traditis à Gramatic. uoto 14. incipit in causa Regij fisci nu. 11. & 12. quem amplectitur Rot. in Neapolit. illegittimatis 18. Maij 1607. coram Penia, ubi quod consuetudo subornandi in Regno est frequens.* Quia Rota melius, & verius informata ab hac sinistra opi-
28 nione postmodum recessit pluries, † & dictum Gramatici sæpius reprobauit, *ut in Neapolitana separationis Thori 7. Nouembris 1622. quæ est 656. nu. 1. coram Buratto, in Neapolitana computorom 10. Maij 1610. coram Sacrato quæ est 277. nu. 4. p. 3. rec.* vbi respondet dicto Gramatici, & decisioni Peniæ, et contra Grammaticum subdit quod non
29 creditur Doctori attestanti† de aliqua consuetudine *ex Aretin. cons. 32. nu. 2. Dec. cons. 402. nu. 15. Corn. cons. 83. nu. 14. lib. 4. Purpurat. cnnsil. 315. sub nu. 15.* Et multo minus attestanti de praua, et
30 damnabili, † quia in obiectiuis exigitur plena, et concludens probatio *cap. significasti de diuort.*

Mohed.

Mohed. decis. 130. *nu.* 1. et inuehit contra Gramaticum quod neque ipse mereretur fidem, quia tamquam Neapolitanus suspicandus esset subornatus ad id scribendum, si vera esset illa praua consuetudo subornandi in Regno
31 Neapolis † adeo Pio, Religioso, et Nobili *& nu.* 5. *concludit*, quod in illa decisione Peniæ ex Processu criminali, et alijs circumstantis constabat magnus timor subornationis, sed quod votum Gramatici fuit potius per iocum
32 allegatum, † quam per Rotam approbatum, *in Hieracen. Iurispatronatus* 5. *Iunij* 1617. *coram bon. mem. Cardinali* Fabritio *Varospio quæ est* 517. *nu.* 5. *par prima Rec.* vbi quoque bene respondetur ad votum Gramacici, et decisionem Peniæ, *& in allegata Neapolitana Pecuniaria* 3. *Iuly* 1645. *coram R.P.D. Roias ubi alias*.

Minusque releuans visus fuit pretextus quod D. Comitissa habet magnam Auctoritatem, Iurisdictionem, et Potentiam in illis Partibus.

Quia Examen, et Processus Remissorialis faciendus nō est in aliquo ex locis iurisdictionalibus ipsius, vel D. Comitis sui Coniugis, sed in Terra Molę in qua adsunt testes, et quæ est sub diocesi Baren, et sub Dominio Regio, et Testes Proxenetę qui eadem fidem fecerunt sunt de eadem Terra *Summario Ioannis nnmer.* 1. ibi *Per Noi sottoscritti publici senzali, e Cittadini di Mola*, et Ioannes Baptista Violantes, est Ciuitatis Capuę *ut dicto nu. primo uers. secundo.* † Ideo Domini censuerunt Remissoriam non esse denegandam, *ut pluribus congestis decisum fuit in Tullen. Nullitatis Matrimonij* 18. *Martij proximi præteriti, coram R.P.D. Ghisiletio*.

Vtraq; parte audita etc.

R. P. D. GHISILERIO

Postea Episcopo IMOLEN.

Suessana Legati.

Lunæ 13. *May* 1647.

ARGVMENTVM.

Attentata sunt omnia gesta post inhibitionem Rotalem præsentatam, etiam si inhibitio nulliter emanauerit, quia adhuc seruari debet, & interim recurri ad signaturam pro moderatione, & Iudex debet se abstinere nec velle cognoscere de viribus inhibitionis, & si aliter facit, attentat.

SVMMARIVM.

1 *Executoris relationi de præsentata inhibitione tamquàm de re spectante ad suum officium, fides adhibetur.*

2 *Iudex post inhibitionem Rotalem, & pendente causa in Rota non potest procedere ad vlteriora absque vitio attentatorum. amplia ut ibidem.*

3 *Iudex post inhibitionem Rotalem, debet se abstinere nec velle cognoscere de viribus inhibitionis.*

4 *Iudex post inhibitionem Rotalem non potest ad vlteriora procedere, etiam si inhibitio nulliter emanauerit.*

5 *Inhibitio semper timenda est siue iusta siuè iniusta.*

6 *Iudex inferior non potest cognoscere de viribus inhibitionis superioris.*

7 *Inhibitio Rotalis seruari debet, & interim recurri ad signaturam pro moderatione.*

8 *Inhibitio Rotalis ad effectum attentatorum sufficit illam fuisse præsentatam Iudici.*

9 *Attentata sunt omnia gesta post inhibitionem Rotalem præsentatam.*

10 *Attentata sunt reuocanda.*

11 *Attentans eodem tempore simul Ius, Iudicem, & partem lædit.*

DECISIO LII.

Commissa in Rota causa Appellationis interpositæ à sententia lata per Vicarium Eminentiss. Archiepiscopi Neapolitani confirmatoria alterius sententiæ in prima instantia latæ per Vicarium Reuerendiss. Episcopi Suessani ad fauorem Portiæ contra Puellas Hospitalis Sanctissimę Annunciationis Ciuitatis Suessanæ vigore commissionis fuit expedita citatio cum inhibitione in forma, quæ sub die 6. Ianuarij præsentis anni fuit personaliter intimata Vicario Generali Caietano, eiusque actuario per Breue speciale Sanctiss. D.N. Iudice appellationis à supradictis sententijs in tertia instantia deputato; Et quia non obstante supradicta Inhibitione Rotali sub die 23. eiusdem mensis Ianuarij per sententiam pronunciauit, tam prædictam sententiam Vicarij Neapolitani, quam Vicarij Suessani fore, & esse confirmandas, fuit dubitatum, an constet de attentatis, quæ veniant reuocanda, et affirmatiue fuit resolutum.

1 Quia † post præsentatam Inhihitionem Rotalem suptadicto Vicario in vim similis commissionis Appellationis in tertia pariter instantia in Rota, vt constat ex relatione exequutoris, cui de hoc tanquam spectante ad suum officium, fides adhibetur, vt fuit dictum in *Romana Spoly* 28. *Iunij* 1617. *coram Sanctiss. D.N. in Romana Pecuniaria* 12. *Decembris* 1642. *coram Reu. P.D. meo Cerro, in Vercellen Prioratus* 25. *Februa-*
2 *rij præteriti coram R.P.D. meo Peutingerio*, † Vicarius non obstante quod in commissione Rotali non fuit facta mentio præcedentis commissionis, vt supra directæ ordinario Caietæ non poterat pendente causa in Rota, & post Inhibitionem Rotalem procedere ad sententiam citrà vitium attentatorum *c. non solum de*
3 *appell. in* 6. *tot. tit. ut lit. pend.* † sed debebat abstinere, nec velle cognoscere de viribus Inhibitionis *Achil. decis.* 7. *de attent. in manuscript. & dec.* 29. *de appell. inter impress. Rot. dec.* 785. *nu.* 2. *par.* 1. *diuers. & in Vlyssiponen Erectionis Monasterij* 5. *De-*
4 *cembris* 1631. *coram me*, † vbi quod Iudex post Inhibitionem Rotalem non potest ad vlteriora procedere etiam si Inhibitio nulliter ema-
5 nauerit † cum semper timenda sit, siue iusta, siue iniusta. Ita *Caputaq. decis.* 13. *par.* 2. *Put. decis.* 265. *lib.* 2. *Cæsar. de Grass. decis.* 3. *in fin. de appell.*
6 nec † possit Inferior cognoscere de viribus Inhibitionis *Rot. in Salernitana Paroch.* 18. *Februarij* 1609. *coram Reuerendiss. Seleucien coram bo. me. Caualer. decis.* 544. *nu.* 2. *decis.* 611. *nu.* 1. *coram eodem, & co-*

7 & coram bo.me. Buratt. decis. 297. num. 6. † Vnde illa in proposito debebat seruari, & interim recurri ed Signaturam pro moderatione *Rot. coram Cauder. decis. 574. num. decis. 102. num. 2. &*
8 *decis. 214. nu. 3. par. 5. recent.* † satis enim est illam fuisse præsentatam Iudici ad effectum attentatorum, vt vltimo fuit resolutum in *Romana fideicommiss. de Marianis* 11. *Martij præteriti coram*
9 *R.P.D. meo Royas*, † itaut omnia gesta post præsentatam dictam Inhibitionem Rotalem sint euidēter attentata *c. non solum de appell. in 6. Achil. decis. 29. num. 3. de appell. Rot. coram sa. me. Greg. XV. decis. 465. num. 4. coram bo. me. Buratt. decis. 909. per tot.* & fuit resolutum *in Vladislauien Villæ de Hipponeburg 3. Iulij 1645. & in Colonien. Vicariæ 5. Decembris præteriti coram R.P.D. meo Otthobono*,
10 & † consequenter sententia per dictum Vica-
11 rium lata est reuocanda, † cum attentans eodē tempore simul Ius, Iudicem, & partem lædat *Rot. in Lucana Canonicatus 3. Aprilis 1646. coram R.P.D. meo Peutingerio in fin. & alias passim.*

Et ita informantibus tantum supradictis Puellis Hospitalis Santiss. Annunciationis Ciuitatis Suessanæ.

R. P. D. ARGVELLES.

Romana fideicommissi, seu Attentatorum.

Veneris 17. Maij 1647.

ARGVMENTVM,

Attentata dicuntur omnia gesta coram Iudice inhibito nō obstante consensu partium præstito in iurisdictione, quia post inhibitionem non fuit postmodum in partium arbitrio consentire in iurisdictionem alterius Iudicis in spretum Iudicis inhibentis; & quid si causæ & iudicia essent aliquo modo diuersa, & in Commissione essent appositæ clausulæ *quam, & quas inciden. & dependen.* an, & quando gesta coram Iudice inhibito dicantur attentata clarissimè demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio Rotalis operatur vt omnia gesta per Iudicem inhibitum sint attentata non obstante consensu partium præstito in iurisdictione.*
2 *Inhibitio ad istantiam alicuius emanata, statim quoad impetrantem inducit litem, & quidquid postmodum actum est coram alio Iudice, dicitur attentatum.*
3 *Procurator ad lites generaliter constitutus attentare non potest, & quare.*
4 *Procurator numquam censetur datus ad illicita.*
5 *Possidere cumulatiuè ex ijsdem causis non potest quis, vbi dictæ causæ non sunt compatibiles inter se.*
6 *Creditor, & debitor in vna eademque re quis esse non potest etiam ex beneficio inuentarij.*
7 *Actio, & passio nullo modo possunt concurrere in eodem subiecto.*
8 *Debitor, & creditor, non potest dari in eodem subiecto.*
9 *Hæredi non datur immissio tamquam Creditori nisi renunciet hæreditati.*
10 *Consequens qui vult, vult etiam antecedens.*
11 *Possessio quando non sit manutenibilis.*
12 *Incompatibilitas facit connexitatem sufficientem ad inducenda attentata.*
13 *Attentata quando dicantur gesta in vno iudicio quamuis diuerso ab alio.*
14 *Facta, & non verba in materia attentatorum sunt attendenda.*
15 *Protestatio contraria facto nihil operatur.*
16 *Animus factis non minus, quam verbis declaratur.*
17 *Possessioni anteriori, ex quibus dicatur quis renunciasse.*
18 *Manutentio an sit concedenda non probata turbatione.*
19 *Manutentio non potest dari nisi Actor saltem non asserat quod timet se turbari.*
20 *Clausulæ* quam, & quas inciden. & dependen. *in commissione appositæ, comprehendunt causas nedum motas sed etiam mouendas.*
21 *Iudex à quo non debet cognoscere vim comprehensiuam clausulæ* quam, & quas inciden. & dependen.
22 *Possessio prima an dicatur amissa per petitionem secundæ.*

DECISIO LIII.

VNica tantum parte informante *sub die* 11. *Febr. proximi præteriti* * decisum fuerat constare de attentatis; & hodie auditis etiam Balthasare Vandello, et Remedio Albano Clericis heredibus Thopatię Domini eamdem decisionem confirmarunt, quia visa fuit subsistere in omnibus suis fundamentis,

Nec fuerunt habita in consideratione ea quę ad excludenda attentata dicebantur de consensu in iurisdictionem A. C. elicito exactibus coram eo factis per Vrsinos, seu eorum Procuratores post commissam causam in Rota. Quia vltra quod controuertuntur in facto, et dantur aliqui habentes in ventre clausulas *citra consensum in iurisdictionem, & sine præiudicio litis pendentis in Rota*, qui important dissensum, ad huc neque partium consensus excusaret ab
1 attentatis, † quia cum prius obtenta fuerit inhibitio Rotalis non fuit postmodum in partiū arbitrio consentire in iurisditionem alterius Iudicis in spretum inhibitionis huius supremi Tribunalis circa vitium attentatorum reuocan. saltem nobili officio Iudicis, cuius maiestas est lęsa, *vt tradit Lancell. de attent. lit. pend. par. 2. cap. 4. limit. 15. nu. 21. vers. Primo ut non procedat, & limit. 16. nu. 16. uers. secundo ut licet. Rot. coram S. me. Greg. XV. decis. 243. numer. 4. uers. & talis consensus, & ibi Adden. litt. A, uers. & quod consensus partium.*

2 Præsertim quia inihibitio emanauit † ad instantiam illorum de Vrsinis, et sic quoad ipsos impetrantes statim litem induxit, adeout non potuerint postmodum eorum Procuratores coram A.C. quidquam agere quod non sit attentatum *Rot. dec. 6. vt lit. pend. in nou. Caual. decis. 658. nu. 2. & in Rossanen. Decimarum 28. Nouemb.*
3 1639. *§. Pendentia verò coram R.P.D. Bichio.* † Attentare autem certe non potest Procurator ad lites

lites generaliter constitutus *Lancell. vbi supra tit. de attent. à part. par. 1. n. 10. & 13. vers. regula quod gesta. Caputaq. dec. 186. par. 3. Rot. dec. 705. sub nu. 4. par. 1. & dec. 201. nu. eod. par. 2. rec. cum alijs per Buratt. dec. 63. nu. 7. vers. quia fuit obtenta, & ibi Add.*
4 *sub littera B.* † Quia Procurator nunquam censetur datus ad illicita *l. si Procurator 6. ff. de condit. in deb. Rota dec. 7. vt lit. pend. in nou. & in Rom. Domorum 28. Iunij 1568. coram Card. Lancell. num. 3 Robert. Lancell. de attent. d. par. 1. cap. 1. nu. 12. cum seq.* & attentare sapit delictum, *idem Robert. in proem. nu. 102. & par. 3. cap. 23. nu. 62. & c. 21. num. 1. Egid. Bellam. dec. 18. incip. oneratio post med. vers. verbum. Rota in Ferrarien. Attentatorum 7. Maij. 1626. coram Reuerendiss. Vrgellen. penes ipsum dec. 198. & penes Modern. de manut. 259. cum alijs per eumdem cumulatis in eod. tract. obseru. 48. num. 19.*

Non obstat quod in prima decis. per errorē facti (cui dedit occasionem sententia A. C.) dictum sit, quod illi Clerici expressè dixerint, velle mutare causam possessionis, cuius contrarium ostenditur hodie *ex nouo Sum. numer. 1.* vbi apparet dixisse velle possidere omni meliori modo, & retinere titulo Creditoris, &
5 etiam titulo hæredis. † Quia hoc nullo modo potest procedere in iure, nam quando causæ non sunt compatibiles non potest quis ex ijsdem cumulatiuè possidere, vt probatur in *1. decis. in §. Imò dicebat. Bart. in l. 3. §. ex pluribus 4. ff. de acquir. poss. Cresc. de rest. spol. dec. 5. Add. ad Greg. dec. 146. num. 15. Modern. Perus. de manut. obser. 54. nu. 31.* Et hæ causæ nempe vti Creditores Cæsaris, & vti hęredes ipsius ex persona Thopa-
6 tię sunt contrarię, † nam efficientur Creditores, & debitores in vna, eademque re, quod esse non potest etiam ex beneficio Inuentarij,
7 *vt probatum fuit in d. decis. d. §. Imo, & §. seq.* † Nec vllo modo possit fieri vt actio, & passio concurrant in eodem subiecto *l. Prætor C. de tut. & curat. dat. l. fin. ff. de offic. Præt. Scacc. multis citatis de*
8 *commerc. §. 6. glos. 1. nu. 12. & 24.* † nec debitor, & creditor, vt ibi per eum *l. Vranius 82. ff. de fideiuss. Caldas cum alys de extinct. emphit. cap. 14. nu. 33. & est vulgatum axioma, & multos congerit Valasch.*
9 *suo more littera A. n. 17.* Necessarium est ergo, vt possideant vel ex prima, vel ex secunda solum causa, & quod ex secunda non possit dari im-
10 missio nisi renuncient primæ† *ex vulgari regula*
11 *quod qui vult consequens, vult etiam antecedens,* † ex quo nascitur quod prima nō sit manutenibilis *Rota in Ariminen. spolij 9. Febr. 1629. coram Merlino, quæ est 255. post modern. de manuten. numero secundo.*

Minus obstat quod adducitur ex diuersitate
12 actionum. † Quia ipsa incompatibilitas facit connexitatem sufficientem ad inducenda attentata, *vt dictum est in 1. decis. Rot. in Cæsaraug. Distributionum, seu Attentatorum 26. Iunij 1645. co-*
13 *ram R. P. D. meo Cerro,* † & daretur via eludendi Rotę sententiam, quid enim interesset Vrsinos vincere in iudicio associationis, cum nihil inde essent habituri si posset subsistere sententia A. C. illo iudicio pendente lata, quia declarat competere possessionem ex causa quod sint hæredes Thopatię, et ipsa hęres Cæsaris, *& ita ratiocinatur Rota in decis. 187. numer. 1. par. 2. diuers. & in alleg. Cæsaraugustana, & coram Coccin. decis. 399. nu. 2. vbi aliæ citantur Gabr. de acqu. poss. concl. num. 17.*

Et nihil interest (dicebat vnus ex Dominis) quod Clerici protestati fuerint velle possidere
14 omni meliori modo. † Quia factis, et non
15 verbis est attenden. † nec protestatio contraria facto quidquam iuuat *l. cum in plures 60. §. Locator ff. locat. c. gratum 20. de offic. deleg. c. sollicitudinem*
16 *54. in fin. de appell.* † et animus factis non minus quam verbis declaretur. *l. non tantum 5. ff. rem rat.*
16 *hab. cum simil.* † vnde videntur primæ possessioni renunciasse, cum sufficiat hoc animo de-
17 clarasse *Crescent. d. decis. 5. nu. 4. de rest. spol.* † cum ex alio titulo, et causa incompatibili cum prima voluerint manuteneri, et immitti.

Imò nec A.C. potuit ex prima causa immissionem concedere, quia iam fuerat data, et super ea erat causa appellationis in Rota intro-
18 ducta; nec manutentionem; † Quia quidquid sit, An habeat locum non probata turbatione; vt voluit *Couar. pract. cap. 17. num. 3. Ciriac. lib. 2. contr. 145. num. 8. & 9. Ant. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 4.*
19 *vti Possid. nu. 5.* † Hoc certum est non posse dari si Actor saltem non asserat quod timet se turbari *Boccac. de interd. vti possid. cap. 14. num. 4. Io. Faber. in §. Retinendæ instit. de interd. num. 24. & alij congesti per Modern. Paris. de manut. obseru. 41. numer. 1.*

20 Vltra quod† commissio Rotalis habet clausulas, *quam, & quas, inciden. & dependen.* quæ comprehendunt causas ne dum motas *Seraph. decis. 644. circa fin. num. 3.* Verùm etiam mouendas super eadem re, & circa idem negotium *Cæs. de Grass. decis. 2. num. 4. & 5. de rescript. Buratt. decis. 226. num. 6. vers. & vti concepta &c. cum alijs allegatis in præterita decis. in §. Et maxime quia causa*
21 *coram me, &c.* † nec debet esse in potestate Iudicis à quo cognoscere de vi comprehensiua huius clausulæ, *ut dicta decis. 187. num. 8. par. 2. diuers.*

Et tandem ijdem Clerici vltro fatentur executionem secundę sententię fuisse attenta-
22 tam, † et tantum volunt primam possessionem sibi asserere, quam forte amiserunt ex petitione secundę, *ex supra alleg. & in alijs in prima decis. congestis. in d. §. Imo dicebat, &c.* sed de hoc non fuit disputatum in Rota, nec Vrsini aliud pretendunt quam declarari attentatam possessionem, vt fuit decisum etc. vtraque parte informante &c.

☞ *Decisio ista in hac eadem causa emanata sub die 11. Februarij 1646. coram eodem bo. me. Arguelles, erit infra in Calce in Miscellan. Decisionum.*

R. P. D. GHISILERIO

Postea Episcopo IMOLEN.

Romana de Marescottis.

Lunæ 20. Maij 1647.

ARGVMENTVM.

Concessione facta per Principem ad fauorem filij familias, Pater ratione patriæ potestatis non

non potest quidquam pretendere. Heredis institutio facta per verba, *in omnibus autem alijs bonis* num prelegata compræhendat.

SVMMARIVM.

1 *Restitutionis in integrum fundamentum est bonum ius.*
2 *Restitutioni in integrum non est locus non docto dè iniustitia sententiæ.*
3 *Effectus patriæ potestatis cessat in concessione facta per Principem.*
Castrum per Principem filio familias concessum, ipsi non patri acquiritur num. 3.
4 *Dominium non acquiritur aduentitijs.*
5 *Institutio simpliciter facta de Castris non compræhendit actiones, et nu. seq.*
7 *Institutio descretiuis uerbis facta quid compræhendat.*
8 *Dictio* alijs, *ubi uerba sunt amplissima non operatur exclusionem.*
9 *Institutio facta per uerba*, in alijs bonis, *an compræhendat prælegata, et de materia uide etiam supra nu. 7.*
10 *Vniuersalitas uerborum compræhendit etiam ea quæ alias non compræhenderet, et nihil excipit, uel reseruat.*
11 *Filius fideicommisso grauatus potest de tertia parte libere disponere ratione legitimæ.*
12 *Filius non disponit de legitima ei confiscata.*
13 *Falcidia etiam de iure canonico perditur ab hærede sine inuentario.*
14 *Odium dicitur dè medio sublatum per institutionem factam dè persona exosa.*
15 *Clausula codicillaris suum operatur effectum ubi testamentum laborat solo uitio præteritionis, secus si uoluntatis.*

DECISIO LIV.

IN hac causa sub die 18. Maij superioris anni * vtraque parte informante coram me fuit resolutum non constare de causis restitutionis in integrum aduersus sententiam bon. mem. Cardinalis Sacrati tunc Rotæ Auditoris in iudicatum transactam, cum D. Pirrus Balleonus frater, & hæres vniuersalis ex testamento q. Iuliæ Balleonæ vxoris q. Alphonsi Marescotti non fuerit prosequutus appellationem & DD. Comites Sfortia, & Galeatius de Marescottis Nepotes dicti q. Alphonsi ex Marco Antonio filio acceptauerant in actis rem iudicatam: Ratio, quæ mouit DD. ea fuit, quia d. sententia probatur valida ex reuolutione actorum, & iusta ex pluribus decisionibus in hac causa emanatis, et ideo cum DD. de Balleonibus filij, et hæredes Pirri non docuerint
1 de suo bono iure, † quod est fundamentum restitutionis in integrum, *Caputaq. decis. 55. & decis. 99. part. 3. Rot. coram S. me. Greg. XV. decis. 459. num. 1. cum alijs adductis per Add. num. 11.* nec de
2 læsione docendo de iniustitia prolatæ† sententiæ non est locus restitutioni, *Castren. in l. fin. numer. 5. ff. in quib. causis restitut. Odd. de restit. in integr. par. 1. quæst. 36. art. 2. & 3. censuit Rota decis. 1. de restit. integ. in nouis coram Moedan. decis. 2. de appellat. & alias sæpius.* Reproposita causa super eisdem DD. fundamentis, & rationibus deductis in supradicta decisione sub die 18. Maij superioris anni facta steterunt in decisis: Quia verè non obstat, quæ iterum inculcantur ad substinendam institutionem factam ab Alphonso Iuliæ vxoris hæredis institutæ, vel ratione cōdominij, quod habeat Alphonsus super Castris Iulianelli, & Parrani, in quibus hæredem instituit Marcum Antonium, filium, vel ratione crediti supradictis Castris scutorum 4000. quæ de proprijs pecunijs pro rata pretij scutorum 1000. soluisse allegatur in actu recuperationis vigore cessionis factę per Reu. Cameram Apostolicam eiusdem Alphonsi nepotibus, in qua summa pro defentione sui testamēti à vitio præteritionis prætendunt, quod voluerit instituere eumdem Marcum Antonium.

Nam condominium non probatur, & in contrarium facit, quod Castra nè dum proueniunt ex supradicta cessione Cameræ, & sic Principis, quo casu cessat in hac parte effectus
3 Patriæ potestatis, † & supradictis Comitibus de Marescottis cessionarijs met acquiritur Castrorum dominium, *vt est tex. expressus in l. cum multa, C. de bonis quæ liber.* Sed vltra in Instrumento cessionis, ideo Castra ceduntur, quia prætendebatur ad supradictos Comites Nepotes ea spectare in vim fideicommissariū Hortentiæ, & Beatricis Farnesiæ ad eorum fauorem multo ante delictum Alphonsi fastorum,
4 & sic Castra sunt aduentitia Nepotum, † in quibus Patri dominium non acquiritur, *ex allegat. per Moder. Cusent. de Pat. potest par. prim. 1, cap. 3. num. 102. & 103.*

Creditum verò etiam si dd. scuta 4000. probarentur propria Alphonsi, nihil releuat quia, *vt pluries firmauit Rot. & præsertim coram Lancellotto sub die 10. Decembris 1610. quæ est decis. 265. par. 1. recent. num. 6. & sub 18. Aprilis 1611. coram eodem, quæ est decis. 309. eadem parte 1. rec. sub num. 7. coram Sacrato sub die 20. Nouembris 1613. in §. circa primum in fine cum quibus transierunt DD. coram me in decisione in præsenti confirmata in §. neque subsistit,* si non fuerunt propria sed Nepotum, cum non soluerit de proprio, non potuit effici creditor, nec vllum acquirere ius in Castris, si vero fuerunt propria, effectus fuit tantùm simplex creditor dictæ summæ erga Nepotes filios Marci Antonij, sed nō est consequutus aliquod Ius reale super dd. Castris, de quo in vltima voluntate potuerit disponere ad effectum quod institutio de persona Marci Antonij sustineatur, in quo credito non potest sustineri dicta institutio, dum relictum fuit Iuliæ, cui Alphonsus reliquit omnia credita, neque potest dici relictum Marco Antonio, quia ei reliquit tantùm Castra cum expressa prohibitione, vt nihil aliud ex sua hæreditate prætendere posset, vt plenè fuit firmatum in decisionibus, ita quod cum Alphonsus instituerit hæredem Marcum Antonium filium simpliciter in Ca-
5 stris † horum appellatione non veniunt actiones, *l. à Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudicata, Rolan. consil. 65. num. 9. lib. 1. Ioseph. Ram. consil. 37. num. 52. Menochius de præsumpt. præsumpt. 129, numer. 30. & 32. lib. 4. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. Glos.*

Glos. 21.*par.* 2.*nu.*45.*Rot.coram Put. decis.*20. *lib.*5. *in correct.* & ex supradicta solutione nullam acquisiuerit actionem, seu ius in dictis Castris, sed solùm actionem personalem; & quidem non contra Marcum Antonium filium, sed contra Nepotes, quibus Camera cessit Castra, & vlterius prohibuerit filio, quod prædicta Castra nihil aliud de sua hæreditate prætendere posset; In iuribus verò, et actionibus instituerit Iuliam vxorem ibi (in omnibus suis Iuribus, et actionibus etc.) instituit certè dici non potest, ipsum intellexisse relinquere filio, vel liberationem à debito contracto occasione Cessionis Castrorum, cum debitum istud non ipse Marcus Antonius filius, sed Comites Sfortia, et Galeatius Nepotes contraxerint, vel actionem personalem contra dictos Nepotes pro repetitione dicti pretij soluti *vt ponderauit*
6 *Rota dicta decisio* 265.*num.*6.*ibi*, † & sic dicta institutio non potest se extendere ad prætensum creditum, *& coram Sacrato prima Februarij* 1613. *quæ est decisio* 453. *eadem parte primarecentior. vbi sub num.*3.*ponderantur verba geminata prohibitionis*, ibi, Non possa pretendere, ne dimandre altro, &c. *& ibi leg.* instituisco hærede in detti Castelli con detta espressa conditione, &c. quæ geminata prohibitio manifestè probat mentem Alphonsi fuisse, quod Marcus Antonius haberet tantum dicta Castra Iulianelli, et Parrani, maximè quia ea credidit ad se spectare ratione Dominij, vnde sequitur non intellexisse relinquere creditum, sed dominium, et si aliter sensisset de eo fecisset mentionem, quem admodum fecit in subsequenti institutione Iuliæ.

Neque dicatur, quod relinquendo alia credita eidem Iuliæ sub dictione discretiua (alijs) ibi in omnibus alijs creditis bonis, et Iuribus,
7 &c. censeatur dictum creditum scutorũ quatuormilia exclusisse, *sicut scripsit Bartolus in lege si quis seruum*, §. *vltimo in fin. de legat. primo*, *Castrens. consil.* 396.*lib.*2.*Iason.in l.huismodi*, §. *si Titio*, *num.* 15. *de leg.* Primo quia cum verba sint
8 amplissima dicto (alijs) † non operatur prætēsã exclusionem *ex latè traditis per Menoch.præsumpt.* 194.*numer.*6.*& sequentibus*, *lib.* 4. *vbi sub num.* 7. *versic.verum huic obiectioni,&c.* respondet veram non videri opinionem supradictam, quod Te-
9 stator instituendo hæredem † in alijs bonis noluerit in ea vocatione comprehendere prælegata; quia contrariam sententiam probarunt, *Oldrad. Bal. Bart. Angel. Imol. & alij per eum sub numer.*7.*adducti*. Vniuersalitas enim supradictorum verborum. *In omnibus iuribus, & actionibus, & creditis in omnibus locis existentibus præsentibus, &*
10 *futuris, &c.* † comprehendit ea, quæ alias non comprehenderentur, vt propterea nihil possit dici exceptuatum, vel reseruatum, *iuxta cumulata per Crass.excep.*14.*num.* 25.*& sequentibus, Nilanen.decis.*13.*num.*42.*& sequenti*, *lib.* 2. *Rota in Meleuitana vnionis* 13. *Ianuarij* 1642. *coram Reuerendissimo Domino Dunozetto Decano, & in Aunionen.hæreditatis* 5.*Martij* 1646.*&* 23. *Ianuarij* 1647. *coram R.P.D. meo Royas*. Hæc fortius stringunt, dum mentio de creditis legitur facta post mẽtionem de Iuribus, et actionibus. Vnde non est dicendum Alphonsum intellexisse contra distinguere alia credita ab isto scutorum 4000. ita vt sufficiat non fuisse adeptum aliquod ius reale, de quo in ultima uoluntate ualuerit disponere super Castris, Vnde sustineatur Institutio, vt semper Rota in hac causa tenuit.

Non obstat, quod licet supradicta Castra Iulianelli, et Parrani essent subiecta fideicommisso ab Hortentia, et Beatrice Farnesia ordinato ad fauorem descendentium Alphonsi filij, nihilominus respectu tertiæ partis potue-
11 rit Alphonsus liberè disponere, † cum ad ipsũ spectaret ratione legitimæ ipsi debitæ in bonis maternis, §. *hæc autem disposuimus auth. vt cum de appel.cognos.Surdus consil.*402.*num.*19.*Rota decis.* 56.*nu.*6.*penes Merlinum de legitima*, quia cum legitima fuerit comprehænsa in cõfiscatione vniuersali bonorum ipsius Alphonsi, et consequenter fuerit priuatus omni Iure legitimæ
12 non valuit amplius de ea disponere, † nec Marcus Antonius hæres ex tali institutione potuit cõsequi quid minimum per ea, *quæ fuerunt deducta in decisione coram me dicta die* 18. *Maij superioris anni in* §. *quod supradicta Castra, & in* §. *sequitur*.

Nec suffragatur quod Alphonsus fuerit per Principem in integrum restitutus; est enim notandùm, quod non fuit in integrum ad omnia bona restitutus, quia Castra ex supradictis prætensionibus, & mediante pecunia fuerunt Nepotibus concessa.

Pariter non subsistit, quod saltem apud DD. de Balleonibus ex persona Pirri hæredis scripti debeat remanere quarta pars hæreditatis ratione falcidiæ, quæ detrahitur etiam de re certa relicta titulo institutionis, quia falcidia etiam de Iure Canonico perditur ab hærede adeunte hæreditatem sine beneficio legis, &
13 inuentarij, † ius enim Canonicum approbat ius ciuile in eo quod statuit hæredem nõ posse vti beneficio falcidiæ, nisi inuentarium cõfecerit, *vt bene per Bot.cum. ibi allegat. decis.* 72. *num.*47.*&* 54.*part.*2. *diuersorum*, & Iulia nullum confecit inuentarium, §. *hinc nobis versiculo si verò non fecerit auth. de Hæred. & falcid.*

Neque merentur allegari dissensiones, & iurgia, quibus Marcus Antonius procurauerat odium Alphonsi, quia licet alias inter prædictos patrem, et filium intercesserint, *vt firmauit Rot. coram Sacrato prima Februarij* 1613. *dicta decis.*453.*num.*6.1.*par. rec.* eo ipso quod Marcus Antonius legitur institutus per Alphonsum
14 in dictis Castris, † institutio tollit omnem præcedentem malam satisfationem, quæ inter eos præcesserat.

Minus obstat quod præteritio Marci Antonij filij fuerit facta ingnoranrer, ideoque operatur clausula Codicillaris, quia obiectum fuit sublatum ex deductis, *in dicta decisione in* §. *nec censuerunt, & in* §. *nec pariter obstat*. cumquibus DD. transierunt in hac positione; quia clausula codicillaris valet suos parere effectus, si testamentum laboret solo defectu præteritio-
15 nis, † sed quando laborat duplici vitio præteritionis scilicet, & voluntatis suos non possit effectus,

effectus, Socc.sen.consil.93.num.26.versic. præterea lib.4.Menoc.consil.29.num.30.Rimin.iun. consil.247. num.56.Cagnol.in auth.ex causs.num.53.de lib.prætерit.Altograd. consil.78. num. 28. & consil.80.per tot. Et in omnem casum si testamentum ex clausula Codicillari sustituetur DD.de Balleonibus tenetur præstare estimationem Castrorum longe excendentem valorem hæreditatis Alphonsi, si non sustinetur ob præteritionem factam ignoranter, nihil pretendere possunt in hæreditate Alphonsi, & sic vel ex vno, vel ex alio capite semper probatur iusta sententia contra eos lata.

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum pro confirmatione decisionis vltimo loco coram me factæ.

Decisio hæc emanata in hac eadē causa sub die 18. Maij anni præteriti 1646. coram eodem R.P.D. Ghisilerio postea Reuerendiss. Terracinen. ac de inde Reuerendiss. Episcopo Imolen. est in præcedenti par. 9. recent. tom. 2. decisio 465.

R.P.D PEVTINGERO.

Romana Domus.

Lunæ 20. Maij 1647.

ARGVMENTVM.

Bona in emphiteusim concessa ex pacto, & prouidentia, sunt inalienabilia, neq; efficiuntur hæreditaria vigore clausulæ ad habendum in inuestitura apposite, quando dicta clausula aliquo modo per aliqua verba restringitur, & licet d.bona alienari possint à primo acquirente, id tamen intelligendum venit in primo acquirente ex causa onerosa non verò ex causa lucratiua, & huiusmodi diuersitas eruditè demonstratur, & quod emphiteusis dicatur concessa ex causa onerosa, & quando ex causa lucratiua. Demum quamuis bona emphiteotica ex causa dotis alienari possint sine consensu Domini directi, etiam cum præiudicio comprehensorum in inuestitura, & in gradu proximiorum, id tamen quando procedat, satis clarè explicatur.

SVMMARIVM.

1 *Emphiteusis quando dicatur concessa ex pacto, & prouidentia.*
2 *Bona emphiteotica quando dicantur inalienabilia.*
3 *Emphiteusis efficitur hæreditaria vigore clausulæ,* ad habendum, *in inuestitura appositæ, & quando procedat num.4.*
5 *Emphiteusis concessa ex pacto, & prouidentia quando non efficiatur hæreditaria per appositionem clausulæ ad habendum.*
6 *Emphiteusis ex quibus efficiatur pactionata.*
7 *Clausula,* ad habendum, *in contractibus emphiteoticis per extensionem apponi solet.*
8 *Clausula,* ad habendum, *in contractu emphiteotico apposita, quando non habeat uires.*
9 *Emphiteutæ ex pacto, & prouidentia non possunt alienare bona emphiteotica contra vt nu. seq.*
10 *Bona emphiteotica etiam ex pacto, & prouidentia alienari possūt à primo acquirēte intellige vt n.14.*
11 *Bona emphiteotica ex pacto, & prouidentia an, & quando alienari possint ab Vxore primi acquirentis ipso iam mortuo.*
12 *Bona emphiteotica ex pacto, & prouidentia an alienari possint ab eo, qui habet compræhensos in potestatē.*
13 *Primus acquirens quis dicatur in materia emphiteusis, & qui non.*
14 *Bona emphiteotica, quando alienari possint à primo acquirente, & qua de causa.*
15 *Bona emphiteotica, quando filius dicatur habere aliunde quàm à Patre.*
16 *Pater alienare non potest bona aduentitia filij in eius præiudicium.*
17 *Bona emphiteotica quando à Patre alienari non possint in præiudicium filij.*
18 *Bona emphiteotica alienari non possunt sine consensu Domini directi.*
19 *Emphiteusis vt dicatur concessa ex causa lucratiua, & non ex causa onerosa ex quo dignoscatur, & numer. 20. & 22.*
21 *Bona Ecclesiæ semper conceduntur ad meliorandum.*
23 *Bona emphiteotica possunt alienari in compræhensos in inuestitura etiam sine consensu Domini directi, & quare.*
24 *Bona emphiteotica quando non possint alienari in compræhensos in inuestitura.*
25 *Bona emphiteotica quando neq; cum consensu Domini directi possunt alienari in compræhensos in inuestitura in præiudicium aliorum compræhensorum.*
26 *Bona emphiteotica alienari possunt ex causa dotis.*
27 *Bona emphiteotica alienata ex causa dotis, mortua muliere transferuntur ad eius hæredes.*
28 *Bona emphiteotica quando alienari possint ex causa dotis absque consensu Domini directi, & absque solutione laudemij.*
29 *Bona emphiteotica neque ex causa dotis alienari possunt in præiudicium compræhensorum in inuestitura, & in gradu proximiorum.*
30 *Bona emphiteotica alienata ex causa dotis quando post mortem dotantis reuertantur ad compræhensos in inuestitura.*
31 *Bona emphiteotica quando bene possint alienari ex causa dotis, etiam cum præiudicio compræhensorū in inuestitura.*
32 *Bona emphiteotica dari possunt in dotem vigore statuti Vrbis cap.22.lib. p. & qualia.*
33 *Bona emphiteotica Ecclesiæ quando non compræhendātur sub statutis Vrbis, quamuis authoritate Apostolica conditis.*
34 *Filiæ succedunt matri pro virili.*
35 *Emphiteusis in lineam alicuius ingressa in eius descendentia permanere debet, donec aliquis de linea supersit exclusis illis alterius lineæ.*
36 *Intellige procedere quando titulo emphiteusis ingressa fuit, secùs si alio titulo.*
37 *Pignora ipso iure ad Dominum reuertuntur pecunia soluta.*
38 *in Bonis emphiteoticis immissio danda est hæredibus vltimi inuestiti etiam non compræhensis in inuestitura, donec de eorum iure cognoscatur.*
39 *Secùs si adesset legitimus contradictor ad impediendā immissionem, & quis dicatur legitimus contradictor ad effectum de quo agitur.*

40 *ad Me-*

40 *ad Melioramenta probanda in re emphiteotica opus est iustificare statutum anteriorem rei, & quid impensum, aut melioratum fuit.*

DECISIO LV.

MARGARITA Constantina vti filia, & hæres Fuluiæ ab A. C. sententiã fauorabilem super immissione in possessionem Domus de qua agitur contra Margaritã Grappolinam eam possidentem obtinuerat, quam *Rota sub die 4. Decembris 1643. coram me dixerat esse confirmandam*, sed hodie ad instantiam eiusdem Grappolinæ causa reproposita, Domini
1 recesserunt à decisis, † quia compertum fuit hãc Domũ concessã fuisse Alexandro Ianotto de anno 1549. pro se, & suis filiis, ac nepotibus, sic ex pacto, & prouidentia ad tradita *per Clar. in §.feudum q.9.num.3.* & in his terminis *Rota decis. 483. num.1. par 4. recent. tom.2. & decis.74. n. 1. par.6. recent. Reuerendiss. Vrgellen decis. 410. num. 5.*
2 *& 431. nu.5. Capic. Latro decis.70. num. 41.* † Vndè huiusmodi bona emphiteotica sũt inalienabilia *Bart. in l. patroni num. 3. ff. ad Trebell. Honded cons. 55. num. 21. lib. 1. Surd. decis. 324. num. 2. cum pluribus allegatis per Modern. Fulginatẽ in tract. de iur. emphit. tit. de alienat. q. 1. num. 1. & seq. Rota decis. 403. nu. 1. par. 1. & decis. 211. numer. 2. par. 6. recent.* Et ideò resultat non subsistere alienationem primo factam in Martiam filiam primi acquirentis, deindè in Fuluiam eiusdem acquirentis neptẽ ex causa dotis, in qua ratione se fundabat decisio, quæ reuidetur.

Neque obstat prima responsio adiecta in
3 decisione §. quia dato nimirum, † quod vigore clausulæ ad habendum in Inuestitura appositæ, emphiteusis effecta sit hæreditaria *Curt. iun. cons. 4. num. 1. Crauett. cons. 256. num. 4. Caualer. decis.*
4 *293. num. 2.* † Quia quicquid sit quando hæc clausula apposita est in Inuestitura non pactionata, nec aliquo modo est restricta, in quibus terminis loquuntur Doctores ex aduerso allega-
5 ti, † sed certum est apud omnes, quod quando emphiteusis est ex pacto, & prouidentia, & clausula ad habendum aliquo modo per aliqua verba restringitur, tunc ipsam clausulam non reddere emphiteusim hæreditatem in preiudicium vocatorum *Menoch. cons. 61. num. 20. & cons. 545. num. 5. cum seq. Gratian. discept. 344. nu. 11. Rota decis. 11. num. 1. & seq. par. 1. diuers. decis. 415. num. 21. par. 4. recent. tom. 3. & decis. 74. num. 8. cum*
6 *pluribus seqq. par. 6. recent.* † Attamen in hac inuestitura non solum precedit concessio pro filijs, nepotibus, quæ facit emphiteusim pactiona-
7 tam, † sed, & mox immediatè post clausulam ad habendum iuxta extensionem in contractibus emphiteuticis fieri solitam, *de qua per*
8 *Salust. de contract. rei emphi. lib. 1. cap. 19. num. 9.* † Sequuntur verba restrictiua, *Prout quilibet similis emphiteuta de re simili conducta facere, & disponere potest*, quæ verba vires clausulæ ad habendum
9 eneruant. † eum similes emphiteutæ scilicet ex pacto, & prouidentia bona emphiteotica alienare non possint, vt in puncto *Serapbin. decis. 794. nu. 8. & decis. 1290. num. 12. Rota decis. 310. num. 18. & 19. par. 5. recent.*

10 Nec releuat † secunda responsio in eadem decisione allata, quod videlicet primus acquirens potuerit alienare bona emphiteotica etiã ex pacto, & prouidentia *Rota decis. 435. num. 13. par. 1. recent. Reuerendiss. Vrgellen. decis. 295. num. 2.*
11 Quia † alienatio non fuit facta ab Alexandro primo acquirente, sed ab ipsius vxore, ipso iam defuncto, quæ tamen descendentibus in Inuestitura vocatis, quos in potestate non habebat nullo modo Domum alienando præiudicare
12 potuit, † vt distinguendo inter alienantem habentem compræhensos in potestate, necnon tradit *Bald. in l. 1. ante fin. C. per quas personas nobis acq. & in auth. si quas ruinas sub num. 10. vers. sed tu dic vt dixi C. de Sacros. Eccles. Natta cons. 475. sub*
13 *num. 4. & 5. Grat. discept. 405. num. 1. & seq.* † & primus acquirens dicitur solum ille, qui Inuestituram stipulatus est eo vero mortuo eius filius non habetur tanquam primus acquirens *Rouit. decis. 94. numer. 22. Modern. Fulginat. tit. de renonat. quæst. 1. num. 67. Ciriac. controu. 23. numer. 30.*
14 Immo † vlterius animaduertendum est, quod Doctores admittentes primum acquirentem posse alienare emphiteusim, loquuntur de primo acquirente ex causa onerosa, non vero ex causa lucratiua ex optima diuersitatis ratione, quia in causa onerosa filij, & alij inuestiti dicuntur habere bona illa à primo acquirente, sed in causa lucratiua illa recipiunt ex liberalitate emphiteusim concedentis, & ex propria persona tanquam ad illa vocati sub nomine collectiuo filiorum, vel descendentium, vt benè distinxit *Bald. in d. auth. si quas ruinas nu. 5. vers. secunda ratio, & nu. 6.* quẽ sequitur *Aret. Crot. & alij plurimi relati à Marescott var. resolut. lib. 1. cap. 74. nu. 2. & seq. Gabr. di iure emphit. q. 2. nu. 45. Rota decis. 366. nu. 2. par. 4. & decis. 50. nu. 1. & 2. par. 6. recent. & Adden. ad Buratt. decis. 822. nu. 6.* vltra hos tradit
15 *Surd. cons. 351. nu. 28.* vbi addit, † quod hoc secundo casu bona filius aliundè habet quam à
16 Patre, † vndè sicuti Pater aduentitia filij bo-
17 na in eius præiudiciũ alienare non potest † ita paritèr neque ad eius præiudicium de huiusmodi emphiteusi disponere valet *Rota dec. 741.*
18 *nu. 31. & 32. par. 4. tom. 3. recent.* † præsertim sine consensu Domini directi *Capicc. decis. 70. numer. 42.*
19 Emphiteusis † verò huius Domus est ex causa lucratiua, cum annuus Canon sit tantùm scutorum septem. neque primus acquirens aliquam pecuniam Domino directo pro habenda Inuestitura dederit iuxta theoricam, quam tradit *Mantica de tacit. lib. 22. tit. 6. nu. 23. & tit. 24. nu. 18. Marescott. d. cap. 74. nu. 1. & nu. 5. Add. ad Gregor. XV. decis. 529. sub. nu. 23. vers. Quæ opinio cum alijs allegatis per Fulginat. de iur. emphit. in præludio quæst. 16. nu. 2. in tit. de contract. emphit. q. 1. sub nu. 24.*
20 Nec † ad effectum, vt concessio huius Domus censetur esse facta ex causa onerosa sufficit ac-
21 quirentem promisisse bona meliorare, † Bona enim Ecclesię semper conceduntur ad meliorandum *Modern. Fulginanten. sub tit. de var. caducit.*
22 *quæst. 1. nu. 11.* † & dum melioramenta non fuerunt promissa in quantitate notabili, adeoque gratia concedentis præ ponderet tantò magis dicuntur esse ex causa lucratiuã concessa, *vt per Socc.*

Socc. Bald. Roland. alleg. à Marescott. d. cap. 74. sub n. 5. vers. secus si gratia.

Nec contrariũ suadet, quod alienatio priùs fuerit facta in Martiam, & deinde in Fuluiam, quæ ambæ in Inuestitura compræhensæ sunt, nam ex hoc capite nõ ità indistinctè alienatio sustinetur, sed duo casus distinguendi
23 sunt, † vnus est quando de præiudicio solius domini directi agitur, & tunc valet alienatio facta in compræhensos in Inuestitura quamuis remotiores, quia videtur potius refutatio, quã alienatio, Domini enim non interest, quod bona citius ad remotiorem transeant, ad quem alias quandocunque sunt transitura, & ab initio erat notus concedendi, ac secundum eius voluntatem succedit, *vt ex text. in cap. 1. & si Clientulus de feud. alien. Surd. cons. 305. num. 33. vbi alleg. Concord. Mast. decis. 81. num. 38. Rota decis. 741. sub*
24 *num. 16. par. 4. tom. 3. recent.* † Alter casus est quãdo per alienationem alijs anterioribus in gradu compræhensis fit præiudicium, tunc enim alienatio nullo modo tenet, quia ratio refutationis supra consideratæ in proximè successuro casset, vt distinguendo vtrumq; casum benè aduertit *Camillus de Medices cons. 104. nu. 20.*
25 & intrat † defectus potestatis in alienante, qui neque cũ cõsẽsu Domini vni ex cõpræhensis in præiudiciũ aliorũ cõpræhẽsorũ qui ex lege inuestituræ prius succedere debuissent disponẽdo gratificare potuit *Paris. cons. 10 n. 5. Bero. cons. 70. n. 36. lib. 1. Menoc. cõs. 975. n. 19. & seq. Cephal. cõs. 23. n. 47. & seq. Rota in Bonon. honorũ emphiteoticorum 18. Aprilis 1597. coram clar. mem. Card. Hieronymo Pãphilio, & in Bonon. fideicommissi de Lucio 9. Decembris 1619. coram Card. Sacrato.*

Similiter nec tertia responsio decisionis appli-
26 catur quod † vilicet alienatio facta sit ex causa dotis, cuius priuilegio bona ẽphiteotica alienari
27 potuerũt, † talique modo alienata mortua muliere transferuntur ad eius hęredes ex allegatis, *per Grat. discept. 511. num. 9. & 10. Rota in Romana Domorum 9. Decembres. 1641. coram R.P.D. meo Ro-*
28 *yas §. minus obstare.* † Quia videlicet eadem supradicta distinctio locum habet, quod aut Dominus directus ob alienationem factam ex causa Dotis sine suo consensu ipsemet prætendit caducitatem, vel laudemium, & huiusmodi casu alienatio in præiudicium Domini valet absque solutione laudemij, quia dos est causa necessaria, præsertim quando aliundè mulier datori non potest, & in his terminis loquitur *Caldas. de emphiteus. lib. 4. cap. 10. num. 24. & seq. Rota in Romana Domorum 9. Decembris 1641. coram Reu. P.D. meo Royas §. penultimo, & in eadem 18. Aprilis 1644. coram R.P.D. meo Ghisilerio §. secundum, quod & in Romana Vineæ 27. Aprilis 1646. coram R.P.D. meo Corrado §. altera verò.*
29 Aut verò † vt in casu præsenti concurrunt inuestiti in gradu proximiores, & tunc in istorum præiudicium alienatio ex causa Dotis nõ tenet, quia in hoc dos in iure non reperitur specialiter priuilegiata, vt benè aduertit *Ruin.*
30 *cons. 165. nu. 3. lib. 1.* † vbi quod alienatio durat solum ad vitam emphiteutæ dotantis, eo verò mortuo bona reuertuntur ad comprehensos in inuestitura *Castr. in l. vsufructu num. 6. ff. solut. matr. Corbul. de caus. priuat. ob alien. lib. 1. Limit. 20. nu. 4.* alijque relati *à Modern. Fulginaten. de Iur. emphit.*
31 *tit. de alienat. quæst. 1. nu. 262.* † Nisi fortè quando dotans ex ipsa lege Inuestituræ facultatem habuisset, compræhensis in inuestitura præiudicare, vt benè idem *Corbul. declarat d. limit. 20. sub num. 4.* ibi si dotans sit talis, & allegati *per Fulgin. d. q. 1. nu. 263. in fin.* in quibus etiam terminis loquitur *Corn. cons. 51. nu. 16. lib. 3. quem sequitur Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 28. n. 41. Grat. discept. 511. num. 10.* ibi, quando ijs potuit præiudicari per primum acquirentem, vel nisi alij compræhensi sint hæredes dotantis, isque etiam compræhensorum præiudicium voluerit bona pro dote alienari.

32 Neque † Constantinæ suffragatur statutum Vrbis cap. 22. lib. 1. dispones bona emphiteotica dari posse in dotem, quia cum non habeat verba vniuersalia apta etiam compræhendere bona Ecclesiæ, talia bona non compræhendit, prout in terminis similis statuti loquentis de bonis emphiteoticis fuit dictum *in Romana relationis Domus 13. Maij 1595. coram Ciptio, & in Romana relocationis Casalis 16. Maij 1615. coram Cardi-*
33 *nali Sacrato.* Et generaliter de † statutis Vrbis, quamuis auctoritate Apostolica conditis, quod non compræhendant bona emphiteotica Ecclesię, nisi fuerint saltem ibi implicita, & sub vniuersalitate verborum specificata fuit dictum nouissimè *decis. 58. nu. 28. & seq. par. 6. recent.* vbi contraria conciliantur, & in alijs citatis *per Adden. ad Buratt. decis. 880. sub n. 6.* nec in contrarium potest allegari *Romana Dotis 20. Aprilis 1643. coram Reuerendiss. D. Carillo nunc Præside Valisoletano,* quia ibi loquitur de emphiteusi hæreditaria, vt pater *in §. Ideoque procedit,* Prout neque facit *decisio in Romana Vineæ 27. Aprilis 1646. coram R.P.D. meo Corrado §. altera,* quia ibi incidenter tantum fit mentio de statuto Vrbis d. cap. 122. illaque decisio intelligenda est iuxta alias ibi allegatas *in supradicta Romana Domorum coram R.P.D. meo Ghisilerio, & Royas,* quæ loquuntur in terminis iuris communis in præiudicium compræhensorum in Inuestitura.

Sed dato denique etiam, & non concesso, quando alienatio huius Domus valeat pro dote Martiæ, quia tamen ipsi non solum Fuluia auctrix Constantinæ, sed etiam Grappolina, & Septima sorores hæredes extiterant, vtique per hoc sententia dans Constantinæ immissionem in totam Domum remanet eo ipso exces-
34 siua, † cum plures filiæ matri pro virili succedant ex allegatis *per Cancer. var. resol. lib. 3. cap. 2. numer. 107.*

Similiter nihil refert eandem Domum Fuluiæ quoq; fuisse datam in dotem, quia ex ipso Instrumento dato in Summario Grappolinæ *num. 4.* apparet fuisse datam in pignus, & ad vsufructuandum, donec ipsi residuum dotis scutorum 100. soluerentur, necnon alia scuta 200. ipsi ex alijs causis debita, quæ postmodum cum fuerint soluta saltem in scutis 266. excessus sententiæ euitari non potest; cum ac si nihil restitutum fuisset condemnatio facta fuit, & immissio in totam Domum Constan-

tinæ concessa, sic satis patet huiusmodi casui
35 malè applicari conclusionem, † quod emphiteusis in lineam Fuluię ingressa, in eius descendentia permanere debeat exclusis illis alterius lineæ, donec aliquis de linea Fuluiæ supersit, vt ex pluribus dixit *Rota in Romana Domus 25. Iunij 1615. coram Cardinali Sacrato, & in Cesenaten. emphiteusis 14. Decembris 1635. coram bon. me.*
36 *Merlino*, † quia rectè procederet, quando titulo emphiteusis in lineam Fuluiæ ingressa fuisset. Cæterum quia ingressa est duntaxat iure pignoris, vel antichresis per d. solutionem pecuniarum, pro quibus ad manus Fuluiæ perue-
37 nerat resolutum fuit, † pecunia enim soluta, pignora ipso iure ad Dominum reuertuntur, *l. debitor §. fin. ff. pignorat. act. Neguss. de pignor. par. 7. in princ. memb. 2. nu. 4.* Pariter deniquè nec Con-
38 stantinæ seruit assertio, † quod hæredibus vltimi inuestiti Immissio danda sit etiam non comprehensis in Inuestitura, donec de eorum Iure cognoscatur, vt latissimè dixit *Rota in Fanen. seu Senogallien. bonorum 14. Maij 1646. §. exhi-*
39 *buit coram R.P.D. meo Meltio.* † Quia in præsenti causa Constantina Fuluiæ hæres non negat bona esse emphiteotica, sed allegat titulum maternum, qui ex d. solutione debiti incontinenti probatur resolutus, & sic etiam de bono iure apparet; Quæ vlterius Domus huius possessionem de consensu Constantini dictæ Constantinę fratris tunc viuentis Sūmario Grappolinæ *nu. 10. 20. & seq.* ingressa fuit prius quā successio Fuluię ad fauorem Constantinæ aperiretur, adeo quod cum sine vitio, & cum titulo hanc Domum possideat, vtiq; est legitima Contraditrix ad impediendam ipsi Immissionem.

Melioramenta tandem à Constantina prætensa non obstare Domini dixerunt, eo quia Domus huius status anterior, non fuit probatus, neq; quid impensum, aut melioratum fuerit, vt opus esset ex plenissimè, & elegantèr allegatis *in Romana fideicommissi de Spiritibus 12. Decembris 1644. coram R.P.D. meo Bichio §. ex quibus resolutum cum seq.*

Quare pro recessu à decisis resolutum fuit vtraq; parte informante &c.

Decisio ista in hac causa emanata sub die 4. Decembris 1646. coram eodem bo. me. Peutingero, habes infra in fin. in Miscellan.

R. P. D. BICHIO.

Barchinonen. Exemptionis.

Lunæ 20. Maij 1647.

ARGVMENTVM.

Sententia venit confirmanda concurrente validitate, & iustitia, quapropter in præsenti discutitur, an sententia lata cum reseruatione cōsensus, & beneplaciti Apostolici, quod tamē non dum interuenit, sit confirmanda, vel potius infirmanda tamquam lata sub conditione, & affirmatiuè quoad primam partem, nagatiuè verò quoad secundam respondetur.

SVMMARIVM.

1 *Iustitia sententiæ deducitur ex pluribus decisionibus in causa factis.*

2 *Validitas sententiæ apparet ex reuolutione processus.*

3 *Sententia venit confirmanda concurrente validitate & iustitia.*

4 *Ablatiuus absolutus importat conditionem.*

5 *Sententia lata sub conditione tamquam nulla est reuocanda, maximè si conditio purificata non fuit vt num. 8. & seq.*

7 *Sententia concepta per ablatiuum absolutum, tamquam importans conditionem est reuocanda.*

9 *Sententia lata sub conditione, quæ tamen adiecta sit in capitulo separato, an veniat reuocanda.*

10 *Azor. instit. moral. par. 2. lib. 9. cap. 11. §. quintum priuilegium, declaratur, & eius praxis quando sit recipienda.*

11 *Reseruatio beneplaciti Apostolici in sententia apposita per capita separata, non alterat ipsam sententiam in casu expresso.*

12 *Sententia quæ in parte substantiali est vndiq; pura, an reddatur nulla per conditionem postmodum appositam in altera parte, & nu. seq.*

13 *Sententiæ principalis dispositio non suspenditur per ea quæ fuerunt adiecta circa ordinem exequendi, & faciliorem executionem.*

14 *Sententia reseruatoria beneplaciti Apostolici quoad executionem, potest confirmari prout iacet, & quādò sufficiat vt interuenerit d. beneplacitum.*

15 *Sententiæ contrarietas vt euitetur, omnis possibilis intellectus accipiendus est.*

DECISIO LVI.

ROTALIS sententiæ à R.P.D. meo Corrado * latę confirmatio hodie in gradu appellationis reuocata fuit in dubium, & pro
1 confirmatione responsum; † quia ex decisionibus editis in prima instantia coram bon. me. Coccino, & coram eodem D. meo Corrado satis eius iustitia deprehenditur, vt dixit *Rot.*
2 *dec. 325. nu. 4. par. 5. recent.* † & validitas apparet ex reuolutione processus iuxta vulgarem deci-
3 sionem *Caputaq; decis. 260. par. 2.* † Concurrente autem validitate, & iustitia sententia est confirmanda *Marc. Ant. de Amat. decis. 41. numer. 31. Rot. decis. 207. numer. 1. & dec. 295. nu. 1. par. 5. recent.*

Neque vrget vnicum ex adverso dedectum obiectum nullitatis ex quo sententia sit concepta per ablatiuum absolutum, ibi, *saluo ta-*
4 *men & reseruato Sanctæ Sedis beneplacito*, † qui ablatiuus facit conditionem *l. à testatore. ff. condit. & demonstr. Surd. decis. 268. nu. 11. Cocc. dec. 47. num. 1.*
5 conditio † vero efficit vt sententia tanquam nulla veniat reuocanda, *l. cum Iudex, vbi gloss. in verb. palam est circa fin. ibique Bart. num. 3. C. sent. & interlocut. omn. iudic. l. 1. §. biduum ibi sane quidem. ff. quand. appellan. sit cap. biduum 2. quæst. 6. Franc. in cap. præterea nu. 1. de appellat. Guidopap. dec. 67. n. 1. Ossa-*
6 *ch. dec. 146. n. 2.* † Quo magis quia hactenus conditio beneplaciti Apostolici purificata non fuit, vt per *Io. Andr. ad specul. tit. de senten. §. iuxta nu. 17. verb. si iudex, Bald. in d. l. cum Iudex num. 8.*
7 *C. de senten. & interloc. omn. indic. Bursatt.* † in terminis

minis sententiæ conceptæ per ablatiuum absolutum *conf.* 115.*nu.* 6.*&* 2.*seqq.*

Nam pro responsione Domini animaduer-
8 terunt, † quod sententia in parte substantiali nullam habet conditionem, sed purè & absolutè declarat Capitulum, & Canonicos Cathedralis Barchinonensis, & singulos eorum fuisse, & esse immunes penitus plenaq; ac libera gaudere, & frui debere immunitate, et exemptione ab omnibus, et singulis gabellis, impositionibus, et oneribus per Ciuitatem Barchinonæ, seu illius Gubernatores, Rectores, Consiliarios, Ministros, et alios quoscũque pro ea impositis, et imponendis tam ratione quarumcumque rerum ac bonorum separabilium quam inseparabilium idest quæ à Mercatoribus, vel alijs Laicis postquam in Ciuitate fuerunt introducta Clerici emunt pro victu, vestitu, ac cęteris, quibuscumque ipsorum ac familiarium vsibus.

9 Conditio † autem illa saluo, et reseruato, &c. adiecta est in Capitulo separato in quo firma semper remanente totali immunitate Canonicorum superius dispositiuè ac purè declarata Iudex pro faciliori executione huiusmodi immunitatis respectu bonorũ inseparabilium pronunciauit Ciuitatem teneri in fine cuiuslibet anni restituere eisdem Capitulo, & Canonicis quidquid importabit rata onerum, & gabellarum impositarum pro tempore super bonis inseparabilibus, hoc est quæ Clerici à Mercatoribus, seu alijs quibusuis venditoribus pro ipsorum ac familiarium, & Capituli vsu emissent in Vrbe sequendo in hac parte praxim tra-
10 ditam ab † *Azor. instit. moral. par.* 2. *lib.* 9. *cap.* 11. *§. quintum. priuilegium, vers. in dubium vocatur,* quæ cum recipienda sit quatenus Cleri consensu, & Sedis Apostolicæ beneplacito fuerit appro-
11 bata, † ideo Iudex præfatam approbationem, & consensum reseruauit, nec tamen ex inde dicitur restrinxisse, aut aliquo modo alterasse liberam immunitatem Clericis de iure competentem superius pronunciatam, ac declaratam, *Ponte conf.* 49.*num.* 15.*lib.* 1.*Menoch. conf.* 422. *nu.* 33.*Anton. de Amat. resol.* 5.*nu.* 25.*Gramat. dec.* 66. *numer.* 5.

12 Cum igitur † sententia in parte substantiali declaratoria immunitatis Clericorum dirimat prorsus controuersiam omnẽq; habeat euidentem certitudinem, & nullam conditionem intrinsecam vel extrinsecam, conditio illa adiecta secundæ parti pro faciliori executione, ibi, *insuper pro faciliori præfatorum executione*, cum respiciat ordinem, & modum exequendi sententiam illam conditionalem, & per consequens nullam non reddit, vt probat *tex. in l. cum eorum* 5. *Cod. sent. & interloc. omn. iudic. & notat ibi glos. verb præstarent, Bart. in princ. Bursatt. conf.* 155. *num.* 9. *conf.* 219. *sub num.* 2. *in fin. Gabr. de sent. conclus.* 1. *numer.* 3. *&* 4. *Vant. de nullit. sent. ex defect. process. numer.* 116. *&* 117. *Scacc. de sent. & re iudic. gloss.* 14. *quæst.* 7. *nu.* 181. *& quest.* 14. *num.* 8. *&* 60. qui omnes dicunt rationem quia tunc adhuc rema-
13 net sententia certa in parte substantiali, † & principalis eius dispositio non suspenditur per ea quæ fuerunt adiecta circa ordinem exequẽdi, & faciliorem executionem, satisque est quod pars substantialis sit vndique libera, ac secundum iustitiam ac iudicij rectitudinem prolata.

Et absonum videtur quod Ciuitas in hac parte impugnet sententiam quãdo potius gratias agere deberet, cum praxis illa respiciat nõ tam fauorem Clericorum quam ipsius Ciuitatis, quia Clerici iuxta eorum immunitatem recusare possunt soluere ab initio pro bonis inseparabilibus ratam pretij quam auget solutio Gabellæ facta per venditorem. Atque hinc neque informantes pro Ciuitate allegare deberent quod nondum sit obtentum beneplacitũ Apostolicum, & consensus Capituli, quia vtroque cessante non est locus prædictæ praxi fauorabili ipsi Ciuitati, & Clerici gaudent vt supra totali immunitate ab initio, & in limine
14 emptionis bonorum inseparabilium, † præter quod, cum consensus, & beneplacitum præfatum respiciat executionem, non impedit quominus interim sententia possit confirmari prout iacet, & sufficiet quod vtrunque intercesserit quãdo agetur de dictæ praxis executione, vt per *Cancer. var. resol. tom.* 3. *cap.* 17. *de sent. & ear. execut. nu.* 499. *Peregr. de fideic. art.* 50. *nu.* 82. *&* 83. *Surd. conf.* 186. *nu.* 17. *& conf.* 410. *numer.* 54. *& seqq. Honded. conf.* 98. *nu.* 16. *lib.* 2. *Rot. in Bononien. fideicommissi de Bolongninis* 15. *Martij* 1641. *coram bon. mem. Merlino, §. imò, & in eadem* 27. *Nouembris eiusdem anni coram R. P. D. Carillo §. quinimo.*

Rursus non obstat, quod sententia videatur continere contrarietatem, eo quod in prima parte declarat Canonicos absolutè immunes absque aliqua reseruatione beneplaciti Apostolici tam respectu bonorum separabilium, quàm inseparabilium, in secunda verò reseruato dicto beneplacito declarat Ciuitatem teneri restituere in fine cuiuslibet anni eisdem Canonicis, & Capitulo quidquid importabit rata gabellarum super mercibus, et rebus per ipsos emptis, si enim iuxta tenorem primæ partis Canonici non tenetur soluere nullaque actio competit Ciuitati contra illos pro gabellarum exactione, frustra compellitur Ciuitas ad restitutionem vigore secundæ partis, et è contra si Ciuitas tenetur, ad restitutionem, pręsupponitur in necessarium antecedens, quòd potuerit exigere, id quod repugnat primæ parti sententiæ. Nam fuit responsum euitari contrarietatem ponderando quòd secunda pars nõ excludit liberam exemptionem firmatam in prima, sed quia accedente beneplacito Papæ possunt Canonici conuenire cum Ciuitate, vt pro bonis inseparabilibus soluant quidem vẽditoribus integrum precium, sed Ciuitas teneatur in fine anni restituere cuilibut illud plus, in quo creuit pretium ratione gabellæ, ideo in euentum in quem huiusmodi conuentio fieret, Iudex condemnauit Ciuitatem ad restitu-
15 endum vt supra, † & hic omnisque alius possibilis intellectus accipiendus est ad euitandam contrarietatem sententiæ. *cap. cum tu de testib. cap. cum expediat de elect. in* 6. *Alex. conf.* 185. *n.* 4. *& seqq. lib.* 7. *Buratt. decis.* 932. *numer.* 10. *Rota*

decis. 167. num. 52. par. 1. Dec. 730. num. 8. par. 4. tom. 3. recent.

Et ita decisum vtraque parte informante.

Satis amplam decisionem in hac eadem causa emanatam in altera instantia coram Eminentiss. & Reuerendiss. D. Card. Corrado retuli supra in præcedenti part. 9. recent. tom. 2. est in ordine decisio 412. Vbi in annotatione ad dictam decisionem in hac satis ventilata materia latissimus fui, sitienti satis est monstrare fontem. Ibiq; satis ad saturitatem deduxi plura in hac celebri, & famigerata materia apud Doctores valde exagitata. Altera decisio in hac causa emanata coram bon. mem. Coccino sub die 20. Iunij 1636. posui supra decis. 159. part. 7. recent.

R. P. D. BICHIO.

Valentina Rectoriæ.

Veneris 24. Maij 1647.

ARGVMENTVM.

Subrogatus gratiosè an, & quando absq; vitio attentati possit lite pendente capere possessionem beneficij propria authoritate latissimè tractatur; & quid si possessio sit appræhensa, quãdo medio tẽpore fuerat ab alio iam capta, titulo collationis habitæ ab alio inferiore Collatore, eoq; minimè citato, an dicatur attentata; et resolutio est negatiua, dummodó d. prima possessio esset improba vel infecta, et notoriè attentata, quia tunc perindè est ac si possessio esset vacua; secus autem si prima possessio esset ritè, et rectè capta: et hęc doctrina validis argumentis, et authoritatibus fulcitur, et omnia in contrarium adducta refelluntur.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatus in forma gratiosa potest etiam lite pendente capere possessionem beneficij propria authoritate absq; vitio attentatorum.*

2 *Secùs vero subrogatus in forma gratiosa.*

3 *in Subrogatione gratiosa ipse Papa est qui subrogat, & transfert continuationem possessionis in subrogatum.*

4 *Subrogato gratiosè statim sine alia disputatione de iure auctoris danda est possessio facti, & quare.*

5 *Subrogatus gratiosè postquam cepit actualam possessionem, ita coniungitur possessio facti cum possessione iuris, vt potius continuatio possessionis quam noua apprehensa dicatur.*

6 *in Subrogatione rigorosa litteræ Apostolicæ diriguntur Auditori.*

7 *in Subrogatione rigorosa executor litterarum Apostolicarum, quommodo se, se gere debeat.*

8 *Subrogatus rigorose si absq; licentia Iudicis possessionem ingrederetur, attentaret.*

9 *Subrogatus gratiose quando possit absq; vitio attentati capere possessionem propria authoritate, lite pendente.*

10 *Subrogatio gratiosa, antequam subrogatus capiat actualem possessionem quid importet, & quid operetur.*

11 *Possessio vigore subrogationis gratiosæ est ciuilissima, & dicitur interuersa, eo ipso quod alius medio tempore occupauit naturalem.*

12 *Possessio vigore subrogationis, æquiparatur possessioni ciuilissimæ continuatæ vigore statuti.*

13 *Possessio continuatiua vigore statuti quando dicatur interuersa.*

14 *Continuatio possessionis vigore subrogationis gratiosæ, cessat quoties possessio actualis ab alio fuit occupata.*

15 *Subrogatus gratiose, vbi actualis possessio fuit ab alio occupata, solam petere potest immissionem.*

16 *Possessio actualis capta à subrogato gratiosè quando dicatur attentata.*

17 *Possessio capta lite pendente à subrogato gratiosè excusari non potest ab attentatis, si possessio tunc non erat vacua.*

18 *Subrogatus gratiosè vbi possessio non est vacua debet iudicialiter possessionem appræhendere citato possessore, etiam si esset intrusus.*

19 *Intrusus in aliquo beneficio, quando esset citandus à subrogato gratiosè volente actualem capere possessionem.*

20 *Subrogatus gratiosè, dicitur attentasse si in actuali possessione non citauit possessionem etiam intrusum.*

21 *Subrogatio gratiosa superueniens quid efficiat, & quid operari non possit.*

22 *Detentor beneficij, seù iniustus possessor quandò superueniente noua causa reddatur verus possessor.*

23 *Possessor solo animo, vt quis efficiatur alio possidente, quid interuenire debeat.*

24 *Subrogatus gratiosè quando absq; vitio attentatorum possit capere possessionem propria authoritate lite pendente, quamuis post mortem prædecessoris fuisset medio tempore ab alio appræhensa.*

25 *Possessio quando est notoriè attentata habetur pro non possessione.*

26 *Possessio infecta à decreto irritanti habetur pro vacua.*

27 *Subrogatus gratiosè sicuti non impediretur si possessio esset vacua, ita impediri non potest, quando est quidem plena, sed improba vel infecta.*

28 *Possessio capta titulo collationis habitæ ab inferiore collatore in mense reseruato, dicitur infecta à decreto irritanti apposito in regula reseruatoria mensium.*

29 *Subrogato gratiosè suffragatur sola reseruatio ratione mensis absq; lite.*

30 *Reseruatio non dicitur sublata per Indultum conferendi baneficia litigiosa alicui concessum, & quare.*

31 *Lis. super beneficio non inducit reseruationem, sed solùm donec durat, suspendit collationem Ordinarij.*

32 *Regula Cancellariæ reseruatoria mensium propter prægnantiam verborum compræhendit etiam beneficia Religionis Hierosolimitanæ.*

33 *Regula reseruatoria mensium non compræhenditur sub indultis Religionis Hierosolimitanæ.*

34 *Pertinentia conferendi beneficia, ex quibus minimè probata resultet.*

35 *Status vltimus in materia beneficiali semper attendendus est, vbi per probationes perfectas non constat de anteriori contrario.*

36 *Possessioni captæ titulo collationis habitæ ab inferiori collatore, quidnam obstare possit.*

37 *Cap. 2. vt lit. pend. in 6. quãdo nõ obstet possessori prouiso ab inferiori collatore.*

38 *Sub-*

38 *Subrogatus gratiosè quando non obstante intermedia possessione absq; vitio attentatorum, pendente lite, etiam absq; aduersarij citatione actualem possessionem appræhendere valeat.*

39 *Subrogatus gratiosè, quando non est necessarium, vt citare debeat possessorem, in appræhensione actualis possessionis.*

40 *Possessionem beneficij, si quis semel appræhendit, potest in vim alterius tituli causam possidendi sibi mutare licet prima possessio esset vitiosa.*

41 *Possessio beneficij vitiosa per superuenientem subrogationem vitium remanet purgatum.*

42 *Possessio beneficij quamuis attentata, per superuenientem subrogationem gratiosam, desinit esse vitiose, & quare.*

43 *Possessionis causa vt dicatur mutata, quid requirat.*

44 *Inhibitio iudicialis, efficit vt si quis post illam capiat possessionem, attentet.*

45 *Subrogatio quando fuit iudicialiter producta, subrogatus non potest propria authoritate possessionem capere, & capiendo, attentat, & quando secùs numer. 55.*

46 *Possessione naturali appræhensa, statim possessio ciuilissima euenescit.*

47 *Subrogatio gratiosa continuat possessionem ciuilissimã defuncti in subrogatum nisi possessio naturalis fuerit ab alio appræhensa.*

48 *Possessio est attentata si capta fuit lite pendente coram Iudice Compulsore.*

49 *Subrogatio gratiosa licet sit desumpta exclausulis gratiæ principalis,& habeat eamdem datam, tamen si fuit ad partes expedita, quid operetur.*

50 *Subrogatio gratiosa licet ante expeditionẽ competebat eius tamen vsus cedit à die expeditionis.*

51 *Subrogatus gratiosè capiendo possessionem post inhibitionem attentat, si inhibitio emanauit post expeditam subrogationem, & quid si emanauit ante num. seq.*

52 *Subrogatio gratiosa potest expediri pendente iudicio super executione gratiæ principalis.*

53 *Litteræ plures diuersis formis conceptæ possunt expedire super eadem suplitatione.*

54 *Iudicium subrogationis gratiosæ expeditæ ad partes, diuersum est à iudicio gratiæ principalis.*

56 *Subrogationis effectus non cessant, quando lis non est super ipsa gratia subrogationis.*

57 *Possessio ciuilissima euanescit possessione naturali ritè, & rectè appræhensa secus econtra nu. seq.*

58 *Possessio attentata, tamquam nulla, nullum producit iuris effectum.*

59 *Possessio capta à subrogato gratiosa, ne dicatur vitiosa ex capite attentatorum, sufficit, vt de eis possit dubitari.*

60 *Signatura Iustitiæ si remittat causam ad signaturam Gratiæ an dicatur concessisse supersessoriam.*

61 *Commissione ab vtraq; parte subscripta, quidquid postea ab altera ipsorum actum fuit, dicitur attentatum.*

Attentata in beneficialibus, quando dicantur purgata per superuenientem subrogationem gratiosam numer. 62.

63 *Subrogatus gratiosè non obstante pendentia litis potest possessionem capere.*

Prouisus Apostolicus superueniente subrogatione gratiosa, potest sibi animo mutare causam possessionis, prius captæ num. 63.

64 *Possessionis causam sibi mutasse præsumitur prouisus Apostolicus ex superuenienti subrogatione, etiam si non declarasset.*

DECISIO LVII.

PVTEVS *decis.* 208. *lib.* 1. *in correct.* distinguendo inter subrogationem concessam in forma
1 gratiosa, vel rigorosa, firmat, † quod subrogatus in forma gratiosa potest etiam lite pendente capere propria auctoritate possessionem
2 beneficij absque vitio attentati, † secus verò subrogatus in forma rigorosa, & ratio diuersi-
3 tatis est, † quia in subrogatione gratiosa ipse Papa est, qui subrogat, ac possessienem iuris
4 transfert, & continuat in subrogatum, † cui statim sine alia disputatione de iure auctoris danda est possessio facti, quia ita mandat Papa,
5 cui est obtemperandum,† & postquam subrogatus cœpit actualem possessionem, ita coniungitur possessio facti cum possessione iuris vt potius censeatur cõtinuatio possessionis de-
6 functi, quam noua apprehensio; † At in rigo-
7 rosa litteræ diriguntur Auditori,†vt subrogat, neque ille subrogare potest, nisi discussis iuri-
8 bus subrogandi eiusque auctoris, vnde † si pars absque licentia Iudicis possessionem ingrederetur, attentaret, hanc ipsam distinctionem prius amplexa fuerat, *Rota apud Mohed. decis.* 11. *vt lit. pendent.* & secuta fuit penes eundem *Put. decis.* 423. *in princ. lib.* 1. *& in decis.* 135. *numer.* 7. *& seqq. decis.* 449. *num.* 4. *& duob. seqq. par.* 4. *tom.* 2. *recent.*

9 Recipit † autem hæc distinctio sub distinctionem videlicet, quod subrogatus gratiosè possit quidem absque vitio attentati capere possessionem propria auctoritate lite pendente si tunc possessio erat vacaus, secus verò si post mortem prædecessoris fuerat ab alio medio
10 tempore appræhensa, † nam subrogatio gratiosa antequam subrogatus capiat actualem possessionem importat facultatem eam apprehendẽdi, & operatur effectum continuationis quo ad possessionem non facti sed iuris *Sarnen. in reg, de triennal. quæst.* 14. *num.* 8. *in fin. & num.* 11. *Genz. super reg.* 8. *glos.* 34. *num.* 110. *Caputaq. decis.* 231. *nu.* 2. *par.* 3. *Rot. decis.* 449. *num.* 4. *& seqq. par.* 4.
11 *tom.* 2. *recent.* † quæ cum sit ciuilissima fuit interuersa eo ipso quod alius medio tempore oc-
12 cupauit naturalem,†vt dicimus de possessione ciuilissima continuata vigore statuti, cui in hoc subrogatio æquiparatur *Gonzal. super reg.* 8. §. 3. *probemial. nu.* 90. *Rot. decis.* 258. *n.* 6. *decis.* 307. *num.* 4. *coram san. mem. Greg. XV. decis.* 159. *num.* 3. *par.* 4. *diuers. decis.* 449. *num.* 8. *par.* 4. *tom.* 2. *recent.*
13 quæ†interuertitur si possessio naturalis ab alio capiatur post mortem possessoris, ãtequam hæres illam appræhendat *Cuman. in l. Pomponius.* §. *quæsitum sub num.* 3. *vers. ego dixi. ff. de acquir. poss. Alex. cons.* 83. *nu.* 3. *lib.* 2. *Paris. cons.* 1. *nu.* 185. *lib.* 1. *Dec. cons.* 467. *num.* 8. *Gabr. de acquir. poss. conclus.* 9. *num.* 18. *Coccin. decis.* 488. *num.* 3. *decis.* 263. *num.* 2.
14 *par.* 2. *recent.* † itaut cesset effectus continuationis possessionis vigore subrogationis gratiosæ quoties possessio actualis fuit ab alio occupata
15 & † solum peti possit immissio, *Ruin. cons.* 27. *num.* 6.

num.6.lib.5.Rot. in Lucana maiusculatus 27. Aprilis 1587. coram Orano in Beneuentana parochialis 17. Maij 1606.coram sanct.mem.Greg. XV. quæ est decis. 258.num.5.inter eius impress. & in Boianen.beneficij 29.Nouembris 1619.coram bon.mem.Coccin. impress apud modern.de manuten.decis.480. num. 3. & duob. seqq.in Vlixbonen.beneficij 26.Iunij 1623. coram bon. mem.Vbaldo Seniori impress.ibidem decis. 174. nu.2.
16 *secundum primam impressionem*, † & in puncto quod possessio actualis postea capta à subrogato sit attentata fuit decisum *in Firmana Altaris 20. Martij 1623. coram eodem Coccino impress. par. 4.tom. 2. recent. decis. 469. numer. 7. & seqq. vsque. ad 16.*

Hinc informantes pro fratre Laurentino A-stria impugnando hodie decisionem in hac causa æditam 3. Decembris 1646. coram me inferebant * quod possessio lite pendente capta à Lauditio Pedro de mense Augusti excusari non potest ab attentatis sub prætextu subrogationis gratiosæ per ipsum obtentæ, quia tunc possessio non erat vacua cum idem frater Laurentius eam apprehændidisset de mē-
18 se Februarij præcedentis; † debuisset ideo Lauditius iudicialiter possessionem appræhendere citato fratre Laurentio antiquo possessore *iux.tex.in cap.licet.Episcopus de præben.in 6.* quamuis (quod negatur) frater Laurentius esset in-
19 trusus, † quia etiam intrusus est citandus, nisi constet ex actis ipsum esse talem, & habere causam à litigante, & nullam ei prorsus defensionem competere *Franc. in cap. ex ratione num.29.de appellat Gabr.cons.31.nu.20.lib.2.Rot.decis.211.num.1.par.2.recent.decis.234. num. 1. apud*
20 *modern.de manut.*† alioquin Lauditius capiendo
21 possessionem lite pendente attentauit.†Cumque non priuauerit sua possessione anteriori fratrem Laurentium non potuit mutando sibi causam possessionis ex superueniente subro-
22 gatione effici verus possessor, † quia quod dicitur detentorem, seu iniustum possessorem superueniente noua causa reddi verum possessorem eo quod præsumitur voluisse possidere ex nouo titulo iusto, & magis proficuo procedit, cum res ab alio non possidetur *Rot.* in his terminis *decis.200.num.18.& 19.par.4. tom.2.*
24 *recent.* † sed alio possidente non potest animo solo quis effici possessor, nisi actus interueniat quo prior possessor possessione priuetur, vel possessionem dimittat, vt benè declarat *Gabr. cons. 51. numer. 38. vers. quinto quod dicitur lib. primo.*

Sed pro responsione ad obiectum Domini dixerunt subdistinctiones supra deductæ secun-
24 dum caput esse declaren.† vt procedat quando possessio medio tempore ab alio capta non est notoriè attentata, vel infecta à decreto ir-
25 ritanti, secus è conuerso.† Talis enim possessio habetur pro non possessione, *l. improba. C.de acquir.poss. Rot.* in terminis possessionis attentatæ *decis.10.vt lit.pend.in nou. decis. 1106. numer.3.decis.1262.num.3. apud Seraph. & decis. 16. nu.3.apud modern.de manut. cum alijs allegat.ab eod.*
26 *moder. obser. 48. num. 11. & 12.* † & in terminis possessionis infectæ à decreto irritanti quod habetur pro vacua, *Coccin.decis.51. num. 4. Put. decis.179.num.3. lib. 2. Lotther. de re benefic. lib. 2. quæst.46.num.64.alijque relati à modern. de manuten.*
27 *obseru.71. num. 70.* † vnde sicuti non impeditur effectus gratiosæ subrogationis si possessio esset vacua ita impediri non potest quando est quidem plena, sed improba, vel infecta, vt in puncto possessionis improbæ dixit *Rota in Pampilonen. Prioratus 27.Martij 1623.coram bon. mem. Pirouano impress.apud modern. de manut. decis. 213. num.5.*& in puncto possessionis infectæ, *Lotther. de re benefic.lib.2.quæst.20. num. 196. 197. & 198. Rot.in supra allegata Boianen.beneficij coram bon.me. Coccino, quæ est apud dictum moder. decis. 480. numer. 8. & 9.*

Et hic est casus noster, quia vt constat ex prima decisione, quæ in hac parte ex aduerso non impugnatur possessio fratris Laurentij, est
28 notoriè attentata, † cumque pariter notorium sit quod capta fuit titulo collationis habitæ ab inferiore collatore quodque beneficium hoc vacauit in mense reseruato est etiam infecta à decreto irritanti apposito in regula reseruatoria mensium, vt in his terminis adver-
29 tit *Rota d.decis.480.num.8.*† quæ sola reseruatio ratione mensis etiam absque lite suffragatur subrogato, *Rota decis 187.nu.4.par.2.recent.decis. 71.num.11.par.6.decis.769.num.6. coram bon. mem.*
30 *Buratt.Garz.de benefic.par.6.cap.4. num. 8.*† Nec fuit sublata per assertum iudultum conferendi beneficia litigiosa concessum Religioni Hierosolymitanæ ad quam spectare dicitur hoc beneficium, quia aliud est beneficium esse re-
31 seruatum, aliud esse litigiosum,† cum lis non inducat reseruationem, sed solum donec durat, suspendat collationem ordinarij, vt declarat *Sarnen.in reg.de trien.quæst.31. num.9. Simonett.de reser.q.10.num.5. vers. ex prædictis, Rota in decis.relatis à Garz.de benefic.par.5.cap. 1. §. 1. numer.135.vers.non obstat, & 136. vers. non obstante,*
32 & regula † reseruatoria mensium propter prægnantiam verborum comprætendit etiam beneficia Religionis Hierosolymitanæ *Gonz.super*
33 *reg.8.glos.8.num.61. & seq.* † neque comprçhenditur sub indultis eiusdem Religionis, vt fuit resolutum, ac pluribus rationibus comprobatum *in decis. 569. numer. 1. & numer.7. & per totum par. 2.recent.* vbi respondetur omnibus contrarijs.

34 Præter quod ad probandam † pertinentiam huius beneficij ad Religionem Hierosolymitanā datur, tantum sententia arbitramentalis lata de anno 1243. quæ nec probatur aliquando effectuata, & in contrarium adsunt plures collationes factæ non à Religione, seu commendatarijs, sed ab Episcopis præuio concursu per annos 190. decursos ab anno 1443. vsque ad annum 1618. summario nouo Lauditij per totum, cum tamen sufficeret vltimus status,
35 qui † semper attenditur quando per probationes perfectas non constat de anteriori contrario, *Calder.cons.23.de prob.Rot,decis.2.de præben.in nou.decis.465.num.7.part.4.tom. 2. recent.* † Vnde dici forsan potest obstare possessioni fratris Laurentij ne dum decretum irritans regulæ reseruatoriæ mensium, sed etiam aliud appositum
37 *in cap. 2.vt lit.pend.in 6.* † licet istud non obtaret si

ret si beneficium spectaret ad Religionem, & caderet sub indulto conferendi beneficia litigiosa, *Rot.decis.1.num.18.coram Mart. Andr. & in alijs allegatis in Neapolitana Cimiliarcatus 5. Maij 1631 coram me.*

38 Igitur† non obstante intermedia possessione fratris Laurentij potuit Lauditius vigore subrogationis gratiosæ absque vitio attentati pendente lite, vel possessionem actualem ex integro appræhendere etiam absque aduersarij ci-
39 tatione, † quia necessaria non est quando liquido apparet obstare possessori decretum irritans, *Lotther.in puncto d.lib.2.quæst.20.num.199.& 200.Bisignett.decis.4.sub num.2.de restit.spol.Rot.decis.472.num.3.par.3.lib.3.diuers.decis.469. num.22. par.4.tom.2.recent. decis.278.nu.8.& 9.coram Card. Caual.& in Ampurien. seu Ciuitaten. Archipresbyteratus 24. Maij 1645. coram R.P.D. meo Cerro, in Mediolanen.Cimiliarcatus 15.Maij 1646.corã R.P.D.*
40 *meo Peutingero*, † vel semel in vim alterius tituli appræhensæ causam sibi mutare licet pri-
41 ma possessio esset vitiosa, † quia per superuenientem subrogationem vitium remansit purgatum, ut tradit *Lotther.d.lib.2.quæst.20.nu.214. sequendo decisionem Mant. 71. quæ vt pater in princ.*
42 loquitur † de possessione attentata, qualis ex aduerso prætenditur possessio prius capta à Lauditio in vim litterarum suæ prouisionis, & nihilominus firmat quod superueniẽte subrogatione præsumitur mutata causa possidẽdi, & possessio desijt esse vitiosa, eamdemque decisionem *Mant. secuta fuit Rot. in decis. 108. numer. 9. decis. 142. numer. 8. par. 5. recent.* & in alijs relatis per *adden. ad Buratt. decis. 221. numer.6.*

43 Non obstat primo,† quod ad effectum mutationis causæ possidendi requiratur, quod nouus titulus superueniat post appræhensam possessionem *Gabr.cons.51.num.30.vers. tamen id non obstat.lib.1.Put.decis.287.nu.4.lib.1. in correct. Rot. diuers.decis.100.num. 22. & seqq. par. 1.* at in casu nostro litteræ Apostolicæ prouisionis ex quarum clausulis est desumpta subrogatio Lauditij præcesserunt per duos, & amplius menses antequam ille possessionem in vim eiusdem prouisionis appræhenderet, & subrogatio expedita est sub eadem data dictarum litterarum,
44 secundo † quod emanauit inhibitio Rotalis. quæ efficit vt subrogatus capiendo possessionẽ attentet, *Lancell.de attent.par.2.cap.4.nu.373.Coc-*
45 *cin.decis.72. nu.2.* † tertio quod subrogatio fuit iudicialiter producta, quo casu subrogatus nõ potest propria auctoritate possessionem capere & capiendo attentat *Lotther.d.quæst.20.num.215. Rot.decis.469.num.17.& trib.seqq.par.4.tom.2. rec.*
46 quarto † quod dum semel fuit à Lauditio appræhensa possessio naturalis euanuit statim
47 possessio ciuilissima continuata in subrogatũ per subrogationẽ gratiosã,& õnis eius effectus vt ingeniosè in terminis statuti de cõtinuãda
48 probat *Gomes.in l.45.Thauri n.115.* tãdẽ † quod etiã possessio Cabreyas in cuius locũ Lauditius fuit subrogatus est attentata ob litem motam coram Iudice compulsore die 3.Iunij 1634.
49 Nam ad primum respondetur, † quod licet subrogatio sit desumpta ex clausulis gratiæ principalis, & habeat eandem datam die 9. kalen.Iunij, tamen vt est inconfesso apud partes non fuit expedita, nisi de mense Octobris subsequentis, & sic perinde est, ac si superuenisset post possessionem captam de mense Augu-
50 sti† quia ante expeditionem subrogatio competebat solum in potentia eius vero vsus cœpit à die expeditionis, *Put.decis.423.num.1.& 2. lib.1.Seraphin.decis.236.nom.2.Lotther.de re benefic lib.3.q.13.num.28.& duob. seqq. & latius q.2. nu.8. & seqq.*

51 Ad secundum† negatur inhibitionem emanasse post expeditam subrogationem, vt requiritur *Coccin.decis.72.num.2.& 3.Mandos. super reg. de subrog.q.8.num.5.Lotther.de re benefic.lib.2.q. 20.*
52 *sub num.214.vers. nisi superuenisset*, † nam inhibitio antea emanata afficit dumtaxat iudicium tunc pendens super executione gratiæ principalis, quod non impedit, quominus possent deinde expediri ad partes litteræ subrogationis
53 gratiosæ † cum super eadem supplicatione licitum sit expedire plures litteras diuersis formis conceptas, *Rot.decis.514.num.4. lib.3. diuers.302.*
54 *num.10.& seqq.par.4.tom.2. recent.* † & iudicium subrogationis expeditæ ad partes est diuersum à primo, *Lotther. d. q. 20. numer. 202. &*
55 *207.Rot.decis.411.nu.3.part.3. recent.* † Tertium obiectum cessat quia subrogatio fuit iudicialiter producta ad ostendendam multiplicitatẽ titulorum non autem, vt in contrauersiam deduceretur eiusque executio obtineretur à Iudice cum imò iam Lauditius beneficij possessionem cœpisset, & in ipso instanti expeditionis subrogationis præsumeretur ex ea volu-
56 isse possidere ex supra allegatis, † quoties autem lis non est super ipsa gratia subrogationis nõ cessant subrogationis effectus, *Rot.decis.159. num.8.par.4.diuers.Lotther.lib.2.quæst. 20.num.213.*
57 Ad † quartum respondetur quod posset applicari si possessio esset ritè, & rectè capta in quibus terminis loquitur *Gomes. exaduerso allegat.*
58 secus † verò si vt in casu nostro fuit attentata, quia tunc tanquam nulla, nullum producit iuris effectum, *l.4.§.condemnatum,vbi Dot.ff.de iudic.* & benè ad propositum *Surd.decis.51. num.12.& seqq.Rot.decis.569.num.32.par.5.recent.decis.29.numer.28.par.7.* Vltimum tollitur ex facto, quia possessio Cabreyas capta fuit die 28.Nouembris 1634.& sic per quinque menses ante litem motam coram Iudice compulsore cal culando initium anni à die Natiuitatis D. N. IESV
59 Christi, vt solet, † & sufficit de hoc posse dubitari,vt interim possessio subrogati ex hoc capite non dicatur vitiosa,vt in terminis, *Rota decis.91.nu.2.par.3.recent.*

60 Quo ad spretum† Signaturæ placuit Dominis respõsio primæ decisionis,nec refert quod Signatura Iustitiæ remisserit causam ad Signaturam Gratiæ,quia semper subest excusatio ex quo fuit concessa supersessoria, nec altera pars debet ad arbitrium aduersarij continuò expectare; Et præterea ex dicta remissione, aut ex
61 eo,quod† commissio fuerit subscritta ab vtraque parte posset solum inferri, quod possessio actualis capta postea à Lauditio de mense Au-
62 gusti esset attentata, quod non releuat,† quia vt su-

vt supra dicebatur vitium huiusmodi fuit purgatum per superuenientem subrogationem ex qua sicuti non obstante pendentia litis poterat subrogatus possessionem capere, † multò
63 magis potuit sibi animo mutare causam pos-
64 sessionis prius captæ, † vt fecisse præsumitur etiam absque aliqua declaratione, *Dec. cons. 400. num. 5. Acchil. decis. 4. num. 1. de caus. poss. & propr. Cæsar. de Graff. decis. 19. num. 6. de probat. in puncto Mant. decis. 71. num. 2. Coccin. decis. 72. nu. 4. cum alys allegatis in Romana fideicommissi de Guidis 20. Febru. proximè præteriti coram R. P. D. meo Otthobono.*

Ex quibus vtraque parte informante resolutum fuit standum esse in decisis &c.

Relata est decisio ista in hac eadem causa facta sub die 3. Decembris 1645. coram eodem bon. me. Bichio, in præcedenti part. 9. recent. tom. 2. decisio 429. & infra in sequenti part. 11. recent. sub die 22. Iunij 1650. habetur altera decisio.

R. P. D. CORRADO

Postea S. R. E. CARDINALI.

Bituntina Census.

Veneris 24. Maij. 1647.

ARGVMENTVM.

Hæres si non confecit inuentarium tenetur de proprio, & ad hoc vt ei suffragatur, debet illud exhibire, si verò dicat illud fuisse amissum atque ablatum, vt eius beneficio gaudere possit quæ requirantur, eruditissimè demonstratur, & huius occasione, an, & quommodo scriptura probetur amissa per Testes, quid illi exprimere debent, quid in ipsis requiratur, & ex quibus amissio iustificata remaneat, & quādo secùs fusè tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Rententio non competit hæredi absque beneficio inuentarij ratione sui crediti anterioris, aduersus creditores hæreditarios.*
2 *Hæres si non confecit inuentarium præsumitur quod hæreditas sit soluendo.*
3 *Hæres si non confecit inuentarium tenetur de proprio.*
4 *Fideicommissario vniuersali competit ratio pro credito dotis maternæ quamuis inuentarium non confecerit.*
5 *Inuentarium quod non est exhibitum suffragari non potest.*
6 *Inuentarium vt hæredi prodesse possit quid requiratur*
7 *Scriptura amissa seu ablata ad hoc vt suffragetur, ac si realiter exhiberi possit, quid probandum sit.*
8 *Scriptura vt probetur amissa per testes, quid illi exprimere debent, & quid in ipsis testibus requiratur.*
9 *Testis qui deponit pro validitate actus propriam peritiam, & laudem concernētis non probat.*
10 *Inuentarium fuisse solemniter confectum vt probari possit per testes, quid requiratur.*
11 *Actus in dubio præsumitur gestus cum suis solemnitatibus, & quando secus.*
12 *Actus vt præsumatur factus cum suis solemnitatibus extrinsecis scripturam requirētibus, requiritur lapsus 30. annorum.*
13 *Præsertim si agatur de graui præiudicio.*
14 *Instrumentum non probatur amissum per testes si deponant illud, aliquem abstulisse, & penes se retinuisse, & quare.*
15 *Amissum dici non debet quod repeti, & recuperari potest.*
16 *Tutor tenetur de quocumque damno ex eius facto, & culpa in pupillos proueniente.*
17 *Inuentarium verisimilius est penes Notarium de eo rogatum remansisse, & quid si constat, illud à parte receptum fuisse.*
Et quid si apparet duplicem d. inuentarij confectam fuisse scripturam nu. 20. & 22.
18 *Amissio scripturarum, vt iustificata remaneat, quæ requirantur.*
19 *Amissio instrumenti vt probata remaneat per testes, quæ sint necessaria.*
21 *Testis deponens de facto proprio benè probat præsertim contra partem, illum inducentem.*
23 *Copia deficiente originali potest suffragari alijs concurrentibus.*
24 *Minor si non confecit inuentarium post quam obtinuit restitutionem in integrum tenetur de proprio.*
25 *Hæreditas ex quibus probetur adita.*
26 *Inuentarium non conficiens non tenetur de proprio secundum ius canonicum. Contrarium firmatur esse verius.*

DECISIO LVIII.

RESolutio in hac causa facta die 27. Nouēbris 1645. coram me*Hodiè denuò discussa, fuit per Dominos confirmata. Quia concurrunt omnia requisita pro associatione petita ab Administratoribus Montis familiæ de Labinis ad bona obnoxia Censibus impositis, ac venditis eidem Monti per q. Scipionem Bouium anno 1597. & Franciscum eius filium anno 1619. ad effectum illis satisfaciendi de fructibus decursis, & non solutis, vt latè probatur in præcedenti Decisione.

1 Neq; visa fuit obstare † repetita pro parte Octauij; & fratrum de Bouijs retentionis exceptio ratione crediti anterioris dotis, & antephati q. Virgiliæ eorum matris, cuius sunt hæredes.

Quia cum pariter sint hæredes Scipionis, & Francisci debitorum absq; beneficio. Inuentarij non possunt eiusmodi exceptione tueri ad-
2 uersus Creditores hæreditarios, † vel quia hæreditates præsumuntur soluendo, vel quia ipsi
3 in omnem casum† tenentur etiam de proprio illis satisfacere *iux. tex. in l. fin. §. sin verò postquàm adierint. C. de iur. delib. & in §. Hinc nobis vers. Si verò nō fecerit. in Auth. de hæred. & falcid.* licet aliud
4 sit quando † fideicommissarios vniuersales, in quibus terminis procedunt notata per *Bald. in l. debitori tuo sub num. 5. vers. extra oppono, vbi Dec. sub nu. 4. vers. dicit tamen Bald. ac seqq. & Soccin. num. 9. vers. quid Iuris, C. de pact. (relati per Franch. decis. 39. num. 3. vers. non enim & seq.) vt benè declarat Castr. in cons. 77. Visa facti narratione sub nu. 1. vers. Conclusio est ergo par. 2. Soccin. iun. cons. 170. num. 4.*

num. 4. vers. & cum in casu isto ac seqq. lib. 2. Paris. cons. 38. num. 8. vers. non obstabit decisio Bald. lib. 3. Crau. cons. 506. num. 13. vers. non obstat altera. Pereg. de fideic. art. 36. num. 141. vers. Igitur, & cons. 72. sub nu. 1. vers. Cum hæreditatem adiuerint lib. 4. cum alijs in præcedenti Decisione relatis in §. Non obstat denique vers. Domini dixerunt, & nuper in Rauennaten. bonorum. 1. Febr. huius anni coram me in §. Postremò vers. in hoc autem casu.

5 Nec releuat † allegatum Inuentarium hæreditatis præfati Scipionis. Quia cum non fuerit exhibitum illis suffragari non potest *Bald. in d. l. fin. §. & si præfatam sub num. 3. vers. tamen si producat C. de iur. delib. & cons. 219. Statuto Ciuitatis Papiæ num. 4. vers. Additur in puncto lib. 1. Rot. dec. 751. num. 1. vers. dictum fuit par. 3. lib. 3 diuers. & in Cesenaten. bonor. 13. Iunij 1608. coram Sanctiss. D. N. & ex alijs probat Modern. Roman. discept. 981. num. 24. vers. non obstat prætensa indicatio Inuentarij & seqq.*

Minus releuat, quod Instrumentum d. Inuentarij ablatum, atq; ammissum fuisse dicatur.

6 Primó † quia non constat illud fuisse confectum congruo tempore, & cum omnibus solemnitatibus iuxta formam à lege præscriptã, vel municipali iure, seu legitima consuetudine approbatam, vt necessarium est, aliàs hæredi non prodest perinde ac si nunquam factum fuisset *per text. in d. l. fin. §. & si præfatam ibique glos. in verb. censuerunt, ac DD. C. de iur. deliber. & in d. §. Hinc nobis vers. si verò non fecerit in Auth. de hæred. & falcid. Rol. cons. 73. num. 28. vers. Cum non confecerit & seqq. lib. 2. Alb. cons. 764. sub nu. 47. vers. nec obstat si dicatur & seq. Natt. cons. 574. n. 6. uers. ex prædictis concluditur & seqq. Bertazzol. cons. ciu. 107. num. 31. uers. sed hæc dicussiltas cessat, & seqq. Surd. decis. 222. num. 2. uers. quia paria sunt. Rot. penès Veral. decis. 119. num. 4. uers. nam quando par. 2. & sanct. mem. Gregor. decis. 496. num. 2.*
7 *uers. quia aliàs &c.* Quando enim quis † intendit gaudere beneficio scripturæ amissæ, debet ante omnia probare illam in rerum natura extitisse, eaq; forma ac tenore conceptam, vt si realitèr exiberi posset, illi omninò profutura esset, deindè verò casu amissam fuisse *iux. tex. l. Testium §. sin verò facta C. de testib. & in cap. cum olim il primo, vbi DD. extr. de priuileg. Bart. in auth. si quis in aliquo sub num. 6. vers. quæro quid si sint plu-*
8 *res testes &c.* dicens non sufficere, † quod Testes deponant Instrumentum fuisse factum, sed exprimere debent sic fuisse scriptum, & sic fuisse lectum, aliàs non facerent fidem, infertque ideò necessarium esse, quod illi sint valdè periti, qui defectum Instrumentorum, & litteras Notarij rogati cognoscat *Ias. sub num. 2. vers. subdit tamen Bart. C. de edend. Alb. cons. 101. nu. 7. vers. Et quatenùs Crau. cons. 411. num. 12. vers. tertiò principaliter respondeo. Augil. cons. 14. num. 104. vers. Et oportet probare. Decian. cons. 18. num. 13. vers. quod etiam comprobo lib. 2.* & latè explicat *Surd. cons. 109. num. 8. vers. ad hæc omnia respondetur & seq. vsq. ad fin. Honded. cons. 39. numer. 60. vers. Aliud de probatione & seq. lib. 2. Franc. Viu. decis. 165. per tot. Rot. penès Card. Caualer. decis. 532. numer. 4. vers. Prætereà, & Buratt. decis. 505. numer. 10. vers. Tum quia acta iudicialia &c.*

Nec obstat quod duo ex testibus pro Bouijs examinatis nempè Io: Donatus Florellus, & Io: Iacobus Henricus deponant d. Inuentarium fuisse solemnitèr confectum.

9 Quia præterquod alter † ex eis asserit se fuisse Procuratorem hæredum ad illum actum, in cuius ideò validitate propriam verisimilitèr affectat, atque tuetur perjtiam, & laudem, ac proindè non est integræ fidei *cap. fin. de testib. in 6. l. fin. ff. de testib. Bart. in l. deferre sub nu. 2. vers. si verò ad eum non pertinet ff. de iur. fisc. Felyn. in c. cum à nobis num. 13. vers. ex prædictis & numer. 14. vers. & in effectu extr. de testib. Crau. cons. 281. sub nu. 4. vers. sed ratione affectionis Rim. iun. cons. 26. num. 42. vers. quinimò Ceph. cons. 65. num. 24. vers. accedat Osasc. dec. 79. num. 40. vers. nam ipsi. Mascard. de probat concl. 1317. sub num. 1. & seq. & alij relati per Farinac. de testib. q. 60. num. 17. vers. sic in simili & seq ac sub. num. 21. & 29.)* Fuit re-
10 sponsum † non sufficere ad hunc effectum, quod testes genericis illis, atq; confusis verbis deponant Inuentarium fuisse solemne, nisi facti seriem enarrent, ac solemnitates in eo adhibitas specialitèr enumerent, vt deindè iudicari possit, an omnes ritè, recteq; fuerint seruatę. Nam huius rei cognitio, ac definitio ad Iudicem spectat, non ad testes, qui rem ipsam dumtaxat prout gesta fuit distinctè exponere debent, alias enim confusa eiusmodi depositio nihil concludit *ad l. de ætate §. nihil ff. de interrog. act. l. ita fidei. ff. de iur. fisc. Alberic. in l. sciendum num. 6. vers. Vnum est tamen. circa hoc valdè notandum, & ibi Iason. sub num. 14. vers. Limita istam doctrinam ff. de verb. oblig. Io: Fab. in §. fin. sub nu. 4. vers. quid ergo, & seq. instit. de fideiussor. Socin. cons. 24. sub. num. 31. vers. quia prima sunt lib. 1. Afflict. decis. 274. sub. num. 1. vers. primò debet probare ac seq.*

11 Nec iuuat adducta † præsumptio pro solemnitate actus; Tum quia controuertitur adhuc substantia *Decian. cons. 45. num. 47. vers. tertio respondeo lib. 5.* Tum quia ab anno 1613. de quo testes deponunt vsque ad tempus inchoati Iudicij, primùm contra Camillum alterum ex dictis fratribus de anno 1640. & successiue de
12 anno 1642. contra Octauium, non sunt † lapsi triginta anni, quod tempus requiritur in præsumendis solemnitatibus extrinsecis scripturã requirentibus ex sententia Rotæ, *vt penès Cassador. decis. 3. num. 1. vers. nam licet, & seq. de Procur. Puth. decis. 132. lib. 2. in correct. ac penès Burat. decis. 120. num. 37. vers. nec præsumi potest ac seq. & in recent. decis. 18. num. 26. vers. minus ob-*
13 *stat par. 7.* † Et præsertim cum agatur de graui præiudicio tertij *Menoch. præs. 4. n. 55. vers. Declaratur octauo lib. 6.*

14 Secundó non probatur allegata † Instrumenti amissio ex eo quod Testes deponant Antonium Gentilem dd. fratrum Contutorem illud
15 abstulisse, ac penès se retinuisse, † Tum quia dum repeti, ac recuperari potest amissum dici non debet *l. labeo la prima §. amisisse ibiq; gloss. in uerb. actionem, & exornat Rebuff. l. id apud sè l. bonorum appellatio la prima §. fin. ff. de uerb. signif. l. rem in bonis ff. de acquir. rer. dom. l. qui actionem ff. de reg. iur.*

reg. iur. Bertazzol. cons ciu. 56. num. 52. uers. cum
16 *illi*; Tum quia in omnem casum † eisdem
fratribus competit actio aduersus d. tutorem,
ac eius hęredes, vt conseruentur indemnes à
quocunq. damno ex eiusmodi eius facto, &
culpa in eos proueniente *l. 1. in princip. & l. 2.*
in princip. ff. de tutel. & rat. distr. l. 1. C. si tut. uel
curat. interuener. & in d. Auth. de hæred. & falcid. §.
illud quoq. & §. pupillis autem Rota decis. 67. num. 5.
uers. & certum est ac seq. par. 5. recent.
Tertiò quia præsupponitur d. Inuentarium
vnà cum processu (vt inquiunt) præambulo
fuisse confectum per acta publici Notarij; Nec
17 satis † constat illud à præfato Gentile receptũ,
fuisse ipsum originale, quod verisimiliùs est
penès Notarium de illo rogatum remansisse
(vt par erat *c. quoniam contra uers. & omnia extr.*
de Prob. Rim. iun. cons. 821. num 8. uers. cum ori-
18 *ginale*) apud quem † nullæ prorsus apparent
factæ diligentiæ, nullusq; contigisse probatur
casus, quo perierint eius scripturæ; Ideoq. me-
ritò dici non potest asserta amissio iustificata,
ut not. ind. cap. cum olim il primo de priuileg. & in d.
l. testium C. de testib. Ruin. cons. 179. num. 5. uers.
19 *& quia non sufficit &c.* dicens non † sufficere,
quod testes deponant vidisse instrumentum,
sed necesse est probare amissionem originalis
& quod illi testes sint valdè periti, qui litteras
illius Notarij cognoscant, *iux. theor. Bart. supra*
citat. Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 37. nu. 9.
uers. & est aduertendum Rot. penès Burat. d. dec. 505.
num. 12. uers. atq. ita, & in recent. d. decis. 18. nu. 22.
uers. nec præsumptio par. 6.
20 Quartò comprobatur præmissa;† Quia præ-
fatus Io: Donatus Florellus testis pro ipsis Bo-
uijs examinatus, & reproductus deponit, *che*
hà uisto li atti del preambulo dell'heredità del q. Sci-
pione Bouio, li quali sono stati in suo potere portategli
dal q. Gio: Francesco Vacca che n'hauesse fatto copia,
& estratto come già la fece, e l'autenticò di sua mano
come Notaro Reggio, ch'era all'hora, e li consegnò,
e restituì al medesimo. E questo fu nell'anno 1613. se
mal non si ricorda del mese d'Agosto, e detto pream-
bulo era con le solennita, & Inuentario fatto &c. Hinc
enim apparet duplicem asserti inuentarij con-
fectam fuisse scripturam, alteram scilicet ori-
ginalem, alteram verò ex ea in forma authen-
21 tica extractam ab eodem teste, † cui circa hoc
ab ipsomet actum defferendum est præsertim
contra partem illum inducentem, ac eius de-
positione vtentem *Crau. cons. 112. num. 17. uers.*
nec potest sc excusare. Rot. penès Card. Seraph. decis.
1163. num. 6. uers. & licet S. me. Greg. decis. 531.
num 10. uers. nam quoad Sebastianum, & seq. & in
recent. decis. 622. num. 3. uers. non obstat, & decis.
726. num. 3. uers. primo quia, & seq. par. 3. & de-
cis. 554. num. 3. uers. quibus ac decis. 594. num. 17.
22 *uers. cum, & unico testi ac seq. par. 5.* Cum † autẽ
vnà tantum ex eis ad manus d. Gentilis perue-
nisse probetur, siuè illa fuerit originalis, siuè
copia extracta, (quod magis consonat veritati)
tamen supererat altera, quæ perquirenda, &
23 exhibenda erat. Nam etiam copia † sic extra-
cta, deficiente originali, posset (alijs concur-
rentibus) suffragari *iux. gloss. in l. sicut iniquum in*
uerb. facilè in fin. C. de fid. instr. & ibi Ias. ac alij
DD. Berò. cons. 92. num. 24. uers. & posito etiam
lib. 3. Alb. d. cons. 101. num. 5. uers. sed pro Iusti-
nendo exemplo, & seqq. Berrazzol. cons. crim. 147.
num. 11. uers. & quod etiam exemplum. Mascard.
de Probat. concl. 711. num. 87. uers. decimo quarto
limita; & in specie respondit *Honded. d. cons. 39.*
sub numer. 62. uersicul. clarè apparet prætensos testes
lib. 2.
24 Accedit prędictis, † quod postmodùm
ijdemmet fratres anno 1626. & 1627. persona-
liter comparentes coram M. C. V. petierunt
etiam remedio restitutionis in integrum, &
obtinuerunt admitti ad confectionem Inuen-
tarij hæreditatis paternæ, ac aliorum consan-
guineorem, vt apparet ex publicis àctis exhibi-
tis pro parte Administrarorum Montis; Et ta-
men nullum deinde etiam maiores effecti cõ-
fecerunt Inuentarium, quare ipsis imputan-
dum est quodcunq; damnum ex propria ge-
minata, & inexcusabili negligentia proueniẽs,
quod facilè poterant euitare, vt respondit *Rot*
penès Coccin. d. decis. 59. num. 6. uers. nec excusari
potest. & in Roman. fideic. de Capiteferreo 19. Fe-
bruarij. 1646. coram me in §. nec demùm releuat
excusatio ac seq. & in §. sed cessant omnes obiectio-
nes.
Præterea non obstat, quod respectu Fran-
cisci eorum fratris nullum quidem allegetur
inuentarium, sed absolutè negentur hæredes.
25 Quia contrarium plenè probatur † ex Decre-
to Regiæ Curiæ Bituntinæ die 15. Decemb.
1622. quo fuerunt declarati hæredes simplici-
ter d. Francisci eorum fratris ex testamento
vna cum Virgilia communi matre, ac pro
eius quota cohærede; Et ex publico instrumẽ-
to recepto per Bartolomæum Maiolanum
publicum Notarium Bituntinum anno 1627.
1. Septembris, in quo ipsi personaliter tanquã
tales expressis verbis agentes promiserunt sol-
uere debitum eiusdem hæreditatis summæ
Ducat. 1380. circitèr pro residuo dotis, ante-
phati, & alimentorum Lauræ prædicti Fran-
cisci q. Vxori; Ex quibus sanè certum est adi-
tionem hæreditatis plenè probari tum re ipsa,
tum verbis expressis *l. 2. C. de iur. deliber. Bart.*
in l. gerit sub num. 14. uers. aut illa uerba, & sub
num. 21. uers. si uerò non poterat facere ff. de acq. hæ-
red. Crau. cons. 148. num. 10. uers. modò cum Rei de-
clarauerint se hæredes, & seq. Surd. cons. 576. nu. 34.
uers. quod autem, & seq. Rota dec. 393. par. 4. diuers.
& penes Reuerendiss. Vrgellen. decis. 189. sub nu. 5.
uers. quod uerò Palma, & Coccin. decis. 168. ac in
recent. decis. 360. num. 29. uers. ex illa enim cessione
& seq. & decis. 474. num. 1. uers. quæ uerba, & seq.
par. 5. & in alijs relatis in præcedenti dec. in §. Quod
autem fuerint hæredes &c.
26 Postremò non obstat, † quod etiam cessante
inuentarij beneficio dd. fratres non teneantur
de proprio secundum ius canonicum.
27 Quia contrarium † veriùs, atq; receptiùs est
in foro iudiciali cum in hac parte Sacri Cano-
nes non solum legibus ciuilibus non aduersẽ-
tur *iux. Reg. c. 1. de nou. oper. nunc.* Sed benè cõ-
ueniant, vt habetur *in cap. Raynaldus in fin. ibi*
Saluo nihilominus ei ex iure institutionis beneficio legi.
falcidiæ in restitutione præfati lagati, si infra tempus
legiti-

legitimum uoluntati paruerint Testatoris, cum inuentarium fecerint, & contra uoluntatem testatoris lex falcidia inducatur ibiq; gloss. in uerb. inuentarium extr. de testament. Hostiens. in summ. de testam. sub num. 23. uers. Ad quid hæres, ibi, quid si non sufficit hæreditas ad debita persoluenda? Distingue secundum leges. Vtrum fecerit Inuentarium, & tunc non tenetur ultra uires hæreditatis, uel non fecerit, & tunc tenetur. C. de iur. deliber. l. scimus. Et idem uidetur secundum Ius Canonicum infr. eod. c. Raynaldus §. pen. in fin. &c. Bald. in d. l. fin. sub num. 12. in uers. secundò casu uers. aut loquimur in obligationibus descendentibus in hæredes, & in §. sin uerò postquam nu. 1. C. eod. Card. in cap. 1. sub. num. 4. uers. sed hoc & c. ubi etiam alij DD. extr. de solut Abb. in Repitition. cap. Ecclasia S. Mariæ num. 18. uers. Et ex his infero da constit. & latiùs probat in cons. 73. Circa primum dubium sub num. 9. uers. Nec obstat si dicatur, & seq. lib. 2. Barbat. in cap. 1. in fin. uers. Tertio probo de testam. ibiq. Didac. in relect. sub num. 14. versic. Nisi dixerimus, & seq. Roldi in tract. de inuentar. diuers. q. 30. & 215. Monticul. in eod. tract. q. 226. nu. 8. uers. secunda succedit dubitatio, & seqq. & q. 228. num. 12. uers. Alioquin & sub num. 39. in vers. Duodecimo excipitur vers. quod falsum est. Phanuc. in eod. tract. q. 245. num. 1. vers. Contrarium de iure. Crass. in §. inuentarium q. 22. num. 2. vers. Sed an hæres. Vasq. de success. creat. lib. 1. §. 1. num. 27. vers. illud autem, Rob. Marant. in disput. 8. num. 21. vers. quarto adducitur, & latè probat Menoch. cons. 89. a num. 156, vers. Non obstat ultimum ac seqq. & Rota decis. 72. à nu. 49. uers. Contraria tamen & seqq. usque ad fin. vbi concluditur hanc sententiam esse de iure verissimam, & magis communiter receptam par. 2. diuers. & sequitur. Fachin. controuers. lib. 6. cap. 23. uers. sed ualdè ac alij.

Atq; ita fuit resolutũ vtraq; parte informante &c.

Decisionem hanc in ista eadem causa facta sub die 27. Nouembris 1645. coram eodem Eminentiss. D. Card. Corrado est supra in præcedenti part. 9. tom. 2. decis. 373. Et infra habetur altera decisio in eadem causa sub die 5. Iulij 1649. coram bo. me. Arguelles.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Dertuseñ Augumenti.

Lunæ 24. Maij 1647.

ARGVMENTVM.

Dos assignata Præpositurae nouiter erectæ cum onere certam quantitatem canonicis prò victũ persoluenda, num illa quantitas augeri debet, si sit insufficiens ad alimenta canonicorum, & fructus Præpositurę augumentum reciperint.

SVMMARIVM.

1 *Augumentum non debetur ex fructibus beneficij alteri in dominium assignati.*
2 *Pecunia non recepit augumentum.*
3 *Fructus dominij sequelam sectantur.*
4 *Fructus beneficij possunt in titulum assignari, illius naturam dominij sequntur.*
5 *Verbum assignamus, importat dominium.*
6 *Dotis titulus importat translationem dominij.*
7 *Præpositura dicitur erecta in titulum ex assignatione facta titulo dotis.*
8 *Administrator ad redditionem rationis tenetur.*
9 *Discretiua dispositio declarat voluntatem disponentis.*
10 *Hypoteca non datur vbi adest dominium.*
11 *Dominium ex quo deducatur.*
12 *Obseruantia subsecuta optima reputatur dispositionis interpræs licet à verborum proprietate dissentiat.*
13 *Obseruantia dum agitur de interpretanda voluntate non indiget iure præscriptionis.*
14 *Consuetudo generalis Ecclesiarum Hispaniæ defert augumentum Capitulo, tanquam Domino.*
15 *Consuetudo ex pluribus actibus introducitur.*
16 *Bona habita pro dote iure dominij habita dicuntur.*
17 *Decisio ab aliquo pendens supposito illius verificationem requirit.*
18 *Verba subsequẽtia restrictionem requirunt ab antecedentibus.*
19 *Verba*, administratio, & gubernium, *ex quibus à dominio contradistinguantur.*
20 *Voluntas à potestate regulatur.*
21 *Transactio inita inter diuersas personas alijs non præiudicat.*

DECISIO LIX.

BENEDICTVS XIII. vt collabentem regularem disciplinam maioris Ecclesiæ Dertusen. sub regula S. Augustini militantis restitueret, eamque Ecclesiam plurimo æræ alieno, quo ob immoderatas Capituli impensas præmebatur, eximeret, ex bonis spectantibus ad Capitulum, ab illius Dominio tunc segregatis, & sibi reseruatis partem duodecim ibidem Pręposistis nouiter erectis assignauit pro dote, hoc tamen onere adiecto, vt certam pecuniam Canonicis pro victu quotidiano persoluerent. Cum verò aucto, cùm temporum, tùm bellorum iniuria rerum comestibilium pretio Canonici Prepositurarum redditus auctos quoquè contenderent, nec obsonia ex destinata sibi pecunia posse comparare, ac Præpositos idcirco vti bonorum administratores super huius solutione augumenti conuenissent, proposui dubium, An illud Canonicis debeatur.

1 Et quidem ex ea ratione indebitum esseDD responderunt, quia bonorum dominium,† vnde augumenti detractio prætenditur, translatum fuerat in Præpositos ex eiusdem Constitutione Benedicti, in generali postmodum Constantiensi Concilio cum cæteris iilius gestis confirmata, prout in eiusdem sessione xx. disponitur in §. 5. & aduertit *Rot. in decis. 295. num. 11. in fine coram bo. me. Coccino & in Barchinõ. Iurisdict. 4. Iuly 1646. coram R. P. D. meo Bichio.* Qui propterea à Canonicis certæ solum quantitatis Creditoribus conueniri non poterunt
2 pro augumẽto pecuniæ† non recipientis augumentum, vt ex doctrina *Rebuff. respondit Rota coram Seraph. decis. 179. num. 2.* sed eorundem bonorum fructus omnes, ac redditus vti ne-
3 cessariam Dominij † sequelam consequi debẽt ex dispositione *textus in l. qua ratione ff. de acquir. rer. dom.*

rer. dom. & in §. Qua ratione instit. eod. tit. & in
4 his terminis fructum† scilicet Beneficij assignati in titulum notat *Cardin. in clem. 2. num. 2. de præbend. vers. Qua ratione, & in clem. Quia contingit, §. vt autem num. 9. de relig. dom. Sarn. in reg. de trien. quæst. 7. num. 7. Rot. decis. 442. num. 2. par. 4. rec. & in Vicen. augumenti 16. Decembris 1587. coram Blanchetto,* vbi rationem præterea ponderat æquitatis.

Quod autem horum bonorum dominium transierit in Præpositos suadere videtur, tùm qualitas concessionis factæ per verbum *assignamus*
5 † importans translationem dominij vt notat *Bald. in l. vbi adhuc in fin. C. de iur. dot. & in l. ordo num. 8. C. de execut. rei iudic. Bart. in l. si constante num. 93. ff. solut. matr. & plures alij relati per Menoch. cons. 201. num. 6. Rot. coram Cavaler. dec. 647. num. 7. & in decis. 130. num. 6. par. 5. recent.*
6 Et pro expresso titulo dotis † translatione m pariter dominij designante ex dispositione *textus in l. de ijs, & in l. in rebus C. de iur. dot. & vtrobiq. glos. l. doce Ancillam C. eod. tit. & ibi glos. in verb. nequisse, & l. Quintus 29. §. argento in verb. non possit ff. de aur. & argent. legat.* ac denotante
7 Præposituras † erectas in titulum, vt notat *Lotter. de re. benefic. lib. 1. quæst. 31. num. 2. & 3. Rot. coram Puteo decis. 37. num. 1. in fin. lib. 1. & in decis. 263. num. 2. par. 4. recent.* Tum etiam, quia nulla eisdem Præpositis demandata legitur ratio-
8 nis redditio, ac reliquatus restitutio, † ad quē ex iure administrationis tenetur, si in eam causam bona recepissent *l. 1. §. officio ff. de tutel. & rationibus distrahen. l. rationes. C. de admin. Tut. Iodocus Demanderus de Tutorum, & Curatorum ratione reddenda capit. 1. numer. 17. Excobar. de ratioc. cap. 3. num. 32. Rot. in Neposina tutelæ 4. Iulij 1642. coram R.P.D. meo Cerro.* Et fuissent in dicta Constitutione adstricti iuxtà præceptum inferiùs ibidem iniunctum Præsbytero pro administratione bonorum Capituli deputando, cū ex hac discretiua dispositione voluntas Con-
9 ditoris elucescat † transferendi bonorum dominium in Præpositos nullo redditionis onere adstrictos, demandandi verò simplicem administrationem Præsbytero, hoc redditionis onere grauato *argum. l. vnicæ. §. autem vers. sin autem ad deficientis C. de caducis. tollen. l. si idem C. de codicill. & l. doli clausula ff. de verb. oblig. Rot. coram Greg decis. 372. num. 7.*

Arguit quoque Præpositorum dominium reseruata pro canonicis in bonis assignatis hy-
10 potheca, † quorum fauore substineri non posset, si eorumdem bonorum dominium retinuissent, vt notatur *in l. rem alienam la 2. ff. de pign. & in l. Vranius 72. de fideiussor. & in l. vti frui. ff. si vsufructus petatur, & in l. neque pignus ff. de reg. iur. Rot. coram Gregorio decis. 295, num. 8. & coram Buratt. 729. num. 5.* Et attributa aliorum bonorum portio mensæ Episcopali sub eodem modo, ac forma, sub qua fuerat concessa Præ-
11 positis. † Hinc enim eorumdem dominium in bonis sibi attributis arguitur, prout in cœteris Episcopali mensę incorporatis Episcopi dominium elicitur, exaduerso nec controuersum *arg. text. in l. iam hoc iure ff. de vulg. & in l. quamuis D. de impub. & alijs substitionibus;* Ac demum eiusdem Constitutionis obseruantia ab anno scilicet 1413. vsque ad diem motæ litis inconcusse soluendi Canonicis determinatam tantum ibidem pecuniam absque vllo augmēto, nec vnquam antè motam litem exaduerso
12 petitio, † talis enim obseruantia à die æditæ Constitutionis subsecuta optima reputatur dispositionis interpres, licèt à verborum proprietate dissentiat *cap. cùm dilectus de consuetud. l. si de interpretatione, & l. minimè ff. de leg.* notant. *Bald. in l. si certis annis C. de pact. num. 9. Card. Mantic. de tacit, lib. 2. tit. 1. num. 5. & tit. 7. num. 26. Moderni Romani dicept. forens. cap. 725. num. 16. Hier. Leo decis. Valentin. 19. num. 13. Rot. in Barchinon. Canonicatus 15. Decembris 1645. coram R.P.D. meo Royas, & antea 9. Iunij præcedentis coram me, &*
13 quamuis præscripta non fuerit, † cùm præscriptionis iure non indigeat, dùm tantum agitur de interpætanda voluntate Conditoris, vt tradit *Dec. in cap. cum M. Ferrariensis numer. 26. de Constit. Butr. in cap. vlt. de consuet. num. 47. Aym. cons. 118. num. 2. & in cons. 202. pariter numer. 2. Alex. cons. 8. num. 7. lib. 6. Surd. cons. 140. nu. 45. Rot. coram Crescentio decis. 1. nu. 1. de Constit. coram Cavaler. decis. 80. numer. 5. & 477. num. 2. & coram Buratt. 647 numer. 11. & in Mediolanen. decimarum 16. Ianuarij 1613. coram Sanctissimo Domino N.*

Hinc non videtur vrgere contraria consuetudo generalis in cœteris Hispaniarum Eccle-
14 sijs † deferens augumentum Capitulo ratione dominij, quod idem in bonis sibi retinuisse præsumitur ipsis Præpositis assignatis in simplicem tantùm id circò administrationem, & per plures huius Tribunalis resolutiones comprobata, nempe apud *Seraph. in decis. 179. 196. 201. 707. & 745. & in vna Gerunden. vini coram Penia impress. par. 2. rec. decis. 34. & in Barchinonen. alimentorum 10. Maij 1634. coram bon. me. Coccino.* Neque particularis vigens in Ecclesia Dertu-
15 sen̄ † ex Pluribus actibus inducta in *Summario Capituli à num. 17. vsque ad 23.* & approbata *per Gabr. in cons. 166. lib. 1.*

Ea enim generalis consuetudo non militat Præpositos Ecclesię Dertusen̄ qui non ab ipso Capitulo (prout in cœteris Hispaniarum Ecclesijs supponuntur obtinuisse) bona recepe-
16 runt administranda, † sed pro dote, & consequenter iure dominij eadem habuerunt ab ipsomet Benedicto liberam in Ecclesiasticis bonis dispositionem obtinente ratione vniuersalis dominij in ijs sibi à iure delati, relato *in cap. 2. de præbend. & in clem. 1. vt lit. pend.* & notat vtrobique *glos. in verbo pertinere Innoc. in cap. super. num. 2. Hostien. ac Io. Andr. num. 4. Imol. numer. 7. de causa possessionis, & proprietatis Bald. cons. 175. num. 2. circa med. vers. Præterea lib. 2. Peregr. alios referens. de iure fisci lib. 1. cap. vlt. numer. 85. Rot. decis. 81. num. 9. & 10. par. 5. & in Gerunden. Scribaniæ 26. Februarij, & 21. Maij 1638. coram bon. mem. Merlino.* Neque idcirco obstant decisiones incontrarium adductæ cùm fundentur in supposito, hoc casu cessante, † retenti
17 videlicet bonorum dominij penes Capitulum, à cuius verificatione pendere subsistentiam decisionum dixit *Rot. in adducta Vicen. augumenti 16, De-*

16. *Decembris* 1587. *coram Blanchetto*. Particularis verò consuetudo Ecclesiæ Dertuseñ non iustificatur ex Iuribus, neque ex actibus productis, dum vel antecedunt Constitutionem Benedicti, à qua tanquam posteriori censetur abrogata, vel continent dimissionem annui redditus in manibus Capituli factam per Præpositos ad solutionem crediti redactos inhabiles, non autem ex causa dominij, quod penès Capitulum existeret. Nec demum eadem cõsuetudo probatur ex traditis per *Gabriel. in adducto cons.* 166. cum non respondeat argumentis pro Dominio Præpositorum in contrarium supra deductis.

Minus Præpositorum dominium excludūt verba Constitutionis sonantia administrationem, & gubernium, ibi, *per duodecim personas Ecclesiæ &c. perpetuo gubernentur recipiantur, ad-*
18 *ministrentur &c.*† ex quibus cætera verba subsequentia quamuis apta ad translationem dominij restrictionem assumunt, vt sequendo doctrinam *Bart. in l.* 1. *numer.* 4. *ff. pro dote respondit Rota coram Seraph. in adducta decisio.* 196. *numer.* 2.

Quia verba prædicta *in administrationem, & gubernium* in ea Constitutionis periodo leguntur qualificata ex sequentibus *iuxta formam in*
19 *præsentibus adnotatam*, † ex quibus excluditur simplex gubernium, & ea administrationis species denotatur quæ iure proprio competit Titulatis, & contradistinguitur à verbo *Dominio* penès ipsos non existente, sed penes metipsas Ecclesias, ac Pręposituras, vt bonè explicat *Nauar. de redditibus Eccles. quæst.* 1. *monit.* 56. *numer.* 11. idque colligitur ex discretiuo loquendi modo in eadem Constitutione adhibito, Dū enim ibidem verba diriguntur in personas, nempe Præpositos, demandatur administratio; sed postquam ad ipsas Præposituras sermo cõuertitur verba leguntur apposita importantia translationem dominij, decisio vero *Seraphini* transit cum dicto supposito, quod bona ab eodemmet Capitulo fuissent assignata Præpositis, quibus idcircò nuda tantum administratio concessa pręsumitur iuxtà facultatem Capitulo
20 conpetentem, † à qua debet eiusdem voluntas regulari, vt notatur *in l. Lucius* §. *Imperatores ff. ad muncip. & in l. si tibi* §. *vnius*, *ff. de opt. legat. & in cap. à Nobis* 21. *de sent excom.* cum alijs iuribus deductis *in decis.* 364. *numer.* 3. *par.* 1. *recent.*

Nec denique obstat, vel ponderata in proemio Constitutionis bonorum conseruatio, quæ vti repugnans alienationi dominij suadere videtur potius subrogatos fuisse Præpositos in bonorum administrationem penes Priorem antea existentem iuxta superius allegatam *dec. Seraph.* 196. Vellis interCamerariū, & Capitulū pro vestiario excitata, & sub auctoritate Sedis Apostolicæ per transactionem extincta de āno 1592. Qua mediāte cū à Cameraria fuissent dismembrati fructus, & assignati Capitulo pro vestiarij onere subeundo propterea colligitur demandata, Præpositis administratio bonorum, non autem dominium translatum.

Hinc enim contrarium potius elicitur argumentum pro Præpositis, Quia dum Benedictus, (vt inquit Constitutio) experientia cognouit bona Ecclesiæ per Priorem simplicis Administratoris iure fungentem dilapidari, vt eorum conseruationi studeret, Prępositis assignauit in titulum, Adeoque tunc dominium in ipsos transtulisse censetur, vt ea bonorum conseruatio resultaret ex administratione iure proprio exercita, quæ per administrationem iure alieno antea assequi non potuit. Lis verò introducta cum dignitate Camerariæ tanquā
21 diuersa à Prępossituris his non officit, † neque propterea trāsactio vti stipulata inter personas diuersas aliquod potuit præiudicium Prępositis inferre *l. Papinianus* 21. *ff. de minor. l. inter stipulantem* §. *sacram ff. de verbor. oblig. l. de seruo ff. de Calumniatorib. cum alijs per Lancell. de attentat par.* 2. *cap.* 12. *limit.* 2. *nu.* 2.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. GHISILERIO
Postea Episcopo IMOLEN.

Faneñ Substitutionis.

Lunæ 27. *Maij* 1647.

ARGVMENTVM.

Substitutio facta sub conditione si institutus decesserit sine filijs, expirasse dicitur, si cum filia decedat; & hac de causa acerrimè disputatur, an, & quando appellatione filiorum veniant etiam fœminæ, & non nullæ adducuntur coniecturę ex quibus fœminę dicuntur compræhensę sub appellatione communi filiorum; & refelluntur alię, quę pro illarum exclusione afferuntur.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio facta alicui decedenti sine filijs, euanuit si cum filys decessit.*
2 *Masculinum non concipit femininum.*
3 *Substitutio facta sub conditione si institutus decesserit sine filijs expirat si cum filia decedat.*
Fallit concurrentibus coniecturis in contrarium numer. 8.
4 *Filiorum appellatione in fauorabilibus etiam feminæ continentur amplia ut nu.* 5.
6 *Fœminæ continentur sub appellatione filiorum siue ex proprietate uerbi, siue ex communi usu loquendi, siuè ex benigna interpretatione.*
7 *Fœminæ continentur sub appellatione filiorum tam in conditione, quàm in dispositione.*
9 *Fœminæ non ueniunt appellatione filiorum quando Testator discretiue loquutus fuit de masculis, & fœminis, & conclusio quando procedat.*
10 *Fœminæ an ueniant sub appellatione filiorum, quando Testator aliquid eis pro dote reliquit.*
11 *Et quid si Testator eis prohibuerit ne plus in hereditate prætendere possint, uel aliæ concurrerent coniecturæ.*
12 *Statutum excludens fœminas propter masculos, non dicitur illas excludere propter piam causam uel extraneum.*

13 *Masculinum quando concipiat fœmininum, etiam si fuerit substituta pia causa.*
14 *Masculinum concipit fœmininum, non solum si fuerint instituti filij Testatoris, seb etiam extranei.*
15 *Fœminæ ex quibus censeantur uenire sub appellatione communi filiorum, & nu. 19.*
16 *Substitutio secunda, censetur facta personis dumtaxat in prima substitutione uocatis.*
17 *Filiorum appellatione, quando comprehendantur tàm masculi, quàm fœminæ.*
18 *Verbum* omnes *de duobus tantùm non prædicatur, sed de pluribus, quam de duobus.*

DECISIO LX.

HORATIVS Fauorinus Faneñ. in suo Testamento, cum quo decessit, hęredem vniuersalem instituit Antonium germanum fratrem, cui substituit Nepotes ex Iulia filia, per hęc verba, *instituisco mio hærede vniuersale Antonio Fauorino mio fratello carnale, & doppo la morte sua li sostituisco li suoi Nopoti, cioè li figlioli di sua figliola in capita, & non in stirpes &c. li quali morendo senza figli legitimi, & naturali succedino l'vno all'altro, e morendo tutti senza figliuoli in tal caso sostituisco la Venerabile Compagnia del Corpo di Christo nella Città di Fano mia Patria &c.* Per obitum Antonij Hęredis instituti Camillus, Paulus, & Iunipera substituti adepti fuerunt possessionem hæreditatis pro virili, deindè defunctis Camillo, & Paulo sine filijs d. Iunipera adepta fuit possessionem portionum illorum vltimo loco obijt Iunipera, relicto Iosepho filio, qui tanquam hæres ab intestato Matris accepit possessionem bonorum d. Horatij. Dicta Confraternitas prætendens ad eius fauorem purificatam substitutionem egit coram A.C. pro Immissione in possessionem hæreditatis, qui per diffinitiuam absoluit d. Iosephum possessionē, à qua sententia interposita appellatione per Confraternitatem proposui dubium, An esset factus locus substitutioni, quod negatiuè fuit resolutum.

1 Quia attenta supradicta substitutione † substitutio ad fauorem Confraternitatis facta legitur restricta in casu obitus omnium substitutorum sine filijs, ibi, *& morendo tutti senza figlioli in tal caso &c.* & cum Iunipera decesserit relicto post se Iosepho filio masculo legitimo, & naturali deficit conditio fideicommissi, & substitutio euanuit, vt sunt *textus aperti in l. ex facto §. si quis autem vers. aut igitur ff. ad Trebell. & in l. filius familias, §. cum quis rogatus, ff. de legat. 1. in auth. de restit. fideicom in §. nos igitur legis in l. 1. C. de cond. insert. in l. Lutius de hæred. instit. in fin. & in l. iubemus §. fin. autem C. ad Trebell. iuxta vulgatum, & receptissimum cons. Oldrad.* 21. quod sequitur vniuersa scribentium scola, *& Rot. dec. 490. dec. 491. par. 4. diu. coram bo. me. Cocc. decis 494. num. 2. & 3. coram Caual. dec. 454. numer. 1. & 4. coram Seraph. decis. 487. num.* 1. & alibi in istis terminis sæpius, quapropter bona hæreditaria Horatij Testatoris effecta fuerunt patrimonialia Iuniprę vltimo loco defunctæ.

Non obstat, quod Testator in casu obitus Antonij hæredis instituti substituerit nepotes, nempe filios ex filia per nomen collectiuum *nepotum, seù filiorum, ibi li sostituisco li suoi nepoti,*
2 *cioè li figlioli di sua figliuola,* † quorum appellatione continuari nō potest Iunipera filia filiæ Antonij, cum hoc casu masculinum non concipit fœmininum, ex traditis per *Bald. in l. in multis uum. 4. ff. de stat hom. Ias. in l. cohæredi §. qui discretas in fin. ff. de vulg. Soc. sen. cons. 63. numer. 15.*
3 *lib. 3.* † quia regula generalis iuris pro fœminis assistit, vt scilicet in substitutione facta sub cōditione, si institutus decesserit sine filijs, neptis ex filio faciat deficere conditionem *ad text in l. 1. C. de condit. insert. l. si quis ita ff. de testam. tut. l. si ità scriptum ff. de leg. 2. Mant. de coniect. vltim. vol. lib. 11. cap. 14. per tot. Rot. coram Seraph. decis. 880. num. 1. coram sa. me. Greg. XV. dec. 514. num. 1. rec. decis. 316. num. 2. par. 1. dec. 317. num. 5. dec. 514. num. 1. par. 5. & decis. 179. nu. 4. & seq. par. 6. quæ sunt in Spoletana fideicom. 7. Nouembris 1629. 3. Iunij 1630. & 14. Februarij 1633.*
4 *coram me.* Nam filiorum appellatione in fauorabilibus etiam fœminas contineri docet *tex. in l. si quis ita in princ. ff. de test. tut.* & latè probat
5 *Abb. in c. nobis num. 3. de iur. patr.* † pręcipuè quando genus masculinum, vti in hoc casu, ibi, *e doppo la morte sua li sostituisco li suoi nepoti, cioè li figlioli di sua figlia &c.* in plurali loquitur *l. iusta ff. de verb. signif. l. Hærennius eod. tit. iuncta d. l. si quis ità, ff. de test. tut.* vt post *Castr. Dec. & Aliciat.* considerat *Emanuel Costa in c. si pater. verb.*
6 *si vtrunque num. 1. p. 1.* & hęc siue ex proprietate verbi, siue ex communi visu loquendi, siue ex benigna interpretatione probat *text. in d. l. si quis ita ff. de testam. tut. l. si ita scriptum ff. de leg. 2. l. filij appellatione, ibique glos. fin. l. iusta interpretatione, l. quisquis ff. de verb. signif. Cephal. cons 45. numer. 10. Honded. cons. 67. numer. 23. seq. lib. 1.*
7 tam † in conditione, quàm in dispositione *Menoch. cons. 152. num. 45. Hond. cons. 57. nu. 31. lib. 1. Dec. cons. 1. nu. 142. lib. 2. Mol. de primog. lib. 3. cap. 5. num. 57. Giurb. dec. 32. num. 13. Rot. in Spoletana bonorum 13. Aprilis superioris anni coram R.P.D. meo Corrado, §.* Iniustitia, quæ loquitur in specie de vocatione filiorum ex linea transuersali Testatoris, vt in hoc casu.

8 Nec facit, † quod à dicta conclusione recedatur concurrentibus coniecturis in contrarium, quia coniecturæ adductæ pro Confraternitate DD. non fuerunt visæ releuare ad inducendam hanc contrariam voluntatem Horatij
9 Testatoris. † Nam prima, quæ affertur deducta ex eo, quod Testator discretiuè loquutus fuerit de fœminis, & de masculis, est parui momenti ponderando, quod testator discretiua loqutione vsus fuit non ad effectum exprimendi qualitatem masculinitatis, & fœminitatis, sed solum ad exprimendum legatum particulare Iuniperæ factum, vt per *Gionagn. cons. 11. num. 20. lib. 2.* Altera, quod prouiderit Iuniperæ relinquendo ei *il Campo nel Territorio della Città di Fano &c. affinche con esso si possa con-*
10 *decentemente maritare,* † pariter cessat, quia Testator modicum reliquit Iuniperæ pro Dote, & relictum est purum, soluen. antequam purificetur vocatio filiorum: stant enim simul, quod Testator voluerit viuente hærede primi gradus,

dus, hoc est Antonio, soli Iuniperæ nepti Dotem, ne nimium eius nuptiæ differrentur post obitum dicti Antonij; quodque in sequēti substitutione voluerit eandem nepotem comprændi sub nomine comuni filiorū, vt tenuit *Rot. in Interamnen. fideic. 14. Decembris 1646. coram R.P.D. meo Bichio §. nec obstat. vers.*
11 *animaduertendo præsertim*, † quia in Legato facto Iuniperæ nepoti illi non probetur, ne plus in hæreditate prætendere possit, prout prohibuerat Testator in casu *decisionis 215. par. 6. rec*, neque concurrunt aliæ Coniecturæ, quæ concurrebant in casu *Soccin. sen. cons. 73. & decis. 203. par. 2. ac decis. 116. par. 7. rec.* allegatæ pro Cō-
12 fraternitate. † Alia coniectura desumpta ex dispositione statuti excludentis fæminas propter masculos pariter est nullius momenti, quia statutum non excludit fœminas propter piam causam *Rot. d. decis. 514. nu. 6. & seqq. par. 5. rec.* Præterea vt in *d. decis.* statutum non excludit fœminas propter extraneos, qualis est Confraternitas. Neque facit in contrarium fauor piæ causæ, cum fuerit substituta pia cau-
13 sa; † quia quando, vt hic, de contraria Testatoris mente non apparet, etiam si fuerit substituta pia causa, non potest dubitari, quod in fideicomissis, & vltimis voluntatibus, masculinum concipiat fæmininum, vt pluribus cumulatis pro veriori, ac magis communi cōcludit *Fusar. de substit. quæst. 402. num.* 104. ad quam se refert *in quæstione. 311. sub num. 97. vers. Limitatur etiam*, & tenuit *Rot. d. decis. 317. sub num. 5. vers. idque procedit, & decis. 514. num. 16.*
14 *par. 5. rec.* prædictaque vindicant sibi locum non solum, si fuerint instituti filij Testatoris, sed etiam extranei, vt in terminis tenet *Ruin. cons. 182. num. 7. post vers. nec dicatur lib.* 2. Et plurimum facit contra Confraternitatē, quod Iunipera viuentibus Camillo, & Paulo fratribus simul cum ipsis fuit admissa ad successionem Horatij Testatoris.

Sed quatenus supradictæ coniecturæ essent alicuius ponderis, prout illas non esse existi-
15 marunt DD. † præualent coniecturæ pro inclusione fæminarum adductæ, quarum prima deducitur ex adiectione signi vniuersalis, ibi, *& morendo tutti senza figlioli in tal caso instituisco &c.* animaduertendo, quod verbum, *tutti*, appositum in hac parte conceptiua secundi gradus substitutionis demonstrat, omnes pariter filios fuisse vocatos in gradu præcedenti, cui
16 sequens subordinatur; † cum secunda substitutio censeatur facta personis duntaxat in prima substitutione vocatis, vt per *Grat. cons. 65. num. 10. lib. 2. Mant. de coniect. vltim. vol. lib. 11. tit. 1. num. 5. Rot. decis. 236. num. 4. par. 1. recent.*
17 siquidem † Testator vocando omnes filios cēsetur voluisse comprændere tam masculos, quam fœminas ad *tex. in l. 1. ff. de leg. 1. Aym. cons. 308. num. 6.* & præsertim in hoc casu, in quo duo tantum aderant filij masculi, & sic
18 contra naturam verbi, *omnes*, † quod de duobus tantum non prædicatur, sed de pluribus, quam de duobus *l. non distinguimus §. si plures ff. de arbitr. Innoc. im. c. quia propter. num. 5. de elect.*
19 *Rot. d. decis. 179. n. 10. & 11. part. 6. rec.* † Se-

cunda, quia Camillus erat Sacerdos, vndè cōditio illa in Testamento apposita, *si sine filijs*, non potest adaptari ad ipsum, quare vt saluetur pluralitas expressa in Testamento, ista conditione, *si sine filijs*, referenda est etiam ad Iuniperam *Peregr. de fideic. art. 28. num. 42. in fin. Fusar. de substit. quæst. 431. num. 21. in fin.* quæ nisi esset vocata, non verificaretur in pluribus, sed in vno tantum masculo, cum ad Camillum Sacerdotem, referri nullatenus possit.

Ex quibus cum pro Iosepho militet non solum regula iuris ad fauorem fæminarum, sed etiam coniecturæ, quæ præualent coniecturis deductis pro Confraternitate, & nulla per testatorem fuerit habita ratio cōseruandæ agnationis; inde sequitur, quod cum post mortem Camilli, & Pauli remanserit Iunipera, & ex ipsa Ioseph, qui vti filius Iuniperæ, sub nomine filiorum comprænsæ facit cessare conditionem, sub qua fuit vocata Confraternitas Sanctissimi Corporis Christi, ad cuius fauorem non esse factum locum substitutioni, fuit vtraque parte informante resolutum.

REVERENDISS. P. D. CERRO Sacræ Rotæ DECANO.

Romana Dotis.

Lunæ 27. Maij 1647.

ARGVMENTVM.

Declaratio testamenti licet fieri possit per epistolam, & coram duobus testibus, attamen vbi testamentum est clarum, talis declaratio fieri non potest nisi coram septem testibus, & cum solemnitatibus necessarijs. Legatarius quando præferatur creditori in re legata.

SVMMARIVM.

1 *Testamento non derogatur per simplicem epistolam.*
2 *Testator suam potest voluntatem per epistolam declarare.*
3 *Testes duo in declaratione vltimæ voluntatis sufficiunt, intellige vt ibidem, & nu. seq.*
4 *Vltima voluntas vbi est dubia potest coram duobus testibus declarari, secus si sit clara.*
Declaratio vltimæ voluntatis, quæ suapte natura est clara easdem solemnitates, ac testes requirit, vt noua dispositio num. 4.
5 *Oblatio, & exhibitio nisi ad actum deducantur nihil ponunt in esse.*
6 *Testator vbi nouam non fecit dispositionem in antiqua permansisse censetur.*
Epistola habetur pro non scripta si quod in ea continetur non fuit ad actum deductum nu. 6.
7 *Legatum debetur deducto ære alieno.*
8 *Retentio competit creditoribus aduersus legatarios.*
9 *Legatarius in re legata præfertur creditoribus in hæreditate opulenta, alias secus, & nu. seq.*
Intellige vt num. 12. & seqq.
10 *Creditores tenentur probare inopiam hæreditatis, si volunt excludere legatarios a re legata.*
11 *Creditores non tenentur excutere bona intricata.*

12 *Creditoribus chirographarijs præferuntur legatarij in re legata.*
13 *Creditores cum obligatione camerali præferuntur legatarijs in re legata.*
14 *Creditor cum obligatione camerali potest eligare pignus sibi bene visum.*
16 *Onus soluendi debita hæredi iniunctum, non sapit conditionem hæres de iure tenetur soluere debita testatoris nu. 16.*

DECISIO LXI.

POstquam bis resolutum fuerat Instrumentum dotale, de quo agitur non esse exequendum, Repropositо iterum eodem Articulo idem pariter decisum fuit pro tertia vice; non obstante quod etiam hodie Informantes pro Anna acriter contenderent, repetendo ipsam non fuisse hæredem Crescentij, sed Lauræ, cum hoc abundè sublatum fuerit ex responsionibus latè deductis in decisionibus sub diebus 15. *Iunij* 1643. * *&* 2. *Decembris* 1644. * cum quibus etiam hodie, Domini transierunt.

Nec releuat Epistola nouiter producta post conditum Testamentum transmissa Crescentio, in qua Laura declarauit suæ voluntatis esse, quod Creditores non possent consequi satisfationem super bonis à se illis relictis, sed quod Crescentius posset ex illis extinguere aliquod debitum magis sibi bene visum, ibi, *e questo è contro la mia volontà, che è stata, & è, che della robba mia V.S. se ne possa seruire per pagare qualche suo debito proprio, che à lei più parerà, ò per altro suo bisogno, ma che non possi mai esser forzato da nessuno sopra la mia heredità, ne V.S. ne chi hauerà da lei, ò in vita, ò in morte.*

Quia omissa exceptione non factæ recognitionis, de qua valde poterat dubitari, & hæc sola interim sufficeret fuit animaduersum huiusmodi Epistolam aduersari testamentariæ dispositioni, vbi Laura concessit eidem Crescentio hæredi instituto amplissimam facultatem disponendi de bonis sibi relictis tàm in vita, quàm in morte, ibi, *In tutti, e singoli miei beni, &c. Instituisco mio vniuersale erede il Sig. Crescentio Crescentij mio fratello, al quale lascio l'vniuersa mia eredità &c. & li concedo facoltà amplissima di poter disporre del restante di suo arbitrio in vita, & in tempo di morte &c.* Dum enim voluit posse Crescentium ad libitum suæ voluntatis disponere etiam in vita, censetur etiam voluisse quod posset illa hipothecare, vel vendere pro satisfacien. Creditoribus, & sic non potuit Laura dispositioni in Testamento factæ, & per-
1 fectæ deregare per simplicem Epistolam aliter disponendo non adhibitis septem Testibus, alijsque solemnitatibus adhiberi solitis *l. hæredes palam §. si quid post factum, vbi glos. & Bart. nu. 4. aliique comuniter ff. de testam. idem Bart. in l. 2. in quæst. §. princ. uers. quæro ergo, & renoco ff. de vulg. & pupill. Bero. consil. 127. num. 1. lib. 2. Hond. cons. 51. numer. 76. lib. 2. Surd. cons. 129. numer. 29. Mantic. de coniect. ult. uol. lib. 12. tit. 16. num. 10. & 11. Rot. in recent. deci. 604. numer. 21. parte quinta.*

Nec facit quod liceat Testatori voluntatem
2 suam † per Epistolam declarare *l. Epistola 75. ff.*
3 *ad Trebell.* & duo tantum † Testes sufficiant *ad not. per glos. in d. l. hæredes palam d. §. si quid post factum de testam. quam sequuta fuit Rota in Romana successionis 21. Iunij 1641. coram Reuerendiss. D. Præside Vallisolitano §. Quoniam obiectum.* Procedit enim vbi dispositio est dubia, secus vbi est omnino clara, & perfecta, hæc enim non recipit
4 de clarationem, † nec potest fieri declaratio cōtinens nouam dispositionem, nisi adhibitis septem Testibus, alijsque solemnitatibus in Testamento requisitis, *ut præter allegatos tradunt ad propositum Io. de Anan. consil. 84. nu. 1. uers. Præterea licet communiter, & Surd. consil. 380. numer. 51.*

Præterea dicta Epistola continet potius quamdam oblationem, & exhibitionem aliter disponendi, si Crescentius voluerit, quam nouam actualem dispositionem, vt clarè indicant verba illa *hò mandato perciò à V.S. la copia del mio Testamento, che uedesse se era di suo gusto, perche altrimenti ne farò un altro, & ibi, se poi uuol che specifichi più chiaro me l'auuisi, che ne farò un' altro;* Oblatio autem, & exhibitio nisi ad actum
5 producatur † nihil ponit in esse *Arg. text. in l. qui decem §. Idemque responsum est, ibique Bart. ff. de solut. & i nl. seruus si hæredi in fin. ff. de testat liber.* Ideò dum Laura nouā dispositionem non
6 fecit, in eadem permansisse censetur, † & Epistola resoluitur in simplex ratiocinium, itaut haberi debeat perinde ac si scripta non fuisset, *ad text. in l. si quis sub conditione 8. ff. si quis omiss. caus. testam. l. pecuniam 36. in fin. ff. si cert. pet. Menoch. cons. 660. num. 3. cum alijs in Arboren. Canonicatus 24. Ianuarij 1633. coram bo. me. Merlino in rec. decis. 173. nu. 2. par. 6.*

Prout etiam nihil releuat quod Anna fuerit tantummodo instituta hæres particularis, proindeque non intret exceptio *l. uindicantem ff. de euict.* Quia dum omnia bona, actiones, & Iura dotalia Lauræ sequuta acceptatione hæreditatis effecta fuerunt proprium patrimonium Crescentij hæredis instituti, illicò ceciderunt sub hypotheca ad fauorem suorum Creditorū; vnde licet Anna fuerit tātummodo hæres particularis, quæ habetur loco legatarij, adhuc tamen vindicare non potest hæreditatem Lauræ à Creditoribus Crescentij, cum legatum
7 non debeatur † legatario nisi prius deducto ære alieno legātis *l. uniuersæ C. de legat. Bold. cons. 222. num. 1. lib. 4. Alex. consil. 5. sub num. 2. lib. 6.* Et
8 Creditoribus competit † aduersus eum retentio *l. si non sortem 26. §. centum, ubi Bart. & alij ff. de condit. & demonstr. Rota in Fauentina bonorum 27. Iunij 1586. coram Platto, apud Marchesan. de commiss. par. 1. fol. 976. num. 2. & coram sanct. mem. Greg. decis. 254. num. 13. ibique Add. num. 7. & in recent. decis. 612. num. 5. par. 3. & in Maceraten. Saluiani, seu Spolij 12. Maij 1608. coram Manzanedo post Zacch. de oblig. Cam. decisio 130. numer. 6.*

Nec obstat quod legatarius in re legata præ-
9 feratur cęteris Creditoribus Testatoris, † quando hæreditas est soluendo, licet secus ea reperta non soluēdo, vt tradit *Cin. l. 2. circa med. ibique Alberic.*

Alberic. num. 2. C. qui pot. in pign. hab. quem sequitur Bart. in l. is cui, §. postquam circa fin. ff. ut in poss. legat. Natt. cons. 199. num. 8. Surd. decis. 316. n. 12. eisdemque Creditoribus incumbat 10 onus † probandi inopiam hæreditatis, ex alleg. per Surd. decis. 316. numer. 14. cum concordan.

Quia præter quod (si verum est prout dicebant Informantes pro Creditoribus) ex Inuentario ab hæredibus vniuersalibus confecto apparet in hæreditate Crescentij nulla alia bona adesse præter iura dotalia Lauræ, & mobilia Vrbis ipsi Annæ relicta. Prætensiones verò, Palatium, & Domus ad vsum salsamentariæ ad Rotundam, de quibus meminit Rot. in Romana Saluiani 7. Maij. 1646. coram R. P. D. meo 11 Peutingerio, cum sint admodum intricatæ, † & inuolutę litibus discuti non debent à Creditoribus, vt probat text. in l. uel. à debitoribus ff. de Relig. & sumpt. funer. & firmauit Rota coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 212. nu. 12.

Conclusio procedit in Creditore Chirogra-12 phario non habente hypothecam, † in quibus terminis loquitur glos. huius opinionis magistra in d. l. is cui §. Postquam in uerb. non habebitur ff. ut in possess. legat. Secus vero vbi, prout hic, Creditor ex obligatione Camerali habet hipothe-13 cam. † Tunc enim præfertur legatario in re legata, etiamsi hæreditas sit soluendo, & in his terminis egregiè firmauit Rota in Asculana Domus 3. Iunij 1602. coram bo. mem. Coccino, inter eius imperf. 67. num. 7. cum pluribus seqq. & in Venusina Legati 28. Iunij 1623. coram eodem in recent. dec. 493. num. 26. & 27. par. 8. Creditor enim sub 14 obligatione Camerali † potest eligire vnum ex pignoribus debitoris sibi bene visum pro satisfactione sui Crediti l. qui generaliter ff. qui pot. in pign. hab. & l. Creditoris ff. de distracti pign. Surd. decis. 44. num. 6. Rot. dec. 741. num. 1. par. 3. recent. & coram bon. mem. Coccino d. decis. 67. nu. 9. ponderans pro ratione quod Testator non po-15 test hoc ius Creditoribus impedire, † legatarius verò exercere non valet tacitam hypothecam sibi pro legato competentem nisi in eo quod remanet satisfactis Creditoribus, ut monuit Bart. in l. Creditoribus numer. 3. ff. de separat.

Quod dicitur facultatem disponendi fuisse conditionaliter datam Crescentio, sub conditione scilicet quod infra biennium à die obitus Testatricis teneretur extinguere omnia debita, quibus eadem Testatrix reperiebatur obnoxia, ibi, Con obligo però, e peso preciso di sodisfare in termine di due anni doppo la mia morte tutti li miei debiti, nelli quali mi trouo obligata, Domini nõ habuerunt in consideratione aduertẽtes institutionem fuisse puram, & verba superius relata non fuisse apposita ad suspendendam dispositionem, sed solum pro maiori declaratio-16 ne, † & ad inducendum in hærede obligationem, & onus soluendi debita Testatoris, quę de iure inerit, ex deductis in Viterbien. fideicommissi 17. Februarij 1617. coram Manzanedo in rec. dec. 401. nu. 1. par. 4.

Et ita vtraque &c.

Allegatæ istæ duæ decisiones, in hac eadem causa factæ idest sub die 15. Iunij 1643. & 2. Decembris 1644. coram eodem R. P. D. Cerro Decano, sunt supra in præcedenti part. 9. recent. tom. 2. decis. 205. & 314.

R. P. D. GHISILERIO.

Postea Episcopo IMOLEN.

Placentina Beneficij.

Lunæ 27. May 1647.

ARGVMENTVM.

Valor Beneficij in litteris Apostolicis expressus per non excessum, an & quando dicatur sufficienter probatus abbundantissimè tractatur; & an iustè remaneat probatus per testes, licèt non deponant de valore deductis oneribus, & expensis, anno fertili cum sterili computato, neque concludant de decennio, sed tantum de aliquibus annis, & affirmatiuè respondetur, & in contrarium adduta, quando procedant, clarè explicatur.

SVMMARIVM.

1 *Obitus alicuius probatur ex partita libri defunctorum formiter extracta per Parocum.*
2 *Vacatio beneficij per obitum probatur ex fide Parochi ne dum ad effectum iustificationis sed etiam ad effectum reseruationis.*
3 *Obitus alicuius probatur ex testibus formiter examinatis, deponentibus nedum de publica voce, & fama, sed etiam de visu.*
4 *Vacatio beneficij per obitum probatur ex prouisione facta de eodem beneficio per mortem Rectoris.*
5 *Confessio Rei an, & quando prosit Actori in materia beneficiali.*
6 *Valor beneficij expressus per non excessum, leuioribus probationibus iustificatur.*
7 *Valor beneficij expressus per non excessus potest innotescere Iudici per extraiudiciales informationes.*
8 *Valor beneficij expressus pernon excessum probatur per testes de publica voce, & fama.*
9 *Valor beneficij remanet probatus ex testibus deponentibus de certa scientia, & quid si non percutiant expresse tempus vacationis.*
10 *Valor beneficij iustus quando non dicatur probatus per testes.*
11 *Valor beneficij simpliciter probatus intelligitur deductis oneribus.*
12 *Valor beneficij expressus pernon excessum benè probatus remanet ex testibus, licet non deponant deductis oneribus, & quare.*
13 *Valorem beneficij in quibus casibus non sit necessarium probare per decennium, anno sterili cum fertili computato.*
14 *Probatio valoris beneficij ex quibus coadiuuari possit, & num. 19.*
15 *Testes examinati ad perpetuam rei memoriam, absq. partis citatione suffragantur pro coadiuuandis probationibus.*
16 *Probatio possessionis coadiuuata remanet ex depositionibus Testium licet ad perpetuam rei memoriam examinatorum.*

17 Testes

17 *Testes etiam nulliter examinati faciunt præsumptionem, & adminiculum.*
19 *Valor beneficij an remaneat probatus ex narratiuis in præcedentibus prouisionibus factis.*
20 *Valor beneficij censetur talis, qualis fuit expressus in antecedentibus gratijs.*
21 *Valor beneficij probatur per locationes bonorũ beneficij quandò percutiunt tempus vacationis concurrentibus adminiculis.*
22 *Valor beneficij an dici possit iustificatus, pendente arbitrio Iudicis.*
23 *Valor beneficij expressus pernon excessum ex pluribus simul iunctis resultat sufficienter probatus.*
24 *Valor beneficij expressus per non excessum non requirit exactissimas probationes.*
25 *Valor beneficij quando dicatur sufficienter probatus ad effectũ exequẽdi litteras Apostolicas, & quãdò nõ.*
26 *Valor beneficij ad effectum iustificationis gratiæ non probatur per vnicum testem.*
27 *Valor beneficij obtenti ad hoc vt dicatur iustificatus sufficiunt testes de fama, imò vnicus testis, & qualis, qualis probatio.*
28 *Litteræ Apostolicæ iustificatæ, habent executionem paratam:*
29 *Litteræ Apostolicæ vbi sunt iustificatæ, prouiso competit immisso adinstar. l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen.*
30 *Litteræ Apostolicæ dicuntur iustificatæ, quando prouisus non per præsumptiones sed plenè, & concludenter narratiuam probauit.*

DECISIO LXII.

REVERENDISS. D. Episcopus Placentinus Prouisus à fel. rec. Vrbano VIII. de Beneficio simplici Hospitalis S. Lazzari propè, & extrà mœnia d. Ciuitatis, vti uacante per obitum Alexandri Nicelli extra Romanã Curiam mense Decembris 1641. & cum narratiua ualoris per non excessum in duc. 150. super quibus reseruata est pensio scut. 150. atque narratiua obtentorum, scilicet duorum beneficiorum simplicium non excendentium ducat. 24. & duarum pensionum non excedentium duc. 90. postquam per tres decisiones fuit resolutum, dictum Beneficium ei esse adiudicandum, non autem Ioanni Dominico Nicello de eodem prouiso à Capitulo Collegiatę Florentiolę, institit disputari, an litterę Apost. suę prouisionis sint iustificatę itaut ueniant exequendę, & obtinuit ad eius fauorem responderi cum narrata in illis plenè fuerint iustificata.

Vacatio enim Beneficij per obitum d. Alexandri Nicelli ultimi possessoris extra Romanam Curiam de mense Decembris 1641. de-
1 functi † probatur ex partita libri defunctorum formiter extracta per Parochũ Ecclesiæ S. Mariæ Templi Placentiæ quæ obitum plenè probat, *Rot. decis. 135. num. 2. decis. 307. num. 3. & decis. 540. num. 1. coram bo. me. Buratto, coram san. me. Greg. XV. decis. 78. num. 2. & ibi Adden. litt. A. in rec. decis. 605. nu. 4. par. 2. & decis. 433. nu-*
2 *mer. 4. par. 5.* † nedum ad effectum iustificationis, sed etiam ad effectum reseruationis, vt fuit dictum in *Terulen. Beneficij 7. Iunij 1610.*
3 *coram Manzanedo,* † ex testibus formiter examinatis deponentibus nedùm de publica voce, & fama sed etiam de uisu; *Rota coram san. me. Gre-*
4 *gor. XV. decis. 166. num. 7. & 8. & 10.* † confessione eiusdem Io: Dominici, resultante ex electione, & prouisione de eius persona facta à supradicto Capitulo Florentiolæ per obitum q. Alexandri Nicelli, *gloss. in cap. duobus in verbo si non appareat, vers. vel per confess. de rescript. in 6. Gemin. cons. 38. sub num. 1. vers. sed istud videtur,*
5 *& sub num. 3. vers. tamen quia* † ubi quod licèt confessio rei non prosit Actori in materia beneficiali, quando ex illa sola uellet probare suã intentionem, quia non ex confessione, sed ex Canonica institutione beneficium obtineri debet, tamen quando non fundat titulum suum in illa, sed adminiculatiuè deducit ad ostendendum, quod ex illa confessione beneficium, de quo contenditur, uacauit, potest Actor in tali confessione se fundare, ut notabiliter uoluit, *gloss. supradicta.*

6 Valor † ducat. 150. expressus per non excessum, ad quem probandum regulariter sufficiunt leuiores probationes, *Garz. de benef. par. 5. cap. 3. num. 198. Egid. decis. 674. Put. decis. 26. lib. 3. Caputaq. decis. 277. num. 7. par. 2. Rota coram*
7 *Caual. decis. 533. num. 6. & 596. nu. 1.* † ubi quod Iudex potest etiam se extraiudicialiter infor-
8 mare de ualore narrato, † & testes de publica uoce, & fama; *Rot. dec. 351. num. 2. decis. 455. num. 8. pa. 2. decis. 283. nu. 6. & 7. par. 7. rec. & coram Caual. decis. 517. num. 4. & decis. 572. nu. 3.*
9 *coram eod.* † remanet probatus ex testibus pro parte D. Episcopi examinatis deponentibus de certa scientia, & cum redditione rationis, qui licèt non omnes percutiant expresse tẽpus vacationis beneficij, tamen cum deponant super articulis in quibus fuit articulatus valor de tẽpore vacationis eorum depositiones indefinitè factæ recipiunt interpretationem ab articulis, & habentur, ac si de tempore vacationis deposuissent.

10 Non obstat, † quod non deponunt de valore, deductis oneribus, & expensis, anno sterili cum fertili computato, & sic benè propria dicta non distinguant, & quod nullus ex ipsis cõcludat, nisi de aliquibus annis, non autem de decennio antè concessionem gratiæ, quæ obiecta efficiunt, vt iustum, ac verùm valorem
11 non probent, † nam respectu primæ obiectionis, prætermisso, quod probatio simpliciter facta de valore beneficij intelligitur deductis oneribus, vt dixit *Rota coram san. me. Greg. XV. decis. 273. num. 3. & decis. 277. num. 7. coram eod. &*
12 *decis. 444. n. 5. p. 2. rec.* † & quod in probatione valoris negatiuè narrati non requiritur, quod testes deponant, deductis oneribus, sufficit hoc casu respondere, quod si admittatur in huiusmodi probatione onera non fuisse compræhẽsa resultabit maior probatio, quod valor non excedat summam narratam, quia si valor non excedit 150. compræhensis oneribus, eò minus excedet illis deductis, vt patet ad sensum, & benè aduertit, *Lotter. de re benef. lib. 3. q. 20. numer. 88.* & in specie considerauit, *Rot. coram Mantic. dec. 138. n. 2. & in Tullen. Prioratus 26. Febr. 1644*

Re-

13 Respectu † verò secundæ obiectionis in hoc casu non requiritur probatio valoris per decennium, cum gratia non sit conditionalis nec sit fundata in expressione,& agatur de ipsa substinenda, vt per *Lotter. in d. tract. lib. 1. quæst. 43. num. 23. & lib. 3. q. 20. num. 64. Rota decis. 159. numer. 15. par. 5. rec. & in Casertana Pensionis 31. Martij 1645. coram R.P.D. Bichio §. tandem in fine* decisiones verò, & authoritates in contrarium allegatæ procedunt ad effectum annullandi pēsionem.

14 Pro † coadiuanda probatione valoris d. Beneficij accedit depositio alterius testis formiter examinati in Curia qui deponit, illum non excedere ducat 150. prout fuit narratum in litteris Apost. & hoc esse indubitatum cum de valore fuerit plenissimè informatus, deponendo vlteriùs *de publica voce, & fama* Accedunt alij tres testes examinati ad perpetuam rei memoriam plenè informati,dum primus fuit Cōputista Hospitalis S. Lazzari præcipuè annorū 1641. & 1642. Secundus verò fuit Titularis,
15 & Rector beneficij, de quo agitur; † Nec facit quod fuerint examinati ad perpetuam rei memoriam, absque partis citatione, quia suffragantur pro coadiuuandis probationibus, vt in specie dixit *Rota in Aquilana Canonicatus 28.*
16 *Iunij 1645. coram R.P.D. meo Roias*, † in qua, vt in isto casu fuerunt examinati testes ad perpetuam rei memoriam pro coadiuuanda pessessione, quam *Rota in illa decis.* dixit coadiutam et depositionibus trium testium licèt ad perpe-
17 tuam rei memoriem examinatorum, † & negari non potest quin testes etiam nulliter examinati faciant præsumptionem, & adminiculum, *Bart. sub l. admouendi nu. 41. ff. de iur. iur. Ruin. cons. 46. nu. 10. lib. 4. Alex. cons. 147. sub nu. 2. lib. 6. Aym. cons. 198. num. 11. Dec. cap. 2. num. 31. in fin. &*
18 *seq. de testib. & ità fuit sæpè in Rota decisum*, † Accedunt narratiuæ eiusdem valoris, emissæ in duabus præcedentibus prouisionibus Apostolicis, vna ad fauorem d. Alexandri Nicelli per cuius obitum vltimo loco vacauit beneficium in qua narrantur fructus, redditus, & prouentus non excedere annuum valorem 150. duc. auri de Camera; Altera ad fauorem bo. me. Castellani cum eadem expressione valoris 150. de Camera per non excessum, quæ licèt per se non sufficiant, cum non sint factæ eodem an-
19 no prouisionis ad fauorem D. Episcopi † tamen cum semper facta sit similis expressio valoris, multum faciunt, *Rota coram Mantic. decis.*
20 *81. sub num. 2. vers. & iste testis*; † eò quia valor beneficij censetur talis, qualis fuit expressus in
22 alijs antecedentibus gratijs; † Accedunt locationes bonorum huismodi beneficiorum, quæ cum percutiant tempus vacationis probant illius valorem iunctis adminiculis resultantibus in hoc casu ex tot depositionibus testium,& ex simili expressione valoris facta ab antecessoribus, vt in *Veronen. Pensionis 23. Maij 1607. coram bo. me. Sacrato allegata per adden. ad san. mem. Greg. XV. decis. 101. nu. 5. Rot. in Salernitana Pensionis 4. Martij 1633. & 30. Maij eiusdem coram me, quæ sunt*
22 *decis. 186. & 213. par. 6. rec.* † Omnibus his simul iunctis satis redditur certus animus iudicantis de ualore narrato, à cuius arbitrio pendere iustificationem ualoris, firmauit *Rot. in Casertana Pensionis 31. Martij 1645. coram R.P.D. meo Bichio cum alijs allegatis ab Adden. ad bo. mem.*
23 *Buratt. decis. 538. sub nu. 22. vers. cum id potius*, † & ex pluribus simul iunctis resultare sufficientē probationem narratiuæ ualoris per non excessum dixit ultimo loco, *Rot. 8. Februar. præteriti in Beneuentana Canonicatus coram eod. R. P. D. meo Bichio, §. iustificatio autem, vbi ex Garz. Caual. &*
24 *alijs*, subditur narratiuam ualoris per non excessum non requirere exactissimas probationes.

25 Ità quod † cum in hoc casu concurrant depositiones testium, narratiuæ in prouisionibus Apost. & locationes bonorum beneficij, de quo agitur, non obstat allegata *Gerunden. Prioratus 29. Iunij 1646. coram eodem R. P. D. meo Bichio, in qua Rota censuit*, litteras Apost. non esse exequendas, inhærendo præsertim fundamento non iustificationis ualoris per non excessum, quia ibi non concurrebant tot admi-
26 nicula, quæ concurrunt in hoc casu, † ibi enim unicus tantum testis deposuerat de non excessu, qui non sufficit; *Rota coram bonæ mem. Buratto decis. 411. num. 1. & decis. 779. num. 8. & sic benè applicatur dicta Beneuentana Canonicatus, non autem dicta Gerunden. Prioratus*.

Quod beneficium sit grauatum annua pensione scut. 150. monetæ ad fauorem bo. me. Castellani, probant quatuor testes super hoc formiter deponentes, ex quorum depositione pariter iustificatur ualor obtentorum per D. Episcopum, & quod pensiones non excedant ducat. 90. expressos in litteris suæ prouisionis,
27 quia † in hac materia nedum sufficiunt testes de fama, sed etiam unicus testis, *Rota coram bo. me. Card. Caual. decis. 517. num. 5.* & ad hunc effectum sufficit qualis qualis probatio, *Egid. decis. 682. & fuit dictum coram eod. Caual. decis. 33. nu. 3. coram bo. me. Buratto decis. 121. num. 5. decis. 493. num. 3. & 4. coram eodem, & decis. 10. num. 4. par. 2. recent.*

28 His positis † cum litteræ Apost. iustificatæ habeant executionem paratam, *cap. si quando de rescriptis, gloss. in cap. si Capitulo in verbo exequatur de concess. præbend. in 6. Mohed. decis. 13. circà med.*
29 *vt lite pendente*, † D. Episcopo prouiso competit Immissio adinstar, *leg. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.*
30 cum non per presumptiones, sed plenè, & cōcludenter iustificauerit omnia narrata in suis litteris, & sic probauerit suam intentionem, ut fuit resolutum in *Gerunden. Canonicatus 20. Februarij præteriti coram me.*

Et ità utraque parte &c.

R. P. D. CORRADO

Postea S.R.E. CARDINALI.

Mediolanen. Prioratus.

Lunæ 27. Maij 1647.

ARGVMENTVM.

De cōcessione Remissorię ad probationē iurispatrona-

tronatus maxime in materia antiqua præsens differit decisio.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria conceditur cessante suspicione calumniæ, ac protractionis.*

2 *Immemorabilis quomodo probetur.*

3 *Iuspatronatus non excluditur, sed potius confirmatur ex prouisione Apostolica facta cum reseruatione vel derogatione illius pro vna vice tantum.*

4 *Immemorabilis interrumpitur per actus omninò contrarios, & qui nec interpretationem, nec conciliationem admittant.*

5 *Resignatio beneficij in manibus Papæ sine consensu patroni, non alterat statum illius.*

6 *Testes super qualitate lapidis, vt apparet infixi, à centum, & pluribus annis citrà licèt deponere non possit, potest benè deponere super illius antiquitate &c.*

7 *Testium examen concedi debet etiam quod articuli non sint distinctè concepti vt requiritur, & de ratione.*

Testes possunt in eorum examine clarius se exprimere, & declarare, quam contineant articuli numer. 7.

8 *Probationes leuiores admittuntur in antiquis.*

9 *Descendentiæ probatio eorum est minùs, necessaria de quorum quasi possessione constat.*

10 *Probationes vbi non agitur de causa decidenda, sed de illis solum admittendis, sufficit probabiliter esse releuantes.*

11 *Probationes in dubio sunt admittendæ num. 10.*

Probandi facultas non debet nimis rigidè coangustari num. 10.

DECISIO LXIII.

AGITVR in hac causa de iustificatione litterarum prouisionis Apostolicæ ad fauorem Don Ioannis del Rio, præsertim in ea parte in qua fuit narratum Prioratum esse de Iurepatronatus laicorum ex fundatione, vel dotatione iuxta Decretum, ac formam in eis præscriptam, ibi, *Verificato in primis, & antè omnia coram Ordinario loci, dicto Iurepatronatu ex fundatione, & dotatione huiusmodi &c.* Pro cuius existentia, licet iam fuerit responsum die 14. Martij 1646. ex rationibus in decisione adductis. Quia tamen D. Lazarus Spinola contendens adhuc tum existantiam, tum pertinentiam illius obtinuit denuò audiri; Ideò pro parte Don Ioannis exhibiti fuerunt Articuli, petitæq; litteræ Remissoriales ad effectum examinandi super eis testes in partibus, quas Domini concedendas esse censuerunt.

Quia materia in Articulis deducta releuans est, quippe concernit necessariam litterarum iustificationem, ac etiam veritatis fumum præsefert ex pluribus in eadem Decisione relatis quoad existentiam præfati iuris, quo verò ad pertinentiam ex testibus in Curia Archiepiscopali examinatis, ac Decreto Eminentiss. D. mei Card. Archiepiscopi sub die 26. Ianuarij 1646. ac alijs pro Don Ioanne deductis, quæ omnẽ calumniæ, ac protractionis suspicionem exclu-
dunt, cum nec ille possideat, sed Aduersarius;
1 Ideoq; † petita Remissoria concedi debet *l. Iudices, & Auth. iubemus C. de Iudic. l. Iudices, & Auth. apud eloquentissimum C. de fid. Instr. cap. fin. 30. q. 5. Bald. cons. 344. super eo in fin. lib. 1. Rota penes Cassad decis. 3. de dilat. & Veral. decis. 56. & decis. 59. par. 3. & dec. 183. p. 1. diuers. & dec. 503. sub n. 1. vers. Illorũ releuantia, & dec. 578. per tot. ac dec. 661. sub nu. 1. par. 2. recent.*

Nec obstat, quod immemorabilis in primo
2 Articulo benè deducta † *iuxta gloss. in cap. 1. in verb. memoria de præscr. in 6.* (quam in his terminis probauit *Rota penes Puth. decis. 56. sub num. 1. lib. 1. in correct. & in rec. decis. 360. nu. 13. vers. sextò par. 2.*) sit immprobabilis stànte prouisione d. Prioratus facta de anno 1587. à S. mem. Sixti V. in personam bon. mem. Card. Montalti, ac successiuis resignationibus tanquam de libero, ex quibus cõtrarijs actibus excluditur prorsùs immemorabilis.

Quia prouisio illa in personam Card. Montalti non solùm non fuit facta simpliciter tanquam de libero, sed cum expressa reseruatione cõsensus medietatis patronorum, quatenus esset de iure patronatus laicorum in ea narrato, ac derogatione alterius medietatis pro ea vice tantum, vt legitur in ipsis litteris ibi, *Nec non Iuspatronatus huiusmodi quatenus d. Prioratus de illo existat, & laicorum tantum &c. hac vice dumtaxat specialiter, & expressè harum tenore derogantes &c. dummodo &c. & vlterius medietatis patronorum ad hoc accedat assensus &c.* qui deindè præstitus fuit à DD. de Mantegatijs, tanquam Patronis ad fauorem præfati Cardinalis, vt apparet ex publico Instrumento de anno 1587. die 18. Decembris; Ac successiuè per ipsum Cardinalẽ inita transactio cum bon. mem. Octauiano Mantegatio ab eisdem Patronis antea præsentató, cuius vigore reseruata illi super fructibus Prioratus annua ducatorum tercentorum de Camera pensione, recepit ab eo cessionem, & renuntiationem, quæ fuit ab eodem Summo Pontifice confirmata per Breue de anno 1589. Non. Kal. Maij in actis productum. Ex quibus ne dum nulla resultat cõtrarietas huismodi
3 Iurispatronatus, † quin potiùs illius comprobatio, & confirmatio *Rota decis. 545. num. 3. vers. & prouisio Apostolica par. 1. & decis. 527. sub num. 2. versic. licet enim inter eas par. 4. diuers. & penes bo. me. Card. Saraph. decis. 1334. sub num. 2. vers. & licet, ac n. 3. Buratt. decis. 172. sub n. 10. vers. quia cum constet & sub n. 13. ver. sed etiã ex prouisione ac seq. & in rec. dec. 172. sub n. 9. vers. nõ obstat p. 3. cũ alijs adductis in præcedenti dec. in §. Præsentationes verò cõtinuatæ.*

Ac proinde nec inde deduci potest immemorabilis interruptio, ad quem effectum re-
4 quiruntur actus omninò contrarij; † ita vt nullam temporum, vel alterius legitimæ interprætationis conciliationem admittant *iuxta trad. per Calder. cons. 3. sub num. 3. vers. oportet ergo de consuetud. Rota penes Puth. decis. 184. sub num. 2. vers. Item dicebatur & seq. lib. 2. in correct. & latius explicatur coram Buratt. decis. 739. num. 5. vers. quapropter, & seq.* Resignationes verò successiuè factæ in manibus Summi Pontificis, non requisitio pa-
5 tronorum consensu, † non alterarunt statum d. bene-

d. beneficij, vt ex sententia Rotæ probat *Flam. Paris. de Resignat. benef. lib. 1. q. 4. nu. 30. vers. & talis resignatio, & fuit dictum in Lucana Iurispatronatus* 26. *Iunij* 1619. *coram bon. me. Seleucien. penes modern. Pisan. de Iurepatron. decis. 26. sub numer. 10. vers. & quamuis resignatio.* Quæ tamen (si opus erit) in disputatione causæ latius discutientur.

Minus obstat quod antiquitas infixionis lapidum, quibus inscriptiones, ac insignia d. familiæ de Mantegatijs prædicti iuris probationem adminiculantia insculpta cernuntur à tercentis, & vltra annis, relata in secundo Articulo, per testes probari non possit.

Quia Testes non debent deponere de tempo-
6 re † infixionis lapidum, sed de apparenti illorum, ac situationis antiquitate, de fama, & comuni iudicio, ac alijs sub eorum sensibus benè cadentibus in eodem Articulo deductis, *vt fuit responsum in Mutinen. Plebis 24. Nouembris 1623. coram bon. mem. Coccin. in princip. vers. & quamuis huiusmodi inscriptio &c.*

Præterea non obstat, quod descendentia Cæsaris, Mauritij, & aliorum à quibus causam habet, & respectiuè fuit præsentatus Don. Ioannes non fuerit distinctè deducta per gradus, vel à fundatore, vel ab his qui essent in quasi possessione dicti Iurispatronatus, vt necessarium prætenditur.

Quia (prætermissis modò alijs) Visum fuit Dominis satis esse, quod Articuli se referunt ad exactiorem testium depositionem per ea, quæ viderunt &c. & per ea, quæ audierunt &c.
7 ità † quod expectandæ sunt depositiones testiũ, qui in eorum dictis, atque rationibus clariùs exprimere possunt, & declàrare, quæ sunt necessaria *Specul. in tit. de Test. §. 1. sub num. 63. vers. quid ergo iuncto vers. sed dic. valere &c. sub num. 64. & alij relati per Farinac. de Test. lib. q. 71. sub num. 30. & 31. in 7. & 8. limit.* Et ex earum lectura, & discussione congrue iudicabitur huiusmodi probationis releuantia, præsertim in materia antiqua, quatenus agitur de descendentia à primis fundatoribus, vel quasi possessoribus nominatis in pluribus Instrumentis præsentatio-
8 num, ac Bullis Pontificijs exhibitis, † quo casu leuiores probationes admitti solent *Ceph. cons. 137. nu. 45. vers. & quicquid sit. Mascard. de prob concl. 511. num. 8. vers. Insuper & nu. 10. vers. secundò, & penes Burat. decis. 111. num. 12. vers. Et prædicta, & Reuerendiss. Vrgellen. decis. 438. num. 3. vers. præsertim, in recent. decis. 146. nu. 1. par. 1. & decis. 275. sub num. 7. vers. nam decsendentia par. 3.* Et quoad eos de quorum quasi possessione constabit,
9 nam † eorum respectu eo minus est necessaria huiusmodi descendentiæ probatio *Rota penes Card. Saraph. decis. 1334. num. 8, vers. neque etiam hoc casu, & S. mem. Greg. decis. 452. numer. 17. vers. isti autem, & Burat. decis. 559. sub num. 3. vers. Descendentia vero ac in rec. decis. 224. num. 9. vers. Demum non obstat, & decis. 347. num. 1. vers. quæ quasi possessiõ par. 1. & penes Card. Caualer. decisio. 382. numer. 2. versic. Altera est Conclusio ac Reuerendiss. Vrgellen. decisio. 87. numer. 13. versic. Et cum ipsi &c.*

Postremò est aduertendum, quod in præsentia non agitur de releuantia probationum ad effectum decidendi causam, tunc enim adhibẽda est exacta illarũ discussio, atq; cognita qualis exaduerso proponitur. Sed ad effectum admittendi Articulos pro earum receptione, vt deindè maturiùs discuti possint, quo casu sufficiens est probabilis releuantia, quæ calum-
10 niæ suspicionem excludat, † vt in dubio admitti debeant nè probationum rigidè nimis coãgustetur facultas *contra l. quoniam in fin. ibiquæ Bart. C. de Hæret. & Manich. Rota penes Cassador. d. decis. 3. vers. quæ remissio tunc negatur de dilat. Cæs. de Grass. decis. 1. num. 8. vers. quoniam Rot. &c. eod. tit. & penes S. mem. Gregor. decis. 124. num. 3. vers. quamuis autem, & Burat. decis. 28. num. 3. vers. Et Rota quando etiam dubitatur ac infr. & decis. 656. num. 5. vers. & nihilominus, ac in Turritan. bonor. 23. Februarij 1615. coram bon. mem. Vbaldo in fin. vers. Quia Rota non solet.*

Quare fuit conclusum petitam Remissoriã esse concedendam in forma &c. Vtraque parte in formante &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Auenioneñ Pecuniaria.

Veneris 31. Maij 1647.

ARGVMENTVM:

Imputatio dotis à patre receptæ, an potius cadat in extinctionem dotis maternæ, vel censeatur à patre ratione propriæ obligationis solutæ.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio filiæ censetur correspectiua ad dotem dum in eodem instrumento fuit stipulata, & numer. 13.*

2 *Renunciatio facta ob certam causam dicitur resoluta solutione non secuta in illam causam & n. 15.*

3 *Dos per patrem filiæ soluta paterno adscribitur officio. nec in dotem maternam imputatur, & numer. seqq. vbi uide.*

Amplia conclusionem fortius procedere si pater nihil in solutione vel assignatione expressit nu. 4. & 5. vbi declaratur.

6 *Solutio cadit in antiquiorem, & in debitum pro cuius solutione iam dies aduenerat.*

7 *Solutio censetur facta iuxta conuentionem præcedentem.*

8 *Solutio vt cadat in aliquam causam vtilitas debitoris consideratur.*

9 *Prioritas, & posteritas in eodem instrumento non consideratur.*

Enunciatiuæ omnes in vno eodemque instrumento eodem tempore factæ censentur nu. 9.

10 *Quietantia regulatur iuxta præcedentem obligationem.*

11 *Dos ex fideicommisso ascendenti detrahitur vigore auth. resquæ &c.*

Amplia etiam in fideicommisso ex Linea materna numer. 12.

14 *Filia recepta dote renuncians hæreditati maternæ, non petit amplius dotem de bonis maternis, quæ vig: renunciationis patrimonium patris effecta fuerunt.*

DECISIO LXIV.

PRò Tertia Vice DD. Censuerunt legatum scutorum octingentorum à Spirita Matre Fælitiæ filiæ pro dote relictum, eidem debitũ esse; non autem Creditoribus Claudij Patris, quibus fuerat per sententiam in partibus assignatum; quia renunciatio hæreditatis Maternæ per Fælitiam facta Patri, correspectiuè censetur ad dotem scutorũ bis mille sibi promissam, de maternis bonis, ac hæreditate Pa-
1 terna, postquam in eodem Instrumento stipulata fuit in continenti; vt aduertit *Bald. in l. petens num. 49. C. de pact. & ibi Dec. num. 3. & in l. certi condictio §. si nummos num. 14. ff. de reb. credit. & in cons. 245. num. 5.* & alij relati *per Becc. cons. 92. nu. 6. Tiraquell. de retract. lign. §. 1. glos. 7. num. 76.* Et re-
2 soluta idcircò fuit ob dotem † non solutam in causam debiti materni; vt probat *tex. in l. etiam §. ex causa ff. de minoribus, & in l. Alumna §. Seia ff. de alimen. & cib. legat. not. Bald. in l. petens num. 49. C. de pact. Menoch. cons. 266. num. 15. & de præsumpt. præsumpt. 12. numer. 2. lib. 6.* & plures alij relati per *Giurb. in dec. 85. nu. 20. uers. neque etiam uitiari unum sine altero,* nèc Fælitiæ creditum erga Matris hæreditatem extinxit fauore Claudij Patris promissa non explentis.

Neq. in causam Materni Crediti poterunt imputari scuta mille ipso nuptiarum die de proprijs, ac maternis bonis, soluta per Claudium marito Fęlitiæ. Quia solutio prædicta
3 Paterno † prius adscribitur officio, ex dispositione Iuris relata *in l. ult. C. de dot. promiss. ut præter relatos in dec. die 10. Decemb. 1646. in §. neq. urget, aduertit Bald. Nouell. de dote par. 6. priuil. 6. Barz. decis. Bonon. 29. num. 43. & 44.* & de communi testatur *Mastril. dec. 186. num. 1. & 7.* vbi conclusionem asserit indubitatam, quandò; prout hoc casu contingit in Instrumento dotali Pater non ex-
4 pressit, † quod de prorijs bonis in scutis mille dotem constituebat; pro reliquis vero mille materna bona assignabat, quam etiam conclusionem sequitur *Ioseph. Ludouic. decis. 21. num. 27. & 28.*

Et licèt soleat à Doct. limitari conclusio, quoties maternum quoque debitum forè imputandum in promissa quantitate Pater expresserit, quo casu promissionem Patris restringi ad summam deficientem, calculato prius in-
5 tegro materno debito; † Nèc legis dispositionem procedere in casu tantum dubio militantem; non autem in claro, aduertit *Soccin. sen. in c. tua de sponsal. num. 237. Soccin. Iun. in l. 1. num. 4. ff. sol. matrim.* & ibi *etiam Rip. numer. 32. & 91. Aym. cons. 84. numer. 6. Card. Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 19. num. 27.*

Hæc tamen limitatio non videtur applicari posse in proposito casu, in quo nec controuertitur imputatio materni debiti in summam promissam, vltrà quam nihil à Fælitia prætenditur in quam causam prius cedere debeat solutio dotis facta a Patre de bonis proprijs, ac maternis, de qua non loquuntur Doct. adducti.

Nèc prò elicienda contraria voluntate contrahentium imputandi scilicet in Creditum maternum scuta mille iam soluta per Claudiũ deseruire poterũt cõiecturæ põderatę exa duerso; quia visæ fuerunt leuis armaturæ, & ab informantibus benè sublatæ;

Deducebantur autem hæ coniecturæ ex Instrumento dotali inter Guiglelmum de Guigliomon, ac Claudium de Riuera stipulato ab anno 1607. occasione matrimonij inter filios vtriusq; contracti, vbi præterea sancitũ fuit, quod ex dote librarum duodecim mille ibidem cõstituta, exbursarentur Claudio post annum scuta mille soluenda Fęlitiæ ipso nuptiarum die pro iuribus eidem quomodocunque competentibus super hæreditate Spiritæ Matris, & in diminutionem Paternorum iurium super Castro Sanctæ Mariæ ad eamdem spectantium; Hinc enim pro elicienda contrahentium volũtate imputandi solutionem scutorum mille in debitum potius Paternum, quam maternum, ponderabatur ordo scripturæ; destinata solutio post annum, de quo tempore si matrimonium adhuc non fuisset contractum pro debito Pa-
6 terno agi non poterat, & consequentèr videbantur imputanda in antiquiorem causã† materni debiti, prò cuius solutione iam dies aduenerat, *iux. tex. in l. in ijs l. si ex pluribus §. Lutius Titius l. cum ex plurib. ff. de solutionib. Menoch. de arbitr. casu 493. num. 19. lib. 2.* cùm alijs per addentes *ad dec. Gregor. 521. num. 13.* subsecuta deindè solutio de pecunijs ipsius Guiglelmi in causam materni debiti destinata ex conuentione præcedenti,
7 iuxta † quam præsumitur facta solutio, iuxta *tex. in l. solutionem C. de re iudic.* vbi notant Doct. communiter *Rot. coram Caualer. decis. 149. num. 3. & 292. nu. 2. par. 2. recent.* Ac demum vtilitas ex solutione materni debiti Claudio contingens, dum per eam duplex obligatio extinguebatur, altera, qua eidem Guiglelmo pro materno debito soluere promiserat, altera, qua poterat Felitia conueniri ex promissione prædicta; quæ
8 sane vtilitas solet à Doctoribus ponderari, † ad effectum, vt in eam causam cedat facta solutio vt aduertit *Aymon. cons. 106. numer. 9. Decian. respons. 109. numer. 17. lib. 2. Rot. coram Buratt. decis. 464. num. 5.*

Hæ tamen Coniecturæ nõ visæ fuerunt DD. vrgere; ea enim, quæ ex ordine scripturæ desumitur a DD. reprobatur, negantibus in eodem Instrumento prioritatem, ac posteritatem dis-
9 positionum; † cum omnes ibidem enunciatæ, eodem tempore factæ censeãtur, *iuxt. Theoricam Bartoli in l. contractus num. 5. & 6. C. de fid. instrum.* quam refert, & sequitur *Becc. cons. 45. numer. 34. Aym. cons. 298. num. 13. uers. imò isti duo actus, Surd. cons. 216. num. 9. & 322. num. 65. in fine, Menoc. in adducta præsumpt. 12. num. 3. lib. 6.* & Alijs, quos sequuta fuit *Rot. in Rom. Saluiani de Casalibus, 11. Martij 1643. in §. hinc non obstant, quæ dicebantur coram R. P. D. meo Peutingerio;* Prout etiam tollitur, tum ex instrumento dotali postea celebrato cum viro Felitię, vbi prius de bonis proprijs, quam maternis à Claudio Patre legitur facta dotis promissio, & consequenter videtur à pręcedenti conuentione recessisse; quatenus ordo scripturae debuisset attendi; Tum etiam ex quietantia de scutis mille de anno 1609. à Clau-

Claudio facta Guiglelmo de Guiglomon, sub promissione conuertendi receptam quantitatē in diminutionem dotis scut. bismille a se promissæ Felitiæ in die nuptiarum, iuxta tenorem propriæ obligationis, in cuius deindè executionem in continenti eandem summam exbursauit Ludouico Viro Felitiæ; Hinc enim oritur quoque præsumptio recessus a primæua conuentione, inita de anno 1607. quia in eadem quietantia præsente Guiglelmo, ac Ludouico Viro Felitiæ subscripta, habita fuit relatio ad præcedentem obligationem Claudij de bonis proprijs prius, quàm maternis mentionem facientem; iuxtà quam idcirco quietautia prædicta debet regulari, ex notatis in *l. Asse toto ff. de hæred. instit.* vbi notant communiter Doct. & latè probat *Surd. decis. 212. nu. 14. & 291. n. 19. Tiraquell. de legib. connub. glos. 7. n. 183.* vel saltem dignoscitur qualis fuerit contrahentium voluntas in eodem Instrumento celebrato de anno 1607. ne scilicet pro vt etiam ibidē asseritur; Felitia dotem promissam à Patre, & in defectum Paternæ substantiæ non solutam, ex Castro Sanctæ Mariæ supposito fideicom-
11 misso Ascendentium posset detrahere, iuxtà dispositionē iuris resultātē *ex Auth. res quæ C. com. delegat. quā cōprobat Peregr. de fideic. art. 42. n. 1. cū seq. & num. 30. Fusar. de substit. quæst. 531. num. & in for-*
12 *tior. terminis.* Videlicet Ascendentis † ex linea materna. firmauit *Rot. in Romana dotis 23. Iunij 1645 confirmata sub die 23. Maij sequentis anni coram R.P.D. meo Otthobono*, & consequenter tolluntur etiam aliæ coniecturæ superius ponderatæ; præterquàm secunda in ordine, remouetur ex facto, ex quo constat, causam materni debiti dici non posse antiquiorem, vti relictum in die nuptiarum, ad instar Paterni.

Leuis etiam visa fuit altera coniectura elicita ex eodem Instrumento dotali Felitiæ, in quo dum Claudius Pater post decretam solutionem scutorum mille in die nuptiarum, reliquum dotis de bonis suis persolui mandauit præcedentem idcirco solutionem in extinctionem crediti materni videtur assignasse; Quia postquam Felitia in eodem Instrumento post dotem promissam, iura meternæ hæreditatis
13 proprio Patri renunciauit,† & sic correspectiuè, vt præter supra relatos, aduertit *Aymo. cons. 298. num. 13. Soccin. cons. 156. vers. ista enim simul. & in cons. 274. vers. confirmatur*, & alij plures relati *Giurb. decis. 85. num. 18.* dotem amplius consequi
14 non potuit ex hæreditate materna, † effecta vnicum patrimonium, Patris vigore renunciationis per eumdem acceptatæ, prout in terminis aditæ hæreditatis probat *tex. in l. sed si plures §. filio ff. de acquir. hæred. Iason. in §. actionum inst. de act. ante finem Dec. cons. 266. numer. 1. Rom. cons. 40. numer. 2. Rot. decis. 144. numer. 3. par. rec.* qui idcircò iure merito de suis bonis dotem eidem persolui mandauit.

His cessat vltima coniectura desumpta ex actione intentata cōtra bona hæreditaria Claudij pro residuo dotis, postquam enim in vim renunciationis prędictæ hereditas materna vnicum Claudij patrimonium euasit contrà hoc prius Actio debuit experiri, quę deindè per Creditorū concursum inefficax detecta dirigi putuit cōtra hęreditatē matris pro assecutione legati, nō obstante renūciatione correspe-
15 ctiua, ob nōimpletam sui Patris† promissionē resoluta, vt late probat *Giurb. decis. 85. num. 20.* Et ita vtraq. &c.

☞ *Prima enim vice fuit dictum sub die 10. Decembris 1646. coram eodem R.P.D. Leone Verospio, quæ cum adhuc impressam non reperio, erit in Miscellanea Decisionum suo loco Secunda vice fuit dictum sub die 5. Aprilis 1647. est supra in hac parte 10. decis. 39. & Tertia vice in præsenti decisione 64.*

R. P. D. MELTIO.

Postea Reuerendiss. Episcopo PAPIEN.

Tiburtina redditionis rationis.

Lunæ 3. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Hipoteca tacita semper inducitur ex dispositione legis ad fauorem pupilli contra bona Tutoris, an autem ista tacita hypoteca sic à lege inducta preferenda sit hypotecę posteriori expressæ, & resolutio est affirmatiua.

Retentio tunc datur, quando creditum est adeo clarum, vt nullo modo de eo hęsitari possit; vndè quamuis hæredi qui soluit creditoribus anterioribus competat retentio bonorum hæreditariorū, tamen secùs esse firmatur, quando constat ad eius manus peruenisse plura bona ad hęreditatem spectantia, & per hęredem alienata, si de eis non fuerit reddita ratio.

SVMMARIVM.

1 *Dos promissa in quantitate, ex quibus censeatur soluta, & num. seqq.*
2 *Solutione eius quod debetur remanet extincta omnis obligatio debitoris.*
3 *Hypoteca tacita semper inducitur à lege ad fauorem pupilli contra bona Tutoris.*
4 *Creditor posterior opponere non potest exceptionem retentionis contra creditorem anteriorem cum hypoteca.*
5 *Donatarius deficientibus alijs bonis hæreditarijs tenetur ipse ex bonis sibi donatis, creditoribus Donatoris satisfacere.*
6 *Donatio facta in præiudicium tertij est reuocanda.*
7 *Bona donata filiæ quando dici possint effecta dotalia, & quando non.*
8 *Donatio facta inter Patrem, & filiam non substinetur.*
9 *Donatio facta à Patre filiæ, quando censeri debet reuocata de consensu eiusdem filiæ.*
10 *Hypoteca dotis posterior an præferenda sit anteriori tacitè inductæ ex dispositione legis ad fauorem pupilli.*
11 *Hypoteca tacita inducta ex dispositione legis ad fauorem pupilli contra bona Tutoris an, & quando habeat eumdem effectum, quem habet expressa.*
12 *Retentio bonorum hæreditariorum competit hæredi qui soluit creditoribus anterioribus, & quando secùs numer. seq.*
13 *Hæres præsumitur satisfecisse creditoribus anterioribus vel*

bus vel sibi ipsi, ex pretio retracto de bonis hæreditarijs ab ipso venditis.

14 *Redditio rationis vbi ab hærede facta non fuit, non potest impediri executio mandati.*

15 *Administrator ante redditam rationem non potest dici creditor, & quare.*

16 *Retentio non competit pro credito turbido.*

17 *Retentio tunc datur, quando creditum est adeò clarum, vt nullo modo de eo hæsitari possit.*

18 *Mandatum venit exequendum, quando validitas non contrauertitur, & iustitia probata remaneat.*

DECISIO LXV.

FVIT alias ad fauoerm Lentuli de Lentulis vigore sententiarum Rotalium, & rei iudicatæ relaxatum mandatum in summa scutorum 1044. contra bona hæreditaria q. Ioannis Baptistæ Britij, qui bona administrauit ab anno 1625. vsque ad annum 1632. q. Marci Antonij Lentuli, cuius est hæres dictus Lentulus eius frater germanus. Felix autem Britia filia, & hæres d. Ioannis Baptistæ, & vxor Ioannis Vrsini sub 25. Ianuarij 1645. discussis partis in dicto mandato contentis, obtinuit detractionem scutorum 177. vnde mandatum exequendum erat pro summa scutorum 867. Sub 9. Iunij eiusdem Anni ad fauorem Felicis fuit aucta partita scut. 101. vti soluta ab eodem Ioanne Baptista, Luciæ Britiæ, prætensæ creditrici dicti Marci Antonij, & sic creditum Lentuli fuit firmatum in scut. 766. Sub 15. vero Ianuarij 1646, discussis iterum partitis examinatis sub dicta die 9. Iunij DD. ordinarunt, quod dicta partita scut. 101. apponeretur ad creditũ Lentuli, quod propterea fuit denuo creatum in summa scut. 867. Hodie vero eadem Felix cum dd. partitas amplius controuertere non posset, cæpit prætendere, dictum mandatum non esse exequendum, sub prætextu tam nonnullorum creditorum anteriorum sibi competentium, quam dotis ipsi assignatæ ab eodem Ioanne Baptista eius patre vsque de anno 1623. in summa scut. 1500. licet postea ipsa fuerit nuptui tradita solum de anno 1633. Vnde disputato sub hac die hoc particulari dubio, scilicet, prædictum mandatum Rotale esset exequendum, DD. affirmatiuè responderunt, prætterquam in bonis expressis in Instrumento anni
1 1637. 21. Nouembris, † quia ex illo apparet, eandem Felicem vnà cum suo Marito prò satisfatione d. dotis elegisse ex bonis hæreditarijs d. Ioannis Baptistæ duo melendina ad vsum olei alteri coniunctum, & vnitum positum in Ciuitate Tiburtina, in contrata S. Crucis iuxta bona illorum de Cecosalis, nec non aliud Molendinum ad vsum grani, cum cartheria, vnita in eodem loco, & vnum oliuetum in territorio Tiburtino in loco detto Carciano Summario Lentuli dato sub hac die *num.* 1. Postquam, electionem, & acceptationem dd. Corporum, prædicti Coniuges de tali dote dicũtur satisfacti ad *tradit. per Mantic. decis. 344. num. 7. Vinc. de Franc. decis. 108. num. 8. ibi, quod quando pro dote pro-*
2 *missa, & decis. 307. num. 41. par. 7. recent.* † maximè cum illa acceperint in solutum, ex quo nedũ extincta remansit omnis obligatio Ioannis Baptistæ debitoris, sed perempta etiam fuit quæcumque actio, quæ ipsis Coniugibus competere poterat ex tali obligatione *l. solutione ff. de solut. l. soluendo ff. de negoc. gest. & institut. quibus modis tollitur obligat. in princ. Surd. decis. 113. num. 2. versic nam solutione, & decis. 536. num. 2. vers. & Domini p. 1. Rot. in recent. Romana pecuniaria 2. Iunij 1634. versic. quia hoc non controuertitur coram bo. mem. Pirouano.*

Neque obstat Instrumentum donationis factę sub 2 Octobris 1633. per d. Ioannem Baptistam ad fauorem D. Felicis, continere hypothecam expressam, dum post eius obitum donauit Domum existentem in dicta Ciuitate Tiburtina cum omnibus mobilibus in ea existentibus, acceptatio prędictorum corporum ab eiusdem Coniugibus electorum pro dote, facta fuerit sine pręiudicio d. donationis.

3 Quia cum hypotheca ad fauorem Marci Antonij, a quo causam habet Lentulus eius hęres, inceperit ab anno 1625. de quò tempore d Ioannes Baptista suscepit administrationem bonorum dicti Marci Antonij, cum tacita semper inducatur hypoteca a lege ad fauorem pupilli contra bona Tutoris secundum *Bald. in l. cum oportet §. fin. C. de bon. quæ lib. Salicet. in l. pro officio C. de administr. Tutor. gloss. in cap. ex litteris verb obligata post princip. ibiq. Abb. num. 11. de pign. Negusan. eod. tract. part. 2. membr. 4. num. 12. versic. prima est Mantic. de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 16. num. 18. Rebuf. ad constit. Galli tom. 2. tit. de constit. reddit. art. primo gloss. 14. num. 16. Surd. de alim. priuil. 49. nu. 17 Gratian. discept. foren. cap. 601. numer. 1. & cap. 935. num. 5. Soccin. sen. consil. 62. num. primo lib. 1.* vtique
4 est anterior † illa allegata per Felicem a qua propterea non potest impediri illius executio, nec contra eam opponenda est exceptio retentionis *text. in l. assiduis verb. licet anteriores circa fin. C. qui potior in pignor. habeant. Negus. de pign. d. 4. membr. par. 2. n. 98. vers. tamen mulier. Mantic. de tacit. & ambig. d. lib. 11. tit. 2. n. 15. §. præterea Rimin. Iun. cõs. 16. num. 3. Duran. decis. 141. num. 4. & decis. 412. nu. primo Romana Saluiani de Casalibus 21. Iunij 1641. coram R. P. D. meo Cerro vers. & visa fuit cessare &c.*

At in omnem casum dicta donatio non suffragatur eidem Felici, dum bona in ea comprehensa, omne ferè Ioannis Baptistę patrimonium absumunt, nec alia remanerent, ex quibus
5 possit satisfieri Creditoribus, † ideoq. deficientibus alijs bonis hęreditarijs, Felix in subsidiũ ex bonis sibi donatis tenetur creditoribus Ioãnis Baptistę satisfacere, cum non potuerit debitor per translationem bonorum suorum titulo lucratiuo in alium factã illos omni Iure
6 priuare, † & ideò talis donatio tanquam in pręiudicium tertij facta, est reuocanda *Ias. in l. his, qui pro emptore numer. 120. Bart. in l. si indebitum §. si Procurator ff. de condit. indebit. gloss. final. in l. æris in alieni ver. in subsidiũ C. de donat. ibique Bald. n. primo versic. idem si donator maiorem partem, & Angel. in fin. versic. idem si donaret Salicet. sub num. 2. versic. quandoque quis donat rem, Tiraquell. in l. si unquam uers. omnia, uel partem num. 4. & 12. C. de reuocan. donat Guttier. de Iuram parte 3. cap. 15. num. 20. uersic. Sed quod deducatur æs alienum, & seq. Mar. Anton.*

uar.

nar.resol.lib.primo resol.88.num.9.§.secundo bona donata absorberent &c. Abb.consil. 102. circa personarum num.3.uers.quod si simpliciter & Rimin.Iun.cons. 98.num.15.& consil.529.num. 41. Boer. quæst. 204. num.47. uers. & ista regula, iuncto uers. & prædicta procedere uidentur. si vero Felix vti intendat donatione sibi facta vsque de anno 1623. nec ista
7 ei suffragatur; † cum non fuerit facta contemplatione certi matrimonij minusque bona fuerint consignata marito, adeo vt ex tali assignatione dici possint facta dotalia. l.Titio centum, §. Titio genero, versic.hoc enim de condit.& demonstr. Mantic.de coniectur.vlt.volunt.lib. 11. tit.22. num.40.Castr.consil.345.num.primo libro primo, ma-
8 ximè † cum fuerit facta inter Patrem, & Filiam quæ ideo non substinetur, l.donationes. quas parentes 25.C.de donat.inter vir.& vxor. Gratian. discept.foren.cap.82.num.2.& 3.& cap.397.nu.3.Natt. consil.273.numer.2.lib.2. Alex.consil.181. in princip. lib.1.Rota decis.397.num.3.par.5.recent. Et in om-
9 nem casum † illa censeri debet reuocata de consensu eiusdem Felicis, dum eidem de anno 1633 fuit constituta alia dos, cuius in eam quoque fuit translatum dominium, l. traditionibus C. de pact.Dec. cons. 598. num. primo, versis his, quæ accuratè &c.

10 Nec releuat, † quod saltem hypotheca dotis posterior præferatur tacitè anteriori inductę ad fauorem Lentuli. Quia cum fuerit resolutum in hac causa coram Reuerendissimo D. meo Decano sub 13. Maij 1642. redditionem rationis factam nomine Ioannis Baptistæ, non
11 fuisse sine dolo, † certum est, Lentulum esse præferendum omnibus creditoribus, tam ex causa dotis, quam quouis alio titulo priuilegiatis, & quamuis agatur de tacita hypotheca, tamen ea ex dispositione legis, & sola ratione in hoc casu habet eumdem effectum, quam habeat expressa, Negus.de pign. par. 2. membr. 4. num.2.in fin.vers.sed erit tacita, & num. 97. versic. dum autem dictum est quæst.7. in fin. Mantic. de tacit. & ambig.dicto lib.11.tit.11. num. 7. in fin. Gratian. discept.foren.capit.935.num.8.9.& 10.Roman.consil. 147.num.primo Alex.consil.58.num.5. vers. præterea ex dispositione statuti lib.7.Rimin. Iun. cons. 587. numer. 14.

12 Non obstant exceptiones † quæ demum per Felicem dantur aduersus d.mandatum ad effectum obtinendi retentionem aliorum bonorū hæreditariorum d. Ioannis Baptistæ sub prætexu solutionis factæ nullorum debitorum anterioribus eius creditoribus. Quia licet videatur iustificata prima partita scutorum 600. solutorum hæredibus Boni Galleani pro extinctione Census per d. Ioannem Baptistam illi venditi de anno 1616. sub die 2. Iulij, Atque alia partita scut. 80. pro fructibus vsque ad extinctionem dicti census decursis, Nec non alia partita scutorum 426. 70. pro capituli, & scutorum 80.pro fructibus decursis per eandem Felicem pariter solutorum Petro Paulo de Angelis pro extinctione similis Census illi vēditi per ipsummet Iaannem Baptistam de anno 1624. 13. Nouembris, & demum alia partita scutorum 271. 5. ex eadem causa solutorū Iosepho Cappuccino, cui venditus fuit alius similis impositus census per eundem Ioannem Baptistam de dicto anno 1624. 13. Februarij, quæ partitæ in vnam redactæ constituunt sūmam scutorum 1475.baioch. 75. pro qua pręsupponuntur Iura acquisita, adeo vt ipsi competat retentio dd. bonorum hæreditariorum, ac in eorum possessione se tueri possit ad text. in l.quia debitore ff.qui potior.in pign.habeant. & in l. si potiores, ibiq.gloss. fin. C. de his, qui in prior. cred. loc.succed.Cardin.Mant.dec. 69. numer. 5. vers. neq. obstat.

Tamen cum appareat ad manus eiusdem Felicis peruenisse census, pluraq. alia bona stabilia, mobilia, & semouentia, spectantia, ad hæraditatem d. Ioannis Baptistæ, quæ quidem bona omnia descripta fuerunt in Inuentario per eam confecto sub die 24.Maij 1624.& quædam ex illis fuisse vendita, nempè vnam possessionem, & vnum oliuetum Hieronymo Rosolino sub die 11.Decembris 1636. pretio scut. 1400. monetę, atque sub die 21. Nouembris 1637. alias duas petias terrarum eidem Resolino pretio scutorum 1221. 87. ÷ vt colligitur ex Summar.Lentuli dato in propositione huius causæ sub 4. Iulij præteriti, & de his omnibus nullam fuisse redditam rationem ab eadem Fe-
13 lice, prout tenebatur, † Ideo præsumendum est ex dd. scutis 2621. retractis ex pretio venditorum bonorum ipsam satisfecisse dd. creditoribus anterioribus Ioānis Baptistæ, vel sibimetipsi pro iuribus ab illis acquisitis text.in l. Marcellus §.res, quæ ff.ad sen.Consul.Trebel.vbi, Ias.numer.12.Peregr.de fideicom.art.35. num. 22. vers. sed interim Fusar.de substit.quæst.667.num.14.Gabr.cons 138.num.3.vol.2.Rota dec.580.num.7.vers.hanc tamen par.1.diuers.432.num.8. & 9.par.4.decis.77.numer.14.vers.quo verò par.5.recent.& 547. num. 16. eadem p.5. tom.2.Greg.decis.67.num.16.Caualer.dec. 171.num. 1. & 453. num. 3. Bonon. fideicommissi de Clauarinis 10. Decembris 1638. coram R.P.D. meo Royas, & in Bononien. fideicommissi de capite ferro, 19.Febr.1646. vers. tertia distinctio coram. R.P.D.
14 meo Corrado, & dum non † fuit per Felicem reddita ratio, non potest per eandem impediri executio mandati, de quo agitur text. in l. fin. C.contra Iudic.tutel.Excobr.de ratiocin.cap.21.nu.12. & 22.in fin.Cancer.var.resol.lib.3.cap.7. de pact. numer.328.Giurb.decis.15. num. 3. Duran. decis. 247.
15 num.12. Immò † neque ipsa dici potest Creditrix cum semper præualeat præsumptio consumptionis, & vsurpationis bonorum administratorum, vt explicat Negus.de pign. 1. memb. 5. par.num.37.vers.ex quo Greg XV.decis.254. num.3. & ibi Add.num.8.Buratt.decis.443.num.2.& in rec. decis.547.num.17.par.5.tom.2.& decis.3.nu.5.par.6.
16 Sed quatenus † etiam dicta Felix esset creditrix, cum tamen eius creditum remaneat turbidum ob non redditam rationem, sufficit, nec ab ea aliqua retentio peti possit. l.fin. vbi DD. C. de de compensat. Alex.cons.95.nu.1.lib.4.Surd. decis.46. in fin.Caualer.decis.539. Adden.ad Burat. decis. 160. num.2.& in recent.decis.679.num.5.par.1.433.nu.2. par.2.& 743. num.11. par. 5. recent. Romana quarti dotalis 19.Iunij 1728.coram bo.me.Coccino, Romana, seu Ianuen.locorum montium 31.Maij 1638.§.ex quibus negari saltem, &c.coram bon.me.Boccabella, & 1.

Martij 1641. coram R.P. D. meo Royas, Romana fideicommissi de Capiteferro 10. Martij 1645. vers. & ex
17 *prædictis coram R.P.D. meo Corrado*, Ad hoc† enim vt retentioni locus esse possit creditū, cuius vigore agitur, debet esse adeó clarum, vt nullo modo de eo hæxitari possit *l. 1. C. si secundo nups. mul. Bald. in l. item quia num. 3. in 2. lectur. ff. de pact. Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 121. num. 88. Menoch. cons. 858. numer. 8. Duran. decis. 197. numar. 1. Romana de Marescottis 24. Maij 1624. coram bo. me. Remboldo.*

18 Vnde cum† validitas dicti mandati non cōtrouertatur, ac illius etiam iustitia remaneat probata ex pluribus decisionibus tam coram Reuerendissimo D. meo Decano, quam coram me emanentis, illud venit executioni demandandum pro dicta summa scutorum 867. *text. in l. 2. C. de execut. rei iudic. Rota decis. 498. num. 1. p. 1. & decis. 69. num. 3. vers. venit exequenda par. 6. recent.*

Et ita vtraque parte &c.

R. P. D. ARGVELLES.

Romana Societatis Affictus.

Lunæ 3. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Societas nihil aliud est, quàm quædam communio totius lucri, & damni, ac proinde bonam fidem, summam æquitatem magnamq; æqualitatem desiderat, quia iniqum est ex eadem societate, alium plùs, alium minus consequi debere, vnde omnia ex d. societate prouenientia sunt inter socios communicanda, & diuidenda, & in casum inobseruantiæ prout in præsenti, benè potest relaxari mandatum ad factū pro redditione rationis, etiam durante societate, quia inter socios rationes quandocumque reuidere debent, dummodo sine calumnia petantur.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cammeralis habet executionem paratam.*
2 *Iuramentum ex mera voluntate dependens obligat iurantem ad factum implendum.*
3 *Factum promissum in obligationibus facti, præcisè venit adimplendum.*
4 *Conuentio tamquam aperta lex inter socios est seruanda.*
5 *Socius qui administrauit effectus societatis debet exhibere computa, & restituere consocio medietatem lucri.*
6 *Socius administrator effectum societatis quando cogendus sit ad reddendam rationem consocio de omnibus effectis ad eius manus peruentis.*
7 *ad Factum an, & quando quis compelli possit.*
8 *Obligatus ad factum ex legis dispositione, siue promiserit siue non, cogi potest ad factum.*
9 *Societas bonam fidem Summāque æquitatem desiderat*
10 *ex Societate iniqum est alium plus, alium minus consequi.*
11 *Societas est communio totius lucri, & damni.*
12 *Socius administrator tenetur reddere rationem alteri consocio, & quare num. seq.*
14 *Socius administrator benè compellitur ad factum redditionis rationis.*
15 *Mandatum executiuum non potest relaxari contra socium nisi omnibus computis solidatis, & quare numer. seq.*
16 *Administrator potest dari casus quod remaneat debitor, & potest dari etiam casus, qund remaneat creditor.*
17 *Lucrum non intelligitur nisi damno deducto, & ecōtra*
18 *Conuentio inter socios de diuidendo quidquid durante societate fuerit ex illa percettum quommodo intelligenda sit.*
19 *Administrator, qui se obligauit ad fauorem socij rationem reddere, & reliquatum soluere, non tenetur soluere, nisi postquam accepta, & data simul fuerint computa.*
20 *Socius an, & quando durante societate compelli possit ad reddendam rationem.*
21 *Redditio rationis inter socios quandocumque fieri debet si petatur sine calumnia amplia ut nu. 22.*

DECISIO LXVI.

HYACINTVS contraxit cum Medoro Societatem Affictus Casalis cum certis pactis inter quæ illud erat, quod omnia, ex Casali conducto prouenientia essent inter socios communicanda, & diuidenda *Sum. Medori num. 2.* cuius inobseruantia dedit inter eos causam liti; vnde contigit dubitari: An esset relaxan. mandatum exequutium contra Hyacinthum pro communicatione Lucri ex d. communi negocio percepti. Et pro affirmatiua informantes pro Medoro adducebant.

1 Primo† Instrumentum publicum vallatum obligatione Camerali, quæ habet paratam executionem *Cagnol. in l. si liberarius 93. num. 91. uers. quid de instrumento ff. de reg. iur. Galles. ad 4. partic. oblig. Cam. q. 1. n. 1. & seq. Zacch. eod. tract. q. 2. n. 5. & post eum Rot. decis. 12. numer. 1. decis. 70. numer. 1. decis. 98. numer. 2. decis. 118. numer. 5. decis. 131. numer. 2. decis. 137. num. 10. decis. 155. num. eod. & alibi passim.*

2 Secundó iuramentum † quo fuit promissum implemētum prædicti Instrumenti, quod cum dependeat à mera voluntate ipsius Hyacinthi obligat hunc præcisè ad factum adimplendum *glos. in l. si pecunias 5. in princ. in uerb. necesse habeas ff. de condit. ca. dat. quam dicit singularem Ias. in §. Actionum num. 24. instit. de act. & in §. item si quis Postulante num. 12. eod. tit. & in l. stipulationes non diuiduntur num. 33. uers. ultra limitationes ff. de uerb. obl. Surd. cons. 3. num. 7. lib. 1. Grat. decis. 853. num. 71. & 82. cum alijs in Anconitana Mannæ 13. Maij 1644. §. nam pro responsione uers. Idq. fortius coram R.P.D. meo Corrado latè Guttier. de iuram. confirm. lib. 1. cap. 39. per tot. latius Seraph. de priuil. iuram. priuil. 74. etiam per tot. qui multos alios congerunt.*

3 Tertio statutum † Vrbis lib. 1. cap. 146. disponens quod factum promissum in obligationibus facti præcisè veniat adimplendum, dictūq. statutum amplexa est *Rot. decis. 805. num. 3. & seq. penes Seraph. & decis. 87. sub num. 1. uers. quod procedebat penes Andream, & in alijs relatis per Fenz. ad d. cap.*

d.cap.164.num.1. & per Add. ad S.mem. Greg.XV. dec.241. sub num.7. vers. Hoc non procedit stante Iuramento, in Instrumento autem, de quo agitur
4 fuit expressè † conuentum, quod omnia ea, quę durante affictu ex Casali perciperentur essent communia inter dd. Socios, & inter eos æqualiter diuidenda, quæ conuentio tanquam aperta lex inter socios est seruanda l. certi conditio 9.§. si nummos ff. si cert.pet.l.1. in princ.ff. de pact. l. iurisgentium §. Prætor ait ff.eod. l.1. §. si conueniat ff.deposit.l.fin.ff.naut.caup.stabul.l.1.ff. de const.pecun. l. cum amplius 85. in fin. ff. de reg. iur. cum alijs per Velasc. in axiom.iur.lit.P.Nu.1.Rot.dec.692.num.9. ante fin. vers. Neque consideratur par.1. rec. Seraph. decis.815.num.3.

Verum Domini censuerunt relaxan. esse mandatum ad factum pro redditione rationis,
5 & moti † fuerunt ex eo quod Hyacinthus administrauit effectus d. societatis; Ideò cum non doceat exhibuisse computa, & restituisse Medoro medietatem Lucri prout debuit ad hunc effectum l. cum seruus 82. ff. de cond. & demonstr.l. si ita fuerit 13.§. quæstio ff. de manumiss.testam.l. non solum 9.§. His qui reddere ff. de libert. legat.l. Boues 89.§. Item reddere ff. de verb.signif. Afflict.dec.157.num.2. Rot.dec.554.n. eodem coram S. mem.Greg.XV. in Lucen. redditionis rationis 17. Iunij 1630. coram Merlino, & in Meleuitana Mercium 8. Aprilis proxime preteriti, coram me, cogendus
6 est hodie † ad redden. rationem Consocio de omnibus effectibus ad eius manus peruentis, Hector. Felic. de societ. cap. 37. sub num.1. Rota Ianuen.decis.165.num.6. & dec.183. sub num.5. & in rec.p.2.dec.269. sub num.1.vers. & qua propter &c.
7 Nam quidquid sit, An possit † quis ad factũ compelli Doctoribus super hac conclusione acerrimè inter se digladiantibus, & negatiuam tuentibus citatis per Seraph. & Guttier. vbi sup. Parlad.rer.quotid.lib.1.c.6.§.2.Ant. Faber. de error. Pragmat.dec. ad 85. error. 1. & 2. Affirmatiuam Pichard. cum alijs lib.4.instit.tit. de offic. iudic.17. §. finium regundorum 6.cap.12.num.195.Melch.de Valent.tract.Illust.lib.2.tract.2.cap.4.an.18. vbi multos textus allegat explicat, & ad concordiam reducit. Distinguentibus alijs inter Obligationes dandi, & faciendi vt post Bart. in l. 1. ff. de act. empt. & in l. stipulationes non diuiduntur ff. de verb.oblig.Gifan. ibi in fin. Couar.var.tom.2.cap.19. Donnell.lib.15. comment. cap.3. Fachin. qui plures refert pro vtraque opinione lib.3. contr. cap.17. Euerard.Broncorst.Enunciofonum Centur.2.attest.57
8 Illud inter omnes conuenit † quod quando quis est obligatus ad factum ex legis dispositione, tunc siue promiserit, siue non, cogi potest præcisè ad factum l. 1. in princ. ff. de admin.Tut.l.3.C. de suspect.Tut.§. sciendum in fin. instit. de satisd.Tut.l. si quis magistratus 9.ff. de muner. & honor.l. prima §. si quid ergo ff. de ventr.inspicien. l.Item si cum exceptione alias C. si cum exceptione 14 §. sed si quis 9.ff. de eo quodmet.caus. l. stipulatio 21. §.Opus 3.ff. de nou.oper.nunc.et ex Bart. ac alijs antiquioribus Anton. Gomes var.tom.2.cap.10.n.22. vers. secundus casus.
9 Vnde † cum societas bonam fidem, summãque æquitatem desideret l.3.C. pro soc.l. bona fi-
10 des 31.ff.deposit.Et magnam æqualitatem; † quasi iniquum sit ex eadem societate alium plus, alium minus consequi, vt hisce verbis Iurisconsultus in l. verum 63.§. si cum tres 5.ff. pro soc.
11 Quia † societas nihil aliud est quam communio totius Lucri, & damni l. si vnus 67. in fin. princip.ff.eod.Faber. post alios in d.§. si cum tres.
12 Propterea † socius qui administrauit tenetur reddere rationem alteri Consocio, vt præter supra alleg. Socc.sen.37. per tot.lib.1.Ruin.consi.29. num.11. et 12.Escobar. de ratiocin.cap.3. num.6. vt
13 explorari † possit imputationes probè an improbè referantur, accepta recte relata, an non rectè, vt per hæc verba Iurisconsult. Callistratus in d. l. cum seruus 82. vers. sed nos ff. de cond. et
14 dem. & inde † bene ad factum redditionis rationis socius compellitur.
15 Non autem † censuerunt relaxandum mandatum exequutiuum. Quia cum hinc inde inter exacta, & expensa, illisque contrapositis non sit adhuc certa quantitas, non potest deueniri ad mandatum exequutiuum nisi omnibus computis solidatis Bald. cons. 463. num.4. vers. quarta ratio lib.1. Alex. cons.192.num.3.lib.7. Rota dec.141. num.5.par.8.rec. Parlad. multis citatis lib.2.rer.quotid.cap.final.p.1.§.12.limit.4. numer.27.
16 cum seq. vbi latissimè. Potest enim † dari casus in liquidatione datorum, & acceptorum, quod Hyacinthus remaneat debitor, & potest dari etiam casus, quod remaneat creditor, vt ponderata hac ratione decidit Rot.coram Buratt. dec.58.num.3.vers. et vlterius etc.decis.595. num. 2. dec.637.num.12. et in rec.dec.31.num.2.p.6.in Rom. computorum 20. Aprilis 1640. §. Præsertim coram R. P. D. Cerro, & in d. Meleuitana Mercium 8. Aprilis proximepreteriti §.fin. coram me.
17 Neque enim † Lucrum intelligitur nisi omni damno deducto, neque damnum nisi deducto omni Lucro, vt istis verbis loquitur tex.in l. Mutius 30. ff. pro Soc. quod per redditionem rationis viden. est d.l. cum seruus 82.§. sed nos ff. de cond. & demonstr. & multis alijs citatis Felic. de Societ. cap.31. num.64. cum seq. vbi ad partes, & Escobar. de ratiocin.cap.21.num.12. & sequen.
18 Non obstat † conuentio diuidendi inter eos quidquid durante affictu fuerit ex illo perceptum.

Quia intelligitur de eo, quod superesset calculatis prius rationibus omnium datorum, & impensorum Alex.d.cons.192.num.1. circa fin. & num.2.lib.7. vbi quod etiamsi Administrator se
19 obligauerit rationem reddere, & reliquatum soluere, ad huc pactum non sortitur aliquem effectum, vt teneatur quidquam soluere, nisi postquam accepta & data simul fuerint computa Escobar. de ratiocin. cap.21. à num. 12. ad 21. vbi plures Guttier. de tutel. lib.3. cap.1. numer.53. Giurb.decis.15. num.13. vers. offerendo namque &c. Buratt d.dec.58.num.3. & seq. Rot.recent.decis.205. num.4.vers. Ascanius igitur decis.612.num.3. vers.& vlterius part. prima, & decis.321.num.4. in fin.p.3.

Nec refert, quod duret adhuc societas, & ideò socius non possit interim arctari ad red-
20 ditionem rationum. † Quia etiam durante societate potest alter ex Consocijs ab altero administrante rationes exigere, non ad effectum distrahendi societatem, sed ad effectum vi-

videndi, An socius administrans rectè se gesserit in administratione, vel quæ ad commune beneficium erant cōferenda contulerit, vel Lucrum (si quod superest) communicandi vt ait *Bart. in d.l. Mutius 30. vers. Quando autem, ff. pro soc. Bald. in Rubric. C. eod. tit. sub num. 10. vers. tu*
21 *dic &c.* vbi quod † Rationes inter socios quādocunque reuideri debent si petantur sine calumnia *Salicet. in l. verum num. 5. vers. & idem dico ff. eod. & in l. Tamdiu sub num. 1. C. eod. Petr. de Vbald. de duob. fratr. par. 13. num. 2. vers. Tu dic etc. Bero consil. 191. num. 31. vers. nam actio lib. 1.* cum alijs *per Hect. Felic. de societ. d. cap. 37. num. 59. vers. Tandem sciendum est etc. et est bonus text. in l. Actione 66. §. nonnunquam penult. ff. pro soc.* quem non so-
22 lum intelligendum † esse in societatibus vectigalium, de quibus ibi loquitur; Verum etiam in societatibus priuatis tenuit *glos. ibi in fin. in verb. peruenerit.* quæ fuit eius secunda opinio quam sequitur *Bart. ibidem in princ.* vbi hanc esse veram sententiam, & menti tenendam, *Bald. ibidem et Faber. in ratione decidendi et facit etiam text. in l. si quis societatem 74. et Bart. allegat alium textum in l. si actum 43. ff. eod. tit. Pro soc. Cuiac. lib. 33. Paul. ad edict. in d. §. Penult. qui allegat l. socius 72. eod. tit. et lib. 62. eiusdem Paul. ad edict. in d. l. 74. et text. in l. cum duobus 52. alias l. si fratres 53. §. Idem Papinianus, ff. eod. Escobar.* & alij ab eo citati vbi supra *num. 68.*

Et ex his conclusum fuit relaxandum esse mandatum ad redditionem rationis vtraque parte audita &c.

R. P. D. CORRADO.
postea S.R.E. CARDINALI.
Senogalien. Saluiani.
Lunæ 3. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Actus præsumitur factus legitimo tempore prout fieri debebat; vnde si possessio reperitur capta eadem die latæ sententiæ, præsumendum est sententiam præcessisse, & possessionem subsequenter fuisse captam, congruo iuris ordine seruato, & dicenti contrarium incumbit onus id plenè & concludenter probandi. Manutentio aduersus factum Iudicis quando concedatur; & quando reuocanda sit executio excessiua per viam manutentionis plenè tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio conceditur illi, qui possessionem authore Prætore adeptus fuit.*
2 *Saluianum passim conceditur pro consecutione census, probatis requisitis.*
3 *Possessio capta eadem die latæ sententiæ, vel ante eius probationem, vel durante monitione partis an sit nulla.*
4 *Citatio facta ad sententiam pro die crastina, intelligitur pro hora audientiæ.*
5 *Immissio præsumitur subsecuta post sententiam congruo ordine prout de iure fieri debebat.*
6 *Actus præsumitur factus legitimo tempore prout fieri debebat, et dicenti contrarium incumbit onus, id plenè et concludenter probare.*
7 *Testis inuerisimilia deponens, redditur suspectus.*
8 *Fides extraiudiciales attendi non debent.*
9 *Sententia in dubio præsumitur valida.*
10 *Sententia lata in iudicio Saluiani non est appellabilis ad effectum suspensium.*
11 *Attentata cessant appellatione sublata.*
12 *Instrumentum impositionis census, plenè probat contra causam habentes ab obligato.*
13 *Protestatio declarat intentionem protestantis.*
14 *Excessus ad effectum reuocandi executionem per viã manutentionis, debet constare ex eisdem actis.*
15 *Aliàs non potest dici Iudicem excessisse.*
16 *Possessio debitoris de tempore contractæ obligationis ex quibus probata remaneat.*
17 *Identitas bonorum ex quibus legitimè probetur amplia vt num. 18.*
19 *Identitas bonorum non apparet ex confinibus, qui longè protrahuntur, & pluribus alijs congruere possunt.*
20 *pro Confine seù termino, quod datur, apparet illud non esse comprehensum, sed distinctum, et separatum à confinato.*
21 *Probatio clara elidi nequit ex probationibus turbidis et confusis.*
22 *Manutentio quando concedatur aduersus Possessorem authore Prætore, & quando secus num. seq.*
23 *Manutentio non conceditur aduersus factum Iudicis nulliter, et iniustè procedentis, quandò nullitas et iniustitia redditur disputabilis.*

DECISIO LXVII.

1 CENSVERVNT Domini † manutenendum esse Ioan. Franciscum Thomanum in possessione prædij, de quo agitur, quam Iudice auctore adeptus fuit ad *l. iustè possidet ff. de acquir. possess. Angel. in l. clam possidere §. qui ad nundinas sub num. 2. vers. in tex. occupauerat ff. eod. Rot. penes san. mem. Gregor. decis. 582. num. 2. vers. tantò magis et Card. Caualer. decis. 42. numer. 1. ac Reuerendiss. Vrgellen. decis. 97. num. 1. vers. qua propterea, et in recent. decis. 173. num. 1. par. 1. et decis. 362. n. 1. et seqq. par. 4.* Eoque magis, quia eius decretum iustificatur ex instrumento impositionis, & venditionis annui census scutorum octuaginta factæ per q. Horatium Simonetum cum obligatione Gherardi Tatij principaliter, & insolidum, amplaque bonorum obligatione, & forma Camerali de anno 1609. 13. Februarij q. Iulio Tomano fratri, & actori eiusdem
2 Io. Francisci, † Et ex toto processu, in quo plenè probata fuerunt omnia requisita in remedio vtilis Saluiani, quod pro consecutione huiusmodi censuum passim conceditur *Rot. in Romana saluiani 15. Decemb. 1614. coram S. D. N. in princip. vers. quibus propterea, et penes bon. mem. Burat. decis. 583. et Reuerendiss. Vrgellen. decis. 401. num. 1. et seq. ac in recent. decis. 135. num. 1. et seqq. par. 6. et sæpè in alijs.*
3 Neque obstare† visa fuit nullitas ex eo deducta, quod possessionis apprehensio eadem die latæ sententiæ facta fuerit, vel ante eius prolationem, vel saltem durante monitione partis, quæ vsque ad extremam illius diei horam expectanda erat. Quia

4 Quia citatio, † siue monitio partium à Iudice facta pro illa die ad sententiam intelligebatur pro hora audientiæ solita, *vt not. Abb. in cap. consuluit. sub numer. 5. vers. & ex illo dicto Innoc. extr. de offic. delegat. & fuit dictum penes bon. mem. Cardin. Seraph. decis. 1115. num. 2. vers. maximè, & in Nouarien. bonor. 26. Iunij 1628. coram bon. mem. Coccin. in*
5 *recen. decis. 199. num. 11. par. 5.* Immissio † autem subsecuta præsumitur congruo ordine post latam sententiam, prout de iure fieri debebat *ad l. cum in testamento §. hæc uerba, ubi Bald. sub num. 1. uers. & ideo dictum Cyn. est not. & alij DD. ff. de hæredit. institut. Alciat. de præs. regul. 3. præs. 42. per tot. Bertazzol. cons. ciuit. 16. numer. 11. uers. quia ille actus Rot. penes Crescent. decis. 4. & 6. de præsumpt. Card. Seraph. d. decis. 1115. num. 1. uers. & pro sustinendo actu Buratt. decis. 182. num. 20. uers. quia præsumitur Coccin. decis. 151. numer. 4. uers. non enim, & decis. 252. numer. 4. uers. unde in omnem euentum, & in recent. decis. 516. sub numer. 3. vers. sed fuit responsum par. 3. & decis. 201. num. 32. uers. accedente ac seq. & decis. 558. num 1. uers. ualiditas resultat. par. 5.*

6 Fides enim exhibita, † quod Ciuitas Maceratæ, (vbi prolata fuit sententia) distet à Terra Corinaldi, ac eius Territorio, in quo situm est dictum prædium viginti octo millibus passuum, non concludit per necesse omnimodam impossibilitatem perueniendi eadem die post sententiæ prolationem ad dictum prædiū, quod in ea non exprimitur (vt par erat) pro termino ad quem; Nam cum Territorium Corinaldi latius extendatur, ideoque ex vna parte propiùs, ex altera verò longiùs distet à dicta Ciuitate, necessarium erat ad hunc effectum probare, quod sententia fuit tali hora, & in tali loco prolata, à quo ipsum prædium tanto distat spatio, itaut impossibile esset eo temporis interuallo illuc peruenire, quod cum factum non fuerit eiusmodi fides suffragari non potest, quia non conuincit actum illum immissionis non potuisse legitimo tempore fieri, prout de iure præsumitur factus, *cap. in præsentia extr. de probat. l. matrem ibique gloss. fin. & Bald. sub numer. 1 uers. ex quo not. C. de probat. l. non hoc C. unde legitim. Purpurat. cons. 455. num. 32. uers. & ideo talis probatio ac seq. Rot. penes Coccin. decis. 180. numer. 7. uers. ultra quod & in recent. decis. 323. num. 4. uers. sufficit enim par. 2. & decis. 88. num. 6. uers. ultra quod & decis. 332. sub num. 3. uers. cum sola possibilitas part. 4. & decis. 413. numer. 2. uers. & propterea cum sequen. par. 5.*

7 Altera pariter, † quod possessio fuerit apprehensa die 12. Iunij 1646. inter horas 19. & 20. (quæ prætenditur esse hora consueta iuris reddendi, ac proferendi sententias per Locumtenentem dictę Ciuitatis) suspecta redditur quippè facta à duobus rusticis post decem circiter menses, nempè die 2. Aprilis 1647. de actu momentaneo, in quo licet fuerint adhibiti testes, nullum tamen proprium habebant interesse, ita quod non est verisimile, quod præcilam adeo retinuerint non solùm diei, sed etiam ipsius horæ memoriam *cap. quia uerisimile extr. de præsl. l. ob carmen ad fin. uers. confirmabitque Index ff. de testib. Rol. cons. 49. num. 36. uers. quia respondetur, & seq. lib. 4. Crau. cons. 9. numer. 9. uers. ex qua etiam re & cons. 613. num. 25. uers. consequens Rot. penes Comitul. decis. 80. numer. 19. uers. & testibus Buratt. decis. 294. numer. 11. uers. & dum secundus, & decis. 341. numer. 5. uers. deponit enim inuerisimilia, & sequen.* & in specie tradit *Laurent. decis. Auenion. 91. numer. 6. uers. quod non uidetur uerisimile, & Farinac. cons. crim. 110. sub num. 2. uers. & quod instrumentum lib. 2.*

8 Præter † quod vtraque fides extraiudicialis est, ideoque attendi non debent *l. 3. §. 1. & ibi gloss. in verb. testimonijs ff. de testib. l. solam. ibique gloss. in verb. solam. C. eod. tit. Rot. penes Card. Seraph. decis. 106. numer. 3. vers. fides quoque & decis. 1280. num. 1. vers. tum ex eo Mantic. decis. 51. num. 6. vers. & si hoc diceret san. mem. Gregor. decis. 214. numer. 2. vers. tum quia & Coccin. decis. 227. numer. 2. vers. nec officit fides Communitatis Reuerendiss. Vrgellen. decis. 50. num. 12. vers. & quamuis Buratt. decis. 444. numer. 1. vers. quæ tamen & in recent. decis. 692. sub num. 7. in fin. par. 2. & decis. 205. sub num. 2. vers. fuit dictum par. 3. & decis. 94. numer. 15. vers. & quamuis, ac seq. par. 5. & decis. 84. num. 14. vers. nihilominus, & seq. par. 7.* Præser-
9 tim ad iustificandam nullitatem sententiæ † pro cuius validitate omnis viget præsumptio *vulg. l. quoties in actionibus ff. de reb. dub. l. ab ea parte in 2. resp. ibique gloss. fin. ff. de probat. Rota penes Card. Mantic. decis. 252. num. 11. vers. secundo quia & in recent. decis. 94. num. 1. par. 1. & decis. 577. sub numer. 1. vers. & præsumptionem & sub num. 7. in fin. par. 4.*

Minus releuat quod eiusmodi executio in omnem casum facta fuerit pendente tempore
10 ad appellandum †. Quia cum actum fuerit remedio saluiani; sententia in eo iudicio prolata non erat appellabilis saltem ad effectum suspensiuum, secundum dispositionem iuris Ciuilis, *Bart. in l. 1. num. 4. in fin. vers. secus in hoc interdicto ff. de salu. interd. Menoch. de adi piscen. remed. 3. numer. 186. vers. quæro trigesimo tertio. Thesaur. decis. Pedem. 175. num. 3. vers. 2.* Et Constitutionis Aegi-
11 dianę in illis partibus vigẽtis *lib. 6. cap. 2.* † Ideoque executio ipsa quoque die validè fieri potuit absque vitio attentatorum, vt in eadem Constitutione cauetur *ad fin. vers. quin potius & respondit Rot. penes Veral. decis. 141. par. 3. & decis. 34. numer. 3. vers. in quo quidem saluiano par. 2. diuers. & Card. Caudler. d. decis. 42. numer. 2. vers. minus visum fuit & seqq. & decis. 69. nu. 5. vers. quo vero ad secundam oppositionem & Buratt. decis. 63. num. 1. vers. & ideo & decis. 900. num. 3. vers. vnde prohibita appellatione & Coccin. decis. 150. num. 4. vers. nec etiam est verum & in recent. decis. 84. num. 2. vers. vnde gesta par. 7.*

Præterea non obstat prætensus excessus tam ratione summæ petitæ, quam possessionis apprehensæ per Thomanum.

Quia creditum illius in summa scut. 1440. monetæ in eo iudicio petita pro censibus decursis, & non solutis vsque ad diem 13. Februarij 1643. ac etiam pro maiori iustificatur ex
12 prædicto Instrumento census, † quod plenè probat contra Io: Baptistam Theseum, ac eius filios, & hæredes reos conuentos, tanquam causam habentes ab Augustino Simoneto hærede in effectu præfati Gherardi in eo obligati, vt fuit dictum *in Bonon. cens. 10. Iunij 1611. coram bon. mem. Card. Lancellott. Iun. penes modern. Perusin*

de

de censib. decis. 95. sub numer. 3. & seqq. & Reuerendiss. Vrgellen. decis. 49. num. 1. et seq. et decis. 193. numer. 1 ac seq. & in Bituntin. cens. 27. Nouembris 1645. coram me in princip. Solutio autem scut. 550. facta eidem Thomano, quæ deducitur ex Instrumento celebrato inter Procuratorem Serenissimæ Magnæ Ducissæ Etruriæ debitricis dicti Augustini hæredis antedicti, & Procuratorem ipsius Thomani de anno 1646. 3. Februarij non suffragatur in præsentia; Tum quia facta quidem fuit, atque recepta in satisfactionem partis crediti Thomani habita ratione ad totum, quod ex dicto Instrumento census probatur (vt dictum est) longè maioris quantitatis, non autem in diminutionem dictæ summæ in iudicio petitæ cum clausula. *Saluo semper iure verioris calculi, &c.* vt legitur in libello; Quinimò in ipsomet Instrumento quietantiæ idem Procurator Thomani expressè fuit protestatus, *quod non intendebat præiudicare iuribus quoquomodo competentibus principali occasione dicti census, ac eius fructuum, & præsertim contra bona, & prædium Galianellæ hæreditarium dicti q. Gherardi, tunc etiam possessum à præfatis hæredibus dicti q. Io: Baptistæ Thesei, super quo iam fuerat institutum dictu iudicium coram D. Gubernatore Marchiæ, vel eius Locumtenente, &c.*
13 quæ sanè † protestatio intentionem illius declarat *Crauet. cons. 120. sub num. 3. vers. protestatio enim Rot. penes Card. Seraphin. decis. 1168. nu. 9. vers. maximè stante protestatione, & decis. 285. num. 2. vers. ista enim protestatio, & decis. 316. num. 2. vers. ex quo arguitur par. 4. diuers. & decis. 567. sub numer. 7. vers. quod videtur par. 1. recent. et decis. 425. num. 17. vers. ex quibus protestationibus, et seq. par. 5.* ac eius iura præseruat *l. 4. §. 1. ff. quibus mod. pig. vel hypothec. solu. Surd. cons. 385. num. 20. vers. septimo Rot. decis. 287. num. 3. vers. cum eadem protestatio par. 7. recent.* Atque ideo non satis ex hoc videtur probari obiectus excessus nisi initis calculis super toto credito omnium censuum decursorum certior
14 appareat; † Tùm quia Instrumentum illud non fuit productum coram eo Iudice, ita quod dici possit constare de excessu ex ipso processu, vt necessarium esset ad effectum reuocandi executionem per viam manutentio-
15 nis, tanquam de facto commissam. † Aliàs enim Iudex cui nihil constabat de solutione prædicta dici non potest excessisse, ac de facto ad eam processisse, sicque partem grauasse, *Corn. cons. 10. numer. 4. vers. et licet posset dici grauata pars lib. 4. penes Seraph. decis. 872. numer. 2. vers. vnde cum de hac re et decis. 1189. numer. 1. vers. ideo, et seq. et decis. 100. num. 27. vers. quia immo satis est par. 1. et decis. 479. per tot. par. 4. diuers. et penes Buratt. decis. 850. nu. 4. vers. nam non constat, et in recent. decis. 306. sub num. 33. vers. secundo respondebant Domini, et seq. par. 7.* ac in his terminis fuit resolutum in *Romana nullit. subhast. 1. Iuly 1617. coram Card. Caualer. §. 1. vers. neque obstare visum fuit et seq.*

Prædium vero de quo agitur in iudicio peti-
16 tum, † ac in sententia comprehensum, fuisse in bonis præfati Gherardi tempore obligationis per eum contractæ in Instrumentum dicti census, & postea, atque in eius hæreditate remansisse probatur tam ex inuentario eiusdem
17 hæreditatis, † quam ex testibus in processu examinatis conuenientibus tùm in contrata Galianelli, tum in confinibus bonorum ol. Antonij Albi, foueæ Montis noui, & viarum publicarum; quibus legitimè iustificatur eius identitas *l. forma*, ibi, *In qua Ciuitate, et in quo pago sit, et quos duos vicinos proximos habeat, etc. ibique gloss. in verb. vicinos ff. de censib. Bart. in l. demonstratio sub numer. 14. vers. item ad demonstrandum fundum ff. de condit. et idem Rot. penes san. mem. Gregor. decis. 172. num. 2. vers. cum tamen sufficerent et bo: mem. Coccin. decis. 120. num. 5. vers. prædictis firmatis et in recent. decis. 203. nu. 10. vers. cum tamen ad hunc effectum et decis. 236. num. 2. vers. quarum duæ, et seq.*
18 *par. 6.* † Etiam si aliæ demonstrationes cursu temporis alteratæ forent, vt fuit dictum in *Bonon. fideicom. de Desiderijs coram bo: mem. Merlin. in recen. decis. 87. n. 6. vers. consequenter, et seq. et decis. 118 num. 12. vers. quinimo ac seq. et decis. 160. num. 7. vers. non obstat par. 5.*
19 Hincque eliditur † etiam prætensus excessus deductus ex duobus Instrumentis in quorum altero anno 1591. 9. Maij Ippolyta vxor Gherardi emit nonnulla bona in dicto Territorio Corinaldi in eadem contrata Galianelli. In altero vero de anno 1623. dictus Augustinus Simonetus alia patiter emit in ipsa contrata, & iuxta confines Montis noui mediante fouea. Quoniam hæc non apparent esse incorporata in prædio de quo agitur, neque inter eosdemmet confines, cum illi Montis noui longè protrahantur, & pluribus alijs congruere possint, *Bart. in d. l. demonstratio sub numer. 15. vers. vel quod autem san. mem. Gregor. decis. 455. sub num. 10. vers. non obstat Caualer. decis. 578. numer. 1. vers. cum enim Buratt. decis. 424. num. 5. vers. nec etiam, & in recent. decis. 295. num. 8. vers. secundo respondebant par. 1. & decis. 587. num. 4. vers. ad probandum vero, & sequen. part. 5. & in Signina saluian. 4. Maij 1643. in §. eoque minus, & seq. coram R. P. D. meo Bichio*; Quini-
20 mò † in instrumento immissionis Thomani expressum legitur prædium de quo agitur esse confine bonis hæredum dicti q. Io: Baptistæ Thesei, vndè probatur illa non fuisse apprehensa, sed distincta, & separata *ad l. cum seruo in fin. ff. de contrah. empt. Corn. cons. 53. in hac causa sub numer. 5. vers. nec etiam obstat lib. 2. Cal. can. cons. 90. quia ista quæstio num. 9. vers. cum ergo, & seq. Rot. decis. 236. numer. 7. vers. finis autem, & seq. & decis. 286. num. 3. vers. & sic confine, ac seqq. par. 6. & decis. 215. num. 9. vers. quandoquidem par. 7. recent. & in Bonon. fideicom. de Pancaldis 15. Februarij 1647. corā R. P. D. meo Otthobono, in §. nam obiectum ex facto corruit.* Verum testes pro Thomano examinati explicitè deponunt de ipsomet corpore à Gherardo possesso de anno 1609. vsque ad eius mortem, ac per dictos de Theseis tempore instituti
21 iudicij detento; † Ideoque specialis, ac indiuidua probatio hinc clarè resultans, ex huiusmodi turbidis, atque confusis elidi nequit, *Rota dicta decis. 804. numer. 4. vers. neque tollitur hæc probatio apud Card. Seraph. & d. decis. 87. num. 9. vers. & cessare etiam videbatur difficultas, & num. 10. vers. nec turbida & decis. 258. num. 10. vers. nec obstant acquisitiones & decis. 313. num. 6. vers. quod eo magis dicendum est par. 5. recent.*

Et prædicta certiora sunt in proposito casu, in

in quo cum Thesei prætendant manutentio-
22 nem † aduersus Thomanum à Iudice immissum tenentur omninò probare nullitatem, & iniustitiam adeo claram, & euidentem, vt necessariò dicendum sit aduersus eos fuisse processum non quidem ordine iudicij seruato, sed potius de facto instar priuati, in quibus terminis conceditur huiusmodi remedium sicut
23 competeret contra factum priuati; † At secus est, quando obiecta nullitas, ac iniustitia dubia redditur, & disputabilis, tunc enim agendum est ordinarijs nullitatis, vel appellationis remedijs, quibus eiusmodi grauamina, si quæ fuerunt à præcedenti Iudice illata congruè reparantur, aliàs enim facilè nimis ex promiscuo huius extraordinarij remedij vsu, iustus iudiciorum ordo subuerteretur, vt fuit responsum in *Bonon. de Bombel.* 31. *Maij* 1613. *coram bo: mem. Card. Sacrat. apud modern. Perus. de manuten. decis.* 9. *à num.* 19. *vers. super hoc considerarunt Domini, ac seq.* vbi latè explicatur hæc conclusio, *& in Ancon. bonor.* 29. *Februarij* 1616. *coram Buratt. inter eius impress. decis.* 158. *à numer.* 4. *vers. vnde cum Tancredi, &c. vsque ad fin. & in* Roman. *melioram.* 9. *Decembris eiusdem anni coram bo: mem. Vbald. penes eumdem modern. decis.* 137. *num.* 3. *vers. quæ probatio, ac seq. & in Roman. Vineæ* 7. *Februarij* 1620. *coram bo: mem. Seleucien. ibi decis.* 27. *sub num.* 4. *vers. nec etiam potest ex eo ac seq. & in Squillacen. Abbat.* 25. *Maij* 1625. *coram bo: mem. Merlin. ibid. decis.* 38. *sub num.* 3. *vers. & quamuis cum seq. ac in recent. decis.* 674. *sub num.* 3. *vers. interim stante turbiditate par.* 1. *& decis.* 646. *sub num.* 1. *& seqq. par.* 2. *& d. decis.* 362. *sub num.* 2. *vers. quo vero ad iustitiam par.* 4. *& d. decis.* 229. *nu.* 4. *vers. tam quod nullitates par.* 5. *& in alijs.*

Atque ita fuit conclusum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. GHISILERIO
Postea Episcopo IMOLEN.

Lucana Iurispatronatus.

Lunæ 3. *Iunij* 1647.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus de familia alicuius permutari non potest cum eo, qui non sit de familia; & si fuerit permutatum, censetur inducta vacatio saltem de facto, & apertus remansit locus Patronis ad præsentandum personam habilem & idoneam, quæ sit de familia Fundatoris.

Et si permutatio secuta fuerit cum derogatione Pontificia Iurispatronatus, adhuc non substinetur nisi explicitè narrata fuit forma in fundatione præscripta, quia Papa vt censeatur voluisse derogare huiusmodi Iurispatronatus, oportet vt expresè intellexerit præiudicium, quod si non intellexit dicendum est noluisse.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus probatur ex instrumento fundationis meliùs quàm quouis alio modo.*

2 *Iuspatronatus, vt præsentato adiudicari possit, quæ requirantur.*

3 *Iuspatronatus de familia alicuius permutari non potest cum eo qui non sit de familia, & si fuerit permutatum quid sequatur, & num.* 4.

5 *Iuspatronatus de familia alicuius, vt permutari possit cum alio, qui non sit de familia cum derogatione Pontificia Iurispatronatus, quid requiratur.*

6 *Iuspatronatus de familia non potest permutari cum alio qui non sit de familia, licèt non esset probata existentia illorum de familia.*

7 *Iuspatronatus de familia permutatum cum alio non habente dictam qualitatem, annullat permutatio, contradicente aliquo de familia.*

8 *Papa vt censeatur voluisse derogare Iuripatronatus de familia oportet, vt expresè intellexerit præiudicium.*

9 *Iurispatronatus impetratio, in qua non fuit explicitè narrata forma in fundatione præscripta non suffragatur.*

10 *Iurispatronatus impetratio Apostolica non operatur derogationem qualitatum in fundatione expressarum, nisi de his fuerit facta mentio.*

11 *Derogatio fundationis in gratia Iurispatronatus obtenta, non suffragatur, si non explicitè narrata fuit forma in fundatione præscripta amplia, vt num.* 12.

13 *Patronus liberè præsentare potest data nullitate permutationis Iurispatronatus.*

14 *Beneficium in quo Papa manum apposuit, si non potuit sortiri effectum, tamen remansit ita affectum, vt nullus alius de eo disponere possit.*

15 *In Iurepatronatu laicorum, sicut non cadit expressa reseruatio sub regulis reseruatorijs, ita nec tacita resultans ex appositione manus Papæ amplia, vt num.* 16.

17 *Vacatio beneficij saltem de facto indiuisi ex permutatione, quamuis permutatio impugnetur.*

18 *Verba vniuersalia* quandocumque, ac quomodocumque, & qualitercumque *omnia comprehendunt etiam impropriè amplia, vt num.* 19.

20 *Regressus ad beneficium permutatum cum incapace illud retinendi, non datur, absque noua collatione Superioris.*

21 *Resignatarij quando petere non possit nouam collationem beneficij resignati seù permutati.*

22 *Scientiam totius instrumenti, quis habere præsumitur, quando habuit scientiam de aliqua pax.*

23 *Regressus ad beneficia permutata quando non detur.*

24 *Præsentantus ad Iuspatronatus, præsumitur habere scientiam de illius qualitate.*

25 *Beneficium dicitur vacare propter resignationem de eo factam in manibus Papæ ex causa permutationis.*

DECISIO LXVIII.

IVlius Gerinus senior de anno 1620. mediante Alphonso de eisdem Gerinis nepote, fundauit, dotauit, & erexit simplex Beneficium Ecclesiasticum sæculare, seu perpetuam simplicem Cappellaniam sub inuocatione Sanctorum Cosmæ, & Damiani, pro vno perpetuo Cappellano, seu Rectore ad illud, seu illam, illiùs vacatione quandocunque occurrente, & eueniente, eligendo, nominando, & præsentan-

tando per Patronos dictæ Cappellaniæ, cum qualitate, & conditione, quod Iuspatronatus spectaret pertineret, & reseruaretur eidem Iulio quoad vixerit, & ipso vita functo, Alexandro de Gerinis eiusdem Iulij ex germano fratre nepoti, donec, & quousque ipse vixerit, & post eius obitum dicto Alphonso fratri germano Alexandri, & post illorum obitum voluit spectare, & pertinere ad maiorem natu masculum legitimum, & naturalem ex filijs descendentibus masculis legitimis, & naturalibus dictorum Alexandri, & Alphonsi, donec, & quousque de linea, & descendentia masculina legitima, & naturali ipsorum extabunt, eaque finita, voluit Iuspatronatus huiusmodi spectare ad maiorem natu fœminam legitimam de linea fœminina supradictorum, & cuiuslibet eorum donec, & quousque de dicta linea extabunt. Extinctis vero lineis, voluit Iuspatronatus spectare ad alios de Domo, familia, & Casata sua, & suorum Nepotum, donec extabunt in rerum natura. Cum prohibitione, quod Rector dictæ Cappellanię pro tempore existens non possit, nec valeat vllo vnquam tempore cedere, resignare, & permutare sub quouis prætextu, & quæsito colore sine expressa licentia, & consensu in scriptis Patroni dictæ Cappellaniæ pro tempore existentis; Et cum qualitate, conditione, & declaratione, quod Patronus Cappellaniæ pro tempore existens semper, & quandocunque, ac quomodocumque, & qualitercumque illius vacatione occurrente, & eueniente, eligere, nominare, & præsentare teneatur, & debeat in Rectorem, & pro Rectore dictę Cappellaniæ personam, quæ sit, & esse debeat de cognatione, & agnatione ipsius Iulij fundatoris, & dictorum eius Nepotum, quandocumque aderunt habiles, & idoneæ ad dictam Cappellaniam obtinendam, & regendam; cum alia particulari etiam, & expressa conditione, quod priùs eligi, & nominari debeant illæ, quæ essent de familia effectiua dictorum Alexandri, & Alphonsi, hoc est, de eorum descendentibus masculis habilibus, & postea pręferrentur aliæ personæ, quæ essent de familia contentiua Iulij, hoc est, de eius stirpe, & Casata in genere. Hanc fundationem cum reseruatione patronatus prædicti cum qualitatibus, & conditionibus in ea appositis approbauit, confirmauit, & emologauit Vicarius Generalis in Ecclesia, Ciuitate, & Diœcesi Lucana, vigore facultatis sibi concessæ ab Ordinario Lucano. Marius de Peregrinis *Nepos* Iulij fundatoris ex Sorore prouisus de anno 1641. Beneficium, de quo agitur, permutauit coram Sanctissimo cum Matthæo Cerru, cum derogatione Iurispatronatus pro ea vice, non tamen narrata conditione, & qualitate prædicta, quod quomodocumque, & qualitercumque succedente vacatione, semper esset conferendum personis de cognatione, & agnatione Fundatoris. Iulius *Gerinus* iunior præsentatus ab Alexandro *Patruo* infra legitima tempora, mediante dicto Alphonso Procuratore adhoc specialiter constituto, obtenta prima Sententia ad sui fauorem, & in gradu appellationis à secundà Sententia contraria petijt in Rota ad dictum Beneficium institui. Et quia Iuspatronatus, eiusque pertinentia ad Alexandrum *Patruum*, à cuius Procuratore Alphonso fuit præsentatus, probatur ex Instrumento fundationis supra relatæ, quod datur, in quo Iulius senior fundauit Beneficium, de quo agitur, cum sua dote, & consensu Ordinarij, reseruato patronatu sibi, & Nepotibus, cæterisque descendentibus de sua consanguinitate, ac parentela, prout ordinatè, & distinctè in dicto
1 Instrumento, † qui modus probandi superat alios tanquam directè, & in sua substantia fundatus, *vt latè Gonzal. super regul. 8. Gloss. 18. nu. 32. Lambert de Iurepatronat. lib. primo parte prima quæst. 2. art. 1. & seqq. Rota in recent. decis. 615. num. 2. part.*
2 *prima, & decis. 152. par. 5. & aliàs sæpè.* † & vacatio Beneficij resultat ex permutatione facta à Peregrino tunc illius possessore; Ac demum ex datis in Summario probatur idoneitas Iulij præsentati: quodque fuerit præsentatus intrà legitima tempora; requisita necessaria, vt quis debeat institui in Iurepatronatus; Domini dixerunt ei deberi Institutionem, siue adiudicationem, qui sunt actus Iustitiæ *cap. decernimus, cap. Monasterium 16. quæst. 7. cap. cum Bertoldus, vbi Abb. num. 12. de re iudic. cap. dilectus, vbi gloss. in verb. plus iuris de offic. delegat. cap. quoniam, cap. si vero, cap. ex insinuatione de Iurepatronat. Rota decis. 680. numer. 3. par. prima recentior. decis. 337. numer. 1. part. 2. & coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 100. nu. 1.*

3 Vacatio † Beneficij fundamentum Institutionis debitæ Iulio resultat ex nullitate dictæ permutationis: quia licet in literis Apostolicis fuerit derogatum Iuripatronatus pro ea vice, atque ita sublatus consensus Patroni in permutatione requisitus, Cum tamen non fuerit Papę narrata qualitas in eadem fundatione requisita, vt quandocumque, ac quomodocumque, & qualitercumque Beneficij vacatione occurrente, præsentaretur persona habilis, & idonea, quæ esset, & esse deberet de cognatione, & agnatione Fundatoris, & quod priùs eligi, & nominari deberent illi, qui essent de familia effectiua, quam de contentiua Iulij fundatoris, sequitur, † permutationem de tali Beneficio factam cum Mattheo non habēte qualitatem agnationis non valere, & consequenter esse locum præsentationi, ac institutioni Iulij Iunioris habentis dictam qualitatem *Garz. de Benefic. part. 7. capit. 15. sub numer. 9. uersicul. Vnde etiam, & part. 11. cap. 3. numer. 6. Put. decis. 331. & 338. libro primo, Mohedan. decis. 7. de concession. Præbend. Rota decisio 1135. part. 3. diuersorum.*
5 Hæc † enim qualitas erat narranda Papæ ad euitandam subreptionem, quia hoc poterat Papam retrahere à prouidendo extraneum de Beneficio permutato, vt in puncto *Castro Pal. oper. moral. tom. secundo tractat. 13. disput. 2. punct. pri-*
6 *mo sub numer. 17.* qui ampliat † licèt de tempore promissionis non esset probata existentia illorum de familia *Garz. de Benefic. ubi supra dicta part. 7. dicto capit. 15. numer. 6. & 7.* vbi quod hoc
7 procedit †, & accipiendum est contradicente, & opponente se aliquo consanguineo, & sibi fieri

fieri prouiſionem petente, vt in hoc caſu *Rota deciſ.97.numer.4.part.3.recent.in Tarraconen. Beneficij 10.Ianuarij 1639. coram R.P.D. Carillo, & in Gerunden. Beneficij 27.Iunij 1644.coram R.P.D. meo
8 *Bichio §.final.in fin.* Et ideò cum Papa † non intellexerit hoc præciſum Ius habilium de cognatione, & agnatione Fundatoris, non eſt dicendum, illud voluiſſe auferre; oportet enim, quod Papa expreſſe intelligat prǫiudicium *Bellamer.conſil.34.numer.21.Sarnen.ſuper regul.de Iur. quæſit.non tollen.quæſt.prima verſicul. Quæ omnia*, &
9 in terminis impetrationis Iuriſpatronatus † in qua non fuit explicitè narrata forma in fundatione præſcriptà faciunt tradita per *Felin.in cap. nonnulli in princip.de reſcript.Corn.conſil.245.num.6. libro primo, Crauett.conſil.68.numer.4. & 5.& conſil.296.numer.3. Rota coram Seraphin.deciſ.871.nu-*
10 *mer.* 6. vbi quod prouiſio Apoſtolica † non operatur derogationem qualitatum in fundatione expreſſarum, niſi de his fiat expreſſa
11 mentio in impetratione, † & quod derogatio fundationis in gratia Iuriſpatronatus obtenta non ſuffragatur non explicitè narrata forma in fundatione præſcripta dixit *Rota coram Seraphin. deciſ.1270.numer.3.*ex defectu intentionis Papæ *Rota in Tullen. Iuriſdictionis 29. Nouembris 1629. coram Reuerendiſſimo Domino meo Decano*; Et
12 quamuis † narrata prohibitione permutandi ſine conſenſu Patroni in ſcriptis pro ea vice derogauerit; non inde tamen ſequitur quod derogauerit fundationi,& patronatui in parte paſſiua perſonarum, quæ poſſunt, & debent Beneficium obtinere.

13 Ita quod cum talis † vacatio non fuerit conſumpta per prouiſionem Apoſtolicam ad fauorem Matthei compermutantis, apertus remanſit locus Alexandro Patrono ad præſentandum Iulium Nepotem, vt in puncto permutationis data nullitate prouiſionis de Beneficio permutato, dixit *Rota dicta deciſ.152. nu.6. part.quinta recent.ex pluribus concordantibus ibi alle-*
14 *gatis*: Nec † ex eo quod Papa manum appoſuit, dum non potuit ſortiri effectum ex defectu intentionis ipſius Papæ, remanſit Beneficium ita affectum, vt nemo alius de eo diſponere poſſit, *iuxta Text.in cap. vt noſtrum de appel-*
15 *lat.* Maximè cum agatur † de Beneficio Iuriſpatronatus laicorum, in quo, ſicut non cadit expreſſa reſeruatio ſub regulis reſeruatorijs, nec tacita, quæ reſultat ex appoſitione manus Papæ *Lap. allegat.84. numer.5. in fin. verſic. ſed nunquid, & numer. 6. per tot.* vt in termi-
16 nis † permutationis Beneficij de Iurepatronatus factæ in manibus Papæ firmauit *Rota in Mediolanen.Beneficij 31.Iunij 1646. coram Reuerendiſſimo Domino meo Decano §. Quo verò ad vacationem, & in eadem 7. Maij 1646. coram eodem in §, Præterea, per me extenſa ſtante illius abſentia ab Vrbe.*

17 Non obſtat, † quod permutatio impugnetur à Iulio tanquam nulla, quia non ideo ſequitur, quod Beneficium non vacet ſaltem de facto, cum Marius, illud permutando, deſierit poſſidere. *Roman. conſil.350. numer.21. in fin. Staphil.in tit.de var. mod.vacat.numer.3.verſic.& de*
18 *facto*, quod ſufficit, † cum in fundatione leguntur illa verba vniuerſalia, *quandocumque, & quomodocumque, & qualitercumque*, quæ includunt, & comprehendunt quemlibet modum vacationis, etiam impropriè *Grat. conſil.20.numer.76. lib. ſecundo cum alijs per Barboſ. dict.30.numer.primo, & ſecundo, & dict.329 numero primo,*
19 *& ſequen.* abſque vlla † penitus diſtinctione, aut reſtrictione *Rota coram Seraphin.deciſ.317.numer.3.*& in terminis vacationis de facto *Rota coram Penia in Placentina Cappellaniæ 27. Iunij 1597. quam refert, & ſequitur Sanct.mem.Gregor.XV. de-*
20 *ciſ.37. numer.10.* Neque Mario † competit regreſſus ad Beneficium inualidè permutatum cum Mattheo incapace, abſque noua collatione Superioris, *ex traditis per Gemin. in cap. primo numer.21.de rer.permutat.in 6.Garz. de Benefic.dicta part.11.cap.3.ſub numer.19. Rota deciſ. prima eodem tit.in nou.& coram bon.mem.Merlino in Caſalen. Beneficij 18.Iunij 1629.* Vltra quod hodie dicti Marius, & Mattheus compermutantes non ſunt
21 in cauſa, † neque petunt nouam collationem, quam nec petere poſſunt,cum habuerint ſcientiam conditionis appoſitæ in fundatione Beneficij, quod non conferretur, niſi conſanguineis de familia. Hęc autem ſcientia reſultat ex expreſſione alterius conditionis appoſitæ in fundatione, quod ſcilicet Beneficium non poſſit permutari ſine conſenſu in ſcriptis. Nam
22 quemadmodum † habuerunt ſcientiam dictæ prohibitionis, ita præſumuntur habuiſſe reſeruationis præſentationis, & permutationis faciendæ ad fauorem certi generis perſonarum in eodem Inſtrumento fundationis adiectæ *l. non eſt ferendum ff.de tranſact. Abb.conſil.18.numer.3. Surd.conſil.82.numer.35. Menoch. conſil.37.num.25. & præſumpt.23.ſub numer.37.lib.6. Rota coram bon. mem.Buratt.deciſ.848.numer.5.* Data autem ſcien-
23 tia, † & ſic culpa permutantium, non datur illis regreſſus ad Beneficia permutata. *Gemin.in dicto cap.primo ſub numer.2.de rer.permutat.in 6.Rebuff.in prax.tit.de permutat.num.17. Gambar. de permutat.Benefic. cap.licet numer.15.* & quemadmodum ait *Gratian.diſcept.835.ſub numer.primo & ſe-*
24 *quen. & præſertim ſub numer.13.* Malà fides, † & clara ſcientia Marij permutantis probatur, ex eo, quod tanquam præſentatus, & inſtitutus ad Beneficium, de quo agitur, illud poſſedit per plures annos, Itaut non potuerit illud reſignare,tacendo dictam reſeruationem præſentationis, & prouiſionis facien.ad fauorem certi generis perſonarum.

Ex quibus Iulio nouiter præſentato debetur
25 Inſtitutio †. cum Beneficium dicatur vacaſſe propter reſignationem de eo factam in manibus Papæ ex cauſa dictæ permutationis *Rota deciſ.7.de rer.permutat.in antiq.& deciſ.1.numer.4 eodem tit.in nou.Cocchier.de permut.Benef.lib.2.cap.2 num.4.*

Et ita vnica tantum parte informante, alia tamen citata in partibus, & comparere negligente.

R.P.D.

R.P.D PEVTINGERO.

Cæsenaten. Bonorum.

Lunæ 3. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Immissionem obtinere non potest fideicommissarius aduersus emptorem rei ab hærede grauato, quotiès illi detractio legitimæ competebat, quæ in ipsa re alienata electa censetur. Renunciatio facta absque expressa mentione, & scientia fideicommissi renunciati, non subsistit.

SVMMARIVM.

1 *Detractio legitimæ competens hæredi grauato, competit etiam habenti causam ab illo.*

2 *Legitimam non perdit hæres grauatus etiam si non fecerit inuentarium.*

3 *Legitima non potest dici consumpta vbi de præcedentibus alienationibus non constat.*

4 *Immissio non datur pro indiuiso contra emptorem rei particularis ab hærede grauato, cui competebant detractiones, secus si vniuersam possideat hæreditatem.*

5 *Hæres grauatus non tenetur vltra vires etiam quod non confecerit inuentarium, & supra num. 2.*

Limita in fideicommisso particulari ibidem.

6 *Immissio non datur fideicommissario, donec ab eo soluatur totum id quod important detractiones.*

7 *Dispositio text. in l. de his ff. de transact. habet locum in quocumque fideicommisso siuè purificato, siuè purificando.*

Renunciatio facta absque certioratione iuris renunciati non subsistit, & num. 7.

8 *Renunciantis consensus ad ignorata non porrigitur.*

9 *Iuramentum, renunciantis non operatur vltra voluntatem, & consensum ipsius.*

10 *Scientia fideicommissi non indicitur ex sola enunciatiua testamenti paterni.*

Intellige vbi aliæ non concurrunt coniecturæ, vt numer. 11.

DECISIO LXIX.

Domini dixerunt, non esse dandam immissionem Cinthiæ filiæ q. Amilcaris Lancetti ex *l. fin. C. de Edict. Diu. Adr. toll.* ab ipsa in partibus intentato contra alios de Lancettis super prædio, olim ab Amilcare possesso, & illis de Lancettis vendito à Francisco fratre Cinthiæ Amilcaris hærede, cui sine filijs decedenti, prout casus euenit, ipsa substituta fuerat, & ex hoc capite duas in partibus sententias obtinue-
1 rat †; Quia ipsi Cinthiæ obstant detractiones legitimæ, quæ Francisco huius prædij venditori debebantur, tamquam hæredi grauato, *l. Pampinianus, §. quoniam, ff. de inoffic. testamento, l. omnimodo vbi gloss. C. eodem* etiam si inuenta-
2 rium † non confecerit, *Castrens. in l. ab omnibus §. fin. sub numer. 2. ff. de legat. 1. Soccin. sen. cons. 44. numer. 2. lib. 3. Natta cons. 323. numer. 2. Peregr. de fideic. artic. 35. num. 1. Mantic. de coniect. lib. 7. tit. 8. sub numer. 15. Rot. in Verulana fideicommissi 23. Iunij 1640 vers. Non obstat, coram R.P.D. meo Bichio.* Neque hic intrat istius detractionis consumptæ præ-
3 sumptio, † cum de alijs antecedentibus alienationibus non appareat, *Giouagnon. cons. 21. numer. 21. lib. 2. Caualler. decis. 540. cum pluribus allegat. in Bononien. fideicommissi de Glauarinis 10. Decembris 1638. coram R.P.D. meo Royas.* Sed potiùs electa censetur in hoc prædio vendito Lancettis, còntra quos ideò immissio pro indiuiso dari non potest, tamquam possidentes rem particu-
4 larem alienatam, † & non vniuersam hæreditatem, quo casu benè datur immissio pro indiuiso, vtità distinguendo dixit *Rota decis. 24. num. 6. & 7. coram Reuerendiss. Vrgellen.*

Obstat etiam Cinthiæ detractio dotis maternæ Francisco debitæ, cuius creditum probatur ex publico instrumento, *Summar. num. 3.* saltem pro rata scutor. 500. quod per omissionem cõfectionis inuentarij amissum non fuit, ita vt deduci possit, cum Cinthia agat ex fideicommisso vniuersali, in quo hæres grauatus non tenetur vltra vires hæreditarias etsi inuentariũ
5 non confecerit. † Secus esset, si ageret fideicommisso particulati, vt distinguendo dixit, *Rot. in Bononien. fideicommissi seu Domus 20. Aprilis 1646. coram D. meo Bichio §. penult. post Peregr. de fideicomm. artic. 40. sub nu. 29. vbi in fine dicit supradictam rationem;* Donec autem à fideicommissario
6 soluatur dicta summa, † non potest ei dari immissio, quia non constat, an aliquid pro ipso remansurum sit ex bonis fideicommittentis, *Buratt. decis. 946. numer. 6. Rot. diuers. decis. 565. in fin. par. 1. & decis. 115. num. 12. par. 5. recent.*

Obiecto verò circa renunciationem factam à Cinthià Domini non adhæserunt, eò quia non apparet eam renunciantem fuisse certiora-
7 tam de fideicommisso paterno, † vt requiritur ex dispositione, *textus in l. de his, ff. de transact.* quæ locum habet inter quascumque personas, & tam in fideicommisso purificato, quam purificando. *Ruin. cons. 139. num. 7. ad fin. vbi de commun. lib. 2. Odd. in repetit, l. qui Romæ: §. duo fratres, ff. de verbor. obligat. quæst. 2. artic. 5. num. 55. impress. post tract. de probibit. al. fid. Capic. latr.* in puncto renunciationis puellæ tempore contracti matrimo-
8 nij, *decis. 2. num. 42.* cum alioquin semper † renũciantis consensus deficiat, ad ignorata non porrigitur. *Bart. in dicto §. duo fratres nu. 11. Cephal. cons. 455. num. 81. Peregr. de fideicomm. art. 52. nu. 20.* non obstante etiam iuramento renunciationi
9 apposito; † quia non operatur vltra voluntatem, & consensum renunciantis, *l. fin. C. non num. pecun. Rip. in dicto §. duo fratres, num. 73. in fin. Rota cum plurib. allegatis in Romana donationis 16. Martii 1643. coram D. meo Bichio.*

Et parum refert in dicta renunciatione Cinthiæ factam fuisse mentionem testamenti paterni quia exinde resultat solum generalis notitia dicti testamenti, non verò specialis scientia fideicommissi in eodem testamento con-
10 tenti, † quæ ad hunc effectum ex sola enunciatiua testamenti non probatur; nisi aliæ coniecturæ concurrant. *Aretin. in d. §. duo fratres, numer. 18. Rip. ibidem, num. 68. Aym. cons. 193. numer. 8. vers. illud tamen Simon. de Præt. cons. 162. num. 2. Fusar. cons. 39. sub num. 52. Peregr. de fideicom. artic. 52. sub*

*sub num.*11. vbi quod hæc est verior opinio, re-
11 iecta contraria Nonij, & Ondedei, † quorum dicta obtinere possunt, quando aliæ coniecturæ concurrunt, *idem Peregr. cons.*57. *sub num.*22. *circa finem, lib.*5.*Odd. de fideicomm.quæst.*2.*num.*60. 65. *et* 67. *quæst.*3.*num.*124. *et quæst.*4 *num.*179. *Capit.Latr. de magis commun, supradicta decis.*2.*nu.*48. *et* 49. *Rota in dicta Romana donationis coram D. meo Bichio §. Nec sufficit* . vbi plures concordantes allegantur.

Ideò non ex facto renunciationis Cinthiæ ab informantibus contra eam allato, sed ex capite detractionum Domini pro Lancettis tantùm informantibus responderunt.

REVERENDISS. P. D. CERRO
Sacræ Rotæ DECANO.

Romana Fideicommissi de Strozzis.

Lunæ 3. *Iunij* 1647.

ARGVMENTVM.

De exhibitione scripturæ aduersùs eum, qui se alienæ immiscuit hæreditati presens differit decisio, quæ totam exhibitionis materiam comprehendit.

SVMMARIVM.

1 *Scripturæ integræ præsumuntur exhibitæ, & contrarium dicenti incumbit onus probandi.*
2 *Alternatiuæ minorem partem sufficit verificare.*
3 *Existentia alicuius temporis non infert ad existentiã tempore motæ litis, Limita vt num.*15.
4 *Iuramentum exhibere debentis scripturam admitti debet, quoties scriptura fuit ab alio ad eius domum asportata.*
5 *Iuramentum viri nobilis, & bonæ famæ attenditur, & num.*14. *vbi vide.*
6 *Exhibitio vt non sit, integra sufficit vnius tantùm scripturæ defectus.*
7 *contra se Immiscentem alienæ hæreditati, leuiores sufficiunt probationes et verisimilitudines.*
8 *Actor releuatur ab onere concludentis probationis in odium eius qui se alienæ immiscuit hæreditati.*
9 *Testis de facto proprio, licet vnicus plusquam semiplene probat amplia si factum sit secretum nu.*10.
10 *in facto secreto veritas difficilius haberi potest.*
11 *Exhibitio scripturæ si prima non fuit integra, ita nec secunda præsumitur integra, & num.* 12.
12 *Iuratoriæ cautionis beneficium amisisse dicitur, qui primo loco scripturas integras non exhibuit.*
13 *Iuramentũ denegatur vbi agitur de exhibitione scripturarum magnæ considerationis, & grauis actoris præiudicij.*
15 *Existentia semel probata suffragatur aduersus eum, qui aliquid restituere tenetur.*

DECISIO LXX.

PROPOSITO dubio An constet de sufficiẽti scripturarum exhibitione Informantes pro D. Marchione Mario Frangipano principaliter deduxerunt, quod cum prima vice coram R. P. D. meo Bichio, tunc A. C. in ciuilibus Locumtenente exhibitæ fuerint sexaginta nouem scripturæ, secunda verò coram me aliæ ad numerum centum ascendentes *Summ. ipsius num.*4. Constare videatur de sufficienti, & in-
1 tegra illarum exhibitione, † itaut contrarium alleganti incumbat onus plenè, & concludenter aliarũ existentiam probandi per *text. in l.*3. *§. sciendum vbi gloss. in verb. summatim propè fin. ff. ad exhib. quem sequuta fuit Rota dec.*235.*& dec.*239. *vtrobique num.*1.*par.*4.*diuers.decis.*259.*num.*1.*par.*1 *recent. & coram bon. mem. Coccino decis.* 63. *pariter num.*1.

Nec huiusmodi existentiam concludere Testes hinc indè examinatos, cum nullus ex iis deponat de numero excedente numerum exhibitarum, nec enunciet certum numerum sæculorum, quibus mediantibus scripturæ è Domo Leonis Strozzij asportatæ fuerunt ad Domum DD. de Frangipanis, sed solum dubitatiuè, & alternatiuè, duo scilicet de tribus, vel quatuor sacculis, Alius verò de duobus, vel tribus. Vndè cum in alternatiuis sufficiat
2 minorem partem, † verificare *l. si ita stipulatus fuero, vbi gloss. ff. de verb. obligat.* satis sit, quod, scripturæ exhibitæ tres sacculos impleant. Accedente præsertim, quod dicti Testes non percutiunt tempus motæ litis, prout necessario requiritur, cum ex supposita existentia de
3 tempore depositionis † non inferatur ad existentiam de tempore motæ litis ex doctrina *Castr. in l. si minorem num.*4.*C. de In integr.restit.& in l.*2.*num.*7. *C. de testam. ordin. quam refert, & sequitur Rota coram bon.mem. Coccino d.decis.*63.*nu.*2.

Præterea ad tollen. omnem scrupulum D. Marius offerebat se paratum iurare alias scripturas non adesse, nec vnquam penes eum extitisse, quod iuramentum illi equidem admit-
4 tendum videbatur, † dum scripturæ non fuerunt ab ipso asportatæ, nec de eius ordine, sed de ordine, & mandato D. Pompei Fratris vt probat *Franc. Aret. cons.*120. *sub nu.*2. *vers. sed tamen his non obstantibus, & admisit Rota decis.* 241. *num.*2.*par.*4.*diuers. coram Cardin.Seraph. decis.*692. *num.*5. *&* 6. *& coram san.mem. Gregorio decis.*199.
5 *num.*2. Maximè † cum agatur de viro nobili, & bonæ famæ, *vt aduertit Rota decis.*238.*num.*5. *eadem par.*4.*diuers.*

Informantes verò pro D. Duce Strozzio deducebant sufficienter probari existentiam aliarum scripturarum vltrà iam exhibitas ab ijsdẽ met Testibus pro altera parte examinatis deponentibus, scripturas, de quibus agitur, contineri in quadam capsa longitudinis mediæ cannæ existen. in Domo Leonis Strozzij, & sequuto illius obitu extractas fuisse à D. Pompeo, & repositas in tribus, vel quatuor magnis saccoccijs plenis, quæ postmodum asportatæ fuerunt ad Domum eorumdem DD. Pōpei, & Marij, vt secundus iuxta 6. Interrogatorium, ibi, *Et il Sig. Pompeo con le sue mani aperse il Baullo &c. che era longo più di mezza canna, che vi erano molte scritture, che furno messe dette scritture in tre, ò quattro saccoccie grandi, quali saccoccie furono piene di dette scritture, & le dette saccoccie furono prese dalli detti seruitori del Signor Pompeo, pre-*

sente esso Sig. Pompeo & messe dentro la Carrozze del medesimo Signor Pompeo, & io Testimonio medesimo entrai nella medesima Carrozza, con la quale andai à casa di detti Sig. Frangipani con le dette scritture, quali feci leuare della Carrozza e feci portare di sopra nell' appertemento del detto Sig. Pompeo &c. Et Tertius iuxta 12. ibi *Perche quando morse il Sig. Leone Strozzi, il Sig. Pompeo Frangipani cacciò da vn Baullo, ò Forziero grande vna quantità di scritture, quali furono messe in certe saccoccie, che furno tre, ò quattro in circa, e furono date ad Antonio Comandi per portarle à casa del Sig. Pompeo, e Signor Mario come li furono portate &c. Summ. D. Ducis num. 7.* Hinc enim licet præfati testes non deponant de maiori numero excedente numerum scripturarũ exhibitarum; nihilominus satis probant existentiam aliarum vltra exhibitas, dum istæ contentæ in tribus sacculis admodum paruulis, vix implent vnicam saccocciam magnam vt oculariter patet, ad effectum autem, quod
6 exhibitio non sit integra sufficit† vnius tantum scripturæ defectus *per text. in l. 1. §. proinde vbi gloss. in verb. plures, & in l. 3. in princip. ff. de tabul. exhibit. bene Paris cons. 57. num. 11. lib. 1.*

Non obstante, quod dicti testes deponant alternatiuè, ibi, *che furono messe dette scritture in tre, ò quattro saccoccie grandi &c.* Tùm quia exinde non resultat talis dubietas, quæ illis minuat fidem, tùm quia aduersus eum, qui in aliena
7 hæreditate se immiscuit, † sufficiunt leuiores probationes, & verisimilitudines ex congestis ae propositum per *Anchar. cons. 286. sub num. 2. vers. sed veniendum est*, ac in odium illius
8 Actor† releuatur ab onere concludentis probationis, *vt tradunt Aym. cons. 6. num. 8. Paris consil. 67. num. 27. lib. 3. Menoch. cons. 579. num. 8. & 9.*

Et ponderabant vlterius, quod Leo Strozzius scripturas ab ipso in dicta Capsa seruatas ordinate numerauerat, & calculauerat numeris abbacalibus, vt deponit secundus Testis, ibi, *E dette scritture parte erano legate in mazzetti, e parte sciolte &c. e mi pare, che detti mazzetti fussero numerati 1. 2. & 3. & sic de singulis &c.* dicto *Summ. num. 10.* Ac insuper, quod ex oculari inspectione apparet vltra numeros abbacales eas fuisse numeratas litteris Alphabeti duplicato, & triplicato ordine earumdem litterarum, vnde dum illæ exhibitæ non habent perfectam & continuatam seriem numerorum, & litterarũ eodem *Summ. num. 11.* aperte conuincitur, tot scripturas in priori, & nupera exhibitione defecisse, quot cæteris numeris, ac litteris deficientibus verisimiliter adæquari possent. Hic autem Testis licet vnicus cum de facto proprio
9 deponat † facit plusquam semiplenam probationem *iuxta vulg. doctrinam Castr. in l. quicumque in fin. C. de seru. fugit quam sæpè sæpius amplexa fuit Rota, & signanter coram bon. mem. Buratto dec. 289. num. 1. & decis. 665. num. 9. ac in Firmana pensionis 10. Iuny 1641. coram bon. mem. Merlino*, Cum
10 præsertim agatur de facto secreto, † in quo veritas difficilius haberi potuisset, *vt notant DD in l. 1. §. fin. ff. de verb. oblig. Gabr. de testibus conclus. 1. num. 25. Mascard. de probat. lib. 1. in præfat. qu. 11. num. 18.*

Idque etiam nota dignum asserebant, quod DD. de Frangipanis seligendo scripturas pro ipsis facientes, eas ab alijs segregarunt, & postquam ad instantiam D. Ducis citati fuerunt prima vice ad exhibendum, eas dumtaxat exhibuerunt, quæ pro ipsis non faciebant, vt deponit idem testis ibi, *e quelle, che faceuano per li detti Signori Frangipani furono messe da banda &c. & dopò perche detti Signori Frangipani furono citati ad Instanza del Signor Marchese Strozzi à restituire le scritture, fù portata vna quantità di scritture, che furono tutte quelle, che non faceuano per li detti Signori Frangipani al Signor Hortentio Lutioli, che le producesse all' Offitio &c.* Sicut ergo prima exhi-
11 bitio non fuit integra, † ita nec pariter integra præsumi debet secunda *ex regul. text. in l. non omnis §. à Barbaris ff. de re milit. & in cap. scribam de præsumpt. quam bene ad propositum expendit Decian. respons. 32. num. 41. vers. Quæ coniectura lib. 3.* Iuncto maxime, quod antedictus testis deponit, dictas scripturas selectas in eadem Capsa repositas, se etiam vidisse post reditum Domini Marij à bello.

Eoque magis in proposito, quo facta prima exhibitione DD. Fratres de Frangipanis medio ipsorum iuramento asseruerunt omnia bona, omnesque scripturas spectantes ad hæreditatẽ prædicti Leonis integrè, ingenue, & bona fide deposuisse, nec quicquam aliud de dicta hæreditate pænes ipsos, vel alias personas de eorum ordine retinuisse *d. Summ. num. 9.* Et tamen postmodum coram Me alias scripturas exhibuerunt primo non exhibitas, vnde intrat suspicio, quod cæteras alias adhuc retineant, adeo vt proinde integra illarum exhibitio allegari non valeat, *vt in puncto firmant Soccin. Sen. cons. 190. sub num. 5. vers. neque valet allegatio cum seqq. lib. 2. Paris. dicto cons. 57. num. 39. 40. & 41. lib. 1.*

Et hinc etiam deducebant ipsum admitten-
12 dum non esse ad aliud iuramentum, † sed amisisse beneficium iuratoriæ cautionis *ex doctrina Bald. in l. & qui iurat. in princ. C. de bonis Author. Iud. poss. quam sequuti fuerunt Roman. in l. 2 num. 39. ff. solut. matrim. Ias. in l. 1. num. 23. vers. 3. limita ff. qui satisdar. cogant. & in l. non exigimus §. quod diximus num. 3. ff. si quis caution. Seraph. de priuil. iuram. priuil. 8. num. 9. Vinc. Mancin. de iuram. p. 5. effect. 10. num. 2.* licet ob solam suspicionem existentiæ aliarum scripturarum, quando, vt hic agitur de maxima successione, & graui præiu-
13 dicio Actoris Rota soleat † iuramentum denegare, vt seruatum fuit *coram Cardin. Caual. decis. 82. num. 8. et 9.* vbi quod hoc casu non atten-
14 ditur nobilitas petentis † iuramentum, nec illius honesta fama.

Quatenus verò dicebatur iuramentum non fuisse præstitum de mandato Iudicis cessat ex facto, cum in actis liqueat præstitum fuisse, ita mandante Illustrissimo D. tunc Vrbis Gubernatore, Prout similiter cessat ex facto, quod scripturæ fuerint asportatæ de ordine tantum modo D. Pompei Fratris, cum approbatio, & scientia D. Marij sit euidens, ex quo cædem scripturæ asportatæ à Domo Leonis ad Domum ipsorum de Frangipanis statim apertæ, & selectæ fuerunt etiam in ipsius præsentia, vt

vt deponit idem testis *Summ. nu.7.* & ipse quoque iurauit alias scripturas non habere, vt ex lectura iuramenti.

Ad illud autem, quod testes non percutiant tempus motæ litis respondebant, quod cum DD. de Frangipanis tenerentur scripturas conseruare † & D. Duci restituere, existentia penes ipsos semel probata suffragatur, *vt probat Castr. cons. 301. sub num. 5. vers. sed certe cum semel lib. 1. et declarat allegata decis. 63. coram bon. mem. Coccino.*

Præualerunt apud DD. rationes, & fundamenta deducta pro D. Duce Strozzio, & propterea cum de ipsius Interesse dubitari nequeat, dum scripturas petit, vti proprias ratione dominij, resoluerunt non constare de sufficienti exhibitione scripturarum, vtraque Parte Informante &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Postea Reuerendissimo Episcopo IMOLEN.

Vrbinateñ Emphiteusis.

Veneris 7. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Emphiteusis renouatio vbi fieri debet facienda est iuxtà formam successionis, quæ esset in eadem emphiteusi seruanda, & ille præfertur qui in successione præferri debuisset.

SVMMARIVM.

1 *Repræsentatio cessat in emphiteusi Ecclesiastica.*

2 *Proximior in gradu succedit secluso nepote in emphiteusi Ecclesiastica.*

3 *Emphiteusis hæreditaria admittit iuris communis successionem.*

4 *Successio de iure communi admittit omnes in gradu tam verè, quam repræsentatiuè.*

5 *Filius intrat in locũ patris in emphiteusi hæreditaria.*
Nepos concurrit cum patruo vbi agitur de successione emphiteusis, quæ sit hæreditaria num. 5

6 *Renouatio emphiteusis eisdem subiacet regulis, quibus regulatur successio, et num. 1. ac per totam decisionem.*
in Renouatione emphiteusis illi præferuntur, qui essent successuri num. 1. 6. et per totum.

7 *Repræsentatio si non habet locum in successione, itd nec in renouatione emphiteusis.*

8 *Nepos succedit cùm patruo ab intestato.*
Repræsentatio datur in primo gradu lineæ transuersalis num. 8.

9 *Renouatio emphiteusis fieri debet amitæ, et nepti æqualiter.*

10 *Transactione non gaudet non habens qualitatem à transactione requisitam.*

11 *Clausula sinè præiudicio ius quæsitum resoluit constituto de præiudicio alterius præseruato.*

DECISIO LXXI.

DEVOLVTIS per obitum Simonis vno prædio, & vna domo in Ciuitate Vrbini Emphiteoticis Francisca Ceccha de Vrbino Soror germana d. Simonis, docto de requisitis iuxta formam transactionis, & inconcussæ obseruantiæ, quæ extat in Ciuitate Vrbini inter Archiepiscopum, & Clerum ex vna, & Communitatem, ac Homines ex altera de renouandis proximioribus in bonis Emphiteoticis obtinuit ab Archiepiscopo renouationem in dictis bonis die 22. Iunij 1640. & eius vigore possessionem bonorum prædictorum in qua nunc continuat, accepit Renouationem eorumdem bonorum pro medietate, ab eodem Archiepiscopo obtinuit sub die 24. Octobris eiusdem anni Carolus Paytellus de S. Angelo in Vado d. Simonis ex altera germana sorore nepos, & cum quæreretur in Rota, quæ renouatio esset præferenda, informante tantum Francisca obtinuit respooderi illius renouationem esse præferendam.

Nam vbi agitur de emphiteusi non hæreditaria, sed ex pacto, & prouidentia, & Ecclesiastica, † cessat repræsentatio, vt in terminis Emphiteusis Ecclesiasticæ tradit *Alex. cons. 129. num. 8. lib. 5. Ruin. cons. 162. nu. 11. lib. 1. cum alijs allegatis per Rot. decis. 219. par. 4. diu.* & proximior
2 in gradu † succedit excluso Nepote iuxta veriorem opinionem quam tuetur *Mant. de tacit. lib. 22. tit. 18. per tot. Valasc. de iur. emphit. quæst. 50. num. 5. Cald. cons. 30. num. 56. Bero cons. 55. num. 11. lib. 2. & alij plures relati ab Add. ad bo. me. Buratt. dec. 838. num. 16. & 17.* quorum opinionem amplexa fuit *Rota in d. decis. 219. par. 4. diuers.* non obstante quod contrarium sentiant *Rol. cons. 68 num. 36. lib. 1. & Gabriel. cons. 86, num. 9. lib. 1.* quia
3 eorum † rationes non concludunt in Emphyteusi de qua agitur Ecclesiastica, sed in hæreditaria pro se filijs & hæredibus, in qua attenditur ordo, quo lex ad hæreditatem vocat, qui
4 est, † vt simul admittantur omnes, qui in eodem gradu sunt verè, vel per repræsentationem legis *d. decis. sequuta fuit Rota in Romana Emphyteusis 15. Iunij 1620. coram bon. mem. Pirouano, & in Rom. de Rouilijs 22. Maij 1628, coram eod.* Nec Nepos excludit patruum, sed Patruus excludit Nepotem, secus in Emphyteusi hæ-
5 reditaria, † in qua filius intrat in locum Patris & nepos concurrit cum Patruo, vt benè *per Modern. Fulgin. in tract. de iur. Emphyt. tit. de success. in bonis Emphyteot. quæst. 1. nu. 6.* Vnde sicuti Frãcisca tamquam proximior fuisset præferenda Carolo in successione huiusmodi Emphyteusis quatenus non fuisset finita per obitum d. Simonis, ità quoque est præferenda in renoua-
6 tione cum non sit locus repræsentationi, † vt in puncto renouationis similis Emphyteusis prætensæ inter Sororem, & Nepotem vltimi defuncti ad fauorem Sororis consuluit *Caldas d. cons. 30. num. 56.* ibi, *sine dubio in isto casu ista oppenens soror vltimæ emphyteutæ præferenda est in Iure renouationis actori, qui est Nepos ex fratre præmortuo*, ratio est quia si in successione non habet
7 locum repræsentatio, † multò minus habet locum repræsentatio in renouatione argumẽto de maiori ad minus, *vt per Euerard. in cent. de arg. à maior.*

Vlterius Franciscę fauet transactio inter Archie-

chiepiscopum, & Canonicos Vrbinaten. cum Hominibus Vrbini cuius vigore renouatio fieri non potest de rebus deuolutis per lineam finitam per mortem alicuius personæ nisi proximioribus defuncti, qui sint Ciues Vrbini, siue de Comitatu, vel Incolæ, aut habitantes pro maiori parte temporis in dicta Ciuitate, vel Comitatu Vrbini, quæ qualitas euidenter deficit in Carolo, qui in ipsa inuestitura enunciatur Ciuis de S. Angelo in Vado, & comprobatur in Sententia, quam ipse ad sui fauorem reportauit super hac ipsa prælatione ab A. C. & concurrit in Francisca, vt in inuestitura sibi concessa in qua enunciatur de Vrbino, quæ adminiculatur ex fidibus datis in quibus asseritur Franciscam esse de Vrbino, & Carolum à S. Angelo in Vado, quare euidenter apparet cessare in Carolo istud requisitum.

Neque facit quod in dicta transactione disponatur in §. *item quod si aliqua res*, quod renouatio fieri debeat illis, qui ab intestato, vel ex testamento succederent ipsi personæ defunctæ, & ab intestato Nepos succedit vna cum pa-
8 truo, † & in primo gradu lineæ transuersalis datur repræsentatio *Dec. cons. 1. per tot. Crass. in §. succ. quæst. 26. numer. 4. Fusar. de substitut. quæst. 485. num. 16. Maresc. var. resolut. lib. 1. cap. 3. num. 31. Rot. decis. 417. nu. 1. par. 1. recent. & Coram Caual. dec. 346. num. 3. & 4.* ideo vtrique nempe Amitæ, & Ne-
9 poti † esset facienda renouatio *Maresc. d. cap. 3. num. 7.* vbi refert decisum *in Rot. coram Platto in causa Ciuitatis Castelli 23. Iunij 1586. quos allegat Moder. Fulgin. in d. tract. tit. de renouat. quæst. 1. nu. 55.* quia cum dicta transactio sit restricta, vt fuit dictum supra, ad Ciues Vrbini, siue de eius Comitatu, vel Incolas, aut habitantes pro maiori parte temporis in dicta Ciuitate, vel Comitatu Vrbini in §. *item quod præsentia capi-*
10 *tula* † Carolus ex supradictis forensis non potest gaudere beneficio dictæ transactionis, cum non habeat qualitatem per transactionem requisitam, clausula, *sine præiudicio habentium meliora, & anteriora Iura* apposita in renouatione
11 Franciscæ † non impedit, nec suspendit acquisitionem, sed Ius quæsitum resoluit constito de præiudicio alterius præseruato, *vt per Rot. decis. 14. numer. 17. post med. de manutent. Ciriac. contr. 10. numer. 12.* Carolus autem non docuit se habere maiora, & potiora Iura immo ex deductis cum quibus transierunt Domini constat de contrario.

Et ita informante tantum Francisca.

R. P. D. GHISILERIO.

Postea Episcopo IMOLEN.

Bononień prætensi fideicommissi.

Veneris 7. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum conceptum cum sola clausula si sine filijs decesserit, non dicitur purificatum per mortem grauati cum filijs, quantumuis postea filij decedant iuxtà vulg. cons. Oldradi 21. à quo solum receditur ex coniecturis.

SVMMARIVM.

1 *Libellus probat contra porrigentem.*
2 *Articuli plenè probant contra articulantem vbi sunt iurati.*
3 *Conditio si sinè filijs deficit per existentiam filiorum.*
Amplia etiam sì postea dd. filij decedant n. 6. & seqq. vbi vide.
4 *Verba prolata per ablatiuum absolutum, resoluuntur in conditionem.*
5 *Dispositio conditionalis tota resoluitur deficiente conditione.*
6 *Consil. Oldradi 21. quando procedat, & quando non, & num. seqq. iuncto num. 3.*
7 *Voluntas testatoris ex coniecturis elicitur.*
8 *Conditionem sufficit semel extitisse, licèt deindè deficiat.*
Conditio momento temporis impletur. num. 8.
9 *Substitutio si sine filijs expirat per existentiam filiorum, etiam quod illi postea decedant, & num. 3. cum seqq.*
10 *Substitutio vulgaris, non fide commissaria dicitur,* si sinè filijs decesserit, &c.
11 *Verba intelligenda sunt secundum mentem testatoris.*
12 *Discretiuus modus loquendi testatorem diuersè disposuisse conuincit.*
Verba testatoris non debent esse superflua n. 12.
13 *Diuersitas personarum repetitionem excludit.*
14 *Agnatio non conseruatur per fœminas.*
15 *Fauor publicus versatur in matrimonijs contrahendis.*
16 *Fideicommissum & onus excludi debet.*
17 *Pro non fideicommisso in dubio pronunciari debet.*
Fideicommissa sunt odiosa.
Fideicommissum strictè interpretatur, & n. 18.
Fideicommissum non extenditur, & n. 18.

DECISIO LXXII.

Domini consideratis verbis Testamenti Ludouici Ferraboschi ab eo conditi 18. Nouembris 1582. ibi, *& neutris neque masculis, neque fœminis d. Guidobaldi (Testatoris ex fratre prædefuncto nepotis) existentibus, filijs masculis legitimis, & naturalibus Alphonsi, & Amphionis fratrum, & nepotum respectiuè prædictorum, & eorum Descendentibus in infinitum in stirpes, & non in capita vnam possessionem reliquit, &c.* resoluerunt denegandam immissionem Carolo Emanuello Ferrabosco filio Alphonsi in possessionem prædij possessi à Ioanne Vincentio Albertatio reo conuento Marito Felicitæ filiæ Guidobaldi, quam prætendebat sibi deberi occasione fideicommissi Ludouici Testatoris.

Ratio resolutionis fuit, quia quatenus Carolus Emanuel legitimasset suam personam, nempe se esse filium Alphonsi cum qualitate legitimitatis requisitæ à Testatore in legato, ex supradictis verbis, filij Alphonsi vocantur ad successionem in Prædio, de quo agitur, eo tantum casu, quo non extarent filij masculi, aut

aut filiæ fœminæ d. Guidobaldi, qui cum decesserit relictis tribus filiabus Susanna, Iulia,
1 & Fælicita, † vt probatur, nedum ex libello petitionis *Mancin.de confes.cap.3.artic.1.numer.38.*
2 Sed etiam ex articulis cum iuramento † porrectis ad instantiam dicti Caroli Emanuelis *Ioan. And.in cap.cum in positionibus in principio de Iur.iur. in 6.* defecit conditio, sub qua filij Alphonsi
3 fuerunt vocati, † & expirauit substitutio ad eorum fauorem facta *iuxta text.in l.filius familias §.cum quis rogatus ff.de leg.1.l.Lutius Titius la secunda §. idem quæro ff. de hæred. instit. l. ex facto §. penultimo, vbi Castr.ff.ad Trebell.l.Iubemus §.sin autem C. eod. l.1. C.de condit.insert.Tiraq.qui infinitos citat in l.si vnquam num.200.C.de reuocan.donat.Peregrin. cons.52.num.5.lib.1. Abb.cons.40. num.1.par.1.Soccin.iun.cons.580.numer.38. in fin.vers.vnde cum talis conditio defecerit, quia D.Catherina fuit superstes, &c. lib.2.Paris.cons.74.numer.17.lib.2. Rot.in recent.decis.519.num.1.& 2.par.1.decis.272.numer.13.par.6. & in Fanen.fideicomm. 27.Maij præteriti coram me.*
Etenim verba illa *Et neutris, neque masculis, neque fœminis existentibus*, in quibus stat omnis difficultas, cum sint prolata per ablatiuum absolutum, resoluuntur in conditionem, &
4 perinde est, † ac si dictum fuerit; Etsi non superfuerint neque masculi, neque fœminæ Guidobaldi, &c. *l.à Testatore ∵ de condit. & demonstrat.& tradunt Bart.& alij in l.1.eod.tit.* & di-
5 spositio cõditionalis deficiente conditione, † totaliter extinguitur, & nullius est momenti *l. vnica §.sin autem aliquid sub conditione C.de cad.toll. l.qui hæredi §.Platius ff.de condit.& demonstr.* Quod
6 procedit etiãsi posteà dd.filiæ Guidobaldi † defecissent sine filijs *iuxta vulg.cons.Oldr.21.*passim ab omnibus, & in Rota sæpissimè receptum, vt in pluribus decisionibus relatis *per Rot.coram bo:mem.Buratt.decis.820.num.1.& seq.vbi adden.sub litt. A.* à quo tamen receditur quando aliter
7 appareat † de voluntate Testatoris, quæ ex coniecturis elicitur *l. lucius §. quæsitum de legat.3. Bart.in l.1.ff.de verb.signif.Mantic.de coniect.lib.11. tit.14.num.13.Peregr.de fideicomm.artic.25.num.10. & 12.Dec.cons.270.num.5.in fin.*cum in conditio-
8 nibus sufficiat principium existentiæ, † & satis superque sit, quod momento temporis impleantur *l.si quis hæredem l.in substitutione ff.de vulgar.& pupill.l.fin.§.1.C.de indic.vid.toll.Altogr.cons. 60.n.4.*& sic in proposito sufficit, quod de tempore obitus Guidobaldi fuerint superstites su-
9 pradictæ Susanna, Iulia, & Fælicita, † vt substitutio de filijs masculis legitimis, & naturalibus Alphonsi, & Amphionis facta expiret, quidquid de ea postea sequatur *iuxta text. in l. filius familias § cum quis de legat.5. Soccin.iun.in his terminis d.cons.180.num.41.lib.2.*
Nec supradictum ablatiuum absolutum, *& neutris neque masculis, neque fœminis dicti Guidobaldi existentibus, &c.* importat tractum temporis successiuum, adeout inducere videatur fideicommissum casu, quo dicti filiæ Guidobaldi quandocumque deficerent absque liberis, quia non concurrunt simultaneè alia verba tractum temporis importantia, veluti de linea, posteritate, progenie, & similibus, prout requireretur ad effectum inducendi tale fideicommis-

sum, sed dicitur simpliciter (non existentibus)
10 quo casu † solum vulgaris continetur, non autem fideicommissaria, vt præter *Peregrin. cons.52. num.5. lib.1.Abb.cons.40.num.1.par.1.Soc. iun.cons.180.num.38.lib.2. & Rota decis.272.nu.13. par.6. recent. supra allegatos firmant idem Soccin.iun. cons.100.num.31.cum trib.seqq.lib.3.Castr.cons.434. per tot.lib.2. Corn.cons.187.numer.5.lib.3.Bardellon. cons.13.num.6.vers.extenditur Menoch. cons.496.numer.10.vers. comprobatur, & de præs.lib.4.præs.71. numer.10.Intrigliol.de substit. cent.3.quæst.81.num.2. & 9. cum alijs plenè cumulatis per Ciriac. contr.522. num.93.*
Cæterum in proposito casu cessat omnis difficultas ex voluntate ipsius Ludouici Testatoris, quia quando voluit significare non existentiam filiorum post mortem Patris, verbo, *non existentibus*, addit illa verba, *& quandocumque decedentibus*, tractum temporis importantia, vnde conditio, non extantibus secundum mẽ-
11 tem Testatoris, † iuxta quam verba intelligẽda sunt *l.Senatus consultum ff.de rit.nupt.Paris.consil.52.numer.28.lib.2.Fach.contr.lib.5.cap.18.Fusar. de substitut.quæst.320.num.80.Rot.decis.6.numer.13. par.5. recent.* stat restrictiuè ad tempus mortis, quod clarè probat discretiuus modus loquendi Testatoris, siquidem quando voluit plura tempora compræhendere, vsus fuit verbis, & ipso, vel ipsis non extantibus, vel quandocumque deficientibus, vt in prima substitutione Alphonsi, & Guidobaldi, ibi, *Et ipsis non extantibus, vel quandocumque decedentibus sine filijs masculis legitimis, & naturalibus etiam substituit Alphonsum, & Guidobaldum alios ipsius Testatoris ex fratre prædefuncto nepotes si extiterint, & ipsis non extantibus, vel quandocumque decedentibus substituit vtriusque eorum filios masculos, legitimos, &c.* Ex
12 quo discretiuo modo loquendi † euidenter apparet Testatorem habuisse pro diuersis, hæc verba, *non existentibus, & quandocumque deficientibus*, & accepisse verba, *Non extantibus*, restricta ad tempus mortis, & verba, *quandocumque deficientibus* post mortem, ne dicta verba *quandocumque deficientibus* toties ab eo repetita sint superflua *contra text. in l.si quando ff. de leg.1. & in l. quoties ff.de reb.dub.*
Neque dicta verba, vel *quandocumque deficientibus* vllo pacto possunt censeri repetita in hac substitutione, tam ex diuersitate personarum, quia diuersę personę vtrobique vocantur, cum in hac substitutione vocentur fœminæ, in alijs vero solum masculi, hæc autem diuersitas per-
13 sonarum † excludit pręsumptam repetitionem qualitatis supra expressæ, eo quod tunc potest concurrere diuersa ratio, & affectio Testatoris *Surd.cons.21.num.9.& 10.Menoch.de præsumpt.præsumpt.84.num.7.lib.4.Rota decis.381.num.7.& seqq. par. 5. recent. & in alys relatis in Spoletana honorum 13.Aprilis 1646. coram R.P.D.meo Corrado §.quia contraria*; quam etiam quia diuersa militat ratio in masculis, & in fœminis, nedum respe-
14 ctu agnationis, † quæ per fœminas non conseruatur *l. pronuntiatio §. fœminæ ff. de verb.signif.* Sed etiam quia potuit Testator velle, quod bona liberè remanerent ad fœminas, vt facilius possent contrahere matrimonium mediã-

te facultate liberè disponendi de hoc legato Prædij, quod non ita de facili accidisset, si fuissent grauatæ onere restitutionis, quæ ratio, vti
15 respiciens fauorem publicum, † qui versatur in matrimonijs contrahendis *l.1. ff. sol. matr.* eó facilius est amplectenda.

Supradictis accedit, quod in dubio ea sem-
16 per est capieñ interpretatio, † quæ fideicommissum, & onus excludat *Paris. cons.41. num.31. lib.3. Aym. cons.180. sub numer.1. Cephal. cons.620.*
17 *num.1. & seqq. lib.5.* & in dubio pro non † fideicommisso pronunciandum est *Alciat. cons.74. num.8. volum.3. Rolan. cons.46. numer.3. lib.3.* vulgares enim sunt Regulæ, quod fideicommis-
18 sa sunt odiosa, & strictè interprætanda, † nec extendenda vltra personas, & casus expressos *Cephal. qui alios congerit cons.430. numer.12. cum sequen. lib.3. Rota in istis terminis coram Seraph. decis.1023. num.2. decis.490. num.3. & 491. numer.8. par.4. diuers.*

Et ita resolutum Informante tantum Ioanne Vincentio pluries citata parte aduersa, &c.

R. P. D. CORRADO.
Postea S. R. E. CARDINALI.

Romana Vineæ.

Veneris 7. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Bona Emphyteotica Ecclesiastica, licèt deuoluantur ad ipsam Ecclesiam, tàm ob canones non solutos per biennium continuum, quàm ob alienationem eorumdem bonorum absque consensu Domini directi, tamen huiusmodi caducitates ex quibus censeantur remissæ, & quandò Emphyteuta ab eis excusari possit latissimè tractatur.

Dominus directus petens associationem bonorum emphyteuticorum tria probare debet, & quæ sint, hic habentur, & si obtinuerit mandatum de associando absque huiusmodi iustificationibus, illarum deficientia coram Iudice ad quem probari non potest sed emphyteutæ competit reintegratio, & huius occasione discutitur an & quando sententia iustificari possit ex iuribus postea productis.

SVMMARIVM.

1 *Identitas bonorum non probatur ex demonstrationibus generalibus.*
2 *Identitas bonorum ad effectum deuolutionis constare debet ex eo quod rei conuenti ab innestitis causam habuerunt.*
3 *Caducitas incursa ob canones non solutos ex quibus censetur remissa.*
4 *Caducitas ob canones non solutos, ex quibus euitari possit.*
5 *Emphyteusis Ecclesiastica dicitur deuoluta ad ipsam Ecclesiam ob canones non solutos per biennium continuum.*
6 *Emphyteusis Ecclesiastica non potest dici deuoluta, si non viget defectus solutionis Canonum per biennium continuum.*
7 *Bona emphyteotica possunt alienari ex causa dotis etiam absque consensu Domini directi.*
8 *Dominus directus recipiendo canones absque vlla protestatione de bonis ex causa dotis alienatis, censetur contractum approbasse.*
9 *Bona emphyteotica benè possunt locari absque consensu Domini directi.*
10 *Bona emphyteotica possunt alienari, reseruato consensu Domini directi, absque vitio caducitatis.*
11 *Clausula* omni meliori modo, &c. *operatur, vt actus censeatur eo meliori modo quo expediebat pro validitate contractus.*
12 *Clausula* aliàs, *&c. quid importet.*
13 *Dominus directus petens associationem bonorum emphyteuticorum tria probare debet, & quæ sint, vt num.14.*
14 *Emphyteuta, vt excusetur à caducitate sufficit causa licèt probabilis, & colorata.*
15 *Caducitas non iustificatur post relaxationem mandati ex iuribus postea coram Iudice* à quo *productis.*
16 *Spoliatus debet in pristinum statum ante omnia reponi, ac reintegrari, & num.28.*
17 *Spolium remouetur vbi possessio apprehensa fuit nomine Cameræ vigore Breuis Apostolici.*
18 *Sententia quando iustificari possit ex iuribus postea productis, & num.19. & 20.*
21 *Sententia iustificari non potest ex iuribus postea productis quamuis essemus in iudicio associationis intellige, vt numer.23. & quando secus, numer.22.*
22 *in Mandato de associando à Iudice petitum extra iudicium ad euitandas rixas & scandala nec citatio nec causæ cognitio requiritur.*
23 *Secùs in mandato petito in forma Iudicij.*
24 *Sententia licèt specialitèr iustificari debeat ex eisdem actis, tamen admitti solent probationes coadiuuatiuæ antecedentium intellige, vt num.25.*
Sententia quare iustificari non posset ex iuribus postea productis.
27 *Possessionem esse penes Titium probatur ex mandato de associando contra eum petito, & relaxato.*
28 *Spoliatus dicitur ille penès quem esset vera possessio.*
29 *Reintegrationem iniustè spoliati, vt quis impedire possit, quid sit necessarium.*
30 *de Iure vel non iure alterius partis quandiu contrarium doceri potest.*
31 *Præscriptio aduersus spolium, quantum temporis spatium requirat.*

DECISIO LXXIII.

CVM informantes pro RR. Monialibus non acquiescerent resolutioni in hac causa factæ 27. April. 1946. coram me; prætendentes adhuc mandatum de associando illis concessum coram D. Alphonsum Ferrum, & q. Portiam eius vxorem ex eodem processu, vel saltem ex nouis probationibus coram Rota productis iustificari, atq; ideo sententiam Rotalem pro reintegratione eiusdem Ferri prolatam non esse confirmandam; Volui consulere iterum Dominos qui causa denuó, qua solent maturitate discussa, steterunt in decisis.

Quia

Quia certum est, quod coram Iudice à quo non fuit probatum (vt necessarium erat) Vineam de qua agitur esse eamdē, quæ in inuestituris, tunc exhibibitis pro parte Monialium fuerat de anno 1567. & 1568. vel q. Antonio de Libertarijs, vel q. Nicolao Calderario respectiuè concessa, quinimò differebat ab vtraque in quantitate, qualitate, & confinibus, vt apparet ex lectura dd. Inuestiturarum, & monitorij, ac articulorum in illo iudicio produ-

1 ctorum; † Neque generales demonstrationes, quę alijs æquè poterant congruere sufficiebāt, vt explicat *Bart. in l. demonstratio sub num.* 15, *vers. vel quod alius est, & ibi Costr. sub num. 6. vers. vel nisi esset, alia res ff. de condit & demonstr.* & in his terminis late probauit *Rota penes bo. mem. Buratt. decis. 132. num. 8. vers. nec ad probandam identitatem &c. ac per tot. & in rec. dec. 295. sub num. 8. vers. & tamen ad probandam identitatem, ac per tot. par. 1.*

2 Nec † vllo pacto constabat reos conuentos à præfatis Inuestitis causam habuisse, vt fuit cōsideratum *in Rom. Deuolution. 17. Martij 1621. coram bon. mem. Card. Verospio in recent. decis. 281. num. 4. vers. prout nec similiter &c. & per tot. par. 4. tom. 2.*

Minusque fuerunt iustificatę causę prætensę

3 caducitatis; † Nam illa deducta ex non solutione canonum per biennium eliditur prorsus ex partitis exhibitis librorum ipsius Monasterij, ex quibus constat illos fuisse solutos vsq; ad annum 1615. & ex petitione facta pro non solutis de anno 1616. pro quibus non solum fuit relaxatum mandatum, sed executum, ac consumatum per captionem pignorum, subhastationem, ac deliberationem, deputatusq; pręterea ad instantiam Monialium Custos Vineę ad percipiendos illius fructus vsque ad integram satisfactionem, vt apparet ex eodem processu per acta Lucatelli sub diebus 30. Augusti, 13. Septembris, & 8. Octobris dicti anni 1616. trasportato ad Rotam, ex quibus sanè ante declaratam, vel agnitam caducitatem, petitamq; ex ea causa immissionem, vel associationem gestis censetur remissa caducitas, si quę ideo fuisset incursa, *Surd. decis. 317. sub nu. 1 & num. 14. uers. tota ergo difficultas,* & in his terminis respondit *Rot. in Roman. Domus 17. Iuny 1619. coram bon. mem. Manzaned. in recent. decis. 708. num. 5. uers. ultra quod & seq. par. 4. tom. 3. & comprobat modern. Rom. Discept. 633. num. 39. uers. Ita ut ac seq.*

4 Eoq; magis quia ex prędictis omnibus diligentijs † resultat efficax pręsumptio actualis solulutionis, ac satisfactionis, quę etiam corroboratur, & adminiculatur ex alijs publicis actis, attestationibus respectiuè sub diebus 7. Octobris 1616. 21. Maij 1617. & 8. Nouembris 1641. pariter productis, ex quibus apparet notabile vini quantitatem ex eadem vinea ad Moniales eo anno peruenisse, ac proinde, vel satis inde iustificatur illarum satisfactio, vel saltem inducitur iusta causa excusandi dd. Coniuges à caducitate, vt fuit dictum *in Florentina prætens. deuolut. 18. May 1622. penès Buratt. decis. 624. num. 7. uers. quæ probabilis credulitas, & seq. & post alios idē Roman. d. Discept. 633. sub num. 24. uers. cum etiam, &*

5 *seqq.* Atq; ideo † quando facta fuit declaratio ca ducitatis, ac institutum super ea iudicium de anno 1617. die 22. Iunij non vigebat defectus solutionis canonum per biennium continuū, qualis requirebatur ad effectum in emphyteota Ecclesię *iux. tex. in cap. potuit §. emphyteota quoq; extr. de locat. & Auth. Hoc ius porrectū in §. qui rem. C. de Sacr. Sanct. Eccles. & in Auth. De non alienand. §.*

6 *scire autem,* nec proinde † ex eo poterat iustificari prętensa caducitas, vt fuit conclusum *in d. decis. 708. par. 4. tom. 3. recent. & sæpè in alijs.*

Alia verò deducta ex alienationibus factis à Portia; quæ iure dotis Vineam hanc transtulit primùm in Io: Baptistam Guidum, & deindè in d. Alphonsum Ferrum eius secundum virū

7 nullius † erat considerationis, cum non fuerint probata, atq; exibita Instrumenta dotalia, ex quibus constaret, quod illius dominium fuisset in eosdem viros simpliciter translatum, An potius tradita in fundum dotalem quod (pręsupposita etiam identitatis probatione) Portię licuisset absq; alio Domini directi consensu, tanquam filię, ac hęredi Alexandri Caputi, & consequenter compręhensę in concessione illi facta ab eisdem Monialibus ex Instrumento sub die 27. Februarij 1595. celebrato, ac per ipsas in eo iudicio producto, *Specul. in tit. de emphyt. §. nunc aliqua num. 133. uers. centesimo nono quæritur. Ias. in l. fin. sub num. 107. uers. prima ergo. C. de iur. emphyt. Crau. cons. 215. num. 3. uers. In contrarium est veritas, & seq. Corbul. de caus. priu. ob alien. lim. 20. sub num. 1. uers. ampliatur Pascth. cons. 53. sub num. 1. uers. & de datione in dotem, & fuit dictum in Rom. Domor. coram R. P. D. meo Royas 9. Decembris 1641. in §. minus obstare dicebant Domini, & 16. Ianuarij 1643. in §. fin. & coram R. P. D. meo Ghisilerio 18. Aprilis 1644. in §. sciendum uers. Et licet etiam dedu-*

8 *cantur;* Idemq; admiserunt † Moniales recipiēdo annuos canones à præfatis Guido, & Ferro eorum, ac Portię nominibus, absq; vlla protestatione, vel contradictione, vt apparet ex dictis partitis, quo pacto dicuntur contractus cū eis gestos approbasse, & in eos consensisse *ad l. Paulus ff. rem rat. hab. Rom. cons. 103. sub num. 5. uers. His tamen non refragantibus, ac seqq. Rim. sen. cons. 16. sub numer. 23. uers. quæ idem operatur, et Rim. iun. cons. 22. a numer. 8. uers. Istis tamen non obstantibus, ac seq.*

Quatenus autem adducebantur venditiones successiuè factę per dd. Coniuges Carlo Antonio Braschę die 18. Augusti 1617. & Io: Francisco Rochę 24. Maij 1618. neq: ex eis instificatur caducitas; Nam (pręterquod posterior non fuit in d. iudicio probata) in vtraq; fuit reseruatus in primis, & ante omnia consensus Monialium, & non alias &c. Ac vlterius conuentum, quod dominium, ac possessio Vineę remaneret penès venditores, nec esset in emptores translata donec pretium integrè fuisset solutum infra septennium, quo pendente illis concessa fuit titulo locationis sub annua pensione conuenta, vt legitur in Instrumentis pro parte Monialium exhibitis, & neutra habuit effectum, nam prima post sex circiter menses fuit reuocata ob non implementum Braschę, alera verò resoluta ob mandatum de associando ad fauorem Monialium de mense Septembris

bris eiusdem anni relaxatum, & executum, & nouam concessionem ab eis factam prędicto
9 Rochę die 4. Februarij 1619.† Ita quod nulla ex huiusmodi contractibus deduci potuit caducitas contra dd. Coniuges, non quidem ratione locationis, quę absq; Domini directi consensu pro eo tempore validè fieri potuit *Specul in tit. de Emphyteus. d. §. nunc. aliqua num. 149. q. 123. Clar. in §. Emphyteusis quæst. 19. Franc. Cald. de iur. emphyt. lib. 4. c. 1. num. 14. uers. quo argumento, & seqq.*
10 neq; ratione alienationis, quæ non fuit pura, sed conditionalis, & ex vi, ac amplitudine d. reseruationis suspensa in tempus prestandi per Dominum directum consensus, ita vt anteà haberentur pro non factis, ob idq; nulla ex eis fuit incursa caducitas secundum receptionem & ęquiorem DD. sententiam, quam sepiùs *Rota probauit in decisionib. relatis in antecedenti sub die 27. Aprilis 1646. coram me in §. Præterea & seq. vbi in §. nec demum obstat*, fuit plenè responsum pacto in eisdem Inuestituris apposito.

Nec releuat, quod in primo instrumento celebrato cum Braſcha non legatur post ea verba, *reseruato in primis, & ante omnia consensu prædictarum Monialium &c.* Clausula, *& non alias &c.*

Quia loco illius leguntur alię ęquipollentes
11 scilicet, † *de quo protestatus fuit &c. omni &c. alias &c.* quę sanè manifestè declarant animum cōtrahentium, eorumq; enixam demonstrant voluntatem reseruandi consensum, ac iura Domini directi, eo meliori modo, quo expediebat pro validitate contractus, ponderando clausulam illam (*omni meliori modo*) *Crau. cons. 141. num. 3. vers. & istud sine dubio procedit. Rot. penes Veral. dec. 91. num. 5. vers. præsertim p. 1. ac dec. 366. num. 11. vers. præsertim par. 1. diuers. & penes. Sanct. mem. Gregor. dec. 204. num. 19. vers. Sed etiam addit. et in recent. dec. 643. sub num. 4. vers. licet autem par. 4. et decis. 692. num. 6. vers. cum in contractu ead. par. 4. tom. 2.* Ac etiam excludunt eorum voluntatē, & consensum aliter contrahendi, ponderando
12 sequentem Clausulam *alias* &c. †quę presefert conditionem aduersatiuam antecedenti protestationi, atq; dissensum protestantis in casu cōtrario supra expresso, perindè ac si dictum fuisset, & aliter habeatur pro non facto *l. Alias ibiq; gloss. 1. ff. de iur. iur. gloss. in l. diuortio in verb. alias ff. de negot. gest. Bart. in l. 1. num. 12. vers. quinto quero etc. ff. de cond. et dem Ias. in §. in personam sub nu. 8. vers. in tex. et sub num. 23 vers. non obstat etiam textus noster. Instit. de Action.* & post alios probat *Tiraq; de retr. lignag. §. 8. gloss. 6. sub numer. 1. Rota decisio 192. sub numer. 7. vers. fuit responsum, & seq. par. 5. recent.*

Quare ex prędictis infertur non obstare, quod in iudicio possessorio leuiores sufficiant probationes.

Quia (preterquod ex processu ipso satis apparet iudicium per Moniales intentatum, ac prosecutum non fuisse purum, ac simplex pos-
13 sessorium.) † Esto quod fuisset eiusmodi, attamen necessarium omninò erat probare tria illa requisita in antecedenti *decis. deducta in §. fuit responsum, quod etiam in possessorio*, & in Decisionibus repetitis per Informantes pro Monialibus *in rec. dec. 290. num. 19. vers. in quo sufficit par. 1. & decis. 325. sub num. 5. vers. Et nihilominus par. 3. et decis. 79. num. 8. vers. præsertim par. 5. decis. 163. nu. 1 et 3. vers. Dubitatum solum fuit de extinctione ipsius emphyteosis par. 7. et latius in Portuen. stagn. 27. Aprilis 1640. coram Eminentiss. D. meo Card. Panzirolo ad fin. princip. vers. cum igitur ad obtinen. dum in hoc iu-*
14 *dicio* &c. nempè † concessionem emphyteoticam, quę in hoc casu non fuit iustificata ob defectum legitimę probationis identitatis, vt supra dictum fuit. Illiusq; extinctionem, ac finem, vel ob deficientiam compræhensorum in ea vel ob aliam legitimam causam. Et demum contumaciam possessoris, vel detentoris bonorum in eorum restitutione, quæ neq; fuerunt probata, nam ęxtinctio emphyteusis non fuit deducta ob alienam finitam, cum viueret adhuc Portia filia, & hæres Alexandri inuestiti, (cuius etiam supersunt filij) sed ob canones nō solutos, & alienationes factas, quæ quidem
15 nō cōsistebant, vt ex præmissis apparet; † Ideoq; cessabat etiam contumacia possessorum, cum iustam haberent contradicendi causam licet probabilis, & colorata sufficiens esset pro illorum excusatione *ad l. Igitur §. & generaliter vbi DD. ff. de liberal. caus. & firmauit Rota penès Card. Seraph. decis. 794. num. 20. vers. & causa dubitabilis, & S. mem. Greg. decis. 488. num. 4. vers. ex quibus, ac Burat. d. dec. 624. num. 8. vers. prout etiam & in recent. dec. 261. num. 5. vers. cum adhuc qualibet causa par. 1. & dec. 232. num. 2. vers. Accedit par. 2. & d. dec. 281. nu. 5. vers. Et proinde par. 4. tom. 2. & dec. 293. nu. 23. vers. Tum quia agebatur par. 6.*

Deindè non obstat, quod probationes deficientes in eo iudicio suppleantur ex productis coram Rota, quibus mandatum D. Iudicis à quo benè possit iustificari.

15 Quia neq; † ex productis coram Rota iustificātur adductæ caducitatis causæ, vt hactenus fuit probatū: Neq; etiam ex his posset iustificari mandatum postquam fuit executum in præiudicium partis conquerentis se fuisse illius vi-
16 gore iniustè spoliatam, † sed debet in pristinū statum ante omnia reponi, ac reintegrari *iux. decis. Chisanen. 172.* quam Rota sequitur, vt apparet ex Decisionibus relatis in antecedenti in *§. Nam æquidem attenderentur &c. & in Roman. fideic. Vineæ de Alexijs 18. Maij 1590. coram bo. mem. Penia in §. Cæterum Domini & seq. & penès Comitul. dec. 87 num. 8. vers. quamquam, & Coccin. decis. 73. num. 2. vers. & cum agatur, ac Burat. dec. 848. sub nu. 6. vers. quia sententia &c.* & latè comprobat alijs relatis *modern. Rom. Discep. 734. à num. 5. vers. præterea & nu. 22. vers. & quicquid alij teneant refert Decisiones concordantes.*

Neq; ab hac conclusione Rota recessit in Decisionibus allegatis pro Monialibus, sed iuxta particulares rationes, ac circunstantias in illis
17 casibus vigentes responsum fuit; † Nam in casu *decis. 356. par. 3. lib. 3. diuers.* fuerat apprehensa possessio nomine Cameræ vigore Breuis remouentis vitium spolij, vt ibi legitur *num. 1. vers. præterea, & num. 5. vers. & omnium votis, ac seq.* &
18 comprobatur penès *Veral. decis. 180. p. 3.* † In casu *dec. eiusdem Veral. 114. & 115. par. 3.* non agebatur de iustificatione sententiæ exequtæ, sed exe-

exequendæ, & de illius confirmatione, vt ex eis apparet, & fuit animaduersum penès *Coccin dec.417.num. 8. vers. quia fuit responsum, & Reuerendiss.Vrgellen.decis.133.nu.6.vers. præterea & seq.* In casu *dec.353.p.2.recent.* præcesserant tot probationes coram primo Iudice, quæ sufficere poterant etiam pro iustificatione illius sententiæ, vt in ea legitur *sub num. 3.vers. Accedit &c.*

19 Et † mensuratio postea producta non tantum reddebat magis perspicuam eius iustitiam, verum, & iniustitiam posterioris sentẽtię reintegratoriæ A.C.conuincebat, quod etiam ex nouis probationibus ad effectum impediendi illius executionem fieri poterat, *vt ibi sub num.4. vers.nam cum hodie agatur, & penes Verall. d. decis. 114.num.2. vers. & sicut sententia par. 3.& Coccin. decis.56.sub num. 2. vers. Et licet hæc instrumenta;*

20 In illa † veró *coram eod.Coccin.417. sub d.num. 8. vers.neq; releuat &c.* dicitur sententiam ex nouis probationibus posse iustificari, quando agitur de illius confirmatione, non autem si agatur de manutentione eius, qui de tempore instituti iudicij possidebat, vt in ea legitur, eademq; ratione id ipsum dicitur, quando agitur de reintegratione illius, qui iniustè fuit spoliatus, vt respondit *Rota in d.Rom.fideic.Vineæ de Alexijs coram Penia, & penès Card.Seraph.dec.279. n.5. vers. Nam si ad effectum exequtionis &c. ac in alijs præallegatis.*

21 Nec aliud † constitui debet in iudicio associationis ex traditis *in Rom.Domus ad Imag.Pontis coram bo.mem.Card.Lancell.relata per Theod.de Rub. in eius sing. par. 1. fol. mihi 347. in §. limitatur ista concl. numer. 9. versiculo Tamen. si talis expulsio ac seq.*

22 Quia conclusio † ibi firmata procedit in mandato de associando, quod à Iudice petitur extra iudicium ad euitandas rixas, & scandala, in quo nec citatio, nec causæ cognitio requiritur de quo loquitur *d. decis. & alia in Velitern. Casal. 11.Decembris 1579. coram eodem quæ est decis.806.numer.3.vers.non obstat Decretum Iudicis & seq.par.4.diuers.*& declarant *Alex.cons.131.In causa inter Vniuersitatem num. 4. vers. Tamen secus est lib.4.Ias.in l.2.sub num.113.vers. Si autem proprietarius C.de iur.emphyt.Neguś. de Pign.par.4.sub numer.23.vers.Tertia decima conclusio, & seq.& vers. secundo modo Vrsil.ad Afflict.decis.326.sub num.1.& seq.in eis allegati*, & distinguendo explicat *Rot.in Regien. bonor. 20.Decemb.1613. coram bon. me. Seleucien. in §. non obstat, quod vbi petitur per Iudicem associatio, & nuper in Rom.seu Velitern. restit. in integr.17.Decemb. 1646. coram R.P.D. meo Bichio in §. Hæc verò nullitas euitari non potest, & late Cald. de iur.emphyt.lib.4.cap.17.num.44. vers. Verum, &*

23 *sub nu.59.vers.quorum ego sententiam ac seq.* † Non autem in eo quod petitur in forma iudicij, vt factum fuit in hoc casu, & fieri debet quando possessor se opponit, & prætansam caducitatẽ impugnat, tunc enim citatio, & causæ cognitio, ac proindè iustificatio necessaria præcedere debet Iudicis Decretum iuxta sententiam *Specul.in tit.de emphyt.§. Nunc. aliqua sub num. 62. vers. Tu dic. ac seq. & Bart.in l.2.num.3. vers. mihi videtur, & seq. C.de iur.emphyt.& in l.3. num. 14. vers. Si enim non præcessit, & sub num.26.vers.mihi autem videtur, & infr.C.de pign.Corn.cons. 163. sub nu.3.vers. Aut emphyteuta recognoscit Dominum lib.3. Afflict.decis. 97.num. 2. vers. & pro decisione ac seq. Gabr.cons.67.à num.17.vers.Illa etiam ratione lib.2. Corbul.de caus.priu.ob non solut.canon.q.12. sub nu.3. vers.tertia fuit opinio. Rot.penes Mantic.dec.194. sub num.2.vers.quia Domini censuerunt, & seq.& in Bonon.de Carnalib.11. Ianuarij 1602. coram bon. mem. Card.Pampbil.penes Marchesś. de commiss. par. 2. fol. mihi 545.sub num.1.vers.neq; obstare, quod dicebatur, & in Ariminen.Deuolut.bonor.coram bon.mem. Card. Sacrat.27.Iunij.1608. penes modern. Perusin. de Manuten.dec.111.à num.7.vers.non obstat, ac seq.& 16. Februarij 1609.apud eundem Marches.par.1.fol.566. sub num.1.vers.quibus non obstare visum fuit, & bo. mem. Andr. decis.36. num. 6. vers. Hinc cessat aliud obiectum, & seq. ac decis. 16.num.7.vers.nec releuat, & in d. Regien. bonor. coram Seleucien. in §. Præterea considerabant Domini, & in recent. d.decis. 409. sub numer. 7. versic. quia Respondebatur part. 1. & ex alijs probat. Modern. Roman. d. Discept. 633. sub num.1.vers.tamen istud pactum, & plur. seq.*

24 Pręterea non obstat, † quod etiam post sententias, & Decreta, quæ specialiter iustificari debent ex eisdem actis admitti soleant probationes coadiuuatiuæ antecedentium.

25 Quia conclusio hæc † intelligenda est sano modo, quando scilicet sententiæ, seù Decreta huiusmodi impugnantur ex nouis; Vel præcessit substantia probationum ad instruendum animum Iudicis necessaria, licet pro formalitate iudicij, vel pro maiori illarum elucidatione aliquid desideratur, vt declarauit *Rota in Cæsaraugustan.Portion.16, Nouemb.1605. coram bo. mem.Iusto, penes Marches.de Commiss. par.1.fol.340. sub num.4. vers. quoniam præmissa* idemq; sensit *in decis.479. num. 2. §. non obstat vers. secus autem vbi ageretur par. 4. diuers. & per Add. ad S. mem.Greg. decis.272.num.9.vers. sed tamen &c.* Non enim

26 decet ex culpa, † vel tarditate vnius partis, tam graue alteri præiuditium inferri, quæ vbi precedẽtes probationes sufficere cognouisset, poterat à lite desistere, ac celeri satisfactione Iudicis sententiam, & mandatum preuenire, possessionisq; & fructuum ac maioris dispẽdij, vel alias grauiores fortè euitare iacturas, quas illis non præcedentibus iniustè passa fuit, *vt sensit etiam Rota in hac eadem causa coram Reuerendiss. Domino meo Carrillo 27. Nouembris 1641. in §. nec ad tollendũ primum fundamentum, & in §. fin.vers.& Ideo.* Quare non applicatur casui nostro in quo probationes factę coram Iudice à quo nõ erant proculdubiò sufficientes, alię verò exhibitę coram Rota ex parte quidem sunt cointegrales, non autem simpliciter adminiculatiuę, & experte omninò nouę.

Non obstat demum quod reintegratio non competat Alphonso, vel quia possessio huius Vineę non esset penès illum eo tempore quo fuit per Moniales apprehensa, sed in dictos Bráscham, vel Rochum prius translata; Vel quia in pręsentia constet de bono Iure Monialium, quod longo etiam eius silentio fuit cõprobatum.

27 Quia possessio † illius non solum satis probatur ex ipso iudicio per Moniales contra eum princi-

principaliter instituto, mandatoq; petito, ac relaxato, vt fuit dictum *penes S.mem.Greg.dec.458 num.2.vers. de qua constat, & in Romana Domus 16 Februarij 1632. coram bo. mem. Pirouano penes modern. de Manuten.decis.336.num.2.vers. quæ petitio;* Verum etiam ex d.Instrumento cum Brascha
28 celebrato † per eas tunc, & ex alio cum Rocha modó exhibito, in quibus dominium, & possessionem sibi specialiter reseruauit, ac prędictis Vineam locauit pro tempore solutioni pretij statuto; Ideoque cum penes eum esset verè possessio ipse principaliter dicitur fuisse spoliatus, ac proinde reintegrari debet *ad l. 3. §. quodsi seruus l. si colonus, & seq.§. si conditio ff.de acquir.possess. & l.fin.ff. de vi, & vi armat.Soc.consf. 49.num.3.vers. ex quibus omnibus lib.3. Gabr.Com. concl.lib.5. de restit.spoliat.concl.5.num.2.vers. Decimo quarto amplia Menoch. de recuper.remed.1. n.62. vers. quæro quarto, & seq. ac remed.15.nu.49. vers. quoro octauò, & seq.*

Ius autem RR. Monialium non est clarum, sed controuersum, & quoad prætensam cadu-
29 citatem ex hactenus deductis elisum, † cum tamen ad hunc effectum impediendi reintegrationem iniustè spoliati necessarium esset, quod de eo euidenter constaret per confessionem partis, vel rem iudicatam, aut aliam
30 æquè indubitatam probationem, † aliàs enim dici non potest constare de iure, vel non iure alterius partis, quandiù contrarium probari valet. *Gabr.consf.51.num.17.vers. quia hæc exceptio & seq.lib.1.Rot. penes Aegid.decis.103. Non videtur constare Veral. dec. 175. num.4. vers. & quia constat notoriè par.3. & Coccin.dec.389. sub num.1.vers. & in omnem euentum, ac in recent.d.decis.409. num.5. vers. Tertio opponebatur, & decis. 537. sub num. 5. vers. Sicuti licet dicatur par.1. & decis.229. num. 4. vers. & propterea, ac decis.741.num.5.vers.& propterea non dicitur par. 2.* & fuit etiam consideratũ *in d.Regien.bonor.20.Decemb.1613.coram Seleucien. in §. nec releuat exceptio, & alijs relatis probat modern.Rom.d. Discept.734. à num.13. vers. non obstat prætensa retentio, & plur. seqq.* Neque obiectus temporis cursus legitimam præscriptionem non attingens illi potest præiudicare, vt fuit responsum *in d.decis.409.num.8.vers. non obstat taciturnitas par.1.recent. & in alijs &c.*

Et ità fuit conclusum vtraque parte informante &c.

R. P. D. CORRADO
postea S.R.E. CARDINALI.

Romana Pecuniaria,

Veneris 7. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Depositum factum ad fauorem Creditoris non inducit compensationem, si debitor post illud continuauit persoluere debitas vsuras, & interesse; & dum inter partes controuertitur, in quam causam illud cedere debeat, illius effectus remanet suspensus donec clariùs liqueat, & declaretur. Cambij restitutio sub obligatione Camerali promissa retardari non potest sub prętextu cãbiorum indebitè solutorum, & licet exceptio Rei, quæ sit liquida offuscari non possit ex replicatione Actoris requirentis altiorem indaginem, secus tamen esse firmatur, quando prout hic dubietas oritur ex ipsamet exceptione Rei.

SVMMARIVM.

1 *Debitum quando non præsumatur solutum per depositum, factum ad fauorem Creditoris.*
2 *Solutione cambiorum singulis annis decursorum præsumitur cambium adhuc vigere.*
3 *Animus alicuius qualis fuerit ab initio, ex his quæ postea gesta sunt declaratur.*
4 *Compensatio non admittitur de credito certo, & indubitato, cum credito turbido & illiquido.*
5 *Simulatio argui potest ex consuetudine alicuius soliti talia gerendi in eadem materia.*
6 *Societas eodem modo quo inter partes incepta fuit, præsumitur continuata.*
7 *Interesse alicuius in aliqua societate ex quo deducatur, & num.10.*
8 *Redditio rationis non cadit in re propria.*
9 *Actus subsequentes referri debent ad causam originalem.*
11 *Pars dicitur esse eiusdem naturæ & qualitatis, cuius est totum.*
12 *pro Residuo quando quis certã summam debere dicit fatetur maioris quantitatis fuisse debitorem.*
13 *Solutio vbi de alia causa non apparet præsumitur facta ex causa antecedentis obligationis.*
14 *Verbum* auanza *intelligitur de residuo, secundum subiectam materiam.*
15 *Verba vniuersalia, & adiuncta alijs vniuersalibus immediate antecedentibus non patiuntur restrictionem.*
16 *Dictio* ogn' altro *omnia complectitur preter excepta.*
17 *Verba* per resto *referri non possunt ad certam summam, quando repugnant verbis immediatè sequentibus.*
18 *Compensatio de debito non proprio, sed alterius, quando applicari non possit.*
19 *in Contractu ex quo probetur, vnus habere nudum nomen, & alter substantiam.*
20 *Relatio facienda est ad ea in quibus verba possunt verificari.*
22 *Creditor alicuius non præsumitur ille, qui pro suo debito interesse persoluit, & compensationem petere distulit.*
23 *Solutio dum inter partes controuertitur in quam causam cedere debeat, illius effectus remanet suspensus donec clariùs liqueat & declaretur.*
24 *Exceptio Rei quæ sit liquida, offuscari non potest ex replicatione Actoris requirentis altiorem indaginem, & quando secùs num.25.*
26 *Administrator sub nomine alicuius conueniri non potest ante redditionem rationis.*
27 *Secùs si conuenitur tamquam peculiari nomine obligatus, non autem administratorio.*
28 *Cambia quando dicantur indebitè soluta, vt veniant cum capitali compensanda.*
29 *Cambia præsumuntur soluta potiùs ex iusta causa, quã in-*

iniusta, donec præuia causæ cognitione fuerit aliter declaratum.

30 *Cambij restitutio sub obligatione Camerali promissa retardari non potest sub prætextu cambiorum indebitè solutorum.*

DECISIO LXXIV.

AVDITIS iterum informantibus pro Pagnino Domini steterunt in decisis die 18. Iunij 1646. Coram me. Nam illius debitum scut. 2000. quæ habuit à Hieronymo Rosolino in Nundinis cambiorũ exercenda, probatur ex propria confessione in Apocha, Camerali obligatione munita cum assensu in mandatum executiuum sub die 31. Decembris 1631. eius manu conscripta; solutio autem non iustificatur ex partitis per eum exhibitis, vt plene deducitur in Decisione in qua singulæ fuerunt discussæ.

Illa enim scut. mille quingentorum, quos deposuit penes Numulariam S. Spiritus die 11. Martij 1636. ad creditum eiusdem Rosolini his verbis, *Signor Girolamo Rosolino hauere à di 11. Marzo 1636. scud. 1500. moneta recò contanti al Signor Gio. Antonio Pagnino disse per douersene intendere con detto Sig. Girolamo &c.* non potest pro-
1 culdubio referri † ad solutionem præfati debiti, quia ex ipsiusmet libris apparet, quod post factum d. depositum agnouit pariter creditorem dictæ summę scut. 2000. Rosolinum, continuans describere ad eius creditum (sicut antea consueuerat) cambia deindè singulis annis decursa. Vndè resultat euidens probatio, quod hoc debitum adhuc vigebat ad *l. cum de in rem*
2 *verso in fin. vers. Ideo ff. de vsur.* quia † si fuisset extinctum nulla fuissent successiuè debita, neque soluta cambia, cum nemo præsumatur velle iactare suum *vulg. l. cum de indebito ff. de Probat. vt fuit dictum in Anconitana Cens. penes bob. mem. Card. Seraph. decis. 1226. num. 1. vers. Primo, quia & S. M. Gregor. decis. 502. num. 9. vers. accedit, & in Recent. decis. 660. num. 2. vers. & ideo par. 3. & decis. 434. num. 1. vers. nam si de tempore & nu. 4. vers. & demum par. 4. ac decis. 130. num. 16. vers. & vbi*
3 *intrat satisfactio par. 5.* Ex his enim, † quæ postea gesta sunt declaratur intentio partium circa solutionem antecedentem *ad l. sed Iulianus §. proindè ff. ad S.C. Marced. l. quædam sunt ff. de Reb. dub. Castr. cons. 361. circa primum quæsitum sub nu. 3. vers. nàm illa debet intelligi par. 1. latè Honded. consil. 35. à num. 43. vers. quoniam ex his quæ postea secuta sunt, & seqq. lib. 2. Mantic. de tacit. lib. 2. tit. 1. num. 5. vers. quarto deducitur Rota decis. 679. sub numer. 7. vers. quæ voluntas par. 1. diuers. & in recent. dec. 119. nu 4. vers. quia fuit responsum par. 4. tom. 2.*

Neque deduci potest in compensationem eiusdem debiti (in quo maximè insistunt in-
4 formantes pro Pagnino) Quia † turbida nimis redditur causa, & effectus illius ex adductis pro Rosolino prætendente fuisse conflatam ex pecunijs ad ipsum spectantibus per Pagninum in maiori summa scutorum scilicet 2801. baioc. 10. exactis à fratribus de Gismundis Tiburtinis, quibus die sequenti fecit quietantiam, vt habetur in eadem Decisione *in §. Nam illa prima partita & seqq.* Ideoque compensari non potest cum credito Rosolini certo, ac indubitato, Camerali q. obligatione munito *l. fin. C. de compens. Card. Seraph. dec. 1455. num. 3. vers. secundò quia, & seqq. S. M. Greg. decis. 234. num. 1, vers. propterea & Burat. dec. 717. num. 2. vers. & tanto magis ac seqq. & in recent. decis. 679. num. 5. vers. & denique par. 1. & decis. 686. num. 2. vers. nec releuare videbatur par. 2. & dec. 125. num. 5. vers. non obstat, ac decis. 412. nu. 6. vers. si vero de alijs par. 4. & dec. 117. num. 19. vers. quo vero ad pecunias, ead. par. 4. tom. 2 & dec. 305. num. 4. vers. cum itaque ac seqq. par. 5.*

Nec obstat quod etiamsi pecuniæ à Pagnino vt supra depositæ fuissent de exactis à Gismundis, attamen ad ipsum spectarent, quippè apparent solutæ in extinctionem creditorum, quæ fuerant sub eius nomine contracta, ac in d. Instrumento quietantiæ leguntur expressa, distinctaque ab alijs ad Rosolinum pertinentibus, specialiter declaratis in alia Apocha eiusdem Pagnini die 29. Decembris 1631.

Primo quia certum est, quod Rosolinus solitus erat exerceri facere proprias pecunias in negotiatione cambiorum mediante persona, & sub nomine Pagnini, & specialiter cum dd. de Gismundis pro indigentijs societatis Agriculturæ inter eos, ac ipsum Rosolinum contractæ, vt constat tam ex d. Apocha sub die 29. Decembris 1631. quam ex alia die 31. eiusdem mensis in fin. ibi. *E di più promette anche il detto Pagnini di girare sopra cambio tutte le altre partite di cambi limitati, che tiene il Sig. Andrea Gismondi, e Gaspare Parenti da Tiuoli, & ogn' altra partita, che piacerà al detto Signor Girolamo Rosolino &c.* & ex alia per Rosolinum subscripta sub die 30. Martij 1643. ab eodem Pagnino exhibita in eius
5 *Summ. num. 5.* Quare licet † credita posteriora in prædicto Instrumento quietantiæ relata, fuerint sub eius nomine contracta postea quam præcesserat Apochæ d. declarationis, in qua ideo non leguntur descripta; Cum tamen appareant hæc omnia tàm antè, quam post d. declarationem eodem nomine, ac inter easdem personas, in eamdemque causam gesta, vt legitur in d. Instrumento quietantiæ, & in alio antecedenti solidationis computorũ inter dd. Pagninum, & Gismundos die 7. Iunij 1635. cælebrato. Ideo eiusdem quoque iuris censenda videntur sumpto argumẽto ex eo, quod partes ipsæ in eadem materia facere consueuerunt ad *l. vel vniuersorum ff. de Pignorat. act. l. qui semisses ff. de Vsur. & in specie bene probat Soccin. cons. 160. sub num. 8. ad fin. vers. Vndè censendum est ac seqq. lib. 2. Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 9. num. 67. vers. sed quod diximus, & lib. 6. tit. 11. sub num. 9. vers. Præterea Rot. penes S. M. Greg. decis. 308. nu. 4. vers. nec obstat, ac seqq. & in Recent. dec. 594. nu. 11. vers. secunda insurgit coniectura par. 5.* Quod comprobatur etiam ex qualitate Rosolini, qui pecunijs tunc affluens, easque sub interesse cambio-
6 rum alijs dare solitus, † non est verisimile, quod dictas summas eodem titulo à Pagnino receperit, vt subueniret indigentijs d. Societatis, cuius ipse particeps erat, cuique subuenire consueuerat, Ideoque magis consonat veritati prædicta omnia inter partes eadem forma-

qua

qua incepta, fuisse pariter continuata ad *l. certi conditio §. si nummos ibique gloss. in verb. quotidie ff. de reb. cred. l. In obscuris, ff. de Reg. iur. Bald. in l. siue possidetis, sub num. 28. vers. quarta causa C. de Probat. Rom. consf. 343. num. 9. vers. secundo ad idem Mant. de tacit. lib. 3. tit. 1. à num. 12. vers. sed licet & seqq. Rot. decis. 123. nu. 3. vers. Et in ista materia p. 2. diuers. & penes Buratt. decis. 113. num. 8. vers. actus enim & decis. 284. nu. 2. vers. quæ verisimilitudo &c.*

Secundò prædicta comprobantur ex eo, quod Pagninus transmisit diuersis temporibus Rosolino duo folia computorum eius manu firmata, primum scilicet in quo fuerunt descriptæ omnes partitæ debiti dd. de Gismundis etiam post dictam declarationem contractæ, ac in præfato Instrumento quietantiæ cõpræhensæ, alterum vero eadem die factæ quietantiæ, in quo illas tantum descripsit, quæ superant exigendæ additis in fine his verbis, *Tutte le sudette partite sono per Instromento rogato per li atti del Nucula Notaro A.C. sotto nome del Signor Andrea Gismondo, e sotto questo di 12. Marzo 1636. sono ratificate dal Signor Ignatio Gismondi per li atti del Signor Giouanni Nigris Notaro &c. & hà pagato ogn' altro conto, & interessi decorsi sino al presente giorno, sotto nome del Signor Gio. Antonio Pagnini, così V. S. farà scrittura per fuggire l'errore.*

7 Huiusmodi autem computorum, † & partitarum transmissio, præsertim verò ad effectum verbis præmissis expressum euidenter demonstrat interesse Rosolini, quia eo cessante non
8 erant transmittendæ, † nec de proprijs Pagnini effectibus reddenda ratio *Rot. penes S. M. Gregor. decis. 544. num. 10. vers. præsertim cum qualitate Card. Caualer. decis. 98. num. 6. vers. nam ratio administrationis, & Burat. dec. 113. num. 30. vers. Tertio quia & decis. 762. Rot. Genuen. diuers. decis. 176. nu. 4. vers. Tertio dicebatur.* Et illud quidem principale in proposito casu stante d. Apoca antecedenti sub die 31. Decembris 1631. qua se obligauit Pagninus omnes pecuniarum summas Rosolino benè visas cum dd. Gismundis, ac
9 alijs in Nundinis cambiorum exercere, † ad quam veluti causam originalem referri debent actus subsequentes *l. qui in aliena §. 1. ff. de acquir. hæred. l. 2. C. de acquir. poss. gloss. fin. in l. quædam Mulier ff. de rei vend. Soccin. consf. 15, num. 7. vers. & vltimo lib. 4. Crauet. consf. 284. nu. 6. vers. Sexto respondeo Rot. penes Veral. dec. 228. num. 2. vers. & actus præsumitur factus p. 2. Buratt. decis. 905. num. 5. vers. fuit enim responsum par. 2. & dec. 244. num. 19. vers. quæ qualitas par. 6. & sæpè in alys.*

10 Tertio † quia in d. folio transmisso ipsa die factæ quietantiæ legitur descripta partita scut. 711. & baioc. 41, pro residuo scut. mille creditorum super cambijs præfatis Gismundis die 2. Aprilis 1632. quæ fuerat integrè notata in primo folio antea transmisso, vt ex eius lectura constat, cuiusque partem nempe scutorum 288. 59. constat fuisse comprehensam in d. Instrumento quietantiæ. Vndè benè probatur interesse Rosolini in d. partita, quamuis sub nomine Pagnini concepta, ac proinde in parte illius in d. Instrumento quietantiæ compre-
11 hensa, † quippe eiusdem naturæ, ac qualitatis est pars cuius est totum ad *l. Grege. cum l. seq. ff. de leg. 1. & fuit dictum in Caualicen. feud. coram S. mem. Greg. decis. 535. nu. 21. vers. Attamen pars &c.* Indeque comprobatur in alijs sub eadem forma conceptis, ibidem pariter expressis, vt dictum est.

Quartò: quia in dict. vltimo folio die 12. Martij 1636. consignato Rosolino in fine leguntur hæc verba, *In mano del Signor Gio. Antonio Pagnino restano à fauore del Signor Girolamo Rosolino per resto di tutti li denari entrategli de Signori Gismondi scudi 250. & baiocchi 36. moneta &c.* subindeque die 13. sequenti legitur descripta in libris eiusdem Pagnini partita ad creditum Rosolini sequentis tenoris, *Hauere à d. 13. Marzo 1636. scudi 250. & baiochi 36. moneta per tanti che Suasignoria auanza del riscosso da Signori Gismondi di Tiuoli in maggiore somma &c.* ex quibus sanè
12 conuincitur † maiorem pecuniarum quantitatem fuisse per Pagninum à Gismundis exactam spectantem ad Rosolinum eidemque solutam, nam qui se alteri certam summam debere dicit pro residuo, fatetur vtique in necessarium antecedens maioris quantitatis fuisse debitorem, eamque ex parte soluisse *gloss. in l. si ex pluribus in verb. Reliquum ff. de solut. Bald. in l. Ab Anastasio sub n. 10. vers. Vbi apparet C. mand. Card. Seraph. d. decis. 617. num. 13. vers. nam si pro residuo Buratt. d. dec. 343. num. 18. vers. quod verbum, & in recent. decis. 76. num. 4. vers. cum præsupponant par. 5. Rot. Genuen. diuers. decis. 132. num. 1. vers. illa*
13 *enim verba.* Atque ideò † cum alia nulla probetur, neque adducatur præcedens solutio à Pagnino facta Rosolino, seù partita ad eius creditum descripta de exactis à Gismundis, præter illam scutorum mille quingentorum antecedenti die penes Numulariam S. Spiritus depositam, de illa vtique intelligendum videtur, vt probat *Rot. decis. 292. num. 2. vers. quæ licet non exprimat. par. 2. Recent.* & alij relati in præcedenti *Decis. in §. Deinde confirmatur.*

Neque obstat quod verbum illud (*auanza*) verificari possit in lucris factis ex interesse Cambiorum pro rata spectante ad Rosolinum ratione partitarum non exactarum, quæ pariter fuerant comprehensa in d. Instrumento quietantiæ.

Quia non agebatur inter partes, neque in dictis folijs de liquidandis lucris cambiorum, hisque distinguendis à capitali, sed de integra restitutione pecuniarum ad Rosolinum spe-
14 ctantium, & per Pagninum exactarũ. † Ideoque verbum illud intelligi debet (secundum ipsam materiam subiectam *l. si vno & l. in lege ff. locat. Honded. consf. 35. num. 27. vers. secundo quia & seqq. lib. 2. cum vulg.*) de residuo, (idest) de reliquatu maioris summæ per eum exactæ, ac pro parte solutæ, vt præmissum est, & manifestè demonstrant relata verba in fine d. folijs notata, *in mano del Pagnino restano &c. per resto di tutti li denari entrategli de Signori Gismondi &c.* Quæ omnem remouent æquiuocandi occasionem cum sint concepta (*per resto*) cuius verba significatio prædicta non reuocatur in du-
15 bium; † Ac præterea tamquam vniuersalia, & adiuncta alijs vniuersalibus immediate antecedentibus, ibi, *& hà pagato ogn' altro conto, &* in-

interesse decorso sino al presente giorno sotto nome del Signor Gio. Antonio Pagnino &c. restringi non possunt ad sola cambia, sed quæcunque computa, tam capitalis, quam cambiorum comprehensa in ipso Instrumento quietantiæ ea-
16 dem die celebrato complectuntur† aliàs enim non verificarentur ea verba, *& hà pagato ogn' altro conto &c.* si ab eis aliqua excluderētur præter excepta, *l.1. ibique gloss. in verb. omnibus ff. de alien. iud. mut. caus. fact. l. Iulianus, & ibi gloss. in verb. omne, ac DD. ff. de leg. 3. Soccin. Iun. cons. 131. nu. 24. vers. & magis ad propositum lib. 1. Rol. cons. 5. num. 16. vers. immo fortius ac seqq. & cons. 13. nu. 30. vers. nam ponderanda sunt & seqq. lib. 4. Natt. cons. 391. num. 8. vers. & stringendo fortius, ac seq. Surd. cons. 179. num. 17. vers. hæc enim est natura &c. S. M. Greg. decis. 327. num. 3. vers. nec facit, ac seq. & in hac materia Reuerendiss. Vrgellen. decis. 319. num. 10. vers. & ratio est &c.*

17 Minusque verba illa; † *per resto &c.* referri possunt ad summam scutorum octingentorū in eodem Instrumento quietantiæ compensatam Gismundis, qui erant Creditores Rosolini ex causa pretij Rubrorum quatuor terrarū in Territorio Tiburtino ei venditorum; Quia (prætermissis alijs) repugnant immediatè sequentia ibi, *per resto di tutti li denari entrategli de Signori Gismondi &c.* quæ secundum veram, ac propriam significationem demonstrant pecunias realiter exactas à Pagnino, ac ad eius ma-
18 nus cum effectu delatas. † Ideoque, non congruunt nec applicantur compensatis in extinctionem debiti non proprij Pagnini, sed alterius, quæ nullo pacto dici possunt ad eum peruenisse *Natt. cons. 60. sub num. 3. vers. nam tenendo, etiam illam opinionem Rot. penes Card. Seraph. decis. 302. num. 3. vers. nam quid æquiparentur, & seq. Modern. Roman. discept. 728. numer. 10. vers. quicquid aliud sit.*

Quinto quia in eodem vltimo folio præmissa descriptione partitarum: quæ supererant exigendæ à Gismundis, & non controuertuntur spectare ad Rosolinum, licet sub nomine
19 Pagnini fuissent creatæ: † subijcitur, (vt dictum est) *& hà pagato ogn' altro conto, & interesse decorsi sino al presente giorno sotto nome del Signor Gio Antonio Pagnini &c.* deinde, *In mano del Signor Pagnino restano à fauore del Signor Rosolino &c.* quibus certè probatur alia quoque peracta negotia, & computa cum Gismundus præter expressa sub nomine eiusdem Pagnini, quæ verè, ac in substantia spectabant ad Rosolinum, nam id præseferunt verba illa, *sotto nome del Signor Gio. Antonio Pagnini &c.* vt fuit dictum in *Roman. Accommanditæ 10. Decembris 1614. coram bon. mem. Pirouan. in recent. decis. 640. num. 2. vers. in proemio enim Capitulorum par. 1.* Cum igitur nul-
20 læ aliæ appareant partitæ vltra expressas ibidē cum Gismundis, sub nomine Pagnini contractæ in quibus dd. verba possint verificari quam descriptæ in dictis Instrumentis solidationis computorum sub die 7. Iunij 1635. & quietantiæ sub die 12. Martij 1636. Ideo referenda videntur ad eas *Soccin. cons. 129. num. 4. vers. cum ergo non constet lib. 4. Alb. cons. 322. num. 16. vers. quæ cum non satis verificentur,* & alij relati in præcedē-

ti Decisione *in d. §. Deinde confirmatur in fin.*

Sextò: quia si scut. mille quingenti penes Numulariam Sancti Spiritus ad creditum Rosolini depositi verè fuissent de pecunijs Pagnini, isque ideò illius summæ creditor extitisset,
22 non est † profectò verisimile quod prudens, ac industrius mercator tam diu distulisset illius petere compensationem, ac interea cambiorum interesse pro eius debito, cum eodem Rosolino plures annos passus fuisset. Vnde resultat vrgens præsumptio, quod prædictæ summæ verè non esset creditor, *Anchar. cons. 434. ex narratis superius in facto, sub num. 3. vers. Accedit huic præsumptioni Rot. decis. 724. nu. 9. vers. Postremo par. 4. diuers. ac d. decis. 305. nu. 3. vers. Accedit par. 5. recent. & in Romana pecuniar. 25. Februarij huius anni coram me in §. fin.*

Prædicta verò comprobantur ex verbis ipsius partitæ depositi dd. scutorum mille quingentorum, quæ non fuit simpliciter per Pagninum concepta, sed, *per douersene intendere con detto Signor Girolamo &c.* Cum autem ex postea gestis, & præsertim ex continuata dd. cābiorum solutione appareat partes non intendisse illam cedere in extinctionem debiti scut. 2000. de quo agitur in præsentia, referenda est vtique ad alias causas inter partes vertentes,
23 quæ dum † ab eis controuertuntur remanet proindè dubius, ac suspensus illius effectus donec clarius liqueat, ac declaretur *l. fin. §. quod vero petitur ibique gloss. in verb. dubium C. quib. ad libert. proclamar. non licet gloss. 1. in l. 1. vers. est autem dubia res ibique Ias sub num. 19. vers. In tertia parte ff. de transact. Surd. consil. 252. sub num. 17. vers. & quod sit falsum ac seqq. Rot. decis. 520. num. 2. uers. Instrumenta publica par. 1. diuers. & in recent. decis. 516. num. 6. uers. Vltra quod par. 1. & dec. 532. sub num. 2. uers. & licet huic credito par. 3. & penes Reuerendiss. Vrgellen. decis. 197. num. 6. uers. tertium creditum ac seq.*

24 Hincque infertur dici non † posse exceptionem Pagnini liquidam esse atque ideo offuscari non posse ex replicatione actoris, quæ al-
25 tiorem requirit indaginem. Quoniam † dubietas oritur ex ipsamet exceptione rei, quæ attentis verbis eiusdem partitæ, alijsque subsecutis (vt dictum est) liquidationem, ac declarationem exposcit causæ in quam cedere, ac computari debeat, ita vt antea dici verè nō possit excipientis intentio clarè, liquidoque probata *Felin. in cap. ex parte il 2. sub nu. 10. uers. decimo fallit extr. de offic. delegat. Cæphal. cons. 387. num. 1. uers. Primo, quia Surd. d. cons. 252. sub dicto num. 17. & seq. ac sub num. 21. uers. ergo non dicitur liquida probatio ac seq. Rot. decis. 559. num. 9. uers. nec dicatur quod istæ sint replicationes, par. 1. & decis. 61. num. 5. uers. ex quo replicati par. 6. Recent.* Cæteræ autem partitæ per Pagninum obiectæ minus conferunt ad hanc causam, ex rationibus adductis in præcedenti Decisione *in §. secunda partita & seqq.* quas hodie quoque Domini approbarunt.

26 Nec obstat, † quod Pagninus, qui sub eius nomine exercuit, atque administrauit in nundinis cambiorum pecunias Rosolini, conueniri non possit ad alicuius certæ summæ solu-

tionem antequam ex redditione rationum appareat, an ille remaneat creditor, vel debitor, ad quem effectum peritum eligi petit.

27 Quia debitum hoc non spectat † ad administrationem de qua Pagninus reddere debet rationem, sed iam firmatum, ac solidatum est mediante Apocha prædicta, cuius vigore conuenitur tanquam peculiari nomine obligatus, non autem administratorio, ideoque non potest sub prætextu reddendarum administrationis rationum differri eius solutio *ad l. qui solidum in princip. ibique gloss. & DD. ff. de leg. 2. l. statu liber. la 2. ff. de statu liber. & in specie concludit Bald. in cons. 152. Ad euidentiam præmittendum est in fin. vers. ex his apparet, lib. 3. Rot. decis. 725. num. 17. vtrs. quod si dicatur par. 4. tom. 3. recent. & Rot. Genuen. diuers. decis. 148. sub numer. 2. vers. contrarium tamen fuit decisum.*

28 Postremo non obstat, † quod saltem teneatur Rosolinus cum dicto credito compensare cambia ipsi indebitè soluta, cum non constet eius pecunia fuisse realiter ad Nundinas à principio transmissas, nec deindè (vt par erat) exercitas, & continuatas.

Quoniam obiectio hæc longiorem discussionem exposcit. Constat enim Rosolinum pecunias suas in eiusmodi negotiatione exercere consueuisse mediante persona Pagnini, qui ad id se ipsum, ac eius operam expresè obli-
29 gauit in dicta Apocha 31. Decẽbris 1631. † Ideoque cambia successiuè ab eodem Pagnino soluta præsumi debent ex insta potius causa antecedentis obligationis, vel ratione lucri ex ipsa negotiatione verè percepti, vel ratione interesse debiti Rosolino ob eius culpam, & negligentiam in illis exercendis, vt tenebatur, quam ex iniusta processisse, donec præuia causæ cognitione fuerit aliter declaratum, vt fuit dictum in *Bonon. dot. 9. Decembris 1619. coram bon. mem. Rembold. in recent. decis. 153. à num. 7. vers. non*
30 *solum quia, & seq. par. 4. tom. 2.* Ac proinde † non potest interea hoc prætextu retardari restitutio capitalis sub obligatione Camerali promissa. *Surd. cons. 327. num. 17. vers. & propter exceptionem vsurarum & infra Rot. in Roman. execution. de Anguillar. 6. Martij 1592. coram bon. mem. Orano penes Modern. Roman. de Obligat. Cameral. decis. 114. numer. 9. vers. prout idem videmus & decis. 490. num. 1. & sub n. 5. vers. vel saltem negare non potest & dec. 540. sub n. 10. vers. quod Dominis videbatur procedere par. 2. & penes* Reuerendiss. *Vrgellen. dec. 11. n. 24. vers. & in omnem casum, &c. cum aliis in præcedenti decisione relatis in §. fin.*

Atque ita fuit resolutum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. CERRO.

Sacræ Rotæ DECANO.

Perusina Bonorum.

Veneris 14. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Bona fideicommissaria fuisse probetur nè ex sola demonstratione loci; Trebellianica, quæ à grauato fideicommisso detrahitur; num detrahatur si fideicommissum fuit in donatione constitutum.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommisso grauatus si possidet bona in loco, quo ipse fideicommittens possidebat.*
Talia bona fideicommissaria præsumuntur.
2 *Identitas in antiquis probatur ex aliquibus tantùm demonstrationibus, licèt sit in alijs diuersitas.*
Confinia cursu temporis mutari, vel alterari potuerunt, & num. 2.
3 *Bona fuisse subiecta fideicommisso an probet instrumentum locationis.*
4 *Bona postea quæsita cadunt sub donatione compræhendente etiam futura, & num. 5.*
6 *Inuentarium tutoris vbi de errore constat pupillis non præiudicat.*
7 *Clausula,* si quid descriptum fuisset, quod non veniat describendum, *in inuentario apposita quid operetur.*
8 *Affinis vel consanguineus vtriusque partis testis reputatur idoneus.*
9 *Impubes effectus maior testificari potest de ijs, quæ vidit, vel audiuit in pupillari ætate.*
Quis autem dicatur impubes in hac materia, vide num. 10.
11 *Alienationes non facto inuentario præsumuntur æquare detractiones.*
12 *Trebellianica non detrahitur cessante qualitate hæreditaria.*
Donatarius non detrahit trebellianicam num. 12. & num. 13.
13 *Trebellianica inuenta fauore vltimæ voluntatis.*

DECISIO LXXV.

DVM coram me disputaretur cui dandum esset mandatum de manutenendo in possessione prædij de quo agitur, An scilicet Antonio Pellicciario, vel potius fratribus de Podianis, Antonio concedendum esse responsum fuit, vt in Decisionibus 4. Iulij 1642. & 12. Iunij 1645. Sed reproposita causa 14. Maij 1646. DD. dubitantes dictũ Prædium esse fideicommissarium, & per consequens vti tale spectare ad fratres de Podianis ordinarunt, vt videretur de bono iure, quo dubio hodiè proposito respondernnt constare de illorum bono Iure, cũ ex nunc deductis clarè constet hoc prædium spectare ad ipsos vti fideicommissarios Aldæ Auiæ.

Fideicommissum enim, illiusque purificatio ad fauorem dictorum fratruum non controuertitur. Identitas verò, quæ sola negatur, probatur ex depositionibus testium in partibus præuia remissoria examinatorum deponentiũ Aldam vsque ad eius obitum possedisse quoddam prædium, seu tenimentum laboratiuum, arboratum, vineatum, & cannetatum cum domibus, columbarijs, puteo, & furno situm in suburbijs Perusiæ in vocabulo Monte morcino, quo loco situm legitur Prædium subhastatum, ibi, *Anno 1630. die 9. Nouembris auctoritate, &c. Dominicus Cæsaris exequtor, &c. retulit se hodie*

die vigore mandati executiui, &c. accepisse veram, & realem tenutam vnius Tenimenti terræ aratiuæ, arboratæ, pergolatæ, vineatæ, & cannetatæ cum buschetto, domibus, & Columbarijs in eo existentibus in suburbijs Perusiæ in vocabulo Monte Morcino Summ. illorum de Podianis num. 2. Hinc enim præsumitur, quòd sit illud idem ab Alda fideicommit-
1 tente ibidem possessum, † dum non exhibetur alius titulus, nec constat de nouis acquisitionibus grauatorum in eodem loco *iuxt. vulgar. cons. Fulgos. 145. sub numer. 2. vers. Porrò si aliunde, quod sequuti fuerunt Zas. cons. 5. sub num. 19. lib. 1. Peregr. cons. 48. num. 13. lib. 1. & de fideicomm. artic. 44. num. 22. Fusar. cons. 107. num. 2. & cons. 161. num. 1. & de substitut. quæst. 618. num. 4. & probauit Rota coram San. mem. Gregor. decis. 575. numer. 9. vbi Adden. litt. C. plures alios cumulat in recent. decis. 131. num. 5. vers. & satis dicitur par. 1. decis. 407. numer. 4. par. 2. decis. 42. num. 4. & decis. 129. numer. 2. par. 5. cum alijs in Bononien. fideicomm. de Pancaldis 23. Ianuarij 1643. coram me §. nam quòd istud prædium vers. sed etiam ex alia, & in Bononien. fideicommiss. de Nascentorijs 6. Februarij 1645. coram R. P. D. meo Royas §. fin.*

Idque efficaciùs in proposito, quo vltra generales illas qualitates, & demonstrationes, vnus testis in ordine 4. deponit etiam super cōfinibus particularibus, scilicet prædium ab Alda possessum confinare ab vno latere cum bonis Patruum dicti Montis Morcini, & bonis hæredum Nicolai Bani peruentis ad quosdam de Danzettis, & ab alio cum bonis Armilai Barigiani *dicti Summ. nu. 3.* quæ cum etiam conueniant prædio subhastato optimè probant identitatem, Præsertim in antiquis excedenti-
2 bus metam 60. annorum, † in quibus sufficit conuentitia aliquarum demonstrationum licet adsit discrepantia in alijs, quæ temporis cursu mutari, vel alterari potuerunt *ad tradita per Decian. cons. 12. num. 14. lib. 3. Rot. decis. 87. num. 16. & decis. 160. num. 7. par. 5. recent. cum alijs in d. Bononien. fideicomm. de Pancaldis 15. Februarij proximi præteriti coram R. P. D. meo Otthobono §. ex quibus concludenter:* Accedente insuper instrumento locationis eiusdem prædij factæ anno 1581. per
3 eamdem Aldam dicto Iulio Cæsari † in quo pariter conueniunt omnes supradictæ qualitates à Testibus, & in instrumento executionis descriptæ, *vt respondit Rot. in Auximana fideicomm. 13. Ianuarij 1640. coram Reuerendiss. D. meo Decano §. quo vero ad probationem.*

Nec obstat, quod Iulius Cæsar eodem anno 1581. acquisiuerit quamdam petiam terræ sitam in eodem loco Montis Morcini *Summ. illorum de Pellicciarijs num. 3.*

Quia cum post dictam acquisitionem illam eamdem petiam terræ assignauerit Aldæ matri fideicommittenti in locum nonnullorum bonorum ad illam spectantium, & per ipsum venditorum *eodem Summ. nu. 11.* Admisso etiam quod huiusmodi petia contineatur in prædio, de quo agitur, nihilominus per præfatam assi-
4 gnationem affecta fuit patrimonium eiusdem fideicommittentis, † & consequenter cadit sub donatione, & fideicommisso antea ab ipsa factis, quæ nedum præsentia, sed etiam futura compræhendunt, ibi, *anno 1577. die 14. Ianuarij, &c. honesta mulier D. Alda, &c. donauit, &c. omnia, & singula bona, tam præsentia, quam futura, & ad ipsam Aldam nunc, & in futurum spectan. & pertinen. &c.* Data enim validitate huiusmodi donationis, quæ in proposito non fuit in dubium
5 reuocata, omnia bona etiam postmodum, † & vsque ad obitum per Donatricem acquisita, donata censentur, *vt dixit Rota decis. 520. sub num. 1. vers. Quia Virginius par. 1. recent.*

Prout pariter nec obstat, quòd Tutor eorumdem de Podianis descripserit hoc prędium in inuentario tutelari tanquam hæreditarium Iulij Cæsaris *dicto Summ. num. 4.*

Quoniam dum huiusmodi descriptio ex su-
6 pra deductis omninò redditur erronea, † non potuit tutor prę iudicium inferre Podianis tunc pupillis *ex traditis ad propositum coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 39. num. 2. & 3. alijsque relatis in Bononien. fideicom. de Rubeis 30. Maij 1646. coram R. P. D. meo Corrado §. quia id non probatur ex sola assertione.* Multoque minus cum in eodem inuentario
7 apposita † fuerat solita clausula salutarijs, vt scilicet *Si descriptum fuisset id, quod describen. non esset, haberetur pro non descripto ad not. per Angel. in l. 1. §. hæc stipulatio nu. 24. vers. si d. hæres ibique Imol. num. 14. vers. Item adde ff. Sicuti plus quam per l. falcid. Thesaur. iun. quæst. forens. lib. 1. quæst. 10. nu. 6. Valasch. consul. 52. num. 16. & 17. Rota in rec. decis. 287. n. 9. par. 3. & in Rom. Separationis bonorum 20. Aprilis 1646. §. Dum enim assertio vers. vel saltem illi confirmata 25. Iunij eiusdem anni coram R. P. D. meo Verospio.*

Deducta contra quartum testem deponentem de confinibus non fuerunt per DD. habita in consideratione: Nam param releuat quòd sit consanguineus dictorum de Podianis, dum pariter est in eodemmet gradu respectu illorum de Portogallis, Affinis enim, vel consanguineus in pari gradu vtriusque collitigan-
8 tis † pro idoneo teste reputatur, cum in eo quęlibet suspicio cesset, & coequalis concurrat affectio *iux. theoric. Bart. in l. qui Testamento §. quæcunque numer. 8. ff. de testam. Felin. in cap. cum oporteat sub num. 3. vers. 3. limita de accusat. Bald. cons. 461. numer. 3. lib. 4. & cons. 10. sub num. 4. vers. adhoc præterea lib. 5. Alex. cons. 156. numer. 8. lib. 5. Franc. Aret. cons. 13. num. 23. Cephal. cons. 65. num. 26. Mascard. de probat. lib. 1. concl. 26. num. 4. vers. Verum tamen aduertas, concl. 68. num. 7. & concl. 408. numer. 21. Gabr. de testib. concl. 13. num. 15. & concl. 15. numer. 5. Farinac. eod. tract. quæst. 54. num. 45.* quód verò deponat Aldam hoc Prædium possedisse de tempore, quo ipse testis erat adhuc impubes, constitutus scilicet in anno ætatis suæ decimo tertio, pariter nihil releuat, cum impubes effectus maior te-
9 stificari possit † de ijs, quæ vidit, vel audiuit in pupillari ætate, dummodo prout hic esset proximus pubertati, & lex de eo tempore certam ætatem specificè non requireret, *vt magistraliter docet gloss. in l. testium fides §. lege Iulia in verb. impubes versic. Sed quæri consueuit ibique Bart. num. 2. ff. de testib. & in §. testes autem verb. neque impubes ibique Aret. nu. 4. inst. de testam. Abb. in cap. cum nobis num. 6. ibique Felin. numer. 9. de præscript. Et in cap. Pueris num. 3. de sentent. excommun. Alex. cons. 38.* num.

num.23.lib.5.Calcan.conf.110.sub num.8.verf. Nam quod fortius Cuman.conf.92.numer.2.Cephal.conf.98. num.40.verf. Verum quia, & ad propositum firmauit
10 *Rota decif.220.num.7.part.2.diuerf* † vbi quod ad hunc effectum proximus pubertati dicitur etiam impubes annorum decem.

Exceptio verò retentionis pro legitima, & Trebellianica facilè tollitur: cum nullum fuerit confectum inuentarium, & constet de alienationibus *Summ. illorum de Podianis numer. 6. 7.*
11 *& 9.* † quæ interim præsumuntur æquare detractiones, & contrarium alleganti incumbit onus probandi iuxta sententiam, quam vti veriorem perpetuò sequuta fuit Rota, & signanter aliis omissis *in Esina fideic. 10. May 1641. coram me §. nec obstant tria, & in Rom. fideic. de Capite ferreo 19. February 1646. coram R.P.D. meo Corrado §. prædictis autem.*

Et vlterius Trebellianica detrahi non potest,
12 dum cessat qualitas hæreditaria †, & Iulius Cæsar grauatus fuit restituere per fideicommissum non vt hæres, sed vt donatarius iuxta claram dispositionem *text. in l. mulier §. vt Trebelliano ff. ad Sen. conf. Trebell. Bald. in rubr. de reuocandis quæ in fraud. cred. numer. 9. Rom. in l. stipulatio ista §. inter certam num. 17. verf. vt enim Trebellianica ff. de verb. obligat. Iaf. in l. post mortem num. 5. verf. alius casus est C. de fideicomm. Alex. conf. 247. circa fin. verf. nec est tractan. lib. 6. Aym. conf. 130. num. 11. verf. nec isto casu Molin. de Primogen. Hispan. lib. 1. cap. 17. num. 19. Peregr. de fideicomm. artic. 51. num. 22. Mart. de success. legal. par. 4. quæst. 21. artic. 19. num. 4. Fontanell. de pact. nupt. clauf. 4. gloss. 9. par. 4. numer. 145. Surd. decif. 144. numer. 23.* Detractio enim huius quartæ inuenta fuit fauore vltimæ voluntatis, nè scilicet hæredis nomen in vanum assumatur, & grauatus inuitetur ad adeundum, ac
13 Testamentum valeat, † quæ omnia cessant quando ex contractu restitutio fieri iubetur, vt ratiocinatur *Crass. in §. Trebellianica quæst. 5. nu. 5.*

Et ita resolutum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. CELSO.

Postea S. R. E. CARDINALI.

Abuleñ portionis.

Veneris 14. Iunij 1647.

ARGVMENTVM:

Beneficium vacasse non solum in mense Pontifici reseruato probare tenetur prouisus apostolicus, verum etiam reseruationem fuisse secutam ante mediam noctem vbi vacatio contigit in vltima die mensis Pontificis.

SVMMARIVM.

1 *Prouisus de beneficio vti reseruato qualitatem reseruationis probare tenetur, & quando.*

2 *Temporis probatio debet esse concludens etiam respectu temporis, vbi tempus est de substantia.*

3 *Reseruationem beneficij in vltima die mensis probare debens, iustificare debet illam fuisse secutam ante mediam noctem.*

Dies incipit à media nocte, & in sequenti media nocte finitur, vt num. 3.

4 *Factum post mediam noctem, sequenti die factum censetur.*

5 *Tex. in l. more Roman. ff. de ferijs declaratur, & numer. 3.*

Beneficium vacans ante mediam noctem mensis ordinarij ad ordinarium spectat, si post ad Papam, vt num. 5.

6 *Testis vacationem beneficij in vltima die mensis deponentes quo modo deponere debeant.*

7 *Horologia vbi plura concurrunt statur numero pluribus.*

8 *Testis interrogatus de duobus si vnum affirmat alterum censetur negare.*

9 *Liber ecclesiæ probat obitum beneficiati.*

Amplia si adminiculetur, ibidem.

10 *Reus & possessor absolui debet vbi actoris probatio redditur turbida.*

DECISIO LXXVI.

A Sententia lata ad fauorem Alphonsi, in qua dictum fuit, litteras Francisci esse subreptitias, nullas, nec exequendas, & propterea benè iudicatum per officialem Abulen. malèque appellatum pro parte Francisci; Iterum appellauit Franciscus, causaque appellationis mihi commissa, dedi dubium, an dicta sententia esset confirmanda, vel infirmanda; & Domini pro confirmatione responderunt; Moti ex eo, quia Franciscus non probauit præcisè obitum Portionarij defuncti in mense Augu-
1 sti, † vt tenebatur, & quidem concludenter pro iustificatione reseruationis in concursu cum Alphonso prouiso ab Ordinario *Rota decif. 46. num. 3. verf. si vero agatur, & num. seq. par. 2. diuerf. & in Placentina Canonicatus, & Prebenda 1. Martij 1599. coram Orano, penes Marchef. de commiss. tom. 1. fol. 339. Gregor. decif. 37. numer. 1. Cauaaler. decif. 33. numer. 2. cum alys per Gonzal. ad reg. 8. gloss. 11. numer. 100. verf. tamen quando, quem sequitur modern. Roman. de re benef. lib. 3. quæst. 10. num. 37. & 40.*

2 Nam quando tempus est de substantia, † tūc probatio debet esse concludens etiam respectu temporis *iux. tex. in cap. in præsentia de prob. Iaf. conf. 46. num. 27. lib. 3. Purpur. conf. 498. numer. 2. Caputaquen. decif. 278. numer. 5. part. 3. Cæs. de Graff. decif. 21. numer. 6. de prob. Mantic. decif. 95. numer. 3. & decif. 149. numer. 5. part. 4. diuerf. & in Albanen. confinium 13. January 1623. coram R. P. D. meo Pirouano.*

Propterea quamuis Franciscus probet obitum Portionarij in vltima nocte mensis Augusti; Nihilominus concludenter non probat illum fuisse secutum ante mediam noctem,
3 prout requirebatur ad dictum effectum; † Dies enim incipit à media nocte, & sequentis noctis media parte finitur, vt sunt verba *I. C. in l. More Romano ff. de fer. l. 1. ff. de manumission. cap. consuluit 24. ibique Felin. numer. 6. versic. de hoc habemus de off. & pot. Iud. delegat. Decian. conf. 65. numer. 22. verf. & quamquam lib. 2. Castracan. de Societ. cap. 62. numer. 4. & 5. Rota decif. 333. numer. 1. par. 4. diuerf.*

Indè

4 Indè, quæ fiunt post mediam noctem, † sequenti die facta censentur, *l. qua ætate 5. in fin. verf. plus arbitror ff. qui test. fac. poss. l. Ideoque 7. ff. de vsucap. Feder. de Sen. cons. 256. num. 2. verf. & excludendo casum, Bellam. cons. 1. num. 3. verf. & in tantum, Larra de Cappell. lib. 1. cap. 9. num. 25. Rota in Perusina Parrochialis 28. Iunij 1617. coram bo. mem. Card. Verospio.*

Et in terminis diuisionis mensium super collatione beneficiorum inter Pontificem, & Episcopos, quod attendatur dispositio *dicti*
5 *tex.* † *in l. more Romano*, ita vt si beneficium vacet ante mediam noctem mensis Ordinarij, spectet ad Ordinarium, si vero post, pertineat ad Papam *tradit Rebuff. de verb. signif. in l. 2. fol. mihi 30. verf. sed quomodo, & in tract. nominatur quæst. 16. numer. 2. & de Collat. in §. præfatique Ordinarij verbo sequentibus mensibus littera F. pag. 609. Gonzal. super reg. 8. gloss. 11. numer. 9. & seqq. Garz. de benef. 5. par. cap. 1. nu. 523. Polidor. Ripa de noct. temp. cap. 160. numer. 5. & cap. 161. numer. 3. Barbos. de potest. Episcop. allegat. 57. numer. 183. & seqq. Ferd. à Castro Palao oper. moral. par. 2. tract. 13. disp. 2. punct. 22. §. 2. numer. 1. & optimè Ioseph Ludou. de Perus. decis. 116. numer. 6. & 7.*

Nec obstant testes pro Francisco examinati, nam licet primus, & sextus fratres Portionarij defuncti dicant, illum decessisse ante pulsatam horam duodecimam ad Horologia Ecclesiæ Parrochialis S. Ioannis, & Monasterij S. Theresiæ, tamen non negant alia ante pulsasse; Imò secundus nempe Fabianus de Escobar Præfectus domus ipsius defuncti, & tertius Franciscus de Santiago Parrochus prędictę Ecclesiæ S. Ioannis, & Ioannes Sanchez testis vndecimus, ac etiam duodecimus religiosus Ordinis Discalceatorum, qui omnes in actu obitus interfuerunt, deponunt expressè ante mortem prædicti Portionarij pulsasse horologium Ecclesiæ Cathedralis, & cum prædictis concordat ipse Gubernator Ciuitatis Miles S. Iacobi de Spata, & alij testes ex officio examinati per
6 Vicarium Episcopi, † iuxta formam, & modum traditum *per Gonzal. vbi supra num. 10. verf. proinde & seq. & per Polidor. Rip. de noct. temp. cap. 161. nu. 3. ac per Ioseph Ludou. dicta decis. 116. num. 6.* qui omnes repetiti ad instantiam Alphonsi, & præsertim 1. 2. 3. & 4. deponunt, quod ante horologium Ecclesiæ Cathedrales pulsauerant plura horologia diuersarum Ecclesiarum, & in specie horologia Conuentus S. Thomæ Ordinis Prædicatorum, & Conuentus Carmelitarum Calceatorum, necnon alterum Ecclesiæ Societatis Iesu, & addit quintus testis, quod pulsauerat etiam horologium S. Francisci, certum est autem quando diuersa concurrant ho-
7 rologia, † tunc statur numero pluribus ad instar testium, vt notat *Parlador. lib. 3. quæst. 9. numer. 10. verf. at si multa, & num. seq. Barbos. de pot. Episc. alleg. 57. num. 186. in fine, Castro Palao vbi supra d. punct. 22. §. 2. num. 1. verf. secus quando plura sunt.*

Quæ conclusio eo facilius procedit in præsenti casu, quia dicta duo horologia, quæ fauent eidem Francisco consueuerunt semper pulsare tardius cæteris per spatium circa dimidiæ horæ, vt deponunt multi ex prædictis testibus, & quod magis est alterum ex eis, nempè illud S. Ioannis, vltra tarditatem procedebat, vt plurimum inordinatè, & malè gubernabatur, quod non audent negare, quin potius videntur admittere duo testes fratres defuncti pro Francisco inducti, dum respondentes ad articulum super qualitate ipsius horologij, dicunt quidem, quod habet suum moderatorem cum salario, sed tacent an benè sit gubernatum, & ordinatè procedat, vnde contrarium videntur deponere ex illa regula, quod interro-
8 gatus de duobus, † si vnum tantum affirmet alterum censetur negare *l. etsi sine 8. §. sed quod Papinianus ff. de minor. Pacian. de prob. cap. 34. numer. 1.*

Et è conuerso concurrit pro Alphonso partita libri Pictantiarum Ecclesiæ Cathedralis concepta sub his verbis, *hodierna die Lunæ prima Septembris, Pictantia pro Missa, &c. hanc & alias perdidit Dominus Portionarius Franciscus de Aguierre, quia obiit die 1. Septembris hora 12. cum dimidia*; Nec non partita libri Capparum eiusdem Ecclesiæ, vbi habetur, *Portionarius Franciscus de Aguierre obiit prima die Septembris post dimidiam noctem*, quibus libris circa hanc mate-
9 riam omninò est standum, † præsertim cum ex depositione prædictorum testium sint optimè adminiculati, vt in terminis firmauit *Rota in Taruisina Canonicatus 1. Martii 1599. coram Corduba, Buratt. decis. 548. nu. 1. Duran. decis. 216. eodem num. & in recent. decis. 629. par. 2. & decis. 205. in princ. par. 4. tom. 1.*

Et in omnem casum saltem negari non potest, quod ex prædictis probatio pro parte Fran-
10 cisci reddatur omninò turbida, † ita vt Alphōsus reus, & possessor veniat absoluendus, *vt benè per Gonzal. super reg. 8. gloss. 11. numer. 26. & seqq. Garz. de benef. par. 5. cap. 1. numer. 427. & sequen. & præsertim num. 529. Barbos. de pot. Episc. alleg. 57. num. 188. Rota coram Puteo decis. 206. & decis. 265. lib. 3.*

Et ita vnica tantum parte informante decisum fuit, altera plures citata, & expectata.

R. P. D. ARGVELLES.

Romana executionis laudi.

Veneris 14. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

De interpretatione legati quid in eo contineatur latè in pręsenti decisione tractatur ad interpretationem, an sub legato de domibus facto, remissæ, & apothecæ subtus easdem domos appositas contineantur.

SVMMARIVM.

1 *Domo legata, domui annexa legata censentur & uide num. 7. cum seqq.*
2 *Exceptio firmat regulam in contrarium.*
3 *Legatum latam recipit interpretationem.*
Amplia si sit pium, & cùm onere diuinorum officiorum num. 3.

4 *Legata domo continentur apothecæ , & quando uide in num. seqq.*

5 *Diuersita, nominis rerum diuersitatem demonstrat, & num. 6.*

6 *Nomine quæ differunt, substantia differunt, & nu. 5.*

7 *Apotheca separatim locari solita , & quæ non habet aditum ad domum non continetur sub legato domus .*

8 *Domini usus ea facit sub legato contineri , quæ nec partes suas ipsius legati .*

Amplia idem è conuerso procedere , quia legatum non continet ea quæ in alterum usum conuertit pater familias num. 9.

10 *Apotheca non continetur in datione insolutum facta de domo, si à domo fuit per Dominum separata .*

11 *Legatum domus comprahendit apothecam ad quam aditum habet alias secus & num. 12. ac per totam.*

12 *Apotheca non habens aditum ad domum , & separatim locari solita , non uenit appellatione domus .*

13 *Inspectio ocularis , & uisio loci omnes superat probationes .*

14 *Pensione domus legata non comprahendit pensionem mansionum , quæ à domo sunt diuersæ & separatæ.*

15 *Apotheca dicitur qualibet cella apta quid continere , & reponere .*

16 *Apotheca dicitur etiam librorum .*

17 *Constitutio loquens de apotheca extenditur ad omnia repositoria , quæ locari solent .*

Constitutio iuris correctoria strictè interpretatur num. 17.

18 *Ratio ubi est eadem , eadem debet esse legis dispositio.*

19 *Exceptio , & reseruatio quid operetur .*

20 *Ratio recti sermonis attendi debet .*

21 *Exceptio debet esse de regula .*

22 *Verba non debent esse superflua nec inepta , quod etiã procedit in sillaba .*

23 *Argumentum à superfluitate dicitur infirmum, & leuissimum .*

24 *Enumeratio specierum diligenter facta legato derogat generali .*

25 *Apotheca, & remissa licet diuersæ possint dici speciei sunt tamen eiusdem generis .*

26 *Generi derogatur per speciem .*

27 *Apothecæ stant subtus domum ad usum mercium , & & artium .*

28 *Vsus loquendi & utendi in testatore attenditur , & num. seq.*

29 *Dispositio testatoris quid contineat , ex illius usu , & consuetudine dignoscitur .*

30 *Vsus , & consuetudo testatoris preualet proprietati uerborum .*

31 *Vsus testatoris magis attenditur , quam comunis .*

32 *Res legata continetur sub uocabilo à testatore expressa , ubi promiscue testator ea utebatur .*

33 *Argento escario legato ueniunt uasa quibus testator , & ad esumet ad potum utebatur .*

34 *Aspectus sufficit ubi res est dubia .*

35 *Domus eadem structura , & similitudine constructæ non debent diuerso iure censeri .*

36 *Similitudo , & ucrisimilitudo multum operantur .*

37 *Apotheca separatim à domo locata , & non ad usum domus , cùm uenit sub legato domus .*

38 *Domus sub legato quid contineatur dignoscitur ex qualitatibus legato annexis .*

39 *Legatum quid contineat ualor , & pretium demonstrant .*

40 *Legatum alimentorum restringitur ad necessarium pro alimentis .*

41 *Hæres ut minùs grauetur semper fieri debet interpretatio etiam contra legatarium .*

42 *Hæres & legatarius ubi pariter sunt dilecti interpretatio fit contra legatarium .*

43 *Legatum fauore piæ causæ substinetur, non autem extenditur .*

44 *Interpretatio fit contra legatarium fauore hæredis etiam si causa esset pia .*

45 *Legatum etiam pium extendere contra uoluntatem testatoris iniqunm esset.*

46 *Ostium clausum magis denotat separationem .*

47 *Testis familiaris , nisi sit salariatus non excluditur .*

48 *Testi deponenti uerisimilia, & iuri comuni conformia multum defertur.*

49 *Testium qualitas arbitrio iudicis remittitur .*

50 *Voluntatis coniectura defertur arbitrio Iudicis .*

DECISIO LXXVII.

DOMINA Thamirra Cæula de Cybo Testatrix instituto vniuersali hærede Innocẽtio suo filio per hæc verba suam clausit substitutionem .

Item ordina che se per caso detto Signor Innocentio morisse senza figliuoli , in tal caso soprauiuendo il Signor Lelio Ceuli suo Nipote debba mentre esso uiue , godere le pigioni della casa di mezzo situate nella Piazza di S. Pietro detratte però le botteghe , che sono sotto la detta casa uerso la Piazza di San Pietro , che in questa parte lo sostituisce , uolendo , che debbiano seruire per gl' alimenti di detto Signor Lelio , durante la sua uita . E se per caso anco fosse morto d. Sig. Lelio à esso Sig. Lelio , etiamche ui fossero figliuoli d'esso Signor Lelio essa Signora Testatrice sostituisce la Chiesa di Santa Maria in Vallicella nella casa , che deue godere detto Signor Lelio con questo , che li Padri di detta Chiesa siano obligati celebrare per l'anima d'essa Testatrice una messa quotidiana in perpetuo Summ. num. 1.

Ex huiusmodi substitutionis verbis , Patres Sanctæ Mariæ in Vallicella pro obtinenda executione mandati ab A. C. ad eorum fauorem relaxati , plura deducebant fundamenta. Quo-
1 rum primum , quod relicta Domo , † ea quoque censeantur relicta , quæ ipsi domui annexa sunt, *Gloss. in cap. fin. 12. quæst. 2. late Surd. cons. 207. num. 1. & in terminis Apothecæ , Anch. cons. 291 num. 1. Alex. cons. 204. nu. 1. lib. 6. Mantic. de coniect. lib. 9. tit. 2. num. 37. Mart. de success. leg. 4. part. qu. 13. art. 1. num. 41. & est text. optimus in l. prædijs 89. §. Balneas , & §. qui domum ff. de leg. 3.*

Secundum quod ex illa exceptione *detratte però le botteghe* resultare videbatur , quod omnia alia membra , & pertinentiæ domus dican-
2 tur legata , eo quia exceptio firmat † regulam in contrarium *l. nam quod liquida 4. ff. de penu. leg. Alex. d. cons. 204. num. 7. & 14. in fin. lib. 6. & est uulgatum Axioma .*

3 Tertium quod legatam † latam recipit interprætationem *l. in testamenti 12. ff. de regul. iur. Alex. d. cons. 204. num. 4. in fin.* Maxime cum sit pium ,
4 & cum onere diuinorum sacrificiorum , † & propterea sub legato domus apothecas contineri ait *Bertazol. cons. ciuil. 87. num. 19.*

Quæ-

Quartum quod Testatrix excepit à legato
apothecas non vero mansiones illas pro thedis
seruandis accommodatas (quas vulgo dicimus
Remissas) & has non contineri sub nomine
apothecarum deducebatur ex diuersitate no-
5 minum, † ex qua demonstratur rerum diuer-
sitas *l. si idem 7. C. de Codicill. Seraph. decis.* 1137.
num.3. S.mem. Greg. XV. decis. 555. *num.*8. Et quæ
6 differunt nomine † differunt substantia *Ricciar-
dus in rubr ff. de bonorum possess. num.*4.

Re tamen bene perpensa, contraria Domi-
norum extitit resolutio. Nam licet legata Do-
mo, venirent ea, quæ ipsi domui annexa sunt,
attamen hoc primum fundamentum huius-
modi casui non applicari visum fuit; cum ver-
semur in apothecis, quæ separatim ab ipsa
domo locabantur, & ad quas non patet adi-
tus apertus ex domo, & propterea Doctrinæ
pro parte Patrum adductæ adaptari non pos-
7 sunt, † cum sub nomine, & sub legato domus
in præsenti non compræhendantur. *Castill. lib.* 5.
*contr. cap.*62. *num.*71. optima quidem ratione
8 ductus; Nam si Domini vsus, † facit, vt etiam
ea, quæ partes non sunt ipsius domus, ea le-
gata, contineantur, *ut Balnea in d.§. Balneas,* &
*Hortus in d.l. prædijs §. qui domum, & Pascua, quæ
non erat in fundo, eo legato compræhendantur l. Seia*
20. *§. Tyranna ff. de fund. instr.* Cur non etiam
9 pars illa domus, quam † in vsum alterum con-
uertit pater familias, *et domui non* decedet? *iux-
ta tex. in l. si cui ædes* 30. *ff. de leg.* 3. *tex. in l. quod
conclaue* 47. *in princ. & §.*1 *.ff. de damn. infect. facit
text. in l. quod in rerum* 24. *§. si quis post testamentum
ff. de leg.*1. & ita in terminis dationis insolutum
10 loquens † de apotheca *Crauet. cons.*234. *à nu.* 2.
per tot. qui num. fin. signanter respondit d. cons. Alex.
204. & eodem pariter modo potest responde-
11 ri *cons. Ancher.*291. nempe in eorum † casibus,
concurrere aditum de domo ad Apothecam,
& alias coniecturas. *Gratian. discept. foren. c.*126.
*num.*12. *et seqq.* & quando de apotheca ad do-
mum non est aditus, & eam locat Dominus
12 separatim, † quod dicatur eam à Domo separ-
rare, & non venire appellatione domus *text. in
l. si quis duas* 6. *§. si quis partem ff. comm. præd. Bero
cons.*160. *num.*2. *lib.*1. *uers. præterea, bene Castr. con-
sil.*221. *uiso puncto paulo ante fin. uers. si autem d. ta-
berna Paris. cons.*80. *num.* 21. *lib.*2. vbi respondit
tenentibus contrarium. *Surd. d cons.*207. *nu.*12.
*uers. quarto domunculæ Bertazzol. d. cons.*87. *à n.*12.
*Rot. dec.*243. *num.*27. *par.*5. *recent.* quę loquitur in
apotheca existente subtus domum.

Quæ sententia eo facilius amplectenda ve-
nit, ex quo ad rhedas habitatorum domus ser-
uandas, sunt aliæ mensiones ad istum vsum
tantum fabricatæ, & commodiores, cum sta-
bulis, & fœnilibus vt patuit Dominis meis,
13 ex oculari inspectione, & loci † visitatione,
quæ superat omnes alias probationes, & dici-
tur superlatiua, & fortior de mundo *Ias. in l.
fin. num.*3. *ff. de in lit. iuran. Alex. cons.*116. *in fin. lib.*1
*et cons.*35. *lib.*4. *Plott. de in lit. iuran. §.*50. *num.*3. *et
alij citati à Modern. Perus. de manut. obser.*101. *nu.*5.

Et præterea quicquid sit de prædictis, extra
dubium versatur præsens controuersia; quia
in hoc casu à Testatrice non fuit legata domus
14 sed pensiones domus, † quæ cum sint diuer-
sæ, & separatæ à pensionibus mansionum, de
quibus agitur, nullo modo eas possunt com-
præhendere *d. §. Balneas,* & in fortioribus ter-
minis *Laderch. cons.* 78. *per tot.* & vbi habitatio
domus relicta est. *Giouagn. cons.*33. *num.*4. *lib.*1.
qui late prosequitur distinguendo, & contra-
rijs respondendo numeris seqq.

Quod confirmatur in secundo fundamento
& exceptione pro Patribus adducta, quæ faci-
le contra eos retorquetur; Nam nomine apo-
thecarum, non solum significantur illæ, quæ
pro vendendis mercibus, vel aliquo exercitio
sed etiam mansiones quæ pro thedis seruandis
construuntur. Apotheca namque (vt Am-
15 brosius Calepinus docet) † quælibet cella di-
citur in qua aliquid reponitur; & quod sit re-
positorium, seu reconditorium, vel locus re-
bus quibusuis ad tempus reponendis idoneus
tradit *Caluin. in lexic. iur. verbo apotheca, vbi hæc,
& alia ad litteram transcribit ex Prateo, & prius Im-
perator in l. si quis intra* 7. *C. de bonis proscrip.* ibi
quidue in apothecis sit repertum, & librorum etiam
16 apothecam dixit † Iurisconsultus *in l. quæsitum*
12. *§. instructo autem fundo* 34. *ff. de fund. instruct.* Ibi
*si quasi apotheca librorum vtebatur Gratian. discept.
for. cap.* 927. *num.* 5. *ad* 8. vbi quod constitutio
loquens de apothecis, extendatur ad omnia
similia repositoria, quæ locari solent num. 7.
17 cum tamen illa constitutio tanquam iuris cor
rectoria strictè interpretanda esset *l.*3. *§. hæc ver-
ba ff. de neg. gest. Gratian. discept. forens. capit.*883.
*num.*11.

Potissimè cum nulla ratio differentiæ possit
assignari inter apothecas, & alias mansiones,
quæ locari solent, vt aduertit *Gratian. d. c.*927.
quod maximè procedit in præsenti casu, cum
pro thedis seruandis, aliæ adessent mansiones
quibus semper vsi sunt domus Habitatores,
quo argumento vtitur *Surd. d. cons.*207. *num.*10.
18 & facit vulgaris regula, † quod vbi par ratio
eadem debet esse iuris dispositio *l. illud* 22. *ff. ad
l. Aquil. l. nauta* 5. *§. finali ff. naut. & caup.*

Confirmatur vlterius huiusmodi resolutio
ex eo, quod Testatrix non generaliter excepit
apothecas, sed eas tantum, quæ sunt versus
Plateam D. Petri, ex quo monstrat clarissimè
alias esse apothecas, quæ non sunt versus di-
ctam plateam. Sed cum nullæ aliæ inuenian-
tur præter illas Remissas, quæ sunt à tergo do-
mus, & semper ad hunc vsum deseruierint,
non videtur dubitandum nomine apothecarũ
Testatricē etiam intelligere voluisse illas Re-
missas. Et quando nomine apothecarum non
19 compræhenderentur, † ipsa exceptio, & re-
seruatio apothecarum id faceret, vt multis
exemplis, & Doctoribus probat. *Crauett. cons.*
214. *num.*14. *vers. igitur ista reseruatio.* Nec aliter
dici potest salua ratione recti sermonis, quam
20 attendi debere † dixit *tex. in l. Plautius* 9. *in fin. ff.
de aur. & arg. leg. Cuiac. obser. lib.*17. *cap.*16. Excep-
21 tio namque debet † esse de regula vulgatis iu-
ribus *d. l. quæsitum* 12. *§. Idem respondit* 43. *verf.
denique Neratius ff. de fund. instr. l. qui testamento* 20
§. mulier 6. *ff. qui testam. facere poss.*

Quod eo facilius affirmandum est conside-
ran-

rando, quod alioquin illa tot verba, *Che sono*
sotto la detta casa verso la Piazza di S. Pietro, essent
22 inepta, & superflua, † quod dicendum non
est, cum aliquis sanus intellectus dari possit.
Immò nec vlla syllaba debet censeri superflua
ex l. 1. in in princ. cum ibi notatis *ff. qui met. cau.*
Crauett. cons. 294. num. 2. §. vbi salia vers. & prætermittendum fol. mihi 105. in princ. Scacc. de commerc.
§. 7. gloss. 3. num. 22. facit tex. in cap. si Papa 10. de
priuileg. in 6. l. si quando 112. & ibi Gottofr. littera R. ff. de leg. 1. Rot. decis. 358. numer. 3. par. 4.
rec. & in Romana fideicommissi de Pelatys 25. Iunij
1646. coram me.

23 Nec obstat, quod argumentum à † superfluitate infirmum vocet, *Mant. de coniect. lib.*
12. tit. fin. nu. 40. & leuissimum *Larrea dec. Granat. 21. num. 47. & decis. 31. nu. 51.* quia id ipsum
explicat *num. 51.* & 53. quando pro fugienda
superfluitate, aliquid absurdi, vel contra voluntatem Testatoris induceretur, vltra quod
vis non deducetur ex sola superfluitate, sed
etiam ex eo quod Testatrix sub illis verbis *Detratte però le botteghe, che sono sotto la d. casa verso*
la Piazza di S. Pietro voluit in legato compræhendi Apothecas existentes in altera via versus
S. Spiritum in qua sunt duæ Remissæ, quas
sub nomine apothecarum intellexit vt supra
deductum fuit.

Additur etiam prædictis aliud potissimum
fundamentum, quod resultat ex vsu loquendi
ipsiusmet Testatricis, quæ Remissas, & apothecas pro synonymis reputabat, vt constat,
ne dum ex d. testamento, vt ex verbis superius
ponderatis; sed etiam ex publico instrumento
census, quem Testatrix imposuit anno 1613.
sub die 17. Maij super domo, viridario, & apothecis, cum sit incontrouertibile; Remissas
etiam fuisse eidem censui suppositas, alias dicendum esset dd. Remissas non fuisse compre-
24 hensas in illa domus obligatione: † quoniam
diligentem specierum enumerationem legato
generali derogare dixit *Paulus in l. cum de lanionis 18. §. quidam cum ita l. Seia 20. ff. de fund. instr. l.*
alimenta 16. §. Basilica, l. Stichus 20. ff. de alim. &
cib. leg. Cuiac. lib. 8. resp. Papin. in l. legata 9. ff. de
supell. leg.

Maximè cum apothecæ, & remissæ dato citra veri præiudicium, quando essent diuersæ
25 speciei, † sunt tamen eiusdem generis, vt ex
Gratian. & alijs supra firmatum fuit; Vnde clarior supradicta conclusio est *d. l. legata 9. ff. de supell. leg. & d. l. 18. §. qui fundum ff. de fund. instr.* melior. *tex. in l. hæres meus 98. ff. de leg. 3. Ant. Febr.*
lib. 1. coniect. cap. 7. numer. fin. & facit vulgaris
26 regula; † Generi per speciem derogatur *de regul. iur. in 6.*

Quapropter nulla alia ratione possent dici
censui suppositæ, nisi quia compræhendebantur sub appellatione Apothecarum; eo præcipue, quia apothecæ ad vsum mercium, &
27 artium sunt subtus domum, † Remissæ vero
separatæ diuersa contignatione, ædificio, &
solo constructę in quibus maior erat difficultas, an compræhenderentur in obligatione
census. *ex traditis a Surd. d. cons. 207. Corn. cons.*
203. lib. 1.

Immò non solum ex vsu loquendi Testatrix
his remissis, de quibus agitur pro apothecis
28 vtebatur; † sed etiam ex vsu vtendi, vt loquitur *Mant. de coniect. lib. 3. tit. 19. num. 4. vers. nec debet*, quia aliquando eas locabat ad vsum Apothecarum. Quid autem continetur in disposi-
29 tione Testatoris; † & ex eius vsu, & consuetudine colligitur *l. hæredes palam 21. §. si quid post*
ff. qui testam. facere poss. l. si seruus plurium 53. §.
fin. & ibi Duran. ff. de leg. 1. l. cum filio familias 48.
§. fin. librorum 50. §. quod tamen Cassius l. nummis 73.
ff. de leg. 3. l. si cui annum 14. ff. de ann. leg. l. penultima, ff. de alim. & cib. leg. l. si quis 9. §. item si quis 2. &
l. seq. ff. de trit. vin. & oleo leg. l. si quando 31. l. pedic. 34.
§. 1. & §. Heratius. l. si vxori 41. ff. de aur. & arg. leg. l. 3.
§. proinde ff. de in rem verso l. damnus esto 15. in fin. ff. de
vsu, & vsufr. leg. d. l. Seia 20. §. Tyranna 5. ff. de
fund. instr. l. 3. §. fin. l. Labeo 7. §. Seruius l. quemadmodum 12. ff. de supell. leg. l. 3. §. potulenta ff. de
penu. leg. probant Doctores in allegatis iuribus Donell.
in l. ita stipulatus fuero 109. numer. 2. ff. de verb.
oblig. Castr. in l. quo loco 20. §. 1. in princ. ff. de
hæred. instit. Rota coram San. me. Gregor. decis. 544.
numer. 30.

Qui vsus, & consuetudo Testatricis est tan-
30 tæ potentiæ, † vt etiam verborum proprietati
preualeat, *text. in d. l. cum filiofamilias 48. d. l. Labeo*
7. §. seruius l. 3. §. fin. ff. de supell. leg. d. l. si seruus
plurium 53. ff. de leg. 1. d. l. hæredes palam 21. §. primo
vers. sed si notam, ff. qui test. fac. poss. d. l. cum de lanionis 18. §. item cacabos ibi *non propriam verborum*
significationem scrutari, ff. de fund. instr. Cæph. cons.
306. num. 118. vers. sit cessaret. Mantic. de coniect.
d. lib. 3. tit. 8. num. 10. vers. nouissime tamen, & d.
tit. 9. num. 1. Forcatul. in sua penu. Iuris ciuil. c. 8. ad
fin. fol. mihi 440. Rota coram S. M. Greg. XV. decis. 257. num. 10. vers. prætcrea, & decis. 239. nu. 8.
vers. neq. huic, & num. seq. p. 7. recent. Vndè facilius cum, & vsus, ac consuetudo Testatricis,
& ipsa quoq. verborum proprietas ad fauorē
D. Thomæ concurrat.

Ex quibus resultat manifesta responsio ad
quartum fundamentum quod pro parte Patrū
adducebatur; & insuper responsio ad obiectū
quod communiter diuersa sint nomina apothecæ, & remissæ. Nam quicquid sit de hoc,
& omisso etiam quod ex prædictis contrariū
appareat tamen prius attendendus est vsus Te-
31 statoris, † quam communis *d. l. si seruus plurium*
53. §. fin. & ibi Gottof. & in l. cum pater 79. §. cum imperfecta 22. ff. de leg. 2. d. l. hæredes palam 21. §. si quid
post. vers. sed, & si notam in fin. d. l. nummis 73. d. l. si
cui annum 14. d. l. penult. Mant. de coniect. lib. 12.
tit. fin. numer. 20. ex Ias. Aret. & alijs, & d. lib. 3.
d. tit. 9. numer. 1. ex Cicer. & Bart. & prosequitur
numeris seqq.

Minus obstat quod dicebatur Testatricem
aliquando istis mansionibus vsam fuisse pro
Remissis; quia quaudo fuisset probatum, nec
releuaret, nam vbi Testator promiscue vtitur
32 re legata, † tunc ea continetur eo vocabulo,
quod expressit, vt pulchre docet *Iurisc. in d. l.*
pediculis 34. §. quidem primipilaris ff. de aur. & arg.
leg. vbi si argentum escarium legatum sit, &
aliqua sint vasa, quibus pro miscuè vtebatur
33 Testator, & ad potum, & ad esum, † ea in legato

gato continebuntur; & de vestibus probat *tex. in l. item legato 47. §. item ff. de leg. 3.* Ideo cum Testatrix his mansionibus quandoque vsa sit pro remissis quandoq. vero apothecis; legando apothecas certissimum est, quod hoc vocabulo contineantur licet alias fuissent pro remissis habitæ.

Et non impropriè, immo rectè, & secundum veram significationem eas apothecas appellasse Testatricem, & ad proprium vsum ad quem fuerunt constructæ applicasse affirmandum venit. Tum quia pro mercibus exponẽdis, vel pauperum personarum habitatione eas locauit, vt dicunt testes, & patuit Dominis meis ex ipso aspectu. In vna namq. conspicitur caminus; in altera quædam alia officina, cum hæc à remissis sint aliena, & inusitata.

Tum etiam quia supra partes apposita videntur sua ferramenta pro tabulatis appendendis, & alia signa apothecarum mercium, vel
34 artis qui quidem aspectus † fuisset sufficiens, quando res dubia esset *d.l.pediculis, 34. §. 1. ibi vt in his aspectus auri potentior est & §. Heratius 5. ibi idque ex aspectu vasorum facilius intelligi posse facit text in l. si quando 31. ff. de aur. & arg. leg.*

Sed cessat vlterius quæuis difficultas, ex eo quod istæ, & cæteræ apothecæ eadem pænitus
35 structura, & similitudine sint constructæ, † & sic non debent diuerso iure censeri ex suprà allegata *l.illud 32.ff.ad l.Aquil.l. quedam 9.§. nummularios ff. de eden.* & quia similium eadem est disciplina *d.l.3.§. proinde, et §. quoties ff. de inrem. uers. in princ. inst. quod cum eo &c. & ibi gloss.uerbo intellecturi, & §. qua diximus 6. Velasc. axiom. iur. lit. S. num. 36.* & limitationes de quibus ipse *Valesc.* & alij per eum *lit. A. num. 133.* non applicantur in præsenti; Quam similitudinem,
36 & verisimilitudinem † multum operari dixit *Grat.discept.for.cap.883.n.6.Rot. decis.234.n 15.16. p. 7. recent.*

Corroborantur prædicta ex Testibus pro Patribus examinatis, quorum vnus deponit, quod aliquando deseruierunt pro apothecis, & alij quod fuerunt locatæ pro remissis (licet nõ probent semper ad vsum remissarum habitas) & hoc sufficeret;cum iidem asserant sepatatim
37 à domo fuisse † locatas, & non ad vsum domus *d.l.prædij 89.d.§.Balneas ff.de leg.3.Crauett;*& alij supracitati faciunt tradita *per Castill. lib. 5. contr.cap.62.nu.19.21. 48.71.* & quod nunquam sub locatione domus fuerint compræhensæ. *Giouagn. d.conf.33.nu.5.lib.1.*

Denique confirmatur huiusmodi resolutio ex eo quod habitatio Domus fuit relicta pro alimentis pro quibus cum sufficiant pensionis Domus deductis istis apothecis, & Remissis existentibus in Platea S. Petri non est dicendũ istas fuisse legatas. Nam ex qualitatibus an-
38 nexis legato domus dignoscitur, † quid in eo contineatur *Laderch. d. cons. 78. num.1.& 7.Corn. d.cons.203.per tot.lib.1.& cons.206. num. 11. lib. 3. Giouagn.d.cons.33. num. 4. lib. 1.* & ex valore, &
39 pretio† quid in legato contineatur dignoscitur *l.1.ff.de reb.dub.gloss.in l.1.§.superficiem,*& ibi *Bart. ff.de superfic.Crauett.cons.234.num.3.uers. quarto an Surd.cons.13.num.37. & decis.336.nu.10. Forcatul.*
40 *d.c.8.in fin.*Et in puncto alimentorum, † quod restringatur legatum ad necessarium pro alimentis, & non amplius, probat *tex. in d. l. alimenta 16.§.Basilica ff.de alim, & cib. leg.* Quæ rationes adaptantur etiam ad id quod dicebatur de onere diuinorum sacrificiorum,ad quod sustinendum non solum sufficit pretium pensionum, sed superabundat.

His sic firmatis parum visum fuit obstare illa fundamenta a Patribus pro executione mandati A.C. deducta; Nam ad primum satis supra in §. *quibus tamen stantibus fuit responsum:* prout ad secundum in §. *quod confirmatur,* & ad quartum in § *immo non solum & §. seq.* Ad tertium vero respondetur quod legatum hoc metiendum est ex eo quod Lelio fuit relictũ cui Patres fuere substituti. At in ambiguis
41 semper est facienda interpretatio, † vt minus grauetur hæres, & contra legatarium *l.si ita sit scriptum 14. in fin. & ibi Duar. & in d. l. si seruus plurium 53.§ fin.l. cum seruus 39.alias l. idem Iulianus 40.§. scio 7. l. legato 37. §. 1. in princ. vers.fin. Ad l. 1. l. si ita relictum 44. ibi minor pars erit accipienda qua venit in legato ff. de leg. 2. l. qui concubinam 29. §. 1. d. l. nummis 73. ff. de leg. 3. l. qui dotem 17. ff. de dot. præleg. facit tex. in l. vnum ex familia 69. §. si rem ff. de leg. 2. Alciat. cons. 121.numer. 10. lib. 9.* qui dicit non habere regulam in contrarium. *Corn. cons. 203. in fin. lib. 1. Natt. cons. 140. num. 27. Forcatul. in penu. iur. ciuil. c.2. fol. mihi 429. Rota decis. 239. n. 10. p. 7.recent. & intrat regula l. semper in obscuris 9. ff. de reg. iur.*

Quæ omnia magis sibi vendicant locum
42 quando hæres pariter est dilectus. *Bursatt. cons. 5. num. 5. Bertazzol. d. cons. 87. num. 14.* Fauor enim causæ piæ facit,vt in dubio substineatur
43 legatum, † non, vt extendatur *Menoch. cons. 1243. num. 6. Pedroch. cons. 2. num. 99.* qui latè prosequitur multis citatis nu. seqq.vsq. ad fin. & a nu. 206. ad 212. ibi quod etiam in legato
44 causæ † piæ intrat regula *tex.d.l.semper in obscuris, & d. l. nummis cum similibus,* & sunt optima verba *tex. in c. ex parte 18. extra de cens.* ibi, *Cum huiusmodi vota gratuita fuerint ab initio, benignius sunt a iuris ecclesiasticis exigenda ne tanquam exactores videantur lucris temporalibus inhiare.*

Potissimè cum Thomas sit proximior ex filia Nepos, & hæres institutus, quam Lælius nepos ex fratre, & per consequens minus dilectus, & circa hoc tollitur omnis hæsitatio, ex quo ex supra allegatis constat de contraria Te-
45 statricis voluntate; † vnde non pium sed impium esset legatum extendere, *Mant. de coniect. d. lib. 3. d. tit. 19. num. 11. Pedrocob. d. cons. 2.numer. 119. cum seqq.* & sufficere præsumptionem contrariam *ex Bald.tenuit Mart.de succ.leg.p.4.q.8. art. 5. num. 7.*

Non obstat quod dicitur in vna mansionũ adesse ostium ad Domum: quia cum sit clau-
46 sum magis facit, † vt intelligatur illas mansiones esse separatas a domo *ex d.l.si quis duas6.§.1. vers. planè ff. comm. præd. & ibi Faber.in Ration. lib.2.*Parietibus enim domus determinatur *l.4. §. pennl. ff. fin. regund.*

Nec

Nec afficit quod vnus ex Testibus D. Thomæ sit familiaris; Tum quia non probatur quod viuat salario, & impensis ipsius D. Thomæ ex latè traditis à *Farinacc. de test. q. 55. inspect. 2. num. 130.* Tum quia deponit vero similia, 48 & iuri communi conformia, † cui multum debet deferri *Rota decis. 93. num. 7. p. 4. rec.* Tum etiam quia non solum coadiuuatur ex alijs superius deductis, sed etiam ex assertione Marchionissæ Maluetiæ, & alijs etiam Testibus ad perpetuam rei memoriam examinatis, & ipsa Dominorum meorum inspectione, & loci visitatione de qua supra.

49 Præsertim cum Testium † qualitas sit in arbitrio Iudicis *vulg. tex. in l. 3. vers. tu magis ff. de test.*

Prout, & similiter voluntatis coniectura 50 ad † Iudicem remittatur *d. l. quæsitum 12. §. idem respondit 43. vers. sed, & ipse ff. de fund. instruct. Rota in Tiburtina fideicommissi 14. Ianuarij præsentis anni coram me §. adsunt ergo in præsenti, vers. in omnibus etenim.*

Et ita vtraq; &c.

R. P. D. BICHIO.

Meleuitana Tenutæ.

Veneris 14. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Reuocare procuratorem sine partis cõsensu post contestatam litem nemo facere potest. Donatorem fuisse sanæ mentis probat ipsa series donationis ita conceptæ vt homines sanæ mentis facere solent; quodque probatio dementię præcisum tempus donationis percutere debeat & demum de possessione clandestina, & per constitutum translata.

SVMMARIVM.

1 *Procuratoris reuocatio ante litem contestatam fieri potest absque alterius partis consensu, secùs si postea, & num. seqq.*
2 *Sententia lata cum Procuratore reuocato num teneat.*
3 *Procurator per litis contestationem quasi contrahit cũ Aduersario.*
4 *Procuratoris reuocationem factam post litis contestationem non dicitur acceptasse, qui iudicium cum eodem Procuratore continuat.*
5 *Constitutum transfert possessionem naturalem, & ciuilem. & num. 7.*
6 *Administrator acquirit possessionem Domino pro quo administrat.*
7 *Seruitus vsusfructus non cadit in re propria.*
8 *Verba vniuersalia cum expressione testamẽti compræhendunt etiam bona, quæ ex eodem testamento proueniunt.*
9 *Obseruantia declarat quid fuerit in donatione compræhensum.*
10 *Actus facti nomine proprio excludunt titulum administrationis.*
11 *Locatio cum perceptione fructuum probat possessionem, & dicitur actus possessorius, & sup. nu. 6.*
12 *Nullitatem donationis ex capite minoritatis non opponit qui a donatore causam non habet.*
13 *Dementia donatoris probari debet in specie de tempore donationis.*
Donare potest habens dilucida interualla nu. 13.
14 *Donatorem fuisse sanæ mentis probat contextus donationis.*
15 *Possessio iunior clandestina præsumitur.*
16 *Possessio perturbata ab antiquiori possessore non est considerabilis.*
Actus qui dedit causam liti non releuat nu. 16.
Contradictio primi possessoris excludit illius acquiescientiam num. 16.
Possessio semel acquisita non ammittitur sine acquiescientia, quamuis ab alio occupetur nu. 16.
17 *Clausula constituti transfert possessionem in constitutarium etiam ad effectum manutentionis.*
18 *Descendentes si æqualiter fuerunt à testatore vocati, equaliter succedere debent.*
19 *Descendentibus vocatis cum qualitate hæreditaria, num illa qualitas dicatur stare taxatiuè, vel demonstratiuè.*
20 *Fideicommissum innixum facultati diuidendi num dicatur stare dependenter vel independenter ab eadẽ facultate, seu diuisione, & nu. 21.*
21 *Fideicommissario competit actio contra granatum alienantem.*
22 *Donatarius particularis non conuenitur actione personali pro debito donatoris.*
23 *Bona subiecta fideicommisso non cadunt sub hypoteca creditorum grauati.*
24 *Pretium præsumitur peruenisse ad manus patris facta venditione per patrem, & filium.*
25 *Scientia explicita prohibitionis requiritur vt quis dicatur contrauenisse.*
26 *Caducitas semper restringitur ad bona alienata.*

DECISIO LXXVIII.

CENSVIT Rota confirmandum esse mãdatum de manutenendo ad fauorem Angeli Hieronymi Manducæ relaxatum in prima instantia à R.P.D. meo Peutingero * quia validum, & iustum.

Validitas apparet ex processu, nec vrget quod in relaxatione mandati citatus fuerit procurator Mariæ, & Barbaricæ Habelę quem pendẽte lite eædem principales reuocauerãt apud acta quia multum interest an reuocatio procuratoris fiat ante litem contestatam vel post; 1 Primo † enim casu tenet absque alterius consensu. Secundo vero nisi fiat ex iusta causa non tenet sine consensu aduersarij, quippe eius interest, vt procurator sine causa non reuocetur ne varietur iudicium mutatione personarum, vt distinguendo notat *Abb. in cap. au-* 2 *ditis nu. 8.* vbi concludit quod † tenet sententia lata cum procuratore reuocato, *& in cap. non iniustè num. 4. in fin. de procurat. Felin. in cap. ex parte il terzo num. 27.* vbi addit aliam rationem quia scilicet per litis contestationẽ procurator quasi 3 contraxit cum aduersario, † quem quasi contractum non potest Dominus dissoluere aduersario inuito *de rescript. Castr. in l. vnica num. 3. in fin. vers. tertius casus est, Cod. satisd. Mant. de tacit. lib. 7. tit. 21. nu. 9. & 19. Gaill. obseru. 74. nu. 10. lib. 1. Mohedan. dec. 4. de procur. Rot. in Aquilana expensarum*

sarum 4. Martij 1596. *coram recol.mem.Hieronymo Card.Pamphilio*, & in alijs relatis ab *adden.ad Buratt. decis.*440. *num.*10. Nos autem versamur in hoc secundo casu quia non negatur præcessisse litis contestationem, neque constat de con-
4 sensu Angeli Hieronymi aduersarij; † immò idem satis dicitur dissensisse prosequendo causam contra eumdem procuratorem non attenta illius reuocatione, vt in terminis fuit decisum *in Romana laudi* 23. *Iunij* 1623. *coram Buratt.quæ est inter eius impress. decis.*723. *num.*2.*& in Romana pecuniaria* 29.*Aprilis* 1624. *coram Patriarcha Manzanedo*.

Iustitia elucet ex deductis in duabus decisionibus editis coram Reuerendiss.P.D.meo Peutingero 26.Iunij 1645. & 12.Ianuarij 1646. siquidem tenuta nuncupata Tauenetia, de qua est quæstio quæque data fuerat in solutum Angelo ab eodem retrocessa fuit Petro Paulo, & Mauritio fratribus, siue Carherinæ eorum matri, & curatrici summario Angeli Hieronymi num.2.& per ingressum Petri Pauli in Religionem bonorum incapacem consolidata in solo Mauritio à quo fuisse possessam probatur, tum ex clausula constituti eius fauore apposita in dicto retrocessionis instrumento, quæ cum sit in confesso apud partes, quod tunc An-
5 gelus constituens possidebat † transtulit in Mauritium constitutarium naturalem ac ciuilem possessionem *l.quod nemo* 18.*ff.acq.poss.Ias.in §.actionum num.*139.*instit.action.Neuiz.consil.*82.*numer.*13.*Gratian.discept.*954.*numer.*2. *& seqq.Rot.decis.*551.*num.*4. *par.*2. *recent.* Tum ex locatione cum perceptione pensionis quam successiuè de anno 1620.fecit Angelus tanquam administrator bonorum eiusdem Mauritij à Iudice deputatus summ.ibid.num.5.& 6.nam ex facto
6 administratoris acquiritur † possessio principali ipse administrator dicitur possidere *Bart. in l. quod meo numer.*9.*ff.acquir.poss.Alex. in l.qui vniuersas,§.quod per colonum num.*2.*ff.eod.tit.*Rot.*decis.*196 *num.*6.*decis.*250.*numer.*9.*inter impress.apud moder.de manuten.*

Possessio autem Mauritij iterum reuolauit ad Angelum mediante donatione ei postmodum facta ab ipso Mauritio cum simili clausula constituti, ac reseruatione vsusfructus
7 pro donatore, † quæ operatur translationem possessionis in donatarium, cum in re propria seruitus vsusfructus non cadat *l.quisquis Cod.donat.Alexan.in l.*3.*numer.*14.*ff.acq.poss.Hond.cons.*18 *num.*2.*&* 3.*lib.*2.*Rot.decis.*58.*numer.*2.*decis.*299.*numer.*4.*apud moder.de manuten.*Nec dubitari potest quin sub eadem donatione comprehendatur hæc tenuta quamuis subiecta fidei commisso paterno stantibus verbis vniuersalibus donationis, ibi, *omnia & singula bona, &c. iura, actiones prætensiones & successiones quascunque & quouis iure, &c.tam iure paterno,&c. sibi quomodolibet competentia,&c.vigore quorumuis iurium,&c.testamentorũ,&c.* nam verba huiusmodi vniuersalia cum explicita mentione testamenti paterni denotant mē-
8 tis donatoris † fuisse donare etiam bona quæ sibi ex fideicommisso patris obuenissent *Menoch.cons.*87.*numer.*27. *&* 28. *& cons.*289.*num.*5.*& seqq.Surd.cons.*308.*numer.*28. *&* 29. *Ceph.cons.*622. *num.*22.*& seqq. Marchabr. cons.*66.*num.*210.*Negus. quæst.*10.*numer.*50.*Grat.discept.*568.*numer.*27. *Rot. decis.*714.*sub numer.*1.*vers.sed quod vlterius numer.*2 *& numer.*7. *vers. & præsertim par.*2. *recent.* cum alijs allegatis *ab Altogr.cons.*66.*num.*1.*& seq.*

9 Iuncta maximè successiua obseruantia, † quæ quatenus opus sit declarauit hanc etiam tenutam in donatione comprehendi *l. si de interpretatione ff.leg.Aym.cons.*101.*num.*3.*Rot.decis.*419.*numer.*6.*part.*1.*recent.* Cum secuto obitu Mauritij donatoris sine filijs, & sic purificata conditione sub qua donatio concepta erat Angelus donatarius hanc tenutam quam prius possidebat tanquam administrator cæperit possidere nomine proprio, vt constat ex locationibus ab eo factis de anno 1622. 1629. & 1638. summ. ibid.num.12. quas gratis exaduerso dicitur esse referendas ad titulum administrationis: licet enim etiam mortuo Mauritio donatarius aliquos actus iudiciales gesserit tanquam administrator summ.Habelæ num.6.tamen locationes prædictæ leguntur factæ nomine proprio,
10 ibi, *nomine eius proprio*, † quod excludit titulum administrationis actumque tribuit ipsi met Angelo donatario ac locatori, *l.post mortem* 5.*& ibi glos.verb.recte vers.secus autem Bart.num.*1. *ff.quand. ex fact.tutor. Rot.in Cæsaraugustana beneficij de Linares* 22.*Iunij* 1643.*coram me §.saltem quia*:quicquid dicendum esset nisi expressisset se contrahere nomine proprio in quibus terminis loquuntur exaduerso allegati.

Adeo quod Angelus nedum vigore clausulæ constituti, & reseruationis vsusfructus positæ in donatione Mauritij nactus fuit possessionem tenutæ, sed eamdem actualiter conti-
11 nuauit locando tenutam, † & affictus exigendo qui sunt actus possessorij *Socc.cons.*13.*sub numer.*15.*lib.*4.*Afflict.decis.*325.*num.*1. *Cæs. de Grass. decis.*10.*numer.*3. *de caus.poss.& propr.Rot.apud Moder.de manut.decis.*243.*num.*2.& simul iuncti possessionem probant etiam contra tertium ex alleg.in §.fin. secundæ decisionis coram D.meo Peutingerio. Atque hinc non est cur exaduerso impugnetur dicta donatio tanquam facta à minore & mentis non compote, quia Angelus vltra clausulam constituti, & reseruationem vsusfructus ibi appositam habet etiam actualem possessionem, & præterea de nullitate ex capite minoritatis, de qua nec ipse minor dum vixit, nec eius successores opposue-
12 runt, † dare non possunt aduersariæ quæ à donatore causam non habent, vt fuit decisum *in Ciuitatis Castelli census* 30. *Ianuarij* 1630. *coram bon.mem.Pirouano.*Dementia vero donatoris, vt noceret probari debuisset non solum in genere,
13 sed in specie de tempore donationis, † cum donator potuerit habere dilucida interualla, *Flamin.Rubeus cons.*5.*num.*71.*lib.*2.*Socc.cons.*42.*numer.*9.*lib.*1.*Caualer.decis.*366.*numer.*7.*Rot.inter recent.decis.*298.*num.*8.*part.*7.*& in Meleuitana hæreditatis* 15.*Aprilis* 1644.*coram R. P. D. meo Cerro §. idemque & seqq.*quod probatum non fuit, immò ipsa pars aduersa in secunda positione huius causæ coram D. meo Peutingero vsa est alijs contractibus celebratis à Mauritio, & signanter mandato procuræ in personam Angeli ad alie-

alienandum quod tunc dedit in summ.num.9. Et vltro series donationis, de qua agitur, quia emanauit ad fauorem fratris germani, & collata est in euentum obitus donatoris sine filijs, reseruato vsufructu ipsi donatori prout homi-
14 nes sanæ mentis facere solent † talem fuisse donatorem demonstrat *Bald. in l.furiosum nu.2. Cod.qui test.facer.poss.Corn.cons.216.numer.14.ad fin. & numer.15. lib.3. Rimin. iun. cons.376. numer.33. & 34.lib.4.Reuerendiss.Vrgellen.decis.178.num.13.*

Ex quibus sicuti in possessione huius tenutę danda esset manutentio Angelo, nisi vt infra dicam donasset Angelo Hieronymo filio non obstãte possessione deinde capta de anno 1638. à Maria & Barbarica aduersarijs, quia cum sit
15 iunior † præsumitur clandestina *Felin.in cap.licet causam num.8.& 9.de probat. Surd.cons.168. numer.16.Rot.decis.322.num.2. par.1.recent.* Et licet asseratur continuata per triennium vsque ad tempus motæ litis,quia tamen ea datis in summario Habelæ num.9.& in summario responsionis Angeli Hieronymi per totum apparet illam fuisse contradictam, ac turbatam ab Angelo antiquiori possessore non est considerabi-
16 lis, † cum non releuet actus qui dedit causam liti, & contradictio primi possessoris excludat illius acquiescentiam sine qua possessio semel acquisita non amittitur quamuis ab alio occupetur, *Innoc.in cap.bonæ il secundo num.1.vers.item de illo,& ibid.Abb.num.2.de postulat. Prælat. Put.decis.350.lib.1.in corr.Rot.in Volaterrana prioratus 16. Martij 1646. & in Montisalti beneficij 18.Maij eiusdem anni coram me.*

Ita danda est Angelo Hieronymo cui Angelus pater de anno 1640. hanc tenutam donauit cum clausula constituti translatiua, vt su-
17 pra dicebam possessionis, † quæ erat penes constituentem in constitutarium etiam ad effectum manutentionis, *Put.& alii allegati à moder.de manut.obser.11.num.7, & à Rot.decis.265.numer.2.impress.post d.tract.*

In quam sententiam Domini venerunt libentius, quia tenuta hæc subiecta est particulari fideicommisso Ioan. Pauli Manducæ ad quod vocati sunt descendentes masculi ex masculis ipsius testatoris qualis est Angelus Hieronymus cum descendat ab Angelo testatoris filio. Nec vrget quod Angelus eius pater renunciauerit hæreditati Ioan. Pauli vocati vero fuerint descendentes masculi heredum vniuersalium testatoris: nam & ipse Angelus Hieronymus descendit ab hærede vniuersali testatoris cum in eo testamento Angelus eius pater esset institutus hæres vniuersalis, neque deinde renunciando hæreditati præiudicare potuerit filio ex propria persona ad fideicommissum vocato, vt benè aduertit prima decisio coram D.meo Peutingero §.non obstat.Et sanè quando testator vocauit descendentes ipsorum hæredum vniuersalium, voluit per hæc verba solum assignare stipites descendentiæ hoc est proprios filios demonstrando illos sub nomine hæredum vniuersalium, quia hæredes vniuersales supra instituerat, ita vt in descendentibus inspici tantum debeat an descendant ab vno ex principalibus hæredibus institutis non attento an ille hæreditatem adiuerit cum de cætero testator respexerit dumtaxat ad conseruationem huius tenutæ in sua familia, & agnatione masculina, quæ verificatur æquè in descendentibus masculis ab omnibus filijs testatoris vti filijs, esto quod ijdem filij ab hæreditate abstinuerint; vnde attenta voluntate, & affectione testatoris, quæ æqualis fuit erga omnes suos
18 descendentes masculos † par etiam esset debet omnium descendentium in successione conditio, *Rimin.iun.cons.283.nu.30.& 39.Aym.cons.43. sub num.1.vers.quia per eas, Peregr.de fideicomm.artic.20.numer.12.& 19. Rot.in Firmana fideicommissi 28.Nouembris 1646.coram R.P.D. meo Otthobono,* & verba illa *hæredum vniuersalium* quamuis po-
19 sita in eadem oratione, † stant demonstratiuè ad personas filiorum, non autem taxatiuè ad eorum qualitatem hęreditariam,vt declarando *tex.in l.in conditionibus §.1.in fin.ff.condit.& demonstr. dixit Rot. decis.11. num.10. vers.non obstat textus.de testam.in antiq.*

Non obstat quod fideicommissum particulare videatur relictum in casum in quem Catherina mater (cui testator paulò supra dederat facultatem diuidendi bona omnia inter filios masculos, & fœminas æqualiter hæredes vniuersales institutas cum hoc quod ista tenuta assignaretur masculis) ad hanc diuisionem deuenisset, præsertim quia alioquin inter masculos, & fœminas non seruaretur æqualitas à testatore contemplata. Nam licet fideicommissum subsequatur statim post concessionem dictæ facultatis diuidendi, quia tamen non est restrictum ad filios, de quibus dicta facultas loquitur,sed latè se habet ad omnes descenden-
20 tes masculos in infinitum † stat independenter ab eadem facultate, seu diuisione facienda, vt bene aduertit secunda dicisio D. mei Peutingeri §.1.& ibi allegatis additur *Petra de fideicomm. quæst.6.num.26. & 27.quæst.11.numer.559.& seqq. Grat. discept.828. numer.15. Menoch.cons.348. num.43. & præsumpt.194.num.15. & 16.lib.4.Rot. decis.421.num.25.& 26.par.5.recent.& in Bononien. fideicommissi seu domus 30.Aprilis 1646. coram me.* Quo magis quia relictum fuit pro conseruatione agnationis, & sic non famulatur diuisioni: immò ipsi famulatur diuisio in qua testator
21 mandauit tenutam assignari masculis, † quia voluit conseruari perpetuo per fideicommissum in agnatione, vt in terminis diuisionis *Neguss.quæst.300. num.69.* qua propter quoad tenutam,quia solis masculis relicta fuit patet noluisse testatorem æqualitatem seruare inter masculos & fœminas.

Quibus fœminis si Angelus frater alienauit, vt ex exaduerso asseritur alia bona vltra portionem legitimè ei debitam competit actio contra eumdem Angelum iuxta *tex.in l.quidam §. fin. ff. ad Trebell. l.planè 97.§.qui rogatus ff.leg.1.* aliosque relatos *à Fusar.de substit.quæst.558.nu.1.* sed non contra Angelum Hieronymum, qui non est hæres Angeli patris, & tanquam dona-
22 tarius particularis pro eius debitis † conueniri à creditoribus non potest actione personali, *Dec.cons.237.num.7.* vbi respondit contrarijs *Celsus Hugo cons.96.num.1.Cancer.var.resol.lib.1.cap.8. num.70.*

num. 70. Mieris. de maiorat. par. 3. q. 24. num. 112. Guidopap. quæst. 460. num. 2. & 3. Rot. coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 348. sub num. 3. aut reali, quia cum bona donata subiaceant, vt dicebam
23 particulari fideicommisso Io: † Pauli non cadunt sub hypothecis creditorum Angeli *Socc. cons. 75. numer. 2. & 3. libr. 1. Molin. de primog. lib. 1. cap. 10. n. 29. Gomes. in l. 40. Tauri sub n. 72.*

Et quatenus asseritur etiam Angelum Hieronymum alienasse aliqua bona respondetur quod ex instrumentis datis in summ. Habelę nu. 7. non probatur quod ipse alienauerit, sed solum quod fideiussit de euictione pretiumq. bonorum peruenit ad manus patris venditoris,
24 vt † etiam in dubio præsumitur *Aym. cons. 91. num. 3. Surd. cons. 290. num. 18. & decis. 47. num. 5. Osasch. decis. 43. num. 2.* neque exinde inferri potest, quod ille contrauenerit prohibitioni alienationis appositæ à testatore ideoq. ceciderit à
25 fideicommisso, † quia non constat quod habuerit scientiam explicitam huiusmodi prohibitionis, vt ad hunc effectum requiritur *Alex. cons. 114. num. 4. vers. accedit lib. 1. Anchar. cons. 174. num. 5. Rot. decis. 95. num. 2. decis. 261. sub num. 8. par. 1. recent.* Et in omnem euentum caducitas restringeretur quod bona alienata subiecta, vniuersali fideicommisso in quo testator pœ-
26 nam caducitatis adiecit, † hanc vero tenutam nusquam alienatam, & particulari fideicommisso subiectam non caperet iuxta opinionem magis æquam, & communiter receptam quã secuta est, *Rot. decis. 219. nu. 1. & per tot. coram san. me. Greg. XV. & in alijs pluribus ibi allegat. ab adden. num. 7.*

Quæ omnia respicientia petitorium Domini deduxerunt, quia etiam in prima instantia petitorium discussum fuit cum alias superflua sint pro confirmatione mandati de manutenẽdo, quod esse confirmandum vtraque parte informante decisum fuit.

Decisiones duæ in hac eadem causa emanatæ coram bo. mem. Peutingero coram quo fuit prima Instantia huius causæ, Prima est sub die 20. Iunij 1645. & altera sub die 12. Ianuarij 1646. sunt supra in præcedenti par. 9. recent. tom. 2. decisiones 262. & 375.

REVERENDISS. P. D. CERRO
Sacræ Rotæ DECANO.
Romana de Luraghis.

Veneris 14. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Quod actus assignationis factę cum reseruatione futurę declarationis, declaratione deinde secuta, illam à principio continere dicatur pręsens differit decisio; hinc dominium, & possessio reuocabiliter sub d. reseruatione translatum, resoluuntur, & mutantur per declarationem postea subsecutam.

SVMMARIVM.

1 *Assignatione facta pro credito declarando, declaratio postea secuta dicitur inesse ipsi assignationi.*
2 *Voluntas contrahentium qualis fuerit de tempore contractus celebrati iuxta formam instrumenti faciendi, declaratur per instrumentum postea factum.*
3 *Instrumentum postea factum declaratur ab actibus antecedentibus.*
Instrumẽtũ subsequens acta præcedẽtia declarat n. 3.
4 *Assignatio prò creditis indeterminatè concepta non respicit magis vnum creditum, quam aliud.*
5 *Contractus, & conditio remanent perfecti ex subsecuta declaratione.*
6 *Reseruatio facta in sententia si postea ad effectum perducta, dicitur à principio in sententia contenta.*
7 *Declaratio subsequens quando mutet titulum, & possessionem.*
8 *Dominium reuocabiliter trãslatum mutatur per subsecutam declarationem, sub cuius reseruatione fuerat concessum.*
9 *Breue a Pontificis uim legis habet.*
10 *Assignatio præsumitur facta ad formam Pontificis constitutionis, non autem è contra, sup. nu. 9.*
11 *Impugnari non ualet quod semel fuit ratificatum.*
12 *Ratificatio idem operatur ac mandatum procuræ.*
13 *Damna, & interesse cessant statim extinta, & restituta sorte.*

DECISIO LXXIX.

DOMVM de qua agitur, traditam Ven. Cõgregationi Lateranen. cessisse in cõputũ primi partiti anni 1585. nõ autẽ secũdi anni 1588. & sic sententiã A.C. esse infirmandã, resolutum fuit die 4. *Iunij* 1646. * & in hac resolutione etiam hodie Domini permanserunt causa quinquies proposita, & acerrimè discussa: Dum enim dicta domus assignata, & recepta fuit pro scutis 13. mill. compensandis in summa, & quantitate pecuniarum, in qua eadem Congregatio fuerit declarata creditrix Io: Baptistę, & hęredum q. Pompilij, satitfit euidens assignationem non fuisse factam determinatè pro vno credito magis, quam pro alio, sed indeterminatè pro credito in futurum declarando, & proindè dum postea per subsequutam sententiam bon. mem. Iusti Congregatio de anno 1602. fuit declarata creditrix vigore primi partiti, consequens est, vt in hanc causam cesserit assignatio vsque ab initio, preinde ac si ab
1 eo instanti facta fuisset declaratio, † cum per relationem ad declarationem faciendam, eadem declaratio videatur à principio inesse ipsi assignationi, vt sequendo dispositionem *Text. in l. asse toto. ff. de hæred. instit. firmatum fuit in præcedenti decisione §. hinc autem.*

Nec obstat, quando in Decreto Congregationis Deputatorum sub die 25. *Iunij* 1596. in cuius executionem celebratum fuit instrumentum assignationis, & dationis in solutum, Deputati decreuerint domum pręfatam Congregationi, & Canonicis Lateranen. in solutum tradere *à conto del lor credito* nulla adiecta qualitate facienda declarationis.

Quia dum in eodem Decreto reseruata fuit

Instrumenti confectio ad dictamen sapientis, ibi, *si dia in solutum a conto del lor credito alli Padri della Pace &c. & con le clausule, & cautele da stendersi nella stipulatione dell'instrumento ad dictamen. Sapientis, & iuxta stylum &c. summ. impress. Primicerij num.* 8. Licitum fuit in ipso instrumento
2 explicare, & addere per verba explicata, † quę fuerunt de mente, & voluntate contrahentium tempore decreti, vt alijs omissis responsum fuit *in Romana quarti dotalis* 27. *Aprilis* 1646. *coram me §. animaduerterunt.* Et sicut decretum antea factum inseruit pro declaratione instrumē-
3 ti subsequentis, † ita etiam subsequens instrumentum pręcedens decretum declarat ex congestis ad propositum per *Alexan. cons.* 52. *nu.* 24. *&* 25. *lib.* 4.

Prout nec subsistit quod tempore decreti, & assignationis creditum primi partiti non esset in substantia certum, sed à Deputatis, alijsque creditoribus acriter controuersum; Nam cōtrarium conuincitur ex sequenti facti serie, Decretum enim factum fuit die 25. *Ianuarij*, ac assignatio die 9. *Aprilis* 1596. *d. Summ. nu.* 8. *&* 9. Et tamen Congregatio sub die 14. & 24. *Februarij* 1595. obtinuit extrahi omnes, & singulas partitas descriptas in libris Luraghi, prout in illius executionē extractę fuerūt incipiendo ab anno 1585. quo primum partitum initum fuit *eod. Sum. num.* 3. *&* 4. ac super illis electi fuere Periti, & Calculatores *Summ. Congregationis nu.* 5. Et denique die 2. Martii eiusdem anni 1595. contra Deputatos, & alios creditores ipsa Congregatio produxit Instrumentum census scutorum 9000. venditi Caffarello, quam Luraghi in primo partito extinguere promiserant, & die 3. eiusdem illos citauit ad docen. Luraghos pręfatum censum extinxisse, ac 1. Octobris sequentis ipsimet Deputati consenserunt, vt Caffarellus rediret ad primęua iura census non extincti *Sum. Primicerij. nu.* 6. 7. *&* 19. Ex his enim clarè patet creditum vtriusque partiti eodem tempore fuisse in iudiciū deductum, & pro vtriusque satisfatione pariformiter instatum, adeout sicuti creditum secundi partiti erat in substantia certum, ita pariformiter erat certum creditum primi: Quod autem dicitur fuisse controuersum à Deputatis, alijsque creditoribus tollitur ex decisione *in Romana erroris calculi* 16. *Nouembris* 1601. *coram bon. mem. Iusto*, vbi apparet quęstionem, & controuersiam dependisse dumtaxat super certis erroribus nonnullarum partitarum in calculo illius commissis. Hinc enim fortius conuincitur assignationem nec decretam, nec factam fuisse determinatè pro vno magis, quam pro alio, sed indeterminatè pro credito in futurum declarando, cū vtrumque eodem modo in substantia certum futuram tamen declarationem, & liquidationem expectasset.

Et nihil releuat, quod prius declaratum fuerit creditum secundi partiti in sententia scilicet lata *anno* 1600. quam primi per aliam sen-
4 tentiam anni 1602. quia cum assignatio, † dictum est fuerit indeterminatè concepta non respecit magis tempus primæ, quam secundæ declarationis *ex Theoric. Soc. in l. solemus num.* 6. *ff. de cond. & demonstr.* quam sequuti fuerunt *Cas. sanat. cons.* 4. *num.* 105. *&* 106. *aliique relati in altera decisione §. similiter.* Non obstante quod sequuta ex prima sententia declaratione crediti secun-
5 di partiti, impleta fuerit conditio, † & contractus remanserit perfectus *ad text. in l. boues. §. hoc sermone ff. de verb. signif.* Quia cum dicta prima sententia non fuerit simpliciter prolata, sed cū expressa reseruatione declarandi aliud creditū eiusdem Congregationis proueniens ex causa primi partiti, ibi, *Item Ven. Congregatione Lateranen. vigore primi partiti, & Instrumenti anni* 1585. *& alias quomodolibet, quarum causarum cognitionem, & declarationem, ac finalem executionem nobis etiam reseruamus &c. Summ. Primicerij veteris positionis n.* 8. Dum idem Iudex inhærendo dictę reseruationi subinde illud declarauit graduando Congregationem super omnes in antecedenti sententia nominatos tempore posterio-
6 res, † perinde est ac si in eadem prima sententia illud quoque creditum declaratum, & gratia illud duatum fuisset, vt præter deductos *in dicta decisione firmauit Rota decis.* 1. *in fine; vt lit. penden. in nou.* Et statim emanata secunda declaratione mutatus fuit ipso iure titulus primæ, & conuersus in hanc secundam habentem causam anteriorem, ineptusque remansit contractus,
7 qui † ex prima declaratione reuocabilem perfectionem habuerat ipsaque Congregatio ex anteriori credito primi partiti cępit domum possidere per *Text. in l.* 3. *§. qui fideicommissum ff. de hæred. instit & in l. fundo. ff. ac l. falcid. Bald. in l.* 2. *sub num.* 63. *vers. sed pone. C. de seru. & aqu. Castren. cons.* 345. *sub num.* 5. *vers. per quod patet, & cons.* 390. *sub nu.* 1. *vers. quinimo lib.* 1. *alijsque relatis firmauit Rot. dec.* 97. *nu.* 7. *& dec.* 108. *num.* 2. *cum seqq. par.* 5. *recent.*

Attenta præsertim expressa protestatione specialiter amissa in dicto Instrumento assignationis, ibi, *sine tamen præiudicio quorumcumque iurium alys creditoribus si qui sint prioribus, & potioribus competen. in euentum, in quem de tali prioritate, & potioritate vllo vnquam tempore legitimè constet, & non alias &c.* Hinc enim statim ac declaratum fuit creditum anterius euanuit titulus poste-
8 rioris crediti, † qui dominium in Congregationem transtulerat temporaliter solum, & reuocabiliter, donec scilicet, & quousque constaret de credito anteriori, vt respondit *Rota decis.* 161. *nu.* 6. *par.* 4. *diuers. in Romana pecuniaria* 30. *Aprilis* 1629. *coram bon. mem. Merlino, & in Lucana successionis* 21. *Iunij* 1630. *coram R. P. D. meo Ghislerio, in rec. dec.* 270. *nu.* 19. *& dec.* 394. *sub nu.* 27. *vers. præterea par.* 5.

Sed vlterius hodie Domini existimarūt assignationē vsque ab initio factam fuisse in causam primi partiti, cum ex forma Breuis sanct. mem. Clementis VIII. Motu proprio emanati, satisfieri deberet creditoribus illorum de Luraghis iuxta ipsorum prioritatem, & potioritatem, ibi, *& mandamus Dilecto filio nostro Cam. Apost. Auditori siue &c. quod statim &c. possessionem, seu quasi omnium, & singulorum bonorum iurium, actionum &c. ad dictum Ioan. Baptistam &c. spectan. &c. ad se auocet, illaque unicuique ex creditoribus iuxta tamē prioritatē, & potioritatē ipsorū, & iuxta æstimatio-* nem

nem &c. in extinctionem suorum creditorum assignet recepta ab illis cautione sub obligatione de restituendo prioribus, & potioribus &c. dicto Summ. impress. Primicerij num. 11. Dum ergo Deputati in illius executionem Domum de qua agitur Congregationi assignarunt, assignatio præsumitur facta in causam primi partiti, vt cautum fuerat
9 in Breue,† quod vim legis habet *l. fin. C. de legib. Gabr. consf. 151. in princip. lib.* 2. Potius quam in
10 causam secundi contra formam Breuis,† & intentionem Pontificis metiendo voluntatem à potestate, *ad Text. in l. Lucius.* §. *Imperatores ff. ad municip. & in l. si quæsita. ff. de condit. & demonstr. Rot. in. rec. dec.* 682. *nu.* 31. *par.* 8.

Et hoc etiam clarius conuincitur ex ipsa assignatione. Præmisso enim pro constanti, quod in primo partito simul, & in solidum se obligauerint, tam Io. Baptista, quam Pompilius de Luraghis, in secundo verò partito Io: Baptista dumtaxat, Dum assignatio facta fuit pro scutis 13. mil. compensandis in summa, & quantitate, in qua Congregatio fuerit declarata creditrix Io. Baptistæ, & hæredum Pōpili, ac eodem modo ipsamet Congregatio illam acceptauit, & compensare promisit, ibi, *quæ scuta* 13. *mil. idem R. D. Don Vrbanus Procurator prædictus dicto nomine &c. bona facere, & compensare promisit, prout ex nunc compensauit, & bona fecit eisdem DD. Creditoribus absentibus &c. in summa, & quantitate pecuniarum, in qua d. Ven. Congreg. fuerit declarata Creditrix d. Io. Baptistæ. Luraghi, & seu hæredum q. Pompilij Luraghi &c.* Consequēs est necessarium, quod facta fuit in extinctionē crediti primi partiti, in quo Pompilius, vt dictum est obligatus reperiebatur, non autem in extinctionem secundi, in quo ipse nec interuenit, nec obligatus fuit.

Comprobantur prædicta. Primo ex subsequutis declarationibus, Congregatio enim mediante ipsius Procuratore iteratis vicibus in iudicio declarauit se retinere domum, de qua agitur, ex causa eius crediti prouenientis ex dicto primo partito, & vigore istarum Declarationum se defendit in eius possessione aduersus alios creditores anteriores secundo partito *d. Summ. Primicerij nu.* 20. Nec huiusmodi declarationes impugnari possunt ex defectu mandati procuræ; Tum quia ad effectum eligendi in quam causam cedat solutio sufficit generale mandatum, ex deductis in *dicta desione* §. *ex subsequentibus*; Tum quia dum Congregatio aduersus dictos creditores secundo partito anteriores retentionem obtinuit, & cessarunt mo-
11 lestiæ ab ipsa tacitè ratificatæ censentur,† itaut amplius impugnari non valeant *Rot. decis.* 39. *num.* 1. *de procurat. in nou. & decis.* 208. *num.* 4. *par.* 4. *diuers.* Tum denique quia superuenit expressa ratificatio Abbatis Monasterij Sanctæ Mariæ de Pace Procuratoris generalis ipsius Congregationis, qui ratificando omnia, & quæcunque gesta per dictum Procuratorem, eumdem specialiter substituit in omnibus causis motis, & mouendis, actiuis, & passiuis *dicto num.* 20.
12 quæ ratificatio idem operatur, ac mandatum etiam si illud speciale requireretur *l. quod si de speciali* 27. *ubi Bart. ff. de minor. lib.* 3. §. *si Procurator,*

vbi Dec. num. 2. *in* 2. *notab. ff. quod quisque iur. san. me. Greg. decis.* 525. *num.* 5. *bon. mem. Buratt. dec.* 301. *num.* 3. *ibique Adden. num.* 19. *& seqq.*

Secuodo principaliter ex sententia prolata à bon. mem. Merliuo 7, *Iulij* 1627. in qua Cōgregatio Lateranen. declarata fuit creditrix Ioan. Baptistæ Luraghi in scutis 18935. & bon. 32. ac damnorum, & interesse occasione secundi partiti, & pro illorum satisfactione illi adiudicata fuerunt rubra 149. Casalis Capicottæ ad rationem scut. 90. monetę pro quolibet rubro, ibi, *Dicimus &c. constare de credito ipsius Ven. Congregationis Lateranen. cum Ioan. Baptista Luragho in summa, & quantitate scut.* 13935. *& bon.* 32. *pro quibus in sententia graduatoria per bo. mem. R. P. D. Iustum lata in duodecimo loco occasione conuentionis, seu secundi partiti &c. graduata reperitur, & pro eadem summa &c. fuisse, & esse debita, & idem Congregationi deberi damna & interesse ad rationem fructuum censuum non extinctorum &c. Item Dicimus &c. ad computum summæ &c. ac damnorum & interesse fuisse, & esse eidem Congregationi pro concurrenti quantitate adiudicanda dicta rubra* 149. *scor.* 14. *& quart.* 9. *partis, & de parte dicti Casalis Capicottæ pro indiuiso ad rationem scutorum* 90. *monetæ pro quolibet rubro iuxta æstimationem &c. prout illa adiudicamus, & adiudicari, & pro adiudicatis habere mandamus &c.* Hinc agitur amplius controuerti non potest assignationem factam anno 1596. cessisse in extinctionem crediti primi partiti, alias enim si domus tunc temporis assignata fuisset in causam secundi vtique illud pro concurrenti rata scut. 13. mill. extinctum remansisset, adeo vt pro illius satisfactione nullatenus adiudicari valuissent dicta rubra 149. quorum æstimatio præfatam summam excedit, multoque minus declarari potuisset deberi damna, & interesse, cum ea statim ex-
13 tincta, & restituta sorte † tanquam illi accessoria cessassent *l. debitor. ff. de vsur. l. si creditrici, & l. si per te. C. eod. l. fin. ibique notant gloss. & DD. ff. de eo quod cert. loc. Rota Ianuen. decis.* 61. *num.* 1. *vers. nec per se, Rot. in recent. decis.* 660. *sub num.* 2. *vers. & ideo par.* 3. *alijsque ad propositum egregiè relatis dictum fuit in Romana pecuniaria* 18. *Iunij* 1646 *coram R. P. D. meo Corrado* §. *præterea.*

Ex his itaq; steterunt Domini indecisis omisso alio fundemento compensationis, de quo in hac disputatione non fuit opus iterum disserere, cum rationes supra deductæ sufficiant ad resolutionem causæ vtraque &c.

☞ *Decisio ista sub die* 4. *Iunij* 1646. *coram eodem Reuerendiss. P. D. Cerro emanata est supra in part.* 9. *decis.* 409.

R. P. D. MELTIO.
Postea Reuerendiss. Episcopo PAPIEN.

Romana fructuum Census.

Veneris 14. *Iunij* 1647.

ARGVMENTVM.

Contractus celebratus cum minore, vt censeatur tacitè ratificatus, postquàm fuit in maiori æta-

ætate constitutus, requiritur vt habeat scientiam nullitatis, & omnium qualitatum eiusdem actus, & notitiam Iuris & facti & quid si contractus fuerit nullus ipso iure, eruditissimè pertractur. Legatarius non tenetur de suo proprio supplere deficiente pretio rei legatæ, si vero acceptauerit legatum cum onere à Testatore iniuncto, tunc acceptatio intelligi debet facta iuxta iuris dispositionem, scilicet quatenus legatum sufficiat. Demùm nonnulla deducuntur circa illum, qui emit pro persona nominanda, an nominatione subsecuta, retineat penes se Dominium, hypothecam seù possessionem medio tempore quesitam.

SVMMARIVM.

1 *Census impositus à minore, si in maiori etate constitutus soluerit fructus per multos annos contractus censetur ratificatus.*

2 *Ratificatio actus nulli vt censeatur inducta, requiritur ratificantem habere scientiam nullitatis, & omnium qualitatum, & notitiam iuris & facti.*

3 *Ratificatio non inducitur ex lapsu longi temporis in contractu, in quo præsumitur à statuto dolus.*

4 *Ratificatio expressa non potest conualidare contractum ipso iure nullum.*

6 *Et quid operaretur talis ratificatio.*

7 *Testator morti proximus, si mandet hæredi vt persoluat omnia eius debita, tenetur etiam ad debita inualidè contracta, & num.9. contra num.8.*

10 *Minor contrahens contra formam inductam à statuto fauore publicæ vtilitatis, nec ciuiliter, nec naturaliter obligatur.*

11 *Minor non remanet obligatus ex contractu nullo si non probetur ex tali obligatione fuisse factum locupletiorem.*

12 *Amplia vt nec etiam remaneat obligatus in foro conscientiæ.*

13 *Conscientia non ligat quos natura non obligat.*

14 *Statum à Papa confirmatum non potest dici vitiosum, & contra conscientiam disponens.*

15 *Obligatio legatarij de soluendis debitis defuncti, de iure tamen soluendis, capit solum ea debita ad quæ defunctus ciuiliter compelli poterat.*

15 *Legatarius non potest grauari vltra vires legati.*

16 *Legatarius non tenetur de suo proprio supplere, deficiente pretio rei legatæ.*

17 *Legatarius acceptando legatum cum onere à Testatore iniuncto, acceptatio intelligitur facta, quatenus legatum sufficiat.*

18 *Mandatum relaxatum ad fauorem alicuius, qui tunc temporis non habebat actionem, non venit exequendum.*

19 *Mandatum relaxatum ex falsa causa non meretur executionem.*

20 *Procurator non potest excedere limites ipsius mandati procuræ.*

21 *Procurator constitutus ad recipiendum solutionem non potest confiteri recepisse & liberare debitorem nisi presente pecunia.*

Et quid si aliter facit ibidem.

22 *ex Contractu in quo simulatio est in personis, actio acquiritur veræ personæ, & non fictæ.*

23 *Emens pro persona nominanda, ante nominationem res empta est in dominio emptoris.*

24 *Emptor pro persona nominanda, nominatio postea subsecuta non potest præiudicare hypotecæ medio tempore emptori quesitæ.*

25 *Emptor pro persona nominanda tenetur prout liberè emit, sic tradere personæ nominatæ.*

26 *Dominium seù possessio sine animo acquiri non potest.*

28 *Animus qualis ab initio fuerit declaratur ex actu immediatè siuè incontinenti facto.*

28 *Emptor pro persona nominanda, nominatione non facta præsumitur sibi voluisse acquirere, secùs nominatione subsecuta.*

DECISIO LXXX.

CENSVS de quo agitur, vsque de anno 1576 fuit impositus à Io: Baptista Ponciallo, dū in minori ætate reperiebatur, cum annum 18. non excederet, nullis seruatis solemnitatibus statutarijs ad fauorem Antonij Gabitij, & Ceciliæ Marchesiæ coniugum, qui Ponciallus condito deindè testamento de anno 1594. instituit suum vniuersalem hæredem Hospitale S. Iacobi Incurabilium, & q. Propertio Fontanellæ iure legati reliquit duas Vineas sub hoc tamen onere, quod soluere deberet ipsius Testatoris legata, & debita vsque ad summam scut. 2100. etsi quid superfuisset, vt exbursaret eidem Hospitali; Cúm verò Fontanella partibus suis non satisfaceret circà adimplementū eorum, ad quæ tenebatur de anno 1599. sub die 15. Iunii ab eodem Hospitali pro tali adimplemento fuit conuentus, cum quo deueniendo posteà ad transactionem, acceptauit legatum, necnon promisit soluere debita d. Poncialli, quæ de iure venirent soluenda, pro quo fideiussit, & eius obligationi insolidum accessit q. Tiberius Astallius, contrà cuius hæredes ob non solutionem fructuum prædicti census coram A.C. obtentum fuit mandatum à Fuluio Sacconario, ad quem titulo emptionis dictus census peruenerat; Et licet per binas decisiones coram R. P. D. meo Cerro emanatas sub vndecima Decembris 1645. & 7. Maij 1646. fuerit resolutum contrà DD. de Astallis esse dictum mandatum exequendum, Interposita tamen per ipsos appellatione, & mihi causa commissa sub hac die dubitatum fuit, An esset procedendum ad legitimam executionē, & fuit per DD. negatiuè responsum.

Fundamenta enim decisionum coram eodem R. P. D. meo Cerro non minùs elegantèr quam luculentèr deducta firma remanent in suis terminis, cum præsupponant, † quod
1 Ponciallus in maiori ætate constitutus soluerit per multos annos fructus huius census, quo casu inducta videtur ratificatio contractus celebrati in minori ætate, cum huiusmodi actus non esset necessarius, sed voluntarius, & à mero facientis arbitrio dependens; Vndè referri nequit ad alium finem, vt vltrà deducta in prima decisione sub §. quo verò ad iustitiam firmat *Duar. de cens. §.1. quæst.19. num.35. Gratian. discept. forens. cap.644. num.34. & cap.716. num.26. Mascard. de probat. conclus.1255. num.55. vers. Nam minor, & num.66. Rolan. cons.6. num.41. lib.2. Rimin. iun. cons.108.*

sil.108. nu.14. & consf. 37. num. 61. Rota in Romana census 19. Decembris 1639. vers. secundum coram bo: me. Pirouano. Attamen quia in præsenti casu talis solutio nedum non iustificatur: immò potiùs negatur; Et ideò ex facto dicta fundamenta corruunt, nec ex tali etiam longeua acquiescientia Poncialli ratificatio aliqua inducta præsumi debet, non data scientia omnium qualitatum, & defectum dicti contractus ab
3 initio gesti; † cum ad effectum vt ratificari possit actus nullus requiratur, ratificantem scientiam habere nullitatis, & omnium qualitatum eiusdem actus, & notitiam Iuris, & facti, *l. mater §. cæterum de inoffic. testam. Bald. in eadem l. mater C. de rei vindic. Gratian. discept. forens. cap. 499. num. 32. & cap. 513. num. 30. 721. num. 63. Gab. consf. 62. nu. 27. & 28. lib. 2. Menoch. consf. 203. num. 37. Rimin. iun. consf. 454. num. 4. Duran. decis. 459 num. 9. & decis. 260. num. 12. par. 6. recent.* Maximè
4 quia † nullitas huius contractus prouenit ex dispositione Statuti Vrbis lib. 1. cap. 151. quod cum præsumere faciat dolum, non suffragatur quæuis ratificatio ex lapsu longi temporis *text. in l. final. C. si maior fact. Gratian. discep. forens. c. 823 num. 30. Menoch. de recuper. remed. 15. num. 32. Curt. iun. consf. 50. num. 6. & 7. Ruin. consf. 170. nu. 29. lib. 1. Caputaq. decision. 1. numer. 2. part. 3. Gregor. decis. 473. numer. 18. & 24. Caualer. decision. 144. numer. 3. Burat. decis. 410. num. 10. & in recent. dec. 54. num. 3. par. 1. & 293. nu. 7. vers. quia Statutum par. 3*
5 Stante † igitur huiusmodi dolo operante nullitatem ipso iure, huiusmodi contractus nec etiã
6 per expressam ratificationem potuit conualidari, quia talis ratificatio supplet quidem defectum decreti Iudicis, non autem tollit alias nullitates *Ias. in §. si quis in fraudem num. 45. Instit. de action. Gratian. discept. forens. cap. 823. nu. 30. Menoch. consf. 29. num. 48. Natt. consf. 295. nu. 2. Surd. consf. 49. num. 29.* Ibi, *& ita videtur intelligere &c. Caputaq. d. decis. 1. num. 2. Gregor. XV. decis. 260. n. 13 & decis. 473. num. 19. & d. decis. 260. num. 10. & decis. 249. num. 28. eadem par. 6. recent. Romana donationis de Cuppis 5. Iunij 1602. coram clar. mem. Hieronymo Card. Pamphilio.* Et reprobantur Doctores contrariam opinionem sequẽtes, vt firmat idem *Surd. d. consf. 49. eodem num. 29. ibi non est curandum, Gratian. discept. forens. d. cap. 823. num. 30. ibi, contra Paris. Gabr. Menoch. & alios &c.*
7 Non obstat, † quod Ponciallus in maiori ætate constitutus, ac morti proximus mandauerit, quod ex pretio vinearum soluerentur Fontanellam legatarium omnia eius debita, & sic pro exoneratione conscientiæ teneatur ad huiusmodi debitum, vt firmatur *in dicta decis. sub num. 11. Decembris 1645. §. Eoque magis.*
8 Quia † quando à Testatore generaliter siue hæredi, siue legatario iniunctum fuit, vt omnia eius debita soluantur, intelligendum est, Testatorem sensisse, atque cogitasse de solis debitis efficacibus, nec aliqua exceptione elidibilus *l. si creditori 28. vbi Ias. & cæteri ff. de leg. 1. Ias. in l. si fideiussor. num. 52. vers. tu confirma, & num. 12. ff. eodem de leg. 1. si is, cui §. facilius ff. de solut. l. quibus diebus §. Dominus seruo circa medium ff. de condit. & demonstr. Gomez. var. resol. tom. 1. c. 12 de leg. num. 28. vers. aduertendum tamen in fine, & num. 26. Menoch. de arbitr. Iudic. cas. 57. num. 3. Natta consf. 402. num. 56. §. quia si testator &c. Surd. consf.*
9 *182. num. 4. & decis. 269. num. 5.* Nec huic † conclusioni aduersantur *decisiones in ordine 62. num. 2 decis. 81. num. 1. & decis. 119. num. 2. par. 7. recent.* in quibus firmata videtur contraria opinio, nẽpè testatorem morti proximum, & de animæ salute cogitantem, atque disponentem, vt omnia sua debita soluantur, censendum esse per similem dispositionem voluisse, vt soluantur etiam illa debita, ad quæ naturaliter, & conscientia compellente se obligatum agnoscebat.
10 Quia cum † nullitas huiusmodi contractus sic inducta fauore publicæ vtilitatis resistit obligationi, itaut impediatur quęcumq; obligatio ciuilis, & naturalis *text. in l. sed etsi serui ff. de fideiussor. & in l. antiquæ §. fin. C. ad Velleian. Bald. in l. 3. num. 5. C. de repud. hæred. Couar. in cap. quamuis pactũ in 2. par. §. 4. n. 6. Bertazol. de claus. claus. 7. glos. 19. num. 2. & seq. Gratian. discept. foren. cap. 122. num. 1. Adden. ad Stat. Vrb. apud Fenson. cap. 152. num. 39. lib. 1. Roman. consf. 12. num. 4. Duran. dec. 18.*
11 *num. 13. 16. & 18.* Maximè † cum non probetur, Ponciallum minorem sic obligatum fuisse factum locupletiorem, vt inquit *Corn. consf. 187. num. 5. vol. 3. Duran. d. decis. 18. num. 8. & 15.*
12 Immò vt nec etiam † remanserit obligatus in foro conscientiæ explicat *Nauar. consf. 9. de empt. & vendit. num. 6. & 7. lib. 3. Idem Duran. decis. 18.*
13 *num 8. & 9.* cum † conscientia non liget, quos natura non obligat, *Nauar. d. consf. 9. num. 6. & 7. & d. decis. 18. num. 14.* Aliàs sequeretur maximum
14 inconueniens, † quod huiusmodi Statutum esset vitiosum, & multorum animas illaquearet, quod non est dicendum, præsertim cum sit Pontificis auctoritate roboratum, *Ias. in l. nemo potest num. 105. de leg. Abb. Felin. & Dec. in cap. 1 de constit. Couar. in c. cum esses num. 6. de test. Rot. d. decis. 18. numer. 10. & in Anconitana nullitatis concordiæ 16. Aprilis 1646. vers. clarum autem est coram R. P. D. meo Arguelles.*

Nec releuat quod obligationi Fontanellæ ad fauorem Hospitalis accesserit fideiussio, & obligatio dicti q. Tiberij, contrà cuius hæredes pro solutione fructuum dicti census agit Sacconarius, cui fuit venditus dictus census à Io: Baptista Ridolphetto, Cecilia, Antonia, & Lauinia de Gabicijs mediante persona Francisci Berghini eorum Procuratoris pretio scutorum 800.

15 Quia obligatio † Fontanellæ, cui accessit dictus Tiberius, cuius vigore hodie agitur, est de soluendis debitis Io: Baptistæ Ponciali de iure tamen soluendis, & prout ei fuisset ordinatum ab Hospitale de valore, & pretio vinearum sibi à Ponciallo legatarum, quæ sanè promissio, siue obligatio capit solum ea debita, ad quę ciuilitèr compelli poterat Idem Fontanella *text. in l. quicquid adstringendæ ff. de verb. oblig. Sanch. consf. moral. lib. 4. cap. 1. dub. 47. nu. 3. Rota in recent. decis. 287. num. 23. par. 7. & 514. num. 1.*
15 *par. 4. tom. 3.* Maximè cum Fontanella † fuerit simplex legatarius, qui propterea non potuit grauari vltra vires legati *text. in l. filiusfam. §. apud Marcell. ff. de leg. 1. & in l. cum certus ff. de tritic. vin. & ole. legat. Parlador. rer. quotid. differ. 17.*

§. *vnic. num.*5. vndè cum hæredes Io: Baptistæ Fontanellæ prædictas vineas legatas vendiderint Iosepho Lisciano, *vt firmatur in decisione in causa emanata sub die* 11. *Decembris* 1645. §. *Ioannes Franciscus coram R.P.D. Cerro* pretio scutorũ 1650. quę pro maiori parte erogata fuerunt in solutionem, atque satisfactionem creditorum anteriorum præcedente ordine Hospitalis iuxta formam obligationis d. Fontanellæ Sum. DD. de Astallis *num.*4. ideò vltrà dictam summam non posset d. Poncialius grauari, si adhuc ipse viueret.

Insistendum neque quod Poncialius vineas eidem Fontanellæ legatario reliquerit sub hoc onere soluēdi sc. 2100. quod onus ab ipso lega-
16 tario acceptatum præsupponitur; † Quia cum nulla patiatur æquitas, vt legatarius de suo proprio supplere teneatur deficiente pretio rei le-
17 gatæ, † quæcumque acceptatio intelligi debet facta iuxtà iuris dispositionem scilicet quatenus legatum sufficiat, *vt fuit firmatum in Anconitana bonorum* 9. *Decembris* 1641. *coram R.P.D. meo Ghisilerio cum aliis allegatis in superiori* §. *quia obligatio Fontanellæ vers. maximè cum Fontanella*.

Est etiam animaduertendum, quod manda-
18 tum, † de cuius executione agitur, fuit relaxatum contra DD. de Astallis pro fructibus cēsus decursis ante illius cessionem, seu venditionem ad instantiam Fuluij Sacconarij, qui nullam habuit pro illis petendis actionem, & ideo non potest validè, ac legitimè fieri illius executio *l. si pupilli* §. *videamus in fin. ff. de negot. gest. l. quoties* §. *qui temporalis ff. de administr. tut. Federic. de Sen. cons.* 287. *Cravet. cons.* 191. *in princ. Vant. de nullit. ex defect. processf. sub num.* 23. *ad fin.* Quo-
19 tiescumque enim † mandatum relaxatum fuit ex falsa causa, vt illud executionem non mereatur *dixit Rota in Ariminen. nullitatis obligationis* 10. *Decembris* 1631. & 4. *Februarii sequentis anni* 1632. *coram Queipo, & decis.* 185. *nu.* 14. *par.* 6. *recent.*

Quod autem Sacconarius nullam habuerit actionem petendi fructus dicti census ex pluribus deducitur. Et primò quia nedùm venditio dicti census fuit illi facta à Francisco Berghigno pretio scut. 800. Sed etiam fructuum per annos 22. tunc decursorum, quod facere minimè potuit, licet haberet ad id mandatum tanquam procurator substitutus à Io: Baptista Ridulphetto, qui licet fuerit constitutus procurator à Lauinia, Cecilia, & Antonia de Gabritijs, ad quas iure legati peruenerat huiusmodi census, talem potestatem tamen non habebat, cum illi fuisset data sola facultas vendendi censum, atquè exigendi fructus, qui ex cursu 22. annorum importabant scuta 704. non autem illos vendendi, vt apparet ex mandatis in eundem Ridulphettum per dictas mulieres factis *Summ. Sacconarii num.* 11. & 12. ita in Berghignum transferri non potuit illa potestas à
20 Ridolphetto, quam ipse verè, & realiter non habebat, † nec ipsius mandati limites excedere potuit *l. non abstulit C. de nouat. l. transactionis placitum C. de transact. Buratt. decis.* 518. *numer.* 11. *vers. vndè cum d. Procuratores, & decis.* 696. *num.* 9. *vers. &*
21 *ideo*, & hoc procedit ad instar † Procuratoris constituti ad recipiendam solutionem, qui non potest confiteri recepisse, vel liberare debitorem nisi præsente pecunia, & contraueniendo nihil agit, ad tradita *per Bart. in l. si debitorem, & in l.* 2. §. *fin. ff. si cert. pet. vbi Alex. & Ias. idem Bart. in d. l. non abstulit, Angel. in l. quod stipulatus ff. de solut. Castr. cons.* 337. *vol.* 1. *Dec. latè cons.* 493. *nu.* 13. & *seq. cum aliis relatis per Surd. decis.* 229. *num.* 28. *Cenc. de censib. par.* 3. *quæst.* 3. *art.* 7. *num.* 47. & *seq.*

Sed dato etiam quod Berghignus ad id fa-
22 cultatem habuisset, † non tamen illa vti voluit, ac dicti censum, & fructus vendere intellexit Sacconario, sed Thomæ Berghigno, & simulatè fuit adhibitum nudum nomen ipsius Sacconarij, vt colligitur ex apoca declarationis inter eos facta sub eadem die 26. Aprilis 1644. quo fuit celebratum dictum Instrumentum *Summ. DD. de Astalis num.* 5. Et propterea nulla penitùs potest dici acquisita actio Sacconario per præstationem ipsius nudi nominis factam in huiusmodi contractu, sed ille prorsus acquisita fuit dicti Thomę Berghigno cum illi realiter, & effectiuè facta fuerit venditio *l.* 4. §. *si ab ignoto ff. de manumiss. testam. l.* 1. & 2. *C. plus val. quod agit l. si filii tui C. de donat. inter vir. & vxor. Seraphin. decis.* 660. *numer.* 5. *vers. & inter alias.*
23 Non obstat, † quod Sacconarius hunc censum emerit pro persona nominanda, & ante nominationem ab ipso factam census fuerit in eius dominio *l. secundum responsum C. de contrahen. & committen. stipulat. Alex. cons.* 232. *num.* 3. *lib.* 3. &
24 nominatio † deinde subsequuta præiudicare non potuerit hypotecæ medio tempore ipsi Sacconario quæsitæ; *vt per Alex. d. cons.* 232. *numer.* 6. & 7.
25 Quia † sequuta nominatione dominium fuit penès Thomam Berghignum nominatum, adeòut Sacconarius, qui sic emit, non possit, nec hypothecam, nec aliud onus imponere ad fauorem sui ipsius, & obligatus fuerit censum emptum liberè, prout liberè emit, tradere personæ nominatæ, *vt declarat Gregor. XV. decis.* 227. *num.* 3. Immò cum sub eadem die, qua fuit factus huiusmodi contractus emanauerit etiam declaratio personæ, quæ nominari debebat, hoc clarè demonstrat Sacconarium non
26 habuisse animum sibi acquirendi, † & tamen dominium, seu possessio sine animo acquiri non potest *l. quemadmodum ff. de acquir. possess. & l. licet C. eod. Gregor. XV. d. decis.* 227. *num.* 5. quod au-
27 tem † animus qualis ab initio fuerit, declaretur ex actu immediatè, siue in continenti facto *est text. in vulg. l. sed Iulianus* §. *proindè ff. ad macedon. Bart. in l. cætera* 43. §. *sed si paruerit num.* 3. *in fin. & num.* 4. *ff. de leg.* 1. *Dec. cons.* 11. *n.* 1. *in fin. cons.* 283. *num.* 7. *vers. actus enim, & cons.* 336. *numer.* 1. Vndè
28 non intrat † dispositio *d. l. secundum responsum C. de contrahen. & committen. stipulat.* Quia ea fundatur in præsumpta mente stipulantis, quod non facta nominatione voluerit sibi acquirere, *vt declarat Idem Gregor. in d. decis.* 227. *nu.* 6. quæ præsumptio hìc prorsus cessat.

Et ita vtraque parte, &c.

R.P.D.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Nepesina pecuniaria.

Veneris 14. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Euictio in instrumento promissa vbi molestiæ procedunt à persona in promissione non compræhensa, non debetur; quæ autem debeatur euictio declarat tex. in l. si per imprudentiam ff. de euict. in decisione exornatus.

SVMMARIVM.

1 *Hæres beneficiatus super bonis tantùm hæreditarijs transegisse præsumitur, quamuis proprium nomen expræsserit.*

2 *Limita si non solum de hæreditario, verum etiam de proprio interesse hæredis agebatur, vt n. 2.*

3 *Euictio non debetur si molestiæ inferantur à persona in promissione euictionis non nominata.*

4 *Dictio etiam est dispositionis ampliatiua.*

5 *Pretium iustum reputatur, quod fuit à peritis æstimatum.*

6 *Pretij variatio non præsumitur ex solo cursu annorum trium.*

7 *Deliberatio non concludit verum valorem rei.*

8 *Amplia vbi res non fuit sub hasta posita, non à Domino sed ab officiali, vt num. 8.*

9 *Tex. in l. si per imprudentiam ff. de euict. quam euictionem comprahendat.*

10 *Possessor ad aliam non tenetur defensionem si litem principali intimauit, eumque semper in iudicio vocauit.*

DECISIO LXXXI.

RESOLVTVM fuerat coram me sub die 15. Februarij præteriti, relaxandum esse mandatum in summa scut. 1125. contrà bona hæreditaria Marci Antonij, ac propria Fuluij transigentis; Quià pro eadem quantitate fuerat Margharitæ domus assignata, deinde per anteriorem Creditricem eidem euicta. Cum verò contrà propria bona mandatum relaxari non posse contenderet Brigida hæres Fuluij postquam idem Fuluius hæreditatem Marci Antonij (cuius occasione fuerat inita transactio) cum beneficio legis, & Inuentarij adierat, nec pro quantitate superius expræssa (quando etiã iustificaretur euictio ab eadẽmet impugnata) sed pro scut. tantum 700. pro quibus anteriori Creditrici deliberata fuerat domus prædicta. Ad disputationis idcircò trutinam reuocata decisione eam hodie Domini confirmarunt, vtraque exceptione reiecta tanquam irreleuante.

Licet enim vera sit conclusio, quod hæres beneficiatus super bonis tantum hæreditarijs
1 transegisse præsumatur, † proprium quamuis nomen ibidem expresserit, vt præter relatos in decisione pręterita aduertit *Monticul. de inuent. quæst. 11. num. 28. Franc. decis. 23. & 648.* & alijs auctoritatibus innixa firmauit *Rot. in decis. 700. n. 1. par. 3. recent.*

Hæc tamen conclusio non videtur hoc casu admittenda cum ex eodem transactionis Instrumento appareat non solum bona hæreditaria ibidem fuisse compræhensa, sed particulare quoque interesse Fuluij transigentis, qui eius vigore non solum mobilium partem obtinuit, ad quorum restitutionem ex lege testamenti poterat conueniri, sed etiam bonorum vsufructum Margheritæ legatum, ac fructus dotales
2 ante transactionis diem decursos, † ex his enim excluditur adducta præsumptio & propria quoquè bona transigentis hypothecata censentur, vt ponderauit *Rota in decis. 545. num. 2. par. 5. recent. & in hac eadem causa sub die 27. Aprilis, ac 3. Decembris anni præteriti coram me in §. quia dum Inuentarium, & in §. nec Fuluio poterit opitulari.*

Neque vrget replicatio, quod omnia mobilia consequuta fuerit ipsa Margharita, non autem Fuluius; Vsusfructus vero bonorum cesserit in extinctionẽ alterius crediti, ad cuius restitutionem illa tenebatur. Quia quędam corpora subiecta fideicommisso Sempronij alienauerat, & pensiones ex domo exegerat eidem fideicommisso supposita.

Nam vtraque obiectio corruit ex facto prima enim ex ipso transactionis instrumento excluditur, in quo legitur omnia mobilia existentia in domo Ciuitatis Nepesinæ fuisse Fuluio consignata, ac alia insuper delata, quæ nunquam post obitum Marci Antonij in Posse Margharitæ deuenerant. Altera verò deducta ex anteriori credito nunquam in actis iustificata.

Non obstat, quod euictionis promissio restricta videatur ad molestias illatas, vel ab ipsomet Fuluio, vel suis hæredibus, vel ex facto Cosmi Sansonij, vel Ioannis Iannonij prouenien. ac nulla idcirco actio competat contra
3 Fuluium, † dum molestiæ illatæ fuerant ab altera persona in promissione euictionis non nominata, vt aduertit *Castren. in l. emptorem §. qui autem nu. 1. ff. de act. empt. Rot. decis. 300. nu. 15. par. 7. recent.*

Quia ex instrumenti lectura conuincitur, euictionis promissionem generaliter fuisse conceptam à Fuluio, eamque compræhendere molestias à quibuscumque personis prouenientes; dum enim ibi asseritur; *Et anco conseruarle indemni talmente che per tal causa non habbiano à patir molestia alcuna*; Limitata dici non poterit promissio ad personas ibidem enunciatas, quarum mentio non restrictiue sed ampliatiue facta probatur, ex dictione illa, † etiam, dispositionis ampliatiua iuxta notat. in *l. 2. C. de testibus, & in l. etiam* 141. & 159. *ff. de verb. signif. notat Rebuff. in l. vnica num. 580. C. de sent. quæ pro eo Ruin. cons. 53. num. 19. vol. 2. Surd. cons. 303. num. 15. & decis. 8. num. 12. Rot. decis. 367. num. 1. par. 1. & 193. n. 3. par. 7. recent.*
4

Nec Decretum mandati relaxationem contra bona propria Fuluij impedire potuerunt protestationes diuersæ, tum ante celebratum transactionis Instrumentum ab eo peractę, tum in actu stipulationis, & postea subsequutæ; Cum illæ vel clam factæ probentur, & absente

te Parte nec citata, vel ex actu cõtrario fuerint sublatæ, vel emissæ ad effectum, ne ob aditionẽ sine Inuentario confunderẽtur actiones fauore creditorum, vt ponderẽtur in decisione facta in hac causa coram me sub die 27. Aprilis præteriti anni cum qua Domini transierunt.

Altera principalis obiectio fundata in excessu mandati sublata remanet in *decis. 25. Februarij præteriti coram me*. Dum enim (vt ibidem asseritur) pretium domus controuersæ fuerit taxatum à partibus in scut. 1125. vel quia pro eodemnet pretio reseruata fuit post quinquennium redemptio domus prædictæ; vel quia vinea in transactione pariter assignata Margha-
5 ritæ pro solis scutis mille fuit æstimata, † iustũ proinde reputatur, vt aduertit *Iacobin. à S. Giorgio in l. vnica numer. 59. C. ne liceat potent. Fabian. de Mont. in tract. de empt. & vend. quæst. 8. num. 25. in fin. Rot. decis. 135. num. 16. par. 6. recent.* nec variatum
6 præsumitur ex solo trium annorũ cursu † nulla variandi causa præcedente, vt probat *text. in l. pretia rerum §. non nulla ff. ad l. falcid.* per argumentum ductum à contrario sensu, & notant *DD. in l. 2. C. de rescind. vend. vbi Bald. num. 28. Castren. num. 4. in fin. Arrius Pinell. in 3. par. eiusdem legis num. 15. Cyn. in l. si minorum num. 2. C. de restit. in Integr. in fin.* Neque hunc Iustum valorem excludit deliberatio Domus pro inferiori pretio
7 subsequuta, † cum ex illa verus rei valor non arguatur, vt aduertit *Roman. in l. sciendum ff. de verb. oblig. Alex. cons. 117. num. 11. vol. 7. Aym. cons. 29 num. 4. Surd. cons. 39. num. 4. & 256. numer. 4. Gabr. de de empt. & vendit. conl. 1. num. 62.* vbi præsertim conclusionem firmat, procedere quoties (prout hoc casu) contingit non ab ipso Domi-
8 no †, sed ab officiali fuit res ipsa subhastata, & firmauit *Rota in Bonon. Prædij 21. May* 1640. *coram R. P. D. meo Ghisilerio in §. nõ obstat, quod cũ probatio.*

Demum ad impediendam mandati relaxationem non vrget allegatus defectus transportationis actorum, sinè quibus non videtur iustificata euictio in Tribunali A. C. Canonizata, neque lœsiua distractio domus vltra tertiam partem iusti pretij inter Partes conuenti, quasi talis euictio compræhensa non fuerit sub promissione Fuluij, validam solum, ac iustam euictionem continente, prout disponitur
9 in † *l. si per imprudentiam ff. de euict. & in l. exceptionem ff. de fideiuss. & alijs relatis iuribus firmat. Mangil. de euict. quæst. 16. num. 1.*

Præterquam enim eadem acta integrè supponuntur transportata huius transportationis necessitas excluditur excitationibus in singulis actibus executis contra Fuluium, qui idcirco, nec poterit impugnare subhastationem vti læsiuam, postquam ex eiusdem culpa processit, non autem ex negligentia Margharitæ, quę nõ
10 arctabatur ad maiorem defensionem, † quam ipsemet Fuluius principalis, ac defensor necessarius semper in Iudicio vocatus, vt respondit *Rot. coram Buratt. decis. 381. nu. 5. & 6. & in dec. 390. num. 6. par. 5. recent.*

Et ita vtraque parte informante, &c.

Decisio ista emanata sub die 15. Februarij 1647. coram eodem R. P. D. Verospio est supra decisio 21. in hac parte.

R. P. D. ARGVELLES.

Anconitana Dotis.

Veneris 17. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Vt annus qui de iure conceditur appellanti ad biennium prorogetur iuxta opinionem Rotæ sufficit quod infrà annum aliquod fuerit factum, in causa: Confessio receptæ dotis roborata coniecturis, & præsumptionibus, quarum plures in decisione adducuntur, probat numerationem.

SVMMARIVM.

1 *Appellationis causam ad prosequendum de iure datur annus Rota solet concedere biennium ad prosequendum appellationem, si aliquid fuit factum intra annum, vt num. 1.*
2 *Appellationis in causa sufficit intra annum citare partem pro obtinendo biennio.*
3 *Fatalia currunt etiam mortuo appellante.*
4 *Instantia cœpta cum defuncto transit ad hæredes.*
5 *Fatalibus cœptis contra defunctum dantur hæredibus alij quatuor menses vltra terminum iuris.*
Quatuor menses qui dantur hæredibus, vti fatalia contra defunctum currere cœperunt, numerantur ab adita hæreditate, vt num. 5.
6 *Appellante defuncto citari debet hæres.*
7 *Fatalia non currunt infirmitate durante.*
8 *Infirmitas deducitur in decrepito senectus ipsa est morbus, vt num. 8.*
9 *Homines cum sibi optant senectutem non aliud optant nisi longam infirmitatem ex D. Augustino.*
10 *Fatalia per obitum procuratoris, vel non currunt, vel datur restitutio.*
11 *Decretum iudicis factum cum intimatione ea non secuta nihil operatur.*
12 *Tribunalia suprema si post lapsum fatalium, ante tamen pronunciationem super desertione, præsentetur processus, semper iudicant mediante iustitia.*
13 *Iniustitia vbi est notoria, non obstante re iudicata semper causa reuidetur.*
13 *Scriptura in parte vera, sic præsumitur in totum.*
15 *Confessio vera in parte, vera præsumitur in totum.*
16 *Confessio de recepto stantibus coniecturis, & præsumptionibus probat numerationem vbi num. seqq. adducuntur præsumptiones et coniecturæ.*
17 *Testes optimam reddentes rationem veniunt attendendi.*
18 *Testes singulares faciunt adminiculum, & semiplenam probationem, & num. 19.*
20 *Bona per vxorem ad mariti domum traducta præsumuntur in dotem data.*
21 *Probatione facta super substantia traditionis, & consignationis, ad probandam quantitatem sufficiunt præsumptiones, & coniecturæ.*
22 *Dos in maiori parte soluta, præbet iustificationem solutionis etiam in aliis partibus.*
23 *Confessio dotis receptæ facta cum iuramento, non solùm assertorio, sed etiam promissorio restituendi probat numerationem, & obligat.*
24 *Iuramentum assertorium in dote confessata vtilis dicitur coniectura.*

Salu-

Salutis eternæ nemo præsumitur immemor, & numer. 24.
25 *Dos verè promissa, non solum confessata præsumitur, ex qualitate vtriusque coniugis, dignitatis nempè mariti, & facultatis mulieris.*
26 *Interusuria dotis tempore viduitatis decursa, & per maritum recepta, augeat dotem.*
27 *Dos etiam sinè promissione probatur constituta vbi concurrunt coniecturæ, & præsumptiones.*
28 *Confessio dotis quando probet saltem contra ipsum maritum.*
29 *Obligatio mariti pro dote restituenda, facta conditionaliter, non reddit benè cautam vxorem.*
30 *Confessio, & quietantia receptæ dotis verisimilior redditur ab expressione circumstantiarum.*
21 *Confessio dotis receptæ eo magis attenditur, quo versatur contra hæredes ipsius confitentiæ.*
32 *Hæres non potest dicere de mendacio sui auctoris.*
33 *Confessio receptæ dotis quando non dicatur facta in fraudem prohibitæ donationis.*
34 *Donatio morte mariti confirmatur.*
35 *Insinuatio non requiritur in confessione receptæ dotis stante iuramento assertorio.*
36 *Insinuatio reicitur intra summam scutorum quingentorum.*
37 *Insinuatio suppletur per renunciationem factam cum iuramento respectu ipsius donantis, & eius hæredum.*
38 *Confiscatio non datur in delicto iniuriæ.*
Iniuriæ pœna est arbitraria, & num. 38.
39 *Confiscatio non datur in his quæ sunt iudici arbitraria.*
40 *Conuicium iudici dictum non alia pœna, quam arbitraria punitur.*
41 *Iniuria quando non est atrox certum est quod non admittit confiscationem.*
42 *Testi vnico fides non adhibetur. Maximè in criminalibus, & num. 43.*
44 *Renunciatio non resultat ex mandato procuræ executioni non demandato.*

DECISIO LXXXII.

IN hac causa quatuor emanarunt decisiones coram bon. mem. Buccabella, quarum duæ priores, quibus absoluebantur Fanelli hæredes Hieronymi à petitione Franciscæ scut. 1750. vltra scuta 2250. impressæ *par. 6. recent. 259. & 290. in ordine*, fuerunt reuocatę per alias duas coram eodem sub diebus 26. Martij, & 3. Decembris 1635. & condemnati dicti hæredes ad soluendum alia scuta 802. & iuxta huiusmodi decisiones emanauit sententia coram eodem bo: mem. Buccabella, à qua licet fuerit pro parte Franciscæ congruo tempore appellatum, & introducta causa appellationis; tamen intra biennium non fuit terminata. Vnde obtenta per supradictos hæredes alia commissione. Quod transportatis actis per appellantem, præfixoque illi termino ad docendum, de causis restitutionis in integrum, eo elapso & constito de re iudicata exequatur; Illius vigore reportarunt decretum nisi infra mensem cum intimatione, quo completo, & nulla facta intimatione fuit coram Reuerendiss. D. meo Carrillo sub die 15. Martij 1641. disputatum dubiū. An constaret de re iudicata vel potius de causis restitutionis in integrum, & responsum pro re iudicata. Hodie coram me in eius locum suffecto causa super iisdem reproposita Domini à decisis recedendum censuerunt.

Nã licet de rigore iuris detur annus ad pro-
1 sequendam causam; † attamen ex stylo Rotæ datur ipso iure biennium, si aliquid intra annum factum fuit. *Neuiz. cons. 41. sub num. 5. & 13. Mandos. tract. de commis. in 18. commiss. fatal. prorog. uerbo proroget q. 3. Odd. de rest. quæst. 70. artic. 5. vers.* & dicit propterea *sub num. 32. Vestr. in prax. lib. 3. cap. 5. sub num. 2. & lib. 7. cap. vlt. sub num. 9.* ibi quam commissionem biennij, *& sub num. 10. vsque ad num. 11. Scacc. de appellat. quæst. 15. num. 34. Cassad. decis. 6. de appell. n. 8. Put. decis. 155. n. 3. lib. 2.*
2 Et fuisse aliquid factum dicitur, † si commissa causa appellationis pars fuerit citata, *Rot. dec. 181. num. 2. par. 3. diuers. lib. 2. Cassad. d. dec. 6. n. 8. de appell.* vt præsenti testatur decisio Reuerendiss. D. mei Carrilli.

Cui fundamentum non obstat quod fatalia
3 currant† etiam mortuo appellante *l. 1. C. si pend. appell. mors interu.* vbi communiter scribentes *Scacc. dicta quæst. 15. nu. 6. Rota coram Crescent. dec. 4. num. 3. de appell.* Et quod instantia cœpta cum
4 defuncto † transeat in hæredem *tex. in l. si cum hominem 34. ff. de fideiuss. Bart. in l. Lutius 78. §. rogatus, ff. ad S. C. Treb. Ang. Imol. Paul. de Castr. in l. servus 14 ff. de his qui not. infam. Valenz. cons. 60. n. 34. 36. & seqq. Ant. Faber. in Cod. lib. 4. tit. 12. definit. 2. nu. 2. Scacc. vbi supra nu. 161. & 260. Nouar. in prax. de elect. & variat. fori par. 2. dec. 30. n. 48. Amat. resol. 86. num. 1. tom. 2.*

Nam cessat, quia quando fatalia cœperunt currere contra defunctum, tunc hæredibus dãtur alijs quatuor menses vltra terminum iu-
5 ris, † qui menses connumerantur ab aditione hæreditatis, *l. fin. C. si pend. appell. & ibi Bald. & Cyn. Scacc. de appell. d. quæst. 15. d. nu. 6.* Et sic cum non fuisset probatum ab aditione hæreditatis Franciscæ transiuisse dd. quatuor menses, non debuit appellatio declarari deserta.

Præterea rei iudicatæ locus esse non poterat, ex quo Diana hæres Franciscæ citata non fue-
6 rat quemadmodum debebat, † cum mortuo appellante citandus sit hæres, *l. oratione 17. ff. de ser. l. edictum 55. ff. de iud. Anton. Faber. in Cod. lib. 2. tit. 3. de procur. defin. 4. num. 5. Mandos. in d. tract. de commiss. in 18. commiss. fatal. prorog. vers. quæro, Ac ibi pars affirmatiua, Scacc. d. quæst. 15. nu. 161. Amat. vbi supra num. 86. Sess. decis. 54. num. 5. & 89. nu. 16. & seq. vol. 1. Rota coram Crescent. d. decis. 4. num. 3. de appell.*

Accedit prædictis infirmatis impedimentũ,
7 quod† pariter excusat à lapsu fatalium; *Azeued. l. 11. tit. 18. lib. 4. recopill. nu. 26. & 27. Gregor. Lopez. l. 24. tit. 23. par. 3. Scacc. ubi supra num. 145. uers. promiscuè loquuntur.*

Quæ infirmitas deducitur ex decrepita ęta-
8 te Dianæ; † cum senectus ipsa sit morbus, *l. ciuitatibus 125. ff. de leg. 1. cap. magnæ de uoto, ubi. Abb. idem in cap. quoniam col. 6. ut lit. non contest. Alciat. de præsumpt. 51. & D. Augustinus*, Cum sibi homines
9 optant senectutem, † quid aliud operant nisi longam infirmitatem.

Ton-

Concurrit etiam obitus procuratoris, quo
10 stante, † vel fatalia non currunt, vel datur restitutio *Azeued. & Lopez. ubi sup. Ant. Faber. d. definit. 4. num. 8. Rota apud Cassad. d. decis. 6. num. 5. de appell.*

Vlterius quia cum hæredes Fanelli petijsset declarari sententiam transijsse in iudicatum, & nullam fecissent intimationem, prout tenebãtur iuxta formam decreti emanati, cum clausula nisi infra mensem cum intimatione, (vt faretur ipsa decisio Reuerendiss. D. mei Ca-
11 rilli) vtiq; non poterat deueniri ad talem declarationem sine intimatione, *Doctores in l. multum interest. 21. ff. de condit. & demonstr. Caputaq. dec. 322. num. 3. par. 2. Put. decis. 168. lib. 1. san. mem. Greg. XV. dec. 31. num. 7. & 8. Rota dec. 349. in 2. tom. par. 4 recent. num. 3.*

Demum quia in supremis Tribunalibus etiã post lapsum fatalium, si tamen antequam pronuncietur, quod appellatio sit deserta, proces-
12 sus præsentetur, † stylus est, quod videatur ex ipsis actis prout iustitia suadebit, an bene, vel malè sit iudicatum, *Auend. resp. 2. num. 6. Valboa ad tex. in cap. personas 4. & in cap. cum sit Romana 5. de appelat. num. 45. ad fin. tom. 1. fol. mihi 33. Afflict. decis. 243. num. fin. in fin. & ibi Add. & Vrsill. etiam in fin. & ad dec. 79. nu. 2. Rota dec. 399. n. 8. tom. 2. par. 4. recent.*

Sed quicquid sit de omnibus supradictis in-
13 cõcussũ quidẽ est quod data iniustitia, † non obstãte re iudicata ex æquitate reuidetur causa, *Vrsill. ad Afflict. decis. 28. num. 4. & d. decis. 79. num. 3. & 4. Rota in Sarsinaten. feudi 22. Iunij 1645. Ferrarien. pensioni. 2. Martij 1646. coram Reuerendiss. D. meo Decano in princ. & in Tiburtina Castri S. Angeli 18. Iunij 1646. coram R. P. D. meo Meltio §. regulare namque est*, & est vulgatum.

Iniustitia autem notoria in hoc casu desumitur, non solum ex testibus, sed etiam ex confessione iurata Fanelli, contra quam parũ faciunt, quæ hodie replicantur, quoad scuta 947. de quibus agitur: Nam Rota in illis duabus vltimis decisionibus coram bon. me. Buccabella, iam declarauit confessionem non fuisse fraudulentem, saltem quoad scuta 802. vltra illa 2250. quæ ipsa pars fatetur, ex quo euanescit consideratio, quod non possit præiudicare, quod non præcesserat promissio; quia nulla maior ratio est vt dicatur fraudulenta in scutis 947. de quibus hodie agitur, quam in illis. Scriptura enim quæ in parte probatur ve-
14 ra † in totum vera præsumitur *Paul. de Castr. cons. 301. sub num. 4. vol. 1. Paris. cons. 90. num. 4. & 5. vol. 1. Marescott. var. resol. lib. 1. cap. 8. num. 15. san. mem. Greg. XV. decis. 62. num. 8.* & de confessione
15 in † parte vera, *Soccin. iun. cons. 102. num. 2. vers. confirmo vol. 3. Roland. cons. 85. num. 43. lib. 2. Surd. cons. 489. nu. 22.*

Quam opinionem eo facilius amplexi sunt Domini in hoc casu, in quo concurrunt tot præsumptiones, & coniecturæ quibus stanti-
16 bus, † confessio de recepto probat numerationem, *Surd. d. cons. 489. num. 7. lib. 4. Nogueroll. alleg. 32. num. 23. Marescott. var. resol. d. cap. 8. num. 9. & 10 Boccer. de donat. cap. 8. num. 53. vers. vbi scribit Rota apud san. mem. Greg. XV. d. decis. 62. num. 2. coram Coccin. decis. 499. num. 3. in recen. decis. 335. nu n. 2. par. 6. & decis. 24. num. 3. & 160. num. 1. par. 7. Fontanel. de pact. nupt. claus. 14. gloss. vnic. par. 2. ex numer. 50.*

Prima autem coniectura desumitur ex testibus deponentibus, Frãciscam vltra illa scuta 2250. & illa 802. retracta ex mobilibus, & rebus contentis in folio Palazzinæ) pro quibus quantitatibus Rota pronunciauit mandatum fore exequendum) traduxisse ad domum viri duas crumenas cum nũmis aureis, & argenteis, ballam lini, & vasa figuli, qui testes
17 veniunt attendendi † cum de hoc reddant optimas rationes, *Rota decis. 294. nu. 10. dec. 283. num. 7. par. 5. recent. in Tudertina societatis 21. Iunij 1638. coram Eminentiss. Panzirolo, & benè in decisione huius causæ sub die 26. Martij 1635. §. qui testes.*

Quæ coniectura non eliditur ex eo, quod dd. testes sint singulares, quia cum deducantur ad probat ionem, sed ad adminiculandam confessionem Hieronymi, & quod mulier poterat (attenta eius qualitate) habere dotem scutorũ 4. mill. quod est etiam valdè verisimile considerata donationibus ab ea habitis, tam occasione nuptiarum, quam à primo viro mercatore diuite, vt deponunt testes in summario
18 hæredum Franciscæ num. 10. † Vtique faciũt adminiculum, *Caccialup. l. admonendi 31. num. 92 vers. testes singularitate adminiculatiua. ff. de iure iur. Rolan. cons. 33. num. 10. iuncto num. 22. vers. vlterius non obstat lib. 2. Gabr. concl. 2. num. 65. & seq. de test.*
19 *lib. 1. Farinac. de test. quæst. 64. n. 113.* † vbi quod semiplenam probationem faciunt, *& num. 146. & 302.*

Prout nec releuat, quod supradicti Testes nõ dicant de traditione facta Hieronymo marito, intet quos enumeratur etiam D. Demetrius Pieritius pro parte Franciscę examinatus qui nec de promissione, nec de traditione deponit; Quia Rota super huiusmodi traditione nullum prorsus fundamentum constituit in depositione D. Demetrij, sed benè in alijs testibus, qui de traductione ad domum mariti deposuerunt, & in cõfessione eiusdem mariti,
20 ad † præsumendum, quod ea fuerint ipsi in dotem data, *Bart. qu. est. 7. incipit mulier habens numer. 16. vers. sed si tu poneres facit tex. in l. quemadmodum 46. §. primo ff. de iure dot.*

Minus resistit, quod prædicti Testes non exprimant pecuniarum quantitatem, quia probata substantia traditionis, & consignationis
21 ad † probandam quantitatem sufficiunt præsomptiones, & coniecturæ, quæ in hoc casu concurrunt, *Surd. consil. 94. num. 28. Rota coram san. mem. Greg. XV. decis. 324. num. 4. & decis. 57. sub num 12. vers. non obstat par. 6. recent.*

Secunda coniectura desumitur ex iustifica-
22 tione solutionis maioris partis dotis, † quę infert iustificationem etiam in alijs partibus *Soccin. sen. cons. 82. super quæst. col. 1. lib. 3. Natt. consil. 547. num. 26. & 581. num. 15. Fontanell. de pact. nupt. d. tom. 2. claus. 14. gloss. vnica par. 2. numer. 53. Couar. lib. 1. var. cap. 7. num. 6. vers. si ex confessione in fine Menoch. præsumpt. 12. num. 25. vers. tertia est coniectura lib. 3. Marescot. vbi sup. num. 14. Rota post*

Pacis.

Pacif. de salu.decis. 18. *num.*6. *apud san.mem. Greg. XV. d. decis.*62. *num.*7.*& dd.decis.*24.*nu.*9.*&* 160. *num.*2. *par.*7. *recent. Ciuitatis Vetulæ dotis* 17. *Februarij* 1643.*coram R.P.D. meo Cerro, Romana dotis* 23. *Iunij* 1645. *coram R.P.D. meo Otthobono, & Anconitana bonorum* 3. *Iulij* 1543. *coram Reu.P.D. meo Bichio*.

Tertia elicitur ex iuramento apposito in instrumento ipsius confessionis dotis receptæ, maximè cum non solum sit assertorium, sed etiam promissorium restituendæ dotis confes-
23 satæ, † quo casu confessio dotis receptæ habet vim verę numerationis obligat consitentem, & eius hæredes, *Surd. d.cons.*489. *num.* 16. *vers. quinto concurrit, Aret.cons.*74. *num.*7. *Rol.consil.*93. *num.*35. *lib.*1. *Guttier. de iuram.cap.*15. *num.*4. *Ioseph Ludouic.decis.Perus.*66. *num.*11. *Rota d.dec.*24. *num.*8. *par.*7.*recent. & in d. Anconitana bonorum coram R.P.D.meo Bichio §.adest promissio*. Et ipsum iuramentum assertorium solum reputatur vti-
24 lis † cõiectura, quia nemo præsumitur ignarus salutis æternæ *l.fin.C. ad l.Iuliam repetund.* & ità ratiocinatur *Surd. d.cons.* 489. *num.* 22. *vers. non obstat*. Et si confessio sit adminiculata, *Rota in Bononien. dotis* 25. *Febr.* 1619. *coram Andrea, & in Ferrarien. dotis eiusdem mẽsis, & anni coram S.D.N. Innocentio X.*

Quarta educitur ex verisimilitudine inspecta qualitate Domini Fanelli, qui erat dignus
25 huiusmodi dote, † & etiam ex quo mulier poterat illam habere, *Tiraq.in l.si vnquam, verbo donatione largitus num.*101. *C.de reuoc.donat.Cuman. cons.*31. *num.*1. *Crauett.cons.*40. *sub.num.*4. *vers.ecce quod verisimilitudo, Surd.d.cons.*489. *num.* 15. *&* 16. *Gratian. discept.for.cap.*362. *num.* 20. *Mascard. de prob. concl.*362. *num.*14. *in fin. Rota d. decis.* 24. *num.*14. *&* 15. *par.*7.*rec. & in Maceraten.pecuniaria* 14. *Iunij* 1541. *coram bon.mem. Merlino*.

Quinta depromitur ex instrumento publico ex quo colligitur, Fanellum, & Franciscam recepisse pro interusurijs nõ solutæ dotis scuta 576. 71. quorum partem, licet Francisca recepisset ante secundum matrimonium, & partem Hieronymus post d. matrimonium contractum, (quod non auget dotem.) Apparet tamen calculatis omnibus, recepisse saltem tempore matrimonij pro interusurijs matura-
26 tis tempore viduitatis scut. 83. † parum plus, aut minus, quæ augent dotem, *l. si ante nuptias* 6. *ff. solut.matrim. l.dotis fructuum* 8. §.1. *ff. de iure dot. l. videamus* 38. §. *ante matrimonium ff. de vsur. Grat.discept.for.cap.*244. *num.*17. *Fontanell.de pact. nupt. claus.*6. *gloss.*2.*par.*1. *num.*12.

Nec refragatur, quod non constat, de pro-missione dotis; Quia etiam sine promissione
27 sufficiunt aliæ coniecturæ, † & illa præcipuè de partis solutione vltra tres quartas partes iã approbata per Rotam, & de traditione aliarum quantitatum, & mobilium ex testibus Sum. num. 3. *Maresc. vbi sup.num.*14. *Fontanel. de pact. nupt.tom.*2. *claus.*14. *par.*2. *nu.*50. & omnes DD. supra citati etiam sine promissione admittuntur alias coniecturas, & istam signanter *Gratian. discept. for. cap.*362.*nu.*18.*& Marsh.dec.*103. *Fontanell.d.par.*2.*num.*53.

Vltra quod non deficit in hoc casu dotis promissio, cum de ea appareat saltem ex ipsa confessione, quam veram in maiori parte dixit Rota in allegatis decisionibus. Et quando cum dotis confessione adest etiam promissio-
28 nis confessio † ea probat saltem contra ipsum maritum, *Gratian. d.decis.*103. *nu.*15. *Rot.d.decis.* 18.*post Pacif.de salu. numer.*6. præcipue stantibus adminiculis *Fontanel. vbi sup.gloss.vnica claus.*14. *par.*1. *num.*38.

Nec attendenda venit quietãtia facta à Fanello de scut.2250, quia huic difficultati satis respondetur in *dec.*16.*Mart.*1635.§.*prout etiã cessat*. Et ex quietantia satis apparet, non loqui de tota dote scut. 4. mill. sed de illa scut.2250. quæ fuerat data primo, & ex eo etiam colligitur, confessionem illam factam anno 1628.21. Iunij fuisse necessariam, quia in illa facta 11. Martij 1623. Hieronymus se obligauerat conditionaliter pro restitutione scut. 2250. videlicet exactione sequuta, & non alias, (quæ sunt
29 verba ipsius instrumenti) † ex qua non erat benè assicurata Francisca, *Fontanell. vbi sup.p.*2. *num.*19. & ideò debuit Hieronymus eam purè quietare post dotis exactionem.

Quæ confessio, & quietatio verisimilior
30 redditur ab expressione circumstãtiarum, † videlicet mobilium, & monetæ, vt aduertit *Gratian. d.decis.*103. *numer.* 24. *ex Bart. & Soccin. Rota d.dec.*18. *post Pacif.de salu. d.nu.*6. Tum quia exprimitur modus, & qualitas istius summæ.
31 Et potissimè cum agatur † contra hæredes ipsius confitentis, *Castr. cons.*383. *num.*2.*vers.an autem lib.*2. *Roland.d.cons.*93. *num.*20. *vers. quibus tamen vol.*1. *Decian.cons.*25. *num.*41. *lib.*1. *Ioseph. Ludouic. d.decis.Perus.*66. *nu.*27. *par.*2. Rota *coram Card. Seraph.decis.*795. *nu.*1. *penes san. mem. Gregor.XV. decis.*491. *num.*7. *& in rec.decis.* 335. *numer.*4. *p.*6. *Fanen. dotis* 17. *Martij* 1642. *& in d.Ciuitatis Vetulæ dotis* 27. *Februar. eiusdem anni coram*
32 *R.P.D. meo Cerro*. Qui non possunt dicere † de mendacio ipsorum auctoris, *Auth. de iure iur.in fine princ. Cum vtique*(ait Imperator Iustinianus) *nostris videtur legibus vnam quodammodo esse personam hæredis, & eius, qui in eum transmittit hæreditatem. Ideòque nullus eidem sibimet edicit reluctari, & quod dixit, atque iurauit ratum esse hoc nolle valere, sed contra proprios reluctari sermones*, *Pac. consil.* 14. *numer.* 25. *Surd. dicto consilio* 489. *n.*24. *&* 25. *Cens.de cens. q.*87.*n.*12. *Nogueroll. allegat.*25.*num.*85. *Rota decis.*462.*numer.*2.*par.*4.*rec.*

Non obstat, quod hæc conclusio non procedat, quando confessio facta fuit in fraudem
33 donationis: † Quia hæc limitatio habebit locum, quando apparet, maritum voluisse donare; secus autem, quando tot coniecturis excluditur simulatio, & quando adest etiam promissorium iuramentum nullum est dubium, *Guttierez d. cap. cap.*15. *num.*3. *&* 4.
34 Et dato, quod hæc posset dici donatio, † certè confirmaretur morte mariti *l. quod de suo* 2. *C. de dot. caut. non numerat. & ibi glos.*2.*Rol.d.cons.* 93. *num.*30.

Nec tollitur prædictum fundamentum ex insinuationis defectu; nam vltra quod contra Hieronymum corrueret ex iuramento asser-
35 torio, † quo ipse asseruit omnia contenta in illis

illis scripturis esse vera, quod sufficere dicit *Roland. vbi prox. num. 22.* ad hoc, vt non possit opponi de simulatione. Cessat vlterius considerando, quod licet confessio contineat summam scut. 4000. nihilominus iustificatum fuit Franciscam soluisse scut. 2250. & scut. 802. quę Rota in dd. decisionibus iustificata cẽsuit; Rursus constat Hieronymum habuisse scut. 83. pro dd. interusurijs, & scut. 250. Equiti Galeatio mutuata, & insuper recepisse mobilia. Vnde licet huiusmodi mobilia vili pretio æstimarẽtur, adhuc detractis prædictis, non superesset summa, quæ ad 500. solidos ascenderet intra quam summam insinuationis defectus de
36 iure† reijcitur *per text. in l. penult. §. fin. C. de donat. Grat. discept. forens. cap. 231. nu. 10. Rota coram Buratt. decis. 7. num. 5.*

Et licet insinuatio non suppleretur per renunciationem factam cum iuramento; Hoc
37 intelligendum esset, quoad Creditores.† Nam quoad ipsum donantem, & eius hæredes nulla adest dubitatio, quin suppleatur, vt tenet *Guttier. in l. nemo potest 58. ff. de leg. 1. num. 340. & de iuramento par. 1. cap. 7. num. 2.* cuius opinionem sequitur *Boccer. de donat. cap. 3. num. 58.* faciunt tradita per *Cyriac. contr. 128. num. 102. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. gloss. 29. num. 5. Seraph. de priuileg. iuramen. priuileg. 73. num. 49. Cancer. par. 1. var. cap. 8. num. 5. Ceuall. comm. q. 222. numer. 13. vers. sed cont Rota coram san. mem. Gregor. XV. decis. 391. num. 5. vbi Adden. num. 10. Seraph. dec. 746. num. 5. Burat. decis. 47. nu. 3. & 76. n. 11. Caputaq. decis. 286. p. 1.*

Nec contradicit decisio *Buratt. 181. numer. 1. quæ est etiam 683. par. 2. recent.* quia ibi nulla aderat coniectura, qua posset adminiculari confessio, immò multæ in contrarium.

Prout nihil facit, quod tempore confessionis Hieronymus existeret in Monasterio Sancti Augustini, timore cuiusdam delicti, quia hoc delictum non erat eius qualitatis; vt indè sequeretur confiscatio bonorum, vt satis constat ex euentu: Reportauit enim à Iudice sententiam absolutoriam, absque vlla nec quidẽ pecuniaria condemnatione, & ex Summ. Fanelli de nullo alio delicto constat, (& hoc vnico solum teste) nisi quod Hieronymus corã Locumtenente alteri colitiganti respondit, quod mentiretur, & quod parum modestè lo-
38 quutus est ipsi Iudici.† Et ex nullo istorum datur confiscatio, quia pœna iniuriæ est arbitraria, *Gomez var. tom. 3. cap. 6. nu. 7. Farinac. quæst. criminal. tom. 1. quæst. 27. num. 139.* Et in arbitrio
39 Iudicis concesso † non venit confiscatio, *Baiard. ad Clar. lib. 5. §. final. q. 78. num. 19. litera N.*
40 sed nec conuicium ipsi Iudici dictu† alia pœna, quam arbitraria punitur *Rex Theodoricus apud Cassad. var. lib. 1. epist. 31. ibi edictali programmate definimus, & si atroces iniuriæ in quemcumq; Senatorum vox iniusta præsumpserit, nouerit se à Prætore Vrbis audiendum, vt pro qualitate facti discussa recipiat, promulgatam iure sententiam l. illud 8. ff. de*
41 *appell. vbi Bart.* Præsertim cum nec illa † nec ista iniuria atrox dici posset, vt benè *Gomez. vbi sup. & num. 8. Menoch. de arbitr. cas. 263.*
42 Præterquam quod † vnico testi fides non datur *cap. veniens de test. Rot. in Romana Saluiani 20. Nouemb. 1630. coram bo. me. Merlino, §. vlt. & in Florentina, seu Bononien. de Barbadorijs 25. Iunij 1640. coram bo. mem. Coccino §. nam quod attinet*
43 *in fin.* & signanter in criminalibus † latè *Farinacc. quæst. 63. per tot. præcipuè num. 7. de test.*

Ex quibus cum prætensa res iudicata penitus exclusa remaneat, nullum per Fanellos potest fundamentum constitui semper mãdato procuræ Dianæ hæredis Franciscæ ad renũciandum liti facto post emanatam decisionem R.P.D. mei Carrilli. Quia ex dicto mandato ad renunciandum, quod à Procuratore execu-
44 tioni demandatum non fuit † renunciatio resultare non potest *clem. 1. de renunc. Rota dec. 725. num. 7. par. 2. Reuerendiss. Vrgellen. decis. seu discurs. 285. num. 111.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. PEVTINGERO.

Pampilonen. Iuris nominandi Vicarium.

Lunæ 17. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Actus posteriores censentur facti in executionẽ antecedentis conuentionis quamuis non fuerit facta mentio de conuentione, sed de antiqua consuetudine, cum enim conuentio sit conformis & compatibilis cum consuetudine, expressio consuetudinis conuentionem non excludit. Concordia per inobseruantiam an dicatur resoluta, & quando concordia facta cum Vniuersitate annulletur per contrauentiones, & quid si contrauentio fuerit facta à Procuratore habente mandatum Procuræ factum à Deputatis, an, & quando afficiat Vniuersitatem fusè tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Ius nominandi Vicarium spectet ad eos, quorum Ecclesijs facta est vnio, & quando secus.*
2 *Pontifex numquam intendit derogare partium conuentionibus, nisi hoc specialiter fuerit expressum.*
3 *Verba ob modestiam, & reuerentiam prolata, quando non præiudicent proferenti.*
4 *Actus posteriores censentur facti in executionem antecedentis conuentionis, & non ex gratia.*
5 *Actus præsumitur factus in vim antecedentis obligationis, quamuis non fuerit facta mentio de obligatione, sed de antiqua consuetudine.*
6 *Consuetudo non excludit antecedentem concordiam, & quando.*
7 *Actus an dicatur factus in vim antecedentis obligationis, apparet ex antecedentibus & subsequentibus facti circumstantijs.*
8 *Approbatum semel, amplius reprobari non potest.*
9 *Concordia vbi in quibusdam capitibus apparet effectuata, intrat præsumptio effectuationis, & obseruantiæ etiam in alio.*
10 *Confirmatio Apostolica vbi requiritur, ex cursu temporis præsumitur interuenisse.*
11 *Ius nominandi Vicarium quando non dicatur euersum per litteras patentes Episcopi, huiusmodi Vicariam conferentis.*

12 *Ap-*

12 *Approbatio Vicarij nominati, & licentia exercendi curam animarum ad Episcopum spectat, tam de iure communi, quàm ex forma Pianæ constitutionis.*

13 *Concordia per inobseruantiam dicitur resoluta, & quando secùs num. 14.*

15 *Concordia non dicitur resoluta per inobseruantiam, quandò contrauentio est super casu in concordia non comprehenso.*

16 *Concordia facta cum Vniuersitate, vt annulletur per contrauentiones quid requiratur.*

17 *Mandatum procuræ factum à Deputatis Vniuersitatis, vt afficiat Vniuersitatem quid sit necessarium, & vide num. 18.*

19 *Mandatum procuræ factum à Deputatis Vniuersitatis, an censeatur ratificatum ab ipsa vniuersitate, ex prosecutione litis.*

20 *ad Caducitatem tollendam in dubio omnis interpretatio sumenda est.*

21 *Manutentio concedenda est possessori, donec exceptiones super resolutione contractus in petitorio discutiuntur.*

22 *ad Petitorium reiciendæ sunt exceptiones super resolutione contractus.*

23 *Manutentio concedi debet possessori etiam in casu quo adesset decretum irritans donec dubitari potest an illud intret vel ne?*

24 *Manutentio quando non sit deneganda Possessori, quamuis super bono iure aduersarij esset lata sententia.*

DECISIO LXXXIII.

PLVRIES disputato dubio, An sit à decisis coram me in hac causa sub die 25. Maij 1644 recedendum, vbi resolutum fuerat, Oeconomis, & Deputatis Parochianorum Ecclesiæ Parochialis Sancti Ioannis Baptistæ Ciuitatis de Estella Pampiloneñ. Dioecesis esse dandum mandatum de manutenendo, in quasi possessione nominandi Vicarium, ad capiendam resolutionem ordinarunt Domini, vt videretur de bono iure, etiam ad effectum manutentionis, & hodie tandem ad hunc effectum constare de bono iure Parochianorum concluserunt Quia ex actibus, qui dantur, tam in summario Parochianorum, quam Abbatis Monachorum, & Conuentus Beatæ Mariæ de Hyrache Ordinis Sancti Benedicti pariter nominationem Vicarij prætendentium, satis cõstat, eosdem Oeconomos, & Deputatos Parochianorum ab anno 1538. citra extitisse in quasi possessione nominandi, & præsentandi Vicarium ad Ecclesiam Parochialem, de qua agitur, quæ quasi possessio vlterius coadiuuatur ex concordia inter eosdem ex vna, & Abbatem & Monasterium, ex altera eodem anno 1538. inita, in qua expresè conuentum fuit, quod nominatio huiusmodi, & præsentatio ad ipsos Parochianos spectaret, & quod Abbas hanc nominationem admittere teneretur, vt ex *capite* 1. & 2. eiusdem concordiæ in summario vtriusque partis sub *num.* 1. colligitur. Ex quo corruit duplex fundamentum ab informantibus pro Abbate, & Monasterio allatum.

1 Primum videlicet † desumptum ex Constitutione Sanctæ memoriæ Pij Quinti incipiente. *Ad exequendum Pastoralis officij debitum* in ordine, la 47. eiusdem Pontificis in Bullario nouo disponente, quod ius nominandi Vicarium spectet ad eos, quorum ecclesijs facta est vnio, vt etiam ponderatum fuit in decisione huius causæ sub die 16. Iunij 1642. *corā R.P.D. meo Cerro*, quia illa non procedit vbi particu-

2 lares vigent conuentiones, † Quibus summus Pontifex nunquam intendit derogare, nisi hoc specialiter fuerit expressum, iuxta *text. in cap. ex multiplici de decimis*, & post alios declarat *Sanchez ad præcepta decalogi lib. 8. cap. 29. sub n. 191. vers. 2. fallit.*

Alterum vero, quod Parochiani in prædictis nominationibus, ac præsentationibus vsi fuerint verbis supplicibus, & deprecatiuis ad Abbates pro tempore eos deprecando, Vt præ-

3 sentatos approbent: † nam cum Abbas vigore præcedentis concordiæ obligatus esset nominationes illas, & præsentationes admittere, clarum est istiusmodi verba ita ob modestiam & reuerentiam prolata, nullum penitus in eorum iuribus ipsis præiudicium inferre, vt deciditur in *cap. sane* & in *cap. veniens de renunciatione, & notant. Angelus, & Doctores in l. fin. ff. de præt. stipul. cum pluribus relatis per Alex. cons. 70. incip. viso processu inquisitionis formatæ sub n. 10. lib. 1.*

4 sed approbationes, † & admissiones censentur factæ in executionem conuentionis antecedẽtis, ac in vim eorum obligationis, & non ex gratia, vt dixit *Rota in Calaguritana Iuris visitandi de Aquila 13. Februarij 1617. coram bon. mem. Pirouano*, quam refert adden. *ad Gregor. XV. dec. 162 num. 15. vers. 1. sciendum*, & comprobat *Modernus Mantuanus contr. 175. per tot.*

5 Nec visum † fuit posse ab Abbate obseruantiam concordiæ controuerti, quamuis in pluribus nominationibus non fuerit facta mentio de concordia, sed de antiqua consuetudine, dum dictæ nominationes ad formam concordiæ factæ sunt, eique conueniunt *Rota dec. 262.*

6 *num. 1. par. 2. diuers.* † Cum enim concordia sit conformis, & compatibilis cum consuetudine expressio consuetudinis, concordiam non excludit, & quin Parochiani ex ea etiam possiderent *Crescen. decis. 5. nu. 5. & 6. præsertim vers. & hoc modo de restitut. spoliat. Rota dec. 120. sub numer. 2. & 3. par. 2. & decis. 305. num. 5. & 6. part. 4. tom. 2. recent.*

7 Præsertim † quia prima nominatio statim post concordiam facta, expresè facta legitur in concordiæ executionem, & in alijs pluribus vterque titulus fuit complicatus, & cumulatus, vt in nominatione anni 1543. in altera anni 1558. in altera an. 1579. & in altera anni 1597. quæ factæ leguntur vigore consuetudinis, & etiam vigore conuentionum, ac ordinis, & titulorum inter Monasterium, & Parochianos existeñ. vnde patet Parochianos voluisse vtroque titulo inhærere, vt ex præcedentibus, & subsequentibus apparet, *Rota post tract. de manuten. decis. 200. num. 17. add. ad Buratt.*

8 *decis. 269. in fine*, † & quod magis est Abbas nominationes pro obseruantia, & executione Concordiæ admisit; vt pluries expressit etiam

in illis nominationibus, in quibus Parochiani de concordia mentionem non fecerunt, & de anno 1582. obseruantiam concordiæ articulauit, & probauit: & per sententiam declarari obtinuit concordiam ita fuisse vsu comprobatam, à quo propterea effectuatio concordiæ amplius controuerti, seu reprobari non potest *Becc.cons.3.num.39. Rota decis.51.num.7.par.6. recent.*

9 Et eo quia † concordia apparet in omnibus alijs capitibus effectuata, nempe in visitatione, in assignatione congruæ Vicarij, & redditione, seu solidatione computorum, quam singulis annis faciunt Oeconomi, & Deputati antiqui nouis Ecclesiæ Oeconomis, & Deputatis. Ex his enim intrat præsumptio effectuationis, & obseruantiæ etiam in isto. *Rot.decis.396.nu.13. par.5. & in terminis concordiæ decis.31.num.3.par.4 recent.*

10 Nec refert, † quod huiusmodi Concordia non doceatur fuisse per Summ. Pontificem confirmata, quia quatenus talis etiam confirmatio necessaria fuisset ex spatio tanti temporis decursi, quo fuit per plures actus, & sententias comprobata, & absque vlla huius solemnitatis hæsitatione obseruata confirmationem interuenisse præsumitur prout latè comprobauit *Rota coram Cardin. Seraphino decis.1042 & coram Gregor.XV.dec.343. coram Buratt.dec.45. num.6.decis.159.num.3.par.1.decis.210.n.12.par.5. recent. & in Romana permut. 20. Februarij præteriti*

11 *super fin. coram R.P.D. meo Bichio*, † & omnino frustra huius concordię non effectuatio allegatur, quia contrarium expresè apparet in hac præsertim nominatione, de qua in præsenti contenditur; Et ex instrumentis nominationum, prout ex depositionibus testium, alijsque in *Summario Parochianorum exhibitis*, quę documenta non euertuntur per litteras patentes Episcopi Pampiloneñ. datas in *Summario Abba-*

12 *tis num.2.* † quia approbatio Vicarij, & licentia curam animarum exercendi, quam solum dictæ litteræ patentes continent, vt in eis legitur, ad Episcopum spectabat, & hoc quidem tam de iure communi ad *tex. in cap.vnic. de cappell. Monach. in 6.* & in terminis huius Vicariæ dixit *Rota coram Card. Seraphino decis. 1304. sub num.3.* quam etiam ex forma supradictæ constitutionis Pianæ in dict. *vers. Volumus insuper*, prout in terminis declarauit *Rota coram bon. me. Card.Caualer.decis.419.num.2. & 3.*

13 Pariter non obstat, † quod prædicta Concordia postea per inobseruantiam Parochianorum fuerit resoluta, tam ex legis dispositione quam vigore pacti in ea appositi *sub num.6.versic. item quod omnes Beneficiati, & Parochiani in Summario Abbatis sub num. 1. in fine*. Quia hæc prætensa inobseruantia non ostenditur, nam controuersia super iure visitandi hanc Parochialem Ecclesiam exorta, & examinandi Vicarios à Procuratore fiscali Episcopi Pampiloneñ. ob expressam dispositionem dictæ Constitutionis Pij V. in dicto §. volumus insuper promota fuit, vt apparet ex sententia relata in *Summario Abbatis num. 4.* & alia controuersia exorta super remotione Vicarij semel admissi, de qua in *decis.121. coram bon. mem. Coccino* Nec non alia super reiteranda singulis annis præsentatione, & examine Vicarij semel examinati, & approbati; de qua in sententia lata de anno 1582. *in Summario Parochianorum sub nu.41.* controuersiam concordiæ non inferunt, cum in ea super præmissis nihil penitus fuerit declaratum; sed erant casus in ea omissi, pro quorum proinde declaratione necessarium erat Iudices adire, à quibus etiam declaratum fuit, iustam dubitandi rationem extitisse, dum vtramque partem ab expensis absoluerunt, vt legitur in

14 dicta sententia *Summario num. 11.* † ex quo facto iusta ratio excusationis ab aserta contrauētione concordiæ resultat, *Alex.consil.32. sub numer.8. & 9.lib.2.cons.66. sub num.4.lib.5.quem Rota secuta fuit in Cæsaraugustana præheminentiarum 6. Nouembr. 1628. coram bon. memor. Coccino impress. apud Modern. de manuten. decision. 244. num.12.* &

15 notandum † est lites super quibus emanarunt sententiæ deductę in gradu appellationis *coram bon.me. Coccino, vt in eius decis. impressis decis. 45. decis.81. decis. 121. & decis. 193.* respectu Parochianorum non pendebant, nisi super iure eligendi Prædicatorem, vt litteraliter habetur in dicta *decis. Coccini 45. in fine*, quod ius non legitur definitum in Concordia *Summar. Abbatis num.2.*

16 Rectè † etiam Parochiani excusare se possunt, quod assertæ contrauentiones non ab ipsis omnibus, vel à maiori eorum parte processerint, vt ad annullandam Concordiam requirebatur, vt expresè in ea declaratum fuit dicto *capit.6. in vers. & pro annullatione dictorum capitu-*

17 *lorum*. † Nec sufficit mandatum procuræ de anno 1595. factum à Parochianorum Deputatis in personam Francisci Caparossi *Summario Abbatis num.7.* quia non afficit Parochianos, si non probatur eisdem Deputatis datam fuisse facultatem ab ipsa vniuersitate constituēdi talem mandatum, vt est *text. in l. nulli ff. quod quis vniuers.nom. & tradit Bald. in l. item magistri, ff. de pactis, Alex.cons.186. sub num.8. & 9.lib.2.Ludouic. à Peguer.decis.152.num.1. facit Bart. in l.finali n.1.*

18 *C. de legatis lib.10.* † & ad effectum, vt Parochiani caderent à commodo Concordiæ opus erat, quod illud specialiter fuisset dictis Deputatis ab vniuersitate demandatum, *Fulgos. in l.1.§. si Procurator num.8.ff. de condit.indeb.Bart. in l.1.§. si Procurator num. 5. ff. si quis Iudici non obtemp. & in l.3.§. si Procurator num.3.ff. quod quisque iur. Felin. in cap.1.num.8. vt lit. non contest. Rota decis.95.*

19 *num.3. parte prima, recent.* † Nec ex prosecutione litis per Franciscum de Caparosso Procuratorem facta ratificatio Parochianorum concludenter inferri potest. Cum id fieri potuerit expensis illorum tantum qui eum absque iussu omnium deputauerunt, vt benè ad propositum ponderauit *Rota coram Papa Greg. XV. decis. 96. numero secundo, & in Firmana domus 23. Maij 1631. coram bon.mem. Coccino, & in Cæsaraugustana Beneficij de Linares 14. Nouembr. 1644. co-*

20 *ram R.P.D. meo Bichio §.1.in fin.* † immò in dubio omnis interpretatio sumenda est ad caducitatem euitandam, præsertim, quia Parochiani expresè in actis declararunt se in omni-

nibus, & per omnia velle stare Concordiæ;
21 cuius firmitas remanet, † quia ijdem Parochiani non obstantibus præmissis in executionem huius Concordiæ continuarunt in eorũ quasi possessione nominandi, & præsentandi Vicarium vsque ad hanc litem motam, vnde merito in ea manutenendi sunt donec super huiusmodi prætensis contrauentionibus,& super resolutione contractus in petitorio iudicio
22 fuerit declaratum † ad quod exceptio Abbatis visa fuit Dominis esse reijcienda, prout alias in similibus terminis dixit *Rota coram PapaGregor.XV.decis.364.& decis.310.sub num.7.parte 4.*
23 *recent. & coram Buratt. decision.659.* † vbi dicit etiam procedere in casu quo adesset decretum irritans, donec dubitari potest an illud intret *Gonzal. ad reg.8.glos.31.num.14.& gloss.67.nu.39. Rota in Baren. Prioratus penes Marches.p.1.fol.991. in Ferrarien. optionis 18.Decembr.1623. coram bon.me. Remboldo,& in Elnen. Canonicatus 11. Februarij 1628. coram bon.me. Vbaldo.*
24 Nec tandem † sententia super bono iure Abbatis nominandi Vicarium lata hanc manutentionem impedire posse dictum fuit, quia ab ea fuit appellatum. Et hodie causa pendet adhuc indecisa. Neque interea ad fauorem Parochianorum manutentio denegari potest, vt dixit *Rota penes Gregor.XV.decis.395.num.3.* & alias sæpissimè, idque tanto magis, quia in illa instantia ista Concordia quæ nunc exhibetur producta non fuit, neque discussa: Ideo Domini ad effectum manutentionis ex istis omnibus constare de bono iure Parochianorum responderunt,vtraque parte informante.

R. P. D. BICHIO.

Bononien. Successionis.

Lunæ 17. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Masculinum licet regulariter non concipiat fœmininum, illud tamen aliquando compræhẽdit,si non ex vi verborum, saltem ex identitate rationis. Donator quando possit suam declarare donationem, vt donatario præiudicet.

SVMMARIVM.

1 *Filiorum nomine veniunt omnes descendentes vbi testator vsus fuit, & verbo filijs, & verbo descendentibus usus fuit tanquam sinonimis.*
2 *in Conditione*, si sine filijs, *includuntur omnes descendentes, quidquid sit in dispositione.*
3 *Verba probemiatia tollũt ambiguitatem in parte dispositiua,eamque dilucidat.*
4 *Dictio relatiua*, vt supra, *parificat uoluntatem dispositionis.*
5 *Relatio cessante speciali determinatione in contrarium æqualiter se habet ad omnia præcedentia.*
6 *Verbum*, masculi, *ubi omnes compræhendit descendentes, itá,& uerbum* fœminę.
7 *Fœmina in quibus masculos specialiter non dilexit, præsumitur æque masculos ac fœminas predilexisse*
8 *Masculi descendentes ex fœminis quando ueniant appellatione filiarum fœminarum.*
Masculinum aliquando compæhenditur sub fœminino si non ex identitate rationis numer. 8.*& 9. ubi uide.*
9 *Masculinum regulariter non concipit fœmininum,& uide sup. num.* 8.
10 *Masculi descendentes ex fœminis ueniunt appellatione masculorum,& nu.* 11. *& seq. ubi amplia.*
13 *Masculi quod excludant fœminas ex quibus descendunt,an dicatur absurdum.*
14 *Voluntati testatoris inherendum est, qualiscumque illa sit.*
15 *Voluntatem testatoris seruare nihil est æquius.*
16 *Exclusio substituti, quæ fit ex uoluntate testatoris, non est contra ius, & æquitatem, sed secundum ius.*
17 *Coniecturæ, quæ magis preualere debeant.*
18 *Donator quando possit donationem declarare, & numer. seqq.*
21 *Declarans non dicitur aliquid de nouo dare.*
22 *Declarans rem claram nouiter disponere dicitur.*
Declaratio rei dubiæ fieri potest secus si res sit clara num. 21. *& seq.*
23 *Acta extraiudicialia non requirunt citationem partis.*
*Declaratio dicitur actus extraiudicialis n.*23.
Declaratio num requirat citationem partis,& quando num. 23. *& seq.*
25 *Trebellianica dicitur prohibita si bona in totum ad substitutos peruenire debent.*
26 *Dotandi facultas censetur concessa ex donatione facta ut decentius nubere possit.*
An autem bona possint dari in dotem æstimata, nel inestimata uide num. 27.
28 *Veritati magis inherendum est quam præsumptioni.*

DECISIO LXXXIV.

PROVT alias in decisione edita sub die 4. Maij 1646. coram me * comprobatum fuit, etiam hodie reassumpta desuper disputatione Rota Censuit Dominos de Albergatis Nepotes Camillæ ex Hipolita eius filia prædefuncta, esse ad fideicommissum Dorotheæ vocatos sub nomine, vel filiarum Camillæ, vel descendentium masculorum eiusdem.

Quando quidem nomen filiorum compre-
1 hendit omnes descendentes† vbi testator vtroque verbo tanquam sinonimo vsus fuit ex allegatis *in 1. decisione §. quod uero, & ab Altograd. conf.58.nu.70.& 71.* quo magis ad exclusionem substituti sub conditione si sine filijs; cum re-
2 gulare sit,† quod in conditione sub verbo filijs includantur omnes descendentes: quicquid sit in dispositione *Socc.cons.249.num. 2. lib. 2. Ruin. cons.144.num.5.lib.2.Hond.consil. 49. num. 70.* vbi quod caret contradictione *lib. 2. Fusar. de subst. quæst.413.num.3.Rota decis.243.num.4.par.2.diuers. decis.467.num. primo coram bon.mem. Coccino, & in Auximana fideicommissi 22. Maij. 1638. coram Reuerendissimo Dom. meo Decano §. & quoad existentiam.*

Et in casu nostro vtroque verbo tanquam sinonimo donatricem vsam fuisse demonstrat verba tam precedentia quàm subsequentia vocationem filiorum Camillæ, vt latius dedu-

citur in prima decisione §. *habuisse, & seqq.* Vn-
de nihil facit quod in præcedentibus ageretur
de descendentia masculina, hinc vero de fœ-
minina, quia vtramque fuisse æqualiter dilectã
à testatrice cum prælatione tamen masculorũ
colligitur primo ex verbis proemialibus do-
nationis ibi, *bona perueniant ad filios, & descenden-
tes masculos Camilla si habuerit alias ad fœminas æqua
liter &c.* ex quibus verbis proemialibus æqua-
litatem, inter vtramque descendentiam de-
3 monstrantibus † omnis ambiguitas si quæ
adesset in parte dispositiua repellitur ac diluci-
datur *Bart. in l. fin. num. 3. ff. hæred. instit. Io. Garz. de
nobilit. in diuis. num. 2. & seqq. Peregr. cons. 36. nu. 12.
lib. 2. Rimin. Iun. cons. 310. nu. 1. Rot. dec. 184. nu. 4. in
fin. par. 1. recent.*

Secundo ex quo in parte dispositiua descen-
dentia fœminina est vocata post masculinam
4 cum dictione relatiua *vt supra*, † quæ ponit in
claris pariformem donatricis voluntatem erga
vnam, & alteram, vt ponderatur in prima de-
cisione §. *tum infra*, nec potest restringi ad diui-
sionem portionum, vt scilicet fœminæ succe-
dere debeant æquis portionibus, vt supra di-
ctum fuerat de masculis, quia sic relatiua esset
otiosa cum explicitè fuerit dispositum, quod
fœminæ succedant æqualiter, ibi, *spectent ad
filias fœminas æqualiter vt supra*, & cessante spe-
5 ciali determinatione in contrariũ relatio † late
se habet ad omnia præcedentia *Castr. in l. 1. nu. 2.
Cod. liber. pret. Gabr. de claus. conclus. 9. numero primo
Peregrin. de fideicom. art. 16. numero. 17. Menoch. præ-
sumpt. 181. num. 5. & 2. seqq. lib. 4. Buratt. decis. 161.
numer. 13.*

Tertio, quia infra in conditione sub qua
vltimo loco substituit patruos, masculos, &
fœminas pariter posuit ibi, *vbi autem contingeret
ipsam Camillam decedere sine masculis, & fœminis
&c.* & sicut sub verbo masculis intellexit de
6 omnibus descendentibus, † ita sub verbo fœ-
minis, vt bene ad propositum ponderat *Ioseph.
Romanius cons. 16. sub nu. 49. vers. & tandem Hieron.
Leo in respon. Iur. impres. post. decis. 137. Valentiæ sub
numero 13. vers. si igitur & numero 14.* tanto magis,
quia agitur de dispositione facta à fœmina
quæ citra prælationem ibi specialiter conces-
7 sam masculis præsumitur † in reliquis æque
dilexisse descendentiam masculinam, & fœ-
mininam *capit. 1.* ibi, *nisi sit fœmininum de natur.
success. feud. Dec. in l. generaliter 6. numero 19. Cod. inst.
& subst. Scrader. de feud. pa. 7. cap. 4. num. 48. Palaez.
de maior. par. 1. quæst. 51. num. 196.* & quia voca-
tio incipit à fœmina, nec assignari potest di-
uersitatis ratio cur patrui vltimo loco substitu-
ti excludi debeant per descendentes masculos
potius, quam per fœminas, quarum descen-
dentiam, vt supra probabam donatrix æquè
prædilexit ad exclusionem patruorum.

Cessante autem diuersitatis ratione; imo
concurrente nonsimili prædilectione non est
incongruum, quod etiam masculi descenden-
tes ex fœminis veniant appellatione filiarum
8 fœminarum; † nam masculinum compræhē-
ditur sub fœminino si non ex vi verbi saltem
ex vi identitatis rationis, vt egregie declarat
*Rebuff. in l. 1. vers. limitate non procedere, & vers.
seqq. ff. verbo signific. pag. 14. Imol. in l. si ita scriptum
numer. 3. ff. legat. 2. Ias. in l. si quis id quod num. 24. ff.
Iurisd. omn. Iudic. Gabr. cons. 96. sub nu. 27. libr. primo*
quem sequitur *Fusar. in addit. ad. tract. de subst. im-
press. post cons. quest. 312. num. 5.* cum alijs allegatis
ab Altogrado cons. 86. num. 44. licet regulariter
9 masculinum † non concipit fœmininum *dicta l.
si ita scriptum Pereg. cons. 42. sub num. 9. lib. 3. Fusar.
dict. quæst. 312. nu. primo & 3. seqq. Seraph. dec. 1486.
numero 11.*

Fauet quoque Dominis de Albergatis vo-
catio descendentium masculorum Camillæ
quales illi sunt, quia in materia indifferenti,
& vbi non militat fauor agnationis includit
10 etiam masculos descendentes ex fœminis † cũ
veniant ex propria persona tanquam habentes
qualitatem masculinitatis à donatrice requisi-
tam ex allegatis in prima decisione §. *sed quate-
nus* quibus additur *Rub. cons. 22. num. 11. & seqq.
vers. quatenus casus Caball. consil. 118. sub nu. 1. vers.
cæterum*, vbi quod masculi ex fœminis descen-
11 dentes † etiam ex vera naturali, & propria
verborum significatione continentur *libro pri-
mo. Giouagn. respons. 11. num. 43. & 44. lib. 2. Fonta-
nell. de pact. nupt. claus. 4. gloss. 25. numer. 15. & seqq.
Hieren. Leo d. respons. Iur. nu. 49. vers. licet Palaez. de
maiorat. par. 2. q. 5. num. 238.*

Idque facilius procedit dum non agitur in
12 concursu masculorum † ex masculis *Ruin.
consil. 120. nu. 9. lib. primo Caball. dict. consil. 118. sub
num. 3. post med. vers. quod præsertim lib. 1. Fab. de An-
na cons. 53. nu. 117. libro 1.* Nec refert quod iuxta
hunc intellectum filiæ fœminæ Camillæ ex-
cluderentur per masculos descēdentes ab ipsis,
13 quia † nullum ex inde resultat inconueniens
dum testator primum vocauit descendentes
masculos, & deinde filias fœminas *Bero. cons.
96. sub num. 11. vers. & ideo lib primo. Alciat. in l.
gallus §. nunc de leg. num. 18. ff. lib. & posth. Nogherol.
allegat. Iur. 23. num. 173. Buratt. decis. 272. numer. 15.*
14 inhærendum enim est voluntati † testatoris
quomodocunque de illa constet *Castr. cons. 123.
num. 2. in fin. lib. 1. Mant. de coniect. lib. 3. tit. 3. num. 2.
Rot. decis. 363. sub num. 13. par. prima recent.* nihil
15 que magis est † æquum quam illam seruare
*l. 1. Cod. Sacrosanct. Eccl. l. si pars. ff. inoff. testam. l. in
conditionibus in princ. ff. condit. & demonstr. gloss. in
cap. tua nobis verb. voluntatem de testament. Rot. decis.
388. num. 2.* vbi quod exclusio substituti, quæ
16 fit † ex voluntate testatoris non est contra
ius, & æquitatem, sed imo secundum ius *par. 1.
recent.*

Coniecturæ contrariæ exaduerso adductæ,
satis tolluntur ex supradictis, & alijs in prima
17 decisione ponderatis, quæ vel præualent, † vel
in omnem euentum negari non potest quin
saltem res sit dubia ad tradita per *Raynerium de
Forolivio in l. an inutilis numero primo; ff. acceptill.
gloss. in l. 3. verb. dubium Cod. quib. ad libert. proclam.
non licet Capic. Galeott. contr. 63. num. 21. & 42. lib. 1.*
18 & propterea fit locus declarationi, † quam
postea fecit ipsa donatrix ad fauorem mascu-
lorum descendentium ex fœminis *Aymon. cons.
234. num. 4. Buratt. decis. 228. nu. 2.* quamuis enim
19 donatrix non possit † donationem iam perfe-
ctam alterare *l. post perfectam Cod. donat.* vtique
tamen

20 tamen potest verba † aliquo modo dubia declarare, vt præter allegatos in *prima decisione* §. *quæ opinio* tradit *Decian.consil.7. num.* 99. qui loquitur in his præcisis terminis *lib.primo Boer.decis.172.nu.22.in fin.Cancer.var.resol. lib. primo cap. 8.nu.* 180. nam qui declarat, quod est dubium
21 non † dicitur alicui de nouo dare, vel auferre *l.hæredes palam §. si quid post in fin.ff.testam.Decian. d.cons.7.num.100.Cartar.decis.16.num.19.* licet secùs sit quando declaratio cadit super re clara,
22 quia † tunc importat nouam dispositionem per quam præiudicari non potest iuri quæsito ex primo contractu, vt distinguendo declarat *Castr. Becc. Rimin.Iun.& Surd.allegati in prima decisione Menoch.consil.160.sub numero* 49. Cumque per huiusmodi declarationem habeamus apertissimam volũtatem donatricis fauore masculorum descendentium ex fœminis, nullius prorsus momenti sunt coniecturæ contrariæ. Nec obstat, quod tempore declarationis non
23 fuerint citati aduersarij, † quia in actibus extraiudicialibus qualis est iste non requiritur citatio *Innocen.in cap.cum quidem sub num. 9. verb. indulserit de renunc.Felin.in cap.cum olim sub num.6. vers.& firmat de re Iudic.Roman.consil.369.sub numero 29.Rot.decis.166.num.16.& 17. par. 5. recent.*
24 quicquid sit in declaratione † facta à Principe de qua loquitur *Bellam.dec.723.num.6. Mieres de Maiorat.par.1.quæst.44.nu.61.*

His positis tenetur Dominus Aurelius aduersarius restituere Dominis Albergatis tanquam vocatis ad fideicommissum Dorotheæ, medietatem prætij bonorum fideicommissi, quæ Camilla eius autrix alienauit pro libris 15165. & sic libras 7583. 10. e quibus detrahenda non sunt onera à donatrice imposita, nempe annuus redditus ad eius fauorem donec vixerit, dos tradenda Monasterio, quod fuit ingressa, libræ quingentæ vltra dotem soluendæ monasterio, & libræ centum sibi reseruatæ causa testandi, quia annuus redditus solutus fuit ex fructibus viuente donatrice, dos vero, & alia onera fuerunt accollata per Capacellum primum virum Camillæ, & adimpleta ex alijs bonis donatricis in dotẽ assignatis vna cum stabilibus valoris librarum 35. mil. insimul ascendentibus ad libras 42350. adeo quod omnibus oneribus detractis abunde superstit liberum, & immune precium bonorum alienatorũ ascendens, vt supra ad libras 15165. cuius sola medietas petitur, quia bona hæreditaria Camillæ solum pro medietate ad Aurelium peruenerunt: Et gratis allegatur detractio Trebellianicæ cum censeatur prohibita
25 ex quo donatrix voluit ad substitutos peruenire bona in totum *Rip.in l.centurio numer. 130. vers.contrarium, ff. vulgar. & pupill. Menoch. cons. 1084.num.20.& 21. cons. 1145. sub num. 18.* cum alijs allegatis *per Moder. Pisauriensem de imputat. quæst.115.num.6.Rota decis.453. sub num. 3. par. 1. recent.*

Tenetur pariter Aurelius ad fructus proportionabiliter ad ratam dictarum librarũ 7583.10. quia succedunt loco bonorum stabiliũ à Camilla alienatorum, quæque alienari non poterant stante fideicommisso desuper constituto à donatrice, vt latius in prima decisione §. *fin*

Nec obstat, quod cum donatrix bona donauerit
26 Camillæ, vt decentius nubere † possit, videatur concessisse facultatem dandi bona in dotem *Rosental.de feud.cap.9.membr.primo conclus. 9.sub littera B.* Vnde infertur, quod sub fideicommisso cadit solum pretium bonorum in dotem dotorum, quod fructus non parit. Quia donatrix voluit ad substitutos deuolui ipsa bona non autem pretium, vt patet ibi, *cum pacto quod dicta bona &c.* & infra ibi, *ipsa omnia bona perueniant &c.* & ibi, *voluit ipsa omnia bona deuenira &c.* & per consequens donando Camillæ, vt decentius nubere possit, censetur solum de-
27 disse facultatem † dandi in dotem bona inestimata non autem æstimata, vt in proximis terminis tradit Iacobus de Ardizone in *summ.feudor.cap.* 130. quem sequutus est *Isern.in §.donare col.2.in princ.& ibi Afflict.num. 17. & 19. qualiter. olim feud.poter.alien.Rosental.de feud.cap.9.conclus.8. num.5.& conclus.9. num.7.* cum alijs allegatis *per Borell.in Summar decisio tit. 34. numer. 77. & per Modern. in Theatro feud. tom. 2. par.12. dilucid.85. numer. 4.*

Quo vero ad quantitatem fructuum, Domini reformando in hac parte decisionem illos reduxerunt ad rationem ad quam ex confessione ipsius donatricis in instrumento donationis bona tunc erant locata, quia inhærendum potius est quantitati veri redditus confessatæ à
28 donatrice, † quàm præsumptioni maioris quantitatis *Negus.de pignor.par.3.memb.2.num.19. vers. si tamen. fructus Seraph. decis. 480. numer. 3. & 4. Rot. in Maceraten. redditionis rationis 17.Maij 1645.coram R.P.D.meo* Meltio.

Et ita decisum Informantibus DD. de Albergatis, & de Maluetijs, nec non de Bonfiliolir admissis ad causam.

Decisio ista emanata sub die 4. Maij 1646. coram eodem bon. mem. Bichio est decisio 402. supra in precedenti part. 9. recent. tom. 2.

R. P. D. MELTIO.

Postea Reuerendissimo Episcopo PAPIEN.

Colonien. Canonicatus, seu Ferculi,

Lunæ 17. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Resignationem fuisse legitimè secutam probare debet resignatarius in concursu possessoris, qui per obitum prouisionem obtinuit, & nemine possidente etiam possessionem apprehendit, pro indè manuteneri debet, donec de viribus resignationis dubitari contingat.

SVMMARIVM.

1 *Possessio capta alio non existente in possessione sufficit ad effectum manutentionis.*

2 *Possessio posterior nullum ius tribuit in præiudicium anterioris.*

3 *Possessio iunior præsumitur clandestina, turbatiua, & iniusta.*
4 *Exequutor literarum apostolicarum alio existente in possessione partes iudicis assumere tenetur.*
5 *Exequutor literarum apostolicarum possessorem non citatum sua possessione non priuat.*
6 *Resignatarius agens probare tenetur validam resignationem, & legitimam publicationem.*
Resignatio non subsistit sine publicatione legitima, num. 6.
7 *Resignatio minus legitima non excludit vacationem per obitum, & num. 16.*
Possessio beneficij per obitum vacat substinetur etiã stante resignatione minùs legitima, num. 7.
8 *Negatiuam non publicationis probari debet impetrãs beneficium, vel qui eam allegat.*
9 *Publicatio resignationis requiritur intra tempus à Gregoriana Constitutione præfixum.*
10 *Resignatio beneficij operatur illius vacationem etiam in causis in quibus non abdicatur ius à resignante.*
11 *Resignatarius quousque non iustificat gratiam suæ resignationis, non obtinet manutentionem contra possidentem.*
12 *Gratia vt suffragetur narrata iustificari debent.*
Amplia etiam parte non opponente, num. 13.
14 *Resignari non potest beneficium ad cuius titulum fuit quis ordinatus sinè speciali mentione, de hoc Sanctissimo facta.*
Amplia quia non sufficit adimplere per æquipollens num. 15. vbi vide.
15 *de Forma quæ requiruntur non adimplentur per æquipollens.*
16 *Vacatio per obitum non impeditur per minùs legitimam resignationem, & super num. 7.*
17 *Supplicatio tanquàm matrix attenditur ad effectum subreptionis, non autem extensio literarum.*
18 *Manutentionis iudicium non admittit turbidas exceptiones.*
19 *Exceptiones quæ possunt incontinenti probari admittuntur in iudicio manutentionis.*
20 *Manutentio non datur resignatario donec dubitatur de validitate resignationis.*
21 *Possessor anterior manuteneri debet, & super num. 1. cum seqq.*

DECISIO LXXXV.

DOMINI censuerunt, manutentionem in possessione Canonicatus, seu Ferculi, de quo agitur dãdam esse Ioãnni Versonder, quia docet de sua anteriori possessione ex publico Instrumento apprehensionis sequutæ sub die 18. Octobris 1645. eius summario *num. 1.* quæ
1 sufficit † ad hunc effectum, cum de eo tempore ab alio illa occupata non reperiretur iuxta *glos. in l. non idcirco verb. in vacuam ibique Bald. C. de fid. instrum. Bart. in l. prædia num. 1. vers. si instrumentum sit in fundo, ff. de acquir. possess. Menoch. de retinend. remed. vlt. num. 29. Couar. pract. quæst. cap. 17 nu. 3. Rota in Genen. Cappellaniæ 11. Ianuarij 1619. & in Regien. Vnionis 9. Martij 1616. coram Sanctissimo Domino Nostro, Put. decis. 360. num. 8. vers. & ideo lib. 1. Buratt. decis. 746. num. 1. & in recent. decis. 618. num. 1. part. 1. & decis. 110. eodem num. 1. par. 5.*

Non obstat possessio capta per Ioannem Roomerskerchen sub 4. Decembris eiusdem
2 Anni 1645. Quia cum sit posterior, † ex ea nullum ei fuit acquisitum ius in præiudicium anterioris possessionis Versonder, *cap. licet causam extra de probat. cap. licet Episcopus de præben. in 6. Bart. in l. 1. §. fin. num. 18. ff. vti possidetis, Menoch. de retinen. remed. 3. num. 557. ad fin. vers. illa autem, Alexan. consil. 88. num. 4. lib. 5. Greg. XV. decis. 171. num. 2. Buratt. decis. 746. num. 3. Imolen. beneficij 23. Iunij 1645. §. 1. & 2. & in Lauretana beneficij 26. eiusdem mensis §. pariter 1. & 2. coram Reu. P. D. meo Corrado*, qui propterea est manu-
3 tenen. nam secunda, † & iunior possessio præsumitur clandestina, & turbatiua, atque iniusta *text. in d. cap. licet causam,* vbi post alios *Felin. num. 8. de probat. Bart. in l. si duo num. 4. ff. vti possidetis, Menoch. de retinen. remed. 3. nu. 725. Honded. cons. 20. num. 21. lib. 1. Rota post modern. Perusin. de manuten. decis. 5. num. 6. 15. num. 2. & 3. 103. n. 5. 116. num. 1. & 2. 118. num. 2. 161. num. 3. 229. num. 1 & 329. num. pariter 1.*

Nec possessio Ioannis Roomeskerchen iuuatur ex eo, quod fuerit capta vigore literarũ Apostolicarum. Quia illarum exequutor,
4 dum Ioannes † Versonder possidebat, tenebatur partes Iudicis assumere, *Felin. in cap. fin. numer. 24.* & ibi communiter à scribentibus *de præsumpt. Rota in nou. decis. 30. de rescript. & decis. 202. in princ. part. 1. diuers. Bracaren. beneficij 3. Iulij 1606. coram Manzanedo, vers. ex quibus ex-*
5 *cluditur*, vnde illum nequaquam, † potuit sua possessione priuare, dum processit, eo non citato iuxta *glos. ad text. in dicto cap. licet Episcopus in vers. si non vocato*, vbi etiam *Ioannes Andr. vers. in glos. not. & Franch. in 3. notabil. de præbend. in 6. Menoch. de recuper. remed. 1. num. 111. ad fin. dictus modern. Perusin. in eod. tractat. de manuten. obseru. 79. num. 4. Gozzadin. cons. 2. num. 13. Honded. cons. 20. num. 47. lib. 1. Gregor. XV. decis. 105. num. 15. & 500. num. 5. & 6.*

Non obstat, quod dictus Canonicatus, seu Ferculum, de quo agitur, non vacauerit per obitum, sed per resignationem factam à quodam Alexandro Merrer immediato antecessore ad fauorem dicti Roomersherchen in manibus Sanctissimi, à quo successiuè fuit promissus resignatarius, & propterea infecta remaneat possessio apprehensa per eumdem Versonder ex causa obitus, nec ad eius fauorem locus optioni factus dici possit.

Quia cum d. Roomerskerchen agat ad canonizationem suæ gratiæ, debet iustificare nar-
6 rata, & docere de resignatione valida, † & sic de legitima illius publicatione iuxta Constitutionem fel. recordat. Gregorij Decimi tertij, sine qua resignatio non subsistit, *Garz. de benefic. part. 11. cap. 3. num. 299. 301. & 305. & fuit dictum in Hispalen. Corduben. Beneficiorum 15. Decembris 1600. coram Cardinali Lancellotto Iuniore, & in Bracaren. beneficij 17. Martij 1621. coram bo. mem. Remboldo*, de qua tamen valida resignatione, cum non detur necessaria iustificatio, non
7 excluditur † vacatio per obitum, & possessio, ex illius causa appræhensa substinetur *Cardin. Caualer. decis. 214. num. 1. vers. vnde si Mageus, & num. 2.*

Ni-

Nihilque refert si dicatur negatiuam non
8 publicationis esse probandam † ab allegante, siue impetrante beneficium, vt per *Gregor. XV decis.* 13. *num.* 9. *& decis.* 210. *num.* 1. *vbi Adden. n.* 5. *decis.* 288. *num.* 1. Quia hic non agitur de beneficio ab aliquo impetrato vti vacante, ex quo à Resignatario non fuit facta debita publicatio in quo casu loquuntur dictæ allegatæ decisiones, sed idem Roomerskerchen agit pro manutentione ex causa resignationis beneficij ad eius fauorem factæ, ac proinde, cum eam adducat pro fundamento suæ intentionis, illam validam probare debet ex superius allegatis, & præsertim quod publicatio fuerit facta intra tempus ab eadem Constitutione Gregoriana
9 præfixum, † & prout necessario requiritur ad tradita per *Paris. de resignat. lib.* 11. *quæst.* 7. *num.* 62 *cum pluribus seqq. Carz. de benefic. par.* 11. *cap.* 3. *numer.* 304. *Rota decis.* 132. *num.* 15. *par.* 5. *recent.* Cum sit pars resignationis, vt fuit resolutum coram *sanct. memor. Clemente VIII. in Calagurritana Thesaurariæ quarta Februarij* 1579. *& in causa Hispalen. & Corduben. præstimoniorum* 14. *Iunij* 1600. *coram Cardinali Lancellotto, Meten. Canonicatus octaua Martij* 1609. *coram bon. mem. Pirouano, Seraphin. decis.* 1309. *& decis.* 190. *num.* 2. *par.* 2. *diuers.*

Neque obijci posse videtur, quod etiamsi publicatio non fuerit facta, nihilominus be-
10 neficium dicatur vacare, † cum resignatio beneficij operetur illius vacationem etiam in casibus, in quibus non abdicatur ius à Resignante, *Paris. de resignat. lib.* 1. *quæst.* 3. *num.* 71. *& numer.* 108. *Rebuff. cons.* 192. *num.* 5. *Rota decis.* 190. *n.* 5. *part.* 5. *recent.* Quia hic non dicitur publicationem non fuisse factam, sed Roomerskerchen non iustificasse gratiam suæ resignationis, vt
11 requirebatur, † & ideo donec, & quousque illa non fuerit facta, ipsum non posse obtinere manutentionem contra possidentem iuxta dictam *decis.* 214. *num.* 1. *& 2. coram Card. Caualerio* est enim notissima conclusio in gratiosis nar-
12 rata esse iustificanda, † vt gratia suffragetur ad *text. in cap.* 1. *vbi Ioannes Andr. & alij de lit. contest. lib.* 6. cum latissimè cumulatis à *Marescott. var. resolut. lib.* 2. *cap.* 1. *in princip.* Et huiusmodi iusti-
13 ficatio adeò est necessaria, vt etiam parte non opponente fieri debeat, *Modern. de acquiren. possess. quæst.* 19. *artic.* 1. *num.* 8. *& 9.* Si verò idem Roomerskerchen fateatur publicationem non fuisse factam, non posset allegare titulum resignationis, quia ex illius defectu redderetur prorsus incapax, vt in eadem Constitutione cauetur expressè in §. quinto, vers. sed ipsi tales inhabiles, & incapaces sint &c.

Sed alia etiam ex ratione DD. visum fuit prædictam resignationem non posse sustineri, dum fuit facta de Canonicatu, & Præbenda, ad cuius titulum Alexander resignans fuerat ordinatus, vt apparet ex litteris patentibus Ordinarij datis in summar. Versonder num. 2. & tamen de hoc nulla facta fuit mentio in supplicatione porrecta Sanctissimo prout require-
14 batur, † quo casu resignatio redditur nulla ipso iure à sui principio ex Decreto *Sacri Concilij sess.* 21. *de reformat, cap.* 2. *vers. sed verò beneficium resignare non possit*, & firmauit *Rota in causa Mutinen. Canonicatus* 29. *Nouembris* 1602. *coram Litta, & in Aretina Plebis* 4. *Decembris* 1600. *coram bon mem. Cardinali Millino, in §. fin.* vbi habetur, Sac Congregationem Eminentissimorum DD. Cardinalium eiusdem Concilij interpretum declarasse, quod illius decreti formæ satisfieri
15 non potest per æquipollens, † exprimendo scilicet, quod resignans habet aliundè, quo commodè viuere valeat, cum huiusmodi expressio requiratur de forma, *Gregor. XV. dec.* 441. *sub num.* 1. *& 2. vbi Adden. num.* 9. qui alios copiosissimè cumulant, atque ideo per præfatam
16 resignationem impediri non potest † vacatio per obitum dicti Alexandri, vt fuit resolutum *in Leodien. Canonicatus* 28. *Iunij* 1627. *coram bon. mem. Remboldo.*

Litteræ verò reualidatoriæ, quæ nunc fuerunt exhibitæ, neque sunt habendæ in consideratione, cum illud idem operari videantur, ac si dicta expressio facta fuisset. Quia cum in supplicatione, super qua illæ fuerunt expeditæ non fuerit narratum, quod Resignans ad titulum Canonicatus, & Præbendæ ordinatus fuisset, suffragari minimè possunt, etiam quod Officiales Cancellariæ id expresserint in extensione, quoniam ad effectum subreptionis debet attendi tenor supplicationis à Papa signa-
17 tæ, cum illa sit matrix originalis, † non autem extensio litterarum expeditarum, vt fuit resolutum *in Cæsaraugustana pensionis* 19. *Februarij* 1590. *coram Giptio, & in Bononien. bonorum de Binarinis* 5. *Martij* 1618. *coram bon. mem. Andrea*, vbi dicitur sæpius ita fuisse decisum *Greg. XV. decis.* 108. *num.* 11. *vbi Adden. num.* 16.

Ex quibus cum negari non possit saltem, quin dentur exceptiones, quæ reddunt valdè dubiam validitatem huius prætensæ resignationis per Roomerskerchen, propterea ista
18 exigit altiorem indaginem, † & discutienda non est in hoc iudicio summario manutentionis secundum *Bald. in l.* 2. *in fin. C. de seru. fugit. Menoch. de retinen. remed. vlt. num.* 30. *Capic. dec.* 13. *num.* 1. *vers. item sciendum, & seq. Rota in Romana census* 22. *Maij* 1606. *coram Penia, & in Leodien. Canonicatus* 22. *Aprilis* 1611. *coram bon. mem. Pirouano*, cum in eo admittantur tantum illæ ex-
19 ceptiones, † quæ incontinenti probari possunt *Menoch. de adipiscen. remed.* 4. *num.* 730. *& 732. Rota decis.* 46. *num.* 3. *par.* 4. *recent. tom.* 2. Quapropter remanente in pendenti titulo respiciente vali-
20 ditatem huius resignationis, † non potest concedi manutẽtio Ioanni Roomerskerchen quatenus venire velit ex vacatione secuta ob illius causam, *Duran. decis.* 117. *num.* 6. & exclusa hac vacatione, semper verum erit dicere, quod constat de anteriori possessione Ioannis Ver-
21 sonder, † qui proinde est manutenendus, *Paris. cons.* 102. *num.* 73. *vol.* 1. *Couar. pract. quæst. c.* 117. *vers.* 12. *in hac controuersia num.* 6. & ita tenuit *Rota in vna Cernien. bonorum* 20. *Nouembris* 1578. *coram Brano, & coram Cantuccio in vna Romana Capellaniæ S. Mariæ Magdalenæ* 24. *Februarij* 1576. *Duran. decis.* 4. *num.* 3. 114. *num.* 2. *&* 118. *num.* 1.

Et ita vtraque parte &c.

R.P.D.

R.P.D. LEONE VEROSPIO

Tusculana Saluiani.

Lunæ 17. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Satisfactione secuta tenetur immissus in Saluiano rem hipotecatam restituere, & si recusat spolium committit, retentio pro credito in immissione non compræhenso, an concedatur creditori post obtentam satisfactionem.

SVMMARIVM.

1 *Satisfacto creditore non denegatur debitori recuperatio corporum datorum in pignus.*

2 *Creditore recusante restituere rem pignoratam post secutam satisfactionem, competit actio spolij.*

3 *Actio spolij quæ competit creditori aduersus debitorem recusantem restituere rem pignoratam transit ad hæredes.*

4 *Retentio datur creditori pro altero credito in pignoris assignatione non compræhenso.*

5 *Retentio non datur pro credito in certo, & illiquido, & num. 7.*

6 *Mulier vt dote non restituta fructus consequatur requiritur interpellatio.*

7 *Creditum à iudice suspensum reputatur illiquidum, nec retentionem admittit.*

8 *Creditum fructuum remanet illiquidum ex satisfactione sortis paulatim secuta.*

9 *Immissio concessa pro sorte retineri potest etiam pro fructibus, & quando.*

DECISIO LXXXVI.

IN Iudicio Saluiani Ioannes, & Domitilla Coniuges immissionis sententiam obtinuerant ab A. C. super corporibus controuersis olim à Stephanuccio possessis, & hypothecatis pro restitutione dotis Domitillæ, postea vero ex singulari venditionis titulo ad Bartholomeum Bonesium deuolutis, in qua sane sententia pariter fuit Coniugibus concessa retentio donec ex eorundem bonorum redditu retraxissent scut. 725. debita pro dote Domitillæ sine præiudicio fructum decursorum, ac legitimè debitorum. Cum verò post Bartholomei obitum, eiusdem filij, ac hæredes ad reintegrationem eorumdem corporum coram me instetissent ipsis fore concedendam hodie Domini responderunt. Quià ex calculo ab eisdem coniugibus exhibito, iustificatur satisfactio integræ quantitatis assignatæ pro dote,
1 qua subsequuta † debitori recuperatio corporum datorum in pignus non denegatur, iuxtà dispositionem *text. in cap. cum contrà de pignor. & in l. vlt. ff. de pignor. act.* quinimò contra Credi-
2 tores † restituere recusantes cōpetit actio spolij, vt aduertit *Parif. de Salu. inspect. 4. cap. 1. n. 216 Scapucc. eod. tract. lib. 3. quæst. 12. num. 1. Thomat. dec. March. 53. num. 2. Rota coram Gregor. decis. 254. n. 1. & in Romana spolij 9. Iunij, & 10. Decembris 1627*
3 *coram bo. me. Merlino,* quæ ad hæredes † quoque transmittitur, iuxtà *gloss. in cap. significauerunt in verb. ea ratione de testib. & in l. 1. §. hoc interdictum hæredi, & §. vlt. ff. de vi, & vi arm. Cagnol. in l. hæredem num. 16. & 17. ff. de reg. iur. Rip. in cap. sæpè num. 8. de restit. spol. cum alijs per Gabr. eod. tit. conclus. 5. num. 19. cum seqq. Rot. coram Mohed. decis. 3. de restit. spol. & coram Crescent. decis. 3. eod. tit.*

Et licet Creditori soleat competere retentio
4 pro altero credito † in pignoris assignatione nō compræhenso *l. vnica C. etiam ob Chirogr. pecun. not. Bart. in l. solutum in fin. ff. de pignor. act. Negus. de pignor. in 4. membr. par. 2. num. 129.* quæ idcircò videatur concedenda Coniugibus pro fructibus dotalibus hactenùs decursis, ac in posterū decurrendis, quam in solius diminutionem sortis pignora recepissent.

Non tamen visa fuit hoc casu DD. admitten-
5 da retentio pro fructibus prædictis, † quorum creditum non constat esse certum, ac liquidū prout fore necessarium notant *Doct. in l. vnica C. de compens. Pacif. de Salu. in adducta inspect. 4. cap. 1. num. 224. Surd. decis. 46. circa fin. Rot. coram Gregor. decis. 254. num. 3. & in Maceraten. Saluiani 12. May 1608. coram Manzanedo, post Zacch. de oblig. Cam. decis. 130. num. 8. & in Anconitana bonorum 1. Martij 1613. coram bo. me. Pirouano, impressa par. 2. recent. decis. 433. num. 2. & in Romana retentionis Domorum 23. May 1642. coram R. P. D. meo Ghisilerio in §. sed cessat difficultas.*

Incertum verò, ac illiquidum existere creditum fructuum ostendit non solùm defectus interpellationis non secutæ post dissolutū matrimonium per obitum viri contra illius hæ-
6 redes omninò necessariæ, † vt mulier ex dote non restituta fructus consequi possit, iuxtà *decis. Rot. in vna Bononien. fructuum de Gozzadinis 17. Februarij 1620. coram Remboldo, & in pluribus alijs causis relatis firmauit in Romana Saluiani 4. Decembris 1643. coram me in §. Respectu verò secundi temporis.* Sed etiam reseruata cognitio fructuum à Iudice in sententia immissionis An illi verè,
7 ac legitimè debiti extitissent, † quorum idcircò creditum ab eodem suspensum, non autem canonizatum reputatur illiquidum, nec retentionem consequi poterit, iuxtà theoricam *Bald. in l. Item quia in secunda lectura in princ. ff. de pact.* quam secuta fuit *Rota in Romana, seu Ianuen. locorum montium 1. Martij 1641. coram R. P. D. meo Roias, in §. credita autem circa fin. Afflict. decis. 205. num. 1. Rot. coram Mant. decis. 221. num. 9.* Dum præsertim pignorum retentio concessa fuit in extinctionem solius sortis, quæ perindè successiuè diminuebatur ex redditu retracto ex pignore, & extenuabat creditū fructuū quatenus debitum hoc verò redditur omninò incertum, ac illiquidum postquam adhuc nō constat à quo tempore, & pro qua summa Coniuges singulis annis fructus ex pignore
8 exegerint, † itaut dignosci non possit pro qua rata ijdem singulis Annis decreuerint absque electione, ac relatione Calculatoris, vt ponderauit *Rota coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 113. n. 7. & in Romana Domus 25. Februarij 1641. & in Recanaten. manutentionis 27. Iunij sequentis anni coram R. P. D. meo Cerro in §. Nec refragatur,* vbi ex hoc fundamento fuit denegata retentio.

Non obstat, quod Immissio pro sorte attri-

9 tributa retineri possit etiam pro fructibus † licet nulla eorundem fuerit habita ratio in sententia, dum tamen petiti fuerint in libello, vt censuit *Rot. in Firmana, seù Maceraten. dotis 19. Ianuarij 1622. coram bon.mem. Pirouano in §. neque obstat.*

In ea enim decisione supponitur nullam factam fuisse mentionem sortis, sed concessam immissionem à Iudice pro toto legitimo debito, sub quo compræhensi quoque censentur fructus priùs in libello petiti; Vndè non videtur vrgere in proposito in casu, quo restricta legitur Immissio ad solius creditum sortis, & reseruata à Iudice fructuum cognitio; Hæc enim sententia immissionis intelligi non potest concessa pro fructibus ibidem reseruatis, nec ex præcedenti libello declarari, in quo nec fuerunt petiti, sed solùm in prosecutione Iudicij.

Et ita vtraque parte informante &c.

R. P. D. BICHIO.

Marsiceñ Iurisdictionis.

Lunæ 17. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Iurisdictionem quam habet Episcopus in tota sua Diœcesi; non eliditur ex immemorabili etiam per vnicum actum interrupta.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus de iure communi habet intentionem fundatam super iurisdictione vniuersali in omnibus locis suæ diœcesis.*
2 *in Iurisdictionalibus, alijsque iuribus incorporalibus magis attenditur causa vniuersalis actus, quam ipsius actus exercitium.*
3 *Acta iudicialia faciunt notorium.*
4 *Scientia non requiritur vbi agitur de conseruanda iurisdictione de iure communi competente.*
Titulus possidentis vbi probatur non requiritur scientia Aduersarij num.4.
5 *Immemorabilis interrumpitur etiam per vnicum actum.*
6 *Episcopus potest iurisdictionem exercere siue per se ipsum, siuè per Vicarium.*
7 *Episcopus & Vicarius vnus est adiutor alterius.*
8 *Vicarij iurisdictio tribuitur Episcopo non ipsi.*
Actus tribuitur mandanti, non exequenti num.8.
9 *Probationes petentis restitutionem in integrum debent luce meridiana clarescere.*

DECISIO LXXXVII.

VALIDITATI, & iustitiæ sententiæ Rotalis latæ de anno 1614. à bon. me. Manzanedo inhærentes DD. dixerunt sub die 18. Februarij proximè præteriti, constare de re iudicata non autem de causis restitutionis in integrum, petitæ ab Archipresbytero Terræ Saponariæ, & decisio extensa fuit per me paulò post sequendo vestigia nostrorum maiorum, qui partibus instantibus quod primum ocij concedebat necessitas respondendi in causis Rotalibus bis in qualibet hebdomada proponi solitis, insumebant extensioni Decisionum super dubijs coram se resolutis. Idemque laudabilis mos etiam hodie viget.

Fuit post modum de mense Aprilis Archipresbytero petenti, & personaliter pro suæ Ecclesiæ iurium tuitione dumtaxat, vt ipse aiebat, in Vrbe residenti, concessa noua audientia, ille tamen licèt lacessitus in posterum cõtinuis citationibus D. Episcopi, vt in arenam descenderet, detrectauit pugnam, sub prætextu quod habere non posset à Notario huius causæ processum, quem Episcopus antecessor produxerat coram bon. mem. Manzanedo, qui prætextus visus fuit nullius ponderis, quia modernus D. Episcopus & si non teneretur, & cura exigendi scripturas productas è manibus Notarij incumberet Aduersario; studendo nihilominus celeritati disputationis commodauit Archipresbytero summariũ eiusdem processus quem apud se, vt solent prouidi litigantes, asseruabat, Necnon quia Episcopus nedũ fundat intentionem suam in dicto processu ab eius antecessore, vt supra, producto, sed etiam in assistentia iuris communis in dispositione
1 *S. Concil. Tridentini sess. 7. & sess. 21. de reformatione*, vtrobique *cap. 8.* cuius meminit *Rota decis. 501. num. 1. par. 2. recent.* & in iuribus ac probationibus ad coadiuuandas antiquas, factis coram me, Ideo tandem post quindecim contrà Archipresbyterum exequutas citationes ad informandum, proposui hodie causam super iam resolutis, à quibus non esse recedendum, Rota respondit.

Siquidem vt dicebam Episcopus habet intentionem fundatam super iurisdictione vniuersali in omnibus locis existentibus intra fines suæ Diœcesis, & sic in Terra Saponariæ ex assistentia iuris communis, ex dispositione Concilij Tridentini, & ex testibus examinatis tum ad instantiam Archipresbyteri de anno 1590. coram A. C. tum coram Manzanedo, tum coram me deponentibus iurisdictionem fuisse semper exercitam ab Episcopis Marsici in Terra Saponariæ, vel per se ipsos, vel per Vicarios foraneos, & quandoque eosdemmet Archipresbyteros hoc nomine scilicet vti Vicarios Episcopi iurisdictionem exercuisse.

Et vltro accedunt iura nedum nulliter vt primò, sed formiter secundo loco compulsata, probantia particulare exercitium plurium actuum iurisdictionalium tam in prima, quam in alijs instantijs per quos actus conseruata fuit Episcopo totalis iurisdictio propter causam vniuersalem quam habet intra fines suæ Diœcesis, quia in iurisdictionalibus alijsque iuribus incorporalibus magis attenditur causa vniuer-
2 salis † actus quam ipsius actus exercitium, *Bal. in rep. leg. 1. num. 24. vers. tu dic. Cod. emancip. liber. Felin. in cap. auditis numer. 19. de præscript. Gionag. cons. 9. num. 44. lib. 1. Rot. decis. 139. num. 12. par. 2. diuers. decis. 79. num. 3. & 4. coram Card. Caualerio.*

Quo magis aduersus Archipresbyteros quorum scientia, & patientia negari non potest, cum aliqui actus iurisdictionales contra ipsorum-

rummet personam exerciti fuerint, & de plerisque adsint acta iudicialia † quæ faciunt notorium *cap. cum olim vbi Abb. sub numer. 3. & per tot. de verb. signif. Innoc. in cap. ex insinuatione nu. 1. in fin. de appellat. Dec. conf. 356. sub num. 4. vers. secundo respondetur Vrsell. ad Afflict. decis. 59. sub numer. 1. Rot. in Romana spolij 21. Februarij 1603. coram Ortembergo*, Præter quod cum Episcopus non egeat præscriptione, sed solum actus iurisdictionales deducat ad docendum semper se conseruasse quasi possessionem exercendi iurisdictionem in Terra Saponariæ de iure com-
4 muni, & conciliari competentem, † non requiritur scientia, & patientia Archipresbyteri Aduersarij, non secus ac quando constat de titulo possidentis, *Rebuff. in constit. Gallic. tom. 3. tit. de mater. poss. in præfat. num. 145. & seqq. & numer. 153. post Castr. in l. seruitutes prædiorum nu. 9. vers. licet ipsi ff. seruit. Balb. de præscript. par. 2. par. 5 principalis quæst. 7. num. 4. Grat. discept. 870. num. 33. Rota decis. 533. num. 3. par. 1. recent.*

His alijsque latius deductis in vltima decisione positis non suffragatur Archipresbytero asserta immemorabilis cum non probetur, & ad eam interrumpendam euertendamque suf-
5 ficiat † Episcopos aliquando etiam semel iurisdictionem exercuisse iuxta theoricam *Bartoli in l. de quibus in lect. num. 16. ff. leg.* quam sequitur *Serad. & alij allegati in d. decis. §. tandem in*
6 *fin.* siue exercuerint per se ipsos, † siue per Vicarios *ad text. in cap. non putamus*, ibi cùm sit idē
7 adiutorium vtriusque † de *consuet. in 6. l. 1. in fin. ff. quis, & à quo Barbos. de potest. Episcopi alleg. 54. num. 21. & 143. Scacc. de appellat. quæst. 8. num. 53. & seq.*

Eoque minus suffragantur Archipresbytero ad probandam immemorabilem, actus iurisdictionis quos eius antecessores exercuisse prętendit, quia vt testes deponunt exercuerunt
8 tanquam Vicarij deputati ab Episcopo, † cui propterea vti mandanti, dicti actus tribuendi sunt non autem exequenti *l. item eorum §. si decuriones ff. quod cuius vniuers. nom. cap. cum aliquibus de rescript. in 6. Surd. decis. 292. num. 9. & 297. num. 1. Mantic. decis. 161. num. 2. Rot. decis. 167. num. 2 par. 2. diuers. decis. 352. num. 11. par. 4. tom. 2. recent.*

Et satis est Episcopo dubiam reddere probationem immemorabilis exaduerso prætensæ, ne sententia Rotalis quam reportauit, & ob non interpositam appellationem in iudicatum transijt, retractetur in gradu restitutionis in
9 integrum † quia ad hunc effectum, probationes petentis restitutionem aduersus sententiā, debent esse luce clariores, vt plurimis *alleg. dixit Rota coram Buratt. decis. 323. sub num. 4. vers. & probationes.*

Et ita decisum Reuerendiss. Episcopo tantum informante.

R. P. D. BICHIO.

Bononien. Manutentionis.

Mercurij 19. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Manutentio non conceditur sine possessione, vnde si eadem die reperitur apprehensa possessio à duobus, cui nam sit danda manutentio in presenti decisione latissimè disputatur. Bona hęreditaria licèt regulariter possint retineri ratione legitimæ, tamen huiusmodi retentio an, & quommodo competere soleat eruditissimè demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Possessio quæ habet adnotatam horam, præsumitur anterior.*
2 *Executoris relationi de actu præterito non adhibetur fides amplia vt num. 3. & num. 4.*
5 *Possessio illa est potior, quæ magis iustificatur per viam rationis.*
6 *Possessio illa videtur per viam rationis magis iustificari, quæ est titulata.*
7 *Hæredi ex testamento danda est manutentio in concursu hæredis ab intestato.*
8 *Et quid si dubitaretur de viribus testamenti.*
9 *Manutentio non est concedenda illi, cuius possessioni resistit statutum loci, & quare.*
10 *Iudex quandò sine citatione procedit, dicitur procedere vti priuatus.*
11 *Immissio concessa per Iudicem sine citatione partis tantum operatur, quantum si quis authoritate propria intrasset.*
12 *Mandata absque citatione relaxata sunt actus extraiudiciales.*
13 *Possessionem apprehendens Iudicis authoritate, quando dicatur iustè possidere.*
14 *Possessor authore Prætore, tunc dicitur instè possidere, quando Iudex ritè & rectè iudicialiter processerit.*
15 *Statutum Bononiense lib. 2. §. statuimus rub. quod nullus occupet possessionem rei hæreditariæ sub certa pœna non comprehendit hredeæm ex testamento, vel ab intestato.*
16 *Intellige quando hæres ingredi volens, sit verus & & iustus, vel saltem habeat probabilem apparentiam hæredis vt num. 17. secus econtra n. 18. & 19.*
20 *Testamentum facit cessare causam ab intestato.*
21 *Hæres ab intestato ingrediendo possessionem ignorante hærede testamentario cuius futuram controuersiam metuebat, dicitur clam ingressus.*
22 *Possessio quamuis sit apprehensa non seruata forma statuti, impedit saltem ne alteri detur manutentio.*
23 *Manutentio non conceditur illi qui allegat in se possessionem defuncti continuatam vigore statuti, si statutum id non disponat.*
24 *Possessio apprehensa à duobus eadem die, illa preualet, quæ est titulata.*
25 *Retentio bonorum hæreditariorum regulariter competere solet ratione legitimæ.*
26 *Statutum Bononiense prohibens retentionem ex quouis quęsito colore alteri, qui non sit hæres, comprehendit etiam colorem, & causam legitimæ, quando secùs nu. 27.*

28 *Legitimæ supplementum non potest dici liquidum ante quàm non fuerit liquidatus status hæreditatis.*
29 *Retentio bonorum hæreditariorum non competit pro legitima & quare.*
30 *Retentio bonorum hæreditariorum non competit pro legitima, quandò legitima fuit relicta in certa quantitate.*
31 *Retentio pro legitima non competit super vno prædio pro diuiso, sed solum pro indiuiso super quolibet corpore hæreditario proportionabiliter.*

DECISIO LXXXVIII.

IPSA die 18. Iulij anni 1645. qua decessit Comitissa Clara Margarita Anguisciola de Elephantutijs, bonorum hæreditariorum, & signanter prædij positi in Communi Salecti, præuio mandato Iudicis extraiudicialiter, vt solet relaxato, possessionem cæpit D. Isotta filia tanquam hæres ab intestato, & D. Marchionissa Camilla Elephantutia de Spadis neptis, tanquam hæres ex testamento tum d. Claræ Margaritæ auiæ, tum Senatoris Federici Elephantutij aui, inter quas mota deinde lite in summarijssimo possessorio, Auditor generalis Bononiæ in prædio Salecti D. Iosottæ, in alijs vero bonis hæreditarijs D. Marchionissæ Camillæ manutentionem decreuit.

Cui decreto acquieuit procurator D. Isottæ sed appellauit procurator D. Marchionissæ, & appellationem prosequendo coram me contra Dominos de Herculanis Isottæ, interim defunctæ filios, & hæredes, dubitaui hodie, Cui sit dandum mandatum de manutenendo in possessione prædij Salecti, dandumque esse D. Marchionissæ responsum fuit; vtrinque enim possessio est æqualis quo ad ordinem, probationem, ac tempus cum vt dicebam eadem die capta fuerit, nec aliunde appareat de alicuius præuentione, quæ gratis educitur ab
1 Herculanis, † ex quo Isotta possessionem cæperit hora duodecima, & possessio quæ habet adnotatam horam præsumatur anterior *Bald. in l. Imperator la 1. in prima lectura num. 24. vers. & nota ff. stat. homin. alijque relati in decis. 49. num. 2. & 3. decis. 612. num. 1. penes moder. Perus. de manut.* quia horæ adnotatio non legitur in instrumēto captæ possessionis, sed solum in relatione
2 executoris; † qui possessionem tradiderat, facta post tres fere menses, cui de actu de præterito non adhibetur fides *Inuoc. in cap. 1. num. 6. vers. si enim de fid. instr. Put. decis. 61. num. 1. lib. 1. in corr. Mart. Andr. decis. 40. num. 2. & 3.* & magis in
3 terminis *Buratt. decis. 270. nu. 3.* Eo minus† quia caret testibus, vt ponderant decisiones mox allegatæ, nec non *Rot. dicis. 8. num. 2. vers. tamen*
4 *hoc erat l. b. 1. par. 3. diuer.* & amplius † quia emanauit hac lite pendente, *ad text. in l. qui comeatus, ff. re milit. Rot. decis. 479. num. 12. coram bo. me. Buratt. decis. 367. num. 9. par. 4. recent.*

Seclusa autem prioritate temporis, præferenda est possessio Marchionissæ; Primo quia fulcitur titulo testamentorum aui, & auiæ, de
5 quibus constat per publica instrumenta vlli vitio subiecta; † nam potior est possessio, quæ
6 magis iustificatur per viam rationis, † & illa videtur per viam rationis magis iustificari, quę est titulata, vt post *Bart. Ang. Castr. & alios ratiocinatur Maluas. cons. 122. num. 13. Natt. cons. 419. n. 9. lib. 2. Menech. de retin. remed. 3. num. 733. Grat. discept. 402. num. 1. & 2. add. ad Gregor. XV. decis. 323. nu. 5. Rot. dec. 118. in fin. post moder. de manut.* & in pun-
7 cto † quod hæredi ex testamento danda sit manutentio in concursu possessionis hæredis ab intestato *Cæs. Barz. decis. 71. sub num. 32. vers. tamen quia titulus ex tex. in l. 2. Cod. edict. Diu. Adr. tollen.*
8 quidquid † dicendum esset si dubitaretur de viribus testamenti, in quibus terminis loquitur *Seraphin. decis. 810. num. 4. Buratt. decis. 186. numer. 6.*

Secūdo quia possessioni Isottæ resistit Statutū *Bononiæ lib. 2. sub rubr. quod nullus occupat possessionē rei hæreditariæ §. statuimus*, disponens, quod nemini alij quam hæredi liceat mortuo possessore bona sub quouis quæsitio colore occupare vel ingredi, & occupata vel ingressa retinere, etiam authoritate Iudicis, & si quis contra fecerit, ipso iure, & facto cadat ab omni iure, &
9 commodo ipsius possessionis; † vnde possessio exaduerso capta, ob resistentiam Statuti dicitur iniqua occupatio, non autem possessio; Cumque possessor vigore eiusdem Statuti sit ipso iure priuatus omni commodo possessionis, consequenter non potest ex ea reportare commodum manutentionis, vt in terminis similis Statuti *Signorol. cons. 262. num. 4. Dec. cons. 467. num. 18. Alex. cons. 83. nu. 4. lib. 2. Gerard. Mazzol. cons. 105. num. 8. & in puncto Rot. dec. 777. nu. 2. & 3. par. 3. recent. repetita inter decis. Buratt. dec. 201. nu. 2. & in Bononien. Bonorum 3. Aprilis 1645. coram Reuerendiss. D. meo Dunozet. Decano, §. hæc autem*, quæ loquitur in specie contra possessorem, qui cum mandato Iudicis, sine citatione tamen relaxato, vt in casu nostro, possessionem
10 apprehenderat; † nam Iudex sine citatione procedens dicitur procedere vti priuatus *Bald. in l. nec ex vera n. 1. in fin. Cod. acq. poss. Corn. cōs. 193.*
11 *numer. 4.* vbi ait, † quod immissio concessa per Iudicem sine citatione partis, tantum operatur quantum si quis authoritate propria intrasset *lib. 3. Rot. decis. 802. num. 7. vers. quia pro responsione par. 1. diuers. dec. 359. num. 2. par. 1. recent.* &
12 mandata † huiusmodi sunt actus extraiudiciales, vt fuit dictū *in Assisien. hæreditatis 26. Iunij 1645.*
13 *coram me.* Neque † *Berous in exaduerso alleg. cons. 47. num. 25. & 26. lib. 3.* loquitur in his terminis, sed supponit talem esse Iudicis ius-
14 sum, vt possessor dicatur iuste † possidere, quod verificatur solum iussu Iudicis procedētis iudicialiter, ac ritè, & rectè *l. iuste possidet, vbi notant omnes ff. aeq. poss. Monteren. in glos. huius statuti verb. Iudicis.*
15 Euitari vero non potest Statutum, † ex quo non comprehendat ingredientem possessionē tanquam hæredem ex testamento, vel ab intestato, vt voluit *Bero. quæst. 71. num. 4. & 5.* quem sequitur *Rot. Bononien. diuers. decis. 14. num. 31.* & in puncto ad effectum manutentionis *Barz. dec Bonon. 46. num. 15. vbi vt patet num. 6.* loquitur de eo qui ingressus est possessionem tanquam hæ-
16 res ab intestato, prout ingressa est Isotta. † Quia cum statutum disponat per verba negatiua quod

quod nemini alij, quam hæredi liceat possessionem ingredi, permittit quidem ingressum titulo pro hærede, sed dummodo ingrediens sit iustus, & verus hæres, vt in terminis statuti loquentis de possessione hæredis *Bald in rubr. de caus. poss. & propr. sub num. 13. circa fin. vers. & nota*, quem sequitur *Alex. cons. 82. nu. 6. lib. 2. Ruin. cons. 27. sub nu. 5. vers. ad confirmationem lib. 5. Monteren.*
17 *in gloss. huius Stat. verbo colore quæsito in fin.* † vel saltem habeat probabilem apparentiam hæredis, vt in puncto *Barz. decis. Bonon. 71. num. 35.* ibi manutenendus est, qui apparentiam hære-
18 dis habet, & postea disceptabitur. Secus† vero si constat noterie, ingredientem non esse hæredem, vt in proximis terminis *Christoph. Paz. de tenut. cap. 13. num. 50.* facit *Plot. in repet. l. si quando num. 111. Cod. vnde vi. Menoch. de adipisc. remed. 4. num. 381. Port. Imolen. cons. 1. num. 65. Osasch. decis. 26. num. 3. Grat. discept. 870. num. 18.* alioquin
19 aperiretur † via eludendi statutum, & sub mēdicato titulo hæreditario vnusquisque sibi ius diceret contra iustissimam æquitatem, cui hoc statutum innititur, vt ponderat *Rot. Bononien. diuers. d. decis. 14. sub num. 92.*

Qui est casus noster, nam, & Senator Federicus, & Clara Margarita obierunt condito testamento, in quo scripta est hæres Marchionissa Camilla, & vtrumque testamentum est vndequaque solemne, ac in forma probanti, satisque erat notum, quia illud Federici approbauerat Clara Margatita viuens, & inuentarium hæreditarium confecerat *Summ. Marchionissæ num. 1. 2. & 11.* aliud autem Claræ Margharitæ apertum fuerat hora nona illius diei, quā Isotta tanquam eius hæres ab intestato possessionem cæpit, & sic antequam caperet, vt in processu fol. 1. adeo quod Isotta nullo modo
20 prætendere se poterat hæredem ab † intestato cum scriptis in testamento alijs hæredibus, proximiores defuncti non sint hæredes *l. quamdiu 39. ff. acq. hæred. l. antequam Cod. comm. de success. Benedictus Capra in terminis summariyssimi possessorij cons. 63. sub nu. 6. vers. non enim*, & in puncto *Barz.*
21 *d. decis. 71. sub nu. 29. & 30.* & ingrediendo † possessionem (ignorante hærede testamentario) cuius futuram controuersiam metuebant, dicantur clam ingressi, vt ad litteram declarat *tex. in l. clam. possidere 6. in fin. princ. ff. de acq. possess.*

22 Non obstat † quod statutum Bononiæ tollat effectum possessionis iuris, non autem naturalem possessionem, ideoque possessio apprehensa per Isottam non seruata forma statuti impediat saltē ne detur manutentio Marchionissæ, vt in specie nostri statuti *Caputaq. decis. 201. num. 3. & 4. par. 2.* Quia in casu huius deci-
23 sionis † petens manutentionem non apprehenderat possessionem, sed allegabat in se possessionem defuncti continuatam fuisse vigore huius statuti, quod sane non inducit huiusmodi continuationem, vt aduertit eadem *decis. Caputaq. num. 1. relat. à moder. Perusin. decis. Bononien. 1. num. 8. & seqq.* In casu vero nostro Marchionissa nititur possessioni actuali quam apprehendit quæque nō est posterior in tempore possessio-
24 ne Isottæ; † imo præualet, quia est titulata, aduersariæ vero infecta à Statuto iuxta doctrinas, & *decision. Rotæ supra allegata §. secundo quia.*

25 Quatenus autem Herculani † fundant se in retentione sibi competente ratione legitimæ debitæ in bonis Federici patris, & Claræ Margaritæ matris, pro qua regulariter possunt bona hæreditaria retineri *Gabr. cons. 36. num. 11. lib. 2. Buratt. decis. 115. num. 12.* Neutra suffragatur; Tum quia statutum alij quam vero hæredi ingresso possessionem nō seruata forma ibi prescripta, denegat in verbis rationem, ibi *vel ingressa, seu inuasa retinere*, quæ verba includunt
26 retentionem etiam ex causa legitimæ, † quia referuntur ad ingressum paulo ante prohibitū, prohibitus autem fuerat ingressus verbis vniuersalibus, ibi, *ex quouis quæsito colore*, comprehendentibus etiam colorem, & causam legitimæ, vt per allegatos à *Modern. Foroliuiensi de legit. lib. 3. tit. 1. quæst. 2. num. 46. & 47.* & in puncto *Alex. cons. 134. in princ. & num. 4. in fin. lib. 4.* quem sequitur *Monteren. super hoc statuto verb. parte in*
27 *fin. Buratt. decis. 67. num. 10.* Licet † secus dicendum esset si peteretur retentio possessionis acquisitæ in vita prædecessoris, in quibus terminis statutum non habere locum voluit *Alex. consil. 83. numer. 4. lib. 2. Monteren. ibid. verb. retinere.*

Tum etiam quia in bonis Federici Isottæ, quæ imputare in legitimam debet libras 50. mil. sibi in dotem à patre assignatas, petere non potest nisi supplementum legitimæ, pro
28 quo, † cum liquidum non sit, antequam ex aduerso liquidetur status hæreditatis, vt debet, *Bart. consil. 17. lib. 1. Ror. in Romana supplementi le-*
29 *gittimæ 18. Iunij 1642. coram me*, & cum† capi debeat de manu hæredis, non competit retentio *Rot. decis. 184. par. 4. diuers. decis. 60. num. 8. inter impress. apud Pacif. de Saluian. decis. 121. num. 9. par. 6. recent. Grat. discept. 694. num. 11. num. 12. & 16.* In
30 bonis † autem Claræ, Margaritæ legitima relicta fuit in quantitate librarum 15. mil. quod in specie ponderat *Alex. cons. 134. num. 3. vers. & prædicta lib. 4.* Et in omnem euentum eius occasione non competeret retentio super toto prædio, vel eius parte pro diuiso, sed solum pro indiuiso proportionabiliter ad ratam legittimæ, ex quolibet corpore hæreditario detrahendā, vt per *Reuerendiss. Auenionen. de legit. contradict. quæst. 13. art. 4. num. 39.*

Et ita decisum vtraque &c.

R. P. D. ARGVELLES.

Romana Saluiani, seu Attentatorum.

Mercurij 19. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Aegidiana, quæ non datur in bonis ecclesiæ, vt locum habeat, sufficit quod bona sint sub solo ecclesiæ dominio subiecta, eiam quod à laicis possideantur, quidquid alij tenuerint.

Archiconfraternitas vt dicatur locus pius, quæ requirantur, & demum an emptor, qui ab hærede

rede beneficiato emit, & pretium creditoribus soluit, aduersus alios sit securus.

SUMMARIVM.

1 *Sententia appellabilis non exequitur intra decem dies citra vitium attentatorum.*
2 *Sententia dicitur appellabilis vbi res est de dominio Ecclesiæ,*
Aegidiana non seruatur in bonis Ecclesiæ num. 20. & num. 30.
3 *Appellatio suspensiua de iure canonico datur in possessorio,*
4 *Dominium vtile vbi est penes laicum directum vero penes Ecclesiam, tunc res iudicatur Laicalis non Ecclesiastica.*
Contrarium num. 5.
6 *Archiconfraternitas dicitur locus pius si habet Ecclesiam.*
7 *Bona Archiconfraternitatis habentis Ecclesiam dicuntur Ecclesiastica.*
8 *Confraternitates in Vrbe sunt approbatæ à Papa.*
Constitutiones Pontificis non est credendum Iudicem ignorasse, & num. 8.
9 *de Dominio Ecclesiæ etiam præsumptiue constasse sufficit vt supersedeatur in executione.*
10 *Attentatorum ad reuocationem sufficit quod postea detegatur causa esse appellabilem.*
11 *Emphiteota habet dominium vtile.*
12 *Emphyteota est dominus rei emphyteoticæ, & n. 14.*
13 *Reiuendicatio conceditur emphyteoticæ Reiuendicatio solo domino datur num. 13.*
15 *Aegidiana non intrat vbi sententia est iniusta.*
16 *Emens ab hærede beneficiato persoluendis creditoribus dicitur tutus.*
17 *Hypoteca anterior præfertur cæteris.*
18 *Sententia iustificatur ex ijsdem actis, non ex nouis.*
19 *Solutio præsumpta non sufficit contra tertium, sed clara requiritur.*
Indebitum contra tertium est concludentissime probandum num. 19.
20 *Emptor cuius pecunia primus creditor est satisfactus, habet contra alios retentionem.*
21 *Emptor succedit in ius, & hypotecam venditoris.*

DECISIO LXXXIX.

CONSTARE de Attentatis commissis à Pagnino resolutum fuit 29. *Maij* 1641. *coram Reuerendissimo Domino meo Carillo Præside Vallisoletano, & decisio per alias duas subsequentes 2. Iunij 1642. & 29. Maij 1643. coram eodem fuit confirmata,* sed Pagninus non acquiescens examinare fecit duos Testes, & colore huius examinis obtinuit quarta vice audiri, vnde ego in locum d. D. Præsidis suffectus proposui dubium, an esset standum, vel recedendum à dictis decisionibus & standum esse Rota respondit.

Quia illarum fundamenta visa fuerunt bene subsistentia, & signanter illud quod sententia Iudicis à quo esset appellabilis, ac propterea
1 non potuerit citra vitium † Attentatorum, intra decem dies, & post appellationem interpositam pro parte Montani, executioni à Pagnino demandari *vulg. cap. non solum 7. de appell. in 6. Buratt. decis. 59. num. 1. Rota decis. 701. num. 7. par. 2. recent. Lancell. de atten. pend. temp. ad appellan. num. 19. & de attent. appell. pend. num. 25. Sabalgun. in cap. final. de sequestr. poss. & fruct. num. 3. §. sed repugnant, cum alijs allegatis in præteritis huius causæ decisionibus, & signanter in prima 29. Maij 1641. §. siquidem &c. & pluribus in Romana fideicommissi, seu attentatorum 11. Februarij huius anni, § si quidem attentata &c. coram me, in Leodien. Abbatissatus 13. Iunij 1643. §. attentatum est coram R.P.D. meo Ghisilerio, & longa serie congestis à Barbos. in Collectan. tom. 3. d. cap. non solum numer. 2. de appell. in 6.*

Appellabilis, primo quia vinea, de qua agitur est proprietaria Venerabilis Archicon-
2 fraternitatis S. MARIAE Consolationis, † *vt firmatur in 1. decis. in §. vineam &c. & in §. quandoquidem &c.* vnde non erat seruanda Aegidiana, *vt dec. 238. impressa post Pacific. de saluian. decis. 151. num. 21. coram Buratto, in Ciuitatis Castelli spolij 15. Decembris 1629. coram R.P.D. Ghisilerio post Modern. Perusin. de manut. 297. Lancell. de atten. app. pend. limit. 25. nu. 22. Caual. dec. 493. nu. 1. & dec. 49. nu. 1. & 6. par. 5. recent.*

3 Sed seruandum erat ius canonicum† iuxta quod etiam in possessorio datur appellatio suspensiua quo ad vtrumque effectum, *cap. cum ad sedem 15. de restit. spoliat. Clementin. vnic. de caus. poss. & propriet. Clement. vnic. de sequestr. poss. cap. 1. eod. tit. Lancell. vbi supra num. 19. Caballin. ad Aegidian. constit. lib. 6. in Glossa cap. 2. verbo ciuili num. 1. qui multos citat, Couar. pract. quæst. cap. 23. num. 8. vers. prima conclusio &c. cum alijs in Auximana prætensi fiedeicommissi 25. Iunij 1640. §. quod autem esset appellabilis &c. coram R.P.D. meo Cerro, confirmata 21. Iunij 1641. §. secundo &c. & rursus 16. Maij 1642. §. de attentatis autem &c. coram eod. & in præallegata Romana fideicommissi, seu attentatorum, §. quodque à dicta sententia coram me, & relatis à Barbos. in d. capit. cum ad sedem numero 11. & 12. de restit. spoliat.*

Et licet quando agitur inter laicos de vtili dominio eius rei, cuius directũ pertinet ad Ecclesiam iudicandum esse tamquam de laicali, & dominium vtile à directo separatum tempo-
4 rale† esse non ecclesiasticum tenuerint *multi relati à Cald. lib. 1. de iur. emphyt. q. 7. num. 24. q. 10. num. 13. & q. 12. num. 22. Menoch. de arbitr. lib. 2. cap. 180. à n. 9. ad 15. Balb. in 2. decretal. cap. Sanctorum 3. n. 46. de præscr. Canall. commun. contra commun. q. 726 num. 9.*

5 Contrarium † tamen tenet Rota, *vt in Romana domus de Scappuccijs 19. Ianuarij 1611. coram bo. mem. Coccino impressa apud Marchesan. de commiss. par. 1. fol. 1020. decis. 238. nu. 2. penes Pacif. de saluian. & in recent. decis. 472. num. 1. par. 2. decis. 80. num. 14. par. 4. tom. 2. decis. 712. num. 5. ead. par. 4. tom. 3. decis. 326. num. 6. par. 6. & apud Duran. decis. 30. num. 2. & dec. 70. in principio in quibus omnibus adducitur, & approbatur illa Coccini.*

Prædictam autem Archiconfraternitatem esse locum Pium, & Ecclesiasticum satis probatur *in 3. decisione 29. Maij 1643. §. quandoquidem &c.* licet in præcedenti 2. Iunij 1642. §. de primo &c. fuerit de hoc dubitatum forte non satis solido fundamento. cum notorium sit illam ha-
6 bere suam Ecclesiam,† quod sufficit ad hoc vt habere-

haberetur pro Ecclesiastica, vt præter *allegatos in d.3. decisione probant relati à Bouadil. in politic.lib.2.cap.18.num.228.* Et quantum † ad bona
7 communia Archiconfraternitatis non esse dubium, *Caued. decis.51. numer.11. Guttier.canquæst.par.1.cap.35.num.23. Rota in Romana beneficij S.Laurentij 22.Maii 1623.§.contraria coram Coccino impressa apud Leon.de offic.Cappell.quæst.4. numer.10. & in Bergomen. cappellaniæ sub numer.18. vers. quo ad primum, &c.* præsertim cum in Vrbe regulariter sint approbatæ à Summis
8 Pontificibus, † vt extant in Bullario plures Constitutiones, quas credendum est non ignorasse Iudicem *argumento textus in l.secunda §. seruius ff. de origin. iur.* & sufficit etiam constasse præsumptiuè ad effectum, † vt debuerit
9 supersedere in executione, *vt probatur in 1.decis. 29.Maii 1641.§.& quamuis,&c. & faciunt tradita in Cæsaraugustana pensionis 16. Nouembris 1605.coram Iusto apud Marchesan.de commiss.par.1.fol.340. num.4.*

Et cum res sit iure Ecclesiastica, numquam potuit præiudicari Aegidiana Constitutione ex preallegatis; preterquam quod ad reuoca-
10 tionem attentatorum † sufficit quod postea detegatur causam esse appellabilem, *Rota in Viterbien. fideicommissi, seu attentatorum 13. Maii 1644.§.& in omnem casum, &c. coram R.P.D.meo Cerro in Romana apothecarum 26.Nouembris 1646. coram R.P.D.meo Otthobono,& congruit decisio 107. numer.4.& 5.par.3.penes Verall.Ias.in l.1.numer.1. vers.item ista regula C. de bonorum possess. secun. tabul. & d.Romana fideicommissi, seu attentatorum coram me.*

Nec quidquam obest quod poterat Iudex intelligere vineam esse iuris secularis, dum Mantica in instrumento appellauit se illius
11 Dominum. Quia cum emphyteuta † habeat dominium vtile *l.1. ff. si ager.vectigal.Valasc.de iur.emphyt.quæst.2.num.5.Picchard instit. de locat.§.*
12 *ado 3. num. 23.* non male dicitur † Dominus rei emphyteuticæ *d.l.1.in fine, l.idest, alias l.superficiario 74.ff.de rei vindic. l. tutor.16.§.final.ff.de pignorat. act. l. grege 13.§.de superficiarijs, ff.de pignor. l.1.§.quod ait 3.ff. de superficie* in quibus habentes vtile dominium tamquam Domini re-
13 putantur, † & conceditur eis vendicatio, quæ solis Dominis competit *l. in rem actio 23. ff. de*
14 *rei vendic.*& sæpius Domini † in iure dicuntur *vt in l.4. l.possessores 12. in finalibus his verbis, Ad quæ emphyteuticarijs cum fundorum sint Domini, C. de fund.patrimon.tit.61.lib.12.l.si quis 5.tit.69.C.de diuers. præd. eod.lib.l.final.tit.70.C.de locat.præd.ciuil.lib.11.Amaya in l.1.num.31. C.de iur.hast.fiscal. lib.10.* licet vtile dominium neget ipse cum *Osuald.Cuiac.& alijs ab eo citatis.*

Fuisse autem directum dominium vineæ, de qua agitur dictæ Venerabilis Archiconfraternitatis, satis probatur ex instrumentis coram Iudice à quo exhibitis, *vt bene deducitur, & exornatur in præteritis decisionibus Domini Præsidis.*

Secundò erat appellabilis sententia cuius vigore attentata fuit executio ex eo, quia erat patenter iniusta, vt constat ex ijsdem
15 actis, † quo casu non intrat Aegidiana, *vt in decis.80. numer.11. par.4.tom.2.recent. & in Romana Saluiani 17.Iunij 1601. coram Litta post Pacif.de Saluian.31.numer.1. cum alijs in præteritis allegatis.*

Iniustitia autem resultabat ex eo quod Primolus, & Montanus emerunt hanc vineam ab Appollinaria hærede Beneficiata Tullij debitoris, pretiumque deposuerunt, & ex pretio sic deposito, de Iudicis mandato soluerunt
16 eidem mulieri, & alijs creditoribus, † ideoque cum essent tuti *ex clypeo textus in l. finali §. & si præfatam, &c. vers.sin vero hæredes, C.de iure deliberan.ibique Bart.num.1.Bald.numer.6. in fine Ias. num.1. vers.quinto vtilitas, &c.* Iniustè processit Iudex immittendo Pagninum in possessionem dictæ vineæ, maximè attenta anteriori hypoteca dotali Appollinariæ venditri-
17 cis, † quæ cæteris creditoribus præfertur, *l. secunda §.si fundum, l.diuersis, l.si assiduis, §.& immo, C.qui pot.in pign.hab.cum alys cumulatis in 1.decis.§.secundo & principaliter,&c.in secunda, §.secundum vero fundamentum, &c. & in tertia, §.quo vero,&c.*

Non obstant depositiones testium post dictas decisiones pro parte Pagnini examinatorum ad probandam satisfactionem Appollinariæ in bonis mobilibus ad eius manus delatis.

Quia vltra quod ex his probationibus postea factis iustificari non potest executio sen-
18 tentiæ iam perfecta, † sed iustificari debet ex ijsdem actis, non autem ex nouiter deductis, vt benè explicat *Rota coram Coccino decis. 417. numer.8.vers.quia fuit responsum,&c. decis.142.numer.3.par.1.recent.decis.346.num.1.par.2.decis.276. num.11.decis.325.num.6. & decis.823.num.2.coram Buratto,in Ciuitatis Castelli spolij 23. Ianuarij 1593. coram Orano in Romana census 4. Decembris 1595. coram clar.mem.Card.Hieronymo Pamphilio, in Anconitana bonorum de Gabrielis 22. Aprilis 1644. coram R. P. D. meo Bichio, & in Romana vineæ 27. Aprilis anni præteriti §. nam equidem coram R.P.D. meo Corrado, confirmata 7. præsentis mensis coram eodem.*

Placuit Dominis responsio vltimæ decisionis in §. repetita exceptio,&c. quod nempe quidquid sit, an ista præsumptio obijci posset contra ipsam Appollinariam si ageret ad repetitionem dotis, hoc tamen est certum non posse præsumptam satisfactionem allegari contra dictos Primolum, & Montanum emptores, quorum pecunia satisfacti sunt mandato Iudicis eadem mulier, & alij creditores adeo vt contra illos hodie non sufficiat allegare præsumptiones, quia contra tertium maximè reum, & possessorem nihil refert præ-
19 sumptæ satisfactionis allegatio, † sed requiritur plena probatio, & concludentissima iustificatio quod indebitum, & ex causa indebiti fuerit solutum, ita *Bart. in l. cum de indebito 25.numer.4.vers.tertio nota,& ibi Adden.litt.G. ff.de prob. Alex.cons.83. incipit in cuasa, & lite, &c. sub numer.1. vers. & primum est, &c. & ibi Adden.littera A. & B. lib.5.Ciriac.contr.263.numer.7. & 11. Rota decis.130. numer.17.vers. cæterum, &c. par. 5. recent. & fuit dictum in Firmana pecuniaria*

29.No-

29. *Nouembris* 1619. §. *sed vtcunque sit, &c. coram Merlino*.

Præsertim cum certum sit emptorē, (cuius
20 pecunia primus creditor dimissus est) † habere saltem retentionem, & esse tuendum aduersus alios posteriores creditores, *l. cum qui à debitore 17. ff. qui pot. in pign. hab. l. si potiores 3. & ibi Glossa in verbo successisti, C. de his qui in prior. loc. succed. Mantic. decis. 69. numer. 3. vbi multos congerit Bart. in l. 1. ff. qui mod. pign. vel hypot. solu. vbi Fulgos.* subdit hanc opinionem tenere alios, & humaniorem, ac æquiorem esse, *Castren. cons. 370. incipit visis actis in antiq. Bald. cons. 25. num. 8. lib. 1. Corn. cons. 145. num. 13. lib. 2. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 29. num. 6. Gratian. discept. 269. in fine, Leo decis. Valent. 1. num. 37. lib. 1. Rota in Placentina Saluiani 16. Iunij 1589. num. 4. coram Mantic. penes Pacif. de Saluian. & in Romana prælationis 2. Aprilis 1618. coram bo: mem. Dunozet. seniore nu. 5. post tract. Cinc. de censib. decis. 308. & alij relati, & sequuti contrarijs reiectis ab Aryas de Mesa var. resol. lib. 1. cap. 17. numer. 8.*

Eo magis (dicebat vnus ex Dominis,) quia prædicti Primolus, & Montanus tamquam
21 emptores, † in ius & hypothecam dictæ Apollinariæ venditricis successerunt *l. si in solutum 6. C. de oblig. & act. ibi, quod si ab his quibus fuerunt obligata, cum potiores erant distracta probentur emptoribus auocari non posse perspicis, l. emptor. 5. C. de hæred. vel act. vendit. Bart. in l. Aristot. num. 2. ff. quæ res pign. Aryas de Mesa var. d. lib. 1. cap. 14. num. 1. & cap. 25. num. 19. vbi alios.*

Et ita fuit decisum, &c. vnica tantum parte informante, &c. altera tamen citata, &c.

R. P. D. MELTIO.

Postea Episcopo PAPIEN.

Nazarena, seu Montis Viridis Beneficij.

Mercurij 19. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Tempus ad appellandum licèt currat de momento ad momentum non includit tamen diem prolatæ sententiæ. Reuocatio primæ sententiæ quando sit necessaria, vt constet de validitate secundæ.

SVMMARIVM.

1 *Dies sententiæ non est computandus in termino ad appellandum.*
Terminus decem dierum datus ad appellandum currit de momento ad momentum, vt num. 1.
2 *Validitas sententiæ constat ex reuolutione actorum.*
3 *Sententiæ iustitia deducitur ex decisionibus.*
4 *Sententia ualida, & iusta confirmari debet.*
5 *Sententia primam non reuocans sententiam dicitur nulla, & num. 6. ubi limita cùm num. seq.*
6 *Iudex procedens, ut in prima non indiget aliam reuocare sententiam.*
8 *Dismembratio quæcumque bonorum Ecclesiæ fieri nequit absque solemnitatibus.*
9 *Vnio per Episcopum quomodò fieri debeat, & supra num. 8.*
10 *Compulsoria non conceditur ubi probatio non est profutura.*
11 *Compulsoria petita in calculo ferendæ sententiæ ad retardandam expeditionem denegatur.*
12 *Compulsoria semper retardat processum causæ.*

DECISIO XC.

IN hac causa sub die 8. Martij præteriti coram R. P. D. meo Verospio emanauit sententia ad fauorem Thomæ Guerrini pro illius immissione in possessionem Beneficij, de quo agitur, à qua interposita appellatione per Archiepiscopum Nazarenum, & Capitulum Terræ Carbonariæ sub die 18. eiusdem mensis, vt in summ. Thomæ num. 5. fuit sub hac die dubitatum, an constaret de re iudicata, seu potius sententia Rotalis esset confirmanda, vel infirmanda, & per DD. fuit negatiuè responsum quoad primam partem, affirmatiuè verò quoad secundam.

Quoad rem iudicatam, certum est de illa non constare, nam licèt fuerit appellatum sub dicta die 18. tantum à dicta sententia, non ideo potest dici appellatum in 11. die quamuis sententia prolata fuerit die 8. & per consequens excluditur res iudicata, nam dies sententiæ
1 non est computandus in termino, † & sic decendium datum ad appellandum non incipit currere die octaua eiusdem mensis Martij, nec applicatur, quod terminus decem dierum sit computandus de momento ad momentum ad trad. per *Bald. in l. eos §. sin autem ff. de appell. & consult. num. 5. uers. aut non procedit, l. eum qui Kal. ff. de uerb. oblig. Scacc. de appell. lib. 3. cap. 2. quæst. 12. num. 55. Vestr. in prax. lib. 7. cap. 3. num. 26. Gratian. discept. forens. cap. 161. num. 17. de cap. 413. num. 18. Corn. cons. 279. num. 1. lib. 4. Rimin. iun. cons. 495. numer. 3. Rota decis. 75. num. 3. par. 2. & decis. 333. nu. 2. & 3. par. 4. diuers. Romana Saluiani, seu attentatorum 29. Maii 1641. §. siquidem coram Reuerendiss. D. meo Carillo Præside Vallisoletano.* Et licet ista conclusio inter DD. controuertatur *text. in l. 1. §. si quis caut. Fulgos. & alii alleg. per Tiraq. de retract. lign. glos. 11. num. 2.* tamen primam vti veriorem, & communiorem esse attendendam testatur *Ias. in d. l. 1. num. 19. ff. si quis caut. Missinger. singul. obseru. centur. 5. obseru. 15. Gratian. d. cap. 161. num. 17. uers. & quicquid, Vant. de nullit. ex defect. iurisd. ordin. num. 160. Bertazol. cons. ciuil. 20. nu. 18. Rot. d. decis. 333. num. 2. §. & licet, uers. tamen &c. & uers. & hanc ueriorem,* & ita etiam seruatur in Palatijs, vt patet ex Bulla Innocentij Octaui data apud Sanctum Petrum idibus Ianuarij 1487. quæ est Constitutio 13. inter impress. in nou. Bullar. tom. 1. Prout etiam tradit *Ias. in d. l. 1. num. 20. Alex. numer. 13. Bald. in l. eas, §. si autem n. 6. C. de appell. Guidopap. quæst. 270. & d. decis. 333. d. §. & licet, uers. & de consuetudine, Vestr. in prax. d. cap. 7. num. 26.* ibi hoc tamen non seruatur, &c. *Scacc. d. tract. eod. lib. 3. quæst. 12. cap. 2. num. 53.*

Validitas dictæ sententiæ non potest con-
2 trouerti, dum de ea constat † ex reuolutione actorum primæ instantiæ iuxta *decis. Caputaquen. 260. par. 2.*

Iustitia etiam dictæ sententiæ patet ex tribus

3 bus decisionibus factis † in hac eadem causa
coram R.P.D. meo Verospio sub die 15. Decembris 1645.14.Maij,& 12.Nouembris 1646. in quibus respondetur singulis obiectis pro Archiepiscopo, & Capitulo Terræ Carbonariæ deductis, *Rot. decis.325. num.4. par.5.tom.1. 521.num.1.eadem par.5.tom.2.& 395.num.1. §.& Domini uers.& de iustitia par.4.recent.* Vnde cum de validitate, & iustitia dictæ sententiæ appa-
4 reat † merito per Dominos hodie fuit resolutum illam esse confirmandam, *cap. causam, quæ de sent.& re iudic.cap.Raynutius in fin.de testam. Gratian.discept.forens.cap.734.nu.55. Alex.cons.67. circa med. uers. dico commissa ista disputatione lib. 6. Caual.decis.98.num.1.& in recen.decis.20.nu.1.uers. ibi,quia licet,&c.part.4.295.num.1.uers.Domini hodie resoluerunt,&c.par.5.tom.1.& decis.38.numer.3. par.7.*

Nec releuat quod sententia Rotalis non reuocet, aut confirmet aliam sententiam ad fauorem Apodei pro executione litterarum
5 Apostolicarum † ex quo videtur posse dici nulla, *Rota decis.312.num.1.par.5.tom.1.decis.26. num.2.& 223.num.1.par.7. recent.* Quia cum Iudex processerit prout in prima illius sententia
6 substinetur † etiam quacumque altera priori sententia non reuocata, *Felin.in cap. inter Monasterium de re iudic. Gabr.cons.54.num.5.lib.1.Caual.decis.31.num.3. & decis.26.num.3.par.7.recent.* Maximè cum non appareat ex actis contra dictam sententiam executoris fuisse coram
7 R.P.D.meo Verospio † de tali nullitate, & reuocatione oppositum, *Rot.decis.626.nu.3.par.3. Caual.d.decis.31.num.2.*

Non obstat prætensio Archiepiscopi,& Capituli,quod Ecclesia Sancti Viti,de qua agitur, sit membrum eorum mensæ, ad quod probandum petitur compulsoria specialis.

Quia si hæc qualitas vult deduci ante vnionem eiusdem Ecclesiæ per Episcopum factam mensæ Capitulari Ecclesiæ Sanctæ MARIAE de anno 1628. 30.Nouembris summ. Thomæ num.2. Remanet elisa ex eodem Instrumento ex quo colligitur illam tanquam liberam fuisse cum omnibus eius bonis, ac iuribus in perpetuum vnitam dictæ mensæ Capitulari, quod nullo certè pacto per Archiepiscopum fieri potuisset absque Apostolicæ Sedis licentia, quatenus dicta Ecclesia fuisset membrum mensæ Capitularis, prout fuit resolutum coram R. P. D. meo Verospio sub 12. Nouem-
8 bris 1646. §.Altera vero, † nam quæcumque dismembratio bonorum Ecclesiæ non potest fieri sine solemnitatibus, eo quia est species alienationis *cap.tua nuper extra de his, quæ fiunt à Prælatis sine consensu Capituli,Redoan.de reb.Eccles. non alien. quæst.2. cap.40. & cap.43.Garz.de benef. par.12.cap.23.numer.3. Rota decis.unic.alias 229.de reb. Eccles. non alien.in nou.& penes Achill.dec.unic. in fin.eod.tit. & in recent.decis.318.numer.18.par.5. tom.1.& decis.464.num.1. par.4.tom.2.Caual.decis. 439.numer.1.Romana nullitatis dismembrationis 24. Maii 1610.coram bon.mem.Pirouano.*

Si vero deducitur dicta qualitas post prædi-
9 ctam vnionem nullius est releuantiæ † ob manifestam illius nullitatem cum fuerit facta non seruata forma Canonum in *Clem.2.de reb. Eccles.non alien.*quam præseruat *Sac.Conc.sess.22 de reform.cap.15.Rota decis.196.num.2.par.7.recen.* & vt benè etiam firmatum fuit in decis. in hac causa emanata sub 15. Decembris 1645. coram eodem R. P. D. meo Verospio sub §. quia cum eadem, vnde cum huiusmodi probatio per Archiepiscopum, & Capitulum fa-
10 cienda, non sit illis profutura † non videtur concedenda compulsoria specialis ab ipsis petita, *l.ad probationem, C.de probat.Duran.dec.128. num.3.& recen.decis.125.num.1.par.5. tom.1.Colonien. præpositura 13.Februarii 1634. uersquoad primum coram bon.mem.Pirouano*, maximè cum pe-
11 tatur in calculo ferendæ sententiæ, † & ad retardandam illius executionem, *Vestr.in prax. lib.6.cap.1.nu.12. uers.altera specialis & seqq.Scacc. de iudic.lib.2.cap.11.num.840.uers.secundo quia, & seq.Verall.decis.169.numer.1.par.1. Rota decis.606. num.6.par.5.tom.2.111.num.7.par.6. & 41. nu.37. par.7. recent. Romana pensionis 14.Februarii 1639.*
12 *coram bo:mem.Merlino.*Et quod illa semper † retardet processum causæ explicant *adden.ad Gregor.XV.decis.118.sub num.3.*

Et ita Guerrino tantum informante fuit resolutum,dum Archiepiscopus, & Capitulum petebant compulsoriam specialem.

R.P.D. LEONE VEROSPIO.

Bononien. Literarum cambij.

Mercurii 19. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Delegatio, vt dicatur interuenisse requiritur stipulatio inter debitorem cessum, & cessionarium,ac cedentis mandatum directum debitori cesso, vt cessionario persoluat.

SVMMARIVM.

1 *Cessio sine delegatione nouationem non inducit, nec cedentem liberat.*
2 *Delegationis quæ sint requisita.*
3 *Datio insolutum non fit nisi uerbis expressis, & post secutam cessionem.*
4 *Venditor potest retinere interesse ad rationem fructuum ex dispositione l. curabit C. de action. empt.*

DECISIO XCI.

REPROPOSITO per me dubio super valida litterarum cessione in venditione prædij Potterio facta per Christophorum, An indè potuerit cedentis liberatio contingere. Et ex eodem præteritæ decisionis fundamento fuit iterum hodie negatiuè responsum; Quia scilicet tunc nulla fuit facta venditio, nec expressa datio in solutum; nec demum
1 delegatio intercessit, † sine quibus, nec cessio nouationem inducere potuit, neque idcirco vim solutionis obtinere, ac consequenter, nec cedentis liberationem operari, iuxta dispositionem *text. in l.3.C.de nouat.* vt præter rela-

relatos in dicta præterita tradit *Dec. consf. 99. num. 4. Becc. consf. 105. numer. 35. Surd. consf. 145. numer. 28. & 29. idem Dec. in consf. 421. num. 15. & 16. Soccin. sen. consf. 37. numer. 20. & 21. lib. 4. Rot. coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 266. num. 17. & 20. cum seqq.*

Nulla enim potest in hac cessione ponderari delegatio, dum eius requisita non interfuerunt, † formalis scilicet stipulatio inter Debitorem cessum, & cessionarium, nec cedentis mandatum directum Debitoribus cessis, vt cessionario persoluerent, iuxta dispositionem *text. in l. 1. C. de nouat. & in l. 3. §. quod si ff. eod. tit.* vt aduertit *Alex. in consf. 173. num. 3. & 4. lib. 7. Gabr. consf. 155. num. 14. & de nouat. concl. numer. 22. & 26.* Nec vlla legitur facta venditio, nec datio in solutum verbis expressis, † quasi requiruntur ante cessionem, vt illa dicatur intercessisse; prout aduertit *Surd. consf. 145. num. 19. Paris. consf. 69. num. 10. lib. 1. Cartar. decis. 19 num. 2.* quos sequuta fuit *Rot. coram Reuerendissimo Vrgellen. in adducta decis. 266. nu. 23.*

Neque dici poterit, in solutum litteras acceptasse Potterium ex exactione Cambiorum per eundem facta post subsequutam cessionem, præterquam enim prædicta exactio fieri potuit mandatario nomine, prout factam fuisse demonstrat comparitio Christophori in foro Mercatorum contra Debitores cessos, vt debitum cessum consequi posset, & in omnem casum cambia prædicta poterit Potterius retinere loco damnorum, & interesse, † ad rationem fructuum eiusdem prædij, iuxta dispositionem *text. in l. curabit. C. de act. empt.*

Non obstant duæ exceptiones oppositæ à Christophoro, quod scilicet processus causæ penès Potterium existat; Et Testium depositiones, quibus innititur præterita decisio, non fuerint in actis productæ. Quia DD. visæ fuerunt irreleuantes, & ad retardandam causæ resolutionem emendicatæ, dum eundem processum in actis existere, ac Testium Summarium constat ex fide Notarij; præter quam Testium depositiones ab informantibus pro Christophoro fuisse visas, & ponderatas, iustificant exceptiones contra eosdem adductę in decisione pręterita.

Et ita vtraque parte informante, &c.

R. P. D. BIGHIO.

Romana, seu Veliterna affictus.

Veneris 24. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Concordia cum sit contractus, qui solo consensu perficitur probari potest absque scriptura, & ex quibus probetur. Imò etiam ex quibus concordiæ effectuatio probetur plene traditur.

SVMMARIVM.

1 *Concordia cum sit contractus scripturam non requirit, sed consensu perficitur.*

2 *Concordia tam probatur per testes quam per instrumenta.*

3 *Attestatio à Cardinalibus facta omnino probat, & num. 4.*

5 *Testes deponentes de facto proprio valde probant.*

6 *Antecedens necessarium probatur ex probatione consequentis.*

7 *Obseruantia probatur ex solutione licet modica.*

8 *Concordiæ effectuatio ex quibus probetur.*

9 *Receptio facta in vim concordiæ etiam si fiat cum clausula, sine præiudicio Iurium, illam non excludunt.*

Et clausula illa referenda est ad aliud præiudicium, quam à concordia proueniens num. 10.

11 *Possessio probatur ex protestationibus Aduersarij continentibus illius confessionem.*

12 *Ratificatio æquiparatur mandato etiam vbi specialle requiritur.*

13 *Concordia ratificatur per receptionem factam à Procuratoribus, & ministris.*

14 *Procurator generalis potest transigere, quando transactio est proficua, & vtilis.*

15 *Mandatum quantumuis simplex continet ea, quæ sunt vtilia mandanti.*

16 *Procurator absque speciali mandato non potest renunciare liti, & appellationi iam interpositæ.*

Fallit quando per concordiam procurator plus obtineat, quam cum lite consecuturus fuisset num. 17.

19 *Spolians purgato spolio potest vti iure suo.*

20 *Locatio quando per concordiam non dicatur nouata & num. 21.*

22 *Dilatio ad soluendum non inducit nouationem.*

23 *Concordiam extinguit litem, quæ reuiuisci non debet.*

24 *Spolium purgatur per reintegrationem ad pristinum statum.*

25 *Spolium non est vti iure suo contra debitorum.*

26 *Debitor non potest dare de spolio.*

DECISIO XCII.

DVBIVM per me hodie propositum, an obstet concordia duas habuit inspectiones, alteram super probatione concordiæ, alteram super eius effectu.

Quo ad primam concordia iuxta folium, præsentibus Eminētissimis Dominis Cardinale Barberino Archipresbytero Basilicæ S. Petri, & Cardinale Cornelio mediatore per Sanctissimū deputato conscriptum sub die 9. Septembris anni 1645. visa fuit satis probari. Primo ex testibus formiter examinatis quorum primus iuxta 51. recitat contenta in folio, secundus fuit præsens, & iuxta 37. & 38. testatur folium fuisse publicatum & acceptatum ab vtraque parte, pro vt etiam deponit quartus, vltra tertium qui idem affirmat de auditu *Summario Capituli num. 6.* Cum enim Concordia sit contractus qui solo consensu† perficitur neque scripturam requirit *l. cum te transegisse Cod. transact. l. consensu ff. act. & obligat. Decian. respon. 64. num. 2. lib. 3. Grat. consf. 107. num. 6. lib. 1. Rotæ decis. 113. num. 7. par. 5. recent.* vtique probatur per testes † non secus ac per instrumenta, vt tradit *Decian. d. respons. 64. num. 8. ex tex. in l. in exercendis Cod. fid. instrum. cap. cum Ioannes eremita extra cod. tit. Afflict. decis. 398. num. 2. Rota in Romana*

na Affictus Casalis 29. *Nouembris* 1627. *coram bon. mem. Card. Vbaldo confirm.ata coram eodem die* 28. *Ianuarij* 1628. *quæ est d.decis.*113.*num.*14. *& decis.* 136. *in princip.par.*5.*recent.*

Secundo ex attestatione dictorum Cardinalium, nempe D.Cardinalis Barberini, ibi, *vn' accordo stabilito*, & D. Cardinalis Cornelij, ibi, *li capitoli d'accordo stabiliti fra li Signori &c.Summ. ibid. num.* 11. quibus integritate eque † ac pur-
3 pura conspicuis deferēdum omnino est *ad textum in cap, nobilissimis 97. distinct. Roman. cons.* 59.
4 *num.*6. *Lapus alleg.* 32. *sub num.* 3. † & alias Rota vnius tātum Cardinalis attestationi fidem adhibuit *in decis.*339.*num.*1.*decis.*636.*num.*6. *part.*2. *recent. & in Barchinonen. Iurisdictionis* 4.*Iulij* 1646 *&* 8. *Aprilis* 1647. *coram me*. Iuncto præsertim
5 quod ambo testantur de facto proprio cum ipsis præsentibus, & mediantibus Concordia stabilita fuerit,vt in terministransactionis ponderauit *Rota d.decis.*113.*num.*11.*par.*5.*recent.*

Tertio indubitatam reddit Concordiam ipsius executio & obseruantia, quia illam sup-
6 ponit tanquam necessarium antecedens,†quod probatum remanet ex probatione consequentis *Bald. in l.*2.*num.*2. *in prima lect.Cod.dot.promiss. Dec.cons.*35.*sub numer.*2. *vers. nam probato Morot. cons.*97.*num.*14. *Thesaur.decis.*197.*num.*8. *Rota decis.*400.*num.*10.*par.*1.*recent.*Siquidem ex datis in Summario Capituli *nu.*2. 3. *& seqq* constat per Ministros Capituli die 11. Septembris, & sic biduo post folium concordatum,consignatam fuisse Bernardino Martello procuratori Venturini, & sociorum vnam ex duabus clauibus horrei existentis in Vrbe prope plateam Fori Boari,& die 17.consignatas fuisse Eusebio Bassano procuratori eorumdem sociorum, omnes effectus existentes in Casali Campi mortui necnon Francisco Sfortiæ illorum Institori claues horreorum & frumentum existens in area dicti Casalis, & die 18. dicti Mensis Capitulū consensisse reuocationi omnium sequestrorū factorum debitoribus DD. de Sannesijs, Arrigijs, & Venturinis, eorumque aliquos soluisse dicto procuratori diebus proxime sequenti-
7 bus partem debiti, † quæ licet modica, sufficit ad probandam obseruantiam Concordiæ *add. ad Greg.XV.decis.*557. *sub num.*9.*vers. prout etiam*, vbi refert decisum *in Terracinen. Sacristiæ* 9. *Iunij* 1600, *coram Iusto*,ac demum à Dominis Canonicis traditam fuisse præfato Bernardino Martello notulam effectuum per Franciscum Antonium de Comitibus distractorum, & expensarum ab eo factarum occasione affictus: Quæ omnia cum in præfato folio concordiæ essent conuenta, & pleraque mentionem faciant Concordiæ, illius effectuationem con-
8 cludenter probant † *Socc. cons.* 15. *num.*7. *lib.* 4. *Neuiz.cons.*37.*num.*18.*Surd.dec.*71.*num.*9. *Rota decis.*104.*num.*5.*par.*2. *diuers. cum alijs allegatis in Cesenaten Censuum* 9. *Iunij* 1645. *coram R.P. D. meo Corrado*.

Nec obstat quod Martellus clauem horrei ad plateam Fori Boarij, ac dictam notulam effectum & expensarum receperit, sine præiudicio iurium suis principalibus competentium quia cum vtrumque traditum fuerit in execu-
9 tionem Concordiæ, † præseruatio huiusmodi illam non excludit *Gabr.cons.*131. *sub numer.*30.
10 *vers. vbi ait lib.*2. & referenda est † ad præiudicium aliunde quam ex Concordia eiusque executione deriuans, *vt per Oldr.cons.*330. *in fin. Paris.cons.*70.*num.*12.*lib.*1.*Barbos.claus.*157.*num.*5 *Caputaq.decis.*284. *lib.*1. *in manuscr. Put.decis.*183. *num.* 1. *lib.*3. *in corr.* præter quod in alijs consignationibus supra recensitis, non legitur aliqua præseruatiua iurium.

His positis gratis exaduerso dicitur Concordiam non potuisse effectuari, eo quod Capitulū effectus existentes in Casali Campi mortui tradiderat prius Francisco Antonio de Comitibus nouo Conductori: nam actus positiui realis consignationis dictorum effectuum factæ Venturino, & socijs mox deducti contrarium conuincunt, nec mirandum, quia idem Franciscus Antonius de Comitibus sub die 13 Septembris per manus Benedicti de Benedictis illos restituerat Horatio Santorio Ministro Capituli, vt in eius *Summario num.*8. quamuis deinde die 25.dicti mensis verbo protestatus fuerit de damnis & interesse, ob molestias super illis illatas à Venturino & socijs,quod eo ma-
11 gis comprobat,† quod dicti Socij effectus Casalis possidebant ex allegatis per *Modern. de Manut.Obser.*19.*num.*26. *& seqq.Buratt.decis.*270.*nu.*2

Pariterque gratis negatur eos qui interuenerunt Concordiæ, tam ex parte Capituli,quam aduersariorum habuisse potestatem concordādi, cum effectuatio concordiæ secuta de ordine totius Capituli solemniter congregati *Summario num.*9. præseferat, quatenus opus sit, il-
12 lius ratificationem,† quæ mandato equiparatur, etiam in requirentibus speciale mandatum *Dec. in l. semper qui non prohibet num.*7.*ff.reg. iur.Cagnol.ibid.num.*15. *Honded.cons.*38.*sub num.*4. *lib.*1.*Natt.cons.*142.*num.*4. *Surd.decis.*159.*num.*11. *& seqq.Rota decis.*275.*num.*4.*par.*1.*recent.decis.*525 *num.*5. *coram Sanct.mem.Greg.XV.* & procuratores ac ministri aduersariorum recipiendo in executionem concordiæ supra memoratos ef-
13 fectus, ac de illis disponendo, † vt probant testes dati in Summario Capituli *sub num.* 8. dicantur similiter concordiam ratificasse *l. paulus ff. rem rat.haber.l. quidam ex parte ff.euict. Bald.consil.*184.*num.*4. *&* 5.*lib.*2. *Aym.cons.*276. *num.*6. vt potuerunt & si haberent solum mandatum generale, quia Concordia nullam continet aduersariorum nouam obligationem, sed pacta ipsis omnino vtilia, ad quæ mandatum gene-
14 rale porrigitur, † vt in terminis quod procurator generalis possit transigere, quando transactio est proficua, & vtilis principali tradit *Anchar. in cap. qui ad agendum numer.* 3. *de procur. Franc.Curt. in addit. ad Alex. in l. transactionis litt.* B.*Cod.transact.Aldobr.cons.*63.*num.*8.*lib. primo.* In
15 mandato enim quantumuis † simplici veniūt ea quæ mandati vtilia sunt *l. diligenter* 5.§.*fin.l. si quis pro eo* 46. *in fin.ff.mand.* §. *is qui exequitur in fin.Inst.eod.Connan.Comentar.iur.ciuil.lib.*7. *cap.*14. *col.*22. *in princ.Regens.Galeott.cons.*29.*num.*3. *lib.*2. *Buratt.decis.*561.*num.*1.

Neque vrget quod acceptatio Concordiæ includat renunciationem liti pendenti & ap-

pel-

16 pellationi a decreto Iudicis interpositæ † cui procurator renunciare non potest absque speciali mandato *Marcabr.cons.30. nu.31. Bero q.33. num.2. & 7.Cancer.var.resol.tom.2.cap.14. sub n.40 & tom.3. cap.15.nu.326. & 327. Caputaq. decis.29. num.2. parte prima*, quia hoc limitatur quando vt in casu nostro absque vlteriori lite, & impensa procurator consecutus fuit id, imo plus
17 quam litigando consequi potuisset, † vt probat *tex. in l. contra iuris 29.§.fin. in fin.* ibi, *quod si pro eo vt ita pacisceretur aliquid in quo non minus, sed etiam amplius esset, consecutus fuerit, rata habenda est pactio ff.pact. & tradit.Alex.cons.22. sub nu.7. vers. primo quia lib.1. quem sequitur add. ad Bart. in d.l.contra iuris §.fin.verb. donatio vers. & ibi ad materiam Ias.ibid.num.8. & 18.* vbi dicit rationem, quia tunc procurator non dicitur donare aut detrimentum afferre imo vtilitatem *Ant.Faber. circa fin. vers. ratio decidendi Angel. in simili in l. ex duobus 18. sub num.3.vers. nam & tutor ff.duob. reis Gallerat. de renunc.lib.3.cap.5. sub num.8. vers. intellige tamen*. Et ex abbundanti cum concordia tractata fuerit de mandato Sanctissimi ædito in publica Signatura gratiæ, & ab ea die effluxerit tempus quo commodissime de tractatu Concordiæ, & illius conclusione stabilita palam coram pluribus personis certiorati saltem per procuratorem potuerunt Principales cōmorantes in Ciuitate Perusiæ; hæc verisimilis notitia iuncto adimplemento concordiæ per actuales consignationes vt supra factas eorum Ministris, inducit ipsorum principalium
18 præsumptam † ratificationem, vt in puncto *Rota decis.197. sub num.9. & 10.par.4.tom.2.recen.* præsertim quia concordia ipsis est vtilis, & plures desuper habiti fuerunt tractatus.

Non obstat quod postmodum de mense Octobris Capitulum propria authoritate iterū effectus Casalis vendiderit Francisco Antonio de Comitibus, quia tunc lapsus fuerat terminus viginti dierum in folio concordato præfixus aduersarijs ad soluendum summam conuentam quo termino elapso, quia per concordiam non est, vt infra dicam, nouatus contractus locationis factæ aduersarijs de an.1644. & completa fuit Conductorum mora semestrualis in soluendo pagas decursas affictus, potuerunt locatores, exercendo ex integro facultatem sibi ex dicto contractu in hunc casum reseruatam, vendere effectus Casalis & purgato, per restitutionem alias factam, prætenso
19 spolio, † vti iure suo propter moram conductorum nuper complectam *Rota decis.117.n.16. par. 4. tom. 3. recent.* Maxime quia in ipso folio *vers. che par il credito* partes conuenerunt quod seruari debeant pacta, & conuentiones con-
20 tentæ in instrumento locationis, † quæ per concordiam nouata non fuit, ne dum ob præseruatiuam mox ponderatam conuentionum ibi contentarum *Thesaur.decis.125.num.5. Surd. decis.23. sub num.9.Capic.Galeott.contr.32.num.11. & seqq.lib.1.* Sed etiam quia concordia restituit Conductores ad iura competentia in vim lo-
21 cationis, † & sic cum emanauerit pro locationis executione, & obseruantia non importat nouationem *Bart. in l. singularia num.10.vers. quandoque ff. si cert.pet. Decian.cons.11.nu.51.lib.1. Anton.de Amat.resol.57.num.18.Monach.decis. Bononiensi 54.num.22. & seqq. Fontanell.decis.560.numer.16.Capic. Latro decis.38.num.42. Rota dec.471 num.6.part.1. recent.* Eo minus quia instrumento locationis nihil aliud addit, quam longio-
22 rem dilationem ad soluendum ex qua, † de iure nouo, non resultat nouatio, vt ad litteram disponit *text. in l. fin.* ibi, *seu tempus addiderit Cod.nouat. & post Iacob. de Belutso Cyn. & alios ibi allegatos tradit Rimin.iun.cons.201.nu.8. & seqq. cons.520. num. 34. & 36.Gabr. de nouat. conclus. 1. num.3.num.65.vers. contrarium & num.66.Henrig. de fideiussor.cap.20.§.12.num.11. & seq.Ciriac.controuers. 249. num.2. alijque relati a moder. Lucano cons.4.num.46.*

Quo vero ad secundam inspectionem concordia efficit vt exaduerso non possit in gradu restitutionis in integrum procedi ad vlteriora in iudicio spolij, & lite ante cæpta, quia ipsam extinsit, & lites semel per concordiam
23 extinctæ, † instaurari non debent *l. si maiores 25.l. quamuis 39. Cod. transact. Bald. in l. terminata sub num.1. in 2.notab. Cod.fruct. & lit. expens. Rota decis. 86. num. 5. & 7.* vbi hoc ampliat quando concordia fuit obseruata *par.6.recent.*

Nec obstat quod sicuti expirata concordia per lapsum termini concessi ad soluendum, licet locatoribus redire ad primeua iura contractus locationis, ita licere debeat conductoribus redire ad primeua iura litis ceptæ. Quia dispar est ratio cum partes concordando noluerint recedere à contractu locationis, imo illum adimplere; voluerint vero recedere à lite mota, & prætenso spolio, quod fuit sublatum non minus quam per concordiam per ef-
24 fectiuam reintegrationem conductorum ad pristinum statum *Abb. in cap. conquerentur num.1 de restit spoliat. Mohedan. decis.8. num. primo eodem tit. Caputaquen. decis.171. par.3. Menoch.cons.758. num.15. & 16. Rota decis.363.num.12.par.4.tom.3 recent.* Neque conductores, quorum culpa concordia expirauit, allegare possunt nouum spolium, ob vltimam venditionem effectuum Casalis à locatoribus factam, vt supra, Francisco Antonio de Comitibus, quia vt dicebā, locatores potuerunt, propter moram semestrualem conductorum de nouo completam, vendere in vim facultatis sibi competentis ex pacto apposito in locatione, quo vtendo contra debitores non resistentes de facto non dicuntur spoliasse *Bart. in l. creditores num.18.vers. istud enim Cod.pignor.Menoch. de adipiscen.remed.5. num.2. & 3. & de recuper.remed.9. nu.203. ex text. in l. qui rationario 30.ff. pignorat. act. Paris. cons. 5. num.27.* vbi infert quòd debitor non potest dicere modo aliquo se spoliatum nec potest dare de spolio *lib.4. Rum.cons.127.n.5.lib.5. Surd. consil.221.num.22. & 39.*

Quare vtraque parte informante decisum fuit obstare concordiam.



R.P.D.

R. P. D. MELTIO.

Postea Reuerendiss. Episcopo PAPIEN.

Romana, seu Comeñ hæreditatis.

Mercurij 26. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Filia à Patre instituta sub pœna caducitatis, quod nubat cum Consilio Administratorum à Patre deputatorum, bene potest nubere suo arbitrio quando breue super hoc à Pontifice obtinuerit.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum in totum euanescit stante dispensatione & derogatione Papæ.*
2 *Immissio non datur contra possidentes iusto titulo.*
3 *Exceptio de non iure agentis quando est probata retardat immissionem.*
4 *Immissio denegatur prætendenti se vocatum sub conditione, si illam purificatam non ostendat.*
5 *Dispositio sub conditione, ea non adimpleta, habetur pro non facta.*
6 *Fideicommissum potest ordinari in casu, quo institutus nubat absque consensu Administratoris.*
Intelligatur procedere quando institutus sit extraneus, non autem filius num. 7. & 8.
7 *Ad Nuptias licita est inuitatio sub spe lucri.*
8 *Conditiones impeditiuæ libertatis matrimonij à lege reijciuntur.*
9 *Institutus cum onere vt nubat cum consilio alterius. Sat est vt requirat consilium illius non vt sequatur. Quod intellige vt num. 10.*
11 *ad Matrimonium contrahendum nemo cogi potest metu pœnæ.*
Etiam si pia causa esset substituta ibid. num. 13.
12 *Pia causa præfertur libertati Matrimonij.*
14 *Voluntas Papæ derogandi alicui dispositioni resultat si in breue inseratur illa dispositio.*
15 *Papa potest tollere potestatem, & prohibitionem testatoris.*
16 *Papa solum habet facultatem disponendi super libertate matrimonij.*
17 *Breue Apostolicum non potest dici subreptitium, quãdo emanauit de voto congregationis à Papa deputatæ.*
18 *Scientia illius rei in breui insertæ præsumitur in Pontifice.*
19 *Expressio facta in litteris semper restringitur ad tenorem dispositionis insertæ.*
20 *Lis contestari non potest absque petitione.*
21 *Protestatio non inducit litem Protestans neque agit neque excipit ibid.*
22 *Subreptio euitatur ex eo quod Papa in genere potuit cogitare de lite.*
23 *Expressum dicitur quod tacite inest, & venit in necessariam consequentiam.*
24 *Gratia Papæ non debet inseruire de vento.*
25 *Motus proprius ex certa Scientia non potest redargui de subreptione, & obreptione.*
Fortius quando hoc fuit in breue cautum ibid. n. 26.
27 *Breuis defectus sanatur si in secundo narratur defectus primi.*
28 *Clausula non obstante æquipalet clausulis de plenitudine potestatis, & ex certa scientia.*
29 *Protestatio facta à procuratore carente speciali mandato non afficit.*
30 *Acceptatio caducitatis facta à procuratore sine speciali mandato non nocet.*
31 *Protestatio non intimata non nocet.*
Caducitas acceptata absque intimatione non nocet num. 31.
32 *Approbatum quod fuit, non potest amplius reprobari.*

DECISIO XCIII.

De Anno 1631. Mense Ianuarij q. Franciscus Beltramellus Comeñ hic in Vrbe decessit, condito prius Testamento, in quo instituit hæredem vniuersalem Martham eius vnicam filiam, sub conditione tamen, quod ea in omnibus pareret Administratoribus ab ipso deputatis, itaut absque eorum Consilio agere, nec administrare sua bona posset, sed tantum fructus dotis per eosdem Administratores assignandæ, & casu quo ipsa noluisset parere, & sequi consilium, & ordinem Administratorum, & gestis per eosdem contrauenisset, illam hæredem institutam in scutis 4000. tantùm esse voluit, residuum verò suæ hæreditatis applicandum fore, & esse mandauit, pro nuptu puellarum loci Ronci, Patriæ dicti Testatoris ordinato prius per Petrum Guglielmum ipsius Patruum, & hoc inter partes non controuertitur. Verùm quia Administratores eandem Martham personæ sibi ipsis bene visæ in matrimonium collocare volebant, eadem habuit recursum ad fel. rec. Vrbanum Octauum, cui narrauit, quod non intendebat nubere de consensu dd. Administratorum; sed tantùm illis parere respectu administrationis Bonorum, & obtinuit indultum de nubendo, requisitis prius dictis Administratoribus, viro sibi benè viso, vt apparet ex literis in forma breuis datis sub 13. Octobris 1633. absque eo quod eorum consilium, & voluntatem sequi teneretur; adeò vt in aliquam pœnam incidere non posset, nec in aliquo caderet ab hæreditate Francisci Patris, vt ex *Summario Antonij Garuffi, & Marthæ Coniugum num. 2.*

In exequutionem dicti Breuis eadem Martha, præuia intimatione, & requisitione Administratorum *d. Summario num. 3.* nupsit eidem Garuffo cum dote omnium, & singulorum bonorum hæreditariorum eius Patris. Verùm quia primum Breue non tribuebat illi explicitam facultatem assignandi omnia bona in dotem, illaque administrandi, dictus Summus Pontifex aliud Breue concessit, in quo, ad verbum primo inserto, confirmauit assignationem dotis iam factam, & declarauit facultatem Administratoribus à Testatore datam, prorsus expirasse, cum derogatione regulæ de *iur. quæsit. non tollen. vt ex d. Summ. num. 4.*

Insurrexit modo Communitas dicti loci Ronci sub prætextu, quod huiusmodi Breuia fuerint obreptitia, & causam nullitatis eorumdem, præuia oris apetitione, in Rota committi obtinuit, à qua dubitatum fuit sub hac die, An

An esset factus locus fideicommisso, itaut eidem Communitati esset danda immissio, & negatiue per DD. fuit responsum.

Fideicommissum enim à Francisco ordinatum in casum contrauentionis Marthæ ad fauorem Puellarum Loci Ronci pro illarum
1 nuptu † euanuit, stante dispensatione, & derogatione Apostolica supradicta *ad text. in Clem. quia contingit*, ibi, *salua quidem sedis Apostolicæ authoritate &c.* ibidem *glos. in verb. sedis Apostolicæ, ac DD. de Relig. domib. Ruin. consil.* 189. *viso testamento D. Ioannæ num.* 13. *vers. secundo moueor, & seq. lib.* 2. Et cum dicti Coniuges possideant iusto titulo, & vigore huiusmodi derogationis,
2 Immissio petita per Communitatem Ronci venit omnino deneganda, *Bart. in l.* 1. *in fin. C. quor. bonor. idem in l. nostra num.* 21. *Dec. num.* 40. *Rip. in l. prima n.* 2. *ff. quor. bonor. Reuerendiss. Argel. in suo tract. de aquir. possess. q.* 1. *art.* 7. *num.* 244. & relati per eundem in alio suo *tract. de legitim. contradict. quæst.* 15. *art.* 5. *num.* 99. *Gratian. discept. foren. cap.* 765. *num.* 36. *vers. Per quam derogationem Caualer. decis.* 430. *num.* 2. *& in rec. decis.* 336. *num.* 6 *&* 8. *& num.* 13. *vers. & in omnem euentum par.* 4. *tom.* 2. Quæ immissio eo minus concedenda visa fuit, dum incontinenti per Coniuges doctum fuit de non iure d. Communitatis, quæ
3 exceptio in petitorio pro denegatione † Immissionis admitti solet *Bart. & Bald. in l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. tollen. Menoch. de adipiscen. remed.* 4. *num.* 381. relati per dictum *Argel. in dicto tract. de legitim. contradict. quæst.* 2. *art.* 6. *nu.* 188. *vers. admittitur Gozad. consil.* 7. *num.* 2. *&* 3. *Rota in recent. decis.* 690. *num.* 7. *&* 8. *par.* 4. *tom.* 2. *& decis.* 34. *num.* 4. *par.* 7. Cessante igitur conditione, ob quam dicta Communitas præsupponit fuisse puellas vocatas ad dictum fideicommissum, Immissio illis competere non potest, cum agenti pro immissione incumbat semper onus probandi, fuisse purificatam illam conditionē
4 sub qua † prætendit se vocatum, alias immissio denegatur *l. qui hæredi §. Paulutius vbi Bart. ff. de condit. & demonst. l. si quidem vbi not. Bart. C. de except. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.* 11. *tit.* 16. *num.* 15. *Mascard. de probat. conclus.* 343. *nu.* 5. *Surd. decis.* 210. *num.* 5. Et conditione non adimpleta,
5 quæcumque dispositio non attenditur, † cum habeatur pro non facta *l. pecuniam ff. si cert. pet. vbi Alex. Soccin. & Ias. l. hæc venditio ff. de contrahen. empt. Gratian. discept. foren. cap.* 207. *num.* 12. *Bal. cons.* 498. *si creditores n.* 3. *lib.* 5. *Surd. d. decis.* 210. *n.* 7.

Non obstat quod per Communitatem dica-
6 tur factum fuisse locum fideicommisso ad fauorem puellarum instituto, † dum Martha nupsit Garuffo absque consensu Administratorum hæreditatis, vt fuit resolutum in *Romana hæreditatis* 8. *Iunij* 1637. *coram bo. mem. Coccino*, & propria auctoritate sibi ipsi dotem constituit, & se immiscuit in administratione bonorū d. hæreditatis contra expressum ordinem, & præceptum paternum.

Quia dicta decisio benè procedit in suis terminis, in illo enim casu non tenebatur Testator instituere, vt ibi firmatur in §. *quia respondetur*, & ideò illa institutio fuit merè voluntaria, & per consequens Testator potuit apponere
7 conditionem, † & modum contrahendi sibi magis beneuisum, & ita licitum fuit sub spe lucri inuitare ad nuptias, *iux. text. in l. cum ita ibi si Titio nupserit ff. de condit. & demonstr. Couarr. de sponsal. par.* 2. *cap.* 3. *§.* 8. *num.* 7. *&* 8. *Sanch. de matrim. lib.* 1. *disput.* 33. *num.* 7. *Anan. in cap. gemma num.* 7. *de spons. & ibidem Ioan. Andr. nu.* 1. *Card. nu.* 2. *Anchar. num.* 9. *Abb. num. pariter* 9. *Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.* 11. *tit.* 18. *num.* 1. *Boss. de matrim. cap.* 11. *num.* 464. *Mart. de success. legal. par.* 4. *quæst.* 12. *art.* 2. *num.* 85. *& artic.* 3. *num.* 45. Hic autem agitur de necessaria Institutione erga vnicam filiam, quo casu licet Testator ordinauerit, vt Martha nu-
8 beret arbitratu Administratorum, † ista conditio non erat per eum adimplenda, tanquam restrictiua libertatis matrimonij, quæcunque enim conditiones nuptijs impedimentum pręstātes à lege reijciuntur *iuxt. tex. in l. cum tale §. rescriptum alias incipit. §. arbitratu de condit. & demonstr. l. filia eod. tit. Castr. in l. si turpia §.* 1. *de leg. primo Fontanell. de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *glos.* 2. *num.* 26. *&* 27. *Ciriac. controuer.* 451. *num.* 85. *Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.* 11. *titul.* 18. *num.* 8. *Sanch. de matrimon. libro primo, disput.* 34. *num.* 10. *&* 11. *Duran. in suo tract. de condit. & mod. impossibil. a iur. prohibit. par.* 2. *cap.* 8. *num.* 38. *Molin. de Hispan. primogen. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 36. *Pancirol. cons.* 137. *nu.* 11. *Curt. sen. cons.* 27. *num.* 1. *& seqq. Eugeni. cons.* 18. *num.* 14. *& seqq. libr.* 1. *Gabriel. cons.* 12 *num.* 1. *& seqq. lib.* 2. *Menoch. cons.* 1083. *num.* 18. *Rota in Venusina legati* 28 *Iunij* 1623. *coram bo. me. Coccino*, *Anconitana legati* 30. *Maij* 1642. *§. de iure coram R. P. D. Bichio, & in recent. decis.* 35. *num.* 3. *vers. sed est restricta par.* 4. Sicut nec etiam erat obligata dicta Martha sequi consilium dd. Administratorum, quatenus Testator ordinasset, vt illa nubere deberet cum
9 consilio eorundem, † quia tali casu sufficiens fuisset, quod ipsi Administratores fuissent per eam requisiti prout seruatum fuisse apparet ex *Summario Coniugum num.* 3. *Mantic. dicto tit.* 18. *numer.* 10. *§. secundo debet vers. non enim tenetur sequi consilium, sed solum requirere*. Quod tamen firmādū nō esset si à Testatore fuisset ordinatum vt requireretur consilium, & consensus consanguineorum; nam hoc non esset contra na-
10 turam, & libertatem matrimonij, † sed potius secundum naturam, & consuetudinem *ad text. in l. prima, & l. in copulandis, & l. vidiæ, C. de nupt. Ruin. cons.* 126. *num.* 6. *vol.* 2. *Grauit. consil.* 1. *numer.* 3. *vers. solum superest Mantic. dicto tit.* 18. *nu.* 10. *vers. & quia requiritur Consilium Amicorum, & Consanguineorum &c.* Est quoque animaduertendū, quod hæreditas prætensa ab eadem Communitate ex contrauentione Marthæ est magni lucri, & præceptum Testatotis est pænale, & infert metum, propterea nullo modo illud de-
11 bet obseruari, † cum aliquis ad matrimonium contrahendum cogi nequeat metu pænæ *cap. gemmam, de spons. l. Titia ff. de verb. oblig. l. Titio centum §. primo ff. de condit. & demonstr. l. vxorem §. Hæres ff. de leg.* 3. *Ciriac. vbi alij allegantur dicta controuer.* 451. *num.* 73. *Sanch. de matrim. lib.* 4. *disput.* 5. *numer.* 27. *Rota decis.* 326. *num.* 19. *&* 21. *coram Papa Gregoreo XV.*

Nec releuat quod in casum contrauentionis Marthæ, deducta illius dote, residuum hæreditatis

ditatis Francisci Patris fuerit relictum fauore piæ causæ, & ideo conditio apposita per d. Te-
12 statorem debeat adimpleri, † cum pia causa præferatur libertati matrimonij, vt inquit *Mantic. d. tit. 18. nu. 9.* vbi alij referuntur.

Quia obiectum remoueatur, eo quia hic nō agitur de lucro, sed de pæna, quę est à iure improbata ex causa publici fauoris, vt matrimonia liberè contrahantur, & propterea nullo pacto pæna debetur etiam quod perualeat pia causa
13 libertati matrimonij † cum semper militet ratio prohibitiua iuris, vt benè *Ias. in l. Titia numer. 17. ff. de verb. oblig.* & ita fuit etiam resolutū *in dicta Venusina legati.* §. neque huic opinioni circa *fin.*

De voluntate autem Papæ, scilicet, vt ipse voluerit concedere eidem Marthæ facultatem nubendi absque consilio Administratorum, non obstante contraria paterna dispositione, clarè constat ex dd. Breuibus relatis in *Summ.*
14 *Coniugum. 2. & 4.* † in quibus fuit ad verbum inserta dispositio Testatoris, *Paris. cons. 3. nu. 48. lib. 4. idem sensit Ruin. cons. 189. num. 13. §. de volunt. Ferrett. consil. 38. numer. 5. & 6. Gabr. concl. 1. numero 65. de claus. Seraphin. decisione 981. numero 2. & in recent. decisione 122. numero 12. parte 7.*

Nec de potestate Summi Pontificis concedendi Marthæ d. liberam facultatem contrahendi matrimonium, & per consequens derogandi Testatoris dispositioni, est ambigendum, cum tollere possit, quatenus velit potestatem,
15 & † prohibitionem Testatoris *clem. quia eontingit de relig. domib. & ibi Imol. num. 3. Abb. num. 6. & in cap. nos quidem de testam Bald. in l. si testamentum, & ibi Angel. Paul. Castr. & alij C. de testam. Barbos. de offic. & potest Episcop. par. 3. alleg. 83. num. 1.* quia
16 tota facultas disponendi † super libertate matrimonij spectat ad solum Papam, cū sit quid spirituale. *cap. tuam de ord. cogn. cap. lator,* qui filij sint legitimi, *Ruin. dicto cons. 189. nu. 14. vers. quia facultas &c.*

Nec dicta Breuia possunt contrauerti sub prætextu subreptionis, & obreptionis; Quia quoad primum corruit talis exceptio, cum illud emanauerit de voto Congregationis plurium Prælatorum ab eodem Papa super hoc
17 specialiter deputatorum, † qui postea habita iam omnium notitia expressè derogauit *dicto Summario num. 2.* & ita dicitur constare de certa
18 scientia Papæ cum in eodē † etiam Breui fuerit insertus totus tenor dispositionis Testatoris, *Rota decis. 192. num. 3. par. prima recent.* Quia sic plenè informatus remansit de omnibus dispositis tam circa qualitatem institutionis d. Marthæ, quàm dotis illius in euentum inobseruantæ, & si aliquid fuit expressum vltra illius tenorem non est illud habendum in con-
19 sideratione † cum semper expressum restringatur ad tenorem insertum *Bald. in l. fin. in 10. opposit num. 23. C. de hæred. instit; Cyriac. controu. 28. numer. 20. & 22. Menoc. de arbitr. lib. 2. centur. 3. cas. 276. nu. 29. & de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 110. num. 44.*

Tollitur etiam aliud obiectū, scilicet, quod Breuia obtenta non careant vitio subreptionis, eo quia non fuerit facta mentio prætensæ litis inter Administratores, & Martham. Quia inter eosdem nulla prorsus aderat lis. cum nul-
20 la appareat facta petitio, † quæ semper requiritur pro litis contestatione *Clem. 2. vt lit. penden. Afflict. decis. 220. num. 13. Duran. decis. 375. num. 10.* Sed solum præcesserat quædam intimatio, & protestatio paternæ dispositionis sub die 7. Septembris 1633. relata in eodem *Summ. num. 5.* quæ de per se non est apta ad inducendam litē,
21 cum is, † qui protestatur neque agat, neque excipiat, vt notat *Hostiens. in cap. cum dilectus in fin. extra de ordin. cognit. Card. Mantic. decis. 375. nu. 2. vers. cum is,* qui protestatur; sed remouetur quæcumque difficultas, dum illa fuit etiā expressè notata in eodem Breui, ibi, cum autem sicut d. expressio subiungebat, Administratores, & exequutores Testamentarij prædicti &c. dictique Testatoris intentionem cum prætensa caducitate tibi intimauerint &c. licet suffice-
22 ret, † quod Papa huiusmodi lite cogitare potuisset in genere ad euitandam subreptionem *Felin. in cap. nonnulli numer. 18. de rescript. Caputaq. decis. 49. ad fin. parte 1. Rota in recent. decis. 628. nu. 9. part. 4. & decis. 57. numer. 11. ead. parte 4. tom. 2. 608. n. 17. dicta parte 4. tom. 3. & decis. 100. n. 3. 452. nu. 15. par. 5. & 222. nu. 25. par. 7.*

Minusque considerabile visum fuit, quod in primo Breui non fuerit Marthæ data facultas constituendi sibi dotem omnium bonorū hæreditariorum. Quia illud dicitur expressum,
23 quod tacitè, & virtualiter inest, † & quod venit in necessariam consequentiam, *text. in l. asse toto ff. de hæred. instit. l. si ita scripsero ff. de condit. & demonstr. Felin. in cap. translato num. 5. versic. ad generaliter de constit Alciat. in l. quod dicitur num. 7. vers. qua ratione ff. de verb. obligat. Gratian. discept. forens. cap. 665. num. 34. & cap. 916. num. 38. Rota decis. 450 num. 8. par. prima diuers. & decis. 141. num. 3. parte 6. recent.* Immo patet, Papam voluisse eandem Martham sibimet ipsi posse constituere pro dote totam hæreditatem paternam, dum eidē concessit facultatem nubendi viro sibi benè uiso sinę consilio administratorum, & absque incursu pænæ alicuius, eam signanter præseruando à quacunque caducitate hæreditatis sui genitoris, Quia pro obtinenda dote scutorum 4000. non indigebat aliqua gratia, cum illa fuerit à Patre filiæ constituta in casu contrauentionis; Vnde dicendum est Papam dispensando à contrauentione, voluisse eidem Marthæ concedere totam hæreditatem pro consti-
24 tutione suæ dotis, † alias gratia inseruisset de vento, quod non est dicendum *Rota decis. 115. num. 6. vers. vnde par. 2. & decis. 424. nu. 5. par. 4. rec.* Sed tollitur omnis hæsitatio ex secundo Breui, in quo expressè fuit facta mentio de constitutione dotis in tota hæreditate, quam Sanctissimus approbauit; & confirmauit motu proprio, & ex certa scientia, Quo casu non potest dari de subreptionę, vel obreptione *text. in cap. si proprio motu de præb. in 6. capit. Pastoralis, §. præterea verb. ex certa scientia, extra de offic. deleg. Guidopap. consil. 134. num. 4. vers. præterea, Seraphin. decis. 981. num. 2. & in recent. decis. 192. nu. 3. vers. Breue autem par. prima, & dicta decis. 222. num. 12. vers.*

& quod

& quod confirmatio part. 7. Gerunden. Iurisdictionis 12. Maij 1645. coram R.P.D. meo Royas, Maximè
26 cum in Breue fuerit cautum †, quod de subreptione, vel obreptione non posset dari Rota decis. 252. numero 5. parte 4. tom. 2. recent. Et ad effectum tollendi quamcumquè nullitatem
27 primi Breuis sufficit in secundo † fuisse narratum defectum eiusdem primi Breuis Rota in Argentinen. Coadiutoriæ 26. Aprilis 1632. coram R.P.D. meo Ghisilerio, quæ est decis. 114. numer. 9. part. 6. recent. Quæ omnia eo magis procedunt, cum Papa derogauerit Iuri puellarum, quatenus illis quæsitum fuisset ob derogationem factam regulæ de iure quæsit. non tollen. non solum expresse, sed etiam tacite vigore clausulæ non obstante, per quam tollitur etiam
28 Ius tertij †, non secus ac si dictum fuisset de plenitudine potestatis, & ex certa scientia Cyn. in l. vltima numer. 3. in fin. vers. Petrus videtur dicere C. si contra ius, vel vtilit. public. Butr. in capit. quæ in ecclesiarum numer. 28. de constit. Gratian. discept. foren. c. 458. numer. 5. & 6. Calder. cons. 12. in princ. de rescript. Alex. cons. 101. ad fin. num. 9. lib. 1. Verall. decis. 49. num. 5. part. 1. & decis. 192. num. 2. vers. quia pro responsione, & nu. 6. vers. ad euitandam par. prima recent. Buratt. decis. 883. numer. 5. vers. non obstat.

Non obstat, quod in secundo Breui non appareat fuisse narratam caducitatem iam à Martha incursam per constitutionem dotis, & administrationem bonorum hæreditatis, & iam fuisse per Procuratorem Vniuersitatis loci Ronci acceptatam substitutionem cum protestatione vsque sub die prima Nouembris 1633. Quia talis protestatio afficere non potuit
29 Martam, cum fuerit facta à Procuratore, † carente speciali mandato glos. in l. 1. §. 1. & ibi, Bart. ff. de lib. agnoscen. Castrens. in l. pupillo §. qui procuratorio ff. de nou. oper. nunc Surd. decis. 225. numer. 2. Et
30 in specie † de acceptatione caducitatis fuit firmatum apud Caputaq. decis. 301. num. 2. par. 1. & decis. 8. par. 3. & in recent. decis. 188. nu. 10. par. 5. & 520. numer. 7. coram Papa Greg. XV. Romana Viteæ 28. Aprilis 1645. coram R.P.D. meo Royas, nec
31 eidem Marthæ dicta protestatio †, nec caducitas fuit intimata, prout requirebatur ad tradita per Barth. in l. non solum §. morte num. 14. dicto tit. de oper. nou. nunc Rip. in c. cum M. num. 107. de constit. Ias. cons. 9. num. 15. lib. 1. Paris. cons. 10. num. 43. & 45. eod. lib. primo Seraph. decis. 1085. num. 3. Mantic. decis. 270. numer. 18. Buratt. decis. 280. num. 4.

Sed cessat omnis amaritudo, ex quo dicti Administratores hæreditatis supradicta Breuia approbarunt, & consensum præstiterunt Garuffo pro consecutione tam 49. locorum Montium, quàm libri mastri apothecæ in quo continebantur omnia debita, & credita dictæ hæreditatis, vt apparet ex Summario eiusdem Communitatis numero 10. vnde minimè hodie possunt dicta Breuia reprobare petendo immissionem l. si proprias vbi Bald. ff. de petit. hæred. & cap. quod semel de reg. iur. in 6. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 14. numer. 14. Grat. discept. for. cap. 167. num. 42. Surd. cons. 18. num. 2. Rot. decis. 51. num. 7. par. 6. rec.

Et ita vtraque parte informante, &c.

R. P. D. ARGVELLES
Astoricen. Parrochialis.
Mercurii 26. Iunii 1647.

ARGVMENTVM.

In Beneficialibus quotiescumque possessio, vel est vacans, vel est attentata tanquam capta appellatione pendente, aut post eam interpositam semper sequestrari debet, & interim nè Ecclesia debito careat seruitio deputatur Oeconomus.

SVMMARIVM.

1 *Sequestrum apponitur possessioni vacanti.*
Possessio vacans sequestratur, num. 1.
Fructus nè dilapidentur, apponitur sequestrum, num. 1.
2 *Possessio capta pendente termino ad appellandum est attentata.*
Amplia conclusionem procedere etiam in possessione capta post interpositam appellationem, ibidem.
3 *Possessio vbi est attentata sequestrari debet, & numer. 4.*
Attentans gaudere non debet commodo suæ vitiosæ possessionis, num. 3.
4 *Iudex etiam ex officio sequestrare potest possessionem attentatam.*
5 *Appellatio suspensiua non admittitur in causa Parrochialis intellige, vt num. 6.*
Parrocchialis vbi est sub lite non admittit appellationem suspensiuam, numer. 5. & vide numer. 6.
Concil. Trident. sess. 24. de reformat. in quibus terminis procedat, num. 5. & 6.
7 *Appellatio censetur admissa per signaturam si causa fuerit simpliciter commissa.*
Causa simpliciter commissa tunc appellatio censetur admissa, num. 7.
8 *Possessio dicitur attentata & sequestrari debet vbi causa fuerit simpliciter commissa.*
9 *Ecclesia cuius possessio sequestratur, nè debito careat seruitio Oeconomus deputari debet cum congrua fructuum assignatione.*
Oeconomus deputari debet in Ecclesia cuius possessio sequestratur, nè illa debito careat seruitio, num. 9.
Oeconomo ex fructibus Ecclesiæ congrua assignari debet, num. 9.

DECISIO XCIV.

ALPHONSVS Rodriguez Delosada præsentatus fuit ad beneficium, de quo agitur ab vno etiam vti Donatario Iurispræsentandi diuersorum patronorum, & Franciscus Romero ab alio pariter donatario aliorum patronorum: vnde orta controuersia inter hos præsentatos in partibus Ordinarius concessit institutionem Francisco, hinc per appellationem causa ad Rotam deuoluta, Domini dixerunt opponendum esse sequestrum.

Quia

1 Quia possessio aut est vacans, † & apponendum venit sequestrum ne fructus dilapidentur *cap. cum vos 4. de offic. ordin. Cardin. in clem. 1. quæst. 17. de sequestr. possess. Bald. in l. vnic. post num. 3. C. de probib. sequestr. possess. Bart. in l. interesse num. 2. ff. de acquir. possess. Seraph. decis. 1403. num. 5. Buratt. decis. 900. num. 1. Rot. decis. 136. num. 5. decis. 185. nu. 2. 3. & 4. & decis. 586. numer. 2. par. 2. rec. & in Bisuntina iurispatronatus 7. Maii 1646. §. fin. coram me.*

Aut est occupata à Francisco pendente termino ad appellandum à sententia Ordina-
2 rij, † vel post interpositam ab ea appellationem per Alphonsum, & vtroque casu est attentata, *cap. non solum de appell. in 6. cap. 1. & 2. vt lit. pend. eod. lib. Rot. decis. 197. num. 1. & seq. par. 5. recent.* cum alijs per *Adden. ad Buratt. decis. 13. littera A. vers. quando vero, & in Gerunden. Vicariæ 3. Iulii 1645. coram R. P. D. meo Bichio*, quæ est in terminis terminantibus, *& in Romana fideicommissi, seu attentatorum 11. Februarii 1647. §. attentata, &c. confirmata 17. Maii 1647. coram me.*

Et consequenter quatenus vigore huius sententiæ possessio sit capta venit sequestran-
3 da, † ne attentans gaudeat commodo vitiosæ possessionis iuxta trad. *per Archid. in cap. quia res 50. sub numer. 9. vers. maximè vbi possessor caus. 11. quæst. 1.* & praxim Rotalem, de qua *Cassad. decis. 3. num. 6. de restit. spol. Cæs. de Graff. decis. 2. num. 1. de*
4 *appell. Verall. decis. 157. num. 3.* † etiam ex officio. Iudicis, vt per *Serap. decis. 598. sub num. 2. Andr. decis. 108. num. 1. Caual. decis. 175. num. 4. Greg. XV. decis. 91. num. 1. & 9.* & in alijs relatis *in Calaguritana beneficii 23. Iunii 1645. coram me, & in d. Bisuntina iurispatronatus 26. Februarii & 7. Maii 1646 coram me.*

Non attento quod agatur de Parrochia-
5 li, † quo casu non videtur locus appellationi suspensiuæ *iuxta S. Conc. Trid. sess. 24. de reformat. cap. 17. vers. in omnibus, & constit. san. mem. Pii V. in Bullar. nou. tom. 2. in ord. 33. §. 8.* quia conclusio procedit in ijs Parrochialibus, quæ prouiden-
6 tur ab Ordinario per concursum, † non autem in ijs, quæ prouidentur ad præsentationem patronorum, in quibus orta lite inter præsentatos, & lata sententia est locus appellationi quoad vtrumque effectum, vt in terminis resolutum fuit in *decis. 656. numer. 2. vers. non obstat par. 1. & decis. 197. à num. 9. ad seq. par. 5. in decis. 160. num. 3. coram* Reuerendiss. *Vrgellen. in decis. 625. num. 5. coram Buratt. & decis. 900. & ibi Add. litt. A. vers. at si agatur coram eodem in Gerunden. Vicariæ coram R. P. D. meo Bichio, & in Reatina Vicariæ 10. Maii anni præsentis coram R. P. D. meo Cerro in §. nec dicatur.*

Vltra quod cum Signatura admiserit appellationem quoad vtrumque effectum, prout
7 admisit † committendo causam in Rota simpliciter Reuerendiss. *Vrgellen. decis. 191. num. 5. vers. præterea*, Rot. *in Salernitana iurispatronatus 4. Iunii 1642. §. vlterius coram R. P. D. meo Rojas, & in Cremonen. præpositure 27. Iunii 1644. coram R. P. D. meo Corrado, & in d. Calaguritana beneficii 23. Iunii 1645. §. fin. coram me.* Proculdubio posses-
8 sio † remanet attentata, & sequestranda, *vt in d. Bisuntina iurispatronatus 16. Februarii §. final. & 7. Maii 1646. §. & hinc coram me*, etiàm quod agatur de Parrochiali, vt in *Hieracen. iurispatronatus 20. Maii 1622. quæ est 625. coram Buratto*, vt interim ne Ecclesia debito careat seruitio de-
9 putandus est † Oeconomus cum congrua fructuum assignatione, *iuxta d. cap. cum vos 4. de offic. & potest. Iudic. ordin. & S. Conc. Trid. cap. 18. sess. 24. de reform. & Rota in Bononien. Parrochialis 20. Aprilis 1646. §. fin. vers. interim vero coram R. P. D. Otthobono.*

Et ita vnica, &c.

R. P. D. PEVTINGERO.

Esina Pecuniaria.

Mercurii 26. Iunii 1647.

ARGVMENTVM.

Contractus ab altero ex fratribus communi nomine celebratus cum obligatione de rato, ex quibus dicatur ratificatus.

SVMMARIVM.

1 *Frater elicitur ratificasse obligationem suo nomine ab alio fratre contractam.*

Si in executionem illius aliquam fecit solutionem, aut alium actum ratihabitionem denotantem.

2 *Scientia instrumenti importat etiam scientiam propriæ obligationis in eo contentiæ.*

3 *Ratificatio totius contractus inducitur etiam per solutionem partis debiti, & nu. 4.*

Solutio partis importat ratihabitionem totius contractus, & num. 3.

5 *Diuisio debiti facta inter fratres creditori non præiudicat, quod amplia, vt ibid.*

6 *Fideicommissarius equum est, vt soluat expensas factas pro reaptatione rei fideicommisso subiectæ.*

7 *Sententia reuocatoria executionis, si non tangit obligationem cameralem, uiam executiuam non uulnerat.*

8 *Executio obligationis cameralis durat donec contra eam ueniant tres sententiæ conformes.*

DECISIO XCV.

DECRETVM A. C. etiam contra bona Gabrielis esse exequendum tanquam iustum, Domini ideo responderunt, quia de eius obligatione constat, nam Lutius censum, de quo agitur, tam nomine suo, quam nomine Gabrielis fratris, pro quo de rato promisit imposuit, seque vna cum illo insolidum ad fauorem Marchecti census emptoris obligauit, quam obligationem idem Gabriel ratificauit, dum longè post ipse curauit, vt conductor Molendini in computum affictus onus hunc ipsum censum extinguendi in se assumeret, vt promisit, & non adimplentem suam promissionem iudicialiter ad extinguendum censum coegit, ex quo actu vtique resultat contractus censualis, & obligationis suo proprio
1 nomine contractæ, explicata ratificatio, † vt in terminis fratris soluentis fructus census ab alio fratre impositi, tradit *Gratian. discept. 643. num. 28.*

*num.*28.& generaliter *Surd. conf.*104.*nu.*2.*Ciriac. controu.*441.*nu.*41.*& seq.* & quod Gabriel scientiam habuerit obligationis huius suo etiam nomine contractæ, res omni dubitatione caret, dum in dicto instrumento acceptationis oneris à conductore Molendini extinguendi hunc censum idem Gabriel expressit annum, diem, mensem, & Notarium de eodem cen-
2 su rogatum, vnde prout sciuit censum, † ita etiam scire debet propriam suam obligationem in eodem instrumento contentam, *Ciriac. controu.*519.*numer.*34. *Gratian.discept.*118.*numer.*11.*& discept.*489.*num.*16. *Fontanell.decis.*154. *num.*6.

Non obstat, quod conductoris Molendini oneris extinguendi censum in se assumptio vulgari sermone accollatio dicta solum loquatur de summa scutorum 200.id enim ideo contigit quia conductor pro eadem tantùm summa occasione affictuum Molendini debitor extiterat, attamen quoad Gabrielem, qui mediante dicta accollatione creditori census cum explicita mentione contractus censualis, in quo insolidum obligatus erat, & Lutius frater eum ratum habiturum promiserat, soluit, etiam huius ratæ solutio totius debiti,
3 ratificationem inducit, † cum nominatim facta sit in executionem dicti contractus, à quo propterea illa particularis solutio latitudinem recipit, itaut ad totius contractus ratificationem extendatur, vt in simili soluente partem pensionis tradit *Lottber.de re benefic. lib.*1. *quæst.*38.*num.*123.*Caual.decis.*379.*numer.*3.*&* 4. *& fuit dictum coram me in Sipontina pensionis* 8. *Aprilis proximè præteriti*, & quod ex solutione partis
4 nominatim † factæ vigore contractus vniuersalis resultat ratificatio totius contractus dixit *Rota in Romana societatis officii* 20.*Iunii* 1644. *coram* R.P.D.*meo Bichio* §.*nec fuit necessaria*,& facit *Surd.conf.*104.*numer.*1. *& seq.per tot.* qui in alio *conf.*212.*num.*25.*& conf.*222.*num.*16. (vbi negat soluentem partem debiti totum agnoscere) sibi non contradicit, quia hoc potest procedere, quando solutio non est nominatim facta in executionem contractus continentis maiorem summam, & in casu, quo adest promissio, vt hic de faciendo ratificare totum contractum.

Nec refert, quod in hoc contractu censuali fratres census debitores debitum inter se
5 diuiserint, † quia hoc ipsos debitores inter se tantum, & non creditorem respicit,qui nunc agit, cuius respectu integra solidalis obligatio in supradicto instrumento apposita remanet, vt optimè distinguendo declarauit Rota *decis.*246.*num.*10.*&* 11.*par.*6.*recent.*& prius *Castren.conf.*243.*in princip. uers. quod autem dixi lib.*1. *Menoch.conf.*410. *num.*42. adeo quod etiam Gabriel semper quoad creditorem census insolidum obligatus remanet, eo magis quia idem census pro reaptatione Molendini impositus fuit, cuius ipse Gabriel tunc vsufructuarius erat, & nunc verus Dominus effectus vigore
6 fideicommissi ad eius fauorem purificati,† vnde valdè æquum est, vt soluat expensas pro reaptatione Molendini factas, vt dixit Rota *coram Gregor.XV.decis.*197.*per tot. & coram Reuerendiss.Vrgellen.decis.*53.*num.*6.

Neque executionem impedit prætensa nullitas, quod Iudex secundæ instantiæ executionem factam vigore decreti primi Iudicis pro executione obligationis Cameralis emanati reuocauerit, quia aduertendum est sententiam reuocatoriam executionis non tangere
7 ipsam obligationem Cameralem, † ideoque eius viam executiuam non vulnerare, vt declarauit *Rota in Auximana bonorum* 19. *Ianuarii* 1624. *coram bon. mem. Manzanedo*, & sufficit primam sententiam pro executione obliga-
8 tionis Cameralis latam fuisse †, sic enim ipsa executio durat, donec contra eam veniant tres sententiæ conformes, *Buratt. decis.*37. *numer.*4.*&* 5.

Et ita vtraque parte informante responsum fuit, &c.

R. P. D. PEVTINGERO.

Bononień manutentionis.

Mercurii 26.Iunii 1647.

ARGVMENTVM.

Executio vbi est excessiua moderari debet, & quando excessiua dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Vsufructuario alicuius negotii declarante, se illud amplius administrare nolle, ut proprietarius idem negotium administrare possit iudex prouidere debet.*
2 *Exequtio facta in re non comprehensa in mandato dicitur excessiua.*
3 *Exequutor mandati de manutenendo non procedit ad captionem pignorum.*
4 *Consequenti concesso, & omne necessarium antecedens concessum dicitur.*
*Intellige in antecedenti sinè quo consequens stare non potest,numer.*5.
6 *Merces ad illum, eiusque apothecam spectare præsumuntur, in cuius habitatione existunt.*
7 *Dominium probatur ex signo in re apposito.*
8 *Excessam ad purgandum requiritur perfecta restitutio, & reductio in statum primeuum.*
9 *Exequtio excessiua moderari debet, non uero quæ fuit legitimè facta per actum separatum.*

DECISIO XCVI.

CONCESSO à R.P.D. meo Otthobono mandato de manutenen. in Apotheca sub signo della Campana ad fauorem Magdalenæ, & Corneliæ de Stephanis adita pro parte Francisci Fœnicij, & Constantiæ Bertolellæ coniugum signatura, obtentoque rescripto mihi directo cum facultate manutenen.quem de iure Domini hodie responderunt exequutionem, quoad apothecam sub signo Stellæ, domumque habitationis, ac Granarium, & bona ibi existentia esse excesiuam. Quo vero ad bona apotheca Campanæ sustineri, quia

quia stante declaratione facta ab ipsa Constantia, quod nolebat amplius dictæ apothe-
1 cæ negotium administrare, † æquitas postulabat, vt Iudex illam expelleret, vt proprietarij idem negocium administrare possent ex adductis per *Rot. decis.41.num.25.par.6.decis.585.n.23.par.5.recen.*

Sed minus rectè fuit clausa alia apotheca sub signo Stellæ domus, & Granaria, & malè captæ merces ibi existentes, in quibus excessus visus fuit Dominus esse palpabilis, quia cum mandatum de manutenen. sit restrictum ad exercitium negocij apothecæ pilarum saponis alterati sub insignis Campanæ, & sub nomine hæredum Cæsaris de Stephanis, vt in summario Corneliæ, & Magdalenæ num. 3. Iudex in partibus hoc mandatum minimè in alia apotheca sub diuerso signo, & nomine
2 cantante exequi debebat, † & sic exequen. in re non comprehensa in mandato excessit *glos. in cap. quoad consultationem uerb. excedatur de sent. & re iudic. ubi Abb. num.24.& Fælin.num.25. Rot. decis.474.num.8.& decis.599.numer.7.par.3.recent. decis.115.numer.4.& 250.numer.2.par.5.recent.decis.282.nu.6.apud modern.Perus. de manut.san.mem. Gregor.XV.decis.555.num.4. & Buratt. decis.731. num. 1.*

Et insuper patet excessus, quia exequutor
3 mandati de manutenen. † non potest procedere ad captionem pignorum, vt latissimè Rota firmauit coram me in *Auenionen. decimarum 2. Maii 1644.* nec intrat regula, quod concesso consequenti censeatur data facultas circa
4 omne necessarium antecedens, † sine quo consequens exerceri non potest *l. cui iurisdictio ff.iurisd.omn.iud.* quia hoc procedit tantùm in
5 necessario † antecedenti, sine quo consequens stare non potest *cap. cum quid, ubi DD. de reg. iur.Surd. decis.194. num.31.* vbi allegat concordan. A ttamen sine iustis mercibus captis in apotheca Stellæ domoque & Granario, satis bene exerceri poterat, negocium apothecæ Campanæ, de quo mandatum de manutenen. concessum loquebatur, etiam si prætenderetur easdem fuisse asportatas ab apotheca Cāpanæ, quia hoc non probatur, & præsumptio stat in contrarium, quod spectent ad apothe-
6 cam Stellæ, & ad dictos coniuges † in quorum habitationis domo, & Granario repertæ fuerunt ad tradit per *Castren.cons.138.num.2. lib.2. Rot.decis.533.num.1.& 5.& 568.nu.1.& seq.par.5. recen. Buratt. decis.236.* Cum etiam aliquæ ex dictis mercibus in Granario repertis habeant
7 signum Stellæ, † ex quo probatur dominium *quod si neque 14.in fine de peric.& commod.rei uēd. Bart.in l.Stigmata C.de fabric.lib.11. Menoch. præsupt.73. num.9. lib.6. Afflict.decis.23.num.4.* & ex cumulatis per *Gratian.discept.500. numer.2. cum pluribus sequen.& per Rot.decis.69. numer.8. par.5. recent.*

Hic vero excessus per restitutionem mercium dictę apothecę Stellæ ab exequutore factam purgatus sufficienter non fuit, quia non omnes merces ablatas restituit, & cautionem de reportan.restitutus exegit, vnde remanet adhuc grauamen, quod afficit imperfe-
8 ctam purgationem excessus, † dum omnia non fuerunt in pristinum statum restituta, vt fieri debebat ad tradit per *Lancellot.de attent.tit. de purgat.attent.num.29. Rot.decis.264.num.7. & 8. & 329.num.2.par.1.recen.& decis.333.nu.4. in fin. par.2.recen.*

Quia tamen exequutio in apotheca Campanæ fuit facta legitimè, & per actum distinctum ab ista, & illa satis iustificatur ex decisione coram *R.P.D. meo Otthobono 40.Martii 1646.*
9 ea firma remanente, † hanc solùm in excessu moderandam esse Domini censuerunt, vt alias dixit *Rot.decis.8.par.6. rec.* cum pluribus allegatis per *Add. ad san. mem. Gregor. XV. decis. 198.*

Et ita vtraque parte informante conclusum fuit, &c.

REVERENDISS. P. D. CERRO Sacræ Rotæ DECANO.

Rauennaten seù Ferrarien Decimarum.

Mercurij 26.Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Laici, licèt sint capaces decimarum quo ad solam commoditatem fructuum, vel ad modicum tempus, tamen iuris decimandi penitus sunt incapaces, nisi tamen adsit obseruantia immemorabilis, vna cum fama priuilegij. Quibus sublatis facienda est interpretatio, vt non adsit talis capacitas.

SVMMARIVM.

1 *Laici regulariter penitus sunt penitus incapaces iuris decimandi.*

2 *Laici, licèt sint incapaces decimarum tamen sunt capaces commoditate fructuum.*

Concessio in dubio censetur facta de eo iure, quod licitè potest concedi, & num.2.

3 *Redoan.in tractat.de rebus Ecclesi.non alien.quæst.63 num.11.qualiter sit intelligendus.*

4 *Decimæ Laico. quando explicitè dicantur concessæ, & num.6.*

5 *Dispositio quando est clara, non est opus disputatione, & num.4.*

7 *Decimarum sola commoditas, quando non tantum censeatur concessa Laicis, sed etiam ius decimandi.*

8 *Obseruantia facit, vt præsumatur beneplacitum Apostolicum in concessione Decimarum facta Laicis.*

9 *Decimæ Laicis possunt concedi quo ad commoditatem fructuum ad breue tempus, vel ad vitam vnius Laici.*

Et in his terminis iuuat obseruantia, & n.9.

10 *Confirmatio Apostolica non præsumitur ex obseruantia, & lapsu temporis, quando non sumus in imprætcritibilus.*

11 *Laicus, vt dicatur capax decimarum debet, concurrere obseruantia immemorabilis, vna cum fama priuilegij.*

12 *Pauli V. fel. record. Constitutio emanata ad fauorem ciuium Ferrariensium circa concessionis Decimarum.*

rum. qualiter sit intelligenda, & num. 13. & 14.

15 *Priuilegio alicui à Principe concesso, vt quis possit iuuari, debet adesse qualitas à Principe requisita.*

16 *Concessiones quando non sunt validæ, non veniunt attendendæ, nec possint dici in generalibus confirmationibus.*

DECISIO XCVII.

DECISVM fuerat sub die 25. *Februarij præteriti* Capitulo, & Canonicis Ecclesiæ Rauennatensis dandam esse reintegrationem, eo præcipuè fundamento, quia concessiones factæ antecessoribus DD. de Tassonis erant omnino nullæ ex latè in decisione deductis, quam hodie in repropositione causæ Domini confirmarunt, cum ipsis concessum fuerit ius de-
1 cimandi, † cuius vti laici sunt prorsus incapaces, *cap. fin.* 16. *quæst.* 1. *cap. sacrosancta, & cap. Massana de elect. cap. causam, vbi Abb. Fel. & alij de præscrip.* resistente etiam Concilio Lateranensi, de qua *in cap. probibemus de decim. & in cap. cum & plantare de priuil. vt præter relatos in dicta decisione tradunt Redoan. de reb. Eccles. non alien. quæst. 63. num. 9. & 12. Couar. var. resol. lib. 1. cap. 17. num. 5. Monet. de decim. cap. 5. quæst. 3. nu. 66. & dixit Rota in Nouarien. Decimarum 14. Decembris 1592. coram Orano, & in Comen. Decimarum 10. Aprilis 1595. coram eodem.*

Non obstat, quod concessiones non solum loquantur de iure decimandi, sed etiam de decimis, & iure percipiendi fructus decimales, ideoque licet sustineri non possint quoad ius
2 decimandi sustineantur saltem † quoad commoditatem dictorum fructuum cum id tantummodo concessum præsumatur, quod licitè concedi poterat ad tradita per *Redoan. vbi supra d. quæst. 63. num. 11.*

Obiectum enim procederet si verba paterentur hanc interpretationem, & vbi in concessione censeri posset exclusum ius ipsum decimandi, vt puta si concessæ solum fuerint
3 decimæ in quibus terminis † loquitur *Redoan. loc. allegat.* Tunc enim quia decimæ intelligi possunt de solis fructibus, vel de iure illos percipien. in dubio de fructibus tantum concessio facta præsumitur: Secus autem, vbi
4 prout hic, concessio explicitè continet ius † ipsum decimandi, vt in omnibus concessionibus datis in præterito *summ. Capituli numer. 2. 3. & 4. cum seqq.* singillatim ponderatis *in alia decisione §. vnde nihil refert;* tunc enim cum verba restringi non possint ad solos fructus, eorumque
5 commoditatem, † tamquam explicitè comprehendentia ius ipsum decimandi, concessio in totam corruit, vt in his terminis dixit *Rota in Mediolanen. rescissionis permutationis 21. Iunij 1597. coram recol. mem. Card. Hieronymo Pamphilio §. nec placuit, in Ferrarien. decimarum 23. Iunij 1617. coram Sanctiss. D. N. in recen. decis. 545. n. 2. par. 4. & in Albinganen. decimarum 25. Iunij 1627. coram bon. mem. Card. Virile §. primo quia.*

Quod idem aperte declararunt ijdem Tassoni, cũ in petitione renouationis Anno 1634. non insteterunt pro com moditate, & emolu-
6 mento fructuum decimalium †, sed pro ipsis decimis, & iure decimandi, ibi, *Ad renouandum in eius personam inuestituram alias factam, &c. decimarum, & iuris decimandi in villis, &c. & quatenus opus sit denuo inuestiendi, &c. ad tenorem, & formam antiquarum inuestiturarum, &c. hodierno*
7 *summ. Capituli num. 2.* Hinc enim † manifestè deducitur non fuisse concessam solam commoditatem, sed ius ipsum decimandi laicis de iure prohibitum.

Ideo nihil releuat lapsus longissimi tempo-
8 ris cum subsequuta obseruantia †, ex qua regulariter præsumitur beneplacitum Apostolicum *ad not. per Felin. in cap. Albericus num. 4. propè fin. de testib.*

Hæc enim præsumptio posset recipi si ageretur de concessione solius commoditatis ad breue tempus, vel ad summum ad vitam,
9 cuius † laici sunt capaces, *vt notat Gloss. in cap. quamuis verb. concesserit de decim. Abb. in cap. ad hæc num. 2. 3. & 4. eod. tit. Rebuff. quæst. 10. num. 34. Monet. d. cap. 5. quæst. 3. num. 61. 62. & 63. & dixit Rota decis. 2. de iudic. in nou. & admisit etiam in d. Mediolanen. rescissionis permutationis d. §. nec placuit, ac in d. decis. 545. num. 2. par. 4. recen.* tunc enim ex lapsu
10 temporis, cum obseruantia induceretur † confirmatio Apostolica sufficiens ad confirman. actum, secus autem, vbi, prout hic, facta est concessio iuris decimandi, cum enim hæc sit à iure improbata, & impræscriptibilis la-
11 psus † temporis cum obseruantia non suffragatur, sed requiritur immemorabilis cum fama priuilegij, *vt dixit Rota in Toletana iuris decimandi 7. Nouembris 1584. coram Blanchetto, in Placentina decimarum 29. Maij 1587. coram Bubalo §. sed cum hic in d. Comen. decimarum coram Orano, vers. ideoque immemorabilis in d. Mediolanen. rescissionis permutationis vers. in quibus fuit dictum in Taurinen. decimarum 12. Ianuary 1607. coram bon. mem. Cardinali Marcomontio §. supposito autem, in d. Ferrarien. decimarum coram S. D. N. sub nu. 1. vers. itaut in concessione, in Corduben. de Lucena 26. February 1636. coram bon. mem. Coccino in recen. decis. 103. numer. 10. par. 7. cum alijs in præcedenti decis. §. nec sustineri.*

Prout nec suffragatur repetitum obiectum ex Constitutione fel. record. Pauli V. quatenus
12 ponit *in §. & insuper ad consulendum,* quod † decimarum inuestituræ ante 40. annos concessæ ad fauorem ciuium de nouo fiant in fauorem eorumdem, vel aliorum ab ipsis causam habentium quoad decimarum emolumenta tantũ, *ac in §. prædicta*, vbi absque vlla termini præfi-
13 xione petendi † renouationem, antiquas inuestituras, pariter quoad illarum emolumenta tantum Bonifacianæ Constitutioni de Renouandis concessionibus, & inuestituris subiecit.

Quo enim ad disposita *in d. §. & insuper ad consulendum*, Domini transierunt cum responsione data *in decis.* videlicet, quod cum huius-
14 modi facultas † petendi renouationem restricta legatur ad biennium, cum conditione, quod augeatur Canon, ibi, *De quo ipsi laici teneantur infra biennium proximum accipere inuestitu-*

ras, seu renouationes prædictas ab Ecclesiasticis personis prædictis, qui aucto tamen canone pro vtilitate Ecclesiarum &c. Et nec intra dictum biennium, nec cum augumento canonis renouatio petita
15 fuerit, † ex defectu qualitatis per Pontificem requisitæ non possunt vti Constitutione ex *doctrina Bart. in l. 1. ait prætor, ff. ne quid in flum. public. &c. Alex. cons. 172. num. 5. lib. 2.* cum alijs ibidem adductis §. *firmata nullitate*, vbi vlterius in §. *quod autem dicebatur* responsum fuit allegatæ restitutioni in integrum.

Quo vero ad disposita *in §. & prædictæ* licet Pontifex ibidem nullum terminum ad petendam renouationem præfixerit, sed statim concessione finita illas subiecerit Bonifacianæ Cō-
16 stitutioni, attamen de † validis tantum concessionibus disposuit, vt clare sonant illius verba, ibi, *Necnon antiquas inuestituras, si quæ extant valide eiusdem prædecessoris huiusmodi necnon præsentibus &c. subycimus, & de cætero, vt præfertur, etiam respectu decimarum, quoad illarum emolumentum tantum, subiectas esse declaramus &c.* Dum itaque concessiones, de quibus agitur
17 sunt omnino nullæ, vt dictum † fuit sub præfata dispositione nullatenus possunt comprehendi.

Et ita resolutum Capitulo, & Canonicis tantùm informan. ponderatis tamen rationibus, quæ pro habenda noua audientia deducta fuerunt ab informantibus pro DD. de Tassonis, qui postmodum sæpius citati in hac disputatione informare noluerunt.

R. P. D. LEONE VEROSPIO

Auenionen. fideicommissi.

Mercurij 26. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Donatio facta alicui pro se, hæredibus, & successoribus quibuscumque non comprehendit Nepotem hæredem non institutum; & licèt donatio facta contemplatione certi matrimonij, includat etiam filios, quamuis Patris hæredes non extiterint, id tamen, quando procedat egregiè explicatur, & argumenris & authoritatibus incontrarium adductis plenè satisfit.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria denegatur, quando articuli sunt irreleuantes.*

2 *Donatio stipulata Patri pro se, & hæredibus, non includit Nepotem, qui non est hæres institutus amplia vt ibidem, & num. 8.*

3 *Amplia si in donatione superaddita essent verba, &* successoribus quibuscumque *extraneos quoque hæredes includentia.*

3 *Donatio facta alicui pro se hæredibus, & successoribus quibuscumque non restringitur ex coniecturis ad solos sanguinis hæredes.*

5 *Donatio facta alicui pro se, hæredibus, & successoribus quibuscumque, extraneos etiam hæredes includit.*

6 *Donatio facta alicui pro se, hæredibus, & successoribus quibuscumque contemplatione certi motrimonij, includit etiam filios, quamuis Patris hæredes non extiterint contra vt num. 8.*

7 *Donatio facta alicui contemplatione matrimonij, pro se, hæredibus, & successoribus quibuscumque quandò comprahendat filios, quamuis Patris hæredes non extiterint.*

10 *in Feudo mixto requirente ad effectum successionis qualitatem hæreditariam, potest consanguineus illam obtinere aliunde, quamuis ab vltimo defuncto non sit hæres institutus.*

11 *Secus in bonis transitorijs ad hæredes extraneos.*

12 *Filij iu conditione positi ex coniecturis censentur vocati.*

13 *Secus concurrentibus vrgentioribus coniecturis.*

14 *Confessiones grauatorum pro fideicommissi inclusione plurimum attendi solent.*

15 *Confessiones grauatorum dum probantur erroneæ deseruire non possunt ad inducendam obseruantiam fideicommissi.*

16 *Fideicommissum ex partium credulitate induci non potest, in casu, quo à fideicommittente non fuit institutum.*

17 *Articuli dicuntur irreleuantes, quando articulatæ materiæ contrarium per fidem conuincitur.*

DECISIO XCVIII.

1 REMISSORIAM † iterum fore denegandam hodie Domini censuerunt. Ex eodem irreleuantiæ fundamento ponderato *in decisione præterita*, ac inde resultante quod Galli-
2 cum illud verbum *Hoirs*, † licet ex Regionis consuetudine ad solos sanguinis hæredes probaretur restrictum: Non tamen posset includere Petrum Ioannis donatarij nepotem à 10. anno Scipione vltimo Castri possessore non institutum hæredem. Quæ tamen qualitas hæreditaria omnino requirebatur in hac donatione per Donatarium stipulata *pro se, & hæredibus*, non autem eidem ac alijs à Donatore concessa, vt distinxit *Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. gloss. 9. par. 1. num. 10. Dec. Soccin. ac Surd. cæteriq. in præterita decisione deducti*, & nuperrime firmauit *Rota in Pisauren. donationis 8. Februarij 1647. coram R. P. D. meo Otthobono in §. sed etiam.*

3 Ponderatis præsertim † subsequentibus verbis donationis receptæ etiam *pro successoribus quibuscumque* extraneos quoque hæredes includentibus in hac indifferenti materia, *vt aduertit Molin. de ritu nupt. lib. 3. quæst. 85. num. 60. & 64. Marescott. variar. lib. 2. cap. 20. num. 7. Rot. dec. 586. nu. 2. & 3. par. 1. recent.* & alijs adductis Authoritatibus firmauit *Rota in Portuen. stagni 13. Iunij 1646 coram me.*

4 Quæ sanè verba † restricta dici non poterunt ex coniecturis ad solos Sanguinis hæredes, vt videtur censuisse *Menoch. in cons. 61. nu. 25. Mandell. cons. 382. num. 4. Card. Mantic. de tacit. lib. 23 tit. 18. num. 16. Thesaur. decis. 99. num. 22. Rot. in Bononien. de Maluetijs 14. Iunij 1621. coram bon. mem. Pironano:* Cum *DD. prædicti* vt patet ex eorum lectura, loquantur in feudo Nobili ad hæredes extraneos non transeunte, qui idcirco applicari non poterunt in hac indifferenti materia

5 ria donationis, † in qua verba illa, *& successoribus quibuscumque* extraneos etiam hæredes includere *ex plurium DD. auctoritate* probatum fuit *coram me in decis. huius causæ sub die* 30. *Aprilis* 1646.

6 Et licet † in donatione contemplatione certi matrimonij peracta filios ibidem censeri cōprehensos tanquam filios, quamuis patris hæredes non extiterint, videatur censuisse *Staiban.resol.*22.*Cutell. de donat.tom.*2. *disput.*1. *special.* 25.*num.*8.*Nogherol.allegat.*37.*num.*26. *Sanfelic. decis.* 102. & plures *alij ab Informantibus adducti*, eamque opinionem admisisse *Rot. in decis.* 127. *num.*4.*par.*6. *recent. & in Romana diuisionis* 10. *Iunij* 1641. *coram R.P.D. Cerro*.

Horum tamen auctoritates non visæ fue-
7 runt vrgere, † Quia vel procedunt in donatione facta patri simul ac filijs, & sic in 2. membro distinctionis supra firmatæ in quibus terminis loquitur *Sanfelic. & decis.*127.*par.*6.*recent.* Vel loquuntur ad certum effectum, vt donatio respectu filiorum censeatur irreuocabilis, & in his terminis loquitur *Staiban. & Rot. in Romana diuisionis coram R.P.D. meo Cerro*; Non
8 tamen † auctoritates prædictæ concludunt filiorum, vocationem, qualitatem hæreditariam non obtinentium, & ita loquitur *Nogherol. allegat.* 37. & egregie *discusso articulo respondit Rot. in Pisauren. dontionis* 8.*Febr.*1647. *coram R.P.D. meo Otthobono in* §. *& quamquam, &* §. *sed etiā,* vbi respondet etiam auctoritati *Staibani, & Cutellij*.

9 Neque ad hunc effectum † Petro poterit suffragari, quod per eum non steterit, quin vltimi defuncti hæreditatem adierit iuxta opinionem in hoc tribunali receptam de qua testatur *Rot.decis.*499.*num.*5. & pluribus *relatis auctoritatibus in decis.*38.*num.*12.*par.*5. *recent.* Cum decisiones prædictæ loquantur in feudo mix-
10 to; † quo casu satis esse firmatur consanguineum qualitatem hæreditariam obtinere mediante persona suorum antecessorum, licet ab vltimo defuncto non fuerit hæres institutus
11 Ideoque locum obtinere † non poterunt in bonis transitorijs ad extraneos hæredes *pro successoribus quibuscumque* receptis.

Neque releuantia probationis petitæ remissoriæ deduci potest ex prima parte donationis
12 fauore Ioannis, † & filiorum concepta, ijsque decedentibus sine liberis pro Gabriele seniori, eiusque descendentia quasi Petrus pronepos Baptistæ tanquam in conditione positus vocatus censeatur ex coniecturis recensitis in *decisione coram me ab eodem reportata sub die* 26. *Ianuarij* 1645.

Præterquā enim coniecturæ prædictæ fuerunt reiectæ in altera *decisione sub die* 30. *Apri-*
13 *lis* 1646. *coram me*, † & ex contrarijs vrgentioribus coniecturis ibidem eneruatæ. Dum illæ ex ipsa dispositione eliciuntur non autem possunt per remissoriam elucescere, nec idcirco pro releuantia probationum valent deseruire.

Prout nec etiam argui valet eadem releuātia ex articulis continentibus obseruantiam
14 prætensi fideicommissi † ex confessionibus grauatorum, quæ pro eiusdem fideicommissi inclusione plurimum attendi solent, *vt notatur in l.minimè ff.de legib. & in cap. cum dilectus de consuetudine*.

15 Quia prædictæ confessiones † dum probantur erroneæ ex stipulatione pro hæredibus, & successoribus quibuscumque concepta, deseruire non poterunt ad inducendam obseruan-
16 tiam fideicommissi, quod † ex partium credulitate induci non potuit, in casu quo à Baptista fideicommittente non fuit institutum, vt præter relatos in decisione præterita aduertit *Fusar.cons.*169.*nu.*136. *Rot. in Florentina fideicommissi de Barbadoris* 25. *Iunij* 1640. *coram bon. mem. Coccino, & in Romana Casalis Aguzani* 27. *Iunij eiusdem Anni, &* 16. *Decemb.* 1641. *coram R.P.D. meo Royas*.

Pro cuius etiam exclusione releuantiæ ali-
17 qui † ex Dominis ponderabant exhibitam fidem plurium DD. à *Primicerio Auen.* subscriptam, ac *Iudicum* pariter Auenionen̄, ac *Rotæ Auditorum* eiusdem Ciuitatis, articulatam differentiam inter verbum, *Hoirs*, & verbum *Heritiers*, excludentium super qua potissimum exaduerso fundantur articuli remissoriæ petitæ.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. B I C H I O.

Neapolitana Cimiliarcatus.

Mercurij 26. *Iunij* 1647.

ARGVMENTVM.

Regula quarta Cancellariæ plene explicatur, & egregiè recensetur ex quibus dignoscatur, Dignitates quando sint primariæ necnè.

SVMMARIVM.

1 *Cimiliarcatus nihil aliud significat, quam officium Thesaurarij, vel Sacristæ.*
2 *Officium Thesaurarij, & Sacrista non est dignitas.*
3 *Dignitates non sunt nomina officij Ecclesiastici præter Archipresbyteratum, & Archidiaconatum.*
4 *Regula quarta Cancellariæ reseruat vnam dignitatem tantum scilicet Maiorem, vel duas si sunt æquè maiores.*
*Vndè ad hoc vt dignitas cædat sub regula concludenter probandum est quod sit maior, vel æquè maior num.*5.
6 *Enunciatiuæ quando sunt plures, & excedunt centum annos sunt magni momenti.*
7 *Tertius potest venire ad causam excludendo ius vtriusque Collitigantur.*
8 *Sententiæ Rotales excedentes centum annos probant etiam sine actis.*
9 *Sententiæ antiquissimæ faciunt vehementissimam præsumptionem contra tertium non citatum.*
10 *Res iudicata habetur pro veritate.*
11 *Nominatio in loco inferiori dat signum inferioritatis*
12 *Ordo in sedendo infert ordinem dignitatis.*
*Sedes primæ debentur dignioribus num.*12.
13 *Visitatio Ordinarij multum facit ad dignoscendam qualitatem, & statum beneficij.*

14 *Status vltimus beneficij attenditur ad dignoscendam reseruationem beneficij.*

Quod fortius procedit si in illo statu beneficium durauit quadraginta annos num. 15.

16 *Actus habens successiuam, & continuatam temporis continuationem inducit sufficientem præsumptionem.*

17 *Prouisus ex vacatione sui antecessoris dicitur agnoscere narratiuam litterarum illius.*

18 *Vltimus status non attenditur vbi perfecte constat de anteriori contrario.*

19 *Erectio beneficij in tempore anteriori probat prioritatem temporis, non dignoritatem.*

20 *A.C. in beneficialibus nullam habet Iurisdictionem.*

21 *Testes deponentes super fama publica reiciuntur tamquam non informati.*

Quando concurrant contra famam coniecturæ contrariæ.

22 *Scripturæ magis probant quam testes.*

23 *Dignitas non potest dici Maior, ex eo quod gaudeat aliquibus prærogatiuis.*

24 *Dignitates quando sunt plures tunc si primæ non possunt cadere sub reseruatione regulæ Cancellariæ.*

Prima sequentium cadit sub regula.

25 *Optio non competit nisi per consuetudinem vel per statutum, aut priuilegium Papæ.*

26 *Dignitas in Cathedrali licet non sit maior post Pontificalem.*

Si tamen habeat sub se canonicos in collegiatis est de reseruatis.

Quod procedit quando Collegiata Ecclesia sit actu distincta à Cathedrali ibid. num. 26.

Regula quarta Cancellariæ declaratur numer. 26. & 27.

DECISIO XCIX.

REGVLA tertia hodie quarta Cancellariæ in prima parte reseruat collationi Summi Pontificis dignitates maiores post Pontificalem in Cathedralibus, necnon principales in Collegiatis Ecclesijs, & ex vtroque capite informantes pro D. Abbate Vrsio, qui fuit prouisus de Cimiliarcatu Cathedralis Ecclesiæ Neapolitanæ tanquam de reseruato illius reseruationem deducebant, nempe quia Cimiliarcatus sit in Cathedrali maior dignitas post Pontificalem, vel principalis in Collegiata; ideo proposui hodie discutiendum an Cimiliarcatus cadat sub reseruatione, & negatiuè Rota respondit.

Omisso enim an Cimiliarcatus de sui natura sit dignitas, vel officium cum in lingua Græca, à qua deriuat Cimilia sint Vasa sacra, Sanctorum Reliquiæ, & alia pretiosa, in qui-
1 bus consistit thesaurus Ecclesiæ. † Vnde Cimiliarcatus nil aliud significat, quàm officium Thesaurarij, seu Sacristæ, *glos. in l. final. verb. in Cimiliarchio Cod. bon. auth. iud. possid. Host. in summ. de offic. sacris post princip. vers. vocatur, & in cap. ea quæ, num. 1. de offic. Archidiacon. Petr. Gregor. Syntagm. iur. lib. 15. cap. 39. num. 4. Marsil. de ecclesiast. reddit. part. 2. cap. 12. num. 18.* quod de iure com-
2 muni non † sonat in dignitatem, *Aretin. consil. 23. num. 4.* vbi quod nulla nomina officij Ecclesiastici de iure communi sonant in dignita-
3 tem, † nisi Archidiaconatus, & Archipresbyteratus, *Germon. de indul. Card. §. etiam si sæcularia num. 19. fol. 450. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 27. numer. 27.*

Quia regula quarta non reseruat omnes dignitates, sed vnam tantum illam videlicet, quæ in Cathedrali sit prima post Pontificalem
4 vel principalis in Collegiata, † nisi adsint duæ æquè maiores, & æquè principales, vt in regula tertia Cancell. notat *Mandos. quæst. 3. num. 2. vers. contrarium, & per tot. quæst. 4. sub num. 7. & per tot. Gonzal. super reg. 8. glos. 21. num. 7. Garz. de benef. par. 5. cap. 1. num. 262. & seqq. Barbos. de potest. Episc. alleg. 57. num. 100. & seqq. Castropal. oper. moral. tom. 2. tract. 13. disp. 2. punct. 19. num. 3.* Non sufficit probare, quod Cimiliarcatus sit dignitas, sed vltro probandum est, quod sit prima post
5 Pontificalem in Cathedrali, † aut principalis in Collegiata, vel coæqualis primæ, ac principali, & quidem per probationes plenas, & necessarias, *Put. decis. 265. lib. 3. Caualer. decis. 266. num. 6. decis. 46. num. 3. & 4. part. 2. diuers.* & in terminis huius regulæ *Add. ad sanct. mem. Greg. XV. decis. 411. num. 5. in fin. Rot. decis. 143. num. 1. part. 7. recent.*

Tantum autem abest huiusmodi probatio, quod immo in contrarium dantur. Primo tres enunciatiuæ, quod prima dignitas in Ecclesia Cathedrali Neapolitana sit Primiceriatus, altera videlicet in litteris Leonis Decimi de Anno 1521. summ. Iuenis num. 1. altera Pauli Tertij de Anno 1538. summ. ibid. num. 2 tertia Vincentij Cardinalis Caraffæ Archiepiscopi Neapolitani de Anno 1539. summ. nu. 3.
6 quæ cum sint plures diuersarum personarum, & excedant metam centum annorum maximi momenti sunt, *Felin. in cap. tum causam num. 4. de probat. Seraphin. decis. 1334. num. 2. Put. decis. 149. num. 2. lib. 3. Rot. decis. 91. num. 2. in fine part. 1. recen.* & in terminis ad probandam qualitatem beneficij *decis. 163. num. 2. decis. 202. num. 1. part. 1. ibidem.*

Secundo tres sententiæ Rotales latæ super maioritate inter Primicerium, & primum Diaconum eiusdem Cathedralis, in quarum prioribus dictum fuit Primiceriatum esse primam dignitatem, in tertia vero ab illis recedendo ex nouiter deductis pronunciatur corã Mohedano, quod prima dignitas post Pontificalem residet penes primum Diaconum, & quamuis latæ fuerint non citato Cimiliarca, quia tamen ob rei qualitatem, ac diuturnitatem temporis quo lis durauit impossibile est, quod Cimiliarca illarum scientiam nõ habuerit, & admodum inuerisimile, quod si sibi in Ecclesia maioritas fuisse debita ad causã vtrũ-
7 que exclusurus se admitti non fecisset, † vt poterat *Ioan. Andr. in cap. 2. num. 1. vers. si vero, & ibi Gemin. sub num. 4. vers. si vero vt lit. pend. in 6. Facchin. controu. iur. lib. 1. cap. 5. add. ad Greg. XV. decis. 259. num. 7.* multum deferendum videtur dictis
8 sententijs, † quæ propter antiquitatem ferè centum annorum probant etiam sine actis, *Cassad. decis. 3. num. 5. de procor. Put. decis. 328. lib. 2. in corr. Rot. decis. 143. num. 8. par. 2. diuers. & in Auximana sepulturæ 28. Maij 1646. coram R.P.D. meo Arguelles*, ac etiam contra tertium non citatũ fa-

9 faciunt vehementissimam † præsumptionem
boni iuris *Seraphin.decis.* 1422. *sub num.* 8. præ-
sertim stante antiquissima possessione primi
10 Diaconi, & re iudicata, † quæ pro veritate
habetur *l.res iudicata* 208. *ff.reg.iur.Surd.consil.*166.
*num.*13.*Rot.decis.*404.*num.*1.*par.*1. *recent.* necnon
pluribus actibus capitularibus ab Anno 1562.
datis in Summ. Iuenis num.6.in quibus ipso
Cimiliarca præsente, & acquiescente post pri-
mum Diaconum Primicerium, & alios, nō-
minatur sexto, vel septimo loco Cimiliarca,
11 quod † est signum eius inferioritatis *Mandos.*
*consil.*27.*num.*5.*Cassan.in Cathalogo glor. Mund.par.*
*prima consider.*17.*Gonzal.super regul.*8.*Cancell.glos.*
5.§.7.*num.*31.*Grammat.decis.*64. *num.* 28. *addit. ad*
Gregor. XV. decis. 411. *sub numero* 5. *uersiculo &*
numeratio, Rota *decisione* 322. *numero* 5. *part.* 6.
recent.

Tertio accedit visitatio Ordinarij de Anno
1582. summ. num. 5. in qua habetur, quod
Cimiliarca habet dignitatem, non tamen in-
ter Canonicos, sed tantum inter hebdomada-
rios, quodque ille sedet in quinta sede, ex or-
dine enim sessionis infertur ad ordinem digni-
12 tatis,† quia dignoribus primæ sedes debentur
*Cardin.consil.*30.*num.*7. *Lotther. de re benefic. lib.* 2.
*quæst.*33.*num.*50.*Grammat.dicta decis.*64. *numer.*20
*Seraphin.decis.*1445.*num.*3.*Rot.decis.*518. *sub nu.*3.
*par.*1.*diuers.decis.* 310.*num.*3.*& ibi add.num.* 9. *co-*
ram san.mem. Greg. XV. & multum deferri solet
13 visitationibus ordinariorum, † quia tunc in-
quirunt de qualitate,& statu beneficiorum suæ
Diœcesis, *Cassad. decis.*2.*nu.*3.*de caus.poss.& propr.*
*Seraphin.decis.*780.*num.*1.*Greg.XV. decis.*482.*nu.*6.
& in his terminis *Rot.dec.*465.*nu.*3.*part.*4. *tom.*3.
recent.

Quarto dirimit omnem controuersiam vl-
tima prouisio huius Cimiliarcatus facta à Gre-
gor. XIII. in personam Octauij Floriani cum
explicita assertione, quod Cimiliarcatus non
est dignitas maior post Pontificalem summ.
14 num. 11. nam † vltimus status attenditur pro
dignoscenda qualitate beneficij ad effectum in-
cludendæ, vel excludendæ reseruationis, *Cal-*
*derin.cons.*23.*de probat.Put.decis.*206.*nu.*1.*Caualer.*
*decis.*639.*num.*9.*Rot.decis.*2.*de præbend.in nou. decis.*
154.*num.*3.*& seqq.par.*1.*decis.*340. *numer.* 5. *par.* 3.
recent. & in puncto regulæ quartæ *decis.*465.*nu-*
*mer.*1.*decis.*633.*num.*4.*part.*4.*tom.*3.*decis.*143.*nu.*2.
15 *&* 20.*part.*7.quo magis,quia Florianus sic† pro-
uisus possedit Cimiliarcatum per quadraginta,
& amplius annos ad tradita per *Abb. in cap. fin.*
num. 17. *uers. distingue tamen de consuetud.* vbi ait
16 quod vnus actus † si habet causam successiuā,
ac temporis requisiti continuationem inducit
sufficientem præsumptionem, eumque sequi-
tur *Dec.consil.*134.*sub num.*1.*circa fin.uers. ut notat.*
*Abb.Rot.decis.*290. *num.* 8. *&* 9. *part.* 5. *recent.* Et
quia agitur contra Abbatem Vrsium,qui cum
veniat ex vacatione per obitum dicti Floriani
prouisi da Cimiliarcatu vti non maiori digni-
17 tate videtur agnouisse huius assertionis,† alio-
rumque in litteris Apostolicis Floriani nar-
ratorum veritatem, ac iustificationem, *Rota*
*dec.*311.*sub num.*2.*part.*3 *recent.decis.*465.*sub nu.*7.
par. 4. *tom.* 3.

Non obstat quod vltimus status non atten-
18 datur,vbi constat de anteriori contrario,† quia
hoc procedit quando de anteriori statu contra-
rio constat per probationes perfectas, secus si
per imperfectas, vt benè declarauit Rota *dicta*
*decis.*465.*num.*7.*par.* 4. *tom.* 3. *recent.* quales sunt
exaduerso adductæ siquidem antiquus Codex
Ecclesiæ, quem sequuti fuerunt aliqui scripto-
res historiarum refert solum, quod Cimiliar-
catus fuit à S. Siluestro ante alias dignitates
19 erectus, † quod conuincit prioritatem origi-
nis, sed non dignoritatem, vbi aliæ dignita-
tes adsunt maioris præheminentiæ, *Ioan.de Ana.*
*in c.de multa n.*21.*in fin.de præben.Pacian. de probat.*
*lib.*2.*cap.*27.*nu.* 11.

Testes deponentes de communi reputatio-
ne, & fama quod Cimiliarcatus sit prima di-
gnitas,præter quod patiuntur exceptiones per-
sonales, & fuerunt examinati vigore remisso-
20 rialium A. C. carentis † prorsus iurisdictione
in beneficialibus, *Acchill.decis.*24.*de appellat.Coc-*
*cin.decis.*169.*num.*1.*Rota inter recent.decis.*271. *nu-*
*mer.*4.*par.*1. non releuant, quia contrarium ap-
paret ex scripturis supra deductis, & commu-
nis reputatio, & fama quantumcumque in an-
tiquis non suffragatur concurrentibus con-
21 trarijs coniecturis, † tunc enim non est incon-
cussa, & constans apud omnes, vt requiritur,
& testes de ea deponentes conuincuntur si nō
de mendacio, saltem de non sufficienti infor-
matione, *Rot.decis.*176.*num.*6.*par.* 1. *diuers. decis.*
182.*num.*7.*par.*1.*recent.decis.*325.*num.*17.*&*18.*co-*
*ram Gregor.XV.decis.*6.*num.*5.*coram Cardin. Caua-*
22 *lier.* magisque † standum est scripturis, quam
Testibus, *l. census, ff. probat. glos. in capit.* 3. *loco*
*verb. testium eod tit. Roman.cons.*319.*num.*1. *Cassan.*
cons. 16. *numero* 1. *Rota decis.* 64. *num.* 17. *par.* 5.
recent.

Tandem quod Cimiliarcatus gaudeat ali-
quibus prærogatiuis recensitis in libro Eccle-
siæ Neapolitanæ summ. Vrsij num. 10. non ef-
23 ficit, † vt sit dignor alijs dignitatibus ei usdem
Ecclesiæ habentibus alias præheminentias su-
perius adductas, vt in puncto ad effectum re-
gulæ quartæ respondit *Gonzal.super regul.*8.*glos.*
51.*nu.*56. quominus dum in vltimo statu con-
tinuato vltra quadraginta annos Cimiliarcatus
non fuit collatus, & possessus tanquam prima
dignitas.

Rursus non obstat quod cum Primiceriatus
& primus Diaconatus sint expertes reseruatio-
nis regulæ quartæ, ille quia est de iurepatrona-
tus laicorum, hic quia subiacet optioni se-
quens dignitas, & sic Cimiliarcatus cadat sub
24 regula, † vt bis Rota resoluit in *decis. relat. à*
*Garz.de benef.part.*5.*cap.*1.*num.*270. & in his ter-
minis tradit *Lotther.de re benef.lib.*2.*quæst.*33.*n.*43.
Tum quia non fuit probatum,quod Cimiliar-
catus sit tertia dignitas,immò apparet Cimi-
liarcam sedere 5. 6. & 7. loco, & ipse Liber
Historiæ Cioccarelli exaduerso relatus summ.
Vrsi num. 7. narrat Cimiliarcam habere vlti-
mum locum inter septimum Canonicos Præ-
sbyteros præbendatos. Tum etiam quia quo-
ad primum Diaconatum actus, qui dantur in
summ. Vrsi num. 22. non concludunt optandi
con-

25 consuetudinem, sine qua, † aut particulari statuto, seu priuilegio Apostolico, optio non competit, vt notat. *Doct. in cap. fin. de consuet. in 6. Gonzal. super reg. 8. glos. 34. numer. 12. & 13. Monet. de option. cap. 2. num. 1.* & in dubio reseruatio impedit optionem *Paris. cons. 10. num. 5. lib. 4. Gonz. dicta glos. 34. numer. 2. Azor. instit. moral. par. 2. lib. 6. cap. 26. quæst. 14. vers. porro Paul. Granut. in addit. ad Simonett. de reser. quæst. 45. litt. B. & quæst. 54. num. 6. Put. decis. 4. lib. 2.* cum alijs pleno calamo congestis à *Monet. de option. cap. 3. num. 41. & seq.*

Quo vero ad aliud caput reseruationis ex quo Cimiliarcatus sit principalis dignitas in
26 Collegiata admiserunt Domini, † quod dignitas existens in Cathedrali non maior post Pontificalem, si ex indulgentia Sedis Apostolicæ, aut aliquo alio iure habet sub se Canonicos in Ecclesia Collegiata, ibique principalis dignitas sit, cadit sub regula quarta quando Ecclesia Collegiata est actu distincta à Cathedrali, in quibus terminis loquitur *Garz. de benef. part. 5. cap. 1. num. 260. Gonz. glos. 51. num. 55. Barbos. de potest. Episcop. allegat. 57. num. 98. Lotther. de re benef. lib. 2. quæst. 33. numer. 2. & 22. Monet. de option. cap. 3. sub num. 59.* non autem quando Collegium, cuius talis dignitas est caput existit in ipsa Ecclesia Cathedrali prout existit Collegium hebdomadariorum, cui preest Cimiliarca, quia Papa non reseruauit principales dignitates in Collegijs, sed in Ecclesijs Collegiatis ibi principales in Collegiatis Ecclesijs; Vnde vt intret reseruatio inspiciendum tantummodo est an Ecclesia sit Cathedralis, vel Collegiata, non attento an in Cathedrali vltra Capitulum Canonicorum adsit etiam Collegium Beneficiatorum, cum Papa in eadem
27 Ecclesia vno tantum † lumine voluerit priuare ordinarios collatores, vt post *Mandos. tradit Gonz. glos. 21. num. 7. Garz. & alij relati à Castropol. oper. moral. tom. 2. tract. 13. disp. 2. punct. 19. num. 3.*

Ex quibus reiecta opinione *Lotther. dicta quæst. 33. num. 58.* qui fuit Aduocatus pro Cimiliarca in causa tunc pendente in Rota decisum fuit vtraque parte informante Cimiliarcatum non cadere sub reseruatione, &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Capritana Decimarum.

Mercurij 26. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Remissoria in causa decimarum datur sine fumo, quando materia articulata est releuans, & ex quibus cognoscatur materiam esse releuantem.

SVMMARIVM.

1 *Causa decimarum est prophana.*
2 *Causæ omnes sunt prophanæ etiam si sint spirituales exceptis illis, quæ sunt super titulo beneficii.*
3 *Remissoria in causa Decimarum datur sinè fumo.*
4 *Fumus non est necessarius in causa prophana pro obtinenda remissoria.*
Intellige quando materia articulata sit releuans, & num. 5.
6 *Releuantia vnius articuli in causa prophana est sufficiens ad remissoriam obtinendam.*
7 *Rota in concessione remissoriæ non est rigorosa.*
8 *Fumus sufficiens ad obtinendam remissoriam ex quibus oriatur.*
9 *Calumniæ præsumptio non obstat quando datur fumus materiæ articulatæ.*
10 *Remissoria ad hoc ut concedatur sufficit probatio etiam informis.*
11 *Decimæ an sint soluendæ nec nè consuetudo est attendenda.*
12 *Decimæ à Clericis per spatium quadraginta annorum præscribuntur.*
13 *Releuantia Articulorum ad effectum obtinendi remissoriam in causa decimarum ex quibus resultet, & num. 14.*
15 *Exemptio à decimis consuetudine præscribitur.*
Fortius si consuetudo sit immemorabilis, & numer. 16.
17 *Reseruatio nihil noui tribuit sed intelligitur quatenus alias ius reseruatum competeret, & n. 18.*
19 *Verbum debita quando dicatur stare enunciatiuè, & conditionaliter.*
20 *Episcopus prætendens decimam ex quacumque causa debet prius illam probare.*
21 *Obseruantia declarat donationem, & mentem donantis.*
22 *Verba pro fundanda intentione actionis debent esse clara.*
23 *Probationes non sunt angustandæ.*
24 *Episcopus non habet assistentiam iuris pro decimis stante distinctione parochiarum.*

DECISIO C.

PRAETENDENTE Reuerendissimo Episcopo Ciuitatis, seu Insulæ Capri, sibi, vel eius maiori Ecclesiæ deberi decimam partem reddituum bonorum comprehensorum in donatione de Anno 1371. facta à recol. mem. Ioanna Regina Hierusalem, & Siciliæ, &c. Vener. Monasterio, & Monacis S. Iacobi Ordinis Carthusieñ constructo, & erecto in dicta Ciuitate, in qua donatione concessit, & donauit non solum quædam bona, terras, redditus, & iura, quæ q. Iacobus de Arcutia post donationem sibi factam à Regina, renunciauit, ac cessit eidem, sed etiam omnia, & singula alia iura Curiæ, Baiulationis Ciuitatis, & Insulæ Capritanæ, videlicet Terrarum cultarum, & incultarum, ac reddituum Procellarum, Pecuniæ Maris, scannaturæ Porcorum, quartutiarum frumenti, olei, & quædam alia iura ad ipsam Baiulationem spectantia; *reseruato tamen suæ Curiæ super Baiulatione ipsa Banco, seu Scannello iustitiæ, quod ex causa exceptuandum duxit in eadem, necnon Decima debita maiori Ecclesiæ Capritanæ, &c.* D. Episcopus habuit recursum ad Sanctiss. D. N. qui causam consequutionis decimarum remisit Sac. Congregationi Eminentiss. & Reuerendiss. DD. Cardinalium, Episcoporum, & Regularium negocijs prepositorum,

rum, & cum deinde S.D.N. mandauerit, quod in causa procedatur cum voto Rotę, transmissio. Mihi ab eadem Sac. Congregatione deputato, dubio aliàs inter partes concordato, An Episcopo, seu maiori Ecclesiæ Capritanæ, *ultra Decimam, Decimæ piscium*, debeatur etiam decima supra omnibus bonis, quæ dictum Monasterium, & Monaci S. Iacobi possident ex donatione Reginæ Ioannæ in casu, &c. Eoque proposito sub diebus 15. Martij, & 17. Maij currentis anni, & non resoluto, cum DD. vtraque parte audita mandauerint, quod informaretur strictè super consuetudine vniuersali non soluendi decimas in Insula Capritana, quam Monasterium, & Monaci allegabant vigere in dicta Insula. De ordine eiusdem Sac. Congregationis hac die 26. Iunij proposui dubium, An Monasterio, & Monacis esset concedenda remissoria ad effectum probandi allegatam consuetudinem vniuersalem non soluendi decimas, quod stante releuantia materiæ articulatæ, affirmatiuè, pro concessione remissoriæ fuit resolutum.

Regula enim est, passim per Rotam cano-
1 nizata, remissoriam in causa decimarum, † vti prophana, *Caputaq. decis. 99. par. 1. san. mem. Gregor. XV. decis. 403. numer. 1. bon. mem. Card. Caualer. decis. 258. num. 2.* quia in Rota, omnes causæ reputantur prophanæ, etiam quæ sunt spiritua-
2 les, † & illæ solæ sunt beneficiales, quæ super titulo beneficij commissæ sunt, *Rot. corom Caput. d. decis. 99. par. 1. coram Scraph. decis. 1355. nu. 9. coram san. mem. Gregor. XV. decis. 562. in Ferrarien. pensionis 4. Iulii 1646. coram Me, in §. quia causa est prophana, & in Tullen. nullitatis matrimonii 18.*
3 *Martii præteriti coram Me*; indistinctè, † & sine fumo esse dandam. Quia in materia propha-
4 na, † & in prima instantia fumus non est necessarius, *Rot. coram san. mem. Gregor. XV. dec. 174. num. 1. coram bo: mem. Caualer. decis. 258. nu. 1. & 2. in rec. decis. 183. num. 1. par. 4. decis. 177. numer. 2. decis. 315. num. 1. par. 6. rec.* cum alijs allegatis *in Toletana decimarum de Capilla 1. Aprilis 1639. coram Eminentiss. Card. Verospio, & in dd. Ferrarien. pensionis, & Tullen. nullitatis matrimonii coram Me*,
5 quando materiæ articulatæ † sunt releuantes, *Put. decis. 101. Caput. decis. 68. par. 3.* & si hoc verum in quacunque instantia, vt dicit *Caput. d. decis. 68. par. 3.* fortius procedit in prima, in qua denegare remissoriam esset tollere probationes reò, nimisque durum, quod ex discussione causæ primæ instantiæ in Curia auferretur facultas probandi in partibus, & ad illius concessionem sufficere solam releuantiam vnius articuli, cum qualitas causæ prophanæ non
6 exigat releuantiam omnium articulorũ, † sed vnius, vel alterius releuantia sufficiat pro omnibus articulis, *Cassad. decis. 5. in fin. de sequestran. possess. san. mem. Gregor. XV. decis. 124. num. 3. & decis. 403. num. 3. inter eius impressas, Rot. in recent. decis. 167. num. 2. & 315. num. 1. par. 6. recent.* & Rota
7 in concessione remissoriæ non est rigorosa, † vt fuit dictum *in Gerunden. Scribaniæ 26. Februarii 1628. in §. 1. uers. quamuis, coram bon. mem. Merlino, & in Romana Societatis de Rotignis 15. Nouembris præteriti coram me*. Sed in pręsenti res caret difficultate, stante fumo probationis articulatæ, resultante ex testibus ad perpetuam rei memoriam examinatis, ex inuentario bonorum, & iurium Ecclesiæ, in quo nulla alia reperitur adnotata decima, quam decima decimæ Piscium. Et ex eo, quod nec D. Episcopus aliam decimã, quam bonorum donatorum prætendit, ex quibus quatenus requireretur, † oritur
8 fumus sufficiens ad hunc effectum, *Cassad. decis. 3. num. 2. de dilat. Rot. coram bo: mem. Caualer. decis. 368. num. 1. coram san. mem. Gregor. XV. dec. 163. num. 1.* & passim in alijs. Vnde, cum detur fu-
9 mus materiæ articulatæ, † non obstat pręsumptio calumniæ, *Caput. decis. 56. num. 3. par. 3. Rot. in Romana seu Veliterna affictus 4. Iulii 1646. coram R. P. D. meo Bichio, & in d. Romana Societatis de Rotignis coram Me in §. omnis suspicio*, vbi ad hunc
10 effectum dicitur sufficere probationẽ † quamcunque informem, etiam leuissimam, eoque minus, quando articuli sunt releuantes, vt dixit *Rota in dicta Romana Societatis de Rotignis*.

De releuantia non dubitarunt DD. quia Rota sub dictis diebus mandauit videri strictè de consuetudine vniuersali, & articuli tendunt ad illam probandam, eo enim ipso, quod agitur de probanda consuetudine non soluen-
11 di decimas, quæ in materia decimarum † præcipuè attenditur *cap. in quibusdam, in fin. junct. glos. in uerbo loci consuetudine cap. cum sint homines, cum glos. in uerb. ad consuetudinem, cap. ad Apostolicæ, ibique glos. in uerb. consuetudo de decimis*, & in terminis de decimis prætensis ab Episcopo, quod
12 suffragetur † Clericis quadragenaria, est *text. in cap. de quarta de præscript.* & dum articulatur etiam immemorabilis consuetudo non soluẽdi decimas, cum omnibus requisitis, de quibus *per glos. in c. 1. uerb. memoria de præscript. in 6.*
13 non potest in dubium † conuerti releuantia articulorum, vt tenuit *Rot. in Tirasonen. decimarum 24. Maii 1610. coram bo: mem. Pirouano, quæ est decis. 303. num. 3. post 2. uol. cons. Farin.* ob hanc solam rationem aliàs Rota censuit constare de
14 releuantia † ad effectum concedendi remissoriam *in Toletana decimarum 27. Iunii 1608. coram Attrebaten.* & pro Patribus Carthusianis Valentiæ *coram bo: mem. Card. Caualer. d. decis. 258.* consuetudine vero præscribi posse exemptio-
15 nem à decimis †, dubitari non potest ex allegatis *à Moneta de decimis cap. 5. quæst. 5. nu. 106.* vbi in specie loquitur de exemptione perso-
16 narum Ecclesiasticarum, † eo facilius, quando consuetudo est immemorabilis, *Gemin. in cap. 2. §. cæterum num. 10. de decim. Vasq. controu. illustr. lib. 2. cap. 89. Valenzuel. cons. 146. numer. 12. lib. 2.*

Non obstat, quod cum constet de initio contrario ex instrumento dictæ donationis Reginæ Ioannæ, cum *reseruatione Decimæ debitæ Maiori Ecclesiæ Capritanæ*: non possit probari immemorabilis, quia illa verba, (*Necnon Decima debita Maiori Ecclesiæ Capritanæ, &c.*) apposita in donatione, non important nouam dispositionem, seu specialem constitutionem *Decimæ spiritualis ad fauorem Maioris Ecclesiæ* super

per

per bonis Carthusiæ donatis ex vulgari regu-
17 la, quod reseruans nihil de nouo dat, † sed reseruatio intelligitur quatenus aliàs ius reseruatum competeret, *Oldrad. cons. 214. num. 2. & 3. Aymon. cons. 15. num. 2. & cons. 144. num. 5. Rot. coram sa: mem. Gregor. XV. decis. 398. numer. 6. coram Comit. decis. 75. num. 12. & inter recent. decis. 202. nu-*
18 *mer. 6. par. 4.* reseruatio enim nihil tribuit, † sed tantum conseruat illud ius, quod competit *l. 4. §. si in venditione ff. quibus modis, ius vel hypotec. soluatur,* cum aliis per *Giouagn. cons. 27. nu. 2. lib. 1.* Nec important probationem, quod decima prius Ecclesiæ Maiori ex iisdem bonis deberetur, nisi aliàs debita probetur, quia verbum
19 illud (*debita*) stat enunciatiuè, † & conditionaliter, quatenus scilicet *debeatur* iuxta theoricam, *Bart. in l. si quis legauerit ff. de leg. 1.* quam Bartoli sententiam communiter recipi dicit *Ias. ibid. in fin. Alex. cons. 28. numer. 6. ante medium, vers. & sic patet lib. 1. Cæsar. Manent. decis. 1. num. 37* & refert *Rot. in Romana vineæ 2. Maii 1644. coram R. P. D. meo Bichio §. sed his non obstan.* ponderando præsertim, quod Regina non reseruauit simpliciter decimam, sed *decimam debitam*, & sic quatenus *aliàs debeatur*, itaut D. Episcopus fundans se in donatione teneatur probare deci-
20 mam etiam alias deberi †, vt in terminis similis reseruationis fuit dictum *in Comen. decimarum 18. Maii 1611. coram bo: mem. Card. Sacrato,* necnon accedente obseruantia longissimi tẽporis, cùm nusquã hactenus Monasterium, & Monaci soluerint Maiori Ecclesiæ decimam vniuersalem hodie prætensam per D. Episco-
21 pum, † quæ obseruantia declarat quatenus opus sit, verba donationis, & mentem Reginæ donatricis, vt per *Honded. cons. 92. num. 27. lib. 1. Rot. decis. 257. in fin. par. 2. diuers. decis. 448. numer. 3. par. 1. recent. decis. 14. num. 4. & decis. 247. numer. 7. par. 7. recent.* & quemadmodum respectu *Decimæ Piscium* illa fuit soluta, ita soluta fuisset decima vniuersalis de cæteris fructibus, si ex donatione Reginæ debita fuisset; Et in omnem casum satis est, confessionem dictæ Re-
22 ginæ in donatione non esse ita claram, vt † ex ea possit dici probata intentio D. Episcopi, *Rot. decis. 443. num. 8. par. 1. & coram bo: mem. Buratt. decis. 183. num. 19.*

Neque quidquam facit, quod hæc probatio fieri possit in Curia mediante reiterato examine testium in Curia ad perpetuam rei memoriam examinatorum, cum satisfaciat responsio, ipsos non esse ætatis habilis ad probandam immemorabilem, nec esse coangu-
23 standam † probationem Monasterio, & Monacis, nec imputandum, si vno, vel alio modo intendunt probare, *Rot. coram san. mem. Gregor. XV. decis. 276. num. 3.* qui etiam intendunt probare distinctionem Parochiarum, ex qua subuertitur allegata assistentia iuris pro Epi-
24 scopo, † cum imò habeat resistentiam, *Seraphin. decis. 802. per tot.* nisi probet distinctionem Parochiarum, prout ipse probare debet, vt latè firmauit *Rota in Pacen. decimarum 29. Martii 1610. coram bo: mem. Card. Sacrato,* quæ est *decisio 270. per tot. par. 3. recent.* De qua distinctione Parochiarum testes tanquam non informati nihil deposuerunt in eorum examine ad perpetuam rei memoriam in Curia facto.

Et ita pro concessione Remissoriæ placuit DD. respondere.

R. P. D. CORRADO.

Postea S. R. E. CARDINALI.

Hispalen. Decimarum.

Mercurii 26. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Remissoria conceditur stante releuantia materiæ articulatæ, & ex quibus in causa exemptionis decimarum resultet releuantia materiæ: Iesuitæ illorum Collegia, & Scolastici approbati sunt verè, & non fictè mendicantes. Examen nouum quando admittatur post didicita testificata.

SVMMARIVM.

1 *Causa decimarum est prophana.*
Causæ omnes in quibus non agitur de titulo beneficii sunt prophanæ, & num. 1.
2 *Remissoria in causa decimarum conceditur stante releuantia materiæ articulatæ. Etiam non concurrente veritatis fumo.*
3 *Releuantia materiæ articulatæ ad effectum obtinendi remissoriam in causa exemptionis decimarum ex quo resultet, & num. 4.*
5 *Articuli ad effectum probandi immemorabilem quid continere debeant.*
6 *Articuli non perfectè formati bene possunt per testes rectius explicari.*
7 *Libertas exemptionis decimarum quomodo acquiratur.*
8 *Immemorabilis destruitur quando datur initium actus.*
9 *Transactio exti nguit litem.*
10 *Lis intentata super vno iure particulari non obstat aliæ liti intentatæ super iure vniuersali.*
11 *Actus excludentes consuetudinem vniuersalem decimandi.*
Non tamen excludunt consuetudinem particularem vnius Diœcesis.
12 *Probationes non sunt impediendæ ex eo quod altera partium velit probare contrarium fortius si probationes petitæ habeant relationem ad aliam anteriorem probationem imperfectam, & num. 13.*
14 *Doctori asserenti de consuetndine non est credendum.*
Præcipue ad effectum denegandi remissoriam pro contraria probatione facienda, & ibid.
15 *Iesuitæ sunt verè, & non fictè mendicantes, & numer. 19.*
Quod amplia etiam ad illorum Collegia, & Scolasticos approbatos, & num. 16. & 17.
17 *Scolastici approbati in Collegiis Iesuitarum tenentur mendicare, & quando.*
18 *Scolastici approbati in Collegiis Iesuitarum Capitulum celebrare non possunt. Sed omnis facultas agendi residet pœnes Præpositum generalem.*

19 *Iesui-*

19 *Iesuitarum præcipuum institutum inarctissima paupertate constitutum est.*
20 *Pius V. in eius constitutione sub datum 3. Kal. Maii 1566.*
Non addidit nouas qualitates Societati IESV sed solum illas explicauit.
21 *Declaratio Pontificis pro lege seruari debet.*
22 *Scolastici approbati in Collegiis Iesuitarum non esse uerè de Societate sed in uia ad illam quomodo intelligendum.*
23 *Exemptio immemorabilis à solutione decimarum probata ad fauorem omnium mendicantium.*
Comprehendit etiam religiones successiue institutas, & num. 25.
24 *Exemptio immemorabilis à solutione decimarum habet uim legis.*
25 *Lex respicit futura.*
26 *Constitutio uirtute clausularum non potest extendi ad reuocationem aliarum constitutionum.*
Quarum in ipsis litteris nulla mentio facta fuit.
27 *Constitutio secundum limites principalis dispositionis debet moderari, & restringi.*
28 *Clausulæ quamuis prægnantes non possunt supplere intentionis defectum. Præcipue in eis de quibus non constat principem habuisse notitiam.*
29 *Pontifex derogando consuetudini non censetur derogare immemorabili, & num. 32.*
30 *Pacta legitima non comprehenduntur sub uerbis generalibus.*
31 *Titulus melior de mundo potest allegari ab habente immemorabilem.*
33 *Concessa in fauorem non debent retorqueri in odium.*
34 *Breue ad hoc ut non dicatur superfluum sat est, quod aliquid operetur.*
35 *Examen nouum admitti non debet postquam didicita fuerunt testificata.*
Fallit quando petitur per uiam restitutionis in integrum, ibid. num. 36.
Item fallit quando articuli sunt diuersi, ibid. numer. 37.
Fallit quando non sunt claræ, & requirunt interpretatienem, num. 39. & 40.
Item fallit quando exceptio oritur ex uentre ipsarum litterarum, num. 41.
42 *Probationes in dubio melius est concedere quam coarctare.*
43 *Releuantia ad effectum concedendi remissoriam remittitur arbitrio Iudicis.*

DECISIO CI.

ATTENDENTES Summi Pontifices Paulus III. & Pius IV. san. mem. multiplices, & vberes animarum fructus, quos Venerab. Societas IESV vsque ab eius orientis Institutionis initio in Populo Christiano in dies producebat, dignum censuerunt, vt illi plura concederentur priuilegia, inter quæ illud specialiter recensetur, vt de domibus, Collegijs, ac prædijs, bonis alijsque locis eisdem socijs iuxta eorum viuendi institutum haberi concessi, Decimam aliquam etiam Papalem soluere, seù canonicam portionem exhibere, &c., non teneantur, &c. Eamdemque Societatem Domos, Collegia, & bona quæcunque à quibusuis Decimis etiam Papalibus, prædialibus, & personalibus, &c. alijsque ordinarijs oneribus, &c. plenissimè liberarunt, & exemerunt, vt constat ex litteris Apostolicis Pauli. Incip. Licet debitum Pastoralis officij. Dat. xv. Kal. Nouembris anno 1549. in vers. concedentes ipsis socijs Bullar. par. 1. inter Constitutiones illius Pontificis 48. & in alijs Pij sub die 19. Augusti 1561. Incip. Exponi nuper fecistis. vers. & nihilominus pro potiori cautela, in libro Priuilegiorum dictę Societatis fol. 87. & seq. Quas deindè confirmauit san. mem. Gregor. XIII. cum expressa derogatione Decreti Lateranen. Concil. relati in cap. Nuper extr. de Decim. alijs litteris Incip. Pastoralis officij cura sub die 1. Ianuarij 1578. Bullar. par. 2. Constitut. 61. Verum exortis tractu temporum litibus, ac controuersijs inter Venerab. Capitula Metropolitan. & Cathedralium, ac Rectores Parochialium Ecclesiarum, ex vna, & Religiosos præfatæ Societatis in Regnis Castellæ, & Legionis super interpretatione, ac vsu dictorum Priuilegiorum Leo XI. san. mem. præmissa earum narratione, ac dictorum Priuilegiorum tenore, illas ad se auocauit, & terminauit eius Decreto, quo iussit in posterum solui per Societatem, eiusque Domus, ac Collegia, & loca quæcunque in eisdem Regnis existentia *illis Ecclesiis, quibus alioquin circumscriptis dictis Priuilegijs* Decima *soluenda erat, eius loco vigesimam omnium fructuum, & animalium, quæ de Iure, vel consuetudine decimari consueuerant*, ex quibuscunque bonis prædictis Religiosis tunc obuentis, ac deinceps ex largitione fidelium, vel alijs lucratiuis titulis obueniendis. Ex alijs verò emendis, vel ab extraneis conducendis integram Decimam. Exceptis ab hac prestatione Hortis, seù Viridarijs penès eorum Domus, seù Collegia, ac vno prædiolo in Agro pro singulis Domibus, seù Collegijs mensuram quatuor fanegarum illarum partium non excedente. Saluis tamen quibuscunque concordijs, seù transactionibus inter partes initis quas in suo robore permanere voluit, vt legitur in eius litteris. Incip. Apostolici muneris debitum exposcit sub die 23. Aprilis anno 1605. quæ postea per san. mem. Gregor. XV. moderatæ, ad pristinum tenorem restitutæ fuerunt per san. mem. Vrban. VIII. similibus litteris Incip. Aliàs à fel. record. Leone Papa XI. sub die 29. Nouembris 1623. Quare institutis de anno 1625. pro parte Venerab. Capituli Ecclesiæ Archiepiscopalis Hispalen. generalem, & perpetuam habentis ad ministrationem redditatuum, & Decimarum illius mensæ vice Archiepiscopi vniuersalis Parochi in ea Diœcesi, nouis Iudicijs primùm super executione dictarum litterarum Leonis XI., deindè super manutentione coram Illustrissimo Hispaniarum Nuncio contra Religiosos, & Collegia dictæ Societatis in illis partibus existentia, Pro quibus adducebatur ea quidem peculiaria priuilegia, ex prænarratis Pontificijs Constitutionibus ipsis concessa, quorum vigore quæcunque eorum bona, etiam alijs locata, immò, & ab extraneis conducta prætendebantur

tur exempta, fuisse præfatis Leonis litteris abrogata; Sed non fuisse sublatum ius ipsis communitèr cum cæteris mendicantium Ordinibus competens ex immemorabili eiusdem Diœcesis consuetudine, qua præseruantur ab eiusmodi præstatione immunia, quæ proprijs manibus, vel sumptibus excolunt. Hisque omnibus ad Rotam delatis vigore Commissionis directæ bo. mem. Coccino. Fuit negata Capitulo manutentio præuia Decisione die 26. Nouembris 1635. Ac subindè in prosecutione negotij principalis Coram me in causis illius subrogato. Domini die 1. Februarij 1644. mandarunt dari dubium. An, & in quibus litteræ Apostolicæ suffragentur Capitulo. Interea verò, quia pro Collegijs fuerant exhibiti Articuli ad effectum probandi allegatam consuetudinem immemorabilem, petebanturque litteræ Remissoriales ad partes, quas Informantes pro Capitulo contendebant. Voluerunt super his prius disputari.

Proposito itaque pluries Articulo, eoque maturè discusso. Hodie fuit resolutum concedendam esse Remissoriam. Quia Decimarum causa censetur ad hunc effectum ex sententia Rotæ ad instar profanæ sicut aliæ quæ-
1 cunque † in quibus non agitur de titulo beneficij *iux. decis. Puth. 324. in fin. vers. & quia eramus lib. 2. in correct. Veral. decis. 99. par. 1. & penes san. mem. Gregor. decis. 174. & decis. 403. sub num. 1. & seq. ac in recent. decis. 677. sub num. 1. par. 1. & decis. 183. numer. 1. vers. & versamur par. 3. & in alijs*
2 *infr. citat.* Ideoque data releuantia † materiæ articulatæ, (etiam non concurrente veritatis fumo) negari non potest ad *l. Iudices C. de Iud. l. Iudices cum Auth. seq. C. de fid. Instr. c. fin. 30. quæst. 5. Puth. decis. 212. num. 3. vers. quia in materia profana lib. 1. in correct. Veral. decis. 68. à num. 1. par. 3. Cæs. de Graff. decis. 1. à num. 8. vers. maior tamen pars, & seq. de dilat. & decis. 102. num. 1. vers. mouebantur Domini par. 1. diuers. & penes bon. mem. Card. Mantic. decis. 374. num. 2. vers. In profanis autem, & seq. ac san. mem. Gregor. XV. decis. 124. numer. 1. & d. decis. 174. sub num. 2. vers. & in profanis, ac decis. 191. num. 2. vers. & sumus in profanis, ac d. decis. 403. numer. 3. vers. in profanis autem Card. Caualer. decis. 250. numer. 1. vers. nam causa Buratt. decis. 656. num. 1. Reuerendiss. Vrgellen. decis. 35. numer. 1. & in recent. decis. 277. numer. 1. & seq. & decis. 389. sub numer. 1. par. 3. & decis. 256. numer. 1. vers. Hæc enim par. 4. tom. 2.*

Releuantia verò ex eo deducitur. Quia probata immemorabili quilibet legitimus, & validissimus titulus à Collegijs adduci potest
3 pro defensione prætensæ † exemptionis ab huiusmodi Decimarum solutione *iuxt. gloss. fin. in cap. in aliquibus vers. quia Clerici, vel Ecclesia extr. de decim. Rot. penès Crescent. decis. 1. num. 2. vers. & ad hoc probandum, & seq. de Decim. ac in Valentin. Decim. de Gandia 23. Februarij 1601. coram bo. mem. Card. Seraph.* & in proprijs terminis hac ratione fuit resolutum constare de releuantia
4 Articulorum ad effectum † concedendæ Remissoriæ, licet alia priuilegia exhibita fuissent priùs reprobata in *Toletana Decimar. 27. Iunij 1608. coram Ortembergo in §. His tamen non obstantibus, ac seq. & in Tirason. Decimarum 24. Maij 1610. coram bon. mem. Pirouan. relata post secundum vol. cons. Crimin. Farinac. decis. 303. in Vallentin. Decimar. 21. Iunij 1613. coram Cardin. Caualer. decis. 258. in Legionen. Decimarum 22. Maij 1615. coram bon. mem. Manzaned. in recent. dicta decis. 677. numer. 4. vers. Vlterius, & seq. par. 1. & in Toletan. Decim. 4. Decembris eiusdem anni coram bon. mem. Saleucien. decis. 715. sub num. 1. & seq. par. 3.* Earumdem.

Nec obstat, quod Articuli non fuerint rectè formati super immemorabili cum coarctatione negatiuæ.

Quia contrarium apparet ex eorum lectu-
5 ra, † & præsertim primi continentis in effectu omnia requisita *gloss. in cap. final. in verb. memoria de Præscr. in 6.* quibus illa benè probatur *l. si arbiter. ff. de Probat. P. Rebuff. de decim. quæst. 13. à numer. 94. vers. quæro quomodo probetur, & seqq. Mi-singer. obseru. 30. num. 5. vers. quomodo autem probanda sit cent. 1. Decian. consil. 51. sub num. 35. vers. Aliquando intendit quis probare vol. 2. Rot. penès san. mem. Gregor. XV. decis. 196. & in recent. decis. 445. sub numero 1. & seqq. par. 1. ac decis. 360. nu. 13. vers. sexto par. 2. ac decis. 432. sub num. 1. vers. & moti fuerunt par. 3.* Eaque possunt etiam per testes in
6 eorum dictis, † atque rationibus clariùs explicari *iuxt. tradit per specul. in tit. de teste §. 1. sub num. 63. vers. quid ergo iuncto vers. sed dic valere, & sub num. 65. Felin. in consil. 2. sub num. 35. versic. prætermitto secundo, & alios refert, Farinacc. de testib. quæst. 71. sub num. 30. & 31. in 7. & 8. limitatione*, & fuit nupèr dictum in *Mediolanen. Prioratus 27. Maij præteriti coram me, in §. Præterea non obstat.*

Minùs obstat, quod non fuerit in eis deductum Decimas fuisse ex parte Capituli petitas, atque à Collegijs negatas, eiusmodi-
7 que negationi Capitulum acquieuisse, † quæ videntur necessaria ad effectum acquirendi libertatem ab huiusmodi præstationibus.

Quoniam hæc non requiruntur vbi agitur de consuetudine, seu præscriptione immemorabili, in his præsertim, quæ alteri competunt per modum iuris; Nàm illa vim habet tituli, ac concessionis expressæ eiusmodi adminiculis non egentis, quæ si necessaria forent ex tanti temporis lapsu præsumerentur. Immò illorum probatio eius essentiæ prorsus repugnat cum præseferant, & includant per ne-
8 cesse initium actus, † quod destruit immemorabilem. *Oldrad. consil. 254. Quia tota pars sub numer. 15. vers. tertiò opponitur Crauet. consil. 111. à num. 21. vers. non obstat. dictum Alex. & c. & seqq. vsque ad fin. & consil. 775. sub numer. 8. vers. non obstat necessariam interpellationem. Natt. consil. 446. sub num. 15. vers. Nec est vera. Purpurat. consil. 536. numer. 11. vers. & stante titulo præsumpto, ac seq. Decian. d. consil. 51. sub d. num. 35. vers. Aliquando intendit quis probare, & seq. lib. 2. Menoch. consil. 234. sub num. 33. vers. Alia vero requisita, & seq. & consil. 525. num. 10. vers. quia quod attinet ad primum. Iosef. Lud. decis. 106. sub numer. 4. vers. nec obstat, & seq. Gasp. Ant. Thesaur. quæst. forens. lib. 1. quæst. 8. numer. 9. vers. Tertius est casus, & fuit responsum in* Nonan-

Nonantulana Bonorum 18. & 22. Martij 1591. coram bo: mem. Cardin. Mantic. in §. neque obstat, quod sit aduersus hanc facultatem, & seqq. vsque ad fin.

Deindè non obstat, quod prædicta consuetudo sit improbabilis, Tum inspecto tempore litium, de quibus fit mentio in litteris san. mem. Leonis XI. de anno 1602. (vt asseritur) inceptarum, ideoque in præsentia verisimiliter non reperiantur testes in ætate quinquaginta quatuor annorum tunc constituti, qui eam legitimè probare possint; Tum etiam stantibus contrarijs actibus pro Capitulo adductis illam prorsus elidentibus:

Quia (prætermissis alijs) tempus illarum litium (quæ ceptæ fuerunt super solis priuilegijs particularibus Societatis, vt attestatur *Rota in Carthaginen. Decimarum 16. Februarij 1615. coram Seleucien. in recent. decis. 645. num. 4. vers. considerarunt etiam Domini par. 3.*) in præsentia considerari non debet, tum quia fuerunt prorsus
9 extinctæ, † ac terminatæ vigore prædictarum litterarum Sanct. mem. Leonis de anno 1605. *ad tex. in cap. 1. extr. de transact. Sarnens. ad Reg. de Iur. quæsit. non tollend. quæst. 7. Valenzuel. cons. 85. numer. 19. vers. maximè, & cons. 151. num. 16. vers. maximè*; Tum quia in eis actum fuit de iure particulari priuilegiorum Societatis, non au-
10 tem † vniuersali Mendicantium omnium communi, de quo modò contenditur *Rota penès Puth. decis. 348. vers. sed in casu nostro lib. 2. in correct. & in Bonon. de Maluetiis 16. Maij 1588. coram bon. mem. Plato in §. nec obstat, ac sanct. mem. Gregor. decis. 403. sub num. 5. vers. nec potest dici, & seq. & fuit resolutum in Illerden. Decimarum 16. Decembris 1639. coram bon. mem. Pirouano.* Sed attendendum est tēpus huius Iudicij instituti de anno 1625. super eiusdem Breuis interpretatione, ac dictę Consuetudinis releuantia, vt apparet ex ipso Processu, de quo testes plures iustæ ætatis, ac benè informati possunt facilè reperiri.

Actus autem contrarij pro parte Capituli deducti ex sententia *bon. mem. Alex. Iunii in Burgen. Decim.* pro Capitul. Burgen. contra Moniales Beatæ Mariæ de las Huelgas Ordin. Cistercien. anno 1558. 6. Iulij. Et alia *bon. mem. Oran. in Carthaginen. Decimar. de Murcia* pro Episcopo & Capitulo Carthaginen. cōtra Moniales S. Antonij de Padua Tertij Ordinis S. Francisci anno 1593. 10. Decembris præuia Decisione 19. Nouembris eiusdem anni. Ac alia *bon. mem. Peniæ in Carthaginen. Decim.* inter eumdem Episcop. & Cap. Carthaginen. ac Priorem, & Conuentū S. Petri loci de la Noya Ordinis S. Hieronymi. Et ex *decis. 1293. & 1295. bon. mem. Card. Seraph. in Valentina Decim. 1. Iulii, & 23. Octobris 1598. ac decis. 1380. in Seguntin. Decimar. 30. Octobris 1600* (in qua non fuerat legitimè probata allegata generalis consuetudo, vt ibi legitur *sub numer. 1. vers. nec obstare, ac seq.*) *& in Toletan. Decimar. 26. Nouembris 1605. coram Iusto penès Marchesi. de Commiss. par. 2. fol. 596. Ac in alia Toletana Decimar. 29. Nouembris 1606. coram Ortemberg. Et in Valentina Decimar. 11. Februarii 1608. coram bon. mem. Lugdunen. in recent. decis. 212. par. 2.* (quæ emanauit per contradictas, vt patet ex principio) *Et in Conchen. Decimar. de Belmonte 9. Maii 1616. coram bon. mem. Vbaldo in recent. decis. 270. par. 4.* (in qua fuit disputatum dumtaxat de validitate concordiæ initæ cum illo Capitulo, vt in ea legitur,) ac in alijs similibus. Non elidunt intentionem Collegiorum. Nam (præterquod in illis casibus actum fuit tantum de alijs particularibus priuilegijs à præfatis Religiosis prætensis, non autem de consuetudine immemorabili Mendicantium, vt apparet ex eisdem decisionibus. Immò quando hæc fuit particulariter allegata, etiam reiectis ipsis priuilegijs Rota concessit Remissoriam *in ead. Toletan. Decimar. 27. Iunij 1608. coram Ortemberg. in §. His tamen non obstantibus.*) Placuit Responsio, quod in Articulis pro Collegijs exhibitis deducta fuit immemorabilis, non solum vniuersaliter in Regnis Castellæ, ac Legionis, in quibus nonnullæ ex prædictis Diœcesibus existunt, sed particulariter, & præcipuè in Diœcesis Hispalen. Ideoque licet etiam ex
11 huiusmodi actibus elidi posset vniuersalis, † nō tamen excluditur particularis huius Diœcesis consuetudo, vt benè respondit *Anchar. in cons. 255. In causa, & quæstione quæ vertitur sub numer. 3. vers. Ad hoc dico, quod iustificari non potest & seq. Crauet. d. cons. 111. num. 16. vers. & licet in Italia, & fuit dictum in Caurien. Decimar. relata per Papazon. ad decis. vlt. numer. 10. vers. & in vna Caurien. de consuetud. in Nou. & comprobat Honded. cons. 46. nu. 24. vers. cum consuetudo lib. 2.* Quæ maximè attendi, atque præferri debet *iux. gloss. fin. in cap. super eo in verb. vicinis vers. contraria verò extr. de Cens. Bart. in l. 2. sub num. 41. vers. trigesimo sextò quæro C. quæ sit long. consuetud. Soc. cons. 7. sub num. 6. vers. Præterea & seq. lib. 1. Paris. cons. 25. sub numer. 42. vers. ex quo consuetudo lib. 4. Rota in Hispalen. Decimarum 18. Iunij 1612. coram Vbaldo §. pen. vers. & in concursu, & in Calaritana Decimarum coram Cardin. Caualer. decis. 95. num. 3. vers. non autem, & decis. 107 num. 1. vers. Et ideo, & decis. 356. nu. 2. vers. quæ consuetudo particularis, ac in recent. decis. 169. nu. 9. vers. quia in concursu par. 5.*

Nec refert quod Capitulum prętendat contrarium probare ex testibus, & alijs. Quia non ideo excludi debent probationes Colle-
12 giorum, † sed perfecto processu videbitur in disputatione causæ quæ sint potiores, & præferendæ *cap. cum Ioannes ibique no. DD. extr. de fid. instr. Rota penès Bellamer. decis. 624. num. 2. vers. De primo casu Mantic. d. decis. 374. num. 3. vers. nec probatio, & decis. 785. num. 5. vers. quo verò ad probationem par. 1. diuers. ac in recent. decis. 677. num. 5. vers. quibus non obstant par. 1. & decis. 229. sub numer. 4. vers. Atque ex abundanti ac decis. 660. numer. 4. vers. Nam respondetur par. 2. & penès Buratt. d. decis. 824. num. 7. vers. sicut etiam ac seq. & in Maceraten. pecun. 27. Ianuarij 1645. coram R. P. D. meo Otthobono in §. fin.* Cum præsertim illis interea aliqualiter suffragentur adminicula testium in partibus exa-
13 minatorum, † quibus concinit relatio *Modern. Lusitan. de iur. Eccles. lib. 3. cap. 26. §. 3. sub numer. 35. vers. & quamuis,* ibi, *prout in Hispaniarum partibus, &c. & d. decis. coram bon. mem. Coccino 26. Nouembris 1635.* in qua solutiones ab eis coactè, & metu censurarum factæ declarantur, ac reprobantur, negaturque manutentio Capitu-

pitulo ; Neque obstat assertio *Franc. Castil. in eius Tract. de tertijs debitis Regib. Hispan. cap. 36. sub num. 53. vers. Tambien supp ongo*, ibi; *y no teniendo exempcion los Religiosos, las Religiones y todas las personas Ecclesiasticas pagan diezmos, vt probaui supra, &c.* Quia loquitur de iure communi secundùm dispositionem *tex. in d. cap. 2. §. cæterùm de decim. in 6.* vt legitur paulò supra (quo ibi se refert) *num. 43. vers. cum aliàs Religiosi omnes, &c.* non autem excludit consuetudinem immemorabilem, quæ priuilegij, ac alterius cuiusque melioris tituli ius præsefert, & in ipsamet lege Regia præseruatur expresse, vt legitur apud eumdem in cap. 21. & pluribus sequentibus. Quinimò si eam referet, vel negaret non tamen eius assertioni prorsùs deferendum es-
14 set, † cum hæc in facto consistat, cuius ideò contraria probatio reijcienda non esset *Rota penès Mohed. decis. 2. & 3. de consuetud. Card. Mantic. decis. 357. sub numer. 6. vers. Præterea*, vbi reijcitur attestatio Beroi, de quodam stylo, seù consuetudine Ciuitatis Bononię, *& penès sanct. mem. Gregor. decis. 274. sub numer. 4. vers. nec facit & seq.* vbi reijcitur alia similis Carauit. de consuetudine Regni Neapolitani.

Præterea non obstat, quod Collegia non sint mendicantia, licet Indulto Apostolico fuerint illis communicata aliorum mendicãtium priuilegia, quæ sanè communicatio exẽptionem à solutione decimarum huiusmodi, quarum non fuit facta mentio, neque explicitè, neque implicitè derogando contrariæ Concil. Gen. Lateranens. Constitutioni relatæ *in d. cap. Nuper extr. de decim.* regulariter non compræhendit.

Quia vetus hæc controuersia quam ex alijs excitauit *Horat. Mandos. in eius Tract. de Priuileg. ad instar gloss. 2. sub num. 22. vers. Videndum est autem, & gloss. 11. sub num. 24. vers. Vltimo non obstat & seqq.* absoluit autem *Gabr. in cons. 28. à num. 8. vers. Verum & seq. lib. 1.* Videtur iam deffinita per sanct. mem. Pium V. in eius Constitutione Incip. Dum indefessæ considerationis intuitu in ordine 131. Bullar. par. 2. qua motu proprio
15 declarauit his verbis, † *illam, & illius Præpositum, ac singulas personas Societatis huiusmodi verè, & non fictè mendicantes fuisse, esse, & fore, & inter aliorum Fratrum, & Religiosorum mendicantium Ordines, aliosque Fratres, & Religiosos mendicantes connumerandos, prout illos Nos connumeramus, & connumerari debere; ac omnes, & singulas, tàm Iuris, quàm hominum dispositiones in fauorem Religiosorum, seù Fratrum mendicantium nunc, & pro tempore emanatas, etiam in Societate, illiusque Domibus, Collegijs, Præposito, & alijs Religiosis locum habere, &c.* vt habetur in ea in §. 2. Hæc enim sunt membra Societatis pro Scholasticis approbatis principaliter instituta, qui certè sunt personæ Societatis, & de corpore illius, vt legitur in Constitutionibus eiusdem par. 5. cap. 1. ibi, *sed quia Scholastici approbati etiam modo quodam interiori, quam admissi ad probationem in corpus Societatis computantur & in Declaration. sub litt. A.* ibi, *secundo modo, qui minus latè patet, Societas cum professis, & Coadiutoribus formatis etiam*
16 *Scholasticos approbatos continet.* † *Ex his enim tribus partibus, seu membris Societatis corpus constat, &c. P. Molin. de Ius. & Iur. tom. 1. disput. 139. in vers. Cum Societas nostra, &c.* Et licet nec dum fuerint inter professos recepti, tamen quantum in eis est, & professionem emittere parati, (si id præpositus Generales Instituto Societatis congruere iudicauerit,) & in perpetuum Dei seruitio consecrari, ac sua sorte contenti sunt, prout idem exigit institutum par. 5. cap. 4. §. 5. Ideoque merito emissis tribus votis simplicibus, sunt veri, ac proprij Religiosi ipsius Societatis, illique ex parte sua prorsus affecti, & obligati, ac eius meritorum, & priuilegiorum participes, non secus, ac ipsi professi effecti fuerunt, vt habetur in Constit. sanct. mem. Gregor. XIII. Incip. Quanto fructuosius in vers. Et licet eos & vers. sed etiam alios omnes, & quoscunquè. Dat. anno 1582. Kal. Februarij in præfato Libr. Priuilegiorum Societatis fol. 214. ac seq. Et in alia eiusdem Pontificis Incip. Ascendente Domino, in vers. Et licet in vers. & non modo eos ibid. fol. 222. Dat. anno 1584. VIII. Kalend. Iunij in Bullar. part. 2. inter eius Constitutiones 89. *P. Molin. d. disput. 139. in versic. non solum autem professos, &c. Nauar. consil. 8. sub numer. 4. vers. longè tamen, &c. de Regular.* Bona verò illis ex instituto permissa, non habent tanquam propria etiam in communi, sed sub administratione, & guberna-
17 tione omnimoda eiusdem Præpositi, † debentque esse parati etiam ostiatim mendicare quoties obedientia, vel necessitas id exegerit, vt habetur *in examin. general. cap. 4. §. 1. & seq. & §. 27. Ad hæc, & vers. quandoquidem. Et in Constit. par. 3. cap. 1. §. 7. Vt experiri, & §. 25. Diligant omnes paupertatem, & par. 4. cap. 2. §. 5. Possessionem Collegiorum ibique in Declarat. litt. C. vers. Societas §. 7. vers. tunc enim, ac par. 6. cap. 2. §. 10. & in Summar. Constit. Reg. 24. & in Constit. sanct. memor. Pauli III. Incip. Regimini militantis Ecclesiæ in vers. Possunt tamen habere. Dat. anno 1540. V. Kal. Octobris in Bullar. par. 1. inter eius Constit. 25. & Iulij III. Incip. Exposuit debitum Pastoralis officii vers. quæ Collegia. Dat. anno 1550. 12. Kal. Augusti in eadem Bullar. par. 1. Constit. 9. Roderic. quæst. Regular. tom. 1. quæst. 2. art. 9. ad fin. vers. Præterea, P. Molin. d. disput. 139. vers. Illi, qui finito probationes tempore. Suarez de Religion. tom. 4. lib. 4. cap. 5. sub numer. 11. vers. Nihilominus certissimum est, ac per tot. Sanchez ad Præcept. decalog. lib. 7. cap. 27. sub nu. 33.*
18 *vers. quartò & num. 38. vers. nono.* † Ita vt neque Capitulum habere, neque capitulariter ad quæuis peragenda congregari possint, sed omnis facultas celebrandi pro eis quoscunque contractus penès præfatum Præpositum Generalem resideat, vt cauetur in alia Constit. sanct. mem. Pij V. de anno 1568. 3. Kal. Maij in prædicto Libro Priuileg. Societatis fol. 106. & seq. Incip. Innumerabiles fructus. Atque etiam eadem bona, & redditus in iudicio, cum id conueniens, vel necessarium fuerit deffendendi, vt habetur *in Declarat. ad d. 4. par. cap. 2. §. 5. sub litt. C. versic. Societas in vsum Scholasticorum suorum, &c.* Proptereaque Sanctus ille Pontifex omnibus attentè pensatis Societatem ipsam indefinitè, ac singulas eius personas indistin-

stinctè, verè, ac non fictè mendicantes, eoqu e nomine cum omnibus eius Domibus, Collegijs, Præposito, ac cæteris Religiosis tanquã vnius corporis membra vni subordinata capiti, † cuius summum, præcipuumque Institutum in arctissima paupertate est constitutũ, sub quauis Iuris, ac hominis dispositione comprehendi declarauit in d: §: 2 eisdemque omnibus, & singulis priuilegijs, immunitatibus, & exemptionibus, facultatibus, concessionibus Indultis, indulgentijs, remissionibus, gratijs, & litteris, cæteris quibuscunque mendicantium ordinibus quomodolibet concessis, & concedendis liberè, ac licitè vti, frui, potiri, & gaudere in §: seqen. Non quidem per verba futuri dumtaxat temporis, sed & præteriti, vt legitur in d: §: 2 ibi, *verè, & non fictè Mendicantes fuisse, esse, & fore &c.* ad in §:3 versus finem. ibi, *concessis, et concedendis antea potuerunt, et nunc, ac in futurum &c. possint liberè, uti, frui, potiri, et gaudere &c.* Vt quisquè intelligeret ipsum nouam non addere Societati qualitatem, ac priuilegium, † sed illi insitam explicare *ad l. hæredes palam §. si quid post factum testamentum ff. de testam. Bald. in l. non dubium sub num. 2 uersic. tertio nota. Cod. de legib. Oldrad. cons. 263 Dominus Egidius sub num. 3. uers. His præmissis ac seq. Rota dec. 502 sub nu. 15 uers. Demum adest declaratio par. 1 ac decis. 414 num. 17 uers. neq. est uerum ac seq. par. 5 recent.*

19 (margin, beside "piti")

20 (margin, beside "tatem")

Quare nec videtur de hoc Amodo dubitandum stante huiusmodi Pontificis (ad quem spectat) declaratione, † quæ pro lege seruari debet *Imol. in Clem. 1 sub num. 9 uers. secus si narrauit aliquid, quod consistat in Iuris effectu &c. de probat. Gabr. Com. Concl. lib. 1. de probat. Concl. 1. nu. 37. vers. Primo sublimita.* Et ita in hac quęstione cõcludunt *Suarez. de Religion. tom. 4. lib. 4. d. cap. 4. sub num. 11. vers. Imo quod maius est, et cap. 7. in fin. vers. Denique ob hanc causam, & tom. 5. de Censur. disput. 22. sect. 5. nu. 16. vers. Rursus,* ibi, *omnes autem dicti sunt verè, & propriè Religiosi Mendicantes, vt satis declarat Pius V. in eadem Bulla &c. fol. mihi 430. col. 1. & Sanchez. ad præcept. Decalog. lib. 6. cap. 7. sub num. 117. vers. Dictis ex parte contrarius est in fin. & ex alijs Bonacin de Clausur. q. 2. punct. 9. §. 5. diffic. 1. §. quintò sequitur in fin. & Modern. Sicul. in tract. de donat. contemplat. matrim. factis tom. 1. discurs. 2. par. 4. sub numer. 5. vers. omnes verò ac seq. & alij DD. Regnicolæ.*

21 (margin, beside "spectat")

Nec mirum quod in dubium id reuocauerit *Horat. Mandos. in d. tract. de Priuileg. ad Instar. d. gloss. 2 in fin. & d. glos. 11. sub n. 24. & seq. ac Roderic. quæst. Regular. tom. 3. q. 49. art. 2.*

Quia ille non scripsit super hac Constitutione Pij V. sed super alia quadam sanct. mem. Pij Quarti Dat. sub die 26. Nouembris 1565. relata in alia eiusdem Pij V. Incip. Aequum reputamus, & rationi consonum in prædicto libro Priuileg. Societatis fol. 96. & seq. vt apparet ex præfatione d. Tractat. & ex verbis ipsius Bullæ ibidem relatis ante primam glossã. Neuter autem certam habuit notitiam dd. omnium Constitutionum, ac Litterarum Apostolicarum Societatis, vt fatetur vterque primis scilicet *d. gloss. 2. sub num. 23. vers. credo tamen.* Alter verò *d. q. 2. art. 9. in fin. vers. Hæc dicta sint.* Indeque altera irrepsit eorum æquiuocatio, dum asserunt scholasticos approbatos non esse verè de societate, sed in via ad illam; † Quia id intelligitur de societate sumpta in primo, vel secundo gradu scilicet Professorum, seu Coadiutorum formatorum, qui licet in ea sint præstantiores, non tamen soli eius integrũ corpus constituunt, sed aliud quoque prædictum scholasticorum membrum concurrit, vt explicatur in d. Declarat. ad Constit. par. 5. c. 1. sub litt. A. vers. secundo modo, & vers. quare huius nominis &c. quæ sanè declarationes vim habent Constitutionum, vt statuit idem sanct. mem. Paul. III. in eius Constit. Incip. Iniunctum Nobis desuper Apostolicæ seruitutis officium. in vers. Ac quod quascunquè Dat. anno 1543. Pridie Id. Martij, & Iulius III. in d. Constit. Incip. Exposcit debitum Pastoralis officij. in vers. qui quidem Præpositus Dat. anno 1550. Duodecimo *Kal.* Augusti, & alij Põtifices successores, *& firmauit Rota in Romana legati 10. Maij 1617 coram Buratt. dec. 245. sub nu. 11. vers. Declarationes autem.*

22 (margin, beside "verè de societate")

Et ex prædictis tollitur etiam aliud obiectũ, quod scilicet præfata consuetudo suffragari nõ possit Collegijs d. Societatis, cuius approbatę Institutionis initium apparet ex allegata Bulla sanct. mem. Paul. III. Dat. Quintò kal. Octobris anno 1540.

Quia si probetur articulata immemorabilis ad fauorem omnium Religionum Mendicantium, hæc ipsa vniuersaliter intuitu, ac fauore Ordinis mendicantium introducta, † videtur comprehendere Religiones mendicantes successiuè institutas, non tàm vigore communicationis priuilegiorum, *vt per Horat. Mandos. in d. tract. de Priuileg. ad instar. gloss. 15. à num. 59. vers. Videndum quoque est, & seqq. vsque ad fin. &* Roderic. *quæst. Regular. tom. 3. q. 51. art. 2. vers. Secundo dico &c.* attenta præsertim verborum amplitudine, quam bene perpendit *idem Mandos. in d. tractat. gloss. 14. sub num. 1. & 2.* Quam iure proprio, vt in specie tradit *idem Mandos. in d. tract. citat. glos. 11. sub numer. 19. versic. Si ergo Societas &c. & Roderic. quæst. Regular. tom. 3. q. 49. d. art. 2. in §. Vndè ex hoc concludendum est, vers. Si ergo Societas.* Quia cum illa non solum priuilegij, † sed legis etiã vicem obtineat *l. 1. §. fin. vers. si tamen, & in l. in summa in princip. ff. de aqu. pluu. arcend. l. hoc iure §. 1. vers. Ductus aquæ ff. de aqua quotid. & æstiu.* Ideò faciliùs comprehendit etiam futuras, † ac postea institutas *ad l. Ariani §. cunctis quoque legibus C. de Hæret. & Manich. gloss. in ca. Vnic. in verb. mendicantes in fin. vers. qui enim similem de excess. Prælat. in 6. Bart. in l. omnes populi sub num. 64. uers. Si uerò continet ff. de iust. & iur. Alex. consil. 178. In occurrenti casu sub num. 13. uers. ego pro hoc adduco lib. 2. Castr. in cons. 372. Quantum ad illam partem Dotis sub nu. 2. uers. & quod not. per. Cyn. lib. 1. Soc. iun. cons. 76. sub nu. 100. ad fin. uers. uel quia dico lib. 1. Natt. cons. 160. sub num. 23. uers. Respondetur, & sequitur Molin. de Primogen. lib. 2. cap. 6. sub num. 19. uers. quod clarius procedit & supra sub num. 13. uers. Idque non mirum &c.* & comprobatur *ex decis. Puth. 150. sub nu. 5. uers. tamen. istis non obstantibus lib. 1. & decis. 81. numer.*

23 (margin, beside "Ordinis mendicantium")

24 (margin, beside "cum illa non solum")

25 (margin, beside "faciliùs comprehendit")

mer.27.uers. Imò quod in fortioribus, ac seq. & decis.
265.num.40.uers. & cum priuilegium ac seq.& decis.
325.num.12.uers.& tale priuilegium part. 5. recent.
ac sequitur Valenzuel. cons. 79. à numer. 100. uersic.
nam quoad primum, & seq. & latiùs probat in cons.
146. numer. 30. uers. quare ius per talem immemo-
rabilem.
Non obstat insuper, quodlicet allegata Cõ-
suetudo in Diœcesi Hispalen. vigeret, non ta-
menSocietati, eiusque Collegijs prodesse pos-
set cum in dictis Litteris sanct. me. Leonis XI.
fuerint abrogatæ quæcunquè contrariæ Con-
suetudines generales, vel speciales, ac etiam
particulares eiusdem Societatis, vt in eis legi-
tur in §.Non obstantibus præfatis &c. Quibus
sanè verbis hanc quoque licet non peculiarem
Societatis, sed cum alijs mendicantibus com-
munem fuisse comprehensam Ideoq; inutilem
omnino fore, ac proindè irreleuantē eius pro-
bationem asseritur.
Nam hæc obiectio altiorem præsefert inda-
ginem, quàm susceptæ disputationis postulat
ratio; Ideoque in propositione alterius dubij
super meritis causæ erit maturius discutienda.
Intereà verò ad effectum, de quo agitur in
præsentia satis visum fuit Dominis, quod ex
lectura earumdem litterarum apparet tà m in
parte narratiua, quàm dispositiua Pontificem
intendisse lites, ac controuersias inter partes
tunc vertentes super proprijs Societatis Priui-
legijs ibi narratis, quibus Collegia prætende-
bantur abuti in maximum Capitulorum, &
Parochialium Ecclesiarum præiudicium, fi-
nire, ac terminare, vt legitur in §.*cum itaq; sicuti*
accepimus. & *in §.Nos qui inter Ecclesiasticas perso-*
nas &c. Constatq. etiam, quod in illis litibus,
ac controuersis actum fuerat tantùm de exem-
ptione per societatem prætensa vigore dicto-
rum eius priuilegiorum particularium ex at-
testatione *Rotæ in d.decis.645.num.4.uersic.conside-*
rant etiam Domini. & uersic.Certumq. est par.3.rec.
idemq.asserit referens processus ipsos *Valenzuel.*
cons.151.in princip.uersic.Ad quod præsuppono. Qua-
re non videtur ea Constitutio, siue Decretum
ob amplitudinem Clausularum derogatoriarũ
quæ fuerunt appositæ in parte executiua *in §.*
26 *Quo circa Venerabili fratri &c.* † extendi posse
ad reuocationem aliorum, de quibus nec in
præcedentibus litibus actum, nec in ipsis litte-
ris mentio vlla facta fuit *Calder.consil.11.sub n.1.*
uersic.nec obstat quod sufficiant generales Clausulæ. de
Priuileg.Paris.cons.141.nu.15.uers. Iterum in huius-
modi dispositione lib.3. & firmauit, Rota d. *in decis.*
645.num.3.uers.Responderunt enim Domini. & seqq.
par. 3. recent. sed ad limites ipsius principalis
27 dispositionis † restringi, ac moderari debere
Clem.1.ubi gloss.in uerb.Animarum cura uers.sed hæc
clausula, & infr.in uerb.gratiæ. ac DD.de Præbend.
Rot.apud Card.Seraph.d.decis.1293. num. 7. uersic.
non obstat.quod derogatum sit ac seq.& S. me. Gregor.
decis.159.num.6.uersic. & non faciunt Clausulæ dero-
gatoriæ, ac seq.Reucrendiss.Vrgellen.decis.48. nu.22.
uers.Non obstant secundo, & in recent.decis.103.sub
num.5.uers.Derogatio enim & decis.111.num.4. uers.
& non faciunt lCausulæ derogatoriæ par. 2. & decis.
68.num.3.uers.non obstat quod Papa par.3. & in dec.
604.num.6. uers. Non obstant Clausulæ generales de-
28 *rogatoriæ par.4.* † Non enim potest quæuis Cla-
usularum pręgnantia supplere intentionis de-
fectum circa ea, quæ in facto consistunt quo-
rum non constat Principem habuisse notitiam
cap.1.de Constit.in 6.Paris.consil. 1. num. 96. uersic.
Prout etiam dicimus, lib.1.Cardin.Seraphin.d. decis.
1293.num.6.uers.non obstant.Clausulæ priuilegiorum
& S.mem.Gregor.decis.164.a num.7.uers.præsertim,
& seqq.& in recent.decis.666.sub nu.7. uers. sed dif-
ficultas esset ac seqq.par.1.& decis.739,num. 5. uers.
Prædictus autem defectus par. 2. Eoque minus ad
tollendam consuetudinem immemorabilem
29 cuius expressa mentio requiritur, † ita vt sub-
lata etiam quacunque consuetudine illa non
censeatur regulariter abrogata *Paris.consil. 101.*
sub nu.84.uers.quæ præscriptio, & seqq.lib.1. & cons.
25.num.17.uers.Ista enim præscriptio. & seq. lib.4.
Rot.penes. Burat.decis.435.num.5.uers.secundò dixe-
runt DD.ac seq.& in specie ex prædictis rationi-
bus fuit reselutum in *Placentin. Canonicat. coram*
bon.mem.Coccin.in recent.decis. 614. num. 1. par. 2.
confirmata decis.286.par.4. ac decis. 257. ead. par.4.
tom.2.& decis.71.par.5.Roderic.quæst.Regular. tom.
1.q. 9. art. 5. in fin. uers. & aduertendum. Et licet
fuerit etiam derogatum priuilegijs, ac indul-
30 tis, non tamen fuit derogatum pactis, † & cõ-
uentionibus legitimis, quæ sub eiusmodi ge-
neralibus verbis non comprehenduntur *cap. ex*
multiplici. extr. de decim. & propterea cum hæc
quoque includantur sub ipsa immemorabili,
31 ita vt † eius vigore allegari possit quicunque
melior titulus de mundo *Rolan.consil.42. nu.28.*
uersic.quia à pari procedunt.& seq.lib.1. & cons. 66.
num.40.uers.secunda est conclusio, ac seq. lib. 2. Me-
noch.Præs.131.nu.44.uers.Huc facit lib. 3. Crauett.
cons. 4. num. 13 uers. quia consuetudo Rota in d. No-
nantul.Bonor.coram bon.me.Card.Mant.in §.proindè,
qui habet immemorabilem in uers. Igitur, potest alle-
gare etiam pactum, & in §. neque etiam refragatur.
uers.& consuetudo, cum alijs relatis per *Modern.*
Roman. discept. 800 sub numero 2 uers. tanquam ob
spatium tanti temporis ac seq. Ideò nec illi deroga-
32 tum fuisse videtur, † vt in his terminis, dum
agebatur de releuentia articulorum ad effectũ
concedendi Remissoriam sensit *Rota d, decis,*
286 sub numero 2 uers,nam fuit responsum, & sub
nu. 3 uers. & quamuis diceretur par. 4 recent.
Neque videtur concludens argementatio
ex eo deducta, quod cum S.mem. Greg. XV:
moderando dictas litteras decreuerit Societa-
tem, eiusq; Religiosos non teneri Decimas
soluere, nisi prout cæteri Mendicantes soluere
consueuerunt. Vrbanus autem VIII: S: mem:
reuocata moderatione illarum tenorem ob-
seruari statuerit; hinc constet fuisse per S: me:
Leonem abrogatas non solum consuetudines,
& priuilegia particularia Societatis, & quæ
ex eis procederent, sed ea etiam, quæ cum alijs
Mendicantibus habebat communia:
Quia certum est, quod dictæ litteræ Greg:
XV: emanarunt solo, peculiariquè fauore, &
pro maiori commodo, ac beneficio Societa-
33 tis, † ideoque nullo pacto retorqueri debent
in eius odium prout manifestè contingeret si
ex eis efficaciter deduci posset huiusmodi illa-
tio:

tio, adeò præiudicialis Societati, quod admittendum non est *l. si mancipia ff. de fund. instr. l. quod fauore ibiq. gloss. in verb. distingue ac Bald. in princip. vers. item in fauore introducto per Principem C. de legib. Ias. in l. si Ruffinus sub num. 5. uers. & quatenus. C. de testam. milit. Dyn. consil. 52. super eo, quod queritur sub num. 8. uers. sed priuilegium in fin. ac nu. 8. & pul. respondit Oldrod. consil. 228. quod Fratres Predicatores num. 5. uers. non obstat Paris. consil. 19. num. 46. uersic. nam dicta uerba. lib. 1. & d. consil. 141. num. 14. uers. & quia &c. lib. 4. Mandos. de Priuileg. ad instar. gloss. 8. num. 8. uers. nam priuilegium Decian. consil. 1. sub numer. 140. uers. quia respondeo lib. 3. Franc. Cald. de iur. emphyt. lib. 1. quæst. 3. lib. 1. quæst. 3. nu. 3. uers. quoniam renouatio, & fuit dictum in Ariminen. Castror. 14. Februarij 1642. coram Reuerendissimo D. meo Decano in §. Verum etiam quia &c.* In alijs verò posterioribus S. M. Vrbanus nil aliud intendit, (vt ex eius apparet) nisi easdem Leonis litteras renouare, remque ipsam ad earum terminos prorsus reducere, sublato quouis speciali priuilegio, si quod ex Decreto Gregorij Societati cōtra earum tenorem superuenisset; Non autem grauiora illi voluit inferre præiudicia, nec ea tollere beneficia, quæ non fuerant per Leonem abrogata, vt potè cum alijs mendicantibus cōmunia; prout etiam refert *Modern. Lusitan. in eius Tract. de iur. Ecclesiastic. lib. 1. capit. 41. numero 195. §. Asolutione, uersic. Tamen Vrbanus Octauus.*

Nec indè sequitur alia illatio nuper adducta, quod scilicet Decretum Leonis esset inutile, quando Collegia, circumscriptis particularibus Societatis priuilegijs, frui possent adhuc communibus cum alijs Mendicantibus. Quia longè maiora resultabāt illis beneficia ex particularibus priuilegijs, ob quorum amplitudinem a decimis prætendebantur immunia quæcunque bona etiam extraneis locata, vel ab extraneis conducta, vt ex eodem Decreto colligitur; Quam ex adducta consuetudine cum cæteris Mendicantibus communi, quæ angustioribus terminis circumscripta ea om-
34 nia non complectitur, † Satis est autem ad euidendam obiectam superfluitatem, quod Breue aliquid operetur *cap. cum dilectus, §. quia nobis uers. cæterum extr. de consuetud. Ceph. cons. 104. num. 17. uers. Septimo respondeo, Surd. consil. 271. numer. 47. uersic. & sufficit, & sensit Rota dict. decis. 645 num. 4. in fin. ac infr. par. 3. & decis. 527. sub numer. 8. uers. Et superfluitas cessat, par. 4. recent. & penes Burat. d. decis. 435. num. 7. uers. Quæ nec propterea &c.* addens, quod potius tolleranda foret superfluitas, quam tollatur Ius Ecclesię super pactis, & consuetudinibus fundatum; sed de his alias (vt præmisi) agendum erit in disputatione dubij principalis.

Non obstat demùm, quod iam plurimi fuerunt super eisdem fermè Articulis examinati testes in partibus, eorumque didicita testifica-
35 ta, † ideoque nouum examen admitti non debeat.

Quia (præterquod nec testium multitudo facessit negotium, quippè fuerunt examinati ad probanda gesta in quampluribus, & diuersis Oppidis, ac locis amplissimæ Diœcesis, vt fuit responsum in Siracusan quartæ 1. Februarij 1593. *coram bon. mem. Gypsio. in §. non obstat, quod Episcopus examinauerit, & in Toletan. Decimar. 28. Februarij 1614. coram Card. Caual.* in qua fuerant pro parte Archiepiscopi petentis remissoriam examinati in antecedentibus instantijs centum quinquaginta quatuor testes, vt legitur in eius *decis. 289. à num. 1. uers. & licet. ac seq; & in Pacen. Decimar. 12. Iunij 1615. coram bo. me. Manzanedo in recent. decis. 183. par. 4.* Nec eorum publicatio
36 nocet Societatis Collegijs, † quibus saltem ope restitutionis in integrum consultum esset *Afflict. decis. 216. num. 2. uers. semper fuit practicata, Gabr. com. concl. lib. 1. tit. de testib. concl. 21. num. 48. uers. amplia nam idem, Rot. in seguntin. mediæ annat. 12. Iunij 1598. coram bo. mem. Litta, & in d. Toletan. decimar. coram Seleuc. d. decis. 715. num. 2. in fin. par. 3. recent.* vbi referuntur concordantes. (Visa fuit cessare omnis difficultas, quippè Articuli modo exhibiti non sunt ijdem prorsus cum primis in partibus productis, sed substantialiter differentes. In illis enim non fuit deducta immemorabilis cum necessarijs requisitis, sed longissima possessio, siue præscriptio à quadraginta, & pluribus annis citrà, vt apparet ex eis, ac depositionibus testium tunc receptorum. In his autem deducta fuit explicitè im-
37 memorabilis in eius formalitate: † Ideoq; negari non potest eorum admissio, ac Remissoriæ concessio *iux. theor. Abb. in cap. fraternitatis sub num. 8. in fin. uers. quædam sunt, quæ non comprehenduntur extr. de testib. Rot. penes Aegid. decis. 725. nu. 2. uers. modo articuli non bene specificati in prima instantia & Sa. me. Greg. d. decis. 191. nu. 3. uers. Non obstat, & Card. Caualer. decis. 369. sub num. 2. uers. neque uidebatur obstare, & Coccin. decis. 23. per tot. & in rec. d. decis. 483. num. 3. uers. Vlterius licet ea p. 4.* & in his terminis fuit responsum in *d. Anconitan. penès Burat. decis. 392. sub num. 1. uers. non obstat publicatio processus, & seq. & Toletan. decimar. coram Seleucien. in recent. d. decis. 715. nu. 2. uersic. non obstat fuisse examinatos alios testes part. 3. ac in alijs.*

Postremò non obstat, quod agatur de exe-
38 cutione litterarum Apostolicarum, † quæ ob exceptiones requirentes altiorem indaginem retardari non debet.

Quia procedit obiectio, quando litteræ Apostolicæ, sunt vndiq; claræ, nullamque re-
39 quirunt interpretationem, † vel liquidationem, prout in casu proposito requiritur, in quo cum S. me: Leo præmissa expositione priuilegiorum particularium Societatis tantum, ac litium, eorum occasione vertentium iussierit Decimam, ac vigesimam respectiuè solui omnium rerum quæ de Iure, vel consuetudine decimari solent Ecclesijs quibus alioquin circūscriptis dictis priuilegijs Decima persolui deberet &c. Hæc vtique ipsa earūdē verba eiusmodi discussionē præseferūt, vt constet, de quibus rebus, quibusque Ecclesijs, circūscriptis priuilegijs prædictis de iure, vel consuetudine Decimæ erant soluendæ, Quibusq: priuilegijs, ac consuetudinibus fuerit ibidem derogatum, Quorum sane congrua determinatio necessariam facti probationem præcedere postulat,
40 vt † certior inde resultet iuris decisio *iux: l: si ex*

plagis §.in Cliuo, ibi, *Respondi in causa Ius esse positum, vbi gloss.in ver.in causa ff.ad l. Aquil.d.l.Iudices, C.de Iud.l.1.in princio.ibique gloss. in verb. probatis his C.quæ sit long.consuetud.d.d.cap. fin.30.q.5.* Ideoque omnio admitti debet etiam si longio-
41 rem dilationem exposcat, † cum oriatur, & prodeat ex ventre ipsarum litterarum *iux.theor. Bart.in l.1.§.& parui refert, sub num.5.vers.aut.aliæ exceptiones descendunt.ff.quod vi aucl.calm.Rota, penes Card.Seraph.decis.980.sub num.12. vers. non obstat. quod dicitur & seq.* vbi quod alias pars grauatur, *& Burat.dec.122.nu.2.vers.& ista exceptio ac seq.in Recen.dec.728.n.2.et vers. Et ista exceptio p.2. et 348.sub n.2.vers.facit, quod ista exceptio par. 3.*

Prædicta verò latius fortè, quam propositæ quæstionis exigeret solutio coacti fuerunt Domini afferre, vt emergens hæc disceptio, iam tres ferè annos varijs partium argumentationibus agitata sileat tandem, ac terminetur.
42 Cum † etiam in dubio æquius, ac tutius sit probandi facultatem concedere, quam coarctare *l.quoniam multi in fin.C.de hær. et Manich.cum concord.penes Buratt.decis.28.num.3.vurs.et Rota, et d.decis.656.num.5.vers.et nihilominus, et Coccin.dec. 20.sub num. 4. uers. eoq. libentius, et in recent. decis. 503.sub num.2.uers.et Rota par.2.et d.decis.277.n.4. uers.præterea par.3. ac decis.240.num.6. uers. Atq.in*
43 *hanc sententiam par. 4. tom. 2.* sufficit enim, † ad hunc effectum probabilis releuantia Iudicis arbitrio pensanda *Bald.in cap.licet causam num.33 uers.dicitur tamen.extr.de Probat.Rot.penes Cassador. decis. 3. sub num. 1. uers. quæ remissio non negatur de dilat. & Card. Mantic. decis.312. sub num.10. vers. Vnde remissoria, & Card. Caualer.decis.232.num.2. vers. nam Rota non solet. & decis.105.n.1.vers.præsertim,& seq.p.4.diuers.& in rec.dec.41.nu.41. vers. cum in istis terminis par. 7.* quæ in hoc casu ex prædictis visa fuit Dominis resultare. Necessaria verò, atque concludens ad desinitionem causæ refertur post factas probationes, *Verall. decis.61. sub nu.1.vers. sed hoc indicari debet,& seq. par.3. San.mem. Gregor. decis.124.nu.3.vers.quamuis autem.* Quo tempore præmissa quoque, ac alia à partibus adducenda denuò (prout opus fuerit) discutientur. Ne autem diutius quam par sit probationes differantur reseruarũt Domini eorum arbitrio facultatem prosequendi interea, vel retardandi disputationem dubij principalis, ac processum ad vlteriora, vt factum fuit in *d. Anconitan. seu Auximana flor. 26. Aprilis 1613. coram Buratt. decis. 392. in fin. vers. Verum quia, & in Theatin.seu nullius Abb.15.Martij 1641. coram R.P.D. meo Bichio, ac in alijs.*

Atque ita fuit conclusum concedendam esse remissoriam cum retardatione, vel sine arbitrio, &c. Vtraque parte informante, &c.

R. P. D. GHISILERIO;
Postea Episcopo IMOLEN.
Mediolaneñ Substentationis Libri.
Mercurij 26. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Decreta facta ab Episcopo in actu Visitationis habent vim legis. In materia præcedentiarum attenditur consuetudo. Ceremoniale Romanum, nec Constitutio Clementis VIII. confirmatoria illius non tollunt statuta Ecclesiarum laudabiliter edita.

SVMMARIVM.

1 *Statutum conditum ab Episcopo in actu Visitationis habet vim legis.*
2 *Imò in concursu iuris communis debet illi præualere.*
Ea ratione, quia statutum in loco statuentium est ius commune. num. 3.
4 *Episcopus potest ligare suos subditos, si faciat decretum in actu Visitationis.*
5 *Quisque in re sua est moderator, & arbiter.*
6 *in Facultate quod est ante promissionem, post promissionem est in necessitate.*
7 *Instrumentum sine testibus non probat.*
8 *Fides simplices in iudicio manutentionis concurrentibus adminiculis probant.*
9 *Media tempora præsumuntur.*
10 *Obseruantia decem annorum sufficit in ijs rebus, quæ sunt præter ius.*
11 *Consuetudo, quæ non habet legem contrariam, dicitur præter ius.*
12 *Constitutio confirmatoria restringitur ad disposita in confirmato.*
13 *Cæremoniale Romanum non prohibet, quin vni Canonico celebranti alijCanonici actus obsequiales præstent.*
14 *Derogationis, & abrogationis natura est tollere tantum contraria.*
15 *Cæremoniale Romanum, & Constitutio Clem.VIII. illius confirmatoria, non tollunt statuta Ecclesiarũ laudabiliter edita.*
16 *Manutentio denegari non debet, vbi adest dubium, an possit Constitutio aliqua cum decreto irritanti obstare possessioni.*
17 *In Præcedentijs attenditur possessio, & consuetudo. & num.29.*
Amplia etiam si præcedentiæ essent iuri communi contrariæ. ibid. num.18.
18 *Digniori præfertur minus dignus in Præcedentijs stante consuetudine.*
19 *Constitutio, vel statutum quæ obligat Dignitatem Superiorẽ multo fortius obligat Canonicũ inferiorẽ.*
20 *Possessio in corporalibus non amittitur per non exercitium nisi per spacium decennij.*
Ea ratione quia possessio Ciuilis, quæ animo retinetur benè colligitur ex actu possessorio successiuè exercito. num.21.
22 *Licentia ex multiplicitate actuum præsumitur.*
23 *Multiplicitas actuum excludit præsumptionem, quod illi sint facultatiui.*
24 *Scientia aduersarij ad effectum acquirendi possessionẽ non est necessaria, quando adest titulum.*
25 *Cæremoniarum testificationes spectant ad Cæremoniarum Magistros.*
26 *Peritorum testificationibus in illorum materia est deferendum.*
27 *Fides, & attestationes recipiunt adminiculum à Statuto, quando sunt illi conformes.*
28 *Instrumenta præualent fidei extraiudiciali.*
30 *Decreta etiamsi sint confirmata quãdo sunt subreptitia non suffragantur.*

31 *Pon-*

31 *Pontifex non præsumitur præiudicare velle iuri quæsito, nisi expreßè dixerit.*

32 *Resolutio Sacræ Congregationis rituum facta in vno casu non potest trahi ad diuersum.*

DECISIO CII.

PENDENTE lite in Sacra Congregatione Rituum inter Capitulũ, & Canonicos Metropolitanæ Mediolaneñ ex vna, & Canonicos Collegiatæ S. Ambrosij maioris eiusdem Ciuitatis ex altera, super eo, quod Capitulum, & Canonici Metropolitanæ prætendunt, quod quando accedunt processionaliter ad Ecclesiã Sancti Ambrosij, vnus ex Canonicis Collegiatæ teneatur sustentare librum orationum apertum Dignitati, seu Canonico Metropolitanæ, quousque ibi recitat orationes, & cum in exequutionem rescripti Signaturæ Sanctissimi, quod Sac. Congregatio deputaret Auditorem Rotæ, fuerim deputatus sub die 8. Aprilis, proposui, an Capitulo, & Canonicis Metropolitanæ esset danda manutentio; sed quia Rota voluit gustare de bono iure, hodie reproposita causa fuit resolutum, constare de bono iure Metropolitanæ ad effectum manutentionis.

Quia inter Constitutiones ad Collegiatam Sancti Ambrosij Maioris pertinẽtes extat statutum de actu Visitationis de Anno 1567. factæ à Venerandæ memoriæ Sancto Carolo tũc Archiepiscopo Mediolani existeñ in archiuio Archiepiscopali ab eisdem Canonicis Collegiatæ acceptatum, & cum iuramento obseruari promissum, in quo expresiè cauetur, quod cum Capitulum Maioris Ecclesię Processionibus, aut Litanijs obeundis ad hanc Ecclesiam accedit, tunc Librum manibus sustineat is Canonicis, qui vltimus residet: hoc autem sustinendi manibus Libri munus Præpositus tunc obeat, cum Reuerendissimus Archiepiscopus in hac Ecclesia diuinum aliquod officium præter missas agit, quod si is abest antiquior Canonicus, qui resideat, hoc ipsum

1 præstet, † quod cum fuerit conditum in Visitatione, habet vim legis, *l. omnes populi*, vbi notant omnes *ff. de iust. & iur.* & in concursu de-

2 bet præualere iuri communi, † & generali, *ex tradit. per Bald. cons. 59. lib. 1. Roman. cons. 195. numer. 1. vers. licet enim, Honded. cons. 13. nu. 31. lib. 1. Abb. cons. 77. nu. 4. in colum. penult. vers. potest enim,* illudq; & non ius cõmune debet attendi, quia

3 statutum† in loco statuentium est ius commune, *Bald. in l. quicumque, C. de ser. fugit. in l. Gallus §. si eius in secundo notab. ff. delib. & posth. Cur. senior. cons. 46. num. 16. Grat. cons. 54. num. 49. & consil. 59. num. 10. & seqq. lib. 1.* & Canonici Ar-

4 chiepiscopo subiecti potuerunt obligari, *cap. final. de constit. in 6. cap. omnes de maior. & obed.* accedente præsertim promissione iurata prædictorum Canonicorum de illo obseruando, cuius vigore etiam ratione pacti possunt cogi, cũ potuerint sibi hanc seruitutem imponere, quia

5 nihil est, quod repugnet, † cum quilibet in re sua sit moderator, & arbiter, *l. in re mandata C. mand. & id*, quod quis habebat in simplici facul-

6 tate sua, † possit alteri promittendo inducere ad necessitatem, *l. in commodato §. sicut ff. commod. & in l. sicut de action. & obligat.*

Cum statuto concurrit obseruantia 20. & amplius annorum sustinendi librum per Canonicum Ecclesiæ Collegiatæ, quando Capitulum Metropolitanæ accedit ad d. Ecclesiam S. Ambrosij, quæ probatur per sex publica Instrumenta à publicis Notarijs rogata annis 1616. 1628. 1632. 1639. & 1640. & 41. non obstante, quod eadem instrumenta carerent te-

7 stibus, sine quibus Notario rogato † credi nõ solet, *Put. decis. 5. num. 1. lib. 3.* quia & si resoluerentur in simplices fides, adhuc in hoc iu-

8 dicio summarissimo sufficerent, † concurrentibus alijs adminiculis *Caput. decis. 234. p. 1. Rot. decis. vlt. num. 6. p. 1. diuers. decis. 36. num. 6. coram bo. mem. Buratt. decis. 97. num. 3. impress. apud Posth. de manut.* & in terminis fidei Notarij *in Tullen. Prioratus 6. Iunij 1642. coram R.P.D. meo Bichio*,

9 Ex quibus † cum media tempora præsumantur. *Gloss. in cap. accedens verbo temporis, vers. & sic per primum de conuers. coniug. Felin. in c. inter dilectos num. 5. vers. & quod extrema de fid. instrum. Rota decis. 545. num. 1. par. 1. diuers.* apparet obseruãtiam, & consuetudinem prædictam esse annorum 25. & tamen in his, quæ sunt præter ius,

10 vt est præstatio d. obsequij, † sufficiunt decem anni iuxta *gloss. in c. final. in princip. verb. consuetudo de consuet. in 6. Felin. in c. statuimus n. 1. ad finem, vers. attende de maior. & obed. Rota coram Seraphin. decis. 639. num. 11. faciunt adducta per Add. ad S. me. greg. XV. decis. 124. num. 4. in fin. Rota decis. 722. numer. 1. par. 2. recent.* qualis est consuetudo, de qua agitur, cum nulla lege, vel Canone, con-

11 trarium † expressè disponatur, *Put. decis. 240. in princ. lib. 3. in correct. Rot. decis. 197. num. 1. in fin. par. 1. recent.* siquidem non contradicit Cæremoniale Romanum, & Constitutio fæl. recor. Clemen. VIII. illius confirmatoria habens decretum irritans, in qua abrogantur statuta, & consuetudines ipsi Cæremoniali confirmato

12 contrariæ, † quia Constitutio restringitur ad disposita in Cæremoniali, *cap. cum dilecta vers. nolente de conf. vtil. vel inutil. Rot. decis. 682. num. 36. par. 4. recent. Cæremoniale verò lib. 1. cap. 11. & c. 20.* disponit solum de personis, quæ Episcopo celebranti librum, seu Missale offerre debent, nec

13 prohibet, † quin vni Canonico celebranti alij Canonici actus obsequiales præstent, vt declarauit Sacra Congregatio Rituum in *Neocastren. 4. Martij 1606. teste Barbos. in collect. Bull. verb. Cæremonialis liber non prohibet fol. 86.* secundum primam impressionem. Nec in dicto Cæremoniali prohibetur Capitulo, vel dignitatibus Canonicis Metropolitanę exactio, vel receptio dicti obsequij à Canonicis Collegiatarum, vel aliarum, quando Capitulum Metropolitanæ ad tales Ecclesias processionaliter accedit, ideòque non intrat abrogatio contenta in d. Constitutione Clementis, quæ tollit, & abrogat solum Statuta, & consuetudines, quæ aduersantur dispositis in dicta Constitutione. Est enim

14 de natura abrogationis, † seu derogationis tollere tantum contraria *Clem. dudum §. Verum ne Parochiales circa fin. ibi, in quantum sunt præmissis, vel alicui præmissorum contraria ea penitus reuocamus*

cassamus

cassamus,&c. de sepult.l.vnica §.his tantummodò;ibi, & si qua alia lex, vel Senatusconsultum, vel etiam constitutio loquitur delationis eā inefficax, quantum ad eam partem remaneat, vbi Bald. num. 3. C. de latin. lib. toll. Nec pariter tollit statutum laudabiliter
15 in Ecclesia† editum, vt ex simili declaratione Sac. Congregationis in Montis Regalis 27. Septembris 1608. tradit *Barbos.ibidem Cæremoniale non tollit,* & in verbo *statutū fol.641.in princ.* & satis est dubitari posse, an possessioni,de qua agitur, Cæremoniale resistat, vt interim non obstante d. decreto irritanti, Capitulo Metro-
16 politanæ dari debeat manutentio, † vt pluribus allegatis firmatum fuit coram me in *Legionen.beneficij 4.Iulij 1640. in Gerunden. Cappelaniæ 27. Ianuarij,& 20. Martij 1645. coram R.P.D. meo Bichio, & in Fulginaten. Parochialis 30. Martij eiusdem anni coram R. P.D. meo Cerro*, Cessante autem hac contradictione semper in materia præeminentiarum maximi facienda est cōsuetudo, cum in materia præcedentiæ attendatur
17 possessio, †& consuetudo. *Bald. in cap. cum olim num.1. vers. nota, quod consuetudo de consuet.& l. obseruare §. antequam veri ff.de offic.proconſ.Natt. cons.62. in fin. Menoch. cons. 51. num. 49.* etiamsi dispositio iuris communis esset contraria. Nā
18 tunc † minus dignus præfertur digniori. *Panorm. in cap.auditis 3. notab.de elect.Menoch. d.consil.51. Rota coram Seraph.decis.964.in princ.Adden. San.mem. Greg.XV. decis.124. num.3. & in Lucana Præcedentiæ 24. Ianuarij 1628.coram me.*

Supradicto statuto, & obseruantiæ accedit Cæremoniale Generale Ambrosianum,in quo decernitur hoc idem obsequium præstandum esse ab omnibus Ecclesijs inferioribus Archiepiscopo, vel Canonico Metropolitanæ, ibi, *orationes recitare debenti, quod licet Librum sustentari iubeat à Præfecto, vel Superiore, seu Abbate illius*
19 *Ecclesiæ,*† multò magis obligare censetur Canonicum inferiorem, vt per *Felin. in cap.Pastoralis num.1. de offic. ordin. Bart.in l.1.§. qui habebat num.4. ff.de bonor.possess.contra tabul. & in l.2.§.fin. ff. ad Tertull. Rota decis.59. num.2. in fin.par.1.rec.* Cum igitur ad hunc effectum satis constet de bono iure Capituli Metropolitanæ, & ex prædictis sit abundè probata possessio multo tempore continuata, non potest denegari manutētio,etiamsi aliquibus vicibus eosdē actus possessorios Canonici Metropolitanæ non exer-
20 cuerint, † quia possessio semel acquisita in incorporalibus, non amittitur per non exercitium huiusmodi,nisi simul cōcurrat lapsus decennij, quando ex aliqua causa possessor exercere omisit, *Innoc.in cap.quærelam num. 3.de elect. Rota in Ciuitatis plebis pensionis 5. Maij 1645.coram R.P.D. meo Bichio.* Ratio est,quia possessio Ciuilis solo animo retinetur,& retinendi animus
21 satis colligitur, † ex quo successiuè possessor eosdem actus possessorios exercuit, vt per *Innoc. in d.cap.quærelam num.3. Rip.in cap.cum Ecclesia Sutrina num. 11. in fin. de caus. possess. & propr. Rota decis.241.num.4.par.1. rec.*

Nec dubitari potest de scientia Canonicorū,
22 & Capituli Collegiatæ, cum illa præsumatur ex multiplicitate actuum, *Seraphin. decis. 1485. num.3.& Canonicorum præsentia ad tex. in cap.final. qui matrim.acc.poss. Rimin.iun.cons.562.nu.34.lib.5. Rota dec.s.406. num.7. par.1.recent.* quæ actuum
23 multiplicitas † excludit præsumptionem, quod illi fuerint facultatiui, *Cæsar de graff.dec.1. num.3.de caus. possess. & propr. Add.ad S.mem.Greg. XV. decis.572.num.8.* Præterea cum constet de titulo Metropolitanæ ex supradicto statuto, ta-
24 lis† scientia ad effectum acquirendi possessionem non requiritur. *Paul. de Castr. in l. seruitutes prædiorum nu.9.vers.licet ipsi de seruit. Rebuff. ad Gallicam tom. 3. tit.de materia possess. in præfat. num.155.& seqq. Rota in decisionibus relatis in decis. 533. num.3. p.1. recent. & in Barchinonen. Iurisdictionis 4.Iulij 1646. coram R.P.D. meo Bichio.*

Prædictis non obstant attestationes contrariæ datæ à Capitulo, & Canonicis Collegiatæ, quia conquassantur ex contrarijs attestationibus plurium insignium personarum deponentium super huiusmodi sustentatione, & super longæua illius consuetudine, necnon ex attestationibus magistrorum cæremoniarum, ad
25 quorum officium † cum hæc pertineant, vt tradit *Modern. Neap.in prax.cærem.lib.1.sect.1.nu.*
25 *num.5.& 9.& sect.2.num.7.& 15.* † multum illorum testimonio deferendum, *Rota coram Seraph.decis.431.num.6.in recent.decis.262.num.3.p.2. in Rom. Assecurationis Nauis 27. Iunij 1631. coram me, & in Salernitana pensionis 4. Maij 1633. coram me,* & attestationibus Metropolitanæ incōcursu magis ad deferendum, cum sint super affirmatiua, & sint conformes statuto,& Cæremo-
27 moniali, à quibus fomentum † & adminiculum recipiunt, *cap. licet causam vers. ex promissis de probat.* contrariæ verò loquuntur de actibus gestis post motam litem, nēpè de annis 1645. & 1647. Lis verò mota fuerat à Capitulo, & Canonicis Metropolitanæ de anno 1643. corā Vicario Generali Curię Archiepiscopalis Mediolani, prꝫter quod sunt fides extraiudiciales,
28 &† semper præualent Instrumenta supra relata, *l.census ff.de probat.Gloss.in cap.tertio loco, verb. testium eod.tit.Rom.cons.319.num.1.Cassan. cons.16. num.1. Rot.decis.24. num.3 in fin. par.1. recent.*

Non obstat Decretum Sacræ Congregationis Rituum sub die 23. Ianuarij 1644. in quo Sacra Congregatio respondit Canonicos Collegiatæ non teneri tenere librum,dum eorum Ecclesia Processionum, aut alia quauis occasione visitatur à Capitulo,& Canonicis Ecclesiæ Cathedralis, & obtinens primam Dignitatem in Cathedrali orationes cantat, quod præinserto illius tenore fuit confirmatum ex certa scientia à fel.record. Vrban. VIII. cum decreto irritan.& clausula sublata sub die 1. Martij eiusdem anni 1644. quia apparet euidenter subreptitium ob non expressionē statuti particularis d. Collegiatæ à Ven. mem. S. Carolo in actu visitationis conditi, ob non expressionem Cæremonialis Ambrosiani, ob non expressionem longæuæ obseruatę consuetudinis, & demum ob non expressionem litis antea motæ in partibus corā Vicario Generali Mediolani, quorum notitiam, si Sac.Congregatio habuisset, cum semper in hac materia particularibus consuetudinibus Ecclesiarum de-
29 ferat, † vt constat ex declarationibus relatis à *Barbos.*

Barbos. in Collect. Apost. dec. verbo consuetudo particularis, vtique non ita respõdisset, *l. postulasti in fin.* & ibi *Abb. nu. 1. de rescript.* Vndè cum tàm Decretum Sac. Congregationis, quàm confirmatio eiusdem sit impetrata lite penden. non facta mentione de supradictis,† tàm illud, quàm
30 confirmatio eiusdem. vti subreptitia non suffragatur *cap. vltimo, vt lit. pend. Clem. 2. eodem tit. Rot. coram Seraph. decis. 1100. num. 2. coram Caput. decis. 271. p. 1. coram Reuerendissimo Vrgellen. decis. 5. num. 15. & in recent. decis. 370. num. 4. par. 5.* cum non censeatur San. mem. Vrb. VIII. voluisse
31 præiudicare liti, † & iuri in ea quæsito alteri litiganti, dum id non expressit *c. fin. vt lit. pend. & cap. fin. de constit.* Hinc fortè S.D.N. agnoscēs prædictum Decretum, & confirmationem maximam pati difficultatem rescripsit Sacræ Congregationi, vt deputaret Auditorem Rotæ ad Cognitionem istius negotij.

Minus facit, quod eadem Sacra Congregatio sub die 10. Maij 1638. in eadem Ciuitate Mediolani ad fauorem vnius Curati censuerit ipsum non teneri ad sustentationem libri, & consequenter quatenus probaretur intentio Capituli, & Canonicorum Metropolitanæ, tanquam abusus iuxta sensum Sac. Congregationis esset eliminandus, & nullo modo concedenda manutentio: quia cum ex lectura pateat emanasse ad instãtiam Curati antiquioris, qui prætendebat non teneri, sed spectare ad Curatum Iuniorem, non meretur allegari, nec ex illo potest inferri ad præsentem casum iuxta
32 vulgata,† sed retorquetur, dum admittit, quod hoc obsequium substentationis libri præstari debeat à Curato Iuniori in Ecclesia, in qua sint duo Curati.

Et ita vtraque parte audita DD. censuerunt constare de bono iure Capituli Cathedralis ad effectum manutentionis.

R. P. D. BICHIO.

Carpentoratēn Hæreditatis.

Veneris 28. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Ad probandum fiducialitatem requiritur tàm causa, ob quam Testator illam fecerit, quàm verba testamenti, quę illam innuant; Nec probatio causæ sufficiens esset, vel quod filij Testatoris essent impuberes, vel quod illos Testator obedientes voluerit prætenso hæredi fiduciario. Testes ad probandam fiducialitatem non sufficiunt duo, sed septem requiruntur, quando fiducialitas inducitur ex verbis, tàm Testatoris, quàm hæredis post testamentum emanatis.

SVMMARIVM.

1 *Hæres fiduciarius ad hoc, vt quis dici possit requiritur causa, ob quam Testator hoc fecerit; & quod verba testamenti hoc innuant.*
Quod vtrumque ab allegante probandum est. numer. 2.

3 *Verba,* solum, & pro toto *apposita in institutione important plenum dominium hæredis, & liberam institutionem.*

4 *Fiducia in hærede non excluditur, licet liberè institutus fuerit, quando adsunt aliqua signa fiduciæ.*

5 *Legatum factum filijs cum prohibitione plus petendi illos excludit ab vniuersali successione. & nu. 6.*
Quod amplia etiam à iure fiduciariæ institutionis, quando prohibitio est concepta verbis vniuersalibus. num. 7.

8 *ad Fiduciam probandam non est sufficiens causa, quod filij testatoris sint impuberes.*
Quod fortiùs procedit si inter filios testatoris adsit vnus maior. num. 9.

10 *Obedientia erga aliquem non potest dici sufficiciens causa ad fiduciariam probandam. & num. 8.*
Quod fortiùs procedit si testator in testamento talē obedientiam suis filijs iniunxerit. num. 11.

12 *Causa dubia non sufficit, sed certa requiritur ad probandam institutionem fiduciariam.*

13 *Fiducialitas probari potest ex verbis Testatoris, vel hæredis, etiam post testamentum prolatis.*

14 *Testes examinati absque citatione partis nõ probant.*

15 *Testes examinati post appellationem ab admissione articulorum probant, quando decretum est interlocutorium.*
Fallit stante inhibitione à Iudice appellationis cõcessa. ibidem.
Item fallit, quando decretum est diffinitiuum. n. 16.

16 *Decretum quomodo cognoscatur esse diffinitiuum.*

17 *Admissio appellationis ex vi retrotractionis ad diem decreti reddit attentata omnia interim gesta.*

18 *Volūtas Patris inter liberos probatur duobus testibus.*

19 *Restitutio hæreditatis ad fauorem filiorum testatoris probatur duobus testibus.*

20 *Fiduciaria debet probari per septem testes, & quomodo procedat.*

21 *Verba generica, honorifica, & curialia non obligant.*

22 *Tenor instrumenti deperditi non potest probari per testes, nisi docto de instrumenti ammissione.*

23 *Fiduciaria probatur etiam testibus singularibus.*
Quod intellige quando verba testamenti sunt libera. num. 25.

24 *Confessio extraiudicialis non probatur per testes singulares.*

26 *Testes singulares singularitate obstatiua nihil probant.*

27 *Fiducialitas probatur coniecturis.*
Intellige, quando verba testamenti non essent clara. num. 30.

28 *Fiducialitas probatur ex coniectura maioris dilectionis erga filios, quàm fratrem.*
Item probatur, quando hæres fiduciarius instituat æquè cum proprijs filijs filios testatoris. num. 29.

31 *Pater dempta legitima filiorum potest de bonis liberè disponere.*

32 *Pater præsumitur prædilexisse proprijs filijs, illum, quem hæredem instituit.*

33 *Testator potest reuocare testamentum.*

34 *Obseruantia fiducialitatis ex quibus excluditur.*

35 *Supplementum legitimæ debetur filijs, non obstante patris prohibitione.*

36 *Solutio acceptata ab aliquo soluente, tamquam hærede efficit, vt ille pro hærede agnitus sit.*

37 *Ignorantia eius, de quo est publica vox, & fama non excusat.*

38 *Fi-*

38 *Fiducialitas excluditur ex obseruantia præcipuè concurrentibus coniecturis, de quibus ibidem vsq; ad finem.*

DECISIO CIII.

CVILIBET ex filijs, tàm natis, quàm nascituris Bernardus Fabre in testamento, quod condidit de anno 1584. legauit iure particularis institutionis florenos 600. certis temporibus soluendos. Et vlterius mandauit illos enutriri, vestiri, & educari in omnibus bonis moribus, & virtutibus, maribusq; de bona arte prouideri sumptibus hæreditatis, addito, quod nihil aliud habere, aut petere possint super eius bonis, & hæreditate, siue iure legitimæ, quartæ Trebellianicæ Falcidiæ, aut quocunque alio iure, quia vult dicto legato esse contentos.

Deinde scripsit hęredem vniuersalem Claudium fratrem germanum, solum, & pro toto, per quem voluit, & ordinauit supradicta legata realiter solui, & satisfieri. Qui Claudius ab anno 1596. quo decessit testator bona hæreditaria, tanquam verus, & solus hæres pacificè possedit vsque ad annum 1620. & successiuè possederunt eius filij, & hæredes vsque ad annum 1641. tunc enim, & sic elapsis 45. annis Ioanna filia Bernardi testatoris, & Franciscus eiusdem nepos ex Teofredo filio contra illos petierunt immitti sub prætextu, quod Claudius, vt supra institutus hæres vniuersalis à Bernardo fuerit dumtaxat hęres confidentialis, seu fiduciarius, cum onere restituendi hæreditatem filijs testatoris.

Prodijt hæc lis coram Iudice de partibus in Ciuitate Carpen. donec per appellationem à decreto admissionis articulorum à D. Vicelegato ad vtrumque effectum admissam deuoluta ad Curiam finem primæ instantiæ recepit à sententia absolutoria contra actores lata, & nunc secundam instantiam sortitur in Rota, vbi proposito à me hodie dubio, an actoribus sit danda immissio, non esse dandam Domini censuerunt.

Vt enim hæres fiduciarius quis institutus dicatur copulatiuè, inter cætera requiritur
1 causa, ob quam Testator proprios † filios, non potius recta via, sed mediante alio hærede fiduciario ad suam hæreditatem vocauerit, & verba testamenti, ex quibus fidei hæredis instituti hęreditatis restitutionem committere voluisse deducatur, *vt notat Bald. in l. in fideicommissi 3. §. cum Pollidius ff. de vsur* ibidemq; *Cuiac. vers. ergo duplici. Bertazz. cons. Ciuil. 8. num. 8. Honded. cons. 51. num. 88. lib. 2. Peregr. de fideic. art. 3. num. 19. vers. & fiduciarium, & de iur. Fisc. lib. 3. tit. 19. numer. 3. Rota decis. 381. num. 2. coram bon. mem. Card. Caualer. decis. 616. num. 15. & 23. coram bon. mem. Buratt. decis. 351. num. 13. p. 4. tom. 2. recent. & in Bononien. Iurispatronatus 4. Iuly* 1640. *corā me §. 1.* Desumiturq; *ex text. in d. l. in fideicommissi, §. cum Pollidius ff. vsur. in l. quidam cum filium familias 46. ff. hæred. instit. in l. seiss Saturninus 46. ff. ad Tre-*
2 *bell.* in quibus vtrumque concurrebat; Probādum autem vtrumque est ab allegante, vt habetur *in d. l. quidam cum filium familias*: ibi *non aliter ab eo fideicommissum peti posse, quam si & ipsū testatorem fidem eius secutum esse probaretur.*

At in casu nostro nō probarunt actores, imò verba testamenti excludunt penitus fiduciariā, siue attendamus institutionem hęredis: ibi, *instituit hæredem suum vniuersalem Claudium Fabre eius fratrem dilectum solum, & pro toto* ponderando
3 pręsertim verba illa *solum & pro toto*, quę importare videntur plenum dominium, tàm in proprietate, quàm in fructu, & per consequēs plenariam, ac liberam institutionem, *vt ad propositum ponderat Ioseph Ramon. cons. 67. sub n. 17.*
4 quamuis hoc solum † non sufficit, si alia adessent signa fiducię, *Bertazz. d. cons. ciuili lib. 8. numer. 17. vers. secundo per facultatem. Cancer. variar. resol. tom. 1. cap. 1. num. 219. & seqq.* Siuè attendamus pręcedens legatum factum filijs cum expressa prohibitione plus petendi, per quam di-
5 cuntur penitus † exclusi ab vniuersali successione, *Bart. in l. quoties, §. si duo num. 1. & 5. ff. hæred, inst. Ruin. cons. 90. nu. 11. lib. 2. Gabr. cons. 132. num. 42. lib. 1. Rouit. cons. 47. num. 14.* vbi ait ex dicta prohibitione resultare claram mentem
6 testatoris, † quod taliter instituti in nullo casu possint plus habere *lib. 1. Rot. decis. 635. num. 4. par. 1. recent.* Pręsertim quia prohibiti sunt petere ex causa legitimę, Trebellianicę, & Falci-
7 dię, aut quocunque alio iure, atque ita nec iure fiduciarię institutionis, quod ac omne aliud sub vniuersalitate verbi *quocunque* comprehenditur *Ruin. cons. 98. num. 11. lib. 2. Cephal. cons. 13. num. 2.* cum tamen sufficeret non adesse aliquod verbum confidentię indicatiuum, *Buratt. d. decis. 616. num. 18. vers. maximè, Rot. dict. decis. 351. num. 13. vers. nam de verbis par. 4. tom. 2. recent.*
8 Causa pariter non est exaduerso probata; Nec allegare sufficit, quod filij testatoris essent impuberes *ad tradita per Peregr. de fideic. art. 3. n. 19. vers. quia impubes. Negus. quæst. 310. num. 53. vers. minor ætas, Modern. Neapol. in l. hac edictali q. 28. sub n. 35. vers. item potest C. de secund. nupt.* Aut quod testator hoc modo prouidere voluerit filijs de administratore, eidemq; Claudio administratori filiorum successiuam obedientiam, de qua alioquin verebatur conseruare.

Quia cùm non omnes filij essent impuberes (aderat enim Franciscus ętate maior tempore
9 testamenti) in omnibus non militabat † causa pupillaris ętatis, siue timoris inobedientię, qui in impuberibus cadere non poterat, & per cōsequens ne eadem institutio, quo ad aliquos filios censeatur fiduciaria, libera verò quoad aliquos filios dicendum est nullatenus fiduciariā esse, vt in his terminis aduertit *Buratt. d. decis. 616. sub num. 23. vers. causa non conueniebat, & num. 24.*

Eò minùs quia testator aliter poterat Claudio fratri hęredi instituto filiorum administrationem, ac gubernium, & filijs obedientiam
10 erga Claudium iniungere, *Bertrand. consil. 47. sub num. 7. vers. si enim vol. 3. par. 2. Cuman. consil. 108. sub num. 1. vers. iustius tamen Grat. discept. 446. num. 5.* Prout specialitèr per Capitulum separatum iniunxit; † Vndè instituendo postea
11 Clau-

Claudium hęredem vniuersalem tamquam fratrem dilectum; ibi, *eius fratrem dilectum* presumitur non ex alia causa, quam dilectionis motus ad instituendum, vt in proximis terminis *Decius cons.601. sub nu.4. vers.& in fauorem*, & in puncto *Rota in supracitata Bononien. iurispatronatus coram me §. neque pro causa, vers.quem potius*. Vel in omnem euentum negari saltem
12 non potest, quin allegata† causa simulandi institutionem fratris, ac fiducię sit dubia, sed certa requiritur *Abb. cons.9. num.1. & 8. Natt. consil.628. num.17, & seqq. Honded.cons.46. num.3. & 4. lib.1. Farinac.cons.49. sub num.60. lib.1.* & fuit dictum *in Bononien. bonorum de Monterentijs 27. Iunij 1611. coram bon.mem. Penia.*

Hinc non obstant testes exaduerso examinati: Quia nemo deponit de causa fiducialitatis, nec interfuerunt testamento, & quatenus deponunt de verbis longe post testamentum prolatis à Bernardo testatore vel à Claudio hærede
13 ex quibus fiducialitas probari potest, *Castill. quotid. contr. lib. 5. capit. 69. col. 8. & 9. Rot. decis. 765. numer. 10. par. 2. recent.* non merentur fidem.

Primo quia aliqui ex illis examinati fuerunt
14 vigore monitorialium† absq; citatione partis, *Surd.cons.129. num.23. Giurb.decis. 95. num. 1. Rot. decis.250. nu.23. par.6. recent.* Alij examinati fuerunt post interpositam appellationem à decre-
15 to admissionis articulorum, † quæ licet quando tale decretum interlocutorium est, non impediat, quominus Iudex à quo possit ad vlteriora in examine procedere, donec per Iudicem appellationis fuerit inhibitus, *Lancell. de attent. par.2. cap.12. limit.1. num.1. & seqq. Rot. decis. 17. de appellat. in antiq. & in Mantuana bonorum 20. Maij 1611. coram Vbaldo seniori impress. apud Marches. de commiss. par.1. fol.1221. num. 1.* obstat in casu nostro quo decretum est diffinitiuum,
16 vt patet † ex lectura, ibi, *seruatis terminis, & conclusione in causa &c. Christi nomine &c.* Summ. *Ioannes. & litis cons. Nun.* 12. Et vltro verificata fuit causa appellationis coram Iudice superiori, nempe V. Legato Auenionen ad cuius signaturam spectant appellationum admissiones illeq; appellationem ad vtrumq; effectum ad-
17 misit; Nam talis † admissio vi retrotractionis ad diem decreti reddit atentatum examen testium, & quicquid medio tempore gessit Iudex à quo *Lancell. de attent. par.2. cap. 12. ampliat. 19. nu.1. Reuerendiss. Vrgellen. decis.96. nu.4. cum alijs allegatis ab adden. ad Buratt. decis.902. numer. 6. & in Collen. Decanatus 7. May 1640. coram R.P.D. meo Royas.*

Secundo quia esto quod sufficerent duo testes, eo quod agitur de probanda, siue volun-
18 tata patris inter liberos, quæ duobus testibus probatur *l. hac consultissima. §. ex imperfecto, vbi Ias. num.6. Cod. testam. Gabr. de testam conclus.7. nu.1. & 2. Michael. Crass. in §. testamentum q.11. num.4. Seraphin. decis.1302. num.6.* siue conuentione inter testatorem, & hæredem de restituendo hære-
19 ditatem filijs testatoris, † quæ pariter non vltra duos testes requirit, *vt in his terminis Ias. in l. fin. num.17. & 18. Cod. fideic. Alb. cons.529. nu.5. & 6. Grat. discep.650. num. 32.* alijq; allegati *per Mart. de success. legal. par.4. q.3. art.4. num.19. & 20. moder. Bononien. de acq. poss. q. 15. sub num. 69. Burat. decis. 616. numer. 7.* prout plures non requiruntur si probatio tendit ad declaranda verba testamēti vbi dubia sunt; Nam vbi sunt clara, vt in casu nostro non est locus declarationi, sed indu-
20 citur ex verbis post testamentum, † ad quam probandam septē omnino testes necessarij sunt non secus ac ad illam inducendam iuxta magistralem distinctionem, quam alijs relatis tradit *Surd. cons.129. num.29. Hond. cons.51. num.76. & seq. lib.2. Io. Franc. à Ponte cons.63. num.9. & seq. lib.1 Cancer. var. result. par.3. cap.20. num.403. & seqq.* & in his terminis secutus est *Grat. d. discep. 650. numer.25. & seqq. Rot. coram Burat. d. decis.616. num.4. par.2. recent. dec.765. num.6. & 7.* Licet in eo casu Rota duos tantum testes admiserit quia in testamento aderant verba confidentialia, *vt patet num. 13.*

Esto inquam quod duo testes sufficerent; Tot in casu nostro non adsunt; Nam solum sextus testis deponit audiuisse longè post testamentum à Bernardo testatore, & Claudio hęrede, ipsius Claudij factam fuisse institutionem sub promissione restituendi filijs testatoris.

Tertius autem testis deponit audiuisse à Cladio quod quamuis teneret, & possideret bona Bernardi fratris nihilominus redderet contentos, & satisfactos eius filios, & poneret illos in quiete, & pace, quæ verba non important pernecesse promissionem restituendi bona, cū verificari possint respectu supplementi legitimæ quod deinde Claudius soluit filijs testato-
21 ris, cumq; sint admodum generica, † & fere honorifica, & curialia non obligant aut deponunt, *cap. cum venissent circa med. vers. ipse vero de instit. Ias. in l. ita stipulatus numer. 5. ff. verb. oblig. Sareph. decis. 135. numer. 3. Andr. decision. 92. numer. 8.*

Secundus pariter testis nullius est momenti, quia ait Bernardum, & Claudium fratrem conuenisse simul de faciendo donationem reciprocam, & Claudium recepta per publicum instrumentum donatione à fratre, finxisse se ægrotum ne similem fratri faceret, de quo instrumento donationis Bernardi erga Claudiū nullibi constat, & quatenus dicatur deperdi-
22 tum, non probatur eius tenor per testes † non docto de instrumenti amissione, *Castr. in l. 1. num.3. C. fid. instr. Bart. in auth. si quis in aliquo nu. 6. C. edend. Ceph. cons.171. num.48. Surd. cons.109. n.10. Afflict. decis.274. num.4. Rot. in Bituntina census 24. Maij prox. præt. §. 1. quia coram R. P. D. meo Corrado.*

Vnde non vrget quod ad probandam fidu-
23 cialitatem † admittuntur etiam testes singulares *Castr. cons.395. nu.1. vers. isti quidem testes par. 2. Aym. cons.73. num.33. Simon. de Pret. cons.67. nu. 12. Mant. de coniect. lib.12. tit.16. num. 20. Seraph. decis. 1302. num.1. Rot. decis.765. num.7. & 8. par. 2. recent.* Quia vt dicebam vnicus testis, nempe sextus
24 deponit de confessione extraiudiciali, † ad quā probandam regulariter, nec sufficiunt testes singulares etiam singularitate adminiculatiua, *Alex. cons.68. num.8. lib.3. Put. decis.466. nu. 1. lib.2. in corr.*

in corr. Burat. decis. 117.*n.*8. Et præterea quamuis testes deponerent de ipsa dispositione, seu pacto confidentiali, eorum singularitas non
25 posset admitti, † nisi verba testamenti essent dubia, *vt in puncto respondendo contrarijs* declarat *Burat. d. decis.* 616.*num.* 16. *Grat. discept.* 650. *nu.* 24. *& plur. seqq.* Et testes deponerent de diuersis actibus tendentibus ad eumdem finem, secus vere quando deponunt de eodem actu, sed diuersimodè; prout in casu nostro deponit secundus, & sextus testis, & ratio diuersitatis est, quia primo casu singularitas est adminiculati-
26 ua, secundo vero obstatiua, † quæ dicta testium destruit, ita vt nullam omnino faciant probationem, *Farinac. de testib. q.* 64. *num.* 5. *&* 6. *& num.* 54. *Ciriac. contr.* 487. *num.* 1. *et* 2. *seq.* vbi *allegat concord.*

27 Rursus non obstat, † quod etiam coniecturis fiducialitas probari possit *Salyc. in l. etiam numero* 7. *vers. item dico, C. ad leg. Falc. Rot d. decis.* 765. *nu.* 11. *par.* 2. *recent.* cum alijs *alleg. à Moder. Bononiensi de acq. possess. q.* 15. *num.* 70. & sic concurrat
28 Tum † præsumptio maioris dilectionis erga proprios filios quam erga fratrem, quam in puncto ponderat *Bertazz. cons. ciuil.* 8. *num.* 9. *Pacian. cons.* 66. *num.* 14. *et seqq. Alb. cons.* 529. *num.* 37. *Cancer. var. resol. tom.* 1. *cap.* 1. *num.* 217, Tum successiua declaratio facta per Bernardum testatorem, quod Claudius scuta 600. quæ ei debet Bernardus detrahere in primis possit, si quando mortuo Bernardo ad diuisionem cum eius filijs deueniret; id quod supponit bona Bernardi ad filios esse deuoluenda; Tum obser-
29 uantia, † nam Claudius postea in suo testamento æquè instituit cum proprijs filijs filios Bernardi, *vt in his terminis ponderat Bertaz. cons.* 8. *num.* 12. *vers. quarto, & num.* 13. & idem Claudius viuens soluit filijs Bernardi vltra quantitatem florenorum 600. à patre legatam.

Coniecturę enim admittuntur vbi verba te-
30 stamenti clara non sunt, † at in claris non est locus coniecturis, *l. continuus*, §. *cum ita ff. verb. oblig. l. ille, aut ille*, §. *cum in verbis ff. leg.* 3. & in his terminis *Ioseph Ramon. cons.* 67. *num.* 17. Pręter quod exaduerso adductę non releuant.

Nam paterno amori, & obligationi erga filios satisfactum fuit mediante Legato in cau-
31 sam legitimę, † vltra quam potuit pater ad liberum de bonis disponere, *Dec. cons.* 246. *sub num.* 4. *cons.* 547. *num.* 1. *Paris. cons.* 34. *num.* 24. *lib.* 2. *Menoch. cons.* 685. *num.* 4. *& seqq.* & in reliquis bonis præsumitur magis quam filios dilexisse
32 eum † quem hæredem vniuersalem instituit *Simon de Pret. de interpretr. vlt. volunt. dub.* 2. *lib.* 4. *num.* 7. *Grat. discept.* 565. *num.* 11. aliter dicendum esset quod testamentum patris semper esset fiduciale, quando filios hæredes vniuersales non instituit.

Declaratio debiti detrahẽdi in casum diuisionis procurata fuit à Claudio vt sibi suffragaretur in euentum, in quem Bernardus institu-
33 tionem de eo factam reuocaret, † vt poterat *Oldr. cons.* 174. *nu.* 2. *Gutier. cons.* 2. *nu.* 6. *Ciriac. contr.* 168. *nu.* 5. *& per tot.*

Obseruantia est pro Claudio quia prius testamentum, in quo illic etiam nepotes ex Bernardo fratre hæredes instituerat non habuit ef-
34 fectum, † sed per secundum continens dumtaxat institutionem propriorum filiorum reuocatum fuit *l.* 1. §. *penult. ff. si tabul. testam. null. ex tab. Bald. in l. sancimus num.* 2. *C. testam. Bart. in l. si iue.* 18. *num.* 3. *ff. legat.* 3. cum alijs *allegatis in Nepesina hæreditatis* 27. *Martij* 1626. *coram bon. mem. Remboldo.*

Quodq; Claudius soluit filijs Bernardi vltra quantitatem legatam à patre cessit in causam supplementi legitimæ eisdem filijs debiti
35 non obstante patris prohibitione *l. quoniam in prioribus, C. inoff. testam. Dec. cons.* 495. *num.* 22. *et cons.* 688. *num.* 7. *Peregr. de fideic. art.* 39. *num.* 2. alijq; allegati *per Moder. de legit. lib.* 3. *tit.* 3. *q.* 6. *num.* 3. & per hanc solutionem factam à Claudio tanquã
36 hærede Bernardi ipsum dicti filij † in verum hæredem agnouerunt *ad tradita* per *Surd. cons.* 212. *num.* 10. *& decis.* 104. *num.* 7. *&* 8. *Rot. decis.* 338. *nu.* 8. *par.* 4. *tom.* 2. *recent.* Quo magis contrahendo pluries cum Claudio tanquam vero hærede, ac permittendo quod ille hæreditario titulo omnia alia bona Bernardi possideret per 45. annos, intra quos gratis negatur eos ignorasse
37 assertum pactum confidentiale, † cum testes exaduerso inducti deponant fuisse de hoc publicam vocem, & famam, *Peregr. de fideic. art.* 52. *num.* 104. *vers. quintus Farinac. in fragment. litt. I. n.* 138. *Trentacinq; var. resolut. lib.* 3. *tit. de transact. resol.* 1. *num.* 26.

Haec autem obseruantia subsecuta confi-
38 dentiam † excludit *Burat. d. decis.* 616. *num.* 20. concurrentibus præsertim in idem alijs coniecturis, nempe quod Bernardus certos executores sui testamenti reliquit, nec reliquisset, si de fide hæredis integrè confidisset. Quod Claudium hæredem filijs in quantitate illis legata substituit, nec è conuerso eosdem in hæreditate substituit Claudio in certum tempus, aut euentum vt solet quando institutio est fiducia-
39 ria, † ita vt non sufficiat substitutio in euentum incertum, *Alex. in l. seius Saturninus* 46. *n.* 3. *&* 4. *ff. ad Trebell. Ias. in l. si cui legatur* §. *hoc autem num.* 10. *ff. leg.* 1. *Negus. q.* 310. *num.* 53. Quod licet Claudius tempore testamenti conditi à Bernardo, filijs, & vxore careret, nupsit tamen postea, & filios suscepit, nec Bernardus qui diu superuixit testamentum reuocauit, aut aliquam declarationem fauore filiorum ipsius Berdardi à Claudio fieri procurauit, vt verisimiliter fecisset si fidei Claudij hæreditatis restitutionem secreto commisisset, cum eadem fides suspecta reddita esset ob superuenientiam filiorum.

Ex quibus coniecturis, nec non obseruantia, & verbis testamenti initio ponderatis con-
40 funduntur † coniecturæ in contrarium adductæ *l. diuus. ff. præsump. Surd. cons.* 16. *num.* 23. & in his terminis *Grat. discept.* 650. *num.* 33. *Burat. decis.* 616. *nu.* 23. & in dubio pronunciandum est pro possessore *Casan. cons.* 45. *sub. num.* 163. *vers. quia in dubio iudicandum.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

R. P. D.

REVERENDISS. P. D. CERRO
Sacræ Rotæ DECANO
Reatina Vicariæ.
Veneris 28. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Ecclesia Parochialis, quando fuit vnita Ecclesiæ Cathedrali, tunc non est amplius locus concursui, cum institutio Parochi debeat fieri ad electionem, & nominationem Capituli, & Canonicorum, cum approbatione Ordinarij, & quatenus fieret iuste a tali electione datur appellatio, & bene causat attentata.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia Parochialis, quando est vnita Cathedrali, cessat concursus.*
2 *Appellatio licita est in casu, quo admittitur concursus in Ecclesia Parochiali, quando ea est vnita Parochiali.*
3 *Appellatione pendente gesta omnia sunt attentata.*
4 *Appellatio, quando est verbalis, aut appellatio est protestatio de appellando, non causat attentata.*
5 *Appellatio si vera, & realis sit, tunc bene causat attentata.*
6 *de Apostolis respondere non est necesse, vt Iudex respondeat eadem die appellationis.*
7 *Appellatum à sententia quando fuit, pars quantum tempus habeat ad petendos apostolos.*
8 *Appellatio, quando est extraiudicialis non causat attentata.*
9 *Appellatio, quando est extraiudicialis, quo casu causet attentata.*
10 *Commissio causæ, quando habet clausulam, quam,* & quas cum incidentibus, & emergentibus *quid operetur.*
11 *Attentare non dicitur, qui continuat.*
12 *Decretum irritans, tollit obseruantiam in contrarium.*
13 *Beneficiorum collationes Apostolicæ, quando non sint aptæ immutare statum beneficiorum.*
14 *Collatio beneficij facta à Papa vt immutet eius statū requiritur eius intentio.*
15 *Item scientia, & patientia illorum, qui ex hac status mutatione præiudicium recipiunt.*
16 *Papæ collatio tunc multo minus mutant statum beneficij, quando fuit facta per viam resignationis.*
17 *Inhibitio Rotalis, quando fuit personaliter intimata, sine dubio causat attentata.*
18 *Inhibitio, quando emanauit vigore Commissionis in qua quis non fuit nominatus, quo ad eum non causatur attentata.*
19 *Commissio, quando non fuit restricta ad certas personas, sed fuit concepta cum clausula,* omnesq; alios, *quid operetur.*
Nominatio generalis facta in commissione, sub clausula, omnesq; alios, *perinde est ac si esset specialis num.* 19.
20 *Subreptio ob non factam mentionem prouisionis beneficij, quando non intret.*

DECISIO CIV.

POSTQVAM ad fauorem Canonicorum, & Capituli Reatini ipsis solum informantibus resolutum fuit constare de attentatis, & apponendum esse sequestrum, reproposita causa, informantibus etiam Reuerendiss. D. Episcopo, & Petro Scossa in Vicarium electo, DD. ex iisdem fundamentis steterunt indecisis.

Quo enim ad D. Episcopum, Dum Vicaria, de qua agitur, vnita fuit Cathedrali Ecclesiæ
1 Reatinæ, non erat locus concursui, † sed institutio fieri debebat ad electionem, & naminationem Capituli, & Canonicorum, cum approbatione Ordinarij, vt latè firmatur *in alia decisione, & plenius in Barchinonen. Parochialis, seu Vicariæ 10. Febr. 1645. coram R.P.D. meo Corrado §.*
2 *ex quibus infertur,* Ideoq; indicto concursu † licuit illis appellare, *vt responsum fuit in Gerunden Vicariæ 3. Iunij eiusdem anni coram R.P.D. meo Bichio §.*
3 *in casu autem nostro*, & consequenter † tam ipsa electio, quam omnia gesta post interpositam appellationem sunt omnino attentata *cap. non solum de appellat. in 6.*

Nec subsistit quod appelletio interposita die 23. Nouembris 1646. fuerit solum verbalis
4 protestatio de appellando facta per Procuratorem fiscalem Curiæ Episcopalis, non autem formalis appellatio.

Suppositum enim corruit ex facto, quia appellatio non fuit interposita Procuratore fiscali, sed ab iisdemmet Archidiacono, & Canonicis, nec fuit solummodo verbalis protesta-
5 tio, † sed vera, & realis appellatio, vt vtrumq; iustificatur ex tenore illius, ibi, *die 23. Nouemb. 1646. pro Illust. & RR. Archidiacono Canonicis, & Capitulo Cathedralis Ecclesiæ Reatinæ, contra &c. comparuerunt ijdem, & saluis &c. protestantur de appellando, prout quatenus &c. ex nunc appellant ad S. D. N. eiusque Sanctam Sedem Apostolicam, Sacramq; Congregationem, omnesq; alios Iudises &c. Sum.* Capituli præteritæ positionis *nu.* 9.

Quod autem appellantes eodem instanti nō petierint sibi de Apostolis responderi, nihil releuat, dum huiusmodi responsionem petierunt, & habuerunt die 6. Decembris sequentis, quo iterum appellarunt *d. Sum. num.* 10. ne-
6 cessarium † enim non est de Apostolis responsionem petere in ipso actu appellationis, dum-
7 modo petatur infra triginta dies, qui † est terminus Iuris iuxta claram dispositionem *tex. in l. Iudicibus C. de Appellation. Bart. in l. 1. §. libelli nu. 8. ff. eod gloss. in cap. ab eo in figuratione casus vers. sed vtrum: ibiq; Archidiac. num. 1, Gemin. nu. 1. & Franc. pariter num. 1. eod. tit. in 6. Specul. tit. de Apostol. lib. 4. num. 15. Ioan. Ferrar. de Appell. lib. 2. cap. 6. num. 143. inter tract. magn. tom. 5. fol. mihi 69. Scacc. eod. tract. lib. 3. capit. 2. quæst. 13. artic. 4. numer. 38. Rota decis. 50. sub nu. 3. vers. Sed quoad Apostolorum de Appell. in nou.*

Non obstat quod præfata appellatio fuerit
8 solum extraiudicialis, & quòd desuper † nulla fuerit impetrata commissio appellationis, sed commissa solum causa Iactationis, & Iactationum super iure eligendi, & nominandi Vicarium.

Quia cum electio facta fuerit contra appellationem, & post illius interpositionem, & vlterius de ea D. Episcopo notitiam habuerit, vt apparet nedum ex decreto de illam insinuando Procuratori fiscali sub d.die 23. Nouembris, sed etiam ex responsione de Apostolis ab ipso data sub d.die 6. Decembris, † vtiq; fuit manife-
9 stè attentata, quamuis appellatio fuerit extraiudicialis, *vt per tex. in Clem. causam de elect.* ibi, *Tunc demum ad Sedem eamdem deuolui censemus, cum in appellati, aut Procuratoris eiusdem in ipsa causa specialiter constituti præsentia interposita fuerit, aut eorum alteri infra mensem &c. legitimè intimata* distinguendo tradit *Lancellott. de Attent. par. 2. cap. 12. limit. 3. num. 11. et 12. et 25. cum seqq. et firmauit Rota in d. Gerunden. Vicaroæ coram R.P.D. meo Bicho §. esto itaque.*

Et hinc facilè cessat quod dicitur non fuisse cõmissã causã appellationis huiusmodi, quia cũ in tantum fuerit appellatum ab indicto concursu, in quantum illius indicto implicitè cõtinebat electionem non spectare ad Capitulum commissio Iactationis, & Iactationum continens in specie hunc articulum, ibi, *licet ad oratores spectet ius præsentandi, nominandi, et eligendi Vicarium, &c.* bene suffragatur, cum præsertim
10 habeat in ventre † clausulam *quam, & quas cum omnibus incidientibus annexis, & connexis,* quæ operatur compræhensionem omnium in progressu causæ in litem deductorum *Sarn. in reg. de infirm. resign. qæst. 34. num. 4. Marches. de Commiss. par. 1. fol. 200. nu. 63. et dictum fuit in Nullius de Correctis 13. Nouembris 1587. coram Comitulo impress. post eumdem d. part. 1. fol. 231. num. 1. in Romana prætensi Spolij 2. Iunij 1614. coram bon. me. Card. Verospio post Pacific. de Saluia. decis. 68. numer. 12. et in Cæsaraugustana distributionum, seu Attentatorum 26. Iunij 1645. coram me §. quod eo fortius cum seq.*

Nec minus euitari possunt hæc attentata eo sub prætextu quod D. Episcopus sit in quasi
11 possessione † conferendi hanc Parochialem per concursum ex vacatione sequuta anno 1608. eius *Sum. num. 2.*

Quia præter puod vnicus præfatus concursus non fuit pacificus, sed a Capitulo acriter controuersus, vt ex copia appellationis transmissa in calce responsionis; Cum ex latè deductis in alia decisione, clarè constet de Vnio-
12 ne, allegata † quasi possessio suffragari non potest, ob resistentiam decreti irritantis appositi in Constitutione S: mem: Pij V. inficientis titulum, & quamcumque possessionem, *vt in his terminis respondit Rota coram bon. mem. Burat. decis. 274. sub nu. 8. vers. Tum etiam quia, coram Card. Caualer. decis. 595. sub nu. 4. & seq. vers. neque visum fuit obstate, in recent. decis. 710. num. 6. vers. nec denique visus fuit par. 2. in Dertusen. Vicariæ coram bon. mem. Merlino apud* Post. *de manuten. decis. 186. num. 4. cum alijs in Pampilonen. Vicariæ de Stella 16. Iunij 1642. §. & in omnem casum coram me, et in d. Barchinonen. Parochialis, seu Vicariæ coram R.P.D. meo Corrado §. noc obstat, quod de anno.*

Collationes verò Apostolicæ de anno 1629. & 1636. *eod. Sum. num. 3. et* 4. non merentur alle-
13 gari, cum non sint † aptæ immutare statum beneficij, nisi concurrant quadragenaria, animus, & intentio Pontificis illum immutandi,
14 & scientia, & patientia illorum, † qui ex hac status mutatione præiudicium recipiunt, quæ
15 tamen omnia hic pænitus † desunt, *vt notant Canonistæ in cap. cum qui beneficium de Præben. in 6. tradit. Lotter. de re benef. lib. 4. q. 34. num. 45. cum pluribus seqq. et dixit Rota in recent. decis. 368. numer. 4. par. 2. cum alijs per Adden. ad S. mem. Greg decis. 434.*
16 *num. 20.* Idque multo † minus cum factæ fuerint per viam resignationis, *vt firmauit Rota dec. 360. sub num. 14. versic. quæ sanè prouisio ead. par. 2. recent. et latius in Lucana Iurispatronatus 29. Ianuarij 1644. coram Reuerendiss. P. D. meo Ghisilerio §. non obstant.*

Quo verò ad Petrum Scossam electum DD. pariter steterunt in decisis, Dum enim possessionem apprehendit die 14. Decembris 1646. & sic in spretum inhibitionis Rotalis sibi an-
17 tecedenter † personaliter præsentatæ scilicet die 11. eiusdem, nullo pacto à vitio attentatorum meretur excusari iuxta sententiam, quam perpetuò tenuit Rota in decisionibus ibidem relatis.

Nec suffragatur quod in commissione, cuius
18 vigore emanauit inhibitio, † ipse nominatus non fuerit.

Quia cum ea non sit restricta ad certas personas, sed concepta cum clausula, *omnesque alios &c.* ipse etiam in ea dicitur comprehensus,
19 eiusq; vigore citari, † & inhiberi potuit perinde ac si specialiter ibidem nominatus fuisset *ad tradita per Abb. in cap. veniens il secondo numero 8. de testib. Put. dcis. 24. de Iudic. S. mem. Gregor. decis. 94. num. 3. bon. mem. Coccino decis. 380. sub num. 5. versic. minus facit Rota in Rom. Deuolutionis domus 3. Iulij 1628. coram bon. mem. Merlino post modern. de manuten. decis. 243. num. 6. & nuperrimè in Vercellen. Prioratus 25. Februarij proximi præteriti coram R. P. D. meo Peutingero §. non obstat, & in Romana fideicom. de Marianis 11. Martij proximi præteriti corã R.P.D. meo Royas §. nihil obstat, quod in d. cum seq.*

Quod autem dicitur de subreptione ob non factam mentionem suæ prouisionis Aposto-
20 licæ Domini † non habuerunt in consideratione, prout non habuit signatura Iustitiæ, quæ adita pro reformatione, nihil rescripsit, vt in responsione facti pro Capitulo.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. CELSO

Postea Eminentiss. D. CARDINALI.

Maioricen̄ Parrochialis.

Veneris 18. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Episcopus eligendo aliquem ad Ecclesiam Parrochialem in dubio semper præsumendum est pro eius electione, in tantum quod qui contrarium assereret ei incumbit onus id plenè probare ad prædictum effectum non admittitur appellatio suspensiua, Electus ad Parrochialia beneficia, non solum debet doctrina alios præcedere, sed etiam bonis moribus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *pro Ordinarij iudicio præsumptio stat.*

2 *Episcopus eligendo aliquem ad Ecclesiam Parrochialem, præsumitur idoneus.*

Et hoc maxime si innotuerint ei mores, & qualitates, & mores electi num. 2.

3 *ad Parrochialem Ecclesiam electus ab Ordinario, præsumitur idoneus, & qui contrarium dicit, concludenter tenetur id probare.*

4 *Quod est intelligendum, si agatur de infirmanda electione facta ab ipso Episcopo.*

Ludouis. decis. 11. coram sa. me. Gregorio XV. quo casu loquatur num. 4.

5 *Decis. 223. impress. penes Farinac. post 2. tom. Consil. declaratur.*

6 *Bulla Pij V. in Bullar. constitut. 33. in §. 7. qualiter intelligatur.*

7 *Verba quando sunt clara, frustratorie requiruntur interpretationes.*

8 *Appellatio, quando interposita est a mala electione ad Parrochialem, admittitur minime ad effectum suspensium.*

9 *Clausula*, constito, *importat conditionem, & requirit plenam probationem adimplementi.*

10 *Electio de digno omisso in Parrochialibus non tenetur.*

11 *in Parrochialibus non solum doctior est eligendus, verum vltra doctrinam, debent concurrere etiam aliæ maiores qualitates.*

12 *Dignior dicitur ille electus ad Parochialem, qui est magis vtilis, & aptus ad munus tale.*

13 *Ordinarius, quem eligere debet ad beneficia parrochialia secundum Concil. Trident. sess. 24. c. 18. de reform.*

ad Parrochialia beneficia ille dicitur magis idoneus, qui moribus, doctrina, prudentia, & alijs virtutibus præeminet.

14 *Verba*, coram ipso, *important de necessitate præsentiam.*

DECISIO CV.

PLACVIT DD. secundo sensum Sac. Congregationis Concilij confirmare decisionem sub die 13. Iunij anni præteriti coram me emanatam, in qua resolutum fuit, decernendum esse nouum examen in Vrbe, & potuisse Iacobum appellantem prouocare Andream præelectum ad nouum examen, etiam non docto de irrationabili iudicio Episcopi.

1 Nam, quamuis vera sit † conclusio, quod pro iudicio Ordinarij semper præsumendum sit, *cap. in præsentia, ibique DD. de renunc. cap. sicut de sent. & re iud. Rot. coram Buratt. decis. 635. num. 8. & in recent. decis. 537. numer. 14. in fine part. 1. decis. 36. numero 1. part. 2. decision. 521. in fine, par. 3. & dec. 149. nu. 8. par. 4. tom. 2.*

2 Præsertim quando † mores, & qualitates electi innotescunt eidem Episcopo, vt notat *Gonzal. super reg. 8. glos. 4. nu. 117. vers. præsertim, & numer. seq. Caputaq. decis. 406. par. 2. Buratt. decis. 22. num. 30. & decis. 654. num. 4. par. 4. diuers.*

3 Itaut allegans contrarium † debeat id plenè, & concludenter probare, *Barbos. de Paroch. cap. 2. numer. 142. Rota in Cremonen. concursus 15. Ianuarij 1621. coram Manzanedo, & decis. 164. num. 1. & 2. par. 4. tom. 2. rec.*

Nihilominus id venit intelligendum, si agetur de infirmanda electione ipsius Episco-
4 pi, † quo casu de dicta irrationabilitate debetet sufficienter constare, in quibus terminis procedit *decis. 11. coram san. mem. Gregor. XV.* vbi, non obstante, quod Benedictus appellasset ab electione Ordinarij, & obtento nouo examine, in quo præelectus non comparuit, repertus fuerit idoneus, & vlterius sententiam fauorabilem reportauerit non propterea censuit Rota, constare de irrationabili iudicio Episcopi, quin immo sententiam ad fauorem eiusdem
5 Benedicti latam, esse reuocandam, & ita † etiam loquitur *decis. 223. impressa post 2. volum. cons. Farinac.*

Constitutio enim sanct. mem. Pij V. in ordine 33. Bull. nou. tom. 2. duas continet partes, alteram, quæ concernit appellationem à prætensa mala electione Episcopi, & prouocationem præelecti ad nouum examen, & in hac
6 nullam † probationem prætensæ irrationabilitatis requirit, vt patet ex verbis ipsius Constitutionis, de quibus in §. 7. ibi, *Possint ij, qui reiecti fuerint à mala electione huiusmodi ad Metropolitanum, vel si ipse eligens Metropolitanus, aut exemptus fuerit ad viciniorem Ordinarium, &c. aut alias ad ipsam Sedem Apostolicam appellare, ac præelectum ad nouum examen coram ipso appellationis iudice, & eius examinatoribus prouocare.* Quæ verba, cum sint
7 satis clara †, nulla indigent interpretatione, *l. 3. C. de lib. præt. Aym. cons. 294. sub num. 6. vers. tertio principaliter, Rot. coram Seraphin. decis. 762. numer. 1. & in recent. decis. 46. num. 5. par. 1.* & in his præcisè terminis firmat *Gratian. decis. Marchiæ 97. num. 22.* & melius ibidem *in addit. nu. 7.*

Neque ex huiusmodi appellatione præiudicium aliquod infertur Ecclesiæ, quia talis ap-
8 pellatio non impedit; † quominus electio facta per Ordinarium interim debitæ demandetur executioni, sed tantum operatur respectu deuolutiui, vt cauetur expresè in §. 8. eiusdem Constitutionis, & notat *Garz. de benef. par. 9. lib. 2. cap. 2. num. 246. Gratian. d. decis. Marchiæ 97. nu. 9. Rot. in recent. decis. 650. num. 1. & 2. par. 1. Buratt. decis. 22. num. 11. & 15. decis. 37. num. 1. decis. 625. numer. 4. & 5. & decis. 900. num. 1. vers. quæ appellatio, & num. seq. Add. ad Greg. decis. 538. nu. 7.* cum alijs per *Lotther. de re benef. lib. 2. quæst. 31. numer. 126. & 127.*

Alteram vero, quæ respicit terminationem causæ, & collationem ipsius parrochialis, & in hac præcedere debet probatio super irrationabili iudicio Episcopi, ibi, *Et constito de prioris eligentis irrationabili iudicio, eoque reuocato par-*
9 *rochialis magis idoneo conferatur*, Clausula † enim, *constito*, importat conditionem, & debet plenè, & concludenter probari, vt latè *Felin. in cap. si constiterit numer. 5. de accus. Paris. cons. 41. numer. 14. lib. 4. Rot. decis. 4. num. 5. par. 4. tom. 1. recent.* & in his terminis firmatum fuit coram *sa. mem. Greg. decis. 11. nu. 2. Ricc. in praxi concursus resol. 363 num. 2.*

Vndè hodie non est discutiendum de qualitatibus oppositorum, neque, an electio de digno

digno possit fieri digniori omisso; Esto enim,
10 quod † de digniori fieri debeat, vt inquit *tex. in cap. quoniam de iurepatr.* ibi, *præficiatur Ecclesiæ, qui maioribus iuuatur meritis, cap. Metropolitano 63. dist. in fine, Beneuentana parrochialis 13. Iunij 1590. coram Orano inter diuers. decis. 655. nu. 1. par. 4. & in Calaguritana dimidij beneficij 16. Iunij 1603. coram Ortembergo*, & disponit *Concil. Trid. sess. 24. cap. 18. de reform.*

Nihilominus, non ex eo tantum, quod in examine Iacobus euadat doctior erit preferen-
11 dus † Andreæ, si apparebit, illum, vltra doctrinam, habere alias maiores qualitates, *Rot. d. decis. 655. nu. 1. par. 4. diuer. & in recent. decis. 521. num. 1. & decis. 551. num. 2. par. 3.*
12 Dignior enim dicitur ille, † qui est magis vtilis, & aptus ad munus, cui preponitur *Couar. in reg. peccatum par. 2. §. 7. numer. 4. vers. dignior vero Sot. de iust. & iure lib. 3. quæst. 6. art. 2. concl. 9. Rodriquez in summa par. 1. cap. 106. nu. 2. Marches. de commiss. par. 1. fol. 283. num. 28. Rot diu. decis. 654. num. 2. par. 4. & coram Buratt. decis. 22. nu. 29. & decis. 635. num. 6.*

Indè Concilium Trident. *d. sess. 24. cap. 18. de reform. in vers. peracto deinde examine*; dum vult, quod Episcopus eum eligat, quem cæteris magis idoneum iudicauerit, huiusmodi ido-
13 neitatem exemplificat in ætate †, moribus, doctrina, prudentia, & alijs ad vacantem Ecclesiam gubernandam opportunis, & ita disponit *tex. in cap. cum in cunctis de electio*, & notat *Gonzal. super reg. 8. glos. 4. n. 110. & plurib. seqq. vsque ad num. 146. Garz. de benef. par. 9. cap. 2. num. 232. & seq. Ricc. in prax. for. Eccles. resol. 362. num. 2. & seq. modern. Alexandrin. in prax. haben. concurs. requis. 5. dub. 2. nu. 6. & seqq. & dixit Rot. in d. decis. 655. par. 4 diuer.*

Quod autem examen huiusmodi sit facien. in Vrbe, probant expresse verba Constitutionis, ibi, *Ac præelectum ad nouum examen coram ipso appellationis iudice, ac eius examinatoribus prouocare.*
14 Quæ verba, † *coram ipso*, important de necessitate præsentiam, vt inquit *tex. in l. diem proferre §. coram autem, ibique Bart. Bald. & communiter DD. ff. de recept. arb.* & vltra resolutiones Sac. Congragatio Concilij, ita firmat *Barbos. de offic. Paroch. par. 1. cap. 2. num. 149.*

Et ita decisum fuit vtraque parte informante.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Nazarena Iuris deferendi Crucem.

Veneris 28. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Archiepiscopus, vel Episcopus, licet non possit ante se deferre CRVCEM in alieno Territorio, id tamen fallit, stante super hoc Indulto Apostolico. Et respondetur ad illam obiectionem, quod duo capita non dantur in eodem corpore. Indultum Apostolicum non eget confirmatione temporis.

SVMMARIVM.

1 *Papa potest concedere alicui Episcopo, vt possit deferre ante se CRVCEM per totam aliquam Prouinciam.*
2 *Et quando tale priuilegium non possit impugnari tamquam informe.*
3 *Gratia Papæ dum titulo priuilegij Apostolici nititur, non indiget tempore immemorabili.*
4 *Testes plures bene possunt concludere obseruantiam. Testes plures sat sunt ad probationem alicuius actus, num. 4.*
5 *Testes ad perpetuam rei memoriam possunt adminiculare aliquam probationem.*
6 *Testium numerus effrenatus tollit omnem suspicionem fraudis.*
7 *Personæ plures inuerisimile est, quod voluerint conspirare in eandem falsitatem.*
8 *Epistolæ conscriptæ à personis in causa non habentes commodum principale, possunt deseruire pro adminiculo, & num. 9.*
10 *Decretum irritans tollit contrarium vsum.*
11 *Capita duo in eodem corpore dari regulariter non dantur.*
12 *CRVCEM, vnus Archiepiscopus in alterius Archiepiscopatu deferre non valet.*
13 *Limita hoc nisi adsit priuilegium Apostolicum. Ex Papæ dispensatione admittitur, quod alias est illicitum, num 13.*
14 *Episcopus licet habeat indultum Papæ deferendi CRVCEM in alieno Episcopatu, non tamen potest ibi iurisditionalia exercere, & n. 15.*
16 *Episcopus qui libet in suo Territorio potest vti proprijs insignibus.*

DECISIO CVI.

IN Sacra Rituum Congregatione mota fuerat questio à Reuerendissimo Archiepiscopo Traneñ super iure deferendi CRVCEM, ac MOZZETTAM per Terram Baruli in sua Diœcesi consisten. contra Reuerendiss. Archiepiscopum Nazarenum ius prædictum ibidem ab eo tempore vindicantem, quo eadem Terra per Apostolicam Sedem sibi fuerat pro Diœcesi constituta. Postmodum auocata per Sanctissimum ab eadem Congregatione causa cum in hoc Sacræ Rotæ Auditorio mihi fuisset demandata, dubium proposui, An liceat Archiepiscopo Nazareno ante se gestare CRVCEM & MOZZETTAM induere in Terra Baruli; Et eidem vtrumque competere; DD. responderunt ex Apostolicæ Sedis Indulto per Clementem IV. Pontificem expedito, & ab Innocentio VIII. ac sanct. mem. Pio V. deinde confirmato attribuente delationem Crucis, ac Pallij in vniuerso orbe Terrarum Archiepiscopo Nazareno, vt hac honoris specie Ciuitas illa decoraretur, vnde vnigenitus Dei Filius Natalem suum sortiri dignatus est diem: Quod sanè priuilegium iustum eidem exhibet titulum CRVCEM vbique gestandi, adeout à nemine etiam sub specie reportatæ prohibitionis Apostolicæ debeat
1 molestari, vt in simili priuilegio † Archiepiscopo Cantuariensi ab eadem Sancta Sede cõcesso

cessò deferendi ante se CRVCEM per totam Angliam decreuit Summus Pontifex Alexander III. respondendo Episcopo Eboraceñ, prout in eius Epistola relata *in cap. 1. vt lit. pend.* super qua decretali idem notant DD. communiter *Abbas num. 1. & 3. Imol. num. 1. Butrius, & Bellam. num. 2. Ioan. Andr. numer. 2. & 5. Barbos. in cap. antiqua numer. 13. de priuileg. & in tractat. de offic. & potest. Episc. par. 1. cap. 1. num. 24.* Nec poterit im-
2 pugnari tanquam † informe dum ab inconcussa plurium annorum obseruantia vires sumit ac fidem ex not. *in l. cum de in rem verso ff. de vsur. & in l. 2. C. de fideicomm. Felin. in cap. ad audientiam num. 16. de præscr. Bald. in cons. 400. num. 5. lib. 4. Aym. cons. 101. num. 4. & 158. num. 1. & in tractat. de antiquit. temp. par. 1. §. 4. limitat. num. 16. Rot. decis. 703. num. 8. par. 2. recent. & in Vercellen. vnitatis Capituli 24. Aprilis 1643. coram Reuerendiss. D.*
3 *meo Decano*, quæ nec † indiget tempore immemorabili, dum titulo priuilegij Apostolici innititur, vt notant idem *Abb. in cap. 1. vt lit. pendent. nu. 9. & probat Textus in cap. 1. de præscript. lib. 6.* & ibi notant *Francus num. 2. Gemin. num. 11. Lapus num. 7. cæterisque communiter.*

Hæc autem obseruantia iustificatur ex plurium depositione Testium de visu attestantiũ delatam fuisse CRVCEM in Terra Baruli ante Archiepiscopum Nazarenum absque vllius contradictione, seu prohibitione alterius, qui
4 numero plures † eam poterunt obseruantiam concludere, tum ex duorum tantum testimonio alias possit verificari ex notatis in *cap. in omni, & in cap. licet de testibus, & in l. vbi numerus ff. eod. tit. & per glos. in cap. præsul. 2. quæst. 4.* quam vti singularem ponderat *Abb. in cap. olim num. 6. de priuil.* Præsertim quia adminiculatur tum
5 ex † aliorum attestatione examinatorum ad perpetuam rei memoriam de tempore non suspecto, vt aduertit *Bart. in l. admonendi num. 4. 1. ff. de iur. iur. Abb. in cap. cum olim num. 6. de priuil. Decius cons. 54. num. 2. vers. postremo, Ruin. cons. 46. numer. 10. lib. 4. Aym. cons. 198. num. 11. Rota coram Caualerio decis. 79. num. 4. vers. tertio visum fuit, & 283. num. 4. par. 7. recent.* Tum ab effrænato eo-
6 rumdem † numero omnem prorsus suspicionem falsitatis excludente ob inuerisimilitudi-
7 nem, quod † tot personæ in vnam falsitatem conspirauerint, vt ex dispositione *Textus in l. hac consultissima in fine C. qui testam. fac. poss.* & ex aliorum iurium auctoritate respondit *Rota in Toletana Canonicatus 22. Aprilis 1641. corã R. P. D. meo Cerro*; Tum etiam ex tribus epistolis à Magistratibus Terræ Baruli Sacræ Rituum Congregationi, ac sanct. mem. Vrbano VIII. conscriptis super vsu, ac obseruantia priuilegij, quæ vti exaratæ, ac transmissæ à personis prin-
8 cipale † commodum inde non retrahentibus, benè poterunt pro adminiculo veritatis deseruire, vt aduertit *Rota in vna Romana assecurationis Nauis 26. Februarij 1631. coram R. P. D. meo Ghisilerio inter impressas part. 6. recent. decis. 24. num. 17.* Et denique ex historia Fiuizani Sacristæ sanct. mem. Clementis VIII. super ritu Sanctissimæ CRVCIS Romano Pontifici præferendæ conscripta de anno 1592. lib. 2. cap. 11. attestante de prædicto Archiepiscopi Nazareni Indulto vsu
9 recepto, cuius Historici fides tanquam verisimiliter informati præbere poterit adminiculũ obseruantiæ, cum alias si aliorum historicorum assertio concurreret, pro certo veritatis argumento deseruiret ex not. *in l. 1. ff. de offic. Præfecti in princ. & in l. 1. ff. de offic. Quæst. & per DD. in cap. cum causa de probation.* & alijs relatis auctoritatibus tradit *Mascard. de probat. conclus. 286. num. 1. Gigas cons. 70. num. 63. Rota coram Bellamer. decis. 70. in princip. & decis. 718. num. 2. par. 4. diuers. & decis. 353. num. 23. par. 5. recent.*

Hinc non videtur vigere exceptio non vsus
10 allegata exaduerso, quæ etiam excluditur † ab irritanti decreto in eodem priuilegio, eiusque confirmatione Apostolica apposito, vt notat *Felin. in cap. cum accessissent num. 30. de constit. in 4. limit. Ias. in l. beneficium num. 58. ff. de constit. Principum in 4. limitat. Bald. in l. si solemnibus in fin. C. de fid. instrum. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 41. numer. 10. Rot. decis. 240. part. 4. diuers. & 704. numer. 10. coram Buratto, & in Maioricen. indultorum 11. Aprilis, & 27. Iunij 1639. coram bon. mem. Merlino, & 16. Nouembris 1640. coram R. P. D. meo Pentingerio.*

Nec denique obstat absurdum ponderatum ex elatione dupplicis CRVCIS in eodem Territorio, quasi id reddatur incompatibile,
11 ac † duo capita in eodem corpore, vt tradit *Ioan. Andr. in cap. volentes num. 5. in fin. de offic. leg. per Text. in cap. quoniam de offic. Ordinarij*, cuius idcirco delatio ibidem à iure interdicta cense-
12 tur † duobus Archiepiscopis, vt post *glos. in cap. 1. in verbo de iure notant ibi Doct. communiter Vital. in clem. Archiepiscopo num. 2. de priuileg.* vbi etiam *Ancharan. pariter num. 2.* Quia procedere posset obiectio, nisi ius speciale concurreret ex
13 Apostolico † priuilegio inductum: ex cuius dispositione admittitur alias de iure illicitum, vt notant DD. communiter in dicto *cap. 1. vt lit. pend. Ioan. Andr. Butr. & Abb. numer. 2. Hostien. num. 8. cæterique*; Vel si Archiepiscopus Nazare-
14 nus ea CRVCIS delatione † iurisdictionem exercere contenderet in personas subditas Archiepiscopo Traneñ, quo casu militaret incõpatibilitas exaduerso ponderata, secus vero
15 dum in personas † diuersas suæ scilicet tantũ potestati subiectas ab eodem Archiepiscopo Nazareno iurisdictio prætenditur, cum tunc proprijs vti Insignibus in eodem Territorio
16 vnicuique † permittatur, vt notabiliter aduertit *Abb. in cap. volentes numer. 4. in fine de offic. legat.* vbi etiam *Butrius numer. 8. Cardin. circa fin. Moderni Perusini disceptat. forens. cap. 407. numer. 3.*

Et ita vtraque, &c.

REVERENDISS. P. D. CERRO
Sacræ Rotæ DECANO

Valentina Parrochialis de Moncada

Veneris 28. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Litteræ Apostolicæ quando sunt Testificatæ debent executioni demandari, nec per exceptio-

nes requirentes altiorem indaginem debent retardari. Valor beneficij quando probetur. In reseruatione nouæ pensionis est facienda mentio antiquæ, quod fallit in pensionibus impositis à Concilio quia sunt proprie onera, non pensiones.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ Apostolicæ quando sunt verificatæ, debent exequi.*
2 *Litteræ resignationis à Sede Apostolica impetratæ, debent in tempore publicari.*
3 *Confessio resignationis facta à resignante, sufficit pro verificatione resignationis.*
4 *Litteræ promotionis ad ordines probant qualitates Ordinati.*
5 *Doctoratus probatur ex priuilegio.*
6 *Relatio Examinatorum probat quem esse idoneum ad curam animarum.*
7 *Natiuitas patriæ ex testibus probari potest.*
8 *Possessio à prouiso capta, præsumitur continuata vsque ad diem suæ resignationis.*
9 *Substentatio est commensuranda iuxta consuetudinem Regionis.*
10 *Clausula* vt commodè substentari valeas *censetur apposita ad fauorem resignantis.*
11 *Valor beneficij contra impetrantem, probatur ex eius confessione.*
12 *Valor beneficij expressus per non excessum, non requirit exactissimas probationes.*
13 *Onera beneficij perpetua non sunt exprimenda in supplicationibus, & num. 14.*
15 *Reseruatio nouæ pensionis sine expressione antiquæ, non valet.*
16 *Papam non præsumitur dupplici onere voluisse grauare beneficium. ibid.*
17 *Stylus specificus & particularis non exprimendi in supplicationibus pensiones antiquas per Concilium impositas præualet stylo generali de exprimendo pensiones ex gratia à Pontifice impositas.*
18 *Pensiones à Concilio impositæ non sunt propriè pensiones, sed onera, & portiones, & num. 20.*
19 *Pensio imponi non potest pro contributione onerum à Concilio impositorum.*
21 *Onera à Concilio super beneficiis imposita non continentur in valore beneficij expresso sed illud minuunt.*
22 *Testes plene probant contra inducentem.*
23 *Onus lato vocabulo potest dici Pensio.*
24 *Expressio facta ad cauthelam non tollit stylum Datariæ non exprimendi.*
25 *Subreptio ex generica cognitione Papæ tollitur.*
26 *Exceptio requirens altiorem indaginem non retardat executionem litterarum Apostolicarum.*

DECISIO CVII.

FIRMATA validitate resignationis Parrochialis, de qua agitur, ad fauorem Insæ, prætendente Murillo omnia narrata in litteris
1 non esse verificata, Dubitaui † An litteræ Apostolicæ essent exequendæ, & cum in omnibus expositis totaliter visæ fuerint iustificatæ, Domini vtraque parte informante, affirmatiuè resoluerunt *iuxta dispositionem tex. in cap. si capitulo, ibique glos. in verb. Exequatur, de Prebend. in 6. cap. super litteris de rescript. Sarnen. in tractat. Breu. num. 4. ac perpetuo respondit Rota, & signanter in Bonuen. Abbatiæ 3. Iulij 1645. coram R.P.D. meo Arguellio §. Ratio resolutionis, in Melfiten. Cantoriæ 2. Martij 1646. coram R.P.D. meo Otthobono, & in Sipuntina, seu Nullius Archipresbyteratus 28. Nouembris eiusdem anni coram R.P.D. meo Verospio.*

Quod enim Parrochialis controuersa solita fuerit conferri Cappellanis Professis militiæ de Montesa, quodque talis esset Michael Thomas Resignans, iustificatur ex propria Con-
2 fessione ipsiusmet † Murilli, dum illam impetrauit à Sede Apostolica sub prætextu quod
3 Insa litteras † Resignationis in tempore non publicauerit *eius summ. num. 2.* quæ confessio aduersus ipsum Confitentem sufficit pro verificatione narratiuæ *Egid. decis. 595. num. 1. Cardin. Mantic. decis. 132. numer. 1. Rota in recent. decis. 700. num. 2. par. 1. & decis. 10. numer. 1. par. 2. cum aliis in Tullen. Prioratus 28. Iunij 1645. coram R.P.D. meo Arguellio.*

Thomam verò Resignatarium esse pariter Cappellanum, & Professum eiusdem militiæ probatur ex litteris suæ Promotionis ad Subdiaconatus ordinem, in quibus præuia enunciatiua, quod esset Acolitus dictæ Militiæ,
4 promotus fuit titulo Religionis, † quæ probant, vt in simili de qualitate Clericatus *Gram. decis. 81. num. 2. San. mem. Gregorius decis. 78. num. 5.*
5 Similiter esse Decretum † Doctorem probatur ex publico Priuilegio Academiæ Valentiæ *d. num. 3.* in quo Licentiaturæ, & Iuris Canonici Doctoratus gradu decoratus fuit *l. si solemnibus vbi Bald. & Salyc. C. de fid. Instr. Alex. cons. 107. numer. primo, & 3. cum seqq. lib. 7. Mascard. de probat. conclus. 527. num. primo & seqq.) Rot. decis. 236. numer. 11. par. 7. recent.* Esse idoneum ad Curam
6 animarum † ex relatione examinatorum Vrbis *dicto Summario numer. 5. vt dixit Rota in Pistorien. Parrochialis 10. Maij 1641. coram Eminentissimo D. Cardinali Verospio §. de 3. conditione.* Esse au-
7 tem † oriundum ex Diœcesi Valentina ex Testibus formiter examinatis, *vt in dicta Melfiten. Cantoriæ coram R.P.D. meo Otthobono §. quod vero Galeatius.*

Præterea quod Resignans à Triennio, & vltra hanc Parrochialem obtinuerit, illamque possederit, probatur ex eius prouisione de anno 1613. Et ex Instrumento publico adeptæ
8 possessionis *dicto Summario num. 4.* † quæ continuata præsumitur vsque ad diem Resignationis, donec de contrario doceatur *l. 3. §. in amittenda ff. de acquir. poss. l. eum qui ff. de procur. Nattcons. 400. nu. 6. Rota decis. 4. de probat. in non. & decis. 401 num. 4. p. 2. rec.*

Quodque vna cum Pensione ducatorum biscentum in Resignatione, de qua agitur, sibi reseruata, alia etiam haberet, ex quibus commodè viuere posset, iustificari videtur ex iisdem Testibus, *dicto Summario numer. 7.* concludentibus illum præter victum, & vestitum, quæ ipsi subministrabantur à prædicta Religione, habuisse etiam quam plures pecuniarum quantitates ascendentes ad scuta sex mille,

le, quæ inuestita reddere potuissent annua scuta 600. nec non bona materna annui redditus *Ducatorum* 1500. quæ simul calculata longè exuberabant pro commoda, † & honesta
9 sui sustentatione iuxtà consuetudinem, & morem propriæ Regionis, *vt aduertit Rot. decis.* 257. *num.* 3. *par.* 1. *recent.* Idque eo magis in proposito, quo ipse Resignans obijt, nec viuens vnquam opposuit de defectu huiusmodi conditionis. Dum enim apponi solet per Pontifi-
10 cem † ad commodum & fauorem dumtaxat Resignantis, *Sarnen. super Reg. de Trienn. quæst.* 39. *num.* 4. *Card. Seraphin. decis.* 457. *numero* 3. *Rota decis.* 601. *numero* 3. *par.* 4. *recent.* & *in Legionen. Canonicatus* 23. *Ianuary* 1644. *coram R.P.D. meo Royas* §. *minus facit*, ipso non opponente, vel nulla requiritur iustificatio, *vt notat Garz. de benef. par.* 6. *cap.* 2. *num.* 280. vt leuis sufficit, vt in his ferè terminis dictum fuit *in Tridentina Parrochialis* 5. *Decembris* 1646. *coram me* §. *quia animaduerterunt Domini*.

Valor denique in ducatis biscentum, & cū incertis vsque ad quatuorcentum tàm per ascensum quàm per non excessum expressus,
11 probatur pariter concludenter ex † confessione eiusdem Murilli, qui nedum in supradicta impetratione, sed etiam in altera sub data *Pridie Idus Iuly* 1642. *eius Summ. num.* 15. valorem huius Parrochialis in eadem quantitate vtroque modo expressit, *vt ponderauit Rota in d. Bouen. Abbatiæ* §. *Valor expressus* iunctis depositionibus duorum Testium, *dicto Summ. num.* 6. qui licet etiam deponerent de publica voce, & fa-
12 ma sufficerent, † cum narratiua valoris per non excessum non requirat exactissimas probationes *ad tradita per Garz. de benef. par.* 5. *cap.* 3. *num.* 198. *Caputaq. decis.* 277. *num.* 8. *par.* 1. *Card. Caual. decis.* 533. *numer.* 6. *Rota in recent. decis.* 187. *numer.* 8. *par.* 6. *in Ferrarien. Archidiaconatus* 20. *Aprilis, & in Fulginaten. Parrochialis* 25. *Maij* 1646. *coram me*, *ac in Beneuentana Canonicatus* 8. *February proximè præteriti coram R.P.D. meo Bichio* §. *Iustificatio autem, circa finem*, sed semiplena sufficiat *Card. Mant. d. decis.* 132. *nu.* 4. *bon. mem. Buratt. decis.* 255. *numer.* 13. *Rota in recentior. decis.* 512. *numer.* 1. *par.* 3. *in d. Melfiten. Cantoriæ coram R.P.D. meo Otthobono, & in Nazarena, seu Montis Viridis beneficij* 15. *Decembris* 1645. *coram R.P.D. meo Verospio*.

Constito de iustificatione narratorum, litterarum executio retardari non potest prætextu repetitæ inualiditatis resignationis ob non factam expressionem duorum Cassiciorum Tri-
13 tici Seminario annuatim debitorum, † quorum taciturnitatem gratiam vitiare *tenuit Rota in Valentina Pensionis* 25. *Maij &* 25. *Iunij* 1601. *coram bon. mem. Cardinal. Millino*.

Iterum enim responsum fuit, deducta *in d. Valentina Pensionis* hodie non applicari, stante
14 recenti, & moderno stylo Datariæ, † non exprimendi in supplicationibus similia onera perpetua seruat. à tempore *san. mem.* Sixti V. vsque ad *fel. record.* Vrbanum Octauum, nedum generaliter in alijs Prouincijs, sed particulariter in Diœcesi, de qua agitur, vt consideratis, & perpensis fidibus, supplicationibus, partitis, & mandatis extractis ex libris publicis Datariæ, & Cancellariæ dictum fuit in duabus decisionibus validitatem Resignationis plenè firmantibus, cum quarum fundamentis hodie pariter Domini transierunt.

Nec contrarium concludunt sex Testes nuperrimè pro Murillo examinati; omnes enim per hæc verba deponunt, ibi: *Sò che è stato, & è stile inconcusso osseruato, è si osserua da tutti communemente, &c. dall'anni detti di sopra, che nelle riserue di Pensioni per causa di Risegna sopra qualsiuoglia Beneficij, particolarmente Curati, di esprimere le Pensioni vecchie riseruate ò in quantità di danari, ò in specie de frutti in qualsiuoglia somma, ancorche siano perpetue, ò temporanee à fauore di Chiese, persone, Collegij, ò Vniuersità, & s'alcune volte non è stata fatta, ò non si fa mentione, cioè perche non si è hauuta, è non si hà notitia dà Procuratori, e speditionieri, e questo lo sò, &c. summario eiusdem Murilli nu.* 2. Hinc enim duo genera Pensionum sunt distinguenda. Primum scilicet illarum, quæ per Pontifices ex gratia reseruantur, ac in valore Beneficij continentur, & in istis, siuè perpetuę sint, siue temporales, viget stylus narratus à prædictis Testibus, quod scilicet in reseruatione nouæ Pensionis fieri solet expressa mentio antiquæ, Idē
15 que in iure cauetur, † itaut non facta mentione primæ Pensionis secunda nullatenus sustineatur, sed in totum corruat, cum non præ-
16 sumatur Papam voluisse duplici onere grauare beneficium *Cassad. decis.* 3. *num.* 1. *& decis.* 4. *numer.* 1. *&* 6. *de pension. Caputaq. decis.* 301. *num.* 1. *decis.* 312. *num. pariter primo par.* 2. *& decis.* 86. *num.* 2. *&* 3. *par.* 3. *Mohed. decis.* 11. *numer. primo de location. Paris. de Resignat. lib.* 6. *quæst.* 2. *numer.* 40. *cum seqq. Mandos. reg.* 33. *quæst.* 6. *num.* 7. 8. *&* 9. *& de signatura gratiæ tit. de Pensio. vers. supposuimus antiquæ, Garz. de benef. par.* 1. *cap.* 5. *num.* 561. *cum seqq. & dixit Rota in Regimen. Pensionis* 27. *Iunij* 1636. *coram bon. mem. Merlino in recent. decis.* 169. *numer.* 1. 2. 3. *&* 4. *par.* 7. Secundum est, quæ non à Pontificibus ex gratia reseruantur, sed impositæ sunt per Decretum Concilij ad fauorem Seminariorum, prout hęc, de qua agitur; De istis enim, nec verbum quidem, nullamque mentionem faciunt præfati sex Testes, vt supra examinati, sed in eis seruatur particularis stylus non exprimendi, quantumuis certa, & specialis notitia habeatur à Procuratoribus, alijsque expeditoribus, particulariter probatus in Diœcesi de qua agitur, vt dictum est. Stylus enim speci-
17 ficus, & particularis eas non exprimendi, † pręualet generali in contrarium tangenti solùm Pensiones à Pontificibus ex gratia reseruatas, de quo tantummodo præfati Testes loquuntur *ex Doctrina Bart. in l.* 2. *num.* 41. *C. quæ sit long. consuetud. Paris. cons.* 25. *numer.* 42. *lib.* 4. *Aym. cons.* 111. *num.* 16. *Put. decis.* 176. *num.* 6. *&* 7. *lib.* 3. *in correct. Rota decis.* 169. *num.* 9. *par.* 5. *& decis.* 272. *nu.* 8. *par.* 7. *ac in Barchinonen. Canonicatus* 15. *Decembris* 1645. *coram R. P. D. meo Royas* §. *nihil facit*.

Insuper animaduerterunt Domini, quod huiusmodi Pensiones per Decretum Concilij
18 impositæ, non sunt propriè Pensiones, † sed onera, & Portiones detractæ ab ipso corpore Bene-

19 Beneficij, ac applicatæ Seminarijs. † Tum quia pro illorum contributione Pensio imponi nõ potest, *vt notat. Farinacc. in collect. ad idem Concil. sess. 23. cap. 18. de Reformat. in declaration. sub nu. 15. vers. Pro contributione*. Tùm quia hoc expressè
20 disponitur ab eodem Concilio † *dicto capit. 18. sub vers. quia contigit, ibi: partem aliquam, vel portionem detrahent, & eam portionem sic detractam, &c. huic Collegio applicabunt, & incorporabunt, &c.* & proinde non continentur in valore beneficij
21 expresso †, sed illum minuunt, *ad tradit. per Gig. de Pension. quæst. 96. num. 2. & 3. Put. decis. 201. lib. 3. in correct. Buratt. decis. 418. num. 1. Add. ad san. mem. Gregor. decis. 245. sub num. 2. vers. ad istum autem effectum*. Ac per consequens de illis mentio fieri non solet *ex deductis in prædictis Decisionibus*, & comprobant ijdem sex testes iuxta quartum Interrogatorium ibi, *l'effetto diuerso, che io trouo trà Pensioni, è Pesi è, che li Pesi nelle suppliche non si esprimono perche si detrahono primieramente dalli frutti perche, quando si dice, che vn Beneficio frutti cento scudi, si intende deductis oneribus, al contrario delle Pensioni perpetue, ò temporali le, quali deuono esprimersi, perche non vanno sotto nome delli Pesi, mà si deuono pagare dalli frutti espressi. Summariolo Insæ num. 3.* Idemque clarius deposuit Primus iuxta quintum ibi: *Et in dette suppliche, che io hò spedito non hò fatto mentione de pesi perpetui a fauore de Seminarij, e la ragione è come hò detto di sopra, perche li frutti de Beneficij si intendono essere quelli, che si esprimono, deductis oneribus Sum. Murilli num. 4.* Præfati enim Testes contra ipsum Mu-
22 rillum inducentem, † plenam faciunt probationem, *Ias. in l. admonendi de Iur. iur. Roman. consil. 104. num. 6. Aym. cons. 201. num. 7. Bertazz. cons. Crimin. 70. num. 29. & cons. 193. num. 23. lib. 1. Grat. discep. for. cap. 552. num. 9.*

Nec prædictis aduersatur Bulla San. mem. Gregorij XIII. in hodierna Propositione nouiter deducta, Summus enim ille Pontifex nõ reseruauit, vt altera pars prætendit, Pensiones aliquas seminario, de quo agitur, sed dumtaxat confirmauit illius erectionem, & fundationem factam per Archiepiscopum tunc temporis Valentinum, approbauitque omnes quãtitates Tritici, & olei à diuersis Parochialibus illius Diœcesis per eundem Archiepiscopum extractas, & eidem seminario iuxtà dictam dispositionem sacri Concilij Tridentini applicatas *d. Summariolo num. 1.* Et licet illas appellet Pensiones, super hoc tamen non est faciendum
23 fundamentum, † cum onus quodlibet lato modo dici possit Pensio, *ex traditis per Lotter. lib. 1. quæst. 35. num. 9. & 10.* satisque est, quod applicatæ fuerint seminario in executionem Sacri Concilij vt proinde tanquam onera inprimis & ante omnia deducenda exprimi non debeant ex stylo superiùs adducto, vt etiam admittunt contrarij Testes.

Prout nihil releuat, quod in nonnullis alijs similibus Pensionum Reseruationibus legatur facta expressa mentio eiusdem oneris *eodem Sũmario num. 5.* Quia huiusmodi expressio videtur
24 potius facta ad abundantiorem cauthelam, & exinde non tollit probatum stylum Datariæ illa non exprimendi, *vt respondetur in decisione diei 18. Maij 1646. §. Prout nec obstat.*

Et cessat quoad hoc quælibet hæsitatio, quia cum huiusmodi onera non sint voluntaria, sed necessaria ex d. Decreto Concilij, quod Pontifex præsumitur optimè scire, vel cogitare potuit super hac Parrochiali adesse hoc
25 onus pro Seminario, † quæ sola generica cogitatio sufficit pro euitanda subreptione *l. qui iure militari ff. de milit. Testam. Felyn. in c. nonnulli sub num. 18. de rescript. Ruin. cons. 68. num. 4. & consil. 75. num. 16. lib. 1. Honded. cons. 89. num. 27. lib. 1. Cassad. d. 12. num. 6. de præbend. & decis. 1. de Priuileg. Lap. allegat. 89. num. 6. vers. Item licet Taciturnitas, Rota coram Card. Seraphino decis. 1445. num. 6 coram bon. me. Buratt. decis. 883. num. 6. coram bo. me. Coccinò decis. 413. num. 7. in recent. decis. 100. num. 3. par. 5. & in Meleuitano optionis 5. Martij 1640. coram bo. me. Merlina §. non obstat quod dictum Breue, vers. & sat est.* Adeout illius taciturnitas non sit apta reddere gratiam subreptitiam, *ex deductis in Decisione diei 28. Aprilis 1645. §. prout etiam.* Maximè in proposito, quo sufficit præfatam exceptionem inualiditatis, seu subreptionis reddi turbidam ad effectum, vt non possit impediri executio litterarum Apostolicarum, dũ in omnibus alijs sunt iustificatæ, vt in princi-
26 pio dictum est. † Exceptio enim requirens altiorem indaginem non impedit Beneficium *l. fin. C. de ed. diu. Adr. toll, vt tradit R. P. D. Arg. de acquir. poss. quæst. 3. num. 154.* Ad instar cuius proceditur ad executionem litterarum Apostolicarum, *Mohed. decis. 13. vt lit. pend.*

Quod dicitur de publicatione non facta infra nouem menses non merebatur allegari, dũ præuia Restitutione in integrum, facta fuit in termino obtentæ prorogationis.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. MELTIO.

Postea Reuerendissimo Episcopo PAPIEN

Pistorieñ Beneficij,

Veneris 28. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Litteræ nouæ expeditæ cum augumento maioris valoris beneficij de eo quod in primis litteris fuit narratum non suffragantur. Explicatur effectus clausulæ augendi & minuendi in supplicationibus appositæ.

SVMMARIVM.

1 *Vacatio beneficij probatur ex eo quod vtraque pars veniat ex eadem vacatione, & num. 2.*
3 *Instrumentum facit probationem probatam.*
4 *Sententia nulla exequi non debet.*
5 *Litteræ Apostolicæ quando non sunt iustificatæ exequendæ non sunt.*
6 *Conditio in præsentatione apposita debet purificari in termino dato ad præsentandum.*
7 *Clausula* non alias aliter nec alio modo *inducit formam præcisam.*
Et annullat omnia in contrarium gesta. ibid. nu. 8.

9 Præ-

9 *Præsentatio conditionalis resoluitur non purificata conditione.*
10 *Præsentatio facta lite pendente nullius est roboris.*
11 *Litteræ nouiter expeditæ cum narratiua maioris valoris beneficij in primis litteris declarati non suffragantur.*
12 *Clausula* augendi, & minuendi *in supplicatione posita quomodo sit intelligenda.*
13 *Beneficium dicitur factum litigiosum eo ipso quod ab aliquo vt sibi debitum petatur.*
14 *Gratia est subreptitia nisi fiat mentio litis.*
15 *Præsentatio de persona non habente qualitates ad beneficium necessarias non valet.*

DECISIO CVIII.

BENEFICIVM de quo agitur vsque de anno 1448. sub die 30. Septembris fuit erectum ad titulum Iurispatronatus cum dotatione Ioannis Pauli in Ecclesia Sanctæ Mariæ Maioris de Pistorio, data facultate præsentandi pro vna voce Rectori Hospitalis S. Mariæ Pauperum de Pistorio, & pro altera voce Fratribus Iesuatis Conuentualibus eiusdem Ciuitatis de Pistorio, vt apparet ex instrumento fundationis & dotationis relato in Summario Pauli Florauantis *num.* 1. ad quod beneficium voluit etiam fundator, quod præsentari deberet Sacerdos, vt ex particula dicti instrumenti fundationis data in Summario Caroli Bartolini *num.* 15. de mense Iulij præteriti per obitum extra Curiam q. Hieronimi Bufalini vacauit huiusmodi beneficium, ad quod sub die 5. eiusdem mensis dicti Fratres Iesuati, mediante persona Francisci Florauantis eorum Procuratoris præsentarunt Paulum Florauantem; qui sub die 9. dicti mensis obtinuit à Sanctissimo derogationem alterius medietatis, & facta fuit expressio valoris in ducatis 24. per non excessum, Carolus verò Bartolinus fuit, & ipse præsentatis à Dominico Blasio Scriba Hospitalis Cippi de Pistorio vigore mandati Procuræ, & facultatis illi concessæ ab Hospitali Sãctæ Mariæ Nouæ, vt in eius summario *num.* 1. qui pariter obtinuit similem derogationem licèt posteriorem alterius medietatis vocis cũ expressione valoris in ducatis 40. sed quia Paulus dubitauit non posse iustificare valorem in suis litteris narratum nequaquã illis vsus fuit, sed alias expediuit cum narratiua ducatorum 40. sub eadem data, quibus præsentatis Vicario Pistorieñ sub die 14. Septembris 1646. ad fauorem d. Pauli, ille sententiam tulit, & pronunciauit litteras secundo loco expeditas esse iustificatas, & exequendas, & per consequens ipsum immittendum fore, & esse in possessionem Beneficij, de quo agitur; A qua sententia interposita per Carolum appellatione, & causa mihi commissa, fuit sub hac die dubitatum; An illa esset confirmanda, vel infirmanda, & infirmandam esse per DD. fuit responsum.

De vacatione huius Beneficij non fuit dubitatum, quia vtraque pars venit ex eadem
1 vacatione, † quod sufficit, vt fuit resolutum in *Fauentina iurispatronatus 23. Ianuarij* 1636. *coram bo. mem. Pirouano, quæ est decisio* 87. *in ordine sub num.* 2. *par.* 7. *recent.* satis enim illa iustificata dicitur, quotiescumque accedit confessio Ad-
2 uersarij, † qui Beneficium sub eadem narratiua impetrauit, iuxtà *decis. Bellamer.* 268. *Put. decis.* 17. *num.* 1. *lib.* 3. *Seraph. dec.* 1296. *num.* 6. *Mantic. decis.* 132. *num.* 1. *Rot. decis.* 10. *num.* 2. *par.* 2. *recent.*

Existentia etiam Iurispatronatus satis clara visa fuit, cum illud probatum remaneat ex instrumento fundationis, & dotationis, quod fa-
3 cit probationem probatam, † ita vt melior de ea dari non possit *cap.* 3. *cum glos. in verb. Fundatoris; & cap. nobis de iurepatr. Gonzal. ad regul.* 8. *glos.* 18. *num.* 32. *Garz. de Benefic. part.* 5. *cap.* 9. *nu.* 38 *Rota in causa Gerunden. Beneficij* 21. *Februarij* 1628 *coram bo. me. Pirouano, quæ est decisio in ordine* 152. *num.* 2. *par.* 5. *recent. Pistorien. Archidiaconatus* 15. *Ianuarij* 1629. *coram eodem, & d. decis.* 87. *sub eodem num.* 2.

Ex capite tamen iustitiæ sententiam prædictam substineri non posse pro certo habitum fuit, cum per illam remanserit gratia canonizata, quæ iustificata non apparet, atque
4 laborat vitio subreptionis. † Vndè tanquam nulla exequutionem habere non potuit *cap. ad aures de rescript. cap. si motu proprio de præben. in* 6. *Felin. in cap. ad audientiam il secondo num.* 22. *eod. tit. de rescript. Cassad. decis.* 3. *num.* 4. *de pension. Greg. XV. decis.* 450. *n.* 1. & signanter de litteris Apo-
5 stolicis non iustificatis, † vt exequutionem aliquam non mereantur text. est satis clarus in *cap.* 2. *& ibi Abb. num.* 3. *de rescript. Io. Andr. & communiter alij in cap.* 1. *de lit. contest. Rota decis.* 20. *de præben. in nou. & decis.* 251. *num.* 2. *part.* 2. *recen. Duran. decis.* 278. *num.* 2. *& decis.* 440. *num.* 6.

Iniustitia autem euidenter apparet, quia præsentatio Pauli facta fuit sub expressa conditione reseruationis pensionis declarandæ circa illius quantitatem adiecta clausula *non alias,*
6 *aliter, nec alio modo,* † vt autem præsentatio huiusmodi valere posset conditio purificanda erat intra terminum datum ad præsentandum *Lambertin. de iurepatr. part.* 2. *lib.* 2. *quæst.* 3. *princip. art.* 5. *num.* 4. *& art.* 9. *num.* 5. *& seq. Viuian. de iurepatr. lib.* 8. *cap.* 6. *num.* 24. Maximè stante dicta clausula *non alias, aliter, nec alio modo,* quæ
7 formam † præcisam inducit *Rota decis.* 612. *nu.* 2 *part.* 3. *& decis.* 478. *num.* 13. *par.* 4. *tom.* 2. *Seraphin.*
8 *decis.* 420. *num.* 6. *Ofasch. decis.* 165. *num.* 13. † Ac annullat ipso iure omnia in contrarium gesta *Peregrin. cons.* 77. *num.* 7. *lib.* 3. *Thesaur. decis.* 270. *numer.* 23. *Verall. decis.* 82. *num.* 4. *part.* 3. non purifi-
9 cata igitur tali conditione, † actus præsentationis prorsus remansit resolutus *Rota decis.* 290 *num.* 13. *par.* 4. *tom.* 2. *recent.*

Neque attendi debet alia secunda præsentatio ab ipsis fratribus facta purè, & absque vlla reseruatione pensionis, vt iu Summario Ca-
10 roli *num.* 5. † Quia tanquam facta lite iam pendente nullius fuit roboris iuxtà *cons. Calderin.* 1. *vt lit. pend. Lap. allegat.* 22. *num.* 3. *Crescent, decis.* 8. *num.* 2. *&* 10. *de iurepatr. Rota in Mediolanen. Cappellaniæ* 6. *Nouembris* 1595. *coram clar. mem. Cardin. Hieronymo Pamphilio, & in Hispalen. Beneficij de Xeras* 20. *Februarij* 1604. *coram Litta.*

Accedit vlterius quod idem Paulus post expe-

peditas litteras suæ derogationis cum narratiua valoris ducatorum 24. per non excessum, agnoscens suam gratiam non posse substineri, vt iam dictum est, alias nouas litteras in vim primæ supplicationis cum expressione valoris in ducatis 40. de Camera expediri curauerit, quæ vigore dictę sententię fuerunt executioni demandatæ, quod fieri non potuit tanquam contra dispositionem regulæ Cancellariæ Sanctissimi Domini Nostri in ordine 65. expresse prohibentis huiusmodi nouas litterarum ex-
11 peditiones cum augumento, † siue narratiua maioris valoris Beneficij in primis non declarati *Lotter. de benefic. lib. 3. quæst. 20. nu. 45. Put. decis. 94. per tot. lib. 3. Rot. in Tuden. Beneficij 11. Aprilis 9. Maij, & 13. Iunij 1578. coram Cardin. Blanchetto, & decis. 541. num. 8. & seq. part. 3. diuers. Crescent. decis. 8. num. 1. & 2. de rescript.*

Non obstat quod in supplicatione eiusdem Pauli adsit facultas augendi, & minuendi fructus huius Beneficij, quia illa iam fuit consumpta in primis litteris per expressionem certi valoris non autem veri, † Secundæ verò lit-
12 teræ licèt expeditæ fuerint, & ipsæ vigore assertæ clausulæ facultatem tribuentis augendi, & minuendi, ex quo tamen illis nulla facta fuit mentio de errore facto in anterioribus litteris expeditis circa talem expressionem, non potuit in istis posterioribus quantitas fructuũ, siuè valor Beneficij augeri, quandocumque augumentum factum fuit nullius roboris, & momenti *Gonzal. super reg. 8. Cancellariæ glos. 15. §. 2. num. 77. Lotther. de re benefic. lib. 3. quæst. 20. numer. 65. Caputaquen. decis. 331. part. 3. num. 1. Put. decis. 94. lib. 3. & decis. 541. num. 8. versic. primus est casus par. 3.*

Quo verò ad subreptionem satis clara, & illa visa fuit, dum in secundis litteris non fuit facta mentio litis, quæ iam fuerat introducta inter Paulum ex vna parte, & Carolum ex altera à quibus vigore præsentationum de corũ personis factarum fuit petita institutio quotiescumque enim petitur Beneficium, vt sibi debitum ab aliquo quod lis dicatur introducta
13 super titulo Beneficij, †adeout illud sit factum litigiosum declarauit Rota in *causa Ilerden. Præceptoriæ 7. Februarij 1628. coram Reuerendissimo Domino meo Decano, & in Papien. Beneficij 20. Nouembris 1645. coram R. P. D. meo Corrado*, & ob
14 non factam mentionem litis, † vt gratia semper subreptitia dicatur est *text. in cap. 1. vt lit. penden. cap. causam quæ il 2. de testib.* & fuit dictum *in Placentina Cappellaniæ 16. Februarij 1598. coram bon. mem. Cardin. Hieronymo Pamphilio. Greg. XV. decis. 2. num. 5. & decis. 370. num. 4. part. 5. recent.*

Sed tanto minus etiam dictæ litteræ iustificatæ dici possunt quanto fundator huius Iurispatronatus mandauit, vt apparet ex Summario Caroli *num. 15.* quod ad illud eligeretur perpetuus Cappellanus in Sacerdotali dignitate constitutus, & tamen nullibi apparet de qualitate Præsbiteratus dicti Pauli, vt in sua supplicatione ipse narrauit Summo Pontifici; Vndè nominatio de eius persona facta non subsistit, cum dicta qualitas Sacerdotij actu fuisset necessaria *Lambert. de iurepatr. lib. 2. part. 1 quæst. 7. princip. art. 28. num. 1. Garz. de Benefic. par. 7. cap. 2. num. 92.* ibi dicens notandum *Rota dec. 474 num. 9. part. 4. tom. 2. Gregor. XV. decis. 210. num. 2.* Et ita vtraque parte informante fuit resolutum.

R. P. D. GHISILERIO.

Postea Reuerendiss. Episcopo IMOLEN.

Pisauren. Beneficij.

Veneris 28. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Manutentio in possessione beneficij datur possessori anteriori quando executor litterarum Apostolicarum nec rite nec recte tradiderit prouiso Apostolico posteriorem possessionem. Possessio attentata respectu vnius potest esse non attentata respectu alterius.

SVMMARIVM.

1 *Possessio anterior est Manutenenda fortius quando possessor primus protestatus fuerit de non habendo se pro spoliato quando alter possessionem capit. nu. 2.*
3 *Executor litterarum Apostolicarum si rite & recte procedit priuat anteriorem possessorem de sua possessione.*
4 *Actus emanatus in executionem alicuius decreti importat illius effectuationem, & obseruantiam.*
5 *Papa non præsumitur inferre voluisse præiudicium tertio.*
6 *Executor litterarum Apostolicarum quando non priuet anteriorem possessorem sua possessione.*
7 *Possessio attentata nullius est considerationis.*
8 *Attentata ex quibus purgata dicantur.*
9 *Possessio licet attentata continuari potest superueniente subrogatione gratiosa.*
20 *Possessio continuatur etiam in beneficialibus ex superuenientia noui tituli.*
11 *Possessio subrogati non potest continuari nisi cum qualitatibus anterioris possessionis.*
12 *Possessio ex persona illius qui eam non habet, non potest in alium trasferri.*
13 *Subrogatio quando non est principaliter concessa, sed inter clausulas generales.*
Tunc debet iustificari, & subiacet regulis aliarum interpretationum.
14 *Rota gratiosè subrogato quoad possessionem non concedit mandatum de manutenendo sed de immittendo & num. 16.*
15 *Subrogatus quoad possessionem defuncti non potest vti subrogatione sine noua apprehensione.*

DECISIO CIX.

IOANNES Baptista Rinalduccius à Sede Apostolica prouisus de simplici beneficio Sancti Michaelis de Boncio cum suspensione ad eius vitam omnium vnionum, & Erectionum effectum non sortitarum, vti de vacante, stante decreto apposito in litteris prouisionis per Sanctiss. D.N. factæ Iosepho Annibali Pardo de Præbenda Theologali Ecclesiæ Pisau-

lauren. quod dictum Beneficium vacaret pœnes Sanctam Sedem vigore supradictæ prouisionis ab executore de partibus fuit immissus in possessionem dicti Beneficij; Et quia in actu immissionis non fuit citatus Carolus Vannius existens in possessione Beneficij Curati, tanquam distincti à Beneficio simplici, interposita per ipsum appellatione, & adita Signatura, commissaque mihi causa appellationis sine præiudicio mandati de immittendo, ac vlterius legitimæ exequutionis litterarum Apostolicarum; proposui dubium, cui ex supradictis esset concedendum mandatum de manutenendo, quod consideratis hinc inde deductis, tum sub die 5. Aprilis præteriti, quam supradicta die 28. Iunij, Domini dixerunt concedendum Vannio, de cuius anteriori possessione non potest dubitari, quia probatur capta 20. Maij 1645. Rinalduccius verò illam solum
1 adeptus est 9. Iunij 1646. & propterea † in concursu istius posterioris venit manutenenda *cap. licet cau. vbi Felin. numer. 8. uers. tertia causa de probat. Bart. in l. si duo num. 4. uersic. si uerò Testes ff. uti possid. Bald. in l. Ordinarij post numer. 10. C. de rei uendic. & passim firmat Rota in istis terminis*, tantò magis, quia Vannius in adeptione possessio-
2 nis. † Rinalduccij protestatus fuit non habere se pro spoliato *Put. decis. 192. num. 3. lib. 1. & decis. 409. num. 2. & 3. & 4. lib. 2. in correctis Rota coram Sanct. mem. Greg. XV. decis. 307. num. 6 & 7.* & cum appellauerit, semper retinuit suam possessionem saltem ciuilem.

Nec quidquam facit, quod possessio Rinalduccij etiam si posterior, vti capta de mandato exequutoris litterarum Apostolicarum, sit preferenda, quia procederet, quatenus exequu-
3 tor ritè, & rectè processisset † tunc enim Vannium anteriorem possessorem possessione priuasset ex allegatis in terminis exequutoris in *Gadicen. Beneficij 17. Iunij 1605. coram Cardinali Horatio Lancellotto, & in Colimbricen. Præstimoniorum 18. Iunij 1632. coram Reuerendiss. D. meo Decano impressa post tract. Post. de manutenen. decis. 330. num. 7.* Exequutorem autem non rectè processisse constat, cum in eisdem litteris Apostolicis non fuerit suspensa erectio huius beneficij in Parrochialem, nisi quatenus non fuisset effectum sortita; At apparet, quod prius de anno 1644. fuerat Ecclesia hæc authoritate ordinaria erecta in Parrochialem, & licet tunc Beneficium esset plenum, & possessum à Pardo; ille tamen consensit, &, quod plus est, in executionem dictæ erectionis assensum præstitit, quod Vannius deputatus ab Episcopo in Curatum, (qui etiam dictum Beneficium, & Parrochialem, tanquam vacantem ab illius primæua erectione à Sede Apostolica obtinuit, & litteras desuper expediuit, quarum vigore fuit in possessionem immissus) in hac Ecclesia Curam animarum exerceret, inde resultat erectionis effectuatio, quæ cum ne præiudicaretur Pardo respectu eius præiudicij, vti erecta sine tamen præiudicio, & saluis Iuribus possessionis, tam Pardi Rectoris, quàm Fabrij Pēsionarij, quoad fructus redditus, & prouentus bonorum eiusdem Ecclesiæ, differenda esset in tempus, quo Ecclesia vacaret per cessum, vel decessum Pardi, satis dicitur sequuta, dum in via Pardi ipso consentiente, cœpit in Ecclesia, quæ prius erat simplex, exerceri cura animarum per deputationem certi Curati: aduertendo præsertim, quod tàm deputatio, quàm consensus prædictus emanauit nominatim in
4 exequutionem decreti erectionis, † quod importat illius effectuationem, & obseruantiam, vt in proximis terminis ponderauit *Rota in Barchinonen. Iurisdictionis 8. Aprilis præteriti coram R.P.D. meo Bichio §. nec refert.* Ex quo fit, vt cum deinde vacauerit ipsum Beneficium simplex per cessum Pardi ex decreto Papę propter adeptionem dictæ Præbendæ Theologalis purificata remanserit conditio, & intelligatur sequuta cessio, & ipso iure factus locus applicationi fructuum Beneficij simplicis cum primum per cessum vacare contigisset.

Et cum de Iure Papa non præsumatur vel-
5 le alicui inferri † præiudicium, sed semper præseruet iura tertij *cap. quamuis, & cap. si propter de rescript. in 6.* & præsertim in hoc casu, vbi illud satis expressè reseruauit, dum prouidit Rinalduccio, cum supposito, quod Parrochialis adhuc suum non esset sortita effectum, prout sortitam fuisse probant deputatio in Curatum facta ab Episcopo de Vannio, consensus Pardi, qui tunc erat Rector Beneficij simplicis, prouisio à Sede Apostolica in personam dicti Vannij cum possessione subsequuta vigore litterarum Apostolicarum, exercitium ipsum Curiæ animarum in eadem Ecclesia, & aliorum actuum spiritualium ad Curatum pertinentium cum celebratione diuinorum officiorum, licet deinde Rinalduccius per vacationem ex eodem cessu Beneficium impetrauerit à Sede Apostolica cum suspensione dictæ applicationis, hoc non potuit interuertere Ius dicto Vannio iam quæsitum. Adeo quod, cum ex prædictis, executor non rectè processerit, non priuauit Vannium ante-
6 riorem possessorem sua † possessione iuxta vulgarem decisionem *in Romana de Bombellis 31. May 1613. coram Cardinali Sacrato*, quam passim sequuta est *Rota in alijs relatis in Ariminen. fideicommissi 28. Iunij 1641. coram R.P.D. Cerro, & in Spoletana manutentionis 12. Maij 1645. coram R.P.D. meo Bichio.*

7 Non obstat quod cum possessio † Vannij sit attentata, *ut firmauit Rota coram me sub diebus 17. Nouembris 1645. & 18. Iunij 1646.* dum causa agebatur inter Vannium, & Pardum, tanquam improba nullius sit considerationis, *Rota in Senen. Beneficij 6. Iunij 1594. coram Litta impressa apud Modern. de manut. decis. 16. num. 3. & ex textu in l. improba C. de acquir. possess.* & Vannius habeatur pro non possessore *ad text. in l. nec ullam §. omnibus etiam ff. de pet. hæred. Surd. cons. 28. nu. 52. & 53. Lother. de re benef. lib. 2. quæst. 46. numer. 1.* Quia procedit respectu Pardi, sed non respectu Rinalduccij, cumque deinde Pardus libe-
8 rè beneficium possederit, & consenserit, † quod ipse Vannius in hac Ecclesia Curam animarum exerceret, satis dicitur purgatum attentatum, *ut per Rota decis. 313. numer. 4. coram Reueren-*

uerendiss. Vrgellen. & in dicta Spoletana manutentionis 12. Maij 1645. coram R.P.D. meo Bichio.

Minus obstat subrogatio gratiosa concessa Rinalduccio in Iuribus, & possessione Pardi per verba præsentis temporis, ibi, *Apostolica authoritate tenore præsentium gratiosè subrogamus, teque ad ius huiusmodi, illiusque prosequutionis, & defensionem huiusmodi admittimus*, cuius vigore prætendit potuisse sibi mutare causam possessionis, etiamsi possessio ab eo capta esset attentata, improba, † & vitiosa, & continuare

9 tata, improba, † & vitiosa, & continuare possessionem, quam habebat Pardus, *Rota coram Mantic. decis. 71. numer. 1. & seqq. coram bon. mem. Coccino decis. 72. num. 4. & in Valentina Rectoria 3. Decembris 1646. coram R.P.D. meo Bichio cõfirmata coram eodem 24 Maij præteriti*, cum etiam in beneficialibus superueniente nouo titu-

10 lo † possit mutato solum primo iure, & titulo possessionis, continuari possessio *l. non solum §. quod vulgo ff. de vsucapien. l. 3. §. illud l. qui bona §. 1. cum ibi not. ff. de acquirenda possessione, Rota apud Acchil. decis. 4. de caus. possess. & propriet. apud Puteũ decis. 165. n. 3. libro primo, & decis. 441. coram eodem, & in recentior. decis. 97. parte quinta, vbi nu. 6.* quod non est opus, quod quis exeat de possessione, & postea iterum ingrediatur ex ijs ibi latè allegatis, quia cum possessio Pardi ex eius supradicto consensu, quod Vannius curam animarum in hac Ecclesia exerceret, eua-

11 sisset qualificata à Cura animarum, † non potest sine hac qualitate continuare in Rinalduccium subrogatum, *vt dixit Rota decis. 251. numer. primo coram Sanct. mem. Gregorio XV. vbi Adden. num. 5.* allegant concordantes *in dicta Valentina Rectoria tertia Decembris 1646. coram R.P.D. meo Bichio §. non obstat*. Subrogatio loquitur de Beneficio tanquam simplici vlterius dum stante dimissione facta de isto Beneficio per Pardum ob assequutionem dictæ Præbendæ Theologalis Ecclesię Pisauren. ipse Pardus cecidit à possessione dicti Beneficij, non potuit

12 transferri possessio, † quam Pardus non habebat, in Rinalduccium eius successorem vigore subrogationis gratiosæ.

Prætera cum subrogatio fuerit data incidenter, & accessoriè ad gratiam principalem inter clausulas generales cum clausula etiam

13 ad partes, † ipsa debet iustificari, & subiacet regulis aliarum impetrationum *ex decis. alleg. per Garz. de benef. part. 6. cap. 4. num. 35.* & in omnem casum, quid quid sit de iure, Rota gratiosè subrogato quoad possessionem concedit.

14 mandatum de immittendo in possessionẽ, † nõ autem remedium retinendæ, seu manutentionem, nec minus recuperandæ, prout nunquam vidisse concedi testatur *Gonzal. super regul. 8. §. 3. prohemiali num. 93.* & audiuisse ab alijs antiquioribus, & peritis Curiæ Aduocatis, nec fuisse concessum temporibus suis, & subrogatum quoad possessionem defuncti non posse vti subrogatione sine noua apprehensione remedio retinendæ, nec recuperandæ posses-

15 sionis, † sed qood debeat de nouo adipisci possessionem concludit *gloss. 34. numer. 110.* Ad hoc facit *decisio Mohedan. 21. de restitut. spoliat. vbi in fin. dicit*, quod subrogatus, vel subrogandus vigore mandati de subrogando, non possit

16 agere, nisi tantum interdicto adipiscendæ, † & quod est necessarium factum ad capiendam possessionem, Et quod Rota obseruet, vt gratiosè subrogato non detur manutentio, sed immissio testatur *bo: mem. Buratt. decis. 686. numer. 1.*

Quæ dicuntur de validitate, seu inualiditate erectionis istius Beneficij in Parrochialem non sunt præsentis Inspectionis, sed reijcienda ad petitorium, & ad effectum sum marijssimi possessorij sufficit, erectionem fuisse effectuatam. Vnde interim manutenendum esse Vannium in statu exercendi in hoc Beneficio Parrochialitatem, censuerunt Domini vtraque parte informante.

R. P. D. CORRADO.

Postea Eminentiss. CARDINALI

Anconitana Mannæ

Veneris 31. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Rationes administrationis, licet regulariter reddendæ veniant, in loco vbi facta fuit administratio, tamen quando in susceptione administrationis adest obligatio Cameralis circa eius redditionem, &c. Arbitrium concessum Iudici circa locum redditionis, qualiter sit regulandum.

SVMMARIVM.

1 *Rationes reddendæ sunt, vbi gesta est administratio.*

2 *Obligatus in forma Cameræ vbique conueniri potest.*

3 *Variare circa locum redditionis rationis, quando sit licitum.*

4 *Rationes, vt rectè reddantur, debent produci libri, & rationes, vt inspici possint, amplia nu. mer. 5.*

6 *Arbitrium Iudicis ad effectum arbitrandi rationes debeant reddi, quando multò magis intret.*

7 *ad Productionem librorum, & scripturarum, vt quis cogi possit, est probanda existentia apud eum.*

8 *Scripturas quis cogi non potest producere, dum non faciunt ad propositum rei de qua agitur.*

9 *Remissoria, aliæque dilationes non sunt concedendæ, dum imminet expeditio causæ, & quare.*

10 *Lis, quando per plures, & plures annos durauit, si petatur aliqua dilatio, censetur calumniosè petita, ad protelandam mandati executionem.*

DECISIO CX.

POSTQVAM fuit resolutum die 13. Iunij 1644. coram me exequendum esse mandatum A. C. relaxatum contra Petrum de Petrobellis ad factum pro reddenda ratione Marino de Fanis, siue eius hæredibus Mannæ, de qua agitur, Procurator illius specialiter constitutus obtulit redditionem petitam, institi-

titque primùm subdelegari Iudicem in partibus ad effectum prædictum, deinde verò ad extrahendas partitas nonnullorum librorum, compulsandasque scripturas, & iura ad causam facientia. Verùm hodie consulti Domini responderunt non esse locum subdelegationi.

Licet enim rationes huiusmodi in eodem
1 loco regulariter reddi debeant in † quo gesta fuit administratio *per tex.in l.1. & 2. C. vbi de ratiocin. agi oport.* Hæc tamen regularis conclusio non procedit in proposito casu, in quo (præter alia) Petrobellus non solùm vigore eius obligationis in forma Cameræ conceptæ in publicis Instrumentis productis; altero die 3. Decembris 1613. & altero die 28. Aprilis
2 1614. celebratis, poterat † vbique conueniri, vt in ea legitur, *& tradit Vestr. in Prax.lib.2.cap.4. sub num.5.vers.immo, etiam Surd.cons.280.num.12. vers.sed quia & seq.* & ex ipsis facultatibus A.C. latè probauit *bon. mem. Robustee in eius Voto impress.post tract.Modern.Neapol.de Elect. & var. for. decis.41.* & in hac materia tradit *Simon.de Præt. consil.154.num.4.vers.maximè quod lib.1.* sed iam diù in iurisdictionem A.C.& Rotæ consensit, probationes fecit, partitas, calculum, & alias scripturas, ac Instrumenta dictam redditionem concernentia produxit, ac litem ab anno 1632. citrà sustinuit, à Decretis A. C. appellauit, & causam eius appellationis Rotæ committi institit, & obtinuit, ac demùm
3 obtulit se paratũ dictas rationes reddere†, tàm in S.Rota, quàm alibi prout Dominis bene visum fuerit, vt legitur in d.Instrumento mandati sub die 4. Augusti anni 1644. Ideoque non licet modo variare *l.1.& l.2.in princip.l.vbi receptum ff.de iud.l.nulli C.eod.l.fin.ibique Bart.vers.sed tu intellige C.de except.Bec.cons.22.num.3. vers.verum non obstantibus, & seqq.Surd.cons.542.num.10. vers.& de declinatoria,* & in his terminis respondit *Bursat.consil.74.sub num.37.vers.præter quod ac num.38.& sub num.44.vers.Accedit quod,* & comprobat *modern.Roman.discept.389.nu.11. vers.quia*
4 *statim quod.* Et si † quos verè habet libros, vel scripturas, vltra prædictas, illos exhibere debet, vt inspici, & considerari possint *cap. contingit,& ibi gloss.in verb.præsente extr.de fid.instrum. Bald.in l.2.sub nu.2.vers. nam nec potest C.de edend.* & alij relati per *Asin.in prax.§.22.cap.16.sub n.2. vers.contrariam vero opinionem,*& fuit nuper *dictũ in Ferrarien.pension. 12.Martij 1647.coram R.P.D. meo Ghisilerio §.quoad primam partem vers.quatenus vero uti uelint,&c.*

Eoque magis quia dd.hæredes Fani ad euitanda subterfugia exhibuerunt se paratos subi-
5 re expensas †, atque pericula transportationis librorum, ac scripturarum facta in actis illorum specificatione *iuxta text.in l.Prætor ait ad fin. uers.quod si in alio loco,&c.ff.de edend.& ibi not.Castr.& Alex.sub num.1. ac alij DD.Dec. in cap.1.sub numer.18. & seqq.uers.unde si alibi,& uers.quod uerum,&c.de probat.Socin.cons.149.sub numer. 4.uers. prædicta tamen limitat. lib.1. Simon.de Præt. d.cons. 154.sub num.2.uers.& quando lib.1.Ant.Sol.ad const.Sabaud.sub rubr. de minor.& ration.distr.gloss.4. sub num.2.uers.si tamen fol.mihi 171. Rot.in Tullen. Coadiutoriæ 4.Martij 1619. coram bon.mem. Card. Sacrato in §.circa secundam partem dubij,&c.* Vnde magis intrat arbitrium Iudicis in decernen-
6 do † congruo huiusmodi redditionis loco *iux. tex.in l.pen.§.fin.ubi gloss.fin. & Castr.numer.2.uers. hoc autem totum ff.de condit. & demonstr. Menoch.de arbitr.iud.cas.468.sub nu.2.uers.uerum,* & firmauit *Rot.in ead.Tullen.coadiutoriæ 5.Decembris 1614.coram eodem Card. Sacrato in recent.decis.607.num.3. uers.quod autem rationes par.2.*

Minusque visa fuit concedenda subdelegatio specialis ad effectum extrahendi partitas, compulsandique assertas scripturas, & iura.
7 Tum quia non constat † de illorum existentia, & releuantia, vt necessarium esset *Vestr. in prax.lib.6.cap.1.sub numer.12. uers.altera specialis,&c. Rot.penes bon.mem.Card.Mantic. decis.213. num.3.uersic.& consequenter, & bon.mem.Burat.decis.555.sub num.1.ac Reuerendiss.Vrgellen.decis.376 num.3.uers.secunda est,ac per tot,& in Mutinen.deuolution.18.Februarij 1622.coram bon.mem.Coccino in princip.& in Romana successiõn. 4.Iulij 1642. coram Reuerendiss. D. meo Carillo in §.ratio quæ mouit Dominos;* Quinimò ijdem informantes pro Petro-
8 bello in præcedenti † disputatione constanter affirmabant nullam fuisse repertam in libris partitam negotium huiusmodi pertingentem, ideoque impossibile fore pretensam ab eo reddi rationem, vt legitur in Informatione facti tunc data in *§.maximè quando.*

Tum quia fuit aliàs de anno 1633.26. Aprilis eo instante subdelegatus Vicarius Reuerendissimi Episcopi Anconitani ad effectum extrahendi partitas, compulsandique scripturas, & iura, & successiuè die 1. Iulij eiusdem anni reproductus pro eius parte processus coram dicto Vicario factus. Et iterum ipso pariter instante subdelegatus fuit die 6. Nouembris 1634. Gubernator prædictæ Ciuitatis ad recipiendos testes super Articulis pro eius parte tunc exhibitis, ac reproductus die 26. Februarij 1635. Processus remissorialis coram eo [illegible]ctus. In quibus sanè processibus præ[illegible] deduxisse quicquid releuans ad causam conferre potuit; Ideoque (alio non constito) non est
9 denuò concedenda subdelegatio, cuius † petitio in fine causæ ad eius expeditionem potiùs differendam, ac mandati executionem post tot
10 annos euitandam, seu protrahendam † facta censetur, *Seuerol.de Remissionib.litigator.cap.6.n.2 uers.Idemque Boccat.de litter.Remissorialib.cap.3.sub nu.5.in fin.uers.nec dantur,&c.Rot.penes Reuerendiss. Vrgellen.dict.decis.376.num.7.uers.cum enim, & in recent.decis.406.nu.2.uers. fundamentum autem,&c. par.2.ac sæpè in alijs.*

Cætera verò adducta pro eodem Petrobello respiciunt liquidationem crediti præfati Marini,& vlteriorem mandati A.C. executionem, ac proindè in alia disputatione particulariter discutientur. Et ita fuit decisum. Vtraque parte informante,&c.



R. P. D. CORRADO
Postea Eminentiss. D. CARDINALI.
Bonoñ fideicom. de Bubeis.

Lunæ 1. Iulij 1647.

ARGVMENTVM.

Remissoriæ petitio, quando non est calumniose concedenda venit, & hoc maxime in materia prophana. Hæres licite vendit bona, quæ sibi elegit pro suis detractionibus, & qualiter succurratur emptoti, & alia plura adducuntur pro concessione remissoriæ.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria conceditur in quacumque instantia, quando sumus in prophanis.*
2 *Articulorum releuantia ex quo desumatur.*
3 *Expensarum repetitio non datur quando adest mala fides.*
4 *Hæres eligens sibi quædam bona hæreditaria pro suis detractionibus, licite possunt vendi. amplia numer. 5.*
6 *Bona hæreditaria emens, putans ea esse detractiones hæredi competentia, qualiter emptori succurratur.*
7 *Remissoria, vt concedatur, sufficit releuantia probabilis.*
8 *Remissoria non solet concedi, quando iam sunt factæ probationes declara vt num. 9.*
9 *Testes examinati ad perpetuam rei memoriam sine citatione partis, non probant.*
10 *Remissoriæ concessio ex quibus coadiuuatur.*
11 *Remissoriæ petitio non conceditur, quando est calumniosè petita.*
Declara tamen, vt num. 12.
13 *Remissoriæ petitio in quibus casibus penitus dicatur denegata, & in quibus non.*
14 *Immissio ex quibus non possit impediri.*
15 *Remissoria in quibus causis Rota non soleat concedene cum retardatione vlterioris processus, ac expeditione.*
16 *Fructus percepti lite pendente, quando compensentur cum impensis.*
17 *Melioramentorum exceptio, vt non impediat vlteriorem processum quid sit faciendum, & n. 18.*

DECISIO CXI.

POSTQVAM fuit resolutum coram me sub die 30. Maij 1646. & 5. Aprilis huius anni D. Iacobum de Rubeis vigore fideicommissi à q; Mino, & Nestore de Rubeis ordinati esse immittendum remedio *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollend.* in possessionem prædij controuersi per q; Tiberium de Rubeis venditi q; Com; Henrico de Vrsis DD. Comites eius filij, & hæredes productis articulis super, melioramentis in eo factis petebant remissoriam pro illorum probatione quam hodie Domini concedendam esse censuerunt sine retardatione vlterioris processus, & expeditionis causæ.

Ratio autem primæ partis resolutionis fuit,
1 quia causa est prophana, in qua data † releuātia materiæ articulatæ conceditur remissoria in quacunque instantia, *Rot. penes Veral. decis. 68. num. 1. par. 3. Put. decis. 324. in fin. vers. & quia eramus in materia prophana lib. 2. in correct. Cæs. de Grass. decis. 1. sub num. 8. vers. mouebantur præsertim, & seq. de dilat. Card. Mantic. decis. 374. num. 2. vers. in prophanis autem, & seqq. & san. mem. Greg. decis. 174. num. 2. vers. & in prophanis, & decis. 403. nu. 3. vers. in prophanis autem, ac seq. & Card. Caualer. dec. 232. num. 3. vers. præsertim, ac bon. mem. Coccin. decis. 20. num. 3. vers. quibus stantibus, Buratt. decis. 650. sub num. 1. ac Andr. decis. 38. num. 1. & seqq. et in rec. decis. 277. num. 1. et seqq. par. 3. et decis. 633. sub nu. 1. & seq. par. 4.*

Releuantia verò sufficiens ad hunc effectum
2 ex eo deducitur, quod probatis † impensis necessarijs, vel vtilibus in ipsa re factis, regulariter consulitur possessori exceptione mediante, vel saltem officio Iudicis *l. planè. ff. de petit. hæred. l. in fundo, et l. sumptus ff. de rei vend. l. idque. in princip. vers. illud expeditius videbatur, ff. de act. empti l. fin. sub princip. vers. quod si non obtinuerit. C. de rei vend. l. super empti. ibique gloss. in verb. restitui. C. d. euict. cum concord. penes Peregr. de fideicom. art. 50. d num. 26. vers. cum vero, ac seq. et à nu. 29. vers. videamus modo, cum seq. Garz. de expens. cap. 1. nu. 24. vers. quod vero pertinet, ac seqq. et cap. 2. et 18. à num. 1. vers. denique.*

Nec obstat, quod Com. Henricus emerit prædium sciens fideicommisso subiectum non expectata licentia Vicarij Bonon. Delegati Apostolici, neque seruata forma Breuis san: mem: Pauli V. de quo facta fuit mentio in Instrumento emptionis sub die 18. Iunij 1612. celebrato, vt fuit probatum in vtraq; decisione sub dictis diebus 30. Maij & 5. Aprilis emana-
3 tis, ideoq; † fuerit in mala fide, *cap. qui contra iura de reg. iur. in 6 cum concord. vulg.* Quo casu cessare videtur huiusmodi impensarum repetitio *iux. in l. fin. §. emptor. ibique gloss. in verb. melioratione, & D D. C. commun. de legat. & fideic.*

Quia præter quod in eo etiam instrumento præfatus Tiberius venditor prædium elegit pro legitimis detractionibus ipsi competentibus,
4 qua ratione poterat † regulariter sustineri venditio *per tex. in l. Marcellus, §. res quæ ff. ad S. C. Trebel.* Et licet id non procederet in hoc casu ob prohibitiones speciales, & alienationes antea factas, vt plenè deductum fuit in *d. decis. 30. Maij in §. quo vero ad prerensas detractiones, ac seqq. & in alia sub die 5. Aprilis in §. præterea sustineri non potest*
5 *d. venditio &c.* potuit tamen † fortè sufficere ad inducendam bonam fidem in emptore, quem non constat explicatam prædictorum omniū habuisse notitiam *l. qui à quolibet, ibique gloss. in verb. ipsius esse, ff. de contrah. empt. l. bonæ fidei emptor ff. de acquir. rer. domin. l. bonæ fidei emptor. ff. de verb. signif. l. fin. ibique gloss. fin. ff. pro suo.* (quod in vlteriori disputatione illius articuli maturiùs dis-
6 cutietur) Adhuc videtur saltem officio † Iudicis habita æquitatis ratione succurrendum emptori *iux. tex. in l. planè, ff. de petit. hæred. & gloss. fin. ac DD. in l. ait prætor. §. per hanc, ff. quæ in fraud. credit. l. domum, ibique gloss. fin. ac D D. C. de rei vend.* & explicat *Peregr. d. art. 50. num. 26. vers. cum vero*

impensa

impensa necessaria, & num. 29. vers. videamus modo, & num. 30. vers. si vero malæ fidei possessor. In præ-
7 sentia vero sufficit † releuantia probabilis ad effectum concedendi remissoriam, vt respondit *Rot. penes Verall. dec. 61. par. 4. & san. mem. Greg. dec. 124. sub num. 3. vers. quamuis autem, & in d. dec. 277. sub nnmer. 3. versic. propterea non placuit Dominis part. 3. recent.* ac latius explicatur *in decis. 720. sub num. 3. versic. ad prædicta enim fuit responsum part. 2. earund.*

Minus obstat, quod super eisdem prætensis
8 melioramentis iam fuerint examinati † testes in partibus, deductæq; ac exhibitæ per DD. de Vrsis eorum depositiones.

Quia testes illi non fuerunt legitimè, ac in
9 forma Iudicis examinati, sed ad † perpetuam rei memoriam non citata parte: Atque ideo non solum impediri non potest eorundem solemnis repetitio, vel aliorum examinatio, vt probat *tex. in clem. 2.* ibi, *Testibus ritè receptis, & corũ attestationibus publicatis &c. ibique gloss. in verb. ritè de testib. & Imol. num. 4. versic. quæro quando dicantur, Anchar. sub num. 11. vers. quarto quæro, & alij Butr. in cap. cum olim, il 1. numer. 5. versic. nota quod quando testes publicantur, extr. de priuileg.* quem sequitur *Felyn. in cap. fraternitatis num. 8. versic. item limita generaliter, extr. de testib. Gabr. Com. concl. lib. 1. tit. de testib. concl. 21. num. 9. vers. primo limita, & nu. 143. vers. quinquagesimo quarto limita.* Quinimò
10 ex eis resultat veritatis fumus † concessionem remissoriæ coadiuuans *Rot. dec. 47. par. 3. lib. 3. diuers. & penes san. mem. Greg. dec. 163. num. 1. uersic. potissimum fundamentum fuit, ac Buratt. dec. 824. numer. 8. uersic. immo datur, & in Oxomen. Canonicat. 2. Martij 1622. coram bon. memor. Merlin. in §. fumum etiam boni iuris &c. ubi aliæ concord. referuntur.*

Præterea non obstat calumniæ suspicio inde
11 deducta, quòd hæc petitio fuerit dilata † in tempus ferendæ sententiæ, cum tamen longè priùs fieri potuerit.

Tum quia facta fuit (vt constat ex actis) sub die 20. Maij proximè lapsi paulò post emanatam prædictam posteriorem resolutionem Rotalem, cæteras omnes exceptiones ipsorum
12 de Vrsis elidentem, ita quod nihil † illis imputandum videtur quia priùs hanc non deduxerint, cum aliis principalioribus niterentur, quæ sufficere existimabant *Rot. dec. 625. num. 3. uersic. interea autem part. 3. lib. 3. diuers. & dec. 517. sub n. 4. uersic. nam id potuit euenire par. 4. recen.* Tum quia
13 illius releuantia † ex prædictis, apparens obiectam calumniæ suspicionem refellit *Rot. penes Aegid. dec. 624. in fin. uersic. de primo casu, Cassador. dec. 3. sub nu. 2. uersic. quia erant testes in partibus nulliter examinati de dilat. Verall. dec. 56. num. 3. uersic. præsertim par. 3. Buratt. dec. 68. nu. 3. uersic. ex quibus, & decis. 555. num. 1. uersic. quia calumnia cessat, & d. dec. 824. num. 9. uers. inde etiam, ac Reuerendiss. Vrgellen. dec. 462. num. 6. uers. secundus casus est, & in recent. decision. 304. numer. 2. uersic. calumnia uisa non est pag. 3. & d. decision. 557. sub numer. 4. uers. & ad hanc prætensam calumniam excludendam parte quarta.*

Posterioris verò partis ea fuit ratio. Quia cum opposita melioramentorũ exceptio nullatenus iustificetur ex actis, sitq; prorsus illiquida, tàm in substantia, quàm in qualitate, quan-
14 titate, & valore illorum, non † potest impedire immissionem, *Rot. penes Buratt. dec. 834. sub num. 10. uers. tertio opponebatur exceptio, ac seq. & in recent. decis. 610. num. 3. uers. & neque par. 1. et decis. 650. p. 2. & dec. 276. nu. 3. uers. dum uero par. 6. et alij relati in decis. 48. nu. 13. uers. attamen quando, et seqq. part. 7.* Ideoque Rota in his casibus iure me-
15 rito non solet concedere remissoriam cum retardatione vlterioris processus, ac expeditionis, *Rot. penes Card. Seraph. dec. 294. num. 1. et 2. uer. cum in materia ista, et dec. 1364. nu. 1. uersic. et primo quia, et dec. 141. par. 4. diuers. ac san. mem. Greg. dec. 367. num. 1. uers. quia non solet, et seq. et Caualer. dec. 208. nu. 3. uersic. accedebat præmissis, ac dec. 610. nu. 2. uersic. quia uero Petrus agebat, Buratt. dec. 211. nu. 3. uer. probatio autem, et seq. et in recent. dec. 212. nu. 7. uersic. ex quo etiam resultat, et dec. 424. num. 3. uersic. accedebat præmissis par. 1. et dec. 306. num. 3. uersic. et ad impediendam immissionem, ac seq. par. 6.* Quod eo magis visum fuit Dominis obseruandum in proposito casu, in quo DD. de Vrsis iam plu-
16 res annos fructus post litem † contestatam perceperunt, quos poterunt cum impensis compensare *l. sumptus, et l. emptor, ac utrobique gloss. et DD. ff. de rei uend. d. l. super empti, C. de euict. gloss. in d. l. fin. in verb. deductis, C. de petit. hæred. Put. decision. 275. lib. 3.* & fuit consideratum in *Lucan. terrarum 16. Februarij 1615. coram bon. mem. Vbaldo, §. fin. et in Nucerina prædij 29 Maij 1624. coram bon. mem. Merlino in § fin. ac penes Burat. dec. 441 sub num. 7. uers. præsertim,* & explicat *Io: Garz. de expens. et meliorat. cap. 23. sub num. 54 uersic. præmissis regulis,*
17 *cum seqq.* Et si † excederent, satis in omnem casum cautum est illis mediante cautione per actorem præstanda de reficiendis melioramentis, quatenus legitimè liquidentur, & de iure
18 refici † debeant, vt seruatum fuit in *d. Lucan. terrar. coram Vbald. et penes Buratt. d. decis. 834. sub numer. 12. versic. et demum, ac in alijs relatis in d. dec. 48 nu. 16 vers. sed succurritur possessori par. 7. rec.*

Atque ita fuit resolutum vtraque parte informante &c.

☞ *Decisio ista in hac causa emanata sub die 30. Maij 1646. coram eodem Eminentiss. D. Card. Corrado erit infra in Appendice. Altera sub die 5. Aprilis præteriti est decisio 41. supra in hac parte 10.*

R. P. D. GHISLERIO

Postea Episcopo IMOLEN.

Ariminen. Manutentionis.

Lunæ 1. Iulij 1647.

ARGVMENTVM.

Obligatus in forma Cameræ in Contractu in Vrbe celebrato potest conueniri per contradictas absque eo quod citetur, nec domi, nec personaliter. Pactum quod siquis defecerit in vna solutione teneatur ad duas quando valeat.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio datur possessori de mandato Iudicis ritè, & rectè procedentis.*
Quod procedit etiam aduersus anteriorem possessorem num. 2.
3 *Contradictæ possunt exequi contra obligatum in Vrbe in forma Cameræ absq; alia citatione personali uel Domi executa.*
ea ratione qua adueniente tẽpore solutionis ipso iure est interpellatus, & tenetur custodire audientiam contradictarum num. 4.
5 *Contradictarum Processus datur ratione moræ, & cõtumaciæ.*
6 *Hæres habet iustam causam Ignorantiæ.*
7 *Error nominis Procuratoris non uitiat processum.*
8 *Citatio mariti in personam vxoris in domo ab vtroq; communiter habitata, valet.*
9 *Pactum de soluendo dupplicem annatam quando deficitur in prima valet, & num. 6.*
10 *Pactum quod si quis defecerit in solutione vnius annatæ teneatur ad duas non est pœnale.*
11 *Debitor potest cogi etiam ante diem ad reddendum Creditorem securum.*
12 *Pactum quod mora quantumuis minima, & modica purgari non possit, valet.*
13 *Iuramentum habet vim interpellationis.*
14 *Subastatio non est nulla licet prædium subastatum pluris valeat, quam in subastatione fuerit venditum.*
15 *Læsionis Iudicium est ordinarium ideoq; non admittendum in possessorio, & num. 16.*

DECISIO CXII.

IVLIVS Mastinus, tanquam hæres Nicolai Mastini, præuijs decisionibus, & per sententiam, ac rem iudicatam fuit condemnatus ad soluendam Bellapanibus summam scutorum 3117. sub die 27. Ianuarij 1643. transigendo pro scutis 500. cum iurium cessione pro integra dicta summa, promisit, & se obligauit eisdem Bellapanibus residuum dd. scutorum 500. videlicet scuta 400. monetæ soluere hic Romæ infra quadriennium in principio cuiuslibet Anni ratam partem sub conditione, quod deficiente in vna solutione teneatur ad duas, & in duabus ad totam summam, itaut mora quantumuis minima, & modica etiam de Iure Canonico purgari nullatenus possit, sed quia intra terminum non soluit, fuit contra ipsum actum coram A.C. & obtentum mandatum exequutiuum pro prima, & secunda rata, quod successiuè fuit exequutum super predio controuerso deliberato Bellapanibus pro scutis 430. tamquam tertijs, & maioribus oblatoribus, qui, satisfacti de suo Credito vna cum expensis, residuum doposuerunt in sacro Monte Pietatis ad Creditum Iulij; de indeque dictum prædium vendiderunt R. P. D. Ioanni Ghino pro pretio scutorum 340. qui reintegratis Bellapanibus de eorum Credito, reliquum deposuit ad effectum reinuestiendi ad fauorem Iulij sequuta eius ratificatione: commissa mihi causa appellationis interpositæ à mandato de manutenendo, concesso Iulio ab Auditore Illustrissimi D.A.C. proposito dubio, cui esset dãdum mandatum de manutenendo, ac fauorem R.P.D. Ghini, vt supra possessoris fuit resolutum, quia cum in deliberatione prædij ritè fuerit processum, omnis possessio translata fuit in supradictos de Bellapanibus licitatores, &
1 successiuè in R.P.D. Ghinum † ab eis causam habentem. *l. iustè possidet ff. da acquir. poss.* cum vlgatis. Nam vbi contenditur, an primus Possessor, qui subhastationem, & deliberationem passus est, vel magis posterior, qui vti plus offerens obtinuit sibi deliberari manutenendus
2 sit; † vlgaris regula est, posteriori de mandato Iudicis immisso deberi manutentionem, cum illud præsumatur iustum, & consequenter priuatiuum primæ possessionis debitoris; & quãuis hæc conclusio nõ procedat, quando Iudex nulliter, vel euidenter iniustè processit; tamen neutrum in hoc casu interuenit, stante validitate: & iustitia mandati relaxati ab A.C. contra Iulium, qui iuxta formam suæ obligationis de qua in transactione, in termino non soluit primam ratam.

Prætensa nullitas ex defectu citationis, cum Iulius nedum in persona, sed nec etiam Domi quam habitabat in Vrbe, dum iste contractus fuit celebratus, non subsistit, quia cum
3 Iulius debitor contraxerit in Vrbe, & se † obligauerit in forma Cameræ, potuit contra ipsum procedi per Audientiam contradictarum absq; eo quod personaliter, vel Domi ad iudicium vocaretur, vt tradit *Zacch. in addit. ad tract. de oblig. Camer. impress. post. tract. de societ. offic. q. 27. nu. 6. allegando decisionem Rot. in Romana, seu Braccharen. pecuniaria 2. Decembris 1594. coram Orano,* & ratio est quia, quicquid sit cessante obligatione Camerali, & præfixione certæ diei solutioni, in quibus terminis loquitur decisio in Senogallien. prædij 12. *Februarij 1596. coram*
4 *Cardinali Blanchetto,* cum † debitor de sua obligatione sit certus, & adiuenientem solutionis termino ipso iure interpellatus audientiam contradictarum custodire tenetur, vt tradit *Sacluss. Tiber. in praxi A.C. lib. 1. cap. 45. sub num. 2. vers. nam licet,* allegando causam quare ad exequtionem cameralis obligationis cõtra hæredes debitoris ad creditoris, vel contra Debitorem ad Creditoris hæredis instantiam non conceditur processus per contradictas, nisi præuia Citatione ad partes contra Debitorem, vel illius hæredes, si ab Vrbe abfuerint ad soluendum summam debitam, & videndum exequi obligationem in forma Cameræ personaliter, vel saltem
5 dimissa Domi copia exequenda, † cum processus per contradictas detur ratione moræ, seu contumaciæ, quæ hæredibus Debitoris adscribi non potest, nisi præuia citatione modo præ-
6 misso facienda, † ex quo hæredes habent iustam causam ignorantiæ, *vt in l. qui in alterius ff. de reg. iur.*

Nec facit, quod esset citandus Ioseph Fabretus Procurator constitutus à Iulio ad omnes lites contra quoscunque, qui habita notitia de constitutione in sui personam facta, acceptauit omnes procurationes, & protestatus fuit nihil fieri, nisi ipso in quolibet actu legitimè citato,

citato, de quibus dd. de Bellapanibus, non possunt allegare ignorantiam, stante particulari intimatione de supradictis illis facta; quia cum Stephanus, & Ioseph Fabretti fratres Germani simul cohabitantes in eadem Domo negotia litigiosa communiter tractarent, licet in citationibus ad eorum Domum transmissis fuerit erratum in nomine, & loco Iosephi appositum
7 nomen Stephani, error † nominis Procuratoris non vitiat processum, quatenus esset citandus pro relaxatione mandati d. Ioseph *ad text. in §. si quis in nomine in instit. de legat. l. si quis in nomine. C. de Testam. l. si quis in fundi vocabulo ff. de leg. primo*, & ibi, *DD. Bart. cons.* 179. *sub num.* 1. *lib.* 1. cum alijs in terminis citationis allegatis à *Moderno Cesenaten. de citat. cap.* 9. *nu.* 237. Verisimile enim est, quod citationes deuenerint ad manus Iosephi, dum Stephanus frater neque in hac neque in alijs causis erat Procurator Iulij, & in
8 simili, quod citatio † mariti in persona vxoris in Domo ab vtroque communiter habitata teneat etiam ad effectum, vt contra maritum, tanquam contumacem procedi possit, tradit *Guid. Pap. dec.* 445. *num.* 1. *in fin.* quia quando citatio facta est in Domo habitationis, & in personam vxoris, verisimiliter deuenisse præsumitur ad notitiam mariti, & talis citatio reputatur valida, & proceditur contra eum ineius contumaciam. *Mising. obseruat.* 37. *num.* 5. *&* 6. *cent.* 3. & in proposito ex lectura citationum benè potuit Ioseph cognoscere errorem fuisse in nomine, vt ratione dd. citationum fuerit factus contumax, & præiudicauerit Iulio principali, dum non comparuit.

Minùs subsistit allegata iniustitia subhastationis ratione excessus, ex eo, quod deberentur tantùm scuta centum mandatum verò fuerit
9 relaxatum pro scutis 200. quia stante † mora Iulij in soluẽdo cedente die præfixo ex lege cõuentionis potuit agi ad secũdam ratam absque alia interpellatione cum non censeatur materia pænalis: quia quicquid sit in pacto pœnali, in quibus terminis loquitur *Gratian. discept.* 708 *& Rot. in Romana Lignorum* 9. *Iunij* 1603. *coram Iusto*, secus est, quando pactum non est pœnale, quale est illud, de quo agitur, cum agatur de dilatione ad soluendum sub conditione, qua propter morem per pactum expressum fuit priuatus, & conuentum, quod deficiente in vna rata, teneatur ad duas, & si in duabus ad totam summam, quod pactum non esse pœ-
10 nale fuit † decisum in *Romana pecuniaria* 8. *Martij* 1614. *coram Vbaldo, in qua Rota censuit*, simile pactum concessum a Gauottis, & Putcobonellis mercatoribus in Vrbe Balleonis non continere aliquam pœnam, immo esse conforme dispo-
11 sitioni Iuris vt † debitor possit cogi, etiam ante diem ad reddendum creditorem securum ex *Rebuff. Rom. Rip. & alijs in d. dec. allegatis*, quam sequuta fuit *Rota in Romana præstationis cædulæ* 1. *Decembris* 1628. *coram bon. mem. Coccino impressa p.* 5. *recent. decis.* 218. *num.* 8. quæ omnia eo facilius procedunt: quia fuit vltimo adiectum pactum,
12 quod † mora quantumuis minima, & modica etiam de Iure canonico purgari nullatenus possit. *Caput. decis*, 230. *par.* 2. *Rota dec.* 859. *p.* 4. *diuers.*

13 & intercessit iuramentum, † quod habet vim interpellationis. *Gozad. cons.* 17. *num.* 11. *cum alijs relatis à Grat. discept.* 579. *num.* 12. *& seq.* & quod plus est fatendo debitum, suscepit terminum 30. dierum ad illud soluendum, illoque elapso, consensit relaxationi mandati exequutiui absque aliqua citatione.

Pariter neque subsistit iniustitia deliberationis, cum pro scutis 200. fuerit deliberatum prędium Bellapanibus pro scutis 430. quod tamẽ statim vendiderunt R. P. D. Ghino pro scutis 840. quia cum subhastatio fuerit facta pro summa contenta in mandato, licet prædium subhastatum pluris valeat, & pluris fuerit vendi-
14 tum, non tamen † subhastatio est nulla, vt dixit *Rota coram Vbaldo in Roman. subhastat.* 2. *Iunij* 1614. *inter impressas apud Zacch. de Societ. Offic. dec.* 60. *num.* 12. sed solum illud plus debet restitui debitori, vel deponi pro expensis liquadatis ex allegatis in dicta decisione, quod fuisse factum iam fuit dictum supra, dum dicti de Bellapanibus, solutione pretij subsequuta, residuum deposuerunt in Sacro Monte Pietatis ad Creditum Iulij, & Successiue R. P. D. Ghinus, reintegratis Bellapanibus de eorum Credito, reliquum pretij scutorum 840. deposuit ad effectum reinuestiendi ad fauorem Iulij, sequuta eius ratificatione Vltra quod hęc exceptio læ-
15 sionis reijcienda est ad petitorium, cum † iudicium rescissionis contractus ex capite læsionis sit ordinarium, & interim manutenendus est emptor ex allegatis per *Posth. de manut. obseru.* 12. *num.* 21.

Poposito hoc dubio sub die 23. Ianuarij pręteriti placuit DD. illud differre, & quod videretur de iusto valore prædij, & cum Iulius in hac positione non informauerit, neque læsionem probauerit, sed R. P. D. Ghinus habens causam, vt fuit dictum a supradictis de Bella-
16 panibus, † offerat dimittere prædium, restituto sibi pretio soluto, vel ex tali oblatione pœnitus excluditur læsio vel saltem vti requirens indaginem, illius exceptio non potest retardare summarijssimum Iudicium manutentionis, vt pluries fuit dictum in *Rota*, *& præsertim coram san. mem. Gregor. XV. decis.* 120. *numer.* 17.

Et ita conclusum fuit, mandatum de manutenendo esse concedendum R. P. D. Ioanni Ghino &c.

R. P. D. ARGVELLES.

Romana Hæreditatis.

Lunæ 1. *Iulij* 1647.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum, quando est purificatum; & bonorum identitas, quando reperitur iustificata non potest denegari immissio fideicommissario. Plura deducuntur circa materiam melioramentorum, qualiter scilicet iustificentur, & in hoc multum attenditur religio Iudicandi.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissario quibus concurrentibus non possit denegari immissio.*
2 *Fideicommissario quando possit concedi retentio.*
3 *Melioramenta probantur ex depositionibus testium, & relatione peritorum.*
4 *Meliorata satis dicitur domus dum fuit reddita melior, & pratiosior.*
5 *Melioranti regulariter datur retentio, donec fuerit de eis satisfactum.*
6 *in Melioramentorum liquidatione quid sit attendendum.*
7 *Testes, & Periti in materia probationis moliorámentorum debent æstimare cimenta, & materias.*
8 *Fideicommissario, cui defertur fideicommissum, an debeat soluere expensas vtiles, domo fideicommisso supposita factas, & num. 9.*
10 *in Melioramentorum estimatione multum Iudicis arbitrium operatur.*
11 *Melioramenta sunt taxanda iuxta prudentis Iudicis arbitrium.*
12 *Testamentum posterius rumpit anterius.*
13 *Adminicula non sunt de per se consideranda sed simul ponderanda.*

DECISIO CXIII.

POST binas decisiones sub diebus 14. Decembris Anni preteriti *, & 1. Aprilis huius Anni * ad fauorem Iuliç Porrinç emanatas super iniustitia Sententiç A.C. & exclusione rei iudicatç, disputatum fuit An eidem Iuliç danda esset immissio in possessionem bonorum de quibus agitur, & dandam esse fuit resolutum.

Siquidem non controuertebantur fideicommissum, purificatio, & bonorum identitas, quibus concurrentibus passim conceditur immissio fideicommissario, *vel ex remedio l. final. C. de ed. Diu. Adr. toll.* Vel ex vtili saluiano interdicto, *vt in dec. 131. num. 1. p. 1. recent. dec. 472. nu. eod. par. 3. Dec. 167. num. 2. coram Coccino in Bononien. fideic. de Ramundinis 9. Maij 1636. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Auximana fideicom. 13. Ianuarij 1640. §. Quibus tamen &c. coram eod.*

Sed ab informantibus pro Ciampino tota vis fiebat in detractionibus, quę & fideicom-
1 missario impediunt † immissionem, *vt in Bononien. Legati de Marcscottis 24. Aprilis 1626. coram*
2 *Merlino*, & permittunt hęredi grauato † retentionem, *ut in decis. 599. nu. 2. par. 3. rec. in Foroliuien. fideic. 9. Maij 1611. coram Sanctiss. & in alijs in predicta dec. huius causa edita 1. Aprilis huius Anni, in §. secundo coram me.*

Verum Domini, reiectis alijs detractionibus quarti dotalis, Trebellianecę, impensę infirmitatis, & funeris, ac legatorum, tanquam abunde discussis in pręteritis positionibus, & sublatis, in prædictis decisionibus, *nempe in prima §. Iniustitia, §. Nec facit, & tribus §§. sequentib. & in secunda in §. Tum quia visa fuerunt &c.* Vnā earum dumtaxat censuerunt habendam esse in consideratione.

Nempe detractionem meliotamentorum, & declarando pręcedentes decisiones ex noui-
3 ter † deductis dixerunt soluēda esse per Iuliam scut. 250. pru melioramentis Domus, quia de his dantur probationes ex depositionibus Peritorum seruatis seruandis examinatorum, qui in huiusmodi materia satis probant, & attenduntur da stylo Tribunalis *iuxta decis. 356. nu. 8. uers. & magis in specie par. 2. decis. 595. num. 1. par. 3. rec. & in alijs in Imolen. Saluiani 18. Apr. 1636. coram Eminentiss. D. Card. Macchiauello, & in Bonon. fideic. de Glauarinis 29. Maij 1641. coram Reuerendiss. D. meo Dunozet. Decano.* Et quia ex eorundem
4 depositionibus constat Domum † redditam meliorem, & pretiosiorem ax predictis melioramentis.

Et licet testes deponant hæc melioramenta ascendere ad maiorem quantitatem, & pro ea
5 regulariter † Possessori competat retentio rei melioratæ *Rolan. cons. 28. num. 1. & seq. lib. 1. & alij supra allegati*; Attamen DD. in solis scut. 250. fuerunt concordes, & hanc summam ordina-
6 runt solui Ciampino tanquam minima † inter impensam, & melioratam, secundo *tex. in l. in fundo 39. ff. de rei uindic. l. sumptus 49. ff. eod. l. si fundum 12. ff. de in rem uerso c. 1. & ibi Abb. num. 4. de rest. spoliat. Capicc. Latro dec. 93. nu. 9. & alios allegatos in decis. huius causæ 14. Decembris anni præteriti coram me.*

Nam quamuis nec testes, nec Periti æstima-
7 uerint † valorem cimentorum, & materiæ, vt debere *dixit Rota in Romana de Spiritibus 12. Ianuarij 1643. §. penultimo, & 12. Decembris 1644. §. quod uero melioratum coram Reu. P. Domino meo Bichio*, & fuit ex his, & alijs firmatum *in d. dec. 14. Decembris 1646. § Nec magis iusta coram me.* Et quidquid sit etiam An fideicommissarius cui
8 defertur fideicommissum perpetuum; † videlicet cum onere restituendi alijs, debeat soluere expēsas vtiles in domo fideicommisso supposita factas, *quod negauit Molin de primogen. lib. 1. cap. 29. nu. 15.* propter rationem ibi assignatam *Castill. contr. lib. 5. cap. 65. num. 21. 26. 58. 84. & 86. Aluar. Valasc. consult. 116. num. 13. Marescott. uar. lib. 2. cap. 111. nu. 3.* qui omnes respondent *ad l. Domos hæreditarias 61. ff. de leg. 1. & ad l. ubi pure 19. §. fin. & ad l. mulier 22. §. sed enim 3. ff. ad Sen. cons. Trebell.* & dicens eas leges, & Doctores, qui eas
9 adducunt † loqui in fideicommissario cui bona libera, & sine onere alteri restituendi traduntur.

Attamen DD. consideratis personis, depositionibus, & rebus de quibus agitur arbitrati sunt soluenda esse dicta scuta 250. Quia in ine-
10 unda æstimatione melioramentorum † multū Iudicis arbitrium versatur *d. l. in fundo 39. in princ. ff. de rei uindic. ibi, Bonus Iudex uariè ex Personis causisq; constituet &c.* vt interpretantur *Garz. de expens. cap. 1. num. 25. in fine, & cap. 5. num. 26. Thesaur. decis. 251. Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 258. nu. 1. Arias de Mesa uar. lib. 1. cap. 49. num. 29. P. Ludouic. Molin.*
11 *de iust. & iur. disput. 647. nu. 3.* ibi † *Prudentis sit Iudicis arbitrio taxandum.*

Quo vero ad Dotem Carlottæ Vxoris fideicommittentis, quam iuncto quarto dotali prætenditur constituere summam scut. 625.
12 vere non visa fuit probari ex † duobus Testamentis eiusdē Io: Baptistæ fideicommittentis con-

conditis 20. *Aprilis 1618. & 22. Ianuarij 1621.* Quia ista tanquam reuocata per aliud testamentum posterius conditum *ab eod. 15. Iunij 1622.* nihil probant *Surd. conf. 169. per tot. Fontanell. de pact. nupt. claus. 14. glos. vnic. par. 2. numer. 3. & sequen. vbi plures cumulat, & late prosequitur.*

Verum quia illa duo prima testamenta continent geminatas d. dotis confessiones diuersis temporibus emanatas, & adminiculatas ex qualitate personarum, communi vsu, substentatione onerum matrimonialium, & testamento ipsius Carlottæ condito 10. Nouem-
13 bris 1624. † quæ omnia simul iuncta, si melius adminicularentur, & probarentur, possent forsan conducere ad effectum detrahendi dotem ex bonis fideicommissi *ad tradita per Purpurat. conf. 461. numer. 7. & Seraph. decis. 487. nume. 14. vers. Alia affertur limitatio, &c.*

Domini in ea fuerunt Sententia, vt reseruentur quo ad hoc sua iura Ciampino, quæ possit in alio iudicio experiri, si bene sibi videtur, interim tamen dandam esse immissionem Iuliæ solutis prius dictis scut. 250. pro melioramentis, &c. Vtraque, &c.

☞ *Decisio ista prima emanata in hac causa sub die 14. Decembris 1646. coram eodem bo: mem. Arguelles est in præcedenti part. 9. recent. tom. 2. decis. 438. Altera vero sub die 1. Aprilis præsentis Anni coram eodem, est superius in hoc volumine part. 10. decis. 36.*

R. P. D. PEVTINGERO.

Maceraten̄ Saluiani.

Lunæ 1. Iulij 1647.

ARGVMENTVM.

Quod census non translatus sed retrouenditus dicatur, tùm quia sumus in minore, tùm etiam quia sic obseruantia demonstrat præsens differit decisio.

SVMMARIVM.

1 *Minor non potest transferre censum sine decreto, & ex causa necessaria, uel euidenter utili.*
2 *Decretum iudicis dicitur interpositum super sola, de qua ipsius uerba loquuntur.*
3 *Census dicitur retrouenditus si partes illius instrumentum pro nullo, & cassato haberi uoluerunt.*
4 *Obseruantia plurimum attenditur maxime in contractu census, num. 5.*
5 *Censu extincto fructus amplius non currunt. Instrumento casso omnis actio ex illo proueniens perit, num. 5.*
6 *Compensatio est species solutionis.*
7 *Hipoteca dicitur remissa per consensum præstitum cessioni.*
8 *Consensus resultat ex solutionibus.*
9 *Amplia quia per possessionem istius cessionarij dicitur etiam præscripta.*
10 *Saluianum non impeditur per exceptionem requirentem altiorem indaginem.*

DECISIO CXIV.

DOMINI dixerunt sententiam Rotalem à R.P.D. meo Otthobono pro Immissione ex sententia A. C. vigore Saluiani Interdicti pro Ludouico de Vlissis in possessione bonorum de quibus agitur latam esse confirmandam, quia de eius validitate, & iustitia constat *ex decisione emanata in hac causa 27. Iunij Anni præteriti coram eodem Domino meo Otthobono §. Constat enim*, vbi etiam *in §. minùs obstat prætensa retentio* firmatur censum florenorum 500. in sorte aliàs à Hieronymo Pellicano sub accessione insolidum Hieronymi Guidoni impositum fuisse postea 4. Decembris 1606. per actum retrosimilem extinctum, & quamuis Informantes pro hæredibus Guidonis asserant censum non fuisse extinctum, sed cessum dumtaxat dicto Guidono, contrarium tamen verius esse apparet. Tum ex quo sumus in retrouen-
1 ditione, & cessione facta à minoribus, † qui non poterant transferre censum sine decreto iudicis ex causa necessaria, vel euidenter vtili *l. ob æs C. de præd. minor. Rota decis. 543. numer. 1. & seq. post Cenc. de censib.* sed poterat benè illud retrouendere insolidum in eo obligato, qui dicebatur eorum respectu Correus. Vndè cum decretum Iudicis vtitur solo verbo retrouenditionis, supponen. factam retrouenditio-
2 nem, † super qua perindè retrouenditio sola dicitur decretum interpositum *Rota decis. 81. num. 5. par. 6. recent. & in Interamnen. bonorum 1. Februarij 1641. §. Nec uidebatur coram R.P.D. meo Cerro*, vt deficiat causa necessitatis, vel euidentis vtilitatis alienandi censum, non potest dici translatus, sed retrouenditus, Tùm ex eo quia partes mandarunt cassari, & annullari instrumentum census, & pro casso, & nullo haberi voluerunt Idem instrumentum census pari-
3 ter habetur, † ac si nunquam impositus fuisset ex allegatis per *Giurb. decis. 24. num. 10.* quam veritatem comprobat subsecuta obseruantia dum nunquàm posteà Guidonus amplius fructus exegit. Immò fructus alterius census, quos alias retinere potuisset Vlissi per spa-
4 cium vndecim annorum persoluit †. Quæ obseruantia plurimùm attenditur *Rota decis. 1. num. 6. & decis. 69. num. 8. par. 4. recent. tom. 2. Buratt.*
5 *decis. 835. num. 10. & 547. num. 15.* Et in hac † materia *decis. 368. num. 4. post Cenc. de censib.*

Nec in contrarium facit *Aesina census 27. Aprilis 1644. coram D. meo Cerro*, quia casus illius erat in tertio extraneo, qui voluit acquirere iura census non in obligato insolidum in censu, nec in minore prohibito censum alienare, neque aderat cassatio instrumenti census, & obseruantia erat pro non extinctione. At census de quo hic agitur est inter censuarium minorem non valentem alienare, vel cedere censum, & obligatum insolidum, & insuper in censu adest ampla cassatio instrumenti, & obseruantia est pro extinctione.

Vndè stante hac extinctione non potest Gui-

Guidonus siue ab eo causam habentes prætendere compensationem; nec retentionem pro fructibus ipsius census cum censu extincto fructus amplius non concurrant, sed instrumento casso omnis actio quoque ex illo proueniens interijt *Angelin l. ab emptore num. 6. ff. de pact. Giurb. decis. 24. num. 11. decis. 528. num. 10. post Cene. de censib.*

Et quemadmodum Hieronymus Pellicanus filius, & hæres Cæsaris Pellicani ad cuius fauorem census impositus fuit ad restitutionem sortis obstante videlicet Bulla san. mem. Pij V. cogi minimè poterat, sed solùm Guidonus habuisset contra illum actionem merè personalem vtilem negociorum gestorum, ità sequitur nec Hieronymum Vlissem cessionarium Pellicani cogi posse ad compensandum,
6 dum, † cum compensatio sit species solutionis *l. si debitor ff. qui pot. in pignor. habeant Rota dec. 511. num. 6. par. 2. recent. & decis. 494. num. 3. par. 4. recentior. tom. 2.*

Non obstat prætensio, quod fideiussori extinguenti censum possit cedi actio pro recuperatione sortis. Tùm quia cessat omnis hypotheca cassato Instrumento census, vt dictum est. Tùm quia cum agatur Saluiano pro fructibus census anterioris super fundo censito, & solùm vigore cessionis iurium reportatæ à Guidono in extinctione census posterioris pretendatur censum anteriorem fuisse sibi hypothecatum antequam à Pellicano cederetur Vlissi. Vtique per consensum di-
7 ctæ cessioni † diceretur à Guidono remissa omnis hypotheca *l. si debitor 4. §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. soluat. Surd. decis. 99. num. 14.* Qui
8 consensus resultat ex solutionibus fructuū† cēsus factis per Guidonum Vlissi per vndecim continuos Annos *Sum. Vlissis n. 3. Alex. cons. 113. sub numer. 13. Lamberteng. de contract. minor. gloss. 7. num. 55. Rot. coram Buratt. 566. num. 16.* Ac stante ista possessione census per ipsum cessionarium
9 successorem singularem † diceretur etiam præscripta hypotheca super censu *Mantic. decis. 291. num. 5.*
10 Vlterius † ad effectum impediendi immissionem ex Saluiano requiritur exceptio clara altiorem indaginem, non requirens prout requireret ista anterioritas *Gregor. decis. 254. numer. 4. decis. 563. numer. 15. ac fuit dictum in Imolen. Saluiani 27. Nouembris 1634. coram Eminentiss. Macchiauello*, & poterunt in omnem casum Pellicani hæredes actione personali ab hæredibus Guidoni communiri, non autem Ludouicum ab immissione in Saluiano excludere.

Et ità resoluerunt Domini vtraque parte informante, &c.

Decisio ista emanata in hac eadem causa sub die 27. Iunij 1646. coram Eminentiss. & Reuerendiss. D. Card. Ottobono est inter eius impress. decis. 79.



R. P. D. GHISLERIO.
Postea Episcopo IMOLEN.
Gerunden. Canonicatus.
Lunæ 1. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Papa, quando præsumatur voluisse prouidere de beneficio tamquam reseruato, & non iure præuentionis, Datarius Papæ est organum mentis, & vocis ipsius. Sicut quoque est Cancellaria Apostolica. Datarius videtur impossibile, quod quis voluerit redarguere de mendacio, cum de eo Papa confidet.

SVMMARIVM.

1 *Clausula*, dudum, *solet apponi in prouisione Apostolica, quando prouisio spectat ad Papam.*
2 *Clausulæ speciales, restringunt generales.*
3 *Beneficia, quæ non sunt prima post Pontificalem, an sint reseruata.*
4 *Datarius est organum, mentis, & vocis Papæ.*
5 *Cancellaria est Organum Papæ.*
6 *à Cancellariæ obseruantia colligitur mens ipsius Papæ.*
Cancellaria representat personam Papæ, num. 6.
7 *Datarius potest declarare mentem Papæ, an in collatione beneficij voluerit præuenire Ordinarium. Aut concedere gratiam iure præuentionis, numer. 7.*
8 *Datarium Papæ, nemo tam temerarius est, vt uoluerit redarguere de mendacio.*
9 *Papa confidit de integritate Datarij.*
10 *Datarius Papæ aliquando iustis de causis lacerat supplicationes iam signatas.*
11 *Datarius Papæ ex officio muneris sui supplicationibus tam signatis, quam signandis, ut ratio postulat, addit, & detrahit.*
12 *Gratia, quando non est iustificata, non est executioni demandanda.*
13 *Regula 2. Cancellariæ, hodie 3. quæ beneficia reseruet.*
14 *Clausula*, dummodo, *posita in Collatione beneficij facta à Papa, quando non operetur suum effectum.*
15 *Immissio in possessione beneficij uigore collationis Papæ, quando sit deneganda.*

DECISIO CXV.

SVB die 20. Februarij præteriti contra Bernardum Bosser Prouisum à Sede Apostolica de Canonicatu, & Præbenda Ecclesiæ Gerunden. vacañ per obitum q. Petri Ioannis Alberti Archidiaconi Bisulduni extrà Romanam Curiam defuncti in mense Septembris Ordinario fuit resolutum denegandam esse immissionē; quia non iustificauit reseruationem Sanctiss. D.N. suppositam, neque probauit, eumdem Sanctissimum D.N. voluisse illum prouidere, sed præueniendo Ordinarium Collatorem, in de contrario constat ex clausula, *dudum*, in principio litterarum Apostolicaram apposita, & al-

& altera clausula, *dummodo dispositio ad nos hac vice pertineat*, ex quibus, & alijs deductis in eadem decisione fuit dictum, constare de voluntate Papæ prouidendi tanquam de reseruato, non autem præueniendi Ordinarium Collatorem. Quia clausula, *dudum*, tunc † solet
1 apponi, quando Papa prouidet tanquam de reseruato, vt dixit *Rota in Eluen. Beneficy 21. Iunij 1604. coram Penia, et in Patrebonen. Canonicatus 29. May 1610. coram bo: mem. Coccino*, & per clausulam, *dummodo eorum dispositio, etc.* restringuntur
2 clausulæ generales, quæ † apponuntur in gratijs de Beneficijs reseruatis in euentum, quod non essent reseruata *Simonet. de reseruat. quæst. 61. num. 3. Rota in recent. decis. 777. nu. 6. par. 2. et in alijs decisionibus relatis in dicta Paterbonen. Canonicatus coram bo: mem. Coccino*.

Sub die 7. Iunij præteriti facto verbo pro expeditione Causæ ad formam dictæ decisionis, placuit DD. concedere Bernardo nouam audientiam non ex eo, quod quicquam opposuerit contra fundamenta decisionis, sed quia supposuit S.D.N. post supradictam decisionem declarasse suam voluntatem præueniendi cum haberet aliam supplicationem sub eadem data signatam cum expressione, quod Archidiaconatus Bisulduni sit Dignitas, non
3 tamen prima post Pontificalem, cuius † vigore expediuit litteras Apostolicas cum clausula, *dummodo*, à die datæ præsentium non sit alicui ius quæsitum, quæ iuxtà deducta in eadem decisione in §. vlterius denotat mentem Sanctissimi D.N. fuisse præueniendi.

Reproposita supradicta die causa super eisdem etiamsi Bernardus produxerit in actis litteras suæ gratiæ iure præuentiuo concessæ; nihilominus DD. steterunt in decisis, attento decreto per Eminentissimum D. Cardinalem Prodatarium facto in termino citationis ad comparendum coram eo, ad audiendam eius voluntatem super supplicatione per Bernardum extorta, & expedita super Canonicatu Gerundeñ, & videñ sibi interim inhiberi, ne auderet quicquam attentare, vel innouare in Sacra Rota, nec instare pro propositione Causæ super dicto Canonicatu pendeñ, & quodcumque decretum desuper necessarium, & opportunum fieri, & interponi, in quo decreto, Parte præsente, non autem in contumaciam (vt in suo memoriali ausus est asserere idem Bernardus) dictus Eminentissimus D. mandauit reportari litteras Apostolicas expeditas vigore secundæ gratiæ, siue supplicationis ad effectum corrigendi, nisi infra tres, stante quod Sanctissimus D. N. noluit concedere illam iure præuentionis, sed solùm saluare primam gratiam à subreptione, qua laborabat propter obtentum, & mandauit, interim etiam dicta secunda gratia non posse vti, nisi solum ad dictum effectum subreptionis, &c. Ratio fuit confirmationis decisionis,
4 quia cum Eminentissimus Card. † Prodatarius sit organum mentis, & vocis Papæ *Caparaq. decis. 32. lib. 1. in manuscript. Rota coram bo: mem. Buratto decis. 883. num. 10.* & aliàs passim si-
5 cut † etiam dicitur de Cancellaria *Cassad. decis. 2. num. 7. de union. et decis. 3. num. 3. uers. quia Cancellaria de reseruat.* vbi, quod Cancellaria est or-
6 ganum Papæ, † & ab eius obseruantia colligitur mens ipsius, & repræsentet personam ipsius Papæ, vt per *Paris. de resignat. lib. 11. quæst. 13. num. 18. cum alijs per Gonzalez super reg. 8. glos. 53. num. 56. et seqq.* ipseque declarauerit, mentem
7 Sanctissimi fuisse † non præueniendi, nec concedendi gratiam iure præuentionis, sed solum saluandi primam gratiam à subreptione, qua laborabat, & nullus possit dari casus, sitque
8 omninò impossibile reperiri † personam adeò temerariam, quæ audeat contra eum opponere de mendacio, quia Papa confidit de
9 eius † integritate *Rota decis. 68. numer. 3. 9. et 10. par. 5. recent.* vbi additur, quod Datarius aliquando iustis de causis lacerat supplicationes
10 iam † signatas, & ex officio muneris sui supplicationibus tàm signatis, quàm signandis, vt
11 ratio postulat, addit, & detrahit †; Bernardus non potest iuuari dicta gratia, & litteris Apostolicis super ea expeditis, sed haberi debet perinde, ac si non emanasset.

Et ita cum prima gratia Bernardi non sit
12 iustificata in ea parte, in † qua narrauit collationem supradictorum Canonicatus, & Præbendæ spectare ad Sedem Apostolicam, tanquam compræhensam sub regula 2. Cancellariæ hodie 3. per quam reseruantur Beneficia
13 vacantia per obitum Dignitatum †, ad quas spectat dd. Beneficiorum prouisio; neque suffragetur secunda sub eadem data primæque supplicationis, cuius vigore etiam expediuit lit-
14 teras Apostolicas, cum † clausula, *dummodo*, à die datæ non sit alteri ius quæsitum, cum non sit attendenda, stante supradicto decreto Eminentissimi Cardinalis Prodatarij, iterum,
15 vt † in supradicta decisione contra eum fuit resolutum immissionem esse denegandam.

R. P. D. GHISILERIO.

Postea Episcopo IMOLEN.

Spoletana bonorum.

Lunæ 1. Iulij 1647.

ARGVMENTVM.

Manutentio datur possidenti auctoritate iudicis ritè & rectè procedentis, nec iudicem malè ad hunc effectum processisse, deduci potest ex iuribus coram eo non productis, cum iniustitia sententiæ ex ijsdem actis, non autem ex nouis constare debeat.

SVMMARIVM.

1 *Iudex si ritè, & rectè procedit priuat partes sua possessione.*
Possidere iustè dicitur, qui auctoritate iudicis possidet, num. 1. & num. 15.
2 *Manutentio datur ei qui legitimè possidet.*
3 *Iudicem ritè & rectè processisse apparet ex reuolutione actorum.*
4 *Iudex vbi plures concessit dilationes debet in illis reus con-*

conuentus suas exceptiones instruere.

5 *Articulorum admissio non est de substantia ordinis iudicarij, nec vitiat receptionem testium.*

6 *Identitas probatur ex instrumento cum aliquo, vel eius auctore celebrato.*

7 *Testes nulliter examinati faciunt adminiculum.*

8 *Fideicommissario competit remedium l.fin.C.de edicto diuæ Adr.toll.*

9 *Remed. l.fin. C.de edict.diu Adr.toll.datur fideicommissario etiam contra tertium ab hærede grauato causam habente.*

10 *Bona alienata per hæredem grauatum censentur electa pro legitima.*

11 *Manutentio non datur contra sententiam Iudicis, nisi ex ijsdem actis constet de illius iniustitia, nec sufficit ex nouis.*

12 *Possessio manutenibilis non transfertur per alienationem factam à minore sine solemnitatibus operantibus defectum consensus.*

13 *Nullitatem quam minor opponere potest, opponere etiam potest illius hæres.*

14 *Iniustitia sententiæ ad effectum obtinendi manutentionem debet esse patens, vt nullo velamine offuscari possit.*

DECISIO CXVI.

COMMISSA mihi cum facultate manutenendi quem de Iure, causa appellationis interpositæ à Fœlice Romana à mandato de manuteneñ concesso ab A.C. Iosepho Massarucio in possessione plurium bonorum subiectorum fideicommisso instituto per Vincentium Romanum; quod prætenditur purificatum ad fauorem dictę Fœlicis substitutę Ioanni Baptistæ in casum obitus sine filijs, qui casus euenit, ex quo Ioannes Baptista obijt sine filijs, placuit DD.consideratis rationibus hinc inde deductis in duabus positionibus, concedere manutentionem Fœlici immissæ in possessionem auctoritate Iudicis de partibus, à quo in remedio *l.fin.C.de edict.D.Adr.toll.* obtinuit sententiam,& mandatum de immittendo in bonis in eo specificatis.

Quia cum Iudex ritè, & rectè processerit, priuauit Iosephum sua anteriori posseſsio-
1 ne †, & Fœlix possideat auctoritate Iudicis, qui ritè & rectè processit, dicitur iuste possidere ad *tex.in l.iuste possidet ff.de acq.possess.* & illi
2 consequenter est concedenda manutentio † in possessione bonorum, de quibus agitur: *Angel.in l.clam possidere §.qui ad nundinas num.2.in fin. ff.eod.Rot.coram Seraph.decis.116. num.3.dec.1127. num.1.coram eodem coram Cardinali Caual.decis.42. num.1.*

Quod autem Iudex ritè,& rectè processerit
3 constat ex reuolutione actorum, † ex quibus apparet interuenisse omnia requisita,de quibus per *Caput.dec.260.par.2. Rot.coram bo:me. Buratt.dec.812.num.1. in recent.decis.204.par.1.& decis.178.par.2.*

Nec adductæ nullitates subsistunt, nec sunt de tribus, quæ attenduntur in supremis Tribunalibus. Nam illa, quod Iudex processerit non datis dilationibus ad proban.imò illis denegatis, est nullius momenti quia non iustificatur in facto. Si quidem die 2. Maij 1642. fuit lis contestata. 2. Iunij eiusdem anni Iudex vtrique parti concessit terminum decem dierum ad probandum.Die 21.eiusdem mensis, & anni alium terminum decem dierum vtrique parti ad proban. concessit; & deinde sub die 1. Decembris 1642. processum, & dicta Testium publicauit, & copiam petenti decreuit cum termino trium dierum ad opponen. & opposita proban. Posthæc die 19. Augusti 1644.Ioseph comparuit coram Iudice, & in termino petijt copiam cum termino ad respondendum. quam ei decreuit Iudex cum termi-
4 no statutario †, ex quibus apparet,non modo fuisse processum non datis dilationibus, sed Iosephum reum conuentum potuisse in tam longo temporis spatio suas exceptiones instruere, vt in simili considerat *Grat.discept,153. sub num.7.*

Alia nullitas ex defectu decreti Iudicis in admissione articulorum, & in commissione examinis pariter non releuat, quia articulorum admissio non est de substantia ordinis iu-
5 diciarij, † nec vitiat receptionem Testium vt dixit *Rot. decis.10. num.3.de except.in antiq.* Nec Fœlix fundat suam intentionem in dictis testium, sed in Instrumentis publicis, nempe in Instrumento diuisionis bonorum Vincentij fideicommittentis, quod, cum fuerit celebratum cum ipso Ioanne Baptista vno ex diui-
6 dentibus, à quo causam habet Ioseph, † probat identitatem bonorum contra Iosephum non secus ac contra ipsum Ioannem Baptistam *Alex.cons.152.lib.7.num.1. Peregr.de fid.art.44.numer.5.Rot.coram san.mem.Gregor.XV.decis.371.numer.9.in recent. decis.87. num.15.par.5.& in Bononien.fideicommissi de Nascentorijs 27.Februarij 1640 coram me.* Et quatenus etiam dicti Testes vere
7 fuissent nulliter examinati, † faciunt saltem adminiculum, *Bart.in l.admonendi numer.45.ff.de iur.iur. Abb.in c.quamuis numer.3. de sent. & re iud. Rot.in recent. decis.160.numer.12. & decis.302.numer.7. par. 1. recent.* vt propterea dictum Instrumentum diuisionis dicatur adminiculatum.

Iustitia sententię Immissionis concessæ Fœlici probatur ex testamentis Vincentij Patris sub die 9.Iulij 1622.& Florindæ eiusdem Vincentij Sororis, & amitæ respectiuè sub die 30. Iulij eiusdem anni non abolitis, nec cancellatis, aut in aliqua sui parte vitiatis, in quibus Fœlix legitur substituta Ioanni Baptistæ decedenti in pupillari ætate, vel postea quandocumque sine filijs; qui casus euenit, pro parte Iosephi non fuit probatum, Ioannem Baptistam decessisse cum filijs. Identitas bonorum, nempe quod bona, de quibus agitur, fuerint per fideicommittentes possessa de tempore obitus, iustificatur ex supradicto Instrumento diuisionis 11.Decembris 1623. inter Hieronymam, dictam Florindam, & Ioannem Baptistam Romanum ex vna hæredes Vincentij fideicommittentis, & Alexandrum Germanum fratrem eiusdem Vincentij fideicommittentis ex altera, cui Alexandro successit eadem Florinda Soror, cum sub die 22.Octobris

bris 1624. adiuerit eius hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij; quibus concurrentibus, iuste fuit concessa immissio Fœlici
8 ex remedio *l.fin.C.de ed. D.Adr. toll.* † quod cōpetit fideicommissario, vt notant *Bart.in d.l.fin. num.9. Dec.numer.25. & alij communiter Menoch.de adipisc.possess.rem.4. num.181. Peregr.de fideicomm. artic.44.numer.1. & seq. Fusar.de substit.quæst.616. num.1. & seq. Rot.coram Caual. decis.167.num.4.& in rec.decis.45.num.3.par.3.recent.* etiam contra
9 tertium possessorem ab hærede grauato causam habentem iuxta notata per *Doc.in l.penult. §.cum autem, vbi Bart.in fin.C.ad senat.consul.Trebell. Gabriel cons.44.numer.6.lib.2.& fuit dictum in Montisfalisci fideicommissi 12.Maij 1603. coram bo: mem.Card.Pamphilio Rot. decis.34.numer.24.par.2. diuers.decis.238.numer.1.par.1.rec. coram Caual.decis.204.num.4.in Bononien.fideicommissi de Clauarinis 23.Ianuarij 1636. coram me, in alia Bononien.fideicommissi de Nascentorijs 27. Februarij 1642. coram me, & alibi passim.*

Nec facit, quod quoad bona nuncupata, *Il Fondone, Aggiano, & il Borghetto* primo loco
10 alienata per Ioannem Baptistam † hæredem grauatum censeantur ab ipso electa pro sua legitima *l.Marcellus §. resquæ, & ibi communiter Doct. ff. ad Trebell.* ex cuius persona prætendit retinere Ioseph; Quia de alienationibus non fuit oppositum, nec fuerunt productæ in prima instantia, & ideo non causant notoriam iniustitiam ex ijsdem actis ad effectum obti-
11 nendi manutentionem † contra sententiam Iudicis, cum oporteat, quod sententia sit iniusta ex ijsdem actis, non autem ex nouiter deductis, *Grat.discept.forens.cap.912.num.53. Post de manut.obseru.12.numer.8. Rot.in recent.decis.577. num.8. par.4. decis.199.num.12.par.7.coram Caual. decis.337.num.1.& 2.decis.95.numer.19. & sequen. & decis. 96. numer. 4. & 9. post Moder. de subhast.*

Præterea dictæ alienationes factæ sine solemnitatibus Constitutionis Aegydianę & statuti Spoleti, quorum vtrumque requirit insinuationem in contractibus minorum, qualis erat tunc temporis Ioannes Baptista, sunt nul-
12 læ ex defectu consensus, † & propterea ex illis (stante dicto defectu insinuationis, quæ operatur defectum consensus) non fuit in Iosephum translata possessio manutenibilis, *Rot. coram Reuerendiss.Vrgell.decis.155.numer.24.& decis.183.num.1.coram eodem*; & quemadmodum, si viueret Ioannes Baptista, illas tanquam nullas, & improbatas à Constitutione Aegydiana, & à statuto Spoletano posset impugnare, & de
13 tali nullitate opponere, † ita opponere potest Fœlix illius hæres. *Surd.cons.197.nu.53. Crauett. cons.20.nu.8. Rot.decis.13?.nu.16.& seq.par.6.recen. & in Romana Saluiani 1.Iulij 1640.coram Reuerendissimo D.meo Decano.*

Neque obstant ea, quæ dicuntur de fideicommisso Ioannis Senioris, cum illius testamentum non fuerit productum coram Iudice primæ instantiæ, prout requiritur, vt aduersus Fœlicem Iudicis auctoritate possedditricē competat manutentio ex supra allegatis; nec fuerit doctum de eius fideicommisso, neque quod reliqua bona, videlicet, *la Canale, la Valle profondata, e San Giouenale*, fuerint in bonis dicti Ioannis Senioris, prout pro parte Fœlicis doctum fuit, quod fuerant in bonis Vincentij fideicommittentis, vt ex supradicto Instrumento diuisionis sub die 11. Decembris 1623.

Cum igitur ex actis primę Instantiæ sententia non detegatur notorie nulla, aut iniusta, & ad effectum obtinendi manutentionem cōtra sententiam Iudicis iniustitia debeat esse pa-
14 tens, & notoria ex ijsdem actis, † itaut nullo velamine offuscari possit, vt, alijs omissis, fuit dictum *in Romana de Bombellis 31.Maij 1613 coram Cardinali Sacrato*, manutentio impossessione bonorum, de quibus agitur, est danda Fœlici vigore dictæ sententiæ possidenti, excluso Iosepho, contra quem sententia lata, &
15 exequutioni demandata fuit; † quia facto Iudicis ritè, & rectè procedentis suam anteriorem possessionem amisit, *Angel. in l.clam possidere §.qui ad nundinas numer.2.in fin. ff.de acquir. posses. Seraph.decis.1127. num.1. Rot.coram Cardin. Caual.decis.42.num.2.& alias in istis terminis sæpissimè.*

Et ita vtraque parte informante, &c.

R. P. D. PEVTINGERO.

Oscen̄ Archidiaconatus.

Lunæ 1.Iulij 1647.

ARGVMENTVM.

Beneficia quando liberè per Episcopum conferantur, quandó verò simultaneè cum Capitulo.

SVMMARIVM.

1 *Collatio beneficij de iure spectat ad Episcopum, & Capitulum, & num.8. vbi vide.*
2 *Collationis deuolutio in certum casum simultaneam collationem Capituli cum Episcopo supponit.*
3 *Episcopus conferens qualificatiuè, non iure ordinario, sed alieno & participato conferre dicitur. Intellige, vt num.5.*
4 *Episcopus gaudet alternatiua vbi collatio est libera Episcopi.*
6 *Quasi possessio Episcopi sufficit ad effectum alternatiuæ.*
Amplia etiam si Capitulum in petitorio ius foueret, num.7.
9 *Gregorius IX. fuit ad Pontificatum assumptus de anno 1227.*
10 *Statutum quod dignitates conferantur canonicis, liberam & actiuam Episcopi collationem non excludit.*
11 *Beneficia certo personarum generi debita cadunt sub reseruatione cum sua causa.*
12 *Supplicatio attenditur tanquam matrix.*
13 *Capituli de possessione doceri debet pro verificanda simultanea collatione cum Episcopo.*
14 *Episcopus potest acceptare alternatiuam quandocumque sicque si illam acceptauit si expleto mense Septembris, hoc sibi imputare debet. ibid.*

DECI-

DECISIO CXVII.

IMPVGNABAT hodie Dionyfius Efmir im-
miffionem in poffeffionem Archidiaconatus de Serrablo, quam Ioanni Salinas prouifo
Apoftolico concedendam effe Rota fub die
10. Maij præteriti coram me firmauerat, Domini nihilominus fteterunt in decifis, quia
firmum remanet decifionis fundamentum,
Referuatio nimirum ratione menfis Septembris ex acceptatione gratiæ Alternatiuæ ab
Epifcopo Ofcen. facta fub die 6. eiufdem
menfis.

Cui Alternatiuę non obftat pretenfa fimul-
tanea huius Archidiaconatus collatio Epifco-
1 pi cum Capitulo, † vt dicebatur tam ex difpo-
fitione iuris, de qua per *glof. in cap. cum Ecclefia
Vulter. verb. poftul. de elect.* quàm ex antiquo fta-
tuto dictæ Ecclefiæ, & concordia inter dictum
Capitulum, & Epifcopum inita, per quam
præferuata prætenditur communio, & colla-
tio fimultanea, & in ea licet fuerit conuen-
tum, quod folus Epifcopus conferre poffet
quando vni ex Canonicis contuliffet prout
vni ex Canonicis conferre in eadem concor-
dia adftrictus fuit, nihilominus fi alijs quàm
Canonicis conferret non intelligebatur con-
ceffa hæc facultas conferendi abfque Capitu-
lo, fed præferuatum ius primæuum, imò
cum vigore vltimæ concordiæ initæ de an-
no 1644. in cafu quo Epifcopus non conferret
vni ex Canonicis fuerit conuentum, quod ius
conferendi ad Capitulum deuolueretur, *vt in
fummar. Efmir num. 3.* fequitur quod huiufmodi
2 deuolutio † in neceffarium antecedens, colla-
tionem fimultaneam fupponat, ad tradit per
*Garz. de benefic. par. 10. cap. 3. num. 33. Lother. lib. 2.
quæft. 24. num. 40.* Adeoque qualificatiuè confe-
rendo Epifcopus dicitur conferre non iure
3 Ordinario, † fed alieno, & participato, tali-
terque in ipfa radice fimultaneo, vt plenè
comprobat *Lother. de re benefic. lib. 2. quæft. 21. nu-
mer. 42. cum plurib. feqq. & num. 70. verfic. & à Rota
cum feq.* & firmauit *Rota in Tarraconen. Sacriftiæ
19. Martij* 1601, *coram Iufto*, relata per *Garz. de be-
nef. par. 7. cap. 15. n. 8. poft princip. verf. dicebant enim,
& in eadem 23. Iunij* 1602.

Quia etiam data antiqua fimultaneitate de
tempore antiqui ftatuti, nihilominus dum in
ifto Archidiaconatu actiua collatio Epifcopi
4 eft libera, † prout in alijs dignitatibus fibi in
diuifione obuentis gaudet Alternatiua, vt in
puncto firmauit *Gonzal. 45. §. 1. num. 13. cum feq.
Garz. de benef. par. 5. cap. 1. num. 710.* & fupra alle-
gata procedunt in cafu quando Epifcopus
etiam poft diuifionem conferret nomine cō-
5 muni †. Secus verò vt in præfenti cafu, quia
contulit nomine, & Iure proprio, vt declarat
Gonz. ibidem num. 20. Quæ actiua collatio libe-
ra Epifcopi magis elucet ex moderna concor-
dia anni 1644. in qua Capitulum folummodo
prætendebat impedire libertatem collationis
paffiuæ, & ex quafi poffeffione Epifcopi con-
ferendi folus Dignitates, & fignanter hunc Ar-
6 chidiaconatum, quæ fola quafi poffeffio † fuf-
ficit ad effectum alternatiuæ, vt firmauit de-
cifio quæ reuidetur, *§. neque iuuat dicere, verfic.
tanto magis*, & dixit *Rota decif. 615. num. 3. verf. con-
firmatur par. 4. diu.* quod etiam procedit licet in
7 petitorio † Capitulum bonū ius foueret *Gonz.
dicta glof. 45. §. 2. num. 1. cum trib. feqq.* & tamen
contrarium verius eft, quia non fubfiftit, quod
antè antiquum de anno 1031. conditum fta-
tutum collatio fuerit communis inter Epifco-
pum, & Capitulum ex *glof. fupradicta in cap.
8 Vulteran.* † quę tunc in rerum natura nondum
erat, prout nec liber Decretalium editus à
9 Gregor. IX. ad Pontificatum affumpto† de an-
no 1227. vt tradit *Plat. de vit. Pontif.* & legenti
ftatutum patet antiquitus ius conferendi Di-
gnitates ad Epifcopum pertinuiffe, ibi, *per nos
& fucceffores noftros fucceffiuè tantum Ofcen. Canoni-
cis, & non aliis conferantur*, & per totum contex-
tum loquitur de libera collatione paffiua, quia
verba illa *per Nos, & fucceffores noftros*, Non
poffunt intelligi de Capitulo fucceforem non
habente, fed de Epifcopo, qui loquitur, &
ftatutū m folum difponit quod Dignitates cō-
10 ferantur Canonicis, † quod liberam collatio-
nem actiuam, in qua tota huius caufæ diffi-
cultas confiftit, non inficit; *Gonz. dicta glof. 45.
numer. 10. & 19. cum quatuor fequen. Garz. de benef.
par. 5. cap. 1. numer. 476. Caftropal. tract. 13. difput. 2.
punct. 23. §. 3. num. 9. Rota decif. 600. numer. 4. par. 2.
recent.* & notum eft beneficia quoque certo ge-
11 neri perfonarum debita † cadere fub referua-
tione cum fua caufa *Rota decif. 185. num. 7. par. 6.
recent.* Ideò Pontifex alium finem confirman-
do vltimam concordiam in illa reftrictiua nō
habuit quàm referuationibus, & affectionibus
non præiudicare, & futuris præiudicijs præca-
uere, non autem fine vlla caufa ius antea
competens tollere, vt verba clara indicant, ibi,
vigore præfentium, & non antea, &c. vt in fupplica-
12 tione, † quæ tanquam matricem attendendā
effe, dixit *Rota decif. 86. num. 4. par. 2. recent. Lother.
lib. 3. quæft. 2. num. 41.*

Non obftat fupradicta *decifio Tarraconen. Sa-
criftiæ coram Iufto, & doctr. Lotther, fupra allegata*,
quia non applicari poffunt præfenti cafui, fed
procederent quando Ius fimultaneum confe-
rendi has Dignitates Capituli cum Epifcopo
effet certum, & indubitatum, fecus verò dum
Epifcopus folus antè concordiam eas contu-
lit; & nufquam apparet de præcedenti poffef-
fione Capituli conferendi, quod etiam exclu-
dit prætenfam præferuationem iuris Capituli,
13 mediante collatione Epifcopi, † quia ad hoc
neceffarium effet prius docere de poffeffione
Capituli, & ita loquitur *Butr. & alii contra deci-
fionem allegati Modern. de manut. obferu. 73. numer. 1.
Rot. decif. 39. num. 5. par. 3. recent.* & Epifcopus vo-
luit conferre folus priuatiuè quoad Capitulū,
vt habetur in decifione, quæ reuidetur *§. neque
iuuat, verf. & quod plus eft.*

Minus obftat repetitum obiectum quod
quemadmodum menfis Apoftolicus cœptum
remanet Apoftolicus etiam poft acceptatam
Alternatiuam per Epifcopum, fic è contra
quoque menfem Ordinarij poft acceptatam
ab eo alternatiuam menfe iam cœpto debere
remanere Ordinarij vfque ad finem; Quia
huic

huic motiuo satis fuit responsum cum ratione diuersitatis in decisione, quæ reuidetur, §. *nec obstat ratio, &c.* Et sibi imputet Episcopus quod Alternatiuam, quam quandocumque
14 vult acceptare potest, † non expleto mense Septembris acceptauerit, *vt præter allegatos in dict. decis. Maur. de Alzedo de præcell. Episcopal. Dign. par. 1. cap. 6. num. 75.*

Ex quibus DD. permanendo in decisis iterũ responderunt Ioanni Salinas dandam esse immissionem vtraque parte informante.

R. P. D. BICHIO.

Ciuitatis Plebis Saluiani.

Lunæ 1. Iulij 1647.

ARGVMENTVM.

Immissio in vim Saluiani non potest denegari Creditori hypothecario aduersus bona possessa à debitore de tẽpore obligationis, nisi quãdo secundus possessor offerret primo creditori solutionem, quæ tamen libera esse debet, nec subiecta obligatione, vel cautioni de restituendo prioribus, & potioribus.

SVMMARIVM.

1 *Immissio in vim Saluiani conceditur docto de credito cum hypotheca, & possessione.*
2 *Instrumentum facit probationem probatam.*
3 *Instrumentum continet expressam hypothecam in illis verbis* bona omnia obligarunt, &c.
4 *Obligatio Cameralis in ventre includit hypothecam bonorum.*
5 *Pramissio quando est licita parit actionem.*
6 *Promissio extinguendi censum facta debitori obligat promittentem.*
Sed promissori concedi solet competens interuallum ad illud extinguendum.
7 *Stipulatio pro omnibus, quorum interest non intelligitur pro fideiussoribus, qui habent interesse secundario.*
Intellige de fideiussoribus, qui non accesserunt in eodem instrumento stipulationis. ibid. num. 8.
9 *Stipulatio pro omnibus, quorum interest, prodest omnibus causam habentibus de tempore stipulationis à personis in instrumento nominatis.*
10 *Fideiussor exercere potest omnes illas hypotecas, quas potuisset ille, ad cuius fauorem fideiussit.*
11 *Immissio in vim Saluiani conceditur contra bona debitorum debitoris.*
12 *Creditor, qui deliberare fecit bona debitoris debet sibi satisfieri de illorum pretio.*
Nec potest ad aliud pignus transire.
Quod intelligas procedere, quando ex pretio rei subhastare potest consultum creditori. ibid. nu. 13.
14 *Creditor regulariter non tenetur præstare cautionem de restituendo prioribus, & potioribus.*
Fallit, quando agitur inter Mercatores, vel in concursu Creditorum. ibid. num. 15.
16 *Immissio ex Saluiano non conceditur, quando offertur solutio.*
Limita si solutio oblata esset sub cautione de restituendo prioribus, & potioribus. ibid. n. 17. & 19.
18 *Creditor recipiens solutionem sub fideiussione de restituendo prioribus, &c. est in damno.*
20 *Creditor quando teneatur præstare cautionem de restituendo prioribus, & potioribus.*
21 *Fideiussio de euictione non est prestanda ab illo, qui res per retractum vendit.*
22 *Creditor vendens pignus tenetur præstare se potiorem cæteris creditoribus.*
23 *Cedens iura coactè tenetur tantummodò cedere iura, quæ habet.*
24 *Creditor agens hipothecaria, si ei fuerit oblatum pretium non tenetur præstare se esse anteriorem.*
25 *Diligentia nemini debet esse nociua.*
26 *Mala fides defuncti transit in successorem vniuersalem, & impedit præscriptionem.*
27 *Creditor anterior est præferendus.*

DECISIO CXVIII.

DVOS quos de anno 1597. sub fideiussione Curtij de Vbaldis, & Bernardini Sensij, Griffonus de Balleonibus imposuerat census, promittendo fideiussoribus indemnitatem, alterum scut. 3. mill. alterum 900. in sorte, accollauit paucos post menses, & promisit extinguere Marchio Ascanius à Cornea mediante publico Instrumento obligatione Camerali vallato in excomputationem pretij bonorum Montis aerei aliàs Montalera sibi vna cum iurisdictione venditorum ab hæredibus d. Griffonis prædefuncti, nusquam tamen extinxit.

Ideò Domini de Sensijs, & de Vbaldis hæredes præfatorum Curtij, & Bernardini, qui in instrumento census, vt supra fideiusserunt, tàm pro dicta extinctione censuum, quàm pro solutione fructuum decursorum, & decurrendorum, quos pariter Marchio Ascanius soluere promiserat, egerunt iudicio vtilis Saluiani interdicti ad eadẽ bona Mõtis aerei detẽta hodie à Dominab. Magdalena Caetana vidua quon. Fabij à Cornea, ac Drusilla eius filia, & reportarunt ab A.C. sententiam fauorabilem declarantem ipsos esse immittendos in possessionem dictorum bonorum per eos retinen. ad effectum illorum fructus percipiendi, & deponendi in monte Pietatis, atque ex eis extinguendi præfatos census; necnon soluendi omnes fructus decursos, & decurrendos vsque ad effectualem extinctionem. A qua sententia commissa mihi causa appellationis, dubitatum hodie fuit, an sit locus petitæ immissioni, & affirmatiuè responsum.

Constat enim de credito, cum hypoteca de
1 possessione Marchionis Ascanij tempore supramemoratæ promissionis, ac de possessione rearum conuentarum, † quibus probatis concedi solet immissio ex vtili saluiano interdicto, vt pluribus relatis tradit *Menoch. de adipisc. remed. 3. num. 161. & seq.* & dixit *Rot. decis. 491. num. 6. pænes san. mem. Greg. XV. dec. 407. num. 1. par. 5. recent. aliasq; sæpissimè.*

Extrema possessionis non controuertuntur.
2 Crediti † probationem probatam facit publicum instrumentum, vt per *Bald. in l. generalis num. 5. C. de sacros. Eccles. & in l. qui semel num. 24. in fin. C. quom. & quan. Iud. Dec. cons. 423. nu. 10.*

quod continet expressam hypotecam resultantem, tum ex verbis generalibus, ibi, *pro qui-*
3 *bus, &c.* bona omnia præsentia, † & futura obligarunt, &c. *Bursatt. cons. 39. num. 37. Ceph. cons. 41. num. 19. Rimin. sen. cons. 299. num. 10. &*
4 *& 12. lib. 2.* tum ex obligatione Camerali, † quę in ventre includit bonorum hypotecam, *Zach. de obligat. Cam. q. 31. num. 8. Cæs. Barz. decis. 108. num. 29. Buratt. decis. 905. num. 2. Rot. in Romana Saluiani de Casalibus 21. Iunij 1641. coram R.P.D. meo Cerro, & in Romana Saluiani 3. Iunij 1641. coram R.P.D. meo Verospio.* Nec dubitari potest quin agi possit vigore promissionis de extinguendo census cum non fuerit facta ipsis censuum creditoribus, sed debitori ex interuallo citra aliquam collusionis suspicionem, quo
5 casu est licita, † & parit actionem, *Gaspar Roderic. de ann. reddit. lib. 2. quæst. 13. num. 24. in fin.* vbi
6 quod solum concedi debet promissori † competens interuallum ad extinguendum cēsum, *& num. 28. in princ. Felician. de censib. lib. 1. cap. 7. num. 17. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. gloss. 18. par. 3. num. 9. & 10. Cinc. de censib. quæst. 60. n. 52. & seqq. Giurb. decis. 85. num. 7. & seqq. Rot. inter impress. apud eund. Cinc. decis. 531. num. 15.*

Prout dubitandum nō est quin hypotecam ex dicta promissione competentem exercere possint hæredes fideiussorum obligatorum in instrumentis censuum, quamuis in eadem promissione nominati non fuerint: nam & si dictis fideiussoribus non suffragaretur stipulatio pro omnibus, quorum interest contenta in obligatione Camerali, eo quod non intelligi-
7 tur de habentibus interesse secundario † quales sunt fideiussores, vt in his terminis fuit decisum coram *Reuerendiss. Vrgellen. decis. 27. num. 12. & 13. & in Romana census, seu depositi 28. Iunij 1645. coram R.P.D. meo Meltio §. & quatenus,* quod tamen videtur intelligēdum de fideiussoribus,
8 qui † tempore promissionis de extinguendo nondum accesserant, vt declarando *dictam decisionem 27. num. 13. Reuerendiss. Vrgellen.* quam sequitur *decisio coram R.P.D. meo Meltio*, dixit *Rota in Romana fructuum census 11. Decembris 1645. coram R.P.D. meo Cerro §. & hinc,* qui non est casus noster, quia fideiussores accesserunt longè ante, & regulariter stipulatio pro omnibus, quorum interest inhærens obligationi Came-
9 rali prodest omnibus causam habentibus † de tempore stipulationis à personis in instrumento nominatis, *Zacch. de obligat. Camer. q. 5. nu. 6. Buratt. decis. 788. num. 3. Rot. inter recent. decis. 285. num. 9. & 10. par. 6. decis. 46. num. 7. par. 7.* & in alijs relatis *in dicta Romana fructuum census §. dupliciter.*

Suffragatur absq; omni prorsus dubitatione hypoteca generalis propria, quam habent cōtra impositorem censuum, sub qua veniunt omnia iura, & hypotecæ in præteritum, vel in futurum acquisitiæ impositori: ita vt easdem dicti fideiussores, ac illius creditores exer-
10 cere possint vtiliter non secus, † ac ipse impositor posset directo, *l. nomen 4. & ibi glos. verb. vtilius, C. quæ res pignor. oblig. poss. Castr. in l. si cui num. 1. C. non num. pecun. Mandell. cons. 447. n. 32. Surd. cons. 4. num. 38. Rota decis. 80. nu. 4. apud Modern. Perusinum de subhastat. decis. 425. num. 1. & 2.* vbi infertur, quod potest agi Saluiano interdi-
11 cto † contra bona debitorum debitoris *par. 5. rec.* & in puncto *coram san. me. Greg. XV. decis. 362. num. 8. & 10.*

Non obstat, quod actores egerint contra alia bona debitoris, eaque deliberari fecerint, & proindè debeant ex pretio inde retracto cu-
12 rare satisfactionem, † nec possint ad aliud pignus transire, *Guid. pap. decis. 328. num. 2. Milanen. decis. 14. num. 13. & 14.* vbi loquitur in terminis creditoris habentis electionem, *Fontanel. de pact. nupt. claus. 5. glos. 8. par. 8. sub num. 51. vers. & consequenter, Surd. cons. 413. n. 18. Capic. dec. 33. nu. 3. vers. secundo facit, Seraphin. decis. 1033. n. 4. & 7.* quia omnes loquuntur, quando ex pretio rei subhastatæ potuit esse consultum creditori, ei-
13 que † imputari potest cur non exegerit, vt declarauit *Rota decis. 161. nu. 23. & seqq.* vbi aliud statuitur si certum non est an ex primo iudicio creditor possit satisfieri, & dicitur ratio, quia hypotecaria non tollitur, nisi solutione *par. 6. recent.* nos autem versamur in secundo casu, quia actores non possunt satisfieri ex prętio bonorum subhastatorum, cum sit vinculatum sub cautione restituendi prioribus, & po-
14 tioribus, † ad quam præstandam regulariter creditor cogi nō potest, *Arias de Mesa var. resol. lib. 1. cap. 16. numer. 27. & seqq. Menoch. de arbitr. cas. 232. num. 4. Rot. decis. 173. nu. 7. decis. 389. n. 8. in fin. & num. 9. inter impress. apud Cinc. de censib. secundum vltimam impress. & decis. 421. num. 10. & seqq. vsque ad finem coram Reuerendiss. Vrgellen.* vbi quod contraria procedunt in actione tributoria, & inter Mercatores, aut in casu concur-
15 sus aliorum creditorum, † qui videtur adesse, quando agitur de debitore suspecto de decoctione, in quibus terminis loquitur exaduersò allegata *decis. in Romana Concordiæ 12. Februarij 1618. coram bon. mem. Card. Sacrato.*

Ex eadem ratione non prodest reis conuentis oblatio solutionis per quam regulariter re-
16 pellitur † agens ex vtili saluiano *l. Paulus, §. qui pignoris ff. quib. mod. vel hypot. solu. t. Menoch. de adipisc. remed. 3. n. 181. & seqq. Afflict. decis. 259. n. 3. Rota decis. 383. sub num. 2. par. 1. recent.* quia obtulerunt pecunias existentes in Monte Pietatis quæ exigi non possunt, nisi præstita cautione de restituendo prioribus, & potioribus; cum tamen ad repellendum Agentem in saluiano
17 requiratur † quod pecuniæ oblatæ liberè exigi possint non secus, ac liberè ab ipso perciperentur fructus bonorum, si concederetur immissio, quia oblatio non debet efficere creditorem, cui effertur deterioris conditionis, ac obligare ad id, ad quod non obligaretur si esset immissus, *Lanar. cons. 29. num. 8.* vbi quod lex, quæ concessit ius offerendi voluit, quod primus creditor non sit in damno *ex text. in l. debitor 3.* ibi neque enim damno debet afficere creditorem, *ff. separat. Salyc. in l. 2. nu. 3. C. si ant. cred. Arrias de Mesa var. resol. lib. 1. cap. 5. sub nu. 27.*
18 esset autem in damno † si teneretur præstare cautionem cum hoc vnicuique sit graue, *Bal. in l. 2. num. 7. C. de hæred. vel. act. vend. Henriq. de fideiussor. cap. 6. num. 141. & seqq. Surd. decis. 275. nu. 13.*

num.13. vnde sicuti creditor si esset immissus satisfactionē ex fructibus consequeretur absq; aliqua cautione ita sine cautione satisfactionē consequi possit ex pecunijs oblatis necesse est,
19 & † alioquin oblatio non releuat, vt in puncto fuit decisum in *Romana Vineæ de Panclinis 29. Octobris 1599. coram bon. memor. Cardin. Millino impress. apud Pacif. de saluian. decis. 276. in princ. & num. 1. & 4. & in Romana census 5. Iunij 1628. coram bon. mem. Coccino*, §. *tertio*, & denique vbi hoc ampliatur quamuis cautio de restituendo veniret prestāda ex decreto Iudicis. Et in proximis terminis ita ratiocinatur *Reuerendiss. Vrgellen. dicta decis. 421. numer. 10. vers. dum volunt sequendo decisiones mox allegatas*.

Quæ confirmantur ex traditis à *Ferdinando Arias de Mesa var. resol. lib. 1. cap. 17. num. 27. & seqq. & nu. 34.* vbi postquam *num. 30. 31. & 32.* enumerauerat casus, in quibus creditor tene-
20 tur prestare cautionem † dicit illos habere locum dumtaxat, quando creditor instat pro subhastatione bonorum debitoris; secus verò si ei pecuniæ offerantur à possessore, vel posteriori creditore, quia tunc cauere non tenetur, cum inuitus cogatur pecunias recipere, argumento *tex. in l. qui hæres erat 50. vers. primo videamus*, vbi qui spontè distrahunt tenentur ad promissionem duplæ; secus, qui à Pretore distrahere coguntur *ff. famil. ercisc.* eamdemq; distinctionem tradit *Ioan. Vincent. de Anna alleg. 78. n. 1 & 2. & seqq.* ideò in simili, qui compellitur ob retractum rem restituere non debet esse in ali-
21 quo damno, † nec tenetur cauere de euictione, *Ann. d. allegat. 78. num. 3. Peregrin. decis. Patauina 72. sub n. 4. uers. tertio adducebam, Tiraquell. de retract. lignag. ad fin. tit. num. 48.* Et quamuis pi-
22 gnus vendens † iure creditoris teneatur præstare se potiorem cęteris creditoribus, *l. 1. in fin. C. credit. pignor. euict.* is tamen, qui iura sua cede-
23 re tantum debet iura, † quæ penes eum reperiuntur *Bart. in l. iubemus numer. 3.* vbi loquitur in terminis creditoris agentis hypothecaria, cui possessor reus Conuentus solutionem obtulit, *C. ad Senat. Consul. Velle. Bald. ibid. sub numer. 3. vers. sufficit ergo, & cons. 109. num. 1. lib. 3. Vincen. de Franch. decis. 427. num. 9.* vbi quod talis credi-
24 tor † non tenetur præstare se esse anteriorem, *Ann. d. alleg. 78. sub num. 2. Grat. decis. March. 215. num. 21. & 22.* Et hæc faciliùs procedunt, quando, vt in casu nostro, nisi creditor egisset, cogi non posset ad recipiendum præstita cautione; nam alioquin sua diligentia ei noceret,
25 quod † esse non debet *glos. in l. 1. verb. obtulerit, C. si antiq. credit. Grat. discept. 269. sub num. 29.*

Non obstat præscriptio, aut anterioritas hypotecæ propter dotem Franciscæ Sforttiæ vxoris Marchionis Ascanij delatam iure hæreditario ad Fabium, cui successerunt DD. Maria Magdalena, & Drusilla reæ conuentæ: nam ad præscriptionem satis est respondere, quod D. Maria Magdalena non possidet, nisi ab anno 1644. antea verò possedit Fabius, qui cum esset hæres Marchionis Ascanij principalis debitoris non poterat præscribere obstante mala
26 fide defuncti, † quæ transit in successorem vniuersalem, *Couar. in cap. possessor malæ fidei p. 2.*

relect. §. 8. num. 3. & seqq. Surd. cons. 296. num. 10 Facchin. contr. foren. lib. 8. cap. 27. Rota decis. 85. num. 10. apud Pacif. de saluian. & in Romana diuisionis 15. Iunij 1640. coram me. Anterioritas verò cessat, quia hæc tenuta Montis aerei erat hypotecata pro censu antequam perueniret ad manus Marchionis Ascanij debitoris dictę dotis, & in ipso Instrumento, quo vendita fuit Ascanio hypotecata rursus fuit pro censuum extinctione, & fructuum solutione, adeo quod in ipsum transijt affecta hypotecis contractis ad fauorem Censuariorum, & ven-
27 ditoris† cuius ideò creditores præferendi sunt super hac tenuta creditoribus Marchionis Ascanij *Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. gloss. 9. p. 2. num. 51. Rot. decis. 269. num. 1. par. 6. recent.*

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. PEVTINGERO
Sipontina Pensionis.

Lunæ 1. Iulij 1647.

ARGVMENTVM.

Possessio iuris exigendi pensionem non ammittitur ex eo quod ad fauorem titularis lata sit Sententia quod spectent ad ipsum fructus beneficij, Ideoque tali Sententia non obstante competit Pensionario manutentio.

Sententia quando absque executione priuet quē sua possessione.

SVMMARIVM.

1 *Executio facta à lege non impedit manutentionem licet eam impediat executio facta ab homine.*

2 *Ius exigendi pensionem licet fructibus beneficij adhæreat, est incorporale.*

3 *Pensionarius ultra fructus beneficij habet actionem personalem contra titularem.*

4 *Possessio iuris incorporalis nō acquiritur per possessionem rei corporalis nisi illi sit annexum.*

5 *Fructus beneficij sunt quid diuersum à pensione super eis imposita.*

Quia illi sunt in obligatione non autem in solutione.

6 *Pensio non dicitur reseruata de fructibus, sed de certa quantitate pecuniæ.*

7 *Possessio fructuum beneficij nihil commune habet cum possessione pensionis.*

8 *Possessio diuersæ speciei non suffragatur.*

9 *Possessio iuris exigendi pensionem non ammittitur ex possessione ab altero capta de percipiendis fructibus beneficij.*

Vide supra à num. 3. & seqq. & num. 13.

10 *Fructus spectant ad Dominum.*

11 *Verbum* possit, *affirmatiuè prolatum est facultatiuum non necessitatiuum.*

Quod procedit tàm in rescriptis, quam in legibus, & contractibus num. 12.

14 *Ius possessoris pensionis non mutatur per mutationem personæ titularis.*

15 *Sententia absque alia executione priuat alterum sua possessione.*

Quando lata sit super iure incaporali quod intellige vt num. 16. & seq. & num. 24.

17 *Exce-*

17 *Exceptio iudicati competit absoluto per sententiam.*
19 *Sententia cum sit actus iuris, ea sola non potest possessione priuare.*
20 *Absolutoria nullum aliud ius parat absoluto quam imponere finem liti.*
21 *Possessio adhoc vt acquiratur non sufficit actus iuris sed requiritur factum hominis.*
22 *Possessio si animo retinetur, non ammittitur sinè facto hominis.*
23 *Possessio exigendi pensionem adhoc vt ammittatur quid sit necessarium.*
24 *Butr. in cap. cum nostris nu. 19. de concession. præben. Declaratur vide num. 15.*
25 *Acquiescentia excluditur expetitione restitutionis in integrum.*
26 *Solutio pensionis quodammodo est seruitus realis.*
27 *Manutentio facilius datur in gradu restitutionis in integrum.*
Si concurrat suspicio validitatis sententiæ.

DECISIO CXIX.

IMPVGNANTE D. Petro Columna Abbate Sanctæ Mariæ de Pulsano Sipontinæ Diœcesis resultationem, coram me in hac causa sub die 8. Aprilis præteriti emanatam, in qua mandatum de manutenendo in gradu restitutionis in integrum aduersus sententiam A. C. & rem iudicata, concessum fuerat D. Principi Octauiano Medices, exigendi annuam pensionem scut. 1260. monetæ Rom. super d. Abbatia auctoritate Apostolica ad eius fauorem, ex causa resignationis impositam, ea inter alias ratione, quia executio facta a lege non impedit
1 manutentionem, quemadmodum eam † impedit executio facta ab homine, iuxta distinctionem, quam secuta est Rota *coram Buratt. decis. 604. nu. 16. & in Montis alti Beneficij 18. Maij 1646. coram R. P. D. meo Bicho §. & cessat in fine*. Ex eodem fundamento Domini hodie steterũt in decisis.

Quia primum fundamentum pro D. Abbate, quòd nimirum executio in præsenti casu in vim sententiæ, ad eius fauorem ab A. C. latæ, facta fuerit ab homine, tanquam facta super fructibus beneficij grauati pensione, tollitur; aduertendum est enim quod Ius exigen-
2 di pensionem, tamquam incorporale, † licet ipsis fructibus adhæreat, ob id tamen non fit, vt illis annexum priuatiuè ad alia bona titularis, contra quem pensionarius vltra fructus
3 habet actionem † personalem. *Lotther. de re benef. lib. 1. q. 35. num. 88. Rot. decis. 176. num. 3. p. 2. rec.* ideoq; a Pensionario possessore non abdicatur ab hoc quasi possessio iuris exigendi pensionē, quod fructus beneficij ab alio mediante executione sententiæ percipiantur, quemadmodum e conuerso ex apprensione rei corporalis
4 non aquiritur possessio iuris incorporalis, nisi rei corporali adhæreat vt illi annexum, *vt post Innoc. in cap. In litteris nu. 12. vers. illud autem de restit. spol. Butr. ibid. nu. 3. vers. in alia parte. Ancharan. nu. 4. vers. alij dicunt & num. 5. dixit Rota apud Burat. dec. 434. num. 11.* Quia aliud sunt fructus bene-
5 ficij, † & aliud pensio super illis imposita, quæ quamuis super fructibus imponatur, isti tamē sunt in simplici obligatione, non autem in solutione, neque pensio est reseruata de fructi-
6 bus; † sed de certa quantitate pecuniæ, vt rectè aduertit *Lotter. de re benef. lib. 1. d. q. 35. num. 52. de duob. seqq. post. Seraph. dec. 1429. nu. 5. Rota in recent. dec. 99. num. 2. p. 1. & alios in fine allegat.* Vnde ap-
7 prehensio fructuum † nihil habet commune cum possessione pensionis, & intrat vera con-
8 clusio, † quod possessio diuersæ speciei non suffragatur. *Rota decis. 17. nu. 3. & 4. par. 2. diuers. ac inter impress. apud modern. de Manut. decision. 635. n. 3. & decis. 647. nu. 58. Buratt. decis. 876. nu. 8.*

Itaque parum refert, quod D. Abbas in executionem sententiæ absolutoriæ obtinuerit præceptum contra Oeconomum administrationi Abbatiæ deputatum, quod sibi fructus
9 consignaret, prout ei fuerunt consignati; † nam a perceptione fructuum non infertur ad denegationem pensionis; maximè quia tunc pensio non petebatur, vt præter supra allegatos tradit *ad propos. Lotter. de re benef. lib. 1. q. 45. nu. 17. & 18.* & in fortioribus terminis similis præcepti. *Rota in Mediolan. Parochialis 16. Martij 1588. coram Platto impress. apud Marchesan. de commiss. p. 1. fol. 310. nu. 3. cum plurib. alleg. per Modern. de Manut. obseruat. 59. num. 24.* Eò minus, quia Princeps super dd. fructibus sequestrum aliquod non fecerat; sed Oeconomus fuerat deputatus ad instantiam Abbatis, ne fructus perirent; quod obstendit, Pensionarium Principem non curasse de fructibus, qui Abbati ideo, tanquam Do-
10 mino Abbatiæ consignari debuerunt, † cum fructus ad Dominum spectent *l. fructus l. ex diuerso C. de rei vendic. Matthien. lib. 5. recop. tit. 4. par. 1. pub. 14. n. 29. Rota decis. 451. n. 4. par. 1. recent.*

Similiter non obstat, quod de anno 1617. fructus Abbatiæ fuerint Principi pro soluendis sibi pensionibus decurrendis assignati, quia hæc assignatio vsque de anno 1627. per lapsum temporis, ad quod facta erat, expirauerat, quemadmodum nec D. Abbatē a solutione pensionis liberat quod Pontifex in commissione Rotali a dicto Abbate de anno 1638. obtenta declarauerit, ipsum non teneri soluere pensionem de proprio, & quod pensionarius illam ex fructibus exigere possit, quia illum verbum
11 *possit*, † affirmatiuè prolatum, tanquam facultatiuũ, non importabat necessitatem exigendi pensionem ex fructibus, *l. sæpe cum ibi notat. ff. de offic. Præsiden. gloss. in cap. 1. verbo possit de reg. iur. in 6. Rota dec. 329. sub num. 3. par. 2. recent.* vbi quod
12 hoc procedit tam in rescriptis, † quam in legibus ac in contractibus *Greg. XV. dec. 85. num. 7.* & benè simul stare possunt, quod Abbas de proprio non teneatur, & nihilominus fructus Abbatiæ percipere possit, vt ex illis deinde pensionem solueret, ad quam soluendam poterat vt supra dictum est, actione personali conueniri, adeoq; semper verum est dicere, quod Abbas
13 fructus percepit tanquam Dominus, † talisq; perceptio facta etiam in execuционem sententiæ absolutoriæ non est actus, de directo contrarius quasi possessioni Principis exigendi pensionem, maximè quia in hac quasi possessione constitutus fuit mediantibus solutionibus factis in pecunia numerata, vt comprobat *decis-*

que


quæ reuidetur §.*deinde ex instrumento*. Vnde in hac quasi possessione exigendi in pecunia manuteneri debet, etiam aduersus D. Abbatem in Ab-
14 batia successorem, † cum Ius possessoris pensionis ex mutatione pecuniæ titularis non mutetur. *Guidop.dec.629.Gigant.de Pension.q. 97. nu.10.Rot.dec.562.nu.1.par.1.rec.Add.ad.Greg.XV. dec.313. sub num.6.*

Euitatur quoque secundum obiectum contra decisionem allatum, quod videlicet sententia etiam sine alia executione D. Principem pensionarium sua quasi possessione priuauerit,
15 eo † quod fuerit absolutoria super iure incorporali, nempe super annua præstatione pensionis, vt voluit *Butrius in cap. cum nostris sub nu.19. de concess.Preben.vbi ait*, quod si fertur sententia contra debitorem quasi possidentem ius percipiendi annuos redditus, tunc perditur illius iuris quasi possessio ex sola sententia. Quia respondetur primò, aduertendum esse, quod Butrius, & qui eum sequuti sunt hoc, non simpliciter, vt affertur ab informantibus pro D.
16 Abbate, firmant; † sed ad effectum, vt is, qui sententiam absolutoriam obtinuit, possit absque alio Iudicis iussu possessorem in eo iure percipiendi perturbare, repellendo eum videlicet, quatenus imposterum peteret exceptio-
17 ne iudicati, † quæ absoluto per sententiam competit, *l.1.§.debitore ff.vt inpossess.leg. l.1.§. Si reus ff.eo pro quo fact. est*, & in his terminis benè declarat *idem Butrius ibidem uers.Idem Imol.nu.33. uers.& ideo*. Attamen nisi ad huiusmodi exceptionem, & possessionis repulsam deuentum fuerit, sola sententia absolutoria ipsum non
18 priuat, † vt in terminis sententiæ absolutoriæ latæ super iure incorporali dixit *Rota coram Buratt.d.decis.604. nu. 16.* vbi agebatur de quasi possessione deferendi flores annuatim in festo Sanctiss. Corporis Christi D.N. & prius fuerat decisum in terminis quasi possessionis exigendi annuos census *in Venetiarum census 22. Martij 1596. coram Cardin. Arigonio impress. apud Cinc. de Censibus decis.244.num.3. & 4. & in Romana census 6.Nouembris 1606.coram bo.me.Penia impress.ibidem decis.245.in fine, & in Ferrarien.bonorum de Zaueleijs 26.Iunij 1614.coram Sanctiss. D.N.tunc huius S. Tribunalis Auditore*, ex optima illa ratione, quia
19 cum sententia sit actus iuris, † ea sola non potest possessione priuare, vt est textus *in l.§.si uir. ff.de acquir.possess.& tradit Oldrad.cons.227.sub n.5. uers.sed ad illud Rota decis.207.sub num. 6. inter impress.apud Modern.de Manuten.* atque effectus absolutoriæ solus est imponere finem liti contra
20 reum motæ, & nullum † aliud ius parat absoluto. *Ludouic à Peguer.decis.259.sub nu.1.&nu.2.* Sed, vt in incorporalibus amittatur quasi possessio, quemadmodum ad illam acquirendam
21 non sufficit actus iuris, † sed requirirur factum hominis, veluti solutio, & receptio respectiuè, *l.possideri in princ.l.quemadmodum ff.de acquir.possess. l.licet.C.eod.cum alijs allegat.per Modern.de Manuten obseruat.17. num. 17.* ita ad illam amittendam, si animo retinetur, etiam requiritur factum
22 hominis; directò contrarium solutioni. *Rota decis.109.num.9.par.2.diuers. & decis. 217.num.61. post modern.de Manuten.*& sic in terminis. de quibus agitur, opus esset, vt Dominus Princeps
23 pensionem petijsset, & † Dominus Abbas illam soluere recusasset cum aquiescentia Principis creditoris, *ut tradit Innocent.in cap.querelam num.3.uers.sed quando de election.Abb.ibidem sub numer.2.uers.& nota, quod eo ipso. Lotter.de re benefic. lib.1.q.38.num.214.uers. Nec propterea. Fontanell. de pact.nupt.tom.2.claus.7.glos.7.par.9.num.55.uers. cumque cum pluribus alijs allegat.à modern.de Manut. obseruat.58.num.9.& seq. & per Adden.ad Buratt.d. decis.604.num.21.& 22.*

Secundo respondetur, ponderandum esse,
24 quod † Butrius, & omnes alij exaduerso allegati loquuntur in casu, quo Iudicium fuerat motum ad instantiam possessoris, & lata fuit sententia absolutoria ad fauorem rei conuenti cōtra actorē, quo casu cōcurrit petitio possessoris, & denegatio debitoris, cui si superueniat acquiescentia petitoris sententiæ absolutoriç, vtique resultat amissio possessionis in corporalibus, vt supra dictū est: at in præsenti casu iudicium fuit motum ad instantiam Domini Abbatis debitoris, & sic deest extremum petitionis ex parte possessoris, neque Dominus Princeps, contra quem lata fuit sententia absolutoria, huic acquiescit, quamuis aliquo tēpore ex causis *in decisione quæ reuidetur §.non obstat* expressis petere distulerit, sed quam primum sibi proficuum tempus aduenit, statim aduersus sententiam restitutionem in integrum cum facultate se manutenendi obtinuit, ex quo
25 actu † eius aquiescentia excluditur, vt dixit *Rota in Veronen.Contribut.Lun.17.Iunij 1624.coram bo. mem.Seleucien.impress.apud modern.de Manuten. dec. 42. nu. 4.* Vnde doctrina Butrij huic casui non applicatur, cum in eius casu restitutio in integrum petita non fuerit. Et idem Butrius distinguendo inter Ius incorporale non cohærēs vel cohærens rei, dicit, quod si Ius incorporale cohæret rei, veluti in seruitutibus realibus, tunc sola sententia absolutoria non priuat pos-
26 sessorem, † quod rectè videtur posse applicari solutioni pensionis, quæ est seruitus quodammodo realis, vt ait *Lotter. de re benef. liber. 1. d. qest. 38. numer. 219. Seraphin. decision. 299. sub num. 8.*

Quare Domini in decisis permanserunt, & eò libentiùs, quia ex allatis in decisione quæ reuidetur, & ab informantibus pro Domino Principe deductis magna saltem oriri potest suspicio contra validitatem sententiæ A.C. quo
27 casu † idem semper consueuit facilius in gradu restitutionis in integrum dare manutentionem, vt habetur *in decis.458.num. 8. coram Greg. XV. & coram Buratt. decis. 823. sub num.8.ac fuit dictum in Rom.Subcollectoriæ 17.Martij 1645.coram R.P.D.Bichio.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.



R. P. D. CORRADO
Postea Eminentiss. S.R.E. CARDINALI.
Iuuenacen, & Melphiten Bonorum.
Lunæ 1. Iulii 1647.

ARGVMENTVM.

Principalis, vel eius legitimus procurator, quando fuit personaliter citatus, & intimatus ad aliquid faciendum, &c. sub comminatione censurarum, & non fuit paritum, & postea seruati fuerunt quatuor termini ad docendum de paritione nec fuit doctum de ea, deinde petita declaratoria relaxanda venit, vt debitum Iustitiæ præstetur obsequium, Aliaque plurima retunduntur circa relaxationem declaratoriæ.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria quibus seruatis, soleat concedi.*
2 *Declaratoria ideo conceditur, vt quis resipiscat tandem.*
Declaratoria ideo solet fulminari, vt quis debitum Iustitiæ præstet obsequium, num. 2.
3 *Mandato de manutenendo si quis recuset obedire, vti contumaci potest pungi declaratoria.*
4 *Declaratoria relaxata non tenet si adsit defectus Iurisdictionis.*
5 *Iurisdictionis oppositio est penitus frustratoria dum fuit consensum in iurisdictionem.*
in Iurisdictionem, quando quis consensit, non potest deinde ea controuerti, num. 5.
6 *Declaratoria, vt validè concedatur, termini illi quatuor soliti seruari, debent distinctè obseruari.*
7 *Citatio specifica, quando dicatur facta, stantibus pluribus terminis seruari solitis.*
8 *Processus ordo rite seruatus non potest inde turbari.*
9 *Stylus Curiæ, quando est notorius non debet controuerti, sed admitti.*
10 *Citationis modus ex stylo Curiæ non debet alterari, dummodo non auferatur defensio.*
Citationis principale obiecti est defensio, n. 10.
11 *Scriptura, dum producitur, pars aduersa, si contra eam habeat oppositionem, debet eam opponere.*
12 *Scripturæ veritas, & legalitas ex quibus à parte dicatur approbata, & num. 13. & 14.*
15 *Protestatio generalis non iuuat, dum specialis est necessaria, & num. 16.*

DECISIO CXX.

VISVM fuit Dominis satis constare de contumacia Ioannis Mariæ qui post binas Decisiones in hac causa factas die 15. Ianuarij, & 18. Iunij 1646. coram me, in quibus fuit resolutum concedendam esse manutentionem Francisco Antonio & litis consortibus in possessione bonorum de quibus agitur, Decretumque subinde ac relaxatum mandatum sub comminatione censurar. & ipsi Ioanni Mariæ personaliter intimatum non solum non paruit recedendo ab occupatione eorumdem bonorum, ac desistendo à molestijs, & alias prout tenebatur. Verum nec post reproductum coram Rota mandatum cum intimatione prædicta de mense Nouembris anni proximè lapsi, citatumque eius legitimum Procu-
1 ratorem in Curia, & cum eo seruatis † quatuor solitis terminis ad docendum de paritione, nec moram purgauit, nec paruisse docuit, prout necessarium erat *Rot. penes bon. mem. Card. Seraph. decis. 1113. sub nu. 3. vers. quia cum Marchio, & Burat. 17. num. 2. vers. contumacia ac in recent. decis. 478. sub numer. 2. vers. Contumacia par. 2. ac decis. 254. numer. 4. vers. cum de portione non constet par. 6.*

Ideoque petitam Declaratoriam esse con-
2 cedendam, vt tandem resipiscat, & † debitum Iustitiæ præstet obsequium *Rot. penes Mohed. decis. 1. de sent. excomm. Card. Mantic. decis. 74. nu. 1. & seq. Buratt. decis. 825. num. 1. vers. dictum fuit, & seqq. ac Reuerendissimum Vrgellen. decis. 148. num. 1. vers. quia cum fuerint seruati prædicti termini, & decis. 367. ac in recent. decis. 654. num. 1. vers. quia fuit contumax. par. 3. & decis. 502. numer. 1. vers. merito par. 5.* ac in alijs præcitatis & in his terminis
3 executionis † mandati de manutenendo apud eumdem *Vrgellen. decis. 433. num. 1. vers. Ratio resolutionis fuit & seq. & in recent. decis. 303. num. 2. vers. Visum est Dominis par. 6. & in alijs relatis per Add. add. decis. Buratt. 17. numer. 5. vers. & hunc stylum.*

Nec releuat obiectus Iurisdictionis defectus ex posterioris Commissionis subreptio-
4 ne † deductus ob non factam præcedentis insertionem, eiusque veram expositionem.

Quia cum hæc causa fuerit à principio Rotæ commissa instante ipso Io: Maria & dicta posterior commissio emanauerit in plena signatura ipso citato, & audito nec pro eius parte fuerit vnquam allegatus huiusmodi defe-
5 ctus (qui neque † subsistens est) immo consensum in iurisdictionem. Hæc modo non potest in dubium ab ipso reuocari, vt fuit dictum in *Clusin. Postæ Puteol. 13. Februarii 1617. coram Buratt. decis. 226. num. 13. vers. Præterea dicebatur ac seqq. & prius decis. 74. num. 2. vers. ex quo rescripto cum seq. & rursus decis. 371. num. 6. vers. Tum quia, & in his terminis d. decis. 285. num. 7. vers. nec subsistunt, & in recent. decis. 440. num. 3. vers. secundo, cum huiusmodi nullitas par. 2. & Ianuen. separat. Thor. 24. Iunii 1646. coram R.P.D. meo Meltio in §. nec obstat defectus nullitatis iurisdictionis.*

Minus obstat, quod omnes citationes pro dictis quatuor terminis fuerint eadem die 26.
6 Nouembris 1646. executæ, † quæ tamen erant distinctè decernendæ.

Quia constat ex processu, quod singulæ fuerunt distinctè decretæ, atque distinctè, & pro diuersis audientijs nempè pro prima, secunda, tertia, & quarta separatim conceptæ
7 ità † quod citatus specificam ex eis habuit notitiam singulorum dierum pro quibus erat vocatus, ac demùm vnaquæque illarum in suo termino congruè reproducta sub diebus 28. Nouembris 3. 5. & 10. Decembris eiusdem anni.

8 anni. Quo sanè pacto substantialis † ordo processus rectè seruatus turbari non potest ex eiusmodi exequendi modo, qui non est nouus, sed notorius in Curia, ideoque non debet con-
9 trouerti, sed admitti, vt † hactenùs factum fuit, & fit quotidiè *ad l. minimè ff. de legib. Rot. penès, Cæs. de Frass. decis. 9. sub num. 6. vers. secundo præsertim de sent. & re iud. & decis. 72. num. 1. vers. cum maxime par. 4. diuers. & in Ianuen. pecun. 16. Martii 1612. coram bon. mem. Vbaldo in vol. Crim. Farinac. decis. 555. num. 3. vers. secunda est nullitas, & in recent. decis. 557. sub num. 7. vers. secundus etiam defectus par. 4. & penes bon. mem. Buratt. decis. 118. num. 9. vers. ideoque* vbi quod modus citationis
10 ex stylo † alterari potest dummodo non auferatur defensio, quæ est principale citationis obiectum.

Postremo non obstat defectus recognitionis Instrumenti intimationis dicti mandati. Quia cum Procurator dicti Ioannis Mariæ in eius reproductione citatus non opposue-
11 rit † eam fieri, potuit prætermitti, *iux. decis. Aegid. 539. & Buratt. decis. 347. num. 5. vers. nec obstat, & seqq. & Reuerendiss. Vrgellen. decis. 18. nu. 23. vers. non obstat primo, & seq.* & fuit dictum *in Tridentin. Decimar. 4. Februarii 1620. coram bon. mem. Card. Sacrat. in recent. par. 4. tom. 2. decis. 17. num. 8. vers. ex alio etiam videbatur tolli difficultas*. Eoque magis quia, sub die prima Decembris prò Iulio, & Iosepho dicti Io: Mariæ fratribus fuit productum aliud instrumentum, ab ipsomet Notario rogatum, eademque subscriptione,
12 ac sigillo munitum, quibus † fatentur intimationem dicti mandati illis factam, quam eodem tempore factam fuisse etiam Io: Mariæ
13 alteri fratri † ex præfato instrumento apparet. Ideoque eius veritas, atque legalitas ex hoc quoque comprobatur, vt fuit dictum apud *Card. Seraphin. decis. 333. sub num. 1. vers. aliæ scripturæ, & nuper in Tolet. Canonicat. 18. Iunii 1646 coram R. P. D. meo Otthobono in §. penult.* & si exa-
14 ctior necessaria † esset potest quandocunque fieri *Card. Seraph. decis. 407. num. 3. vers. non obstat Buratt. decis. 318. num. 8. vers. Ad defectum vero recognitionis, & in recent. decis. 522. nu. 7. vers. & quamuis par. 3. & decis. 551. num. 6. uers. non obstat par. 4. tom. 3.*

Nec releuat oppositio illa, *generalia cõtra*, &c. facta per Procuratorem Ioannis Mariæ in reproductione dicti instrumenti citatum, &c.
15 Nec † alia specialis protestatio de recognitione fienda suo die 25. Februarij 1647.
16 Quia prima illa generalis † non sufficit, vt in his terminis fuit responsum penes *Buratt. dicta decis. 318. numer. 9. uers. & tamen huiusmodi protestatio*, & latius *in Anconitana pecun. 26. Aprilis 1624. coram bon. mem. Manzaned. in recent. decis. 508. à num. 2. uers. nec uisum fuit obstare, &c. & seqq.*
17 *par. 4. tom. 3.* Posterior vero non releuat † tanquam facta post terminum admissionis iuriũ, nec parti notificata *Paris. cons. 10. num. 43. uers. Et ideo, ac seq. lib. 1. Card. Seraphin. decis. 1085. num. 3. uers. non obstant protestationes, & Mantic. decis. 270. numero 19. uers. Item quia, &c. Buratt. dict. decis. 318.*
18 *sub numero 8. uers. Protestatio namque.* Nec † repetita iuxta sententiam, quam *Rota sequitur penes Mohed. decis. 2. de Iud. Bursatt. decis. 818. num. 3. uers. Nec releuat. ac in Recent. decis. 456. sub num. 3. uers. secundo quia par. 4. & sæpè in aliis.*

Quare fuit conclusum dandam esse declaratoriam, vtraque parte informante, &c.

REVERENDISS. P. D. CERRO.
Sacræ Rotæ DECANO.
Valentina Parrochialis.
Mercurii 31. Iulii 1647.

IN CONGREGATIONE.
ARGVMENTVM.

Pontifex nunquam solet confirmare reseruationes pensionum factas ab Ordinarijs, sed illas denuo reseruauerat; Restitutio in integrum concessa aduersus non factam in tempore publicationem, quando litis mentionem requirat.

SVMMARIVM.

1 *Onus quodlibet lato modo dicitur pensio.*
2 *Reseruationes pensionum factas ab Ordinarijs regulariter Papa non confirmat, sed denuo reseruat.*
3 *Fides vbi est verisimilis, & adminiculata non modicam facit probationem.*
Amplia si recipiat adminiculum ex Pontificis narratiua, ibidem.
4 *Litis mentio est necessaria in restitutione in integrum concessa aduersus non factam in tempore publicationem intellige, vt num. seqq.*
5 *Publicationis defectus oppositus de tempore concessæ gratiæ super illius in integrum restitutione eius mentionem requirit.*
Secus verò si eo tempore de ea oppositum non fuisset num. 6.

DECISIO CXXI.

ACTVM fuerat in Rota dato particulari dubio, An constaret de valida resignatione ad fauorem Thomæ Insæ, & tunc DD. discussis rationibus responderunt pro validitate, quare visa per Informantes pro Murillo confugerunt ad aliud dubium negantes exequutionẽ litterarum Apostolicarum, & præcipuè ex capite subreptionis ob non factam expressionem duorum Cafficiorum Tritici, quamuis contrarium fuisset bis resolutum, tamen ad tollendas omnes difficultates dubitaui particulariter, An litteræ Apostolicæ essent exequendæ, quo plenè discusso, affirmatiuè fuit resolutum, Dum verò hodie Insa tandem instaret pro causæ expeditione Murillus repetebat duas obiectiones alias factas.

Et primam, quod San. mem. Gregorius XIII non solum confirmauerit erectionem, & fundationem Seminarij, de quo agitur, quantitatesque tritici, & olei eidem applicatas approbauerit, sed illas vti veras, & proprias pensio-

siones reseruauerit, quæ tamen iterum non placuit DD. licet enim ex Bulla hodie per extensum exhibita appareat illum in confirmatione dictæ erectionis, & fundationis portiones, & quantitates præfatas, pensiones appellasse, illiusque per verba, *Reseruamus, constituimus, & assignamus*, illi applicuisse prȩuijs omnibus clausulis, & decretis in reseruationibus Pensionum apponi solitis; Quia tamen Seminarium huiusmodi erectum fuit, & fundatum ab Archiepiscopo in executionem Sacri Concilij Tridentini, prædictæque portiones detractæ fuere à nonnullis Ecclesijs Parochialibus Valentinæ Diœcesis, ne illarum Rectores ab huiusmodi detractione facta potiùs super eorum, quam alijs Parochialibus vllo vnquam tempore reclamare valuissent, idem Archiepiscopus erectionem huiusmodi, ac quantitates Tritici, & Olei à dictis Ecclesijs detractas per Sanctissimum confirmari, & ex integro Seminario applicari curauit.

Hinc autem dixerunt DD. nihil releuare, quod Sanctissimus eas appellauerit pensiones, & vsus fuerit verbo *Reseruamus*, alijsque clausulis, & decretis apponi solitis in reseruationibus pensionum: Exindè enim non immutauit
1 illarum naturam, † cum onus quodlibet lato modo dicatur pensio, vt firmatum in vltima *decisione §. nec prædictis aduersatur*, & Papa regu-
2 lariter non confirmet † similes reseruatioues factas ab Ordinarijs, sed denuò reseruet, vt notat *Rebuff. in prax. tit. de reseru. nu. 17. in fin. vers. & confirmatio, Mandos. de signat. Grat. tit. de confirmat. §. Pensionis ab Ordinario*, quos refert, & sequitur *Barbos. in prax. exigen. pension. in prohem. num. 6.*

Idque comprobatur ex prohemio eiusdem Bullæ, in quo idem Pōtifex expresѐ professus fuit. Ideò huiusmodi quantitates Seminario applicare voluisse, ex quo illi prouideri non valuit ab Archiepiscopo per incorporationem Beneficiorum simplicium, cum nulla adsint in Diœcesi de qua agitur. Vndè cum à Sacro Concilio *d. sess. 23. cap. 18. de reform.* dispositum fuerit, quod Seminarijs huiusmodi prouideatur, vel per distractionem fructuum Ecclesiarum, vel per vnionem beneficiorum simplicium, illis non extantibus, consequens est, vt applicatio harum quantitatum Tritici, & Olei per dictum Pontificem facta, non fuerit merè voluntaria, prout sunt veræ pensiones, sed necessaria ex dicto Decreto Sacri Concilij iniuncta.

Quibus stantibus subsistunt fundamenta aliarum decisionum, quod scilicet dum huiusmodi portiones applicatæ fuerunt Seminario in executionem dicti Concilij, tanquam onera primis, & ante omnia ex corpore Beneficij deducenda, exprimi non debeant ex recenti, & moderno stylo Datariæ, illarumque taciturnitas propter præsumptam scientiam Pontificis Decretorum eiusdem Concilij, non sit apta reddere gratiam subreptitiam.

Seminarium autem erectum fuisse, & fundatum ex decreto, & in exequutionem Concilij iustificatur, nedum ex eodem prohemio, ibi: *Hinc est, quod Nos quibus nuper innotuit, quod alias Ven. Frater noster Ioannes Archiepiscopus Valentinus proindè cōsiderans à Concilio Tridentino piè, & sanctè statutum fuisse, &c.* sed etiam ex fide Curialium eiusdem Ciuitatis per hȩc prȩcisa verba attestantium, ibi: *Attestamur Nos infrascripti, qualiter Illustriss. & Reuerendiss. D. Ioannes de Ribera Archiepiscopus Valentinus in executionem Sacri Concilij Tridentini, dum esset Archiepiscopus prædictus fecit cōstruere Seminarium Ecclesiasticum Puerorum in dicta Ciuitate Valentiæ, pro cuius sustentatione illi applicauit certas portiones, seù partes fructuum Ecclesiarum Parochialium dictæ Diœcesis Valentinæ, & signanter certo scimus, quod de fructibus infrascriptarum Parochialium detraxit, eique Seminario applicauit infrascriptas partes, & portiones, &c.* Huiusmodi enim fides cum sit verisimilis, ac
3 admiuiculata † ex Pontificis narratiua, non modicam facit probationem ex doctrina *Bald. in l. Instrumenta sub nu. 1. vers. quæro nunquid, C. de probat. Ias. cons. 129. num. 11. lib. 1. Rota in recent. decis. 122. sub num. 3. vers. quæ fides part. 1. & post 2. vol. consil. Farinacc. decis. 323. sub nu. 2. vers. Ac etiam plura concurrant, cum alijs per Add. ad san. me. Gregor. decis. 214. litt. B. vers. si tamen*, & dictum fuit in *Tiburtina Administrationis, seù redditionis rationis 9. Decembris 1641. corā Reuerendiss. D. meo Decano §. quinta est scutorum 83.*

Secundam verò ex defectu publicationis non factæ infrà nouem menses, quæ pariter non placuit DD. dum, præuia restitutione in integrum, publicatio facta fuit in termino
4 obtentæ prorogationis: † Idque etiam si in d. restitutione non fuerit facta mentio litis quam esse omninò necessarium, dixit *Rota in Placentina Cappellaniæ 16. Febr. 1598. coram recol. mem. Card. Hieronymo Pamphilio, relatam per Garz. de benef. part. 11. cap. 3. num. 3. & 4.*

Obiectum enim procederet si de tempore
5 obtentæ gratiæ restitutionis fuisset † specificè oppositum de non publicatione, vt est casus *decisionis in d. Placentina Cappellaniæ*, secus autem vbi, prout hic, de ea oppositum non fuit;
6 Tunc enim illius mentio nullatenus est necessaria, vt sic distinguendo prȩdictam decisionem firmauit *Rota in Meten. Canonicatus 8. Martij 1619. coram bon. memor. Pirouano in recentior. decis. 91. num. 9. & 10. part. 8.* & latè in *Beneuentana Canonicatus 8. Febr. proximè præteriti coram R.P.D. Bichio §. sed his non obstantibus.* Multoque minus in hoc casu quo in effectu tunc temporis lis adhuc cœpta non erat.

Et ideò resolutum fuit pro causæ expeditione.

R. P. D. PEVTINGERO.

Calaritana Canonicatus.

Mercurij 20. Nouembris 1647.

ARGVMENTVM.

Coadiutoriæ gratia in forma dignum à Papa concessa an dicatur habere locum, si coadiutus extremum clauserit diem antequam coram Executore Apostolico gratia fuerit iustifica-

ficata,& responsio est negatiua,& hoc ex multis rationibus in decisione adductis.

SVMMARIVM.

1 *Possessio instrumentalis alio non existente in possessione est manutenenda.*
2 *Coadiutor, mortuo coadiuto, debet capere possessionem Canonicatus capitulariter, vt in ea sit manutenibilis. & num. 5.*
3 *Coadiutoria, mortuo coadiuto, non præbet ius, vel titulum Coadiutori in Canonicatu, quia manet penes Coadiutum. & num. 4.*
5 *Coadiuto mortuo gratia prouisiua Canonicatus purificatur ad fauorem Coadiutoris.*
6 *Coadiutoria non operatur suum effectum, dum in vita Coadiuti non fuit purificata d. gratia coadiutoriæ.*
7 *Coadiutoriæ gratia dum corruit, similiter quoquè corruit gratia futuræ successionis in Canonicatu.*
Successio in Canonicatu est sequela coadiutoriæ, & sic venit accessoria ad ipsam gratiam. num. 7.
8 *Coadiutoriæ formula antiqua minus erat ampla, quā ista moderna.*
9 *in Coadiutoriæ gratia duæ gratiæ continentur, & quæ sint.*
10 *Gratiae duae, quando sunt concesfae, si vna remoueatur non euanescit altera.*
11 *Et hoc intellige verum, quando Gratiæ sunt independenter vna ab altera.*
Coadiutoris consensus non requiritur, dum coadiuto mortuo est successurus coadiutor in Canonicatu. num. 11.
13 *in Coadiutorijs duae continentur gratiae vna ad fauorem coadiuti, & altera ad fauorem coadiutoris, Supplicatio vna, eademque non est inconueniens. vt duas contineat graitas, & vna valeat, & altera corruat. num. 11.*
13 *Coadiutoria, quando fuit concessa in forma dignum, nihil ponit inesse, nisi iustificetur.*
14 *Coadiutoriae gratia non tribuit ius in re, nisi iustificata gratia fuerit.*
15 *Coadiutoria dum non habuit effectum per obitum coadiuti vacat.*
16 *Resignationis gratia in forma dignum facta, & expedita, expedita, nihilominus expirat, decedente resignante intra 20. dies.*
17 *Argumentum à resignatione ad coadiutoriam valet.*
18 *Coadiutoria habet vim resignationis.*
19 *Gratia in forma in dignum emanata, an dicatur à principio pura, vel conditionalis.*
20 *Gratia conditionalis in forma dignum emanata, purificata conditione. dicitur pura à principio emanatae gratiae.*
21 *Coadiutoriæ gratia si sit concessa in forma dignum, dum gratia est pendula Papa de Canonicatu non valet alium prouidere.*
22 *Ordinarius in vanum prouidet de Canontcatu, de quo adest Coadiutoria.*
23 *Si pendula sit gratie, veluti dum gratia est iustificata ante obitum coadiuti.*
24 *Resignationis beneficij gratia, quando euanescat.*
25 *Resignationis beneficij gratia, non euanescit etiam si resignans ante approbationem resignatarij decesserit.*
26 *Declara tamen hanc conclusionem, vt hic. & numer. 27.*

DECISIO. C.XXII.

DEFVNCTO Andrea Diax Canonico Calaritano in mense Ordinarij ab eodem Antonius Beccius prouisus fuit, verum quia Andreas antequam decederet Antonium Diax in Coadiutorem cum futura successione sibi deputari à Sede Apostolica obtinuerat, qui etiam litteris Apostolicis super hac gratia expeditis in possessionem eiusdem Canonicatus immissus, & Capitulariter receptus fuerat à Beccio in possessione molestatus, Causa in Rota Commissa, disputari obtinuit An ipsi esset danda manutentio,& affirmatiuè responsum fuit, quia ipsius possessio probatur per publicum Instrumentum, & huiusmodi capta,
1 neminè † alio tunc in possessione existente, est manutenibilis ad *text. iu l. praedia* vbi *DD. ff. de acquir. poss.* & in terminis possessionis captæ à Coadiutore tradit *Rota coram Buratto decis.* 688. *numer.* 1. & in *Meleuitana Coadiutoriæ* 27. *Nouembris* 1624. *coram bo: me: Merlino vbi in §. nec dicta*
2 *habetur*; quod Capitularis possessio † mortuo Coadiuto omninò necessaria est ad acquirendam possessionem Canonicatus, quamuis viuo coadiuto secus esset, ea videlicet diuersita-
3 tis ratione, quia Coadiutoria viuente † Coadiuto non præbet ius, vel titulum in Canonicatu, qui manet penes coadiutum, prout etiā possessio, sed simplex officium, ac munus ad-
4 ministrandi, † vt tradit *Garz. de benefic. part.* 4. *cap.* 5. *num.* 76. Coadiuto mortuo gratia prouisiua ipsius Canonicatus purificati ad fauorem
5 Coadiutoris, † vndè debet eius posessionem Capitulariter appræhendere, vt post resolutionem Sac. Congreg. Rituum dixit *Rota in eadem Meleuitana §. & hinc fit sequendo, decisionem* 456. *num.* 6. *part.* 1. *recent. vers. & probatur.*

Nec refert quod in Casu presenti coadiutus obierit antequam Coadiutoria sortita fuerit
6 effectum, & quod † veluti gratiæ coadiutoriæ corruit similiter quoque corruat gratia futuræ successionis in Canonicatu, quæ in eadem
7 supplica continetur, † eo quia illa successio venit accessorie ad gratiam Coadiutoriæ ad tradit. per *Quintil. Mandos. in tract. de sign. grat. verb. Coadiutoriæ, vers. Coadiutoria habebat.*

Quia hoc forsan verum fuit in antiqua formula Coadiutoriæ minus ampla quam hodie
8 fieri † solet munita prægnantissimis clausulis, iuxta tradita à *Gonzal. super reg.* 8. *Cancell. gloss.* 5. §. 9. *num.* 56. nam aduertendum est, quod in gratia Coadiutoriæ, duæ gratiæ continentur,
9 vna † videlicet ipsius Coadiutoriæ, & altera futuræ successionis, vndè sublata de medio altera moriènte coadiuto ante effectuationem Coadiutoriæ adhuc remanet altera; scilicet
10 futura successio, † & gratia prouisiua Canonicatus in euentum mortis Coadiuti, quæ stat æque principalis independens à prima, nec re-
11 quirent † consensum ipsius Coadiuti, vt refert *Lotter. de re Benefic. lib.* 2. *quæst.* 25. *num.* 29. *Grat. discept.* 138. *num.* 49. *Rota decis.* 313. *num.* 26. *&* 3. *seq. part.* 7. *recentior.* vt distinguit *Put. decis.* 98. *lib.* 2. *in correct.* dicens vnam respicere fauorem Coadiuti, alterum fauorem Coadiutoris, qui est

12 est futuræ † successionis, ita vt inconueniens non sit, vt vna eadem supplicatio plures gratias continens, quoad vnam corruat, & quoad alia firma permaneat *cap. si eo tempore de rescript. in 6. Felin. in cap. sedes num. 2. de rescript. Gonzal. supr. alleg. §. 9. num. 59.*

Nec releuat, quod hæc Coadiutoria con-
13 cessa fuerit in forma dignũ, † quæ antequam executioni demandetur nihil possit in esse, *Clem. vnica*, & ibi *Card. nu. 7. & 8. de excess. prælat. Mandos. in reg. de annal. qu. 55. num. 3. Cassad. decis. 1. nu. 1. vt lit. pend. Rot. decis. 590. nu. 3. part. 2. recent.* nec aliquod ius tribuat in re, & solum
14 importet mandatum de prouidendo, † quatenus prouisus fuerit repertus idoneus, *Rebuff. in prax. de refer. in forma dignum num. 2. & 3. Gonzal. super reg. 8. gloss. 15. §. 2. num. 56. Rota decis. 560. num. 2. vers. gratia Annibalis part. 2. recent.* & fuit dictũ in *Tridentina Parrocchialis 5. Decemb. 1646. §. fuit enim coram R.P.D. meo Cerro*, vndè consequenter vis fieri nequeat in gratia futuræ suc-
15 cessionis coadiuto decedente ante † executionem mandati de prouidendo, sed beneficium vacet ex integro per obitũ coadiuti, quemad-
16 modum in simili cessat † gratia prouisiua resignatarij expedita in forma dignum si resignans infrà 20. dies decesserit, & mandatum de prouidendo in fauorem resignatarij in eius vita nondum sit executum, *Rota decis. 92. nu. 13. 14. & 15. part. 6. recent. & decis. 539. nu. 3. cum seq. part. 4. tom. 3. recentior.* vbi dicitur prouisum ab Ordinatio, sit non excludi, & in *Maioricen. Parochialis 2. Iulij 1643. §. non obstat, & §. seq. coram*
17 *D. Carillo*, cum rectè argumentum † procedat à resignatione ad Coadiutoriam, dum specie non differunt, *Rota decis. 57. num. 7. & 8. part. 4.*
18 *num. 2. recent.* Et ipsa Coadiutoria † vim resignationis habeat, *Gonzal. super reg. 8. glos. 5. §. 9. num. 69. Put. decis. 108. num. 2. lib. 2.*

Nam respondetur quod gratia in forma di-
19 gnum est pura à principio, † & non conditionalis, & quod prouisio executoris non requiritur pro substantia gratiæ, sed pro illius executione, duntaxat *cap. si postqu. de præben. in 6. Rota in Burgen. Canonicatus 20. Aprilis 1597. coram bon. mem. Card. Pamphilio impress. apud Marches. tom. 1. fol. 338. & decis. 539. nu. 1. & 2. part. 4. rec. tom. 2.* itaut purificata coram Executore idoneitate prouisi, collatio facta dicatur in ipso
20 instanti rescripti Apostolici, non † verò in illo tempore, quo executor exequitur, *Lotter. de re benefic. lib. 3. qu. 14. num. 67. & 68. Rot. decision. 12. num. 4. de concess. præbend. in nou.* Imò
21 priusquam conditio rescripti † purificetur ius illud pendulum prouisi impedit, quod interim aliter de eo beneficio disponi non possit, *Paris. cons. 97. num. 9. lib. 4. Lotter. d. qu. 14. nu. 59. & 60. Buratt. decis. 367. num. 6. ad DD.* verò *supra alleg.* quod prouisus ab ordinario, non per
22 hoc excludatur responderi potest eos † esse intelligendos in casu, quo conditio rescripti coram Executore verificari non posset, sed in casu nostro Idoneitas Antonij Diax coram Executore iustificata fuit post mortem Coadiuti, neque enim obitus medio tempore se-
23 cutus operatur ne gratiæ † prouisiuæ ad fauorem Coadiutoris ratio habenda sit, vt benè distinguendo explicat *Rota in Maioricen. Paroch. 1. Iuly 1643. coram D. Carillo §. quoniam placuit*, vbi in terminis resignationis expeditæ in forma dignum dicitur obiectum procedere quã-
24 do resignatio ob defectum Idoneitatis resignatarij non potest habere effectum, vel ob impossibilitatem iustificationis narratiuę factę in literis, seù propter obitum resignantis se-
25 cutum infrà 20. dies, Cessantibus † enim istis vel similibus impedimentis parũ refert, quod resignans ante approbationem resignatarij decesserit, vt latè prosequitur *Lotter. d. quæst. 14. num. 58. & seqq.* Et casui allegato secutæ mortis Coadiuti de tempore datæ Coadiutoriæ respondetur non procedere in hoc casu ratione
26 disparitatis, quia † tunc corruit vtraque gratia ex defectu Causæ narratæ Papæ, vt notat *Lotter. quæst. 25. nu. 46:* secus est hic dum mors subsecuta est post datam literarum Coadiutoriæ, & qualitas Idoneitalis Coadiutoris contemplata à Papa iàm de tempore gratiæ verè
27 inerat coadiutoria, † ac solum eius probatio desiderabatur, quæ posteà facta est, vt dixit *Rota in decis. Maioricen. Parochialis coram D. Carillo §. perindè, cum ibi alleg.* Ex quibus Dñi pro Antonio Diax informante responderunt, &c.

R.P.D. LEONE VEROSPIO

Romana Fideicommissi de Cartolis.

Mercurij 20. Nouembris 1647.

ARGVMENTVM.

Alienationis materia latissimè in hac decisione tractatur primo ad exclusionem Fideicommissi quoties illa pro soluendis legatis enarrauit, & deindè ad inclusionem illius etiam quod quis fuerit sub duplici conditione vocatus, nempè si sinè filijs, & in casum alienationis, quia ea secuta admittitur etiam pendente conditione.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio ex causa necessaria soluendi legata non comprehenditur sub pœna caducitatis.*

2 *Res semel effecta alienabilis potest impunè distrahi, & infrà num. 2.*

3 *Alienationis sub specie non comprehenditur quod semel licitè fuit alienatum.*

4 *Vxor non excluditur à beneficio* authenticè prætereà, C. vndè vir, & vxor propter legatum, *sed illud in quartam imputare debet.*

5 *Vsufructu legato proprietas absque caducitatis incursu legatariæ assignari non potest.*

6 *Transactio facta bona fide, ac pro extinguẽdis litibus non impugnatur à Substituto.*

7 *Fideicommissarius consentiens alienationi per grauatum factæ, non potest amplius illam impugnare.*

8 *Transactio facta super iure quod quis ignorabat non subsistit, & quando. num. 10.*

9 *Transactio facta cum iuramento adimit facultatem transigenti probandi contrarium.*

10 *Transactio facta cum relatione ad testamentum, ac cum*

cum renunciatione omni legum auxilio satisfacit dispositioni, l.de his, C.de transact.

11 *Substitutus in casum alienationis ea secuta potest rem vindicare etiam non expectata morte alienantis.*

12 *Alienatione semel facta in causam dotis potest deindè res alienata in quemcumque transferri, & super num.2.*

13 *Dos legata in casu nuptiarum, cum gerundio,* maritandosi, *conditionem importat. & num.14,*

14 *Dos legata in casu nuptiarum non transmittitur ad hæredes, si pendente conditione Mulier decedat, & super num.13.*

15 *Nuptiarum conditio reijcitur à legato dotis, vbi illa succedit loco legitimæ.*

16 *Dos filiæ legata cum prohibitione quod amplius petere non possit prò portione legitimationæ videtur legata.*

17 *Dos ex statuto Vrbis non succedit loco legitimæ.*

18 *Dos delegata per Statutum cum reseruatione alimentorum antè nuptias non dicitur succedere loco legitimæ.*

19 *Dos legata, vt succedat loco legitimæ quid requiratur, & super à num.13. vbi materiam.*

20 *Voluntas Testatoris non elicitur à statuto ab intestato disponentis.*

Contra. num.21. & seq. vbi vide.

21 *Testator præsumitur se conformasse cum dispositione Statuti, etiam quod illud ab intestato procedat. & vide num. seq.*

22 *Conditio,*si sine filijs,*impedit purificationem vlterioris fideicommissi, donec spes extat successionis illius. & num.24.*

24 *Alienatam rem recuperare non potest fideicommissarius pendente conditione si sine filijs ipsius alienantis. & super num.23.*

25 *Fideicommissarius vocatus in duplici casu, scilicet si quis sine filijs decesserit, & in casum alienationis admittitur etiam pendente conditione alienatione secuta.*

26 *Prohibitio alienationis strictissimè facta admittit fideicommissarium ad bona alienata etiam pendente altera conditione, sub qua ille vocatus fuisset.*

DECISIO C.XXIII.

ALEXANDER de Cartulis legatis in Testamentis scutis mille Sebastianæ Vxori, ac dote Dorotheæ filiæ inuptæ, si nuberet,& Perpetuum agnatitium fideicommissum instituit ad fauorem Nicolai filij eiusque descendentium, quibus sine filijs decedentibus proprias filias Camillam, videlicet Dorotheam, ac Catharinam, ac descendentes ex eis substituit in stirpes postmodum verò, caput separatum prædictis omnibus substitutis, ac institutio interdixit quãcumque alienationem etiam large sumpto vocabolo pęna priuationis adiecta ipso iure, ac de facto per alienantem incurrenda.

Ex hoc fideicommisso, prius agnito Nicolaus institutus propriam legitimam separari obtinuit, ac deinde domum pariter fideicommisso suppositam liberè propriè Matri consignauit pro legato eidẽ à testatore relicto adhibito iuramento Camillæ substitutæ consensu præuio Iudicis decreto, & auctoritate Curatoris ab eadem præstito; Alteram quoque Domum, vti dotalem Dorotheæ Sororis vendidit Ambrosino, postquam ab eadem Dorothea hęreditario Iure transmissa fuerat ad Matrem autricem Nicolai, &c.

His alienationibus peractis, cum Camilla Nicolai Soror, ac eidem hæres substituta ad vtriusque Domus immissionem egisset coram me, eam hodie DD. ex hac ratione potissimũ denegarunt super Domo titulo trãsactionis alienata in Sebastianã Matrem, quod illa alienata fuit ex causa necessaria soluendo
1 legatum Testatoris, † nec ideò comprehensa sub pęna caducitatis contra alienantem imposita iuxta notata communiter per *DD.in l.filius fam. §.Diui il secondo, ff. de leg.1.* & ibi. *Iason in secunda lect. numer. 22. Rip.numer.24. & in leg.71. §.Prædium, ff.de leg.2. Pereg. de fideicomm. art.39. nu.18. Intrigl.de subbastan. cent.3.quæst.73.nu.417. Surd. decis.62.num.21. Rota in Romana fideicomm. de Alberinis 8. Aprilis 1647. in §. alteram verò caducitatem coram R. P. D. meo Otthobono,* & deindè
2 vti semel effecta alienabilis † in Ambrosium, quamuis extraneum distrahi potuit impunè iuxtà *text.in leg.cum pater, §.quindecim, ff.de leg.3. Fontanell.de pact.nupt. claus.5. gloss.1.part.2.nu.49. & 50.* cum sub propria alienationis specie
3 non cõprehendatur, † sed præcedentis executio reputatur,vt aduertit idem *Fontanell. eodem num.50. Rosental. de feud. cap.4. conclus.21. num.1. Surd. cons.105. num.12. & decis.9. num.10. Rota in Romana Successionis 14.Iunij 1630. coram bon. memoriæ Merlino.*

Neque eius alienationis necessitas excluditur ex testamẽto prius per Sebastianam remedio, *Auth.Præterea,C.vndè vir.& vxor in bonis viri præ mortui dodrantẽ attribuentis vxori,* & ex reportata in eadem causa assignatione domus controuersæ in solo vsufructu, qua de causa, à petitione legati in Testamento excludebatur, nec ideò eiusdem Domus proprietatem consequi poterat.

Quia præterquam eadem Sebastiana petitioni dodranti, ac sententiæ in eius executionem reportatæ renũciauerat,ex ipsius anhtenticæ dispositione,nec à consecutione dodran-
4 tis excludebatur propter legatum, † in quartam tamen imputandum, vt ibidem *Sancitur in fine,* & in §. *quoniam verò, vers. si tamen legato, Auth. exhibend. Reis, Rota in Romana Successionis, quartæ 22.Maij 1609. coram Mazzanedo post Pacif. decis.174. num.25.*

Neque vrget replicatio, quod legatum post obitum Sebastianæ pro rata scut.500. ad fideicommissum reuerti debuerat,ex ipsa lege Te-
5 stamẽti, † cuius id circò proprietas citrà penæ incursum distrahi non potuit, vel liberè Sebastianæ Matri per transactionem assignari, vt notant *DD. in l.filius famil. §. Diuus, ff. de leg.1. Fusar. de subst. quæst.718. num.1.*

Cum enim facta fuisset assignatio per Nicolaum ex titulo transactionis initæ cum Matre pro extinguendis litibus occasione Testamenti contra se tum ciuilirer,tum ctiminaliter excitatis,talis propterea trãsactio bona fide peracta
6 nec †impugnari,nec retractari potest à Camilla

la substituta, vt notant *DD. communiter in l.cum hæreditas, ff.ad Trebell. Pereg.de fideicomm. art.52. nu.88. Fusar.de subst. qu.562.nu.2.& 708.& nu.10. & 12. Rota in Romana Census* 10. *Februarij* 1645. *in §. nec dici potest, cum seq.* & 18. *Maij sequentis anni in §. vltim. coram R.P.D. meo Meltio*, dum ipsa maximè pro suo quocumque iure, & necesse sub sacramento, ac præuiis solemnitatibus statutarijs eidem alienationi consensit,
7 cum † talis consensus eodem pacto illam excludat, ac distractio præiudicium intulit Nicolao, iuxtà *text. in l. quoties ab omnibus, C. de fideicmom.* & notant ibi *DD. communiter gloss. in l.quoniam, C. de Hæretic. in verbo introducere, Bart. in l.si fundum per fideicomissum, ff.de leg.1.nu.1.& 3. Castrens. in auct. res.ā. num.2. Iason nu.2.in 9. limit. C.communia de leg. Peregr.de fideicom.art.40.nu.67. & 82. Fusar. de subhast. quæst.318. num.117.*

Neque suffragari poterit Camillæ ad euitandam pęnam caducitatis vel defectus proximorum pro validitate contractus à statuto requisitus, ac deindè deductus, quod eiusdem mariti
8 tus non interfuit, vel ignorans Iuris sibi† cōpetentis nullitatem actus inducens ex dispositione *Text. in l. de his, ff.de tractat.*

Prima enim nullitas remouetur ex assertio-
9 ne iurata, † quod nulli transigentium comprobandi cōtrarium in Camillam impugnantem transactionem, vt tradit *Curtius in l.1. num.22. C. vndè vir. & vxor. Tiraqu. ad l. conub. gloss.* 8. *num.51. circa med.* & respondit *Rota coram Greg. decis.406.num.6. & in decisis* 103. *numer.6. part.3. recentior.* & in *Romana nullitatis contractus* 27. *Iunij* 1611. *coram Sanctiss. D.N.* & in *Romana fideiussionis* 2. *Iunij* 1614. *coram ben.mem. Pirouano*, & in *Senogallien. Prædij* 5. *Iunij* 1617. *coram Andrea*.

Altera quoque nullitas, excluditur, ex habita relatione dispositionis Testamentariæ in Instrumento transactionis, ac præstito per Camillam iurato consensu pro suo quocunque Iure cum renunciatione omni legum au-
10 xilio; † Ex quibus dispositioni eiusdem legis satisfactum esse censetur, ac scientia iuris renunciati arguitur, quæ satis est, vt saltem intellectualiter, ac per oculos mentis innotescāt vt latè probant *Peregr.de fideicom. art.22.num.49. Fusar. de subst.quæst.594. numer.16.* & respondit *Rota in Bonon. fideicom. de Vizzanis* 15. *Iunij* 1643 & 15. *Iunij sequentis anni coram R.P.D.meo Bichio.*

Super altera verò domo per Nicolaum distracta sine causa Camillæ nunc solum superstiti, ac in eum casum substitutæ immissio-
11 nem Domini decreuerunt, itaut eadem vindicare possit, non expectata morte alienantis, iuxtà dispositionem *Text. in l. filius famil.§.cum Pater, ff.de leg. primo, & l.vnum ex familia, §.sed si vno, ff.de leg.2.* & ex his alijsque Iuribus firmat *Peregr.de fideicomm. art.14. num.8. Fusar. de subst. quæst.554. num.9. Rota decis.22. nu.2.& 3. part.1. diuers. & 231. num.4. part.1. recent.* & in *Romana Vineæ* 29. *Maij* 1634. *coram R.P.D. meo Ghisilerio.*

Neque pro iuxtà alienandi causa deseruit, quod Domus assignata fuerat Dorotheæ filiæ Testatoris pro sua Dote legata in Testamento, postmodum verò mediante persona Matris in Nicolaum eiusdem hæredem transierit, à
12 quo † id circò impune Ambrosium distrahi potuit, vt notant *DD. communiter in cap.2. post gloss. de feud.* & latè discutit *Fusar. de subst. quæst.721. num.1.*

Quia dos legata fuerat Dorotheæ sub gerun-
13 dio, † *maritandosi*, nuptiarum conditione importante, vt probat *Text. in l.si tu ex parte, ff.de acq. hæred. in fine*; vbi *Bart. num.1. Angel. nu.* . . *Bald. in cons.267. num.4. lib.5. Castrens. cons.463. num.2. l.2. Dec. cons.433.num.6.* & alij plures relati per *Menoch. de præsumpt. lib.4. præsumpt.146. num.2. & 3.* adeòque transmitti non potuit ad suos hæredes, dum pendente ista conditione decessit; *l. sed, & si plures ff. de vulg. & pupill. l.penult. C.de impub.& alijs subst. l.quoniam in prioribus, C.de inoffic.Testam.* notat *Bart.in l.Titio centum, §.Titio generi n.2.in fin. ff.de cond.& demonstr. Castrens. num.7. Bald. in anted. cons.* 267. *numer.3. Bald. nouell. de dote 6.parte priuil. 76. num.2. Menoch. eadem præsumpt.146. num.46.*

Et licet hæc nuptiarum conditio reijciatur à dotis legato, quoties dos ipsa succedit loco
15 legitimæ, † statim tunc post Testatoris obitum persoluendæ, iuxtà notata per *DD.in l.vltima, §.filiæ, ff.de leg.2.* ibique per *Bart. & Castr. nu.1. Bald.in l.quoniam nouella, C.de in offic.Testam. num.8. Salicet. nu.3. Merlin.de legit. lib.3. quæst.8. numer.41. Rota coram Buratt. decis.215. numer.10.*
16 successiuè verò videatur hoc casu, † quo Testator institutionis iure Dorotheæ filiæ eadem legauit sub expressa prohibitione, vt nil aliud prætendere posset iuxtà *cons. Honded.53. nu.12. lib.2. Menoch.* 251. *numer.40. lib.3.* & in *tract. de præsumpt.lib.4.præsumpt.146.nu.45. Card.Mantic. de coniect. vltim.vol. lib.11. tit.23. num.21. & 22. Moder. Mantic. controu. forens. controu.72.num.25. & 29. Rot. coram Seraph. decis.959. num.3.*

Hanc tamen dotem sub nuptiarum conditione legatam legitimæ naturam non assumere
17 DD. consueuerunt, † quia sub eadem conditione ab Vrbis Statuto reseruata censetur, nec tamen succedit loco legitimæ, vt respondit *Rota dec.538.coram Eminent. Card.Verosp.impressa par.1.& dec.405.& in Tiburtina hæreditatis 13. Februarij 1634.coram eodem in §.& licet eiusdem filiabus*, cuius dispositioni Statuti Testatorem se confirmare voluisse præsumitur postquam alimenta Dorotheę filiæ reseruauit antequam nuberet, prout in terminis dotis delatæ per
18 Statutum † cum reseruatione alimentorum ante nuptias. quod tunc illa legitimæ loco non succedat notat *Salicet. in l. sancimus num.5. C.de nupt. Decian. cons.86. num.9. lib.5. Abb. consil.92. num.3. lib.2. Card.Mantic.de coniect. lib.11. tit.23. num.37. Albert. Brun. in tract. quod stantibus masculis art.11.nu.29. Albert.de Rosat.in 2.par. Stat. quæst.104. num.17.* contrarium firmantes in dote simpliciter reseruata absque alimentis, tum quia nec ipsam instituit in quota, nec sub expresso Iure legitimæ eamdem dotem legauit prout ex his alterum fore necessarium,
19 vt † dos Institutionis, *titulo relicta*, succedat loco legitimæ, notat *Honded. cons.* 3. *num.25. lib.2. Cephal. consil.145.num.23. Gabr. consil.140. num.8. & 9. Rota coram Gregor. decis.565. num.9.* & in *Romana dotis* 9. *Decemb.*1643. *coram R.P.D. Ca-*

Carillo, & in Romana hæreditatis de Fabijs 19. Iunij eiusdem anni in §. secundus est coram Reuer. P. D. meo Bichio.

Neque vrget, quod Alexander Pater Dorotheæ, condito Testamento decesserit eius idcir-
20 cò voluntas elici non possit † ex dispositione Statuti Vrbis solum ab intestato procedentis, non autem condito Testamento, vt notat *Angel. in l. filiæ dotem C. de collat. Soccin. Sens. cons. 150. num. 32. lib. 1. Bald. in l. quicumq; num. 13. C. de seruis fugit. Rota coram Caualer. decis. 256. num. 7.*

Contrariam enim sententiam frequentiori
21 DD. calculo veriorem, ac magis communem in terminis huius stat. Vrbis asserit *Maresc. var. lib. 2. cap. 81. num. 3.* & amplexa fuit *Rota coram Seraph. decis. 885. num. 1. & in Romana supplementi legitimæ 8. Maij 1593. & 8. Februarij 1595. coram Card. Arrigonio inter impressas post tract. Merlino de legitima decis. 36. & 72. vtrobique num. 1. & in Romana census de Mutis 24. Maij 1629. coram bo. mem. Coccino, & in adducta Tiburtina hæreditatis 13. Februar. 1634. coram Eminentissimo D. Card. Verospio*
22 *in §. neque obstante visum fuit* † Auctoritates verò in contrarium superius adductæ procedere possent, si iuxta voluntatem Patris petat admitti filia per Stat. exclusa, secus verò, dum contra eius volontatem ad eiusdem hæreditatem aspirat, *vt notant DD. in l. vltim. C. de pact. ibique Bart. num. 3. Iason. numer. 20. Bald. in l. quicumque num. 13. C. de seruis fugit. Tiraquell. in l. si unquam in verb. suscepit liberos n. 128. C. de reu. don. Rot. decis. 449. num. 2. p. 4. diu. coram Greg. decis. 358. num. 4.*

Non obstat, quod in fideicommisso controuerso Nicolai filij fuerint eidē immediatè sub-
23 stituti. quorum idcircò spes dum† adhuc existit purificationem fideicommissi fauore Camillæ deindè substitutæ excludit, vt respondit *Rota in decis. 595. num. 1. p. 1. recent.* quo perindè
24 admitti non potest ad recuperandam† alienata, donec conditio filiorum Nicolai deficiat, vt firmat *eadem decis. 595. eodem num. 1.*

Duplex enim fuerat à Testatore fideicommissum institutum, alterum in casum mortis, alterum verò per caput separatum in casum alienationis; Vndè licèt ex primo fideicommisso admitti non posśit Camilla, non purificata adhuc conditione defectus filiorum Nicolai, poterit tamen eadem conditione pendēte ex altero fideicommisso alienata reuocare, vt in terminis fideicommissi sub conditione pro-
25 hibitione alienationis concepti, † quod extantes de tempore purificatæ conditionis admittantur non expleta cæterorum filiorum natiuitate, probat *text. in l. interuenit ff. de legat. 1. Menoch. cons. 413. num. 33. & 1118. num. 13. Panzirol. cons. 157. num. 14. vers. his tamen non obstat Castr. cons. 16. num. 5. lib. 2.* & alij plures relati *per Fusar. de subst. q. 318. num. 12. Rota decis. 38. num. 1. part. 1. diuers.* attenta voluntate fideicommittentis elicita ex pluribus coniecturis præsertim ponderatis ab informationibus, ac indè præcipuè resultante, quod ipso facto, ac iure alienantem
26 à sua † voluit hæreditate priuatum, vt ponderauit *Menoch. in cons. 413. num. 33. §. 8.* in specie nostri casus sequēdo doctrinam *Castr. in cons. 16 numer. 5. lib. 2. Natt. consil. 675. num. 1. cum seqq.* quæ sanè contraria voluntas Testatoris deferendi ipso iure obseruantibus alienata nō militat in casu decisionis superius in contrarium adductæ, vt patet *num. 2.* ponderantis vocationem in casu alienationis verbis testamēti fuisse conformem, & quo vocati fuerant in casu alienationis ordine prędicto antea in casu mortis expresso.

Et ita vtraq; parte informante decisum, &c.

R. P. D. ARGVELLES.

Anconitana Dotis.

Veneris 24. Nouembris 1647.

ARGVMENTVM.

Dotis confessio facta à marito constante matrimonio, quando probet, & quando non. Testes singulares, quando admittantur, & quando non. Ex traductione pecuniæ ad domum mariti, an probetur numeratio dotis.

SVMMARIVM.

1 *Sententia ne transeat in iudicatum operatur iniustitia.*

2 *Dos non probatur ex confessione facta à marito constante matrimonio, si non adsit præcedens promissio.*

3 *Dotis confessio, quando probet ipsius traditionem, & numerationem dotis.*

4 *Confessio partis probat contra hæredem eius, & successores.*

5 *Testes singulares regulariter non probant.*

6 *Testes singulares licet non probent tamen possunt adminiculare principalem probationem.*

7 *Testes singulares admittuntur in materia, in qua admittuntur adminicula, & præsumptiones.*

8 *Testium depositiones, quæ sunt magis verisimiles maioris sunt fidei.*

9 *Dotis solutiones factæ diuersis temporibus, ac diuersimodè factæ, ex vna non arguitur ad alias.*

10 *Limita hoc, si ex eadem origine, & causa dotis tendant ad eundem effectum.*

11 *Confessio de dote recepta facta à marito, quando noceat etiam hæredibus. & num. 12.*

13 *Testes non probant numerationem dotis, si probant pecuniam fuisse asportatam ad domum sponsi.*

DECISIO CXXIV.

NON constare de Re iudicata, sed potius constare de causis restitutionis in integrum sub die 17. Iunij proximè præteriti decisum fuit non acquiesc entes Domini de Fanellis obtinuerūt iterum audiri, sed hodie repropośita causa super ijsdem, nihil contra decisionem attulerunt: Imò, nec curarunt informare, & ideò Domini in eadem sententia persisterunt ex ijsdem fundamentis, & maximè ex capite iniustitiæ, quæ impedit, quod sen-
1 tentia † numquam transeant in rem iudicatam *& vltra allegatos in præterita decis. in §. Sed quidquid sit, &c. tradunt Felin. in cap. inter cæteros nu. 10.*

de re iudic. Surd.cons.61.n.52. & seq. & cons. 354. num. 14. Cæs.de Graff. decis.3. num.3. de reb. Eccl. non alien. & decis.2. num.8. de solut. Rota diuers. decis.427. num. 6. par.3. decis. 317. coram San. mem. Gregor. XV. vbi plures, & aliæ in Romana hæreditatis 14. Decembis 1646. §. Primo in fine coram me.

Iniustitia euidēs visa fuit resultare ex instrumento nouiter exhibito confessionis receptæ integræ dotis scutorum quatuor millium factæ à Hieronymo olim viro Franciscæ, quod licet tamquam factum constante matrimonio
2 absque præcedente † promissione non probet veram, & realem dotis numerationem, *ex allegatis in duabus decisionibus huius causæ coram bon. mem. Buccabella, quæ sunt 259. & 290. inter impressas par.6. recent.* Attamen conclusio procedit, quando huiusmodi confessio nullis coniecturis, aut adminiculis corroboratur, secus autem quando hęc concurrunt ad corroboratio-
3 nem, † quia tunc plenam, & concludentem facit probationem, *vt tenent Bald. in rubric. C. de priuil. dot. num. 4. Soccin. cons.82. num.3. vers. pro quibus facit, &c. lib.3. Couar.var. lib.1.cap.7. nu.6. §.sic ex confessione &c. Becc.cons.227.num.28. vers. diuersum est tamen, &c. Gratian.decis. Marchiæ 103. num.19. vers. præterea, Surd. cons.489.num.7. Bardell. cons. 196. numer. 3. vers. tolliturq; omnis &c. lib.2. Reuerendiss. Vrgellen. decis. 347. sub numer.1. vers. ex quibus, &c. Sanctæ memoriæ Gregorius XV. decision. 62. per totum, & decision. 188. numer. 7. vers.& licet confessio &c. Rota rec. decis. 127.num.2. decis.250. num.4.p.3.decis.24.num.3.decis.335.n.2. par.6.& decis.160. num.7. p.7. vbi aliæ, & in præterita decis. huius causæ §. quam opinionem, &c.& sequen. coram me, vbi plures, & efficaces enumerantur coniecturæ, & adminicula suaden. dictam confessionem non esse simulatam, nec fraudulentam, sed veram, & realem.*

Et maximè cum ista confessio in præsenti non adducatur contra tertios, aut contra Creditores, sed contra Fanellos hæredes & succes-
4 sores Hieronymi † confitentis, contra quos cōfessio iurata auctores plenè, & concludenter probat numerationem ad effectum restitutionis. *Aym. cons.40. per tot. Castren. cons.383. nu.2. vers. an autem, lib.2. Afflict. decis.492. nu.9.& seq. Rota post Pacif. d. Saluiano decis.98.num.8.cum alijs allegatis in præterita decisione in §. & potissimè cum agatur &c.quibus addi possent Rota in Maceraten.pecuniaria 14. Iunij 1641. coram bon. mem. Merlino, vbi quod contra hæredes confitentis confessio cū aliqua parua coniectura exuberat, & in Tolentina dotis 17. Martij 1642. coram Reuerendiss. D. meo Dunozet. Decano.*

Non obstant, quod Testes adducti sint sin-
5 gulares, † qui regulariter non probant, *c. licet causam 9. ibique Glossa in verbo singulare, de probation.*
6 Quia prædicti testes afferuntur † non ad probandam, sed ad adminiculandam confessionē in instrumento iurato factam à Hieronymo. Ideò etiam Testis vnicus, & singularis admittitur in hac materia, in qua sufficiunt admi-
7 nicula, & præsumptiones, *Couar.var.d.lib.2.c.7. num. 6. §.sic ex confessione, &c. ad finem vers.item, & illud, si vltra Mariti confessionem, &c. Gratian.d.decis. March.103. num.21. vers.& in specie, &c. & n.24. vbi ponderat specificationem qualitatis,* rerum, & pecuniarum per eosdem Testes in casu isto fa-
8 ctam, quę magis † verisimiles, & maioris fidei dignas reddit Testium depositiones, *Buratt. decis.193.num.5. & in fortioribus terminis Rota dec.87. num.12. par.6. recent. vbi quod stantibus præsumptionibus probatio etiam per vnicum Testem est sufficiens ex Bald. & alijs ibidem allegatis,* & dictum fuit *in præterita decis. §. Coniectura, &c.*

Minus refert, quod solutiones diuersis temporibus, diuersis summis, & diuersimodæ fa-
9 ctæ fuerint † ac propterea ex iustificatione vnius partitæ, inferri non possit ad verificationem alterius, *vt post alios ponderat Rimin.iun. consil. 132. num. 18. & cons.489. num. 33. & Pacian. de prob. lib. 1. cap.26. numer. 22. vers. Non defecerunt, &c.*

Quia cum proueniant ex eadem origine, & causa dotis, tendant ad eumdem finem, ad inuicem sint connexæ, & vnicum negocium
10 constituant, † Ideo ex verificatione plurium maiorum partem continentium benè inducitur iustificatio, & veritas omnium, & sic etiam veritas totius confessionis vnico contextu, & instrumento emanatæ, vt optimè *Menoch. lib. 3. Præsump. 63. per totum in puncto numer. 3. & confert glossa in l. eum actum 18. in princ. in verbo non possit, vers. & sic dicitur ff. de neg.gest.& idem Menoch.de arbitr.casu 97. sub numero 5. vers. Dicitur etiam connexum, &c. Reuerendiss. Vrgellen. dec. s.368. num.13. vers. ex quo enim,*
11 *&c.* Et quod vna parte Dotis soluta † tota præsumatur realitèr soluta, & numerata, taliter, quod tunc confessio de recepta dote à Marito facta noceat non solum ipsi, & eius hæredibus quod sufficit in nostro casu, & firmarunt Do-
12 mini, tàm in præterita, quàm in præsenti decisione) tenuerunt multi congesti à *Staiban. resol.3. num.33. & faciunt tradita per Surd.cum alys ab eo citatis decis.336. num.11. vbi quod consignatio in parte vera, in totum præsumitur vera.*

Non etiam obstat, quod hi testes probant quidem crumenas illas, & suppellectilia fuisse
13 ad † Mariti Domum traducta, sed non tradita. Huic enim argumentationi in præterita fuit responsum, & facit *optimus textus in l. si ego 9. §. Cæterum 3. vers. Planè &c.* antè mediū, &c. *ibi, quod enim interest inferantur volente eo in Domū eius an ei tradantur ff. de iure dot. per quem ita tenet Mantic. de tacit. lib.12. tit.10. nu.1. vers. item quod dicit &c. facit tex. in l. Pecunia 79.* in finalibus *verbis ibi, & quodammodo manu longa tradita existimanda est ff. de solut. l.1. §. finali ff. Naut. cap. & stabular. ibi: hoc ipso, quod in nauem missæ sunt receptæ videntur, &c.* vbi rectè *Anton. Faber. si illatas scierit, aut scire potuerit, sic Accursium ibi interpretando.*

Et ita, &c. vna, &c.



R.P.D.

R. P. D. CORRADO,
Postea S. Romanæ Ecclesiæ CARDINALI.
Prænestina Dotis.
Veneris 29. Nouembris 1647.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum pro maritandis descēdentibus alienari non potest,quando adsunt bona libera etiamsi fideicommittens mandasset fœminas congruè dotari.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum pro dotibus tunc alienari potest,quādo bona libera deficiant.*
2 *Quod intellige verum si mulier non fuerit congruè de bonis liberis dotata, vel dotari potuit. num. 2.*
3 *Fideicommissum pro dote alienari non potest extantibus bonis liberis, etiamsi testator mandasset fœminas dotari. & num. 4. & 6.*
5 *Quod fortius procedit si fœminæ dotandæ natæ non essent tempore testamenti. num. 5.*
7 *Fideicommittens mandans dotari fœminas non dicitur quid superfluum ordinare.*
8 *Verba testamenti per futurum concepta comprehendunt tam neptes, quàm vlteriores descendentes.*
9 *Testator relicta filijs legitima de reliquo potest ad libitum disponere.*
10 *Verba*, congruè dotari, *à fideicommittente prolata non important,quod dos sit detrahenda à fideicommisso.*
11 *Legitima nullo onere potest grauari.*
12 *Onus dotandi filias spectat ad Patrem habentem bona libera, non ad auum.*
13 *Iura cedere non potest, qui ea non habet.*
14 *Iura, quæ cedere non licet recipere, & retineri non possunt.*

DECISIO CXXV.

DEFVNCTO Curtio Castruccio Prænestino nullis superstitibus descendentibus masculis, sed Olympia tantùm filia fœmina, instabant Canonici Ecclesiæ Sancti Agabiti pro restitutione fideicommissi ordinati à Cæsare illius Patre, qui eidem hæredi vniuersali instituto decedenti sine filijs legitimis,& naturalibus masculis substituit dictam Ecclesiam, & Capitulum; Verùm quia idem Testator mandauit,quod *existētibus filiabus fœminis ex dicto Curtio oriundis congruè dotentur, &c.* Ideòque prætendebatur detractio Dotis ipsius Olympiæ in summa scutorum duorum millium tercentorum à Curtio iam constitutæ,& arbitrali Doctissimorum Virorū iudicio laudatę; Propterea appellationis, seu reductionis instantia mihi commissa dubitaui, An, & pro qua summa sit detrahenda. Et Domini responderunt,Nihil esse ob eam causam ex bonis Cæsaris fideicommisso subiectis detrahendum.

Quia ex probationibus Rotæ exhibitis constat præfatum Curtium Olympiæ patrem plura possedisse bona libera notabilis valoris, quibus cōgruè potuit filiam dotare, prout re ipsa illam dotauit de annno 1626. quo nuptui tradita fuit Petro Antonio Fantono; Ideòque modò ex fideicommisso deduci nequit; Hoc
1 enim tunc demùm permittitur † quando bona libera honestę Dotis constitutioni congruentia deficiunt vt habetur, *in l. mulier §. cum proponeretur ff. ad S.C. Trebel.* Et deciditur *in Auth de Restit. & ea, quæ parit. &c. in §. quamobrem*, vndè sumpta fuit *Auth. Res, quæ Cod. com. de legat.* ibiquè notant communitèr Scribentes, *Rota decis. 737. par. 1. diuers. & pœnès bon. mem. Card. Mantic. decis. 329. san. mem. Greg. decis. 266. num. 9. versic. Tum quia dispositio, &c. & seqq. & decis. 543. nu. 2. vers. Et tamen ibique Adden. Buratt. decis. 641. nu. 1. vers. & dotes, & in recen. decis. 164. n. 1. vers. similiter, & seq. Menoch. præs. 189. num. 8. vers. Præmitto etiam, & num. 22. vers. secundus est casus lib. 4. Peregr. de fideicom. art. 42. num. 66. vers. redeo ad text. & seqq. & alij relati per Modern. Brixien. de substit. quæst. 531. num. 121. vers. limitatur vndecimo, &c.*
2 Non autem quando mulier iam† fuit congrue dotata, vel dotari potuit ex bonis liberis, *Bart. cons. 131. Primo arguitur lib. 1. Ruin. cons. 138. n. 11. vers. & dicit, &c. lib. 2. Peregr. d. art. 42. nu. 40. vers. intellige. Peguer. decis. 116. num. 8. vers. quid, &c. & seq.*

Nec visa fuit Dominis attendenda limitatio ex eo deducta,quod Testator facta substitutione madauerit fœminas dotari,quo casu ex bonis illius absolutè prǽstandam nō habita aliorum ratione DD. plures existimarunt.

Nā contraria opinio verior est,ac receptior prǽsertim in terminis propositi casus, in quo agitur de fęminis vlterioris gradus post mortem Testatoris progenitis, nec specialiter ho-
3 noratis;† Quia eiusmodi dispositio, siue ex naturali dictamine, siue ex legis prǽcepto, cui regulariter censetur Testator ita disponens parere voluisse, metienda sit; in eo sanè casu intelligi debet, quo lex ipsa id fieri iubet, ac naturale parentum votum interpretatur, scilicet vbi paternę, vel alię liberę mulieri non suppetunt facultates, vt respondit *I.C. in d.l. mulier §. cum proponeretur, ibi, quod si tantos fructus ex hæreditate mulier perceperit, vt indè possit doti satisfieri, dicendum est potius fructibus hoc expensum ferendum, quam fideicommisso, &c. ff. ad S.C. Trebell.* & sancitum est *in dicto §. quamobrem, ibi, deinde ex reliqua substantia parte si non suffecerit legitima pars ad Dotis, aut antenuptialis donationis oblationem honestè, & secundum personarum qualitatem, & merita, excipere etiam hoc ad restitutionem secundum quod adiectū legitimæ parti Dotem, aut antenuptialem facit donationem, &c.* & *in d. Auth. Res, quæ, ibi, Sed si liberis portio legitima non sufficit ad dotis, siue donationis propter nuptias obligationem permittitur res prædictas in eam causam alienare, vel obligare pro modo honestati personarum congruo, &c. C. comm. de legat.* Nullaq; potest constanti ratione suaderi prudentē virum,qui omnia bona fideicōmisso prædicto expresse subiecit, eadem voluisse absq; vrgenti necessitatis causa in dotem fœminarum cō-
4 uerti; † Quare sententiam hanc magis consentaneam rationi,legi,ac æquitati probarunt melius *Castr. in cons. 64. Licet plura quærantur sub numer. 4. vers. quinto loco lib. 2. Bero. cons. 116. à nu. 14.*

uerſ.quintum ex præmiſſis inſurgit dubium , & ſeqq.
lib.2. Rub. Alexandrin. conſ.124. ſub n.3. verſ. Præ-
miſſis tamen, & ſimilibus von obſtantibus, & ſeq. Al-
ciat. conſ.96. ſub num.4.verſ.quia ceſſat ratio,& ſeq.
lib.9. Marz. de fideicom. quæſt. 48. verſ. An autem
diſpoſitio d. Auth. Petr.de fideicom. quæſt.8. num.47.
verſ.trigeſimo octauo quæritur . Cephal. conſ. 105.ſub
num.12. verſ. ſed tamen præmiſſis non obſtantibus , &
ſeqq. vſque ad fin. idem confirmans *conſ. 485. nu-*
mer.62.uerſ.nec dicatur,& ſeqq. quando neptes nō
5 erant natæ tempore Teſtamenti , † nec cogni-
tæ Teſtatori, *Molin.de Primog.lib.4.cap.7.numer.2.*
uerſ.quibus adijcienda ſunt,& ſeq.Menoch. conſ.704.
ſub num.16. uerſ.immò etiam ſi teſtator,ac ſeq. & cōſ.
736.ſub num.20.uerſ.Atque ita intelligi, & declarari
debet,&c. & conſ. 852. ſub num. 1. uerſ. quæ quidem
traditio,ac ſeq.per tot. vbi dicit hanc veram,& re-
ceptam DD. ſententiam. *Præt.de interpretat. ult.*
uolunt.fol.437. à num.14. uerſ. Aut & tertio ac ſeqq.
Peregr.de fideicom.d.art.42.ſub num.76. uerſ.Verum,
&c. dicens ita iudicatum; Hancq; ſæpius pro-
bauit *Rota in deciſ.526. ſub num.8.uerſ.& ita etiam*
hoc caſu , & deciſ.706. numer. 1. uerſ. alia ratione,
ac ſeq.par.1.diuerſ.& pœnès Card.Seraph.deciſ.440.
num.3.uerſ.Alia ratione,& ſeq.ac in Roman.Dotis 12.
Nouembris 1599.coram bon.mem. Card.Mellin.apud
Modern.Foroliuien. de legitim.deciſ.124.num.1. uerſ.
Cum enim, & in Romana Ceſus de Mutis 12.Decem-
bris 1614. coram bon.mem. Coccin.& penes Reueren-
diſſ. Vrgellen.deciſ.82. num.15. uerſ. & fortius,ac in
Recent. deciſ.77. num.8. uerſ. quod procedit par.5.&
deciſ.49.ſub num.7. uerſ.cum itaque & ſeq.par.6. &
in Roman. Saluian. de Caſalib. 11. Martij 1643. in
§. Reſponſum fuit uerſ.Huiuſmodi tamen diſpoſitiones
& 4. Maij 1644. in §. nec facit coram R. P. D. meo
Peutingerio . Modern.Brixien.de ſubſtitut. quæſt.521.
6 *num.129. uerſ.Contrariam ſententiam, &c.* † dicens
hanc veriorem, & tutiorem, nec ab ea in iudi-
cando,& conſulendo recedendum,*& conſ.117.*
num.2. uerſ. ſecunda ſit concluſio , &c. dicens in fi-
ne ſemper vidiſſe hanc in iudicijs fuiſſe appro-
batam, *& in conſ.161.num.11. uerſ. etenim,&c.*di-
cit hanc veriorem , & magis communem ; ac
in praxi receptam , & alij relati *per Modern. Pi-*
ſauren. de imputat. quæſt.22.ſub num.6.uerſic.quintus
eſt caſus,& per d.Modern.Foroliuien.de Legitim.lib.2
tit.2.quæſt.12.num.3. uerſ Contraria autem ſententia,
&c. cum. ſeqq.

Nec ideò tanquam inutilis, atque ſuperflua
7 redargui poteſt ; † Quia dum explicitam præ-
ſefert declarationem voluntatis Teſtatoris plu-
res remouet difficultates, ac cōtrouerſias,quas
ſeriò excitarunt in hac materia DD. ſuper in-
terpretatione præſumptæ ex prædicta legis di-
ſpoſitione approbatæ , vt benè reſpondit *Bero.*
dicto conſ 116 ſub num.10.uerſ.Præterea & ſeq. lib.
2. [illegible] Seraphin d.deciſ.440. ſub num. 4. uerſ.
[illegible] ea,&c. & uerſ. Item an habeat locum , ac
[illegible] Reuerendiſſ. Vrgellen. deciſ.126. num.23.uerſ.
[illegible] utile, ac ſeq.

[illegible] mus viſæ fuerunt Dominis releuantes ad-
[illegible] æ coniecturæ ad conuincendam contrariā
fideicommittentis voluntatem .

Prima ſiquidem , quia prædicta diſpoſi-
tio ſolas Curtij filias Teſtatoris neptes reſpi-
ciat,non autem vlteriores deſcendentes,ideòq;
ex earum dotatione,non adeò facilè fideicom-
miſſum exhauriri poſſit; Eliditur prorſus non
ſolum ex eo,quod teſtamenti verba in futurū,
8 ac incertum tempus prolata , † tam reſpectu
filiorum Curtij maſculorum in conditione
poſitorum , quàm fœminarum dotandarum
ſunt apta comprehendere neptes , atque vlte-
riores deſcendentes, *Rot.penès Put. deciſ. 256. ſub*
num.5. uerſ.& pro parte affirmatiua lib.2.ac in recen.
deciſ.162.num.1. uerſ.undè cum defecerit par.6.& in
his terminis fuit dictum *in Roman. Dotis 13.Fe-*
bruarij 1640.coram Eminentiſſ. D.meo Cardin.Pan-
zirolo in §.quod autem Teſtatoris mens extendatur, &
in §. ponderabatur ulterius ; Verum etiam quia
eadem viget in vtroque caſu præcipua huius
concluſionis ratio ſuperius adducta,quę ex po-
ſteriori contingentia non immutatur,cum etiā
tot potuiſſet Curtius filias fœminas ſuſcipere,
quarum dotes vniuerſum abſumpſiſſent fidei-
commiſſum; quod iam hæc ſola pro maiori
ferè parte prætendit euertere .

Altera pariter, quod dos reſeruata per Te-
ſtatorem cenſeatur fœminis ab vniuerſali ſuc-
ceſſione excluſis in recompenſationem iniuriæ
ipſis illatæ *contr.l.maximum uitium C.de liber.præ-*
ter. Verè non applicatur(cæteris prætermiſſis)
fœminis vlterioris gradus, quarum patri tunc
ſupetſtiti, primumque locum in ſucceſſione
obtinenti, dum Teſtator legitimam portionē
9 inſtitutionis iure reliquit † de alijs vtique eius
bonis abſque vlla earum iniuria pro libito di-
ſponere potuit, *l.Papinianus §.quoniam autem ff.de*
inoffic.teſtam.l.parentibus C.eod.tit.§.Aliud quoq; ca-
pitulum,ubi gloſſ.in uerb.præterire in Auth.Vt cum de
Appellat.cognoſc.Socc.Iun. conſ.79.ſub num.41.uerſ.
quia Auus lib.3.Crau.conſ.856.num.23. uerſ. A nu-
da uerò patris uoluntate. Honded.conſil. 89. num. 14.
*uerſ.cum permiſſum ſit patri,&c.lib.1.cū uulg.*ideòq;
meritò nullius eſt conſiderationis pœnès DD.
ſupra citatos, qui loquuntur de fideicommiſ-
ſis fauore maſculorum, excluſis fœminis , or-
dinatis .

Alia verò, quod Teſtator mādauerit fœmi-
nas congruè dotari . Non vrget , quia verba
huiuſmodi non important , quod ipſa Dos ex
bonis fideicommiſſo ſubiectis abſolutè conſti-
10 tui debeat , ſed potius † quod deficientibus li-
beris ad congruum vſque modum, ex his ſup-
pleri poſſit iuxta formam à lege eiſdem ferè
verbis præſcriptam *in d. §. quamobrem , ibi, ho-*
neſtè, & ſecundum perſonarum qualitatem, & merita,
&c. ſi non ſuffecerit legitima pars ad Dotis , aut ante-
nuptialis donationis oblationem honeſtè , & ſecundum
perſonarum qualitatem, & merita,&c.ex reliqua ſub-
ſtantiæ parte, &c. excipere, &c. & ibi gloſſ.in uerb.ſi
non ſuffecerit,&c. & in uerb.adiectum , &c. & in d.
Auth. Res,quæ, ibi, *ſi non ſufficit,permittitur res præ-*
dictas alienare pro modo honeſtati perſonarum congruo
&c. ibique gloſſ. in uerb . obligationem, ac utrobiq; no-
tant DD.& benè reſpondit Menoch.d.conſ.852.in fin.
uerſ.non obſtat demum, &c. Præt.de interpret. ultim.
uolunt.d.fol.437. ſub num.23. uerſ.Cæterum. P.Ca-
bal.. conſil.79.nu.16.uerſ.magis abſque ſcrupulo, &c.
Rota penès Card. Seraph.deciſ.440. in fin. uerſ.ex his
&c.ac d. deciſ.77.num.8. uerſ.quod procedit p.3. rec.
& in d. Romana Saluian.de Caſalib.4. Martij 1644.
in §.

in §. quia ex illis uerbis Testatoris.

Postrema demum, quod præuidere posset Testator Curtium filium nullas præter legitimam prohibitioni alienationis obnoxiam habere facultates, quibus eius descendentes fœ-
11 minas dotare posset: Itidẽ non consistit; † Quia neque legitima filij vlli oneri subiecta fuit, neque subijci potuit *l. quoniam in prioribus, & l. scimus in princip. & §. cum autem C. de inoffic. Testam.* sed fuit quidem reseruata proprietas nonnullorum bonorum illi pro alimentis assignatorum ad effectum disponendi de ipsis casu quo patri prædecessisset (qui per eius superexistentiam euanuit,) vt legitur in Testamento *in d. §. Item mandauit*, quod existentibus filiabus fœminis *uers. & uoluit, qud sit sibi salua semper proprietas, &c.* Præterea nec Curtius carebat industria, quippè legum Doctor erat, & plura eius laboribus, ac virtute bona acquisiuit, quibus etiam filiæ dotem constituit, vt ipsemet declarauit in eius Testamento rogato per Augustinum Ruphulum Notarium Prænestinum die 6. Maij 1637. *in §. Item dicit, et declarauit d. bon. mem. D. Cæsarem Castruccium ipsius D. Testatoris Patrem, etc. et in §. Inhærendo propterea, etc.*

Quare ex præmissis infertur nullius esse momenti in præiudicium dicti fideicommissi, cessionem Iurium Olympiæ Curtio Patri in Instrumento dotali (vt asseritur) factam, & repetitas per eum declarationes, & protestationes detrahendi, ac retinendi tot ex bonis illi subiectis, quæ leguntur in Instrumento, ac Testamento prædictis; Quia existentibus bonis liberis ipsius Curtij congruè sufficientibus eius
12 erat proprium onus, † & obligatio dotandi filiam, non autem Aui *l. profectitia §. filius familias ff. de Iur. Dot. l. qui liberos ff. de Rit. nupt. l. dotem dedit ff. de collat. bonor. l. fin. §. vtramque igitur, ibiq; gloss. in verb. paternum esse officium Cod. de Dot promiss. Bald. in d. Auth. Res quæ num. 12. vers. quæro an teneatur dotare neptem. Soccin. Iun. d. cons. 79. sub d. numer. 41. vers. nam dico quod procedit, & seqq. lib. 3. Menoch. d. Præs. 189. sub n. 22. vers. non enim Auus lib. 4. & alij relati per eundem Brixien. d. quæst. 531. sub nu. 11. vers. declaratur autem, & seq.* Ita quod
13 nec illa poterat cedere iura, † quæ hoc casu non habebat contra bona Aui, *l. modestinus ff. de solut. l. nemo plus Iuris ff. de reg. iur. cop. nemo potest eod. tit. in 6.* Nec ipse recipere, ac retinere, quæ non licebat iuxta tradita per *Rol. cons. 85. à nu. 9. vers. tamen non obstantibus, & seqq. lib. 1. Peregr. d. art. 42. sub num. 96. vers. sed quid si filius, & seq. Rot. in Romana Saluian. de Casalib. 21. Iunij 1641. coram R. P. D. meo Cerro in §. Nec refragatur, quod creditor Dotis, &c. & in alys.*

Et ita fuit conclusum vtraque Parte informante, &c.

R. P. D. PEVTINGERO.

Bononien̄ de Tostinis.

Lunæ 2. Decembris 1647.

ARGVMENTVM.

Fideicommisso de medio per trãsactionem su-

blato nõ impeditur ex eo immissio heredi vig. l. fin. donec d. transactio per tres sententias reuocetur; hæres gaudet beneficio inuentarij, etiamsi hæreditatem simpliciter adiuerit, dũmodò infra legitima tempora illud cõfecerit.

SVMMARIVM.

1 *Transactio impedit litis ingressum, & habet vim rei indicatæ.*
2 *Hæres sufficit, quod inuentarium infra legitima tempora conficiat etiamsi hæreditatem simpliciter adiuerit.*
3 *Instrumenta ex quo dicantur correspectiua.*
4 *Instrumenta vbi sunt correspectiua, vnum alteri inest.*
5 *Negari non potest, quod semel fuit affirmatum.*
Hæres grauatus ex quo dicatur exclusus à beneficio inuentarij. num. 5.
6 *Dolus committitur tam dicendo falsum, quàm tacendo verum.*
7 *Notitiam testamenti, quod quis allegat habere præsumitur.*
8 *Timor litis sufficit ad substinendum transactionem, quamuis alia causa ex ibi narratis non subsistat.*
9 *Immissio vig. l. fin. non denegatur ratione fideicommissi per transactionem sublati.*
10 *Immissionem vig. l. fin. impedire prætendens debet incontinenti de iure suo docere.*
11 *Transactio tollit fideicommissum, & boni in liberum transigentis dominium transportat.*

DECISIO CXXVI.

GVIDO de Tostinis Alexandrum Vitalem in Testamento suo heredem scripserat, cui vigore *l. fin. C. de ed. D. Adr. toll.* immissionem in bona hereditaria petenti Leonia, & litis consortes defuncti, sorores istorum bonorum possedritrices se opposuerunt asserẽtes se dicta bona ex antiquo fideicommisso Philippi Patris possidere, excipiente verò Alexandro idem fideicommissum fuisse de medio per solemnẽ ab ipsis sororibus renunciationem ad fauorem Testatoris Guidonis factam in transactione inter eos de anno 1604. inita sublatum, & replicantibus sororibus assertam transactionem ex falsitate causæ corruere, dubio pro tertia vice hodie à me proposito, Domini concluserũt Alexandro dandam esse immissionem; Quia
1 transactio impedit litis ingressum, † tàm in agendo, quàm in excipiendo, & habet vim rei iudicatę, *l. Causas, l. fratris, l. non minorem C. de transact. cap. 1. de lit. cont. in 6. Caual. decis. 550. num. 2. Rot. decis. 86. num. 1. par. 6. recent.*

Allegata verò à Sororibus falsitas causę trãsactionis cessat ex facto, neq; falsum illud suppositum, quod Guido videlicèt Testamentum Philippi non acceptauerit, subsistit, Aduertẽdum est enim in transactione nõ legi Guidonẽ Testamẽtũ Philippi patris nõ acceptasse, sed nõ acceptasse, prout Philippus mandauerat, si quidem illud acceptauit cum beneficio legis, & inuentarij, vt expressè legitur in ipsis verbis transactionis, ibi: *non fortè per solemne instrumentum approbatum per Magnif. D. Guidonem, ut voluerat*

rat d. Magnif. D. Philippus eius pater, sed tantum cum beneficio legis, & inuentarij, & hoc suppositum ex publico Instrumento probatur esse verum, dum ipse Guido die 23. Iulij 1602. preuia deputatione Curatoris ad celebrationem subsequentis Instrumenti additionis hereditatis, & aliorum in eo contentorum, hereditatem philippi adiuit cum Beneficio Inuentarij, & cum protestatione, quod si quid ab eo factum fuerit hereditario nomine, vel iure, id semper fore, & esse factum, saluo, & reseruato sibi dicto beneficio, & non aliàs, aliter, nec alio modo, *Summ. 2. Alexandri num. 3.* cui Instrumento non obstat aliud sub eodem die rogatum Instrumentum acceptationis Testamenti Philippi simpliciter, hoc enim non excludit, quin postea infra legitima tempora Guido declarare se potuerit heredem beneficiatum, & sub tali forma ab initio, cum ad hunc effectum necesse minimè sit, quod in ipso actu aditionis, heres declaret se velle gaudere beneficio inuentarij:
2 dummodò † ipse infra legitima tempora inuentarium conficiat, vt reprobata sententia Angeli contraria, tradit *Manticul. de inuent. inter tract. diuers. quæst. 230. num. 8. post. Salic. Castrens. & Alex. ibi alleg. & quæst. 234. num. 23.* tantò magis in presenti casu, quo eadem die acceptationis Testamenti Alexander heres per predictum aliud instrumentum declarauit se inuentarij beneficio gaudere velle cum prædicta protestatione, & quidem cum auctoriate eiusdem Curatoris sub rogitu eiusdem Notarij, ac co-
3 ram eisdem Testibus; † propter quod ambo instrumenta dicuntur inter se correspectiua *gloss. in l. ut iuris iurandi verb. libertatis ff. oper. libert. Menoch. cons. 1. num. 145. Gabr. de præsumpt. cons. 13. num. 4. & 5. Giurb. decis. 35. num. 18. & 19.* & vnũ
3 alteri † inesse *l. decta uers. dicebam ff. si cert. pet. l. si uentri §. in bonis ff. priu. cred. Alba cons. 240. nu. 13. Io: Franciscus à Ponte cons. 69. num. 19. Rota decis. 428. num. 6. par. 1. recent.*

Quinimò ipsæ mulieres transigentes cum Guidone tanquam herede Philippi cum beneficio legis, & inuentarii transigisse colligitur ex alijs transactionis verbis: ibi, *dicta Elisabeth pro intetesse suo. eiusque descendentium ex una, & dictus Magnificus D. Guido, & uti hæres cum beneficio l. & inuentarij d. olim Magnifici Philippi*, vndè ho-
4 die talem † fuisse negare non possunt *Bald. in l. si proponas §. 1. vers. item qui ff. inoff. test. Dec. cons. 665 num. 2. Surd. decis. 133. nu. 15. & 17. Rota in Romana Census, seu Saluiani 26. Iunij 1647. coram R. P. D. meo Bichio.*

Non obstat quod Guido optimè sciens prohibitionem Philippi patris in suo testamento cuiuscumque detractionis Trebellianicæ, vel ex quacumque alia Causa, vt hæreditas sua ad substitutos integra perueniat, consequenter
5 ipse Guido hæres † grauatus à dicto Beneficio videatur exclusus *ex tradit per Aym. cons. 174. per tot. Menoch. cons. 942. num. 15. & seqq.* & tacendo, transigendo cum mulieribus hanc veritatem,
6 dicatur commisisse dolum, † qui committitur tam dicendo falsum, quam tacendo verum, quod contrahens bene scit *Bero. cons. 140. numer. 20. & seq.* quia vtique mulieres, scientes hanc prohibitionem Philippi, non renunciassent.

Quia respondetur de tempore transactionis nondum erat purificatum fiedicommissum ad fauorem mulierum, & supererant adhuc alij vocati, & Guido, vt dictum fuit testamentum acceptauerat, neque Guido initebatur dicto testamento Philippi, cum de prohibitione in illo contenta, non tenebatur mulieres certiorare sed ipsæ profundanda sua Intentione cõpræhensa in eodem testamento, dum allega-
7 bant, † vtique contentorum notitiam habuisse præsumuntur, vt per *Gratian. discept. 301. nu. 64. Afflict. decis. 13. num. 11. Rota decis. 311. num. 34. par. 1. diuers.* Ecessat difficultas, dum in ipsa transactione expressè narrata fuit serie testamenti Philippi, & signanter dicta prohibitio, *vt 1. Sum. Alexandri num. 8. & 9. Sororum de Tostinis n. 3.* & dum partes hinc inde quælibet à se prætensa tamquam talia, non tanquam certa in transactione exposuissent, & vtrinque lites desuper timebantur, ac inuicem ad transactionem deuenerunt, adeo quod certa transigendi Causa fuit timor litis, qui in dubio præsumitur Causa finalis transactionis, & satis est quod adsit
8 ad sustinendam transactionem, † quamuis aliqua alia Causa ex ibi narratis nõ subsistat, pluribus alias fuit dictum in *Romana Domus 10. Iunij 1639. coram D. Carillo.*

Hac igitur facti veritate sic stante, & sublato per dictam transactionem fideicommisso Philippi, ex quo dumtaxat sorores ius suum deducunt resultat ipsas in hoc Iudicio adipiscendæ moto ab Alexandro hærede Guidonis nul-
9 lo modo esse legitimas contradictiones, † donec saltem, & quousque supradicta transactio per tres sententias conformes rescindatur *Mantic. de tacit. & amb. lib. 26. tit. 9. num. 47. & dixit Rota decis. 86. num. 8. & 9. par. 6. recent. cum alijs ibi alleg.*
10 Ad effectum enim de quo agitur, necesse † est vt ipsæ incontinenti de iure suo docerent *Rota decis. 320. nu. 5. in fin. par. 1. diuers. decis. 115. per tot. par. 1. recent. cum alys aleg. in Bonon. bonorum 3. Aprilis 1645. coram Reuerendissimo D. meo Decano.* Vnde merito Alexandro hæredi esse dandam Immissionem in omnibus bonis tempore mortis à Guidone possessis Domini censuerunt. Quàuis ea bona prius fideicommisso Philippi subiecta fuissent, & Guido Instituendo Alexandrum ad sua bona se restrinxerit, dum illamet bona Philippi postea per renunciationem vt supra à sororibus de Tostinis ad dictum fideicommissum vocatis factam bona propria Guidonis effecta fuerant, cum renunciatio illa fideicommissum vt supra de medio sustulerit, & bona fideicommissa in liberum dominium
11 Guidonis † transportauerit, ad cuius fauorem alias *Resoluit Rota decis. 323. num. 7. & seq. par. 6. recent.*

Et ita vtraque parte Informante resolutum fuit &c.

R.P.D.

R. P. D. MELTIO.

Postea Reuerendiss. Episcopo PAPIEN.

Romana supplementi legitimæ.

Lunæ 2. Decembris 1647.

ARGVMENTVM.

Legitima debita filijs, quando sunt duo est triens totius hæreditatis, & si in calculanda legitima fuerit erratum, error non sufficit vt deducatur, sed necesse est vt iustificetur, & interim standum esse relationi Periti vltimè electi firmatur.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ Validitas resultat ex reuolutione processus.*
2 *Legitimæ supplementum debetur filiæ siue illius hæredibus.*
3 *Decisiones Rotæ ostendunt bonum ius illorum ad quorum fauorem emanant.*
4 *Legitima quando filij sunt duo est triens totius hæreditatis.*
5 *Errores in calculanda legitima non sufficit vt deducantur, sed necesse est vt iustificentur, & numero 7.*
6 *Errores calculi quando opponuntur illo interim statur relationi factæ à Perito vltimè electo.*
7 *Credita descripta in calculanda legitima an sint exigibilia nec ne in legitimæ assignatione est cognoscendum.*

DECISIO CXXVII.

LATA sententia per R.P.D. meum Cerrum ad fauorem * illorū de Cherubinis hæredibus q. Mariæ Rotignæ contra Annam Rotignam hæredem q. Riccardi communis patris in gradu appellationis fuit mihi causa commissa, & sub hac die fuit dubitatum An dicta sententia sit confirmanda vel infirmanda & pro illius confirmatione fuit per Dominos responsum, cum illius validitas controuerti nequeat, ex quo illa optime deducitur ex reuo-
1 lutione processus† in quo omnia leguntur seruata secundum requisita *Caputaq; dec. 262. par. 2 & 126. nu. 2. coram Buratto.*

Iustitia euidens visa fuit, dum in dicta sententia declaratum fuit legitimæ supplementū
2 deberi Mariæ, † vel suis hæredibus in bonis Riccardi Rotigni illius Patris, vt ex *decisionibus coram eodem R.P.D. meo Cerro sub diebus 8. Maij 1640. 15. Aprilis* 1644. 26. *Ianuarij, &* 6. *Iulij* 1646. quæ quidem decisiones, vt ostendant bonum
3 ius fouere illos † de Cherubinis sæpius *Rota firmauit, vt in decis. 524. num. 4. coram Papa Greg. XV. & in recent. decis. 647. num. 2. par. 1. 678. num. 1. par. 2 51. nu. 18. vers. Quo vero ad Iustitiam, & 223. nu. 2. par. 5;*

De statu hæreditatis Riccardi scilicet illum ascendere ad scuta Centum nouem mille ducentum nonaginta quinque ba. 30. iam fuit firmatum in hac *eadem causa sub 6. Iulij 1646. coram dicto R.P.D. meo Cerro §. quod enim &c.* sicut nec etiam controuertitur dictum Riccardum reliquisse duas tantum filias scilicet Mariam,
4 & † Annam, quarum legitima cum sit triens totius dictæ hæreditatis *authentica nouissima C. de inoffic. testam. §. sin autem de Triente, & semiss. Peregr. de fideicom. art. 36. num. 2. Merlin. de legit. lib. 1. tit. 3. q. 1. num. 4. Paris. cons. 30. nu. 3. vol. 2. Soccin. Iun. cons. 25. num. 10. vol. 1. Rota post dictum tract. de legitima decis. 20. num. 2.* prout etiam fuit firmatum in hac *eadem causa sub dicta die 6. Iulij §. quod enim &c.* Portio legitimæ debitæ dictæ Mariæ ascendit ad summam scutorum decem, & octo milliū Ducentorum, & quindecim, nec non bonon. octuaginta octo ex quibus detractis scutis decem mille ei iam dotis in dotem, supplementum debitum dictis de Cherubinis causam habentibus a dicta Maria remanet in scutis octo mille ducentis, & quindecim, & b. octuaginta octo.

Non obstat exceptio errorum deducta in memoriali Annæ, Quia cum dicti Errores nō
5 iustificentur, † vt necessarium est *Bart. in l. non fatetur col. fin. ff. de confession. Bald. in l. error facti C. de Iur. & fact. ignor. Curt. Sen. cons. 56. vol. 5. in fin. Corn. cons. 250. vol. 4. Surd. decis. 104. num. 18. & dec. 337. num. 39. coram Buratto.* Interim standum est re-
6 lationi vltimi Periti† de mandato Rotæ electi, *Bart. in l. instar. num. 11. C. de Iur. fisci lib. 10. Paul. de Castr. in l. si cui libertas num. 2. ff. de condit. & demonstrat. Rot. decis. 49. num. 1. & 536. num. pariter 1. coram Papa Gregorio XV. Romana affictus Sermonettæ 28. Nouembris 1607. coram bon. mem. Cardinali Lancellotto,*

Minusque releuat exceptio adducta per Annam, nempe quod in dicto calculo fuerint de-
7 scripta plura credita † inexigibilia, & alia bona inutilia, quia cum non fuerint iustificata non fuerunt habita in consideratione, & de illis erit videndum quando deuenietur ad assignationē huius supplementi legitimæ.

Et ita altera tantum parte Informante fuit per Dominos resolutum.

Plures decisiones in hac eadem causa emanatæ, annotatæ fuerunt supra in decis. 267. part. 9. tom. 1. quæ decisio est in eadem causa.

R. P. D. GHISILERIO

Postea Episcopo IMOLEN.

Anconitana redditionis rationis.

Lunæ 2. Decembris 1647.

ARGVMENTVM.

Ratio semel reddita per defunctum, non erit amplius per hæredem reddenda quod eo magis procedit si defunctus diu superuixit, nihilque contra eum fuit oppositum.

SVMMARIVM.

1 *Hæres non tenetur ad nouam redditionem rationis, si semel illam defunctus reddidit, & numero 2. vbi vide.*

Ratio

Ratio semel reddita amplius reddi non debet num. 1 *& 2. vbi vide.*

3 *Rationem semel redditam erroneè uel inualidè fuisse redditam probari debet ab allegante, & numero 5.*

Præsumptio stat. pro ualiditate redditionis rationis num. 3.

4 *Ratio quomodò sit reddenda.*

6 *Tutor à pupillo cum præsentia consanguineorum, & iudicis auctoritate liberationem consequi debet.*

7 *Iudex censetur de ueritate contentorum in instrumento se informasse, eorumque ueritatem reperijsse.*

8 *Hæres non potest pro redditione rationis amplius molestari, si defunctus post eam redditam diu superuixit, & nihil fuit oppositum.*

9 *Taciturnitas longa cum defuncto arguit præsumptionem non boni iuris, pro conueniendis hæredibus non informatis.*

10 *Tutela redditur nulla ex defectu inuentarij, & non præstationis fideiussoris.*

11 *Tutor qui non fecit inuentarium remoueri debet uti suspectus, sed interim est tutor.*

12 *Tutelæ nullitas cessat ex longeua administratione, cũ subsecuta liberatione.*

13 *Pupillus infantilem excedens ætatem ipse cum auctoritate curatoris, non autem solus tutor debet facere quietantiam.*

14 *Insinuationem non interuenisse quis probare debet.*

DECISIO CXXVIII.

INTRODVCTO iudicio in partibus inter qu. Gasparem Seruium, & Com. Prosperum Bonarellum super prælatione in tutela Virginiæ, & Dianæ de Seruijs deuenerunt de anno 1622. ad transactionem, in qua Gaspar cessit liti, & Iudex eodẽ contextu deputauit tutorem Com. Prosperum; & quia Gaspar occasione administrationis per biennium remanebat creditor in summa scutorum 1040. pro suo credito fuerunt ei datæ tres Domus cum pacto redimendi, & stante redditione rationis administrationis fuit eidem facta amplissima quietatio de administratis vsque ad illud tempus, ac liberatio cũ promissione de eum liberando ab omnibus molestijs, & de faciendo accedere in solidum Hieronymum Bonarellum, & Ioan. Mariam Cameratam, qui post aliquos dies accesserunt in forma. De Anno 1642. Virginia facta maior intentauit nouum iudicium contra Antonium Mariam, & fratres de Seruijs hæredes dicti Gasparis super relaxatione dictarum Domorum, & redditione rationis administrationis, & reportauit sententiam, in qua primo fuit sibi concessum mandatum de associando ad actualem possessionem earundem Domorum, & secundo Antonius Maria, & fratres fuerunt condemnati ad iterum reddendam rationem administrationis supradictæ tutelæ, & curæ gestæ per dictum Gasparem cum relaxatione mandati necessarij, & opportuni in forma. Appellarunt Antonius Maria, & fratres, & commissa causa appellationis in Rota cum clausula si quid exequendum transportato processu ad formam rescripti, fuit disputatum dubium, & negatiuè pro non exequutione sententiæ de partibus resolutum ex capite iniustitiæ, dum post annos 20. condemnauit hæredes tutoris ad iterum reddendam rationẽ administrationis.

Est enim clara iuris regula, quod dum Gaspar semel reddidit rationem, non sunt cogendi illius hæredes ad illam de nouo reddendam,
1 quia † ratio semel reddita, iterum non debet reuideri, *l. semel. C. de apoc. pub. lib. 10. Io. Mon. Archidiat. Ioan. Andr. & alij in cap. 1. de Cleric. egrot. in 6. Guttier. de tutel. 3. par. cap. 1. nu. 114. Munoz. de ratioc. in cap. 41. Menoch. post alios de arbitr. casu 209. n. 73. Rota coram sanct. mem. Gregor. XV. decis. 536. num. 2. in recent. decis. 184. num. 1. par. 2. & decis. 143. num. 1.*
2 *tom. 2. part. 4.* nisi iustificetur illam † inualidè redditam fuisse *Rota in Bononien. redditionis rationis 17. Februarij 1620. coram Penia, coram sanct. me. Greg. XV. d. decis. 536. & in Romana computorum 23. Ianuarij 1640. coram R. P. D. meo Cerro*, & cum militet præsumptio pro validitate dictæ redditionis rationis, Virginiæ asserenti contrarium
3 incumbit onus probandi, † allegando, & probando errorem, vel non validè redditam fuisse rationem, *Rota decis. 71. num. 4. & d. decis. 143. n. 5. tom. 2. part. 4. recent.* Sed tantùm abest, quod probet aliquem errorem, seu dictam rationem nõ fuisse sufficienter redditam, quia contrarium detegitur ex iuribus exhibitis pro parte dictorum hæredum, non in folle, sed probè, & sincerè rationem redditam fuisse, ex quibus apparet, Gasparem præuia exhibitione, & productione librorum tutelarium, & rationum ad-
4 ministratorum † tutelam Virginiæ, & Dianæ renunciasse Comiti Prospero ad instantiã Matris, & Auiæ dictarum sororum, cui Com. Prospero dictus Gaspar præsentibus dictis Auia, & Matre coram Iudice, & aliis consanguineis reddidit iuxta requisita *l. cum seruus, ff. de condition. & demonstr.* sufficienter rationem administrationis iustificatam per relationem Peritorum hinc inde electorum, a quibus fuit declaratus creditor in dictis scutis 1040. pro qua summa ei fuerunt per dictum Com. Prosperum assignatæ Domus hæreditariæ cum pacto redimendi. Quibus concurrentibus debet per Virginiam verè, & non præsumptiuè doceri de errore,
5 vel † de non valida redditione rationis, ne detur processus in infinitum, *Neuizan. cons. 94. in fine, Menoch. de arbitr. d. casu 209. in fine, Rota decis. 71. num. 4. par. 4. tom. 2. recent.* contra hæres Tutoris, qui post redditam rationem cum Matris,
6 Auiæ, & consanguineorum præsentia, † & cũ Iudicis auctoritate plenissimam liberationem consequutus fuit, *sancimus. C. de admin. tutor. Rota decis. 25. num. 7. & seq. penes Pic.* Censetur enim Iudex de veritate omnium in Instrumento cõ-
7 tentorum se informasse, † & veritatem omniũ reperijsse, & omnia in Instrumento contenta vera fuisse, vt optimè firmat *Rota decis. 89. nu. 3. par. 7. rec. & antea coram Put. decis. 204. lib. 3. coram Caualerio decis. 479. nu. 2. & in recent. decis. 619. n. 5. in fine par. 2.* Et hæc tanto faciliùs procedere videntur ponderando, quod per 18. annos qui-
8 bus vixit Gaspar post redditam rationem, † nihil prorsus dixerunt Virginia, & Diana, *Rota decis. 684. num. 5. 6. coram Screphin. & decis. 190. n. 1. par. 4.*

par.4.tom.2.recent. ex qua taciturnitate arguitur
9 præsumptio non boni iuris, † cum videatur distulisse, vt conuenirent hæredes non informatos, *Alex.cons.184.num.17.lib.1. Menoch.cons. 995.nu.16. & præsumpt.135.sub.n.19.lib.3.Munoz. de ratioc.cap.37.num.6.Cyriac.controuers.lib. 2. cap. 280.num.9.*

Non obstat nullitas quietantiæ. seu liberationis cum promissione de eum liberando ab omnibus molestijs vti factæ à Com. Prospero vltimo tutore, qui non confecit inuentarium cum iuramento, nec præstitit fideiussores, alia-
10 que solemnia impleuit, † quorum defectus reddit tutelæ dationem ipso iure nullam *l.prima §.officio, ff.de tutel.& ration.distrah.l. tutor,qui repertorium, ff.de admin.tut.l,f.rem rat.hab.iuncta l. Prætoriæ ff.de Prætor. stipulat.ad tradita in decis.530.numer.4.coram sanct.mem.Gregor.XV.* Vnde nihil in præiudicium Virginiæ, & Dianæ agere potuit. Siquidem satisfacit doctrina *Bart.in d.l.tutor.qui repertor.num.7.vers.contrarium puto.ff.de administrat tut.* quam doctrina sequutus est *Alexan.cons.86. num.8.lib.2.* quod tutor, qui non facit inuenta-
11 rium, debet remoueri vt suspectus, † sed interim est tutor, & sic disponunt leges in contrarium allegatæ, Nec solemnitas inuentarij facit, quin Com. Prosperus, cui ratio reddita fuit, tutor nõ fuerit, satis enim est, eũ in tutorẽ legitimè datum fuisse, & dum diù se gessit pro tutore, dum administrauit spatio tanti temporis, & post longæuam administrationẽ ab ipsis Virginia, & Diana amplissimam liberationem
12 cum omnibus selemnitatibus reportauit, † cessat allegata nullitas, vt declarat *Montan.de tutel. cap.32.neg.4.num.11.& 13.*

Neque releuat quod cum Virginia, & Diana excederent infantilem ætatem, non pote-
13 rat à tutore fieri quietantia sine illis, † sed ipsę pupillæ cum auctoritate tutoris quietare debebant iuxta *text.in l.potuit.C.de iur. deliber. Castr. in l.neque tutores nu.5.C.de procurator. Aret. in §. neque num.12.instit.de auctoritate tut.Peregr.cons.74. nu.4. lib.3.Gomes.var.resol.tom.2.cap.14.sub num.1.* satis enim est dicere, quod gratis asseritur, pupillas extra infantiam,& tales fuisse eo tempore, quę commodè interuenire valerent.

Opponebatur, quod quietantia, seu liberatio careat insinuatione, quæ requirit in quietantijs minorum,vt ad littetam disponit Constitut. Marchiæ lib.5.cap. 25. ibi, *& quietationes quarumcunque rerum &c.* sed placuit nunc responsio data, quod cum insinuatio possit fieri post actum eam requirentem, cum non fiat in eo-
14 dem instanti, sed ex interuallo, † debet probari per Virginiam ipsam non interuenisse stante liberatione facta cum interuentu proximiorum, & cum Iudicis decreto, & stante lapsu tauti temporis, *Rota in Viterbien. Tarra Vetrallæ 30.Martij 1615.coram bon.mem.Pirouano, quæ est decis.671.nu.3.par.1.rec.& dec.121.nu.8.& tom. 2.par.4. recent.*

Minùs facit quod ex Instrumento inter supradictos Gasparem, & Com. Prosperum non probetur verè reddita ratio, cum contineat tantum confessionem de ratione reddita emanatam in transactione litis diù agitatæ super prælatione tutelæ inter eos de ea contendentes quia contrarium probatur ex supra deductis, cum constet, rationes actualiter, & effectiuè redditas fuisse, & in dimissione tutelæ fuisse deputatos Peritos pro dispungenda administratione, & omnibus rationibus tutelaribus, fuisse exhibitos libros, & iustificationes, & demum fuisse factum bilancium debiti, & cerditi & proterea non versamur in terminis solius confessatæ redditionis rationis, sed veræ, & effectiuæ, ac validæ redditionis.

Ex quibus Domini omissis alijs in contrarium deductis vti ireleuantibus, & non subsistentibus, cum percuntando sigillatim omnes expensas in libro tutelari appositas,appareat de earum necessitate, & realitate pro saluendis bonis pupillaribus aduersus mandata executiua A.C. & alias executiones, vt melior fieret conditio Pupillarum, vtraque parte audita censuerunt, sententiam Iudicis de partibus ex capite iniustitiæ non esse exequendam.

R. P. D. ARGVELLES.

Anconitana Officiorum,seu nullitatis Concordię

Mercurij 4. Decembris 1647.

ARGVMENTVM.

Agitur de Societate omnium bonorum quando & ex quibus inter fratres pręsumatur, & ex quibus excludatur.

SVMMARIVM.

1 *Verba donationis quando sunt generalia vniuersalia, & amplissima omnia comprehendunt.*

Et præsertim si sint prolata ab homine nullam recipiunt declarationem aut restrictionem potius ad vnum genus bonorum quam ad aliud num.2.

3 *Verba quando sunt clara omnem dubitationem excludunt.*

4 *Possessio in vim mandati Iudicis capta est manutenenda etiam contra anteriorem possessorem.*

5 *Bona acquisita ab vno ex socijs siue proprio siue comuni nomine sunt indistincte inter socios comunicanda.*

6 *Societas inter fratres præsumitur.*

7 *Societas ex quibus inducatur & num.15.*

8 *Transactio non comprehendit bona in ea non nominata licet amplissimis generalibus & vniuersalibus verbis sit concepta.*

9 *Officia empta nomine proprio pertinent ad ementem etiam si empta sint de pecunia comuni.*

Quod procedit etiam inter socios omnium bonorum & etiam si officia empta sint post comunionem numer.10.

11 *Bona quæsita ante comunionem statim quod initur societas omnium bonorum communicantur inter socios.*

Fallit in postea acquisitis nam ista non efficiuntur statim communia licet communicanda sint. nu.12. & num.25.

13 *Societas dissoluitur ex negociatione separatim facta ab vno ex socijs cum scientia & patientia aliorum. & num.19.*

14 So-

14 *Societas debet probari ab allegante.*
15 *Societas ad hoc vt inter fratres cẽseatur inducta quid sit probandum.*
16 *Societas non inducitur ex possessione pro indiuiso hæreditatis paternæ & maternæ.*
17 *Communio plerumque est sine societate.*
18 *Societas excluditur ex separata acquisitione, & possessione à socijs facta.*
19 *Socius si de mandato alterius socij exegit fructus alicuius rei dicitur agnoscere illum in Dominum & sibi præiudicat.*
21 *Probationes inductæ pro societate præsumenda ex quibus excludantur.*
22 *Societatem qui expresse contrahere non valet nec minus tacitè potest.*
23 *Acquisitio potius præsumitur facta de propria pecunia, quam de aliena.*
24 *Societas non arguitur ex administratione.*
26 *Dominium officij non probatur ex periculo vitæ, sed ex reseruatione decreti.*

DECISIO CXXIX.

DONAVERAT ex causa concordiæ D.Vincentius Troglionus omnia sua bona D.Antonio Francisco suo fratri, sed has donationẽ, & concordiam vti factas à minore viginti annorum absque solemnitatibus requisitis *à Constit. Marchiæ lib. 5. cap. 25. Rota censuit sub die 16. Aprilis anni præteriti non substineri*. Ideoque subsequuta sententia, Vincentius illius vigore accepit possessionem tertiæ partis pro indiuiso omnium dd. bonorum, & quia de tempore donationis inter alia bona aderant etiam tria officia, nempe vnum Militis Pij, alterum S. Petri, & alterum Cubiculariatus Apostolici, illorum quoque duorum officiorum possessionem, vt supra accepit & Cubiculariatus accipere procurauit, vt contigit dubitari *An ista officia sint comprehensa in concordia, itaut Vincentio competat super eis manutentio, & respectiuè immissio.* Pro cuius affirmatiua resolutione adducebantur.

Primò verba d. Instrumenti, ibi, *D.Vincentius cessit, renunciauit, & donauit omnia bona mobilia, stabilia, semouentia, effectus, iura & actiones ei quomodolibet competen. vndecumque prouenien. quolibet acquisita, cogitata, & non cogitata, hic etiam non expressa, & forsan necessario exprimenda nihilo penitus excluso quæ d.Vincentius habet, & ipsi respectiuè competunt cuiusuis qualitatis, & quantitatis sint, & ad quamcumque summam, & quantitatem ascendant &c.* Quæ verba tanquam generalia, vni-
1 uersalia, † & amplissima apta sunt comprehẽdere etiam ista officia *Gem. cons. 29. sub num. 2. vers. & est ponderandum &c.Crauet.cons.563.num.3 tom.4.Surd.cons.33.nu.20. & seq. & decis.383.n.7. & seq. & fuit dictum in Rom. fidecom. de Fuschis 2. Decemb. 1641. §. nec hodie &c. vers. dictaque verba &c. coram Reuerendiss. D. meo Dunozetto Decano.*
2 Et tamquam ab Homin. prolata nulla † patiuntur declarationem, aut restrictionem ad alia bona potius quam ad dicta officia, *Alex. in l. si patroni num.15.ff. ad Trebell. Bald. in cap. Imperialẽ in princ. de prohib.feud.alien. per Feder. Osasch.dec.26.num.2.Surd.cons.551.num.8. cum alijs in Illerden. decimarum 18. Feb. 1639. §. quoniam fuit responsum &c. circa finem coram Pirouano, & in decis.543.num.4.par.5.tom.2.recen.*

Secundo afferebantur verba sententiæ, ibi, *D.Vincentius fore & esse immittendum, & quatenus opus sit reintegrandum, & restituendum in & seu ad possessionem omnium bonorum stabilium, mobilium, iurium, actionum, officiorum, locorum montium, & creditorum in d.instrumento comprehensorum &c.* quę tanquam clara dirimere videntur omnem du-
3 bitationem † super his officijs prætensam, & super eorum comprehensione, *l. Ille aut ille 25. vers. cum in his verbis ff. de legat.3.l. continuus 138. §. cum ita &c. in fine ff. de verb.obligat. Grat.consil. 126.nu.8.lib.1. Rota in Ariminen. castrorum 14. Februarij 1642.§. secundo ex tenore &c. vers. quæ verba &c. coram Reu.D. meo Dunozetto Decano.*

Tertio dabatur instrumentum apprehensionis possessionis dictorum officiorum Militis Pij, & S.Petri, factæ à Vincentio in vim d.sententiæ, & mandati Rotalis, quæ apprehensio iustam causam tribuit manutentionis etiam
4 contra anteriorem † possessorem, *l. iuste possidet 11.ff. de acquir. poss. Angel. in l. clam possidere 6. num.2. in fine vers. potest enim Iudex ff.eod. Rota diuers.dec.62.num.3.par.2.rec.dec.513.num.1. in fine, & num.2.vers. præsertim par.1.decis.587. per tot coram san.mem.Greg.XV. & dec.210. nu.1. post tract. modern.Perus. de manutenendo.*

Quarto dicebatur nil referre quod ista officia fuerint ab Antonio Francisco acquisita suo nomine proprio, quia cum acquisita fuerint de tempore quo viuebat in comunione cum ipso Vicentio, & cum D.Thoma suis fratribus siue proprio, siue comuni nomine acquisitiones factæ fuerint indistinctè comunicantur in-
5 ter † omnes socios, *l.3.§.1.l. cum duobus 52.§. si quis ex socijs 16.& l. si societatem vniuersor.73.ff.pro socio.Couar.var.lib.3.cap.19.num.1. Bald. in l.1.n.3. C. si quis alteri, vel sibi, Alex. cum pluribus cons.78. sub num.1. lib.2. & cons.152. num.6. lib.7. Gratian. hos, & alios referens discept.forens.cap.545.num.13. Menoch. cons.122. sub num.20. in princ. & vers. horum onus &c. tom. 2. cum alijs per Duard. de societ. lib.1.cap.4.quæst.4.concl.3.num.17.& 18. per Felic. de societ. cap. 14. & per Michalor. de fratrib. par. 2. cap.21. & seq.*
6 Societas vero vltra quod inter † fratres præsumitur *l. si fratres 7.* ibi *quæ ante diuisionem sociorum fuerunt &c. & l.penultima C.comun.diuidun.Perett.cons.120.num.6.Gratian.discept.forens. cap.555. num.2. Nunnio ad Trentler. ad pandect.vol.1. par.2. disput.27. thesi 8.vers. nec tamen &c. Rota decis.28. num.10.par.7.recen.& in Auximana fideicommissi 28 Ianuarij 1641.§.nec dicantur &c. coram Reuerendiss. D. meo Dunozet Decano.*

Deducebatur ex eo quod à die obitus parẽtum in fratres omnia bona hæreditaria paterna & materna vsque ad diem d.donationis comuniter possederunt lucra, & damna ad inuicem comunicarunt, & nunquam de acquisitis, aut expensis rationes reddiderunt, quibus cum cohabitatione copulatiuè cõcurrentibus nulli
7 dubium † quod inducitur societas, vt docet *Bart. in l. Titium, & Meuium 48. §. altero num.5. & 6.ff.de administr.tutor.Mant.de tacit. lib.6. tit.10. num.2.*

num.2. Alex.cons.49. numer.5. lib.1. Natt. cons. 91. num.1. cum alijs per Fælic. vbi supra cap.10. nu.17. Duard. supra lib.2.cap.1.quæst.5. à num.11. & Michalor. supra cap.13.num.2. (*licet ipse quinque requisita necessaria conetur*,) qui antiquos congerunt & modernos, *& per Coccin.dec.421. num.1.*

Quibus tamen non obstantibus Domini *negatiuè* responderunt moti eo præcipuè fundamento quod sententia habet relationem ad præfatum instrumentum transactionis in quo non leguntur ista officia nominata, & ideo di-
8 ci non possunt comprehensa, † licet transactio verbis generalibus, vniuersalibus, & amplissimis appareat concepta *textus sunt expressi in l. si de certa 31.* ibi, *de cæteris tamen quæstionibus integra permanet actio*, vbi *Glossa in figuratione casus*, & in verbo *quæstionibus C. de transact.l.emptor. 48. §. Lucius Titius*, ibi, *si quod instrumento à te emissum cuiuscumque summæ, ex quacumque causa apud me remansit, vanum & pro cancellato habebitur, quæsitum est cum Lucius Titius ante hoc chyrographum Seio Mensulario mandauerat vt patrono eius trecenta redderet, an propter illa verba epistolæ quibus omne cautiones ex quocumque contractu vanæ, & pro cancellatis, vt haberentur cautum est, conueniri possit? Respondi, si tantum ratio accepti, atque expensi esset cõputata, cæteras obligationes manere in sua causa*, ibique Glossa finalis plures citat *ff. de pactis*, cum ibi notatis *per Castren. num. 2. & per eundem in l. Aquiliana num.1.ff. de transact.l. qui cum tutoribus 9. §. transactio*, ibi, *transactio enim quæcumque fit, de his tantum de quibus inter conuenientes placuit interposita creditum ff.eod.tit.Faber.in suo Codice tit.4.def. finit.6. de transact. vbi quod quoties in transactionis præfatione specialis petitio proponitur, decisio autem sequitur generalis, non de alijs transactam censetur quam de his quæ specialiter deducta fuerunt in petitionem, Bero cons.159.num.41.lib.2.Roman. in l.damni §. is qui ff. de damn.infect. Abb. cons.212. in quæstione mouenda vol. 2.* vbi *quod liberatio facta de omni debito ratione societatis, & ex quacunque ratione, causa vel titulo, intelligitur solum de prætensionibus ratione societatis, Capyc. Galeot.contr.lib.1. controu.40.num.8.9. & 10.* vbi *ampliat etiam si in fine instrumenti adsint clausulæ generales Quocunque alio modo &c. & subdit quod istæ clausulæ secundum subiectam materiam restringuntur ad superius expressa Rota dec.534.nu.3. & 4.par.2.recen.* vbi *quod transactio quantumuis generalibus verbis concepta restringitur ad prætensiones in ea nominatim specificatas corã sa.me.Greg.XV.dec.158.num.1. & seq. & decis.286 num.1. & coram Card.Caual.dec.172.num.7.vers.dicebant etiam &c. & dec.235. num.4. vers. vnde &c. vbi plures cumulantur.*

Quinimò pro parte Antonij Francisci datæ fuerunt acquisitiones eorumdem officiorum factæ ab ipso nomine proprio, quæ totum contrarium probant, scilicet officia præfata ad ipsum acquirentem dumtaxat pertinere
9 etiã quod empta essent † de pecunijs communibus *l. si ex ea 6.C. de rei vindic. l. & si de tua 9. C. de donat.inter vir. & vx.l. si patruus 4.C.comun.vtr. iudic.l. si pecunia 1.l. si mancipia 3. & l.qui aliena 8.* ibi *qui aliena pecunia comparat, non ei cuius nummi fuerunt, sed sibi tam actionem empti quam dominium si ei fuerit tradita possessio quærit &c. C. si quis alteri vel sibi sub alt. nom.* propter vulgarem regulam quod *res empta de pecunia mea non est mea*, de qua *in d. l. 6. C. de rei vindic. & alijs in illa Anconitana pecuniaria 13. Maij anni præteriti §. releuantia &c. coram me*, quo argumento vtitur *d.l. penultima. C.comun.vtr.iudic.l. ad probationem 21.C.de probat. Iurisconf.Paul.lib.2.sententiarum tit.17.§.fundus penultimo, & ibi Cuiac. & Soccin.regul.341.Gottifred. in d.l.21. litt.K. & d.l. penultima litt. D. vbi ponit. limitationes.*

Neque obstat dicere quod hoc non procedat inter socios omnium bonorum inter quos acquisita etiam post comunionem fieri comu-
10 nia fragili † fundamento existimauit *Felic. de societ.cap.14.num.6. insulse respondens ad l. si quis societatem 74.ff.pro socio, & non bene perpendens Gloss. in d. l. si patruus 4. in verbo oportet & male citatis Cassaneus, nec melius Gomez, qui tale non firmat, sed tantum dicit à comuni opinione recedere quandam Hispaniæ legem, & cum sequutus est Michalor.d.cap.21. nu.9. qui etiam iniuria imposuit hanc opinionem Baldo, Mantica alijsque qui contrarium tenent, & est textus expressus in d.l. si quis societatem 74. cui non Fælicius quam Fælic. respondet num. 10. & contrarium tenet Glossa in verbo quod emit, vbi etiam Anton.Faber. idem Faber. in d.l.3. §. penultimo ff. eod. Cuiac. ad lib.62.Paul. in d.l. si quis societatem Conan.lib.7. comentar.cap.13.fol. mihi 469. sub littera C. Donell. lib.13. comentar. cap.16. & ibi Osuald. littera E. & est comunis.*

Notanda enim differentia est inter res iam
11 quæsitas, † nam istæ statim comunicantur inter socios *l. 1. §. 1. ff. pro socio.* Non verò quæ
12 post contractam societatem † acquiruntur, licet acquirens teneatur istas comunicare, vt notauit *Glossa in d.l.si quis societatem, in verbo quod emit, & alij supra citati*, quam opinionem comunem dicunt *Mantic. & alij ab eo congesti supra num.3. & à Michalor. quos ipse sibi contrarius sequitur d.par.2.cap.8. num.3. & cum iudicio, Duard. d. lib.2.cap.1.quæst.4.num.14. Rota dec.636.n.3.par.2. recen.* Ex quo sequitur quod licet Vincentius posset habere forsan actionem personalem, nõ tamen habuit dominium, vnde nec potuit vindicare officia, nec eorum possessionem apprehendere.

Sed quidquid de hoc statuatur, nusquam ostenditur lucrorum comunicatio inter hos fratres, quæ est requisitum necessarium, ex supra allegatis, imò ex hac emptione officiorum probatur contrarium, cum eam non comunicauerit, & ex negociatione separatim facta sciente, & patiente socio etiam vbi societas
13 indubitabilis est, † eius inducitur dissolutio *l. ita quoque, & ibi comuniter Doctores ff. pro socio & multi congesti per Fælic.sup. cap.35. num.1.2. & seq.* Et Vincentius istorum officiorum fructus vti ad Antonium Franciscum pertinentes tamquam eius procurator exegit, eique de illis rationem reddidit, & quietantiam reportauit.

14 Deinde quia societas debet probari † ab allegante *l.2.ff. de prob.Surd.cons.138.num.9.vers.& comunio seu societas &c.Burat.dec.397. num.1. vers. nam illa, & decis.467. num. 6. vers. nam certum est &c. & alij per Michalor.d.p.2. cap.19. num.1. & 2.*

15 Hic autem nec conuictus, † nec cohabitatio, nec

nec istorum expensæ de comuni factæ probatur, vt debuit *ex congestis à Fælic. supra cap. 10. num. 22. & à Michalor. sup. cap. 13. num. 5.* imò & longæuam debere esse cohabitationem visa fuit sentire. *Rota dec. 196. num. 5. par. 2. diuers. & in Rom. diuisionis 5. Nouemb. 1615. coram Manzanedo*, sequitur *Duard. d. lib. 2. cap. 1. quæst. 3. nu. 27. in fine, & relati a Fælic. d. cap. 10. num. 23. qui contrarium asseruit num. 24. & alij a Michalor. quibus & ipse se subscribit d. cap. 13. num. 4.*

16 Nec societas probatur ex eo quod paternam & maternam † hæreditates pro indiuiso posséderint *l. ex parte 39. §. filius ff. fam. ercisc. l. si fratres 53. alias l. duobus §. si fratres ff. pro socio Bart. in d. §. altero sub d. num. 5. vers. primo casu, & in d. l. si patruus 4. num. 9. vers. si neuter. Natt. cons. 246. num. 11. & alij per Mantic. de tacit. lib. 6. tit. 10. n. 9. vers. ex eo autem &c. Gottifred. in d. l. si fratres litt. B. & ibi Faber. §. idem Papinian. vbi Bart. num. 3. & idem Faber. in d. §. filius.*

17 Quia (vt omnes isti dicunt) comunio plerumque † est sine societate, *l. vt sit pro socio 31. cum duobus sequentib. ff. pro socio, vbi Glossa, Faber. & Ordinarij Conan. d. lib. 7. cap. 13. sub litt. D. vers. Vulpianus &c. Treutler. vbi supra, Osnald. ad Donell. d. lib. 13. cap. 15. littera E, Duard. d. quæst. 3. n. 20 vers. hinc sequitur &c. qui alios citant.*

18 Imò eliditur ex bonis particularibus, quæ ex eodem instrumento concordiæ constat Vincentium, & Antonium Franciscum separatim possidere, & ex acquisitionibus dictorum officiorum † ab isto factis nomine suo proprio, & suorum *Bald. cons. 482. primo videtur dicendum &c. num. 2. vers. & ex his quæ supra lib. 5. Decian. cons. 36. num. 38. vers. & pro præmissorum corroboratione lib. 1. Mantic. vbi sup. sub num. 26. vers. sed & si plures &c. cum alijs per eos allegat.*

19 Eoque magis concurrente scientia, & acquiescentia, † (vt supra dictum est) eiusdem Vincentij, qui tamquam procurator fratris, & de mandato illius eorumdem officiorum fructus exegit, quo actu proculdubio fratrem agnouit in Dominum, & possessorem *l. 1. §. procuratorem l. generaliter 9. & l. quod meo ff. de acquir. poss. Dec. cons. 58. num. 1. Rota dec. 154. num. 4. post 2. volum. consil. Farinac. & in Romana de Torniellis 4. Martij 1616. coram Remboldo post d. moder. Perusin. de mannt. dec. 135. sub num. 1. vers. quia cum &c.* & si adfuisset societas videretur ex illo actu

20 dissoluta, † vt supra dictum est, & probat *clarus textus in d. l. ita quoque 65. ibi ita quoque cum separatim socij agere cœperint, & vnusquisque eorum sibi negocietur, sine dubio ius societatis soluitur ff. pro socio Aym. cons. 26. num. 2. Surd. cons. 138. num. 15. & alij superius adducti.*

Promiscua demum administratio absq. redditione rationum visa fuit tolli tam ex dispositione eorum comunis patris, qui matrem, & auunculum reliquit dictorum filiorum minorum tutores, curatores, & administratores, *vt ex testamento dato in summ. Vincenty num. 4.* quam ex constitutione extranei procuratoris, & administratoris per eos facta *5. Iunij 1637. eod. sum. nu. 5.* iunctis prædictis exactionibus factis à Vincentio procuratorio nomine fratris, & quod ab eis vicissim prætensa ac petita fuit redditio rationum, & restitutio reliquatus à qua postmodum per d. concordiam fuit facta absolutio sed concordia rescissa eandem prætensionem iterauit Vincentius, *vt animaduertitur etiam in decisione huius causæ 14. Iun. 1646. §. vltra quod coram*

21 *me.* Ex quibus ruit probatio omnium† ad iustificationem societatis vniuersalis requisitorũ *Decian. d. cons. 36. sub nu. 35. vers. sexto omnia prædicta &c. lib. 1. & alij congesti a Michalor. supra cap. 18. num. 6. & Duard. supra nu. 18.*

Vltra quod cum de tempore Mortis Io: Baptistæ eorum Patris anno 1624. Antonius Frãciscus esset Minor, Thomas Infans, & Vincentius non dum natus, omnesque essent sub tutela, & cura Tutorum, & Curatorum, ac deinde alios extraneos constituerent Procuratores, & Exactores, gratis dicitur inter eos tacite

22 contracta societas † cum neque habiles essent ad illam expresse contrahendam *vt in l. In conductionibus ibique Glossa in dubio Et ideo ff. Pro socio. Bart. in d. §. Altero sub num. 5. vers. Aut alter. eorum est Pupillus, & in d. l. si Patruus 4. num. 9. vers. si vero vterque negociatur, C. Comun. vtr. Iudic. dicta l. si Fratres §. Idem Papinianus vers. ego istum passum, & ibi Alberic. num. 3. vers. si enim &c. Bald. num. 5. Alciat. de Præsumpt. Reg. prima Pres. 25. num. 2. multis citatis Conan. d. lib. 7. cap. 13. fol. 465. pagina 2. sub littera F vers. Et ideo Gotfred. in d. §. Idem Papinianus littera C Anton. Faber. d. l. 33. & ibi Gottfred. littera E Fælic. d. cap. 3. à num. 10. Duard. lib. 1. cap. 3. q. 1. à num. 23. citati a Michalor. d. par. 2. cap. 15. per tot. præcipuè numer. 13. Menoch. cons. 12. nu. 11. vers. tertio quod reuocata &c. vbi plures.*

Non obstat primo quod Antonius Franciscus non habuerit aliunde pecunias eum quibus hæc officia emere potuerit. Quia ex testamento paterno patet illi licere de fructibus bonorum. Primogenituræ annua scuta 300. vsque ad ætatem viginti annorum 600. vero ab inde citra peculiariter percipere, ex quibus, ac bonis maternis potuit acquirere ista officia, & cum proprijs pecunijs, pro vt acquisiuit, & insuper in instrumentis ac litteris patentibus etiam declarauit, & de iure quoque acquisiuis-

23 se præsumitur potius ex proprijs, † quam ex alienis *l. si Defunctus 10. C. Arbitr. Tut. Bart. in l. Cum oportet num. 5. vers. Quandoque si præsumeremus &c. C. De Bon. quæ liber. & in d. l. si Patruus 4. nũ. 4. vers. Aut dubitatur ex qua pecunia &c.* dictus *Tali casu non esse inquirendam industriam Personæ Menoch. d. cons. 12. num. 20. vers. Non obstat tertium Mantic. de Tacit. lib. 6. tit. 18. num. 24. vers. sed si frater emit nomine proprio multos congerit Michalor. d. par. 2. cap. 9. num. 3. & sequen.*

Non obstat secundo quod Antonius Franciscus administrauerit, & ab Administratore comuniter deputato pecunias receperit. Quia hæc non probantur, imo etiam probata non

24 cõcludunt † societatem *l. Titium, & Mæuium 48. §. Altero ff. De Admin. Tut. cum alys supra relatis.* sed inducunt in Antonio Francisco necessita-

25 tem † comunicandi (si probaretur socius omnium bonorum, *d. l. si quis Societatem 75. ibique Glossa* in Verbo *si quis ff. Pro Socio cum sopertus deductis*, Vel restituendi Vincentio ratam pecuniarum, (si probentur pecuniæ comunes) *ex iuribus supra allegatis.*

Non

Non obstat tertio quod istorum officiorum alterum impetratum appareat sub nomine eiusdem Antonij Francisci, Alterum sub nomine Thomæ, & Alterum sub nomine Vincentij. Quia hoc factum fuit cum reseruatione decreti, & dispositionis ad fauorem Antonij Francisci emptoris, *vt in eius Summ.nu.2.* & passim periculum vitæ ab emptoribus similium officiorum vacabilium apponi solet super capite aliorum, quibus tamen nihil acquiritur, † sed acquiritur ei ad cuius fauorem reseruatum est Decretum, *vt fuit dictum in Romana officii Iannizzeratus 10. Iunii 1624. coram Coccino, quæ est decis. 550.nu.3. vers. quod autem officia, &c. par.4.tom.3. Recen.vbi aliæ pleno calamo cumulantur.*

26 (marginal number beside "quiritur")

Non demum obest *decisio 28.num.11.vers.nec obstat par.7.recen.* Quia ibi ex multis alijs probabatur societas, vt ex lectura facile apparet, quæ in præsenti visa fuerunt Dominis desiderari, Et ideo, &c. Vtraque parte audita, &c.

R. P. D. M E L T I O.

Aucnionen̄ Pecuniaria.

Mercurij 4. Nouembris 1647.

A R G V M E N T V M.

Renunciatio facta à filia de bonis Paternis, & Maternis non substinetur quando fuit correspectiua ad dotem, & dos à filia consequi non possit.

S V M M A R I V M.

1 *Sententiæ validitas probatur ex reuolutione processus.*
2 *Decisiones Rotæ ostendunt bonum ius & iustitiam sententiæ.*
3 *Renunciatio facta bonis Paternis, & Maternis comprehendit etiam legatum filiæ factum.*
4 *Renunciatio non substinetur quando id quod correspectiuè promissum adimpleri non potest.*
5 *Renunciatio regulatur secundum naturam ob quam fuit facta, & rebus sic stantibus.*
6 *Pater tenetur dotare filiam etiam si ipsa habeat de proprio.*
7 *Pater dotando filiam censetur dotasse de proprio etiam si habeat in manibus bona Vxoris.*
8 *Dos potest detrahi ex bonis fideicommissi quando bona libera non extant.*
9 *Vel si extant non potest dos detrahi ab illis absque lite & impensa, & num.9.*
10 *Fructus Dotis non. extantibus bonis liberis sunt detrahendi à fructibus fideicommissi, non autem à proprietate.*
11 *Statuta Locorum sunt attendenda circa fructus dotis debitos viduis.*

D E C I S I O C X X X.

De anno 1609. Claudius de Ribera nuptui tradidit Fælisiam filiam Ludouico de Propriach cum promissione dotis scutorum duorum millium cuius medietas fuit soluta de tempore initi matrimonij; Verum quia in Instrumento promissionis Idem Claudius declarauit dictam dotem esse intelligendam de bonis paternis, & maternis, Fælisia ad fauorem Claudij amplam fecit renunciationem de omnibus Iuribus eidem competentibus, & competituris in vtraque hæreditate. Altera vero medietas inutiliter fuit postea per eosdem coniuges iudicialiter petita post mortem Claudij à Gaspare de Ribera filio, & hærede: quia hæreditas maximo ære alieno grauata reperta fuit; Vnde illius Creditores in partibus obtinuerunt sententiam graduatoriam. At cum Spirita de Vaccherijs Mater Felisiæ ipsi legasset scuta octingenta persoluenda eidem in actu matrimonij contrahendi, fuit in dicta sententia declaratum, huiusmodi legatum Spiritæ ad eosdem Creditores Claudij spectare vigore dictæ amplæ renunciationis factæ ab eadem Felisia. Causa per Appellationem fuit deinde commissa R. P. D. meo Verospio, coram quo per tres decisiones, videlicet sub 10. Decembris 1646. 5. Aprilis, & 31. Maij præteriti, fuit resolutum, dictum legatum Felisiæ deberi ad bonum computum scutorum mille non solutorum pro complemento dotis vna cum fructibus à die obitus dictæ Spiritæ, & vigore dictarum decisionum, fuit etiam lata sententia, à qua Appellatione interposita per Ioannem Marcum de Ribera filium Gasparis, & causa mihi commissa, sub hac die fuit dubitatum, An sententia esset confirmanda, & affirmatiuè per DD. fuit responsum.

1 Validitas dictæ sententiæ probatur ex inspectione Processus; † ex quo apparet, eamdem fuisse prolatam omnibus seruatis, *iuxta decisionem Veral.262.par.2.Buratt.decis.126.nu.2.*

2 Iustitia verò resultat ex late deductis in dictis tribus decisionibus, quæ vt ostendam bonum Ius, & probent Iustitiam sententiæ, † firmauit *Rot.penes Gregor.XV.decis.524.num.4.& in recent.decis.647.num.2.par.prima 678.num.1.par.2. decis.51.num.18.vers.quo verò ad iustitiam, & 223. nu.1.& seq.par.5.*

3 Non obstat, quod, dum Felisia renunciauit bonis Paternis, atque Maternis, censeatur etiam renunciasse † huic legato à Spirita Matre ipsi facto *Rot.in Romana seu Cæsenaten. hæreditatis 31. Martij 1634. coram bo: mem. Pirouano in ordine 286.num.4. par.7. recent. Rim.Iun. cons.482.numer.62.*

4 Quia cum dicta renunciatio fuerit correspectiua Constitutioni dictæ dotis, atque obligationi ab eodem Patre factæ pro illius integra solutione, quæ obligatio nedum adimpleta non fuit, sed nec etiam adimpleri potest ob deficientes illius hæreditatis vires, † ita non substinetur dicta renunciatio, *ad tex.in l.alemnæ §.Seia liberta, & l. seq. §.matri ff.de adim.legat. Menoch.præsump.12.num.2.vers. & propterea Gratian. discept. for. cap.568. num.8.Crauett.cons.127. num.13.vers. capite implementi Surd.cons.332.nu.6. & decis.163.num.12.vers. cessant autem, & seq.Caual. decis.64. num.1. vers. non enim, & num.3.vers. qua-*

quare, enim recent. decis. 428. num. 2. vers. vnde cessat causa, & nu. 3. vers. quamobrem, & seq. par. 1. & 549. num. 39. par. 5. tom. 2. & ratio est, quia † renunciatio regulatur secundum naturam, ob quam fuit facta, & rebus sic stantibus *text. in l. si actionem C. de pactis Bald. in l. pactum, quod totale quæst. 4. C. de Collationib. Rimin. Iun. cons. 11. nu. 2. 491. n. 13. & 484. num. 36. & 37. Surd. cons. 139. num. 39. & decis. 163. num. 13.*
5

Nec releuat, quod solutio scutorum mille à Claudio in causam eiusdem dotis facta cedere debeat in satisfactionem legati materni. Quia cum ille vti Pater principaliter teneretur filium dotare, † etiam quod ipse haberet de proprio, ex *tex. in l. fin. C. de dot. promiss. Rota decis. 66. num. 5. par. 1. recent.* Censendum est potius satisfacere eum prius voluisse propriæ naturali, & immediatæ obligationi, quam illi, † ad quam de Iure Ciuili nomine vxoris obstringebatur *text. in d. l. fin. eod. tit. l. & magis ff. de solution. Bart. in l. si penæ §. quamuis vers. ad contraria responde ff. de condit. indebit. Menoch. præsumpt. 15. n. 1. lib. 3. & præsumpt. 136. num. 8. vers. Quarto eod. lib. 3 Paris. cons. 80. per totum lib. 3. Afflict. decis. 178. n. 13. vers. sed præsumitur Mastrill. decis. 186. num. 1. & seq. & n. 16. vers. neque obstat renunciatio Coccin. decis. 29. num. 3.*
6
7

Quo verò ad residuum scutorum 200. assignatum super bonis subiectis fideicommisso Claudij Senioris, eiusdem Felisiæ Aui, certum est, ipsum bene potuisse, ac posse agere contra dicta bona, † cum non adsint alia libera sui Patris. *Iuxta text. in Auth. res quæ C. commun. delegat. Castr. cons. 356. num. 4. lib. 1. Alex. cons. 56. num. 3 vers. verum quia in fin. lib. 1. Rot. decis. 543. nu. coram Papa Gregor. XV.* Et quatenùs etiam aliqua extarent bona libera, † necesse esset, quod talia existerent: vt ex illis Creditum dotis absque lite, & alia impensa posset detrahi *Castr. cons. 219. ad finem lib. 1. Duran. decis. 145. num. 4. Spoletana fideicommissi 15. Iunij 1635. coram bon. me. Merlino Rom. dotis 23. Iunij 1645. §. demum non obstat. coram R. P. D. meo Ottobono, & in Interamnen. 15. Martij præteriti coram me.*
8
9

Fructus etiam deberi respectu dicti residui dotis ascendentis ad scuta 200. late comprobat pariter decisio in hac causa emanata sub die 5. Aprilis præteriti in principio *vers. sed etiam pro fructibus, et in §. hos tamen fructus, etc.* qui tamen detrahi debent ex redditibus, † non autem ex proprietate bonorum fideicommisso Claudij Senioris subiectorum, *iuxta decisionem Seraph. 481. num. 3. et decis. 1483. num. 5. et decis. 66. num. 9. par. 1. rec.* Et isti fructus taxandi, veniunt ad rationem scutorum quinque pro centenario, durante vita Claudij Iunioris dotantis, stante conuentione expressa inter ipsum, ac Ludouicum de Vincentijs virum dictæ Felisiæ facta, post obitum autem dictæ Claudij, ad rationem scutorum septem, iuxta dispositiones statuti Auenionen. † quæ debet omnino attendi *Gregor. XV. decis. 43. num. 3.*
10
11

Et ita altera tantum parte informante fuit per DD. resolutum.

R. P. D. ARGVELLES.

Meleuitana Bonorum.

Lunæ 9. Decembris 1647.

ARGVMENTVM.

Possessor anterior est manutenendus aduersus posteriorem qui attentate possessionem capiat. Possessio infra decendium ad appellandum dicitur attentata cum omnibus eodem termino currente gestis. Sententia ex quibus fiat appellabilis.

SVMMARIVM.

1 *Possessor anterior est manutenendus.*
2 *Possessor ex decreto Iudicis manuteneri debet contra anteriores possessores.*
Fortius si concurrat titulus, num. 4.
4 *Donatio præbet iustam causam possidendi.*
5 *Possessio ad effectum manutentionis, satis dicitur probat ex confessione partis.*
6 *Priuatio præsupponit habitum.*
7 *Possessio attentata non priuat anteriores possessores sua possessione.*
8 *Sententia lata extra diem cadentis citationis est nulla perinde ac si sine citatione lata fuisset, et numer. 9.*
10 *Possessio capta infra decendium ad appellandum est attentata.*
11 *Possessio attentata non est manutenibilis contra anteriores possessores.*
Quod fortius est concurrente appellatione legitimè interposita à Primeno possessore, num. 12.
15 *Attentata sunt omnia gesta infra terminum ad appellandum.*
14 *Sententia ex defectu citationis fit appellabilis.*
15 *Sententia in possessorio fit appellabilis ex capite mixturæ.*
Sententia in possessorio continet mixturam quando condemnat ad restituendum bona, num. 15.
16 *Sententia est appellabilis etiam si sit super possessorio quando adest interesse Ecclesiæ.*
17 *Commissio appellationis à Signatura simpliciter admissa censetur admissa ad utrumque effectum.*
18 *Appellatio à Signatura commissa retrotrahitur, et efficit, ut omnia interim gesta sint attentata.*
Quod procedit etiam si appellatio non esset admittenda, ibid.

DECISIO CXXXI.

IN possessionem Bonorum de quibus agitur Hospitale S. Spiritus, & Cumulus Charitatis vti Donatarij Ioannis Xaræ Anno 1638. & successiue Conuentus S. Dominici Vrbis Melitæ vti hæres Virginiæ Xaræ Anno 1646. fuerunt immissi, sed deuoluta causa ad Rotam Domini censuerunt dictum Hospitale, & Cumulum, non autem Conuentum esse manutenenda.

Ratio resolutionis fuit, quia docent de eorum anteriori † possessione ex publico instrumento illius apprehensionis factæ sub die 19. Septembris 1638. *l. Prædia 48. ff. de acquir. pos-*
1

possess.l.Non idcirco 12.C.de fid.instrum. Rota decis. 306.num.1.par.1.diuers.et decis.37.num.3.post Pacific.de Saluiano,ubi plures.

Secundo quia insuper hæc possessio capta ostenditur in executionem sententiæ Iudicis de Partibus, quæ propterea iustam causam
2 tribuit manutentionis etiam † contra anteriores possessores, l.iuste possidet 11.ff.de acquir.poss. Angel.in l.Clam.possidere 6. num.2. uers.Potest enim Iudex in fine,ff.eodem Rota diuers.decis.62.n.3.par.2. decis.513. num.1. in fine, et num.2. uers. Præsertim par.1.rec.cum alijs per sa.mem.Gregor.XV.decis.587 per tot. et decis.210. num.1. post modern. Perusin. de Manuten.

Tertio quia docetur titulata ex titulo dona-
3 tionis, † qui præbet iustam causam possidendi, toto tit.ff.pro Donato in Rubrica,et Nigro. Verall.decis.33. num.1. par.2.Rota in Cracouien.Canonicatus 7. Iunij 1610. coram Cardinali Lancellotto, & sic ista possessio est manutenenda tanquam
4 potior, † & magis iusta. Bart.in l.si duo num.4, ff.uti possid.Menoch.de retin.remed.3.num.129.130. & 733.Gratian.discept.forens.cap.402.num.1. & 2. tom.3. cum alijs in Bononien. manutentionis 19.Iunij 1647.§.Seclusa autem,&c.coram R.P.D.meo Bichio, quibus addi possunt Verall.decis.386.par.2. Gregor.XV.decis.380. per totam. Rota diuers.decis.595. nu.2.par.1.& coram Card.Caualerio decis.242. n.3. & decis.379.num.5.

Quarto quia iustificatur ex confessione alterius Partis emissa in monitorio ad traden. &
5 relaxan. bona de quibus agitur, † quæ sufficit in proposito Rota decis.101. num.4. post Pacif. de Salu. decis.406. num.1. apud Gregor.XV.decis.106. num.1.apud Cardinalem Caualer.vbi reddit ratio-
6 nem, † quod priuatio præsupponat habitum, iuxta textum in l.Manumissionem, ff.de iure iuran.& in l.Decem ff.de verb.oblig. Rota recen.decis.347.numer.1.& decis.525.num.2.par.2.in Romana spolij domorum 10.Maij 1624.coram Manzanedo, penes modern.Perus.de manuten.decis.44.num.1.vers.Quia de illorum anteriori possessione constat, &c. decis. 146. num.1.& decis.182. num.2. penes eumdem, & fuit dictum in Auximana prætensi fideicommissi 25. Iunij 1640.& 21.Iunij 1641.vtrobique in principio coram R.P.D.meo Cerro,& in Pisauren.manutentionis 4.Iulij anni præteriti,& 1.Februarij præsentis anni, vtrobique in §.primo coram me.

Non attenta immissione successiue per Ordinarium concessa Conuentui. Quia tanquam
7 Nulla, & Attentata † non priuauit anteriores possessores eorum possessione, Abb.in c.Conquerente num.8.de restit.spol.Rota diuers.decis.802.nu.7. vers.Quia pro responsione par.1.recen.decis.111.numer.2.vers. Quia hoc procedit par.1.decis.525.num. eodem vers. Quia hoc intelligitur, &c. par.2. decis. 307.num.8.coram san.mem.Greg.XV.decis.393.n.3. & 455. num.4. coram Buratto, & in Romana Bonorum 22.Aprilis,& 17.Iunij 1641.coram Reuerendiss. Domino meo Carrillo Præside Vallisoletano, vbi quod propterea anteriores possessores sunt manutenendi.

Nulla ex eo quia sententia lata fuit extra diem cadentis citationis. Nam citatio executa
8 fuit die 12. † & sententia lata fuit die 16. mensis Nouembris 1646. l. De vnoquòque ff.de re iu-

dic.Clementina Pastoralis eodem tit.Caualer.dec.276. num.6. Rota rec. decis.548. num.4.part.4.tom.3.decis.251.num.13. & seq.par.4.tom.2.decis.88.num.1. par.6. in Cornetana reintegrationis 26. Iunij 1641. coram R.P.D.meo Bichio,& in Baren.seu nullius Pecuniaria 16.Martij 1645.coram R.P.D.meo Cerro.
9 Et sic est nulla perinde; † ac si lata fuisset sine citatione san. mem. Gregor.XV. decis.546.num.6. Rota rec. decis.429. num.2. circa med. & decis.527. num.1.par.3. cum alijs quos refert, & sequitur decisio in causa Camerinen.spolij 29.Aprilis 1641.§.Vltima vero nullitas.&c.coram Reuerendiss. D.meo Dunoze. Decano.

Attentata ex eo, quia possessio Conuentus capta fuit die 20. dicti mensis Nouembris, & sic infra decendium competen. ad appellan-
10 dum, † cum sententia lata fuerit dicta die 16. eiusdem, ac proinde subiacet vitio attentatorum vulg. cap. non solum 7.in princ.de appell.in 6. & ibi Gloss.& Barbos.num.1.& 2.toto tit.ff.& Cod. nil.nou.appell.pend.Lancell.de atten.appell.pend.par.2 cap.2.opp.18.num.15.Scacc.de appell.quæst.3.nu.48. Buratt.decis.59.num.4.decis.77.num.1.& decis.306. n.2,cum aliis in Calaguritana beneficii 23.Iunii 1645 §.idcirco,&c.in Bituntina iurispatronatus 26.Februarii 1646.§.attentata siquidem,&c.& in Romana fideicommissi,seu attentatorum 11.Februarii huius anni §. siquidem attentata,&c.coram me.

Et sic non est manutenibilis contra anterio-
11 res possessores † qui non habuerunt se pro spoliatis, vt respondit Rota in Ariminen.deuolutionis bonorum 27. Iunii 1608. coram Sacrato penes eundem modern. Perusin. de manut.decis.111.num.2. vers.nullitas mandati,&c.in Vrbeuetana bonorum 27 Martii 1624. §.finali coram Vbaldo, in Perusina fideicommissi de Menichonibus 20.Februarii 1630.coram Reuerendiss.Vrgellen.in ordine 240. per tot.& in rec.decis.225.num.4.par.1.decis.326. num.3. & seq. & decis.330.num.2.par.6.

Et maximè ex eo quia pro parte Hospitalis, & Cumuli sub die 24.eiusdem mensis No-
12 uembris fuit appellatum, † & sic infra terminum competen.ad appellandum, vt animaduersum fuit in dd.Calaguritana beneficii 23.Iunii 1645 & Bituntina iurispatronatus 26.Februarii 1646. coram me, quod sufficit ad effectum, vt omnia in-
13 fra eumdem terminum gesta reputentur† attentata, vt in decis.327. num. 3. penes eumd. modern. de manut.in Vrbeuetana bonorum 26.Ianuarii, & 27.Martii 1627.coram Vbaldo, & in Leodien.dominii de Allona 25.Iunii 1627.coram Reuerendiss.D. meo Vrgellen.

Quod autem sententia esset appellabilis non visum fuit dubitandum. Tum ex capite nul-
14 litatis ob d. defectum † citationis san. mem. Gregor.XV.d.decis.546.num.6. & alii superius allegati.

Tum ex capite mixturę ex quo condemnat
15 dictum Hospitale,†& Cumulum ad restituen. Actori bona, seu eorum possessionem, vt in Summ. num. 3. quæ verba egrediuntur limites possessorij, & concernunt mixturam ob quam est locus appellationi idem Greg.XV. decis.105. num.13.& 18.Rota decis.513.num.8.par.1.rec. cum aliis in Piscen.beneficii 30.Maii, & 26.Iunii 1628. coram Vbaldo,in Nucerina parochialis 21.Maii 1629 coram

coram Motmanno, & in d. Bituntina iurispatronatus 26. Februarii 1646. §. nec dubitari potest, &c. coram me. Tum demum ex dispositione Iuris canonici, quæ in causis in quibus quomodolibet in-
16 teresse habent loca Pia †, & Ecclesiastica seruari debet in quocunque possessorio etiam summario *legis finalis Cod. de edict. Diu. Adr. tollen. Contard. ad l. vnic. limit. 3. nu. 6. vers. quod mihi C. si de moment. poss. vbi quod de iure canonico in quocumque possessorio datur appellatio, etiam in quibus de iure ciuili denegatur. Menoch. de recup. remed. 15. num. 641. Osasch. decis. 25. num. 2. vers. non obstat. postremo, &c. Rot. decis. 381. nu. 1. in fin. par. 4. diuers.* & in terminis possessorij legis finalis *fuit decisū in Rauennaten. attentatorum 20. Maii 1611. coram Coccino penes Marchesan. de commiss. par. 2. fol. 31. in Albanen. hæreditatis 28. Maii 1629. coram Eminentiss. D. Card. Hieronymo Verospio apud Modern. de manuten. decis. 266. num. 3. vers. cum à dicto mandato, & coram Reuerendiss. Vrgellen. d. decis. 240. nu. 2 vers. neque obstat, &c. vbi quod Rota passim sequitur hanc opinionem, & coram Card. Caualer. decis. 267. num. 6.*

Vltra quod cum appellatio per Signaturam fuerit simpliciter admissa superuacanea est disputatio An sententia esset appellabilis, quia tali casu ista commissio retrotrahitur perinde ac si ab initio fuisset signata, & admissa appel-
17 latio † ad vtrumque effectum *ex doctrina glossæ in l. appellatione 3. verbo deliberationis, & ibi Bald. C. de appell. Reuerendiss. Vrgellen. decis. 191. num. 5.* vbi loquitur etiam si alias appellatio non fuisset admittenda, *& subdit* quod tunc omnia ge-
18 sta † etiam ante interpositam appellationem sunt attentata, & melius *decis. 96. num. 4. in Licien. cantoriæ 23. Maii 1640. coram R. P. D. meo Royas, in Calaguritana beneficii 23. Iunii 1645. §. idcirco, &c. vers. & maximè quia causa, & in d. Bituntina iurispatronatus 26. Februarii 1646. §. vltra quod, &c. coram me.*

Et ita, &c. vnica, &c.

R. P. D. BICHIO.

Vercellen. Præposituræ.

Mercurii 11. Decembris 1647.

ARGVMENTVM.

Resignatio facta per metum non valet, & metus iustus ad hunc effectum dicitur carceratio fratris.

SVMMARIVM.

1 *Resignatio facta per iustum metum non valet.*
2 *Metus iustus dicitur carceratio proprij fratris.*
Quod procedit quando ad finem de quo est metus fuerit carceratus, num. 3.
4 *Contumelia illata fratri nobis illata videtur.*
5 *Metus iustus ad finem inualidandi resignationem dicitur carceratio fratris, à num. 2. & seq.*
Nec refert an à resignatario, vel altero eius contemplatione inferatur.
5 *Remissoria in causis beneficialibus non datur sine fumo.*
Maximè si materia articulata sit obiectiua, n. 7.
8 *Epistolæ recognitæ formiter inseruiunt pro fumo ad obtinendam remissoriam.*
9 *Protestationes tam ante, quam post resignationem factæ multum operantur in probatione metus.*
10 *Metus etiam inditijs, & coniecturis probatur.*
11 *Resignans & si sponte & libere resignare dixerit adhuc tamen potest probare metum.*
Etiam si cum iuramento libere resignare dixerit, dummodo absolutionem obtineat. num. 12.
13 *Acquiescentia metum passi nil refert durante eadem causa metus.*
14 *Acquiescentia excluditur ex reclamationibus factis post mortem metum inferentis.*
Possessor pacificus non dicitur qui per metum fuit in pacifica possessione relictus, num. 14.
15 *Remissoria semper conceditur quando materia articulata est releuans.*
Licet articuli sint obiectiui quando sunt de iure dantis & concurrit fumus, num. 16.

DECISIO CXXXII.

Vt metu se renunciasse Præposituram Ecclesiæ Collegiatæ S. Stephani Oppidi Bugelle ad fauorem D. Abbatis Bertodani probet Augustinus Riccardus, exhibuit nuper articulos, petijtque desuper sibi concedi remissoriam quam proposito particulari dubio concedendam esse Domini dixerunt.

Continet siquidem articuli quod anno 1626 de mandato Magnatis carceratus fuit Clemens Riccardus Augustini articulantis frater germanus, vt publicè dicebatur ad effectum, vt idem Augustinus Prepositurам hanc resignaret ad fauorem Bertodani, quodque de anno 1627, secuta fuit dicti Clementis excarceratio quia præcesserat Præposituræ resignatio. Id ipsum legitur in diuersis epistolis ad Augustinum ante excarcerationem missis, & formiter recognitis in quarum altera habetur *s'è fatto ogni possibile per liberar da Castello il Sig. suo fratello, &c. è impossibile d'vscirne se V. S. non rinuntia quella sua Prepositura di Biella al Sig. Bertodano, &c* in altera *dopo hauer tentato tutt'i mezzi possibili per la liberatione di vostro fratello quale si ritroua ancora presentemente detenuto ad instanza de' Conti Bertodani che pretendono la Prepositura che hauete ottenuta di Biella non c'è altro rimedio ne si può ottenere detta liberatione se prima non fate renuntia di detto beneficio à fauore di Felice Bertodano:* & accedit fides iurata fratris Thomæ Leuini Prioris Riuoli, nec non fratris Isidori Calcanei Ordinis Prædicatorum, qui in recognitione fidei interrogatus respondit *la verità fu, & è che detto Sig. Clemente fu carcerato d'Ottobre 1626. d'ordine, &c. ad instanza però del Sig. Conte Bertodano à fine di ridurre il Signor Agostino Ricciardi suo fratello alla renuntia della Prepositura di S. Stefano di Biella, &c. & ne segue poi detta renuntia in virtù della quale detto Sig. Clemente fu liberato dalle carceri.*

Ex quibus resultat materiæ articulatæ tùm
1 releuantia, † quia resignatio facta iusto metu non tenet *cap. ad audientiam de his quæ vi metus cauf. fiun. Calder. cons. 1. de renunc. Rolan. cons. 100. n. 112. & seq. lib. 4. Rot. decis. 5. de renunc. in nou. & in* Posna-

Posnanien. Abbatiæ 15. *Iunij* 1646. *coram R. P. D. meo Celso*, diciturque iustus metus si fuit carce-
2 ratus † resignantis frater, *Felin. in cap. Ecclesia S.Mariæ sub nu.*99. *uers. & loquuntur de const. Ruin. cons.*121. *nu.*3. *lib.*4. *Paris. de resig. lib.*13. *quæst.*1. *num.*158. *ac* 3. *seqq.* vbi declarat hoc procedere dummodo frater non fuerit carceratus ex alia
3 causa, † & probetur quod non fuisset liberatus è carceribus nisi Clericus renunciasset, *Rot. decis.*7. *de renunc. in nou. alijque relati à Moder. Matriten. in Methodica delineat. de metu lib.*2. *cap.*13. *numer.*92. nam contumelia quæ infertur fratri
4 nobis † inferri videtur, vt notat *Ias. in l.*1. *nu.*2. *C. indict. uiduit. tollen. Paris. d. quæst.*1. *numer.*159. *Papazz. in addit. ad d. decis.*7. *de renunc. in nou. Surd. decis.*101. *num.*12. Nec interest an metus infe-
5 ratur ab ipso resignatario, † vel ab alio eius contemplatione, vt probat *text. in l. metum autem* 9. *§. fin. & l. seq. ff. eo quod met. caus.* ac tradit *Add. ad decis.*5. *nu.*5. *de renunc. in nou. Dec. cons.*219. *num.*4. *uers. quod illi, Paris. d. quæst.*1. *num.*199.
6 Tum fumus, qui necessarius † est pro obtinenda remissoria in causis beneficialibus, *Mandos. in prax. commiss. formul.*25. *uerbo remissoriam, uers. non tamen, Cocc. decis.*165. *nu.*7. *Buratt. dec.*23.
7 *num.*4. & Maximè quando † materia articulata est obiectiua licet sit de iure dantis, *Caputaq. decis.*62. *num.*1. *part.*3. *Rot. decis.*687. *nu.*3. *part.*3. *diuers. decis.*302. *nu.*15. *part.*5. *recent.* nam episto-
8 læ formiter recognitæ † inseruiunt pro fumo, *Dec. cons.*219. *ante fin. uers. septimo quæritur, Ruin. cons.*121. *num.*11. *lib.*4. *Paris. de resignat. d. lib.*13. *quæst.*1. *nu.*81. iunctis præsertim reiteratis protestationibns emissis à resignante tàm ante, quàm post consensum præstitum resignatio-
9 ni, † quæ multum operantur, vt in terminis tradit *Dec. d. cons.*219. *num.*2. *post med. uers. & hoc comprobatur, Ruin. d. cons.*121. *num.*24. *& seq. lib.*4. *Paris. d. quæst.*1. *num.* 191. cum metus etiam
10 coniecturis, † & inditij probetur, *Auchar. consil.*299. *num.*1. *Soccin. Iun. cons.*47. *num.*33. *lib.*3. *Rimin. Iun. cons.*404. *num.*60. *Natt. consil.*50. *nu.*9. *& seqq. Osasc. decis.*179. *num.*1.

Non obstat quod in litteris resignationis dicatur quod resignans spontè, & liberè resigna-
11 uit, † quia adhuc potest allegari, & probari metus, *Ruin. d. cons.*121. *nu.*21. *uers. nec obstat lib.*4. *Paris. d. quæst.*1. *nu.*213. *&* 214. etiamsi additum fuerit iuramentum saltem quando, vt in casu
12 nostro obtenta † fuit obsolutio, *cap. si uerò ibique gloss. uerbo meruerunt de iure iur. Serap. de priuileg. iuramen. priuileg.*110. *sub num.*16. *uers. si ergo uelit. Paris. d. quæst.*1. *num.*28. *&* 29.

Minus obstat quod metus non fuerit probatus dum pendebat hæc lis in partibus: vel in omnem euentũ purgatus fuit per acquiescentiam resignantIs ab anno 1627. vsque ad tempus motæ litis. Quia imputari non potest Augustino quod lite pendẽte in partibus metum non probauerit, dum ibi probare incœpit, sed Iudex instante Aduersario causam remisit ad Curiam. Acquiescientia verò resignantis do-
13 nec vixit qui metum intulit, † & sic durante causa metus non suffragatur, *Dec. d. consil.*219. *sub num.*4. *Seraph. decis.*873. *num.*4. *&* 5. *san. mem. Gregor. XV. decis.*392. *nu.*3. *Buratt. decis.*86. *nu.*27. *decis.*205. *num.*29. & in his terminis *Paris. d. q.*1. *numer.*206. Eo autem mortuo de anno 1630. statim vel paulò post incœpta fuit hæc lis quæ
14 excludit acquiescientiam efficitque, † vt possessor non dicatur pacificus, itaut nec ab indè citrà allegari possit regula de triennali, *Mant. decis.*46. *num.*14. *decis.*79. *num.*9.

Tandem non obstant priuilegia allegata, quia non fuerant exhibita prout necessarium erat, vt dignosci posset an comprehendant casum, de quo agitur, & poterunt maturius ponderari in disputatione negocij principalis non retardata interim concessione remissoriæ,
15 quæ † semper conceditur quando materia articutata est releuans, *Buratt. decis.*656. *num.*4. *Gregor. XV. decis.*191. *nu.*1. *Rot. inter recent. dec.*661. *nu.*4. *part.*2. & alias sępisimè quamuis articuli cõtineant obiectus si sint de iure dantis, & da-
16 tur magnus † fumus articulatorum, *Gratian. discept.*803. *numer.*13. *& seqq. Caualer. decis.*512. *nu.*1. *cum alijs allegatis in Ianuen. Pecuniaria* 28. *Nouemb.* 1642. *coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Et ità decisum vtraque parte informante.

R. P. D. MELTIO,

Posteà Episcopo PAPIEN.

Pisaureñ Beneficij.

Mercurij 11. *Decembris* 1647.

ARGVMENTVM.

Cappellanus amouibilis licèt durante tempore suæ deputationis conseruari debeat in suo statu, attamen quia verè non dicitur habere possessionem, manutentionem prætendere non potest.

SVMMARIVM.

1 *Possessio beneficij probatur ex instrumento apprehensionis illius captæ auctoritate executoris.*
2 *Possessor anterior manuteneri debet.*
3 *Possessoriũ remedium non competit Cappellano amouibili.*
4 *Possessio probatur ex decisionibus concedentibus manutentionem.*
5 *Possessio nulla non attenditur ad effectum manutentionis.*
6 *Possessio nulla, & turbatiua dicitur resoluta per manutentionem alteri concessam.*
7 *Possessionis causam mutare nemo potest alio in possessione existente.*
8 *Manutentio non conceditur non habenti possessionem.*
9 *Erectio beneficij in Parrochialem dicitur effectuata per consensum Beneficiati.*
10 *Limitata causa limitatum producit effectum.*
11 *Consensus non operatur contrà intentionem consentientis.*
12 *Consentire ad sui præiudicium nemo præsumitur.*
13 *Censentire non dicitur, qui quærimonias fecit.*
14 *Possessio eodem tempore apud duos esse non potest.*
15 *Subrogatus vtitur iuribus, & exceptionibus ei competentibus, in cuius loco subrogatur.*
16 *Possessio subrogati vigoregratiosæ subrogationis, non dicitur noua sed antiqua.*

17 *Citari non debet, qui non possidet.*
18 *Prouisio non iustificata corruit, & remanet inanis.*
19 *Possessorium summariissimum non admittit disputationem super prouisione apostolica.*
20 *Erectio non dicitur effectuata non purificato Episcopi decreto.*
21 *Cappellanus licet amouibilis conseruari debet in suo statu durante tempore suæ deputationis.*

DECISIO C.XXXIII.

DVM Ioseph Annibal Pardus pacificè possidebat simplex Beneficium S.Michaelis Villæ Buncij, de quo agitur. De anno 1644. 21. Ianuarij Episcopus Pisaureñ illud erexit in Parochialem, vt apparet ex Summ. Ioannis Baptistæ Rinalducij *num.*1. sine aliquo tamen pręiudicio Pardi possessoris, & cum facultate pro nunc, & donec casus euenerit vacationis eiusdem beneficij deputandi Cappellanum ad nutum amouibilem pro administratione Sacramentorum, prout fuit posteà deputatus Carolus Vannius ab Episcopo cum designatione mercedis ab hominibus dictæ Villæ soluendæ *d. Summ. num.* 2. dictus Vannius de tali deputatione non contentus, huiusmodi beneficium impetrauit à Sede Apostolica, sub narratiua, quod vacaret, & Curatum esset à primæua erectione, & non citato Pardo possessore, possessionem illius adeptus fuit sub die 24. Maij 1645. *eius Summar. num.*5. vigore Decreti per Vicarium Pisaureñ facti vti Exequutorem litterarum Apostolicarum, sine tamen præiudicium Pardi quoad fructus, à quo decreto interposita appellatione per Pardum, & commissa causa R.P.D. meo Ghisilerio sub die 17. Nouembris 1645. disputatum fuit Dubium super manutentione, quæ Pardo fuit concessa, & expedito per eum mandato, istud pariter fuit confirmatum sub 18. *Iunij* 1646. *coram eodem R.P.D. meo Ghisilerio*, sed obtenta posteà per eumdem Pardum Præbenda Theologali in Ecclesia Cathedrali Pisaureñ S.D.N. in illius collatione ex speciali Decreto sibi reseruauit dictum Beneficium simplex, *d. Summar. num.*4. illudque Io: Baptistę Rinalducio contulit cum suspensione omnium, & quarumcumque Erectionum, vnionum, reseruationum effectum nondum sortitarum *d. Summ. nu.*5. cum subrogatione gratiosa ad partes expedita in iuribus, & possessione Pardi *num.* 6. cuius prouisionis vigore Rinalducius sub 9. Iulij 1646. fuit in possessionem immissus eiusdem Beneficij, à qua immissione introducta appellatione per Vannium fuit commissa causa eidem R.P.D. meo Ghisilerio, & disputato dubio sub 28. Iunij prædicti super manutentione, fuit resolutum ipsi Vannio esse dandum mandatum de manuteneñ, sub hoc præsertim prętextu, quod de tempore immissionis obtentæ à Rinalducio, ipse non fuisset citatus, & tale mandatum fuit relaxatum, sed interposita etiam appellatione per Rinalducium, & mihi commissa causa cum facultate manutenendi quem de iure, dubitatum fuit, cui dandum sit mandatum de manutenēdo, & ad fauorem Rinalducij, fuit per DD. responsum, quoad possessionem Beneficij, & perceptionem fructuum, Carolū verò esse conseruandum in statu exercendi Curam Animarum iuxtà formam Decreti Ordinarij.

De possessione autem Rinalducij sufficienter constare visum fuit ex Instrumēto publico possessionis appræhensæ sub die 9. Iunij 1646.
1 auctoritate † Exequutionis deputati in litteris Apostolicis, ad *text. in l. iustè possid. & ff. de acq. poss. Rota decis.*323. *numer.*1. *& seqq. coram Papa Gregor. XV.*

Non obstat, quod Carolus asserat se anteriorem possessorem Beneficij, de quo agitur,
2 & † ideò manutentionem prætendat in illius possessione, vt firmatur in *decis. Emanata in hac causa sub die 28. Iunij præteriti coram R. P. D. meo Ghisilerio in §.1. vers. DD. dixerunt.*

Nam possessio Caroli duplici ex capite debet considerari, vna vti Cappellani amouibilis deputati ab Episcopo Pisaureñ ad effectum, de quo supra cum d. mercede ab hominibus Villę Buncij soluenda, & certum est Vannium tamquam talem, nullum habere titulum, & per consequens nullam posse petere manu-
3 tentionem, † cum ei non competant remedia possessoria; *Lara de Cappellanis lib.2. cap.6. numer.20. & 21. Guttier. pract. lib.3. quæst.11. in princ. nu.18. Garz. de benef. part. . cap.2. num 87. Rota in Salamantina Vicariæ 15. Martij 1595. coram Blanchetto, Add. per Rub. ad decis.2. num.223. part.3. tom.2. in recent. & decis.49. num.12. part.7.* & latissimè fuit firmatum in *Ispalen. Iuris amouendi Curatos 20. Aprilis 1640. & 21. Iunij 1642. coram R.P.D. meo Peutingerio.*

Altera verò vti de Beneficio Parochiali, & ista nō potest saluari à vitio nullitatis, & attentatorum, tamquam capta non citato Pardo anteriori, & legitimo possessore, ac pendente tempore ad appellandum ab illius Exequutoris decreto, prout idem Pardus appellauit, cuius appellatio fuit deindè simpliciter cōmissa Rotæ, à qua per binas decisiones scilicet sub 17. Nouembris 1645. & 18. Iunij 1646. coram R.P.D. meo Ghisilerio fuit resolutum Pardo
4 esse dandam manutentionē, † ex quibus concludenter probata remanet illius possessio, vt alias firmauit *Rot. coram Mantic. decis.*252. *nu.*2. *Card. Caualer. decis.*217. *num.*2. *Buratt. decis.*221. *num.*2. & idcircò possessio Vannij tamquam
5 nullius roboris † non est attendenda ad effectū manutētionis *cap. licet causam §. ex præmissis extrà de probat. cap. non solum de appell. in 6. Seraph. decis.138. num.2. vers. non obstat, & decis.287. num.1. Pampilonen. Iuris sedendi 1. Iulij 1609. coram bon. mem. Mazanedo*, penès *Modern. Reruf. de manut. decis.117. nu.9. vers. Sed vtrumque sit*; & in alijs relatis in *Imolen. Beneficij 23. Iunij 1645. coram R. P.D. meo Corrado in §. nec visa fuerunt*, cum cen-
6 seatur turbatiua, & clandestina; † Imò illa prorsus fuit resoluta per dictam manutentionem Pardo concessam, *Rota decis.165. num.33. vers. probata illius possessio part.7. recent.* & in *Romana Domus 27. Ianuarij 1640. coram Eminentiss. D. Card. Verospio in §. nec contrarium dici poterat, vers. Et probata*, nec Carolo licuit mutare causam

7 sam possidendi, † dum Pardus in possessione iam reperiebatur, *Gabr. cons. 51. nu. 28. vers. quinto, quod dicitur lib. 1. Socc. cons. 181. nu. 7. vers. præterea lib. 1. Roland. cons. 77. num. 34. lib. 1. Caualer. decis. 429. numer. 20.* Quapropter cum Carolus nullam haberet possessionem, vt bis per *Rotam*
8 *coram R. P. D. Ghisilerio fuit resolutum*, † vtiquè nulla ei poterat competere manutentio §. *retinendæ instit. de interd. Rota decis. 290. num. 1. & 304. num. 7. part. 7. recent.*

Neque dici potest, quod Pardus abdicauerit à se possessionem huius Beneficij, postquam illud fuit erectum in Parochialem ob consensum ab eo præstitum, quod Carolus exerceret
9 Curam Animarũ, vndè † supponitur effectuat à erectio, vt firmatur in *d. decis. in hac emanata 28. Iunij in §. nec quicquam facit, cira fin. Bald. consil. 102. punctus super num. 2. vers. præterea lib. 2.*

Quia si consideremus consensum præstitum per Pardum de anno 1644. 8. Octostrts, scilicet, quod Carolus continuaret in officio Cappellani ad exercendum curam Animarum in eadem Ecclesia iuxtà tenorem litterarum patentium Episcopi, quibus fuerat deputatus in d. Officio ad eius nutum amouibilis, vt apparet ex Instrumento super indè confecto inter eumdem Pardum, & homines Villæ dato in *Summ. Io: Baptistæ num. 2.* talis consensus non fuit liber, & absolutus, sed cũ qualitate, nempè, quod Carolus in d. Ecclesia exerceret curam animarum tamquam Cappellanus amouibilis iuxtà tenorem dictarũ litterarum Episcopi; & ideò tamquam limitatè præstitus ad exercendam curam animarũ, vti Cappellanus amouibilis ad nutum, non potest extendi ad Approbationem concessionis Parochialis in personam eiusdem Caroli, nam quæcumque limitatio non capit alios actus præter limita-
10 tos, † & limitatum producit effectum, *l. Inbemus, C. ad Velleian. l. age cũ Geminiano, C. de transact. Ias. in l. si fundum num. 20. ff. de leg. 1. Maresc. var. resol. cap. 35. nu. 53. lib. 2. Socc. Sen. cons. 31. nu. 19. lib. 1. Rim: Iun. cons. 23. num. 23. cons. 297. num. 29. cons. 508. num. 16. & cons. 601. nu. 24. & seq. Surd. decis. 132. num. 27. Cephal. cons. 148. num. 24. lib. 1. Menoch. cons. 121. num. 68. Bursat. cons. 137. nu. 25. vol. 2. Surd. cons. 387. num. 6. & cons. 445. num. 60. & cons. 513. numer. 28. Buratt. decis. 136. num. 8. & decis. 567. num. 7. coram Papa Gregor.* Vltrà quod
11 huiusmodi consensus † operari non potuit contra intentionem Pardi consentientis, *l. non omnes, ff. si cert. pet. Tiraq. de retract. lig. §. 1. glos. 9. nu. 141. & 142. Gratian. discept. for. cap. 831. nu. 4. & 5. Castr. cons. 259. omnis difficultas col. 4. post princ. vers. quia in puncto præsupponitur num. 4. lib. 1. Alex. cons. 65. quam omnes col. fin. vers. præterea illud lib. 6.* alias huiusmodi cõsensus eidem Pardo fuisset
12 præiudicialis, & tamen nemo præsumitur † in sui præiudicium consentire velle, *arg. l. qui eras, ff. de procurat. gloss. in cap. nonne de præsumpt. Innoc. in cap. in generis num. 5. de elect. Mantic. de tacit, & ambig. tit. 16. num. 12. lib. 8.*

Si verò prætendatur, quod Pardus consenserit possessioni huius Beneficij captæ die 24. Maij 1645. postquã Carolus obtinuit prouisionem Apostolicam de eodem Beneficio tamquam de Parochiali vacante, certum est nullo pacto posse considerari aliquem consensum; Imò expressum dissensum, nam Pardus habita notitia d. prouisionis Apostolicæ, non solum non acquieuit dictæ prouisioni; imò illicò contradixit appellando, curauitque causam in Rota cõmitti, & manutentionem per duas decisiones obtinuit, quæ omnia deseruiunt pro comprobatione apertissimi dissensus, cum
13 non dicatur consentire, † qui quærimonias facit, *Text. in l. 1. ff. de appellat. l. appellatione l. & in maioribus, l. si quis prouocatione, C. eod. tit. Cephal. cons. 384. num. 47. lib. 3.* & sensit *Rota in vna Tiburtina coram Capizzucho relata per Lancellott. de attent. part. 2. cap. 4. limit. 16. num. 13. in fin. vers. & ratio est, &c.* quæ manutentio excludit possessio-
14 nem Caroli, † cum apud duos eodem tempore illa esse non possit, *l. 3. §. ex contrario, ff. de acq. poss. l. cum tibi, C. qui pot. in pign. hab. Rimin. Iun. consil. 667. numer. 72. Gratian. discept. for. cap. 700. num. 47. Mohed. decis. 20. de restit. spol. Buratt. decis. 39. num. 7. Ariminen. fideicom. 14. Martij 1640. vers. hoc verò coram R. P. D. meo Cerro*, sed cum hæc omnia præiudicium non attulerint Pardo, qui manutentionem obtinuit, ità nec etiã possunt officere Io. Baptistæ Rinalducio tamquam subrogato in omne Ius, & possessionem Pardi vigore gratiæ Apostolicæ ad partes ei concessæ, vt in eius *Summ. num. 6.* cum virtute huiusmodi subrogationis considerari debeat
15 tamquam eadem persona Pardi, † ac eisdem Iuribus, & exceptionibus vti possit, quæ illi competebant, *Rota decis. 10. num. 4. vers. nam cui, vt lit. pend. in nou. Verall. decis. 227. nu. 1. vers. nam part. 1. in recent. decis. 68. nu. 3. part. 4. & decis. 252. num. 4. vers. cum omnia vera part. 5. Placentina Canonicatus 31. Maij 1602. coram clar. mem. Card. Hieronymo Pamphilio, Meleuitan. Commendæ 9. Decembris 1639. vers. ad secundam coram bon. mem. Pirouano, & in Mediolanen. Emphiteusis, seù bonorum 17. Iunij 1641. vers. quoniam virtus coram Eminentiss. D. Card. Panzirolo*, & huiusmodi possessio Rinalducij vigore dictæ gratiosæ subrogatio-
16 nis certum est, † quod non dicitur noua possessio, sed mera continuatio antiquæ, quam Pardus habebat, vt sæpius firmauit *Rota, & signanter in Valentina Rectoriæ 3. Decembris 1646. confirmata sub 24. Maij 1647. coram R. P. D. meo Bichio.*

Minus aduersatur, quod possessio Rinalducij nulla, & attentata dicatur, eo quia fuit per eum appræhensa, non citato d. Carolo, nam vt superiùs dictum fuit, de aliqua Caroli possessione constare non potuit, dum per Rotam fuit declaratum, & resolutum Pardum esse manutenendum in possessione, signum euidens Carolum nullam habuisse possessionem,
17 qui propterea tamquam non possessor † citari non debebat, *Ioan. Andr. in cap. 1. de nou. oper. nunc. Cagnol. in l. qui potest, ff. de reg. iur. Gabr. de citat. lib. 2. conclus. 1. num. 348. Menoch. de arbitr. Iud. lib. 1. quæst. 17. num. 1. Surd. cons. 39. num. 20. Rot. decis. 433. nu. 17. §. nulliter autem Index par. 6. recent.*

Respectu verò prouisionis Apostolicæ obtentæ per Carolum, nec illa releuat, quia cũ si fue-

fuerit obtenta sub narratiua, quod beneficium de quo agitur, esset vacans tamquam Parochiale à primæua illius erectione, & per negligentiam Ordinarij ad Sedem Apostolicam deuolutum, & tamen esset plenum, quia à Pardo legitimè possidebatur, suspensusq; fuisset effectus erectionis in Parochialem in tempus eiusdem Pardi cessus, vel decessus, ideò pro-
18 uisio vti non iustificata corruit, † & remanet inanis, nec aliquem effectum habere potest, *cap.1. de rescript. Garz. de benef. part.6. cap.2. numer.160. Lotther.de re benef. lib.2.quæst.20.nu.203. lib.3.quæst.3.nu.42. vers.si autem suppositio est falsa, Card. Seraph.decis.997.num.1. vers.& Domini censuerunt, Rot.in Fauentina iurispatronatus 23.Ianuarij 1636. coram bon. mem. Pirouano in fin.* & in omnem casum de tali prouisione Apostolica
19 non † est agendum in hoc summarijssimo possessorio, vt fuit resolutum in *Oueten. iurisdictionis 2. Iunij 1643. circa fin. coram eodem Pirouano*.

Non obstat, quod erectio huius beneficij in Parochialem potuerit per Epispocum fieri stante indigentia, & quantitate Populi ex facultate Concil. Trident. sess. 21. cap.4. de reformat.

Quia Summus Pontifex illam nihilominus pro hac vice suspendere voluit, vt legitur in *Summ.Rinalducij num.5.* sed magis elidit quamcumque difficultatem, quia dicta erectio de tempore prouisionis Apostolicæ effectum nondum fuerat sortita, cum facta legatur sine vllo præiudicio præsentis Rectoris, ac præseruatis omnibus illius Iuribus vt optimè colligitur ex decreto Episcopi *d. Summ. num.1.* sed effectuatio suspensa, & reseruata fuit in tempus vacationis deindè cõtingentis per cessum, vel decessum eiusdem Pardi tunc Rectoris, quæ forma decreti Episcopi per cessum, vel decessum, cum non fuerit purificata, vt necessariũ erat pro exequutione d.decreti, vtique dici minimè potest, quod vacatio contigerit sub dispositione decreti Episcopi, sed Summi Pontificis, non solum ob dimissionem in eius manibus factam, sed per speciale decretum reseruationis in litteris prouisionis alterius beneficij per ipsum Pardum obtenti, vt ex *dict. Summ. num.4.* ex quo euidenter probatur deliberata voluntas Summi Pontificis præueniendi quemcumque alium collatorem, ideò cum dictum decretum Episcopi hactenus non fuerit
20 purificatum, † & per consequens nec dicta erectio verè potest dici effectuata, *Felin. cap.in nostra num.24.de rescript. Caccialup.de vnion. art.4. quæst.6. & art.9.num.5. Gonzal. ad reg. gloss.5. §.7. nu.136. vers.si verò fuerit facta vnio. Cald. cons.13. num.2. vers.effectus vnionis, Cost.de reb. Eccles. non alien. Rot.decis.4. & 6. eodem tit. antiq. Mohed. decis.36. in fin. vers. ex quo fuit conclusum de renunciation.*

Quo verò ad statum exercendi in d. Ecclesia curam animarum, Domini ordinarunt Carolum esse conseruandum in statu illam exer-
21 cendi† vti Cappellanum amouibilem ab Episcopo deputatum durante eius deputatione, iuxtà tradita per *Rotam in decis.1.num.1. vers.secus si spoliatur ab extraneo, & decis.6. vers. item interest de restit. spoliat. in antiq. Caual. decis.72.nu.4. vers.2. & seq.*

Et ita vtraque parte, &c.

R. P. D. GHISILERIO,
Posteà Episcopo IMOLEN,

Calaguritana Beneficij della casa della Reyna.

Mercurij 11. Decembris 1647.

ARGVMENTVM.

Causa quamuis de sui natura sit inappellabilis, si tamen Signatura simpliciter prò appellatione respondit, omnia medio tempore gesta sunt attentata, an autem hoc procedat in commissione obtenta sub Banca in decisione videbis.

SVMMARIVM.

1 *Sequestrum apponitur in beneficialibus vbi possessio est attentata.*
2 *Appellatio admittitur à relatione examinatorum in causa beneficiorum Calaguritanorum.*
3 *Appellatio interposita coram honestis viris quando suffragetur.*
4 *Appellalionis termino pendente quidquid geritur reuocari debet saltem per viam nullitatis.*
5 *Appellatione per Signaturam admissa etiam in causa de sui natura inappellabili efficit omnia medio tempore gesta attentata.*
6 *Commissio obtenta sub Banca intelligitur, prout de iure.*
Rescripta Signaturæ secundum iuris dispositionem sunt intelligenda. num.6.

DECISIO CXXXIV.

INFORMANTE tantùm Francisco Diaz de Medina sub die decimoquinto Octob. 1645. fuit resolutum, mandatum Ordinarij Calaguritani directum Beneficiatis de præsentando ipsam præsentationem factam à Beneficiatis de persona Iosephi de San Clemente, & institutionem cum adeptione possessionis, tanquã gesta non solum pendente termino ad appellandum, sed etiam post appellationem intra legitima tempora interpositam à dicto Francisco à mala examinatorum Synodalium relatione esse attentata, & pro illorum reuocatione iuxtà stylum huius Sac. Tribunalis esse apponendum sequestrum, vt passim seruatur, ita *Rota coram Cassad. decis.3. num.6. de restit. spol. coram Caput. decis.157. part.3. coram Cæs.de Grass. decis.2. num.1. de appellat. & in alijs plurimis.*

Reproposita causa super iisdem ad instantiam dicti Iosephi, adhuc Domini ex rationibus in dicta decisione deductis steterunt in decisis, resoluendo, quod sequestrum non esset reuocandum cum fuerit appositum tam ratione appellationis interpositę per Franciscum à mala relatione examinatorũ cum expressione,

ne, quod approbarunt simul cum eo Iosephum in minoribus ordinibus constitutum, quam ratione nullitatis, ex quo pendente termino ad appellandum Episcopus, visa relatione examinatorum, mandauerit Beneficiatis, vt præsentarent vnum ex approbatis, à quibus cum fuisset præsentatus Ioseph, ei contulit d. midium simplex beneficium, de quo agitur, quæ omnia, tamquam facta post interpositam appellationem, vti nulliter facta sunt reuocanda, & sequestrum apponendum possessioni captæ per eundem Iosephum, cum à supradicta approbatione daretur appellatio suspensiua iuxta opinionem Rotæ passim obseruata in causis Calaguritanis, in quibus præsupposita dispositione motus proprij fœl. record. Clementis VIII. super collatione Beneficiorũ Calaguritanæ Diœcesis semper fuit dictum,

2 admitti appellationem à relationibus examinatorum, vt præter decisiones allegatas in decisione, quæ reuidetur *in §. quod coram Ordinario in fine*, faciunt decisiones adductæ *per add. sub litt. A. ad decis. 515. coram San. mem. Greg. XV.* & hoc fortius in præsenti casu, in quo fuit iudicialiter processum, prout fuit ponderatum in alia decisione in hac causa facta. Vnde dum approbatio emanauit ab Examinatoribus sub die 14. Martij 1644. & sub eadem die fuit expeditum mandatum Ordinarij de præsentando, appellatio vero fuit interposita sub sequẽti die 15, ac sub diebus 17. & 24. eiusdem respectiuè sequutà fuit præsentatio de persona Iosephi à Beneficiatis, & institutio cum possessione: Præsentatio, & institutio cum possessione indubitanter fuerunt attentata, & sunt reuocanda appositione sequestri ex supra relatis.

Neq; supradicta possunt euitari ex eo, quod appellatio interposita per Franciscum intra decem dies non causauerit attentata, quia non fuit interposita coram Iudice, vt debuit, sed

3 coram honestis viris, † quę propterea non interposita parte præsente, nec illi, minusque Iudici intra mensem cum legitimo documento intimata, non suffragatur ex traditis *per Lãcell. de att. p. 2. cap. 12. ampliat. 15. num. 21. & 22. per Scacc. de appell. quæst. 6. num. 31. & per Grat. disc. 10. num. 8. & seq.* dum non facta intimatione non est, quod imputetur Iudici, aùt parti, si quid attentauerit: quia circumscripta etiam appellatione, attamen omnia gesta post approbationem intra terminum decem dierum da-

4 tum † ad appellandum tamquam gesta pendẽte termino, saltem per viam nullitatis sunt reuocanda. *Cæsar de Graff. decis. 5. num. 5. de appel. Moed. decis. 150. num. 2. Rot. in recent. decis. 235. n. 7. decis. 598. num. 2. p. 1. & coram Sanct. mem. Greg. XV. decis. 91. num. 8.*

Sed tollit omnem difficultatem rescriptum Signaturæ Iustitiæ, quæ causam appellationis interpositæ à dicto Francisco commisit simplicitèr, quo attento, vt sæpissimè dixit Rota huiusmodi commissiones retrotrahuntur ad diem sententiæ, neque nostrum est inquirere, an decretum esset appellabile, vel benè

5 fuerit interposita appellatio, † dum Signatura, ad quam hoc spectat, appellationis causam commisit, cuius rescriptum est sufficiens ad effectum causandi attentata etiam in causa de sui natura inappellabili, vt in pluribus decisionibus relatis *in decis. 305. num. 19. par. 6. recent. per add. ad bon. mem. Buratt. decis. 902. n. 6.* vbi quod appellatio per signaturam simpliciter admissa causat attentata, etiamsi alias non esset admittenda, & haberi debet perindè ac si ab initio habuisset vtrumque effectum, quæ ratio fuit approbata deindè per Rotam in alijs decisionibus in istis terminis.

Non obstat, quod, cum commissio appel-

6 lationis fuerit obtenta sub banca, † & nõ vtraque parte informante, rescriptum Signaturę intelligatur, prout de iure, *vt dixit Rota in Bononien. Contractus 28. Iunij 1645. coram R. P. D. meo Cerro*, quia casus dictę decisionis est valdè diuersus, vt probat lectura decisionis, siquidẽ in illo casu possessio capta fuit post desertionem causę, dum elapso decennio fuerunt seruati quatuor termini ad docendum de appellatione iuxta stylum, in quibus pars nihil deduxit, nec commissio fuit pręsentata, secus autem si possessio adepta fuerit pendente termino, prout in casu nostro: tunc enim est attentata superueniente commissione simpliciter signata, vt in dicta decisione R. P. D. mei Cerri in prima parte distinctionis, quę propterea, cum admittat, quod si possessio fuisset capta in termino ad appellãdum, vel post pręsentatam commissionem, intrarent attentata, non meretur allegari in contrarium.

In quam sententiam eò libentius transierũt Domini accedente inobedientia Iosephi, qui non solum violauit sequestrum appositum exercendo actus possessorios, & exigendo fructus dimidij beneficij controuersi: quin imò habuit recursum ad Iudices laicos ad impediendum exequutionem sequestri obtenti per Franciscum, coram quibus obtinuit carcerari Notarium recusantem eisdem Ministris Regijs tradere dictum sequestrum, vt iustificatur ex datis in *Sum. d. Francisci*.

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum, sequestrum non esse reuocan. & consequenter stan. in decisis sub die 15. Decembris 1645. coram me.

R. P. D. CORRADO

Postea Eminentiss. D. CARDINALI.

Mediolanẽ Pension.

Mercurij 11. Decembris 1647.

ARGVMENTVM

An Beneficiati quorum massæ vltra distributiones quotidianas fuerat certa pensio assignata, possint ne parte eorum portionis recepta reliquum Capitulo dimittere, & relaxare, vt deinde Capitulum integra massa recepta, & exacta, possit illam in suos vsus conuerti, vel cũ alijs beneficiatis communicare teneatur ad solum effectum remissoriæ in præsenti decisione discutitur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Exigendi difficultas non derogat obligationi, nec tollit ius quæsitum.*
2 *Beneficiati an possint disponere de pensionibus, alijsque distribusionibus eorum massæ, Assignatis, & sup.num.primo.*
3 *Distributiones quotidianæ non percipiuntur nisi ab interessentibus*
4 *Vsus loquendi congruam importat interpratationem, quæ etiam proprietati verborum præfertur.*
5 *Vsus loquendi præualet omni regulæ, ac omni constitutioni.*
6 *Interpratatio ea admittitur, quæ congruit verbis ac sensui.*
7 *Distributiones quotidianæ licet in exactione ad finem anni differantur, persoluuntur tamen ratione seruitij quolibet die in ecclesia prestiti.*
8 *Præstationes quæ soluuntur tanquam onera non alterant substantiam massæ distributionum quotidianarum.*
9 *Distributiones quotidianæ augeri possunt & multiplicari ratione seruitij vel officij.*
10 *Beneficiati, qui parte portionum receptu, reliquum capitulo dimisserunt, integram portionem recepisse videntur.*
11 *Acta facta lite pendente nullius sunt momenti.*
12 *Obseruantia debet esse præcisa in terminis casus, de quo agitur.*
Amplia vt num. seq.
14 *Remissoria datur etiam in tertia instantia, vbi adest releuantia materiæ articulatæ, quæ calumniæ suspicionem excludat.*
15 *Remissoria facilius conceditur stante fumo.*

DECISIO CXXXV.

SENTENTIAE Rotales quibus Capitulū Ecclesiæ Metropolitañ Mediolaneñ fuit cōdemnatū ad soluendam, seu restituendam pensionem aureorum mille eius nomine exactam ab anno 1588. vsque ad annum 1613. Officialibus, & Beneficiatis ipsius Ecclesiæ, quorum massæ distributionem quotidianarum, seu Residentiæ Apostolica auctoritate fuerat assignata, impugnantur pro parte eiusdem Capituli ob prætēsum excessum ex eo deductum, quod non fuerint detractæ portiones pro eo tempore respectiuè spectantes ad tresdecim Beneficiatos, qui in trāsactionibus initis de annis 1585. 19. Octobris, & 1591. 28. Septembris, ac 1602. 28. Augusti consenserunt exactioni, atque erogationi illius in opus fabricæ Capitularis Verùm quia informantes pro Beneficiatis negant ius aliquod particularibus illis fuisse acquisitum, sed tantum massæ communi, (quam grossam seu Residentialem appellant) cuius redditus ex æquo diuidi debent inter ipsos superstites, ac residentes tempore actualis exactionis, ac distributionis; Idque Rota probauit corā R.P.D. meo Bichio 27. Iunij 1646. in §. *non obstat excessus sententiæ Rotalis, & seq.* Ideo fuerunt pro Capitulo exhibiti articuli ad probandum dictam pensionem fuisse applicatam massæ distributionum quotidianarum, licet eo Residentiali nomine promiscuè ibidem nuncupatæ, ac ad eorum dumtaxat commodum, & beneficium, qui Diuinis officijs personaliter interessent, petitæque ad effectum prædictum litteræ Remissoriales ad partes, quas hodie Domini cōcedendas esse censuerunt.

Quia materia articula visa fuit releuans. Nā si pensio verè fuit assignata massæ distributionum quotidianarum debetur illis, qui Ecclesiæ pro tempore inseruierunt, ac Diuinis officijs interfuerunt, tanquam merces laboris impensi, atque ideo potuisse videntur de ipsorum portione pro arbitrio disponere siue inter viuos, siue in vltima voluntate, eamque ad hæredes quoscunque trāsmittere etiamsi eius solutio fuerit diutius dilata, vel impedita ob litem actam cum Capitulo, quippe difficultas
1 exactionis † non derogauit obligationi ac iuri eis acquisitio *ad l. continuus, §. illud ff. de verb. obligat. Paris. cons. 33. à num. 8. vers. & licet. ac seqq. lib. 4. Hieron. Gig. cons. 144. num. 21. vers. & quia Clericus, & nu. 34. vers. decimo quæro ac seq. Bursatt. cons. 226. num. 49. vers. sexto si quæramus, Didac. in cap. cum in officiis, sub num. 4. uers. quinto &c. de testam. Rot penes bon. mem. Card. Seraphin. decis. 594. num. 6. uers. exceptis tamen &c. & in Cesaraugustana distribut. 26. Iunij 1642. in §. easdemquè distributiones, coram eod. R.P.D. meo Bichio Marescot. resol. 2. num. 11. uers. exceptis distributionibus, lib. 2. Azor. instit. moral. par. 2. lib. 7. cap. 9. quest. 10. uers. cæterum, & seq. & alij relati per modern. Roman. discept. 381. sub num. 11. uers. maximè quia &c. & Monet. de distribut. quotid. par. 3. q. 2. à num. 7. uers. secunda conclusio, & seq. & q. 3. à nu. 4. uers. secunda conclusio, cum seq. & num. 13. uers. tertia, & postrema conclusio &c. & q. 4. à num. 12. uers. secunda conclusio. cum seqq. & num. 18. uers. tertia conclusio;* Quod etiam in eadem Ecclesia vsu receptum est, vt apparet ex pluribus attestationibus per ipsos Beneficiatos exhibitis. Ac proinde licuisse illam pro eorum interesse Capitulo cedere, atque remittere mediantibus transactionibus, & conuentionibus prædictis; † Quamuis
2 secus dicendum esset de alijs distributionibus massę grossę pręsentibus, & residentibus in loco præstari solitis, non habita huiusmodi interessentiæ ratione, quæ diuerso iure censentur, vt habetur in *Extrauag. postulasti, §. licet autè & in Extrauag. cum nonnullæ, la prima, §. preterea, de prebend. in commun. & penes Calderin. cons. 21. de prebend. & fuit benè distinctum in eadem decisione coram Reuerendiss. P.D. meo Bichio. in §. nam respondetur.*

Neque aduersantur verba Breuis sanct. mē. Gregor. VIII. in quo narratur, & confirmatur applicatio, & assignatio eiusdem pensionis facta priùs à san. mem. Pio V. eius præcessore dictæ massæ distributionum quotidianarum, seu Residentiæ, vt in eo legitur sub die 25. Maij 1572. ibi, *Pensionem uerò mille scutorum auri prædictam mense distributionum quotidianarum, seu Residentiæ iam constitutæ, seu denuò constituendæ Officialium eiusdem Ecclesiæ Mediolanensi iuxta ordinationem à prædicto Carolo Cardinali, ac eius arbitrio, tàm circa modum percipiendi distributiones huiusmodi, quam circa personas eas percipere debentes, & circa modum administrandi massam dd. distributionum, & eius administratores constituendi, & quoad onera ipsis Canonicis*

nicis ordinarijs, & officialibus respectiuè imponenda de super faciendam perpetuò applicauit, appropriauit, et assignauit &c. Quibus concinunt verba Decreti ipsius Sancti Caroli sub die 13. Februarij 1573 ibi, quæ pensio applicata olim fuerat Collegio in Ciuitate Papiæ erigendo, et Borromeo nuncupando, nunc uerò mensæ Residentiali, siue distributionibus quotidianis Officialium nostræ Mediolanensis Ecclesiæ perpetuò est unita, et applicata &c. Et alterius sub die 5. Iunij 1577. ibi, nunc uero mense Residētiali, seu massæ Officialium Ecclesiæ Mediolanen. unita, et applicata fuit ab eodem Illustrissimo Domino modis, et formis, et cum eorum qualitatibus in applicatione expressis &c.

Nam licet verbum illud (Residentiæ) latiùs pateat, quàm distributionum quotidianarum
3 postulat ratio, † quæ non nisi ab ipsis interessentibus Diuinis officijs, vel legitimè excusatis percipi debent cap. licet. ibique gloss. et DD. extr. de præbend. Non est tamen nouum quod Summi Pontificis eodem etiam interessentiam significauerint, vt habetur in cap. unic. ibi, Distributiones quotidianas, (quæ alias manualia beneficia, seu uictualia nuncupantur, et tantùm residentibus tribuuntur) qualitercunque in Ciuitatibus, seu alijs locis (in quibus ipsæ consistunt Ecclesiæ) sint presentes, licet diuinis officijs non intersint ex integro percipiunt; ac si continuè ipsis Ecclæsiis in eisdem officijs inseruirent etc. Statuimus ut distributiones ipsæ quotidianæ, in quibuscunque rebus consistant Canonicis, ac alijs Beneficiatis, et Clericis Ecclesiarum, qui eisdem officijs in ipsis Ecclesiis adfuerint tribuantur etc. de Cleric. non resid. in 6. ibique gloss. in uerb. presentes et DD. Quare faciliùs admitti posse videtur stante vsu loquendi in locis ipsis recepto (quatenus iustificetur) cum ex eo congrua deduci soleat verborum inter-
4 pretatio, † quæ propriæ, ac naturali eorum significationi etiam præfertur cap. ex litteris, il primo, ubi gloss. in uerb. intelligentiam. extr. de sponsalib. l. librorum. §. quod autem Cassius. uers. nam et in usu. ibique gloss. in uerb. nō continebuntur. ff. de lig. 3. l. labeo. §. id Tubero. uers. ut maximè. ibique Bart. sub num. 5. uers. alias si tale statutum, ff. de suppellect. legat. idem Bart. in l. omnes populi, sub n. 58. in fin. uers. hic enim usus etc. dicens huiusmodi vsum loquendi om-
5 ni Regulæ, † ac omni Constitutioni in exaudiendis, examinandisque sermonibus derogare, ff. de iust. et iur. Anchar. in repet. cap. canonum statuta, sub num. 338. uers. item si communis usus loquendi, et sub num. 346. uers. quod littera, etc. de constit. Alexan. cons. 211. ponderatis uerbis statuti, sub num. 1. uers. nam (ut uerbo fertur,) ac seqq. lib. 6. et post Abb. et alios Felyn. in proem. decretal. a num. 3. uers. ex quibus, et seqq. Didac. resol. 5. sub nu. 1. uer. in his etenim. lib. 3. Menoch. cons. 390. sub num. 20. uers. et preterea, Rot. penes Card. Mantic. decis. 59. num. 8. uers. quia in qualibet materia, et decis. 574. num. 3. uers. quo casu. par. 1. diuers. ac in rec. decis. 293. sub nu. 1. uers. tamen. ac dec. 390. numer. 7. versic. nec obstat. part. 2. ac penes san. mem. Gregor. decis. 123. numer. 1. versic. attento præsertim.

Intereà verò satis fouetur (ad effectum de quo agitur in præsentia) præcedentibus verbis relati Breuis in vers. unde interdum eueniebat &c. quibus præcipua exponitur præfatæ applicationis, & assignationis ratio diuini cultus, & dictæ Ecclesiæ seruitium; Ac subsequentibus Statutis, & Constitutionibus ibidem reseruatis in d. vers. pensionem vero, & per Archiepiscopum ipsius Sancti Caroli successorem ex speciali Indulto san. mem. Sixti Quinti conditis, & promulgatis anno 1586. 3. iunij, & per alios Summos Pontifices confirmatis, in quibus non solum verbum illud (Residentia) pluries vsurpatur pro interessentia; Verum hæc ipsa pensio incorporata videtur massę distributionum inter ipsos diuinis officijs interessentes fiendarū, vt legitur par. 2. cap. 1. de communi massa &c. vbi vnica massa communis inter dictos Officiales instituitur ex pluribus expressis redditibus (detractis tamen oneribus,) & signanter; Ex pensione mille scutorum auri, quæ ab Hospitalis magni Curatoribus, & Deputatis super bonis Abbatiæ Miramundi persoluitur dismembrata a Collegio Borromeo & huic massæ vnita ab eodem Illustriss. Cardinali auctoritate, vt supra &c.

Et statim additur in vers. in hanc eamdem massam ad fin. ex quibus omnibus vnum corpus census communis constituimus, quòd equè inter eos diuidatur pro ratione seruitij, & residentiæ, quam quisque suam fecerit &c. Ac paulò infr. in vers. porro huius massæ sic constitutæ, omnes huius Capituli viri equaliter participes sint, ac proinde æqualiter omnibus distribuatur pro ratione dierum, & officiorum, quibus singuli interfuerunt &c. & in cap. 2. sub rubr. certa portio &c. ibi, omnis Residentiæ census hac infra notata distribuatur, vt qui missæ, sacro Conuentuali, vel Canonicis horis interfuerunt. de eo singulis horis in emolumentis singuli consequantur &c.

Et in cap. 5. sub. rubr. qui absentes, ibi, Nemo quoad quotidianas, statasuè alias distributiones capiendas attinet in Choro residens adesse intelligatur, nisi qui re vera statutis horis, & diuinis officijs interfuerunt exceptis tamen illis casibus in quibus absentes, vel sacrorum Canonum iure, vel harum Constitutionum ratione pro præsentibus habentur in distributionibus capiendis &c.

Ex quibus sanè verbis videtur, quod residētiæ, & residentium expressio sumpta fuerit in proposito casu pro interessentia, atque interessentibus diuinis officijs, inter quos tantùm redditus illius massę distribui debent; Ac ideo
6 magis eadem admittenda interpretatio, † quæ congruit etiam verbis, & sensui ipsorum Statutorum, l. vtrum, in princip. ff. de petit. hæred. Bart. in d. l. omnes populi, sub num. 58. vers. fallit si de mente, ff. de iust. & iur. Anchar. in repet. d. cap. Canonum statuta. sub num. 338. vers. fallit. & num. 339. versic. dicit Bald. extr. de constit. Rot. penès Card. Seraphin. decis. 788. numer. 2. versic. & huiusmodi interpretatio &c.

Nec obstat, quod dd. Officiales, seu Beneficiati nullas alias habeant præbendas præter redditus massæ prædictæ, quæ ex varijs prouentibus nempè censibus, pensionibus, bonis immobilibus, & alijs cumulantur, neque dietim, sed in fine anni eisdem soluuntur.

Quoniam hæc non immutant distributionum quotidianarum essentiam in eo constitutam, quod pro seruitio singulis diebus, ac horis in diuinis officijs Ecclesiæ præstito dantur, ac recipiuntur, (esto quod alios non habeant Beneficiati prouentus,) & in quibuscunque rebus

bus consistant, ac quouis tempore soluantur,
7 nam verum est semper, † quod ratione diuini
seruitij singulis quibusque diebus in Ecclesia
præstiti non autem menstrui, vel hebdomada-
lis assignantur, & adscribuntur, licet ad finem
anni differatur exactio, vt benè probatur *ex tex.
in d.cap.vnic.de Cler.non resid.in 6. Rot. penes Achil.
decis.12.de præbend.& Ces. de Grass. decis. vnic. sub
num.8.vers. dicebant etiam de Cleric. non resident. &
Card.Seraph.decis.1140.num.2.versic. neque obstare,
Mandos.in prax.signatur.Gratiæ.sub rub.de pensionib.
vers.distributiones quotidianæ etiam dicuntur, fol.mihi
63.col.3.& cons.15.sub num.2.vers. & licet non sol-
uantur statim &c. Azor.d.lib.7.cap.9.q.10. vers.nec
impedit &c.* & comprobat post alios *Monet.de di-
stribut.quotidian.par.1.q.9.sub num. 35. vers. verum
quod hæc verè &c. ac seqq.* vbi explicat *tex.in d.Ex-
trauag.cum nonnullæ. la prima de prebend. & part. 2.
q.5.sub num.20. vers.ampliatur hæc conclusio secundo
&c.& p.3.q.3.n.22. vers.ad primam igitur Decij ra-
tionẽ.& seq.ac q.4.sub n.17.vers.ampliatur vero,&c.*

Minus obstat, quod aliæ quoque annuæ prę-
stationęs grauiores ex eadem massa soluantur;
Nempè aurei ducenti pro Ostiarijs, aurei cen-
tum pro minoribus Pœnitentiarijs nuncupa-
tis, & aurei centum pro sacrarum Cæremo-
niarum Magistro, ac eius Coadiutore, vt ap-
paret ex dictis Statutis. *par.1.sub princip.in §.De-
creuit, & decernit, quod ex eisdem omnibus redditi-
bus &c.ac seq.& par.2. cap. 1. sub d.rub.de commun.
massa.in§.preter.statutas quotidianas distributiones ex
pensione mille aureorum &c. & infr.* Ac aliæ quo-
que non quotidianæ, vt legitur *in d.cap.1. in §.
In festis vero.ac seq.&in§.quibus diebus addentur dies
Pontificales.& in §.verum preter ordinariam distribu-
tionem &c.* & alibi.

Quia priores illæ deducuntur tanquã one-
ra vel ab ipso Sancto Carolo, vel ab eius suc-
cessore ex Apostolica facultate super redditi-
bus ipsis specialiter imposita, quæ fuerunt in
constituenda dicta massa expresse reseruata,
vt legitur in dicta *par.2.cap.1.in princip.*ibi, *Vnam
tantum massam communem, cuius omnes Officiales equè
participes sint, constituimus, & erigimus, quam ex his
omnibus constare (detractis tamen oneribus) volumus
8 scilicet ex legato &c.* † & ideo non alterant sub-
stantiam massæ ipsarum distributionum, vt
fuit responsum *in Mediolanen. Cimiliarcatus 11.
Maij 1643. coram R.P.D. meo Peutingerio in §. non
releuare.* Posteriores verò soluuntur ratione
interessentiæ, ac seruitij Ecclesiæ præstiti in
diebus festiuis, ac maioribus solemnitatibus,
similibusq; functionibus, in quibus augetur
taxa ipsarum distributionum, vt habetur *in d.
§.verum præter ordinariam distributionem*, ibi, *quę
inter eos, qui in ipsis diebus statis officijs præsentes lu-
crati fuerint æquè diuidantur, &c.* & propterea nõ
amittunt nomen distributionum, quæ benè
6 possunt respectu alicuius officij, diei, † vel ho-
ræ augeri, ac multiplicari, vt fuit dictum in
illa *Segobien. reseruat.fruct.penes Put.decis.365.sub
num.6. vers. & ideo non obstat lib.2. in correct.*

Preterea non obstat, quod prefati Beneficia-
ti, qui cum Capitulo transegerunt fuerint in-
tegrè consecuti distributiones eis obuenientes
pro seruitio Ecclesię prestito iuxta taxam in
dictis Constitutionibus prescriptam, ideoque
nullum haberent particulare ius super dicta
pensione hactenus non exacta, quod cedere,
vel remittere possent.

Quia non fuit adhuc satis probata pro par-
te Beneficiatorum asserta huiusmodi satisfa-
ctio, quæ dubia ex eo etiã reddi videtur, quod
cum eiusmodi distributionum quãtitas taxari
soleat habita ratione redditnum, ex quibus
massa conflatur, non potuerint propterea eo
tempore, quo pensio hęc notabilem eius par-
tem constituens non fuit soluta integrè pręsta-
ri, cum nec reliquos prouentus ad id sufficere,
vel alios superadditos, nec ęs alienum, ideò cõ-
tractum fuisse probetur. Quinimò eo ipso,
quod dicti Officiales transigentes, certa pensio-
nis parte contenti, residuum cesserunt, ac re-
miserunt Capitulo in opus predictum erogã-
10 dum, † videntur ex tunc integram portionem
ipsis pro rata seruitij iam pręstiti, vsque ad illa
tempora ex ea debitam mediante actu pręedi-
cto exegisse, ac recepisse, & satisfacti fuisse,
*iux.tex. in l.si rem, la prima §. omnis ff. de pign. act.
& in l. solutionis verbum ff.de solut. l. solutionis ver-
bo ff. de verb.signif. cum vtrobique not. per DD.*

Obiecta demùm obseruantia distribuendi
prouentus extraordinarios ęqualiter inter prę-
sentes non habita ratione seruitij in Officijs
Diuinis Ecclesiæ per singulos pręstiti; Quate-
nus deducitur ex actibus lite pendente factis
11 nullius † videtur momẽti, vt fuit dictũ in *Va-
lẽtina Iuris sedẽdi 12.Iunij 1634. corã b.m.Merlin.
in recent. decis.288. nu.1.vers.actus autem,&c. p.6.*

Quatenus verò ex nonnullis antecedẽtibus,
non videtur planè iustificari respectu pẽsionis
controuersę, ac distributionum quotidianarũ
propriam habentium naturam *iux.tex. in d.cap.
vnic.de Cleric.non residen.in 6.*& tamen debet es-
12 se pręcisa † in terminis casus, de quo agitur,
*Surd.cons.354.num.26. vers.respondeo tertio Rot.pe-
nes bon:mem.Burat.decis.129. nu.6. vers.cum obser-
uantia, & Reuerendiss. Vrgellen. decis.285. num.21.
uers.& in omnem casum,* Nec fortè Capitulo, alijs-
13 que interesse habentibus non vocatis † præ-
iudicium inferre potuisse, vt respondit *Rot.pe-
nes San.mem.Greg.decis.154.sub n.1.vers.non potuit
Capitulum, &c.*

Quare ex prędictis, (quæ tamen Domini
intendunt in propositione negotij principalis
denuò discutere) visum fuit satis modò con-
stare (ad effectum concedendi petitam in hac
14 tertia instantia remissoriam) † de probabili re-
leuantia materię articulatę, quę calumnię su-
spicionem excludit *Rot.penes Aegid. decis.624.in
fin.uers.de primo casu, &c. & Cassador.decis. 3. sub
num.1.uers.quæ remissio,&t.de dilation. Verall. decis.
56.num.3.uers.præsertim, & decis.61. sub nu.1.uers.
sed hoc iudicari debet, &c. & seq.par.3.& san.mem.
Gregor.decis.124.sub num.3.uers.quamuis autem.Bu-
ratt.decis.555. num.11. uers. quæ calumnia cessat, &
in recent.decis.720. sub num.3.uers. ad prædicta enim
par.2.* Concurrente pręsertim aliquo veritatis
15 fumo pro qualitate, & circumstantijs casus
Iudicis arbitrio pensandis *l. Iudices C. de fid. in-
strum.Rot.penes Card.Mantic.decis.312.nu.10. uers.
undè remissoria, & sanctæ memoriæ Greg. decis. 191.
& de-*

& decis. 523. & in recent. decis. 277. sub numer. 3. uers. propterea non placuit Dominis, & decis. 693. sub num. 4. uers. fuit enim responsum, & decis. 694. nu. 5. uers. ultimo neque obstat p. 3. & decis. 557. sub num. 4. uers. & ad hanc prætensam calumniã excludendã p. 4.

Atque ita fuit resolutum vtraque parte informante, &c.

Decisio hæc emanata in hac causa sub die 21. Iunij 1647. coram bo. me. Bichio est supra in par. 9. rec. to. 2 decis. 418. vbi aliæ annotantur.

R. P. D. CORRADO.

Postea S. R. E. CARDINALI.

Pampilonen̄ Parochialis.

Mercurij 11. Decembris 1647.

ARGVMENTVM.

Ex duobus præsentatis ad beneficium curam habens animarum ille venit præferendus, qui naturale loci callet idiomate, quamuis alius fuerit à maiori parte nominatus, sitque persona insignis, ac morum honestate, & literarum peritia præditus.

SVMMARIVM.

1 *Examinatorum relationi deferendum est.*
2 *Parocus Populo fidem Ortodoxam edocere debet, eiq; Sacramenta ministrare.*
3 *Verba neminem mouent, nisi eum, qui eiusdem linguæ societate coniunctus est.*
4 *in his Linguis, quas non intelligimus Surdi sumus.*
5 *Vocis virtutem, qui nescit barbarus est, cui loquitur.*
6 *Animalia muta facilius sociantur, quàm homines diuersæ linguæ.*
7 *Episcopi in populis diuersæ linguæ viros idoneos prouidere debent, qui eos instruant secundum diuersitatem linguarum.*
8 *Regula 20. Cãcellariæ de idiomate habet locũ etiã in institutionibus, collationibus, ac alijs prouisionibus.*
9 *Parochus callere debet idiomate, quod à cunctis intelligitur, non quod solum à paucis percipitur.*
10 *Parocus non tantum exemplo, ac opere debet esse vtilis Populo, sed etiam prædicatione.*
11 Exodi cap. 28. *declaratur.*
Tintinabula in vestibus Sacerdotis quid demonstrabant. num. 11.
12 *Parocus ob Populi multitudinem, aut aliud impedimentum potest uti opera alterius Ministri.*
13 *Rectoris habilitas requiritur in actu præsentationis, & electionis.*
14 *Præsentatus à minori parte patronorum præfertur præsentato à maiori, stante illius inhabilitate. Amplia, vt num. seqq.*

DECISIO CXXXVI.

VACANTE Parochiali Ecclesia S. Cernini in Ciuitate Pampilonen̄ per assecutionem Canonicatus in Cathedrali collati in personã Michaelis de Bidaun eius vltimi possessorijs; Fuerunt præuijs edictis, ac facto periculo actibus publicis de more illarum partiũ assignatis ad scrutinium admissi à Parochianis tãquam eiusdem Ecclesiæ Patronis Michael Ximenes, & Ioannes de Arregui, in quo Michael plurimorum suffragijs nominatus ex Ordinarij sententia fuit successiuè institutus; Verum interposita per Ioannem appellatione ad S.D.N. eaque mihi commissa dubitaui. An & cui sit adiudicanda Parochialis.

Et Domini responderunt pro Ioanne, quia constat de illius Sacerdotio, & idoneitate, tum literaria, tum morali, ex eo quod hactenus curam animarum in eadem Diœcesi prouidè exercuit alteri Parochiali Ecclesiæ præfectus,
1 & ex relatione examinatorum Vrbis,† quibus in hac materia est deferendum, *Gloss. in clem. 1. in verb. reputamus de concess. præbend. Rot. pœnes bo. mem. Card. Mantic. decis. 208. sub num. 4. vers. quod attinet ad secundũ caput, &c. Card. Caualer. dec. 299. num. 3. vers. ratio ea fuit, Burat. dec. 540. n. 14. vers. quoad vitæ, & morum honestatem, & decis. 613. nu. 6. vers. quæ relatio examinatorum,* & sæpè in alijs.

Nec obstat, quod Michael plurimorum vota in scrutinio nominationis retulerit, Ioãnes verò pauciorum.

Quoniam cum ille ignarus sit Cantabrici idiomatis, siue Vasconici, quod proprium est, ac naturale d. Ciuitatis, & incolarum eiusdem Parochiæ, atque ideò ad illius curę exercitium maximè necessarium, vt deponunt quamplures testes in ea re longè versati, atque integræ fidei: Ideòque inhabilis ad eam obtinendam,
2 quippè† qui eius muneris partes in prædicando, & edocendo Populum fidem orthodoxam ministrandisq; Sacramentis constituti, vt habetur *in c. si rector 43. dist. c. cum sit ars, extr. de ætat. & qualitat. c. inter cætera, vbi DD. de offic. ordin. & in Sac. Trid. Conc. sess. 5. de refor. c. 2. & sess. 23. de refor. c. 2. sess. 24. eod. tit. c. 7. Nauar. in manual. c. 25. n. 135. vers. vigesimo quarto, &c.* Aliter adimplere non potest dum ab eius Parochianis intelligi, nec eos ipse intelligere valet, nam verba (inquit
3 M. Tull. de Orat.) *neminem mouent,† nisi eum, qui eiusdem linguæ societate coniunctus est, cum* (vt idem ait *Tusculan. lib. 5. versus finem, vers. omnesq; id nos*)
4 *in his linguis, quas non intelligimus† surdi profectò simus.* Et scribit *D. Apostolus in 1. ad Corinth. c. 14. Si nesciero virtutem vocis ero ei, cui loquor barbarus,*
5 *& † qui loquitur mihi barbarus,* & addit *D. August. de Ciuit. Dei lib. 19. cap. 7. vers. nam si duo, &c. quod*
6 *facilius animalia muta etiam diuersi generis, † quam homines diuersæ linguæ sociantur, quando enim, quæ sentiunt inter se communicare non possunt propter solã linguarum diuersitatem, nihil prodest ad consociandos homines tanta similitudo naturæ, &c.* Quare meritò in Conc. generali Lateranen. sub Innocen. III. relato *in cap. quoniam in plerisque partibus extr. de offic. iud. ordin.* fuit constitutum, quod Episcopi, in quorum Diœcesibus permixti sunt populi diuersarum linguarum habentes sub vna fide
7 diuersos ritus, & mores, † prouideant viros idoneos, qui secundum diuersitatem virorũ, & linguarum diuina illis officia celebrent, & Ecclesiastica Sacramenta ministrent, instruendo eos verbo pariter, ac exemplo, & doctẽ, ac latè comprobando in specie prosequitur *Sar-*

nens. ad regul. de idiomat. quæst. 1. quem sequitur ibid. *Mandos. pariter quæst.* 1. *vbi etiam P. Rebuff. gloss.* 1. *vers. ratio est, quia Curatus*; Proptereaq; iure optimo sancitum fuit *Reg. Cancell.* 20. *de idiom. &c. Prouisiones seu mandata de prouidendo, & gratias de Parochialibus huiusmodi Ecclesijs ad fauorem quarumcumque personarum, quæ non intelligant, & intelligibiliter loquantur idioma loci, in quo singulæ sunt*
8 *constitutæ, nullius esse roboris, vel momenti*; † Cuius sanè dispositionem, & in præsentationibus, institutionibus, collationibus, ac alijs quibuscumque prouisionibus, etiam extra Curiam per Ordinarios Collatores, seu alios ius habentes factis, locum habere Domini censuerunt. quoniam inspecta finali eius ratione, quæ animarum fauorem, & salutem principaliter cõcernit, verè fauorabilis est, & ex Diuini, humaniq; iuris dictamine prodijt, ac in prædictis omnibus, & vbique viget, vt de alia fuit dictũ *in Mediolanen. Canonicat. penes Put. decis.* 331. *sub numer.* 4. *vers. & ista ratio ita militat in Papa, & seqq. lib.* 1. *in correct.* & de hac ipsa benè probat *idem Sarnens. ad d. Regul. d. q.* 1. *&* 6. *& P. Rebuff. gloss.* 2. *sub num.* 1. *vers. idem tamen in alio, &c.* quorum sententiam vtpotè efficaci ratione munitam, omnique iuri, ac æquitati consonã (quicquid alij senserint) hodie Rota probauit.

Minùs obstat, quod Michael Castellanum calleat idioma, quod plerique nobiles, ac Mercatores, & cæteri honestiores eiusdem Ciuitatis Incolæ benè proferunt, & intelligunt.

Quoniam illud ad hunc effectum non est sufficiens quippe in eo loco accidentale, nec omnibus satis notum, sed necessarium omninò est proprium, ac naturale ipsius Ciuitatis, quod à cunctis Parochianis, & indifferentèr
9 intelligitur; † Aliàs profectò infelix nimium esset conditio popularium simplicium, ac rusticorum, quorum magnum numerũ è montanis etiam ac suburbanis locis ad Ecclesiam hanc confluere Parochi auxilio, seduloq; labore indigentium iidem Testes viri Religiosi contestantur; His enim exteræ illius linguæ prorsus ignaris, debita subsidia deficerent, quibus maximè sunt necessaria, vt in ipsis terminis nostris fuisse per Rotam decisum refert prędicta comprobans *Sarnens. ad d. Reg. q.* 9. cui assentit etiam *Mandos. q.* 4. *in princ. vers. cui enim dubium est, &c.* quando exterum illud idioma ab omnibus non intelligitur, sed ab aliquibus tantum, vt in proposito casu testes deponunt.

Nec sufficit insignis personæ qualitas, morum honestas, literarum peritia, & aliæ huiusmodi prærogatiuæ: Quia non virtute tantum, opere, ac exemplo debet Parocus vtilis esse
10 populo sibi commisso, † verum etiam sermone, ac prædicatione; Hincq; præceptum legitur *Moysi Exod. c.* 28. vt Tabernaculum Sacerdos ingrediens non præscriptis solum vestibus indutus, sed tintinabulis circumambitus esset;
11 Vestium † quidem grauitate, rectitudine operum, ac vitæ sanctitatem, tintinabulorum verò sonitu prędicationes officium, ac sermonis efficaciam significantibus, *quoniam oportet, vt viam vitæ cum linguæ sonitu ipsa quoque bona opera clament Sacerdotis*, vt inquit *D. Greg. in 2. par. pastoral. cap.* 4. *vers. vestimentis itaque, &c.* cuius verba referuntur *in d. cap. sit rector distinct.* 43. & ex *Lateranens. Concil. in d. cap. quoniam in plerisq. in fin. in princip.* ibi, *instruendo eos verbo, pariter, & exẽplo, &c. de offic. ordin.* & comprobat *Sarnen. dicta q.* 9. *vers. limitant aliqui, &c. & seq.*

Præterea non obstat, quod Michael satisfacere possit mediante persona Locumtenentis, seu Cappellani conductitij Vasconis naturale d. Ciuitatis idioma callentis, quod paritèr fuit illi iniunctum in prædicta Ordinarij sententia.

Nam officialis huiusmodi deputatio potest quidem supplere Parochi iam canonicè electi
12 ac instituti vices in his, † quibus ob populi multitudinem, vel aliquod iustum impedimẽtum ex post contingens ille personaliter interesse non potest *iux. eiusdem Lateranen. Concil. decret. relat. in d. cap. inter cætera de offic. ordin. & Trident supra citat.* Non autem habilitatem in actu præsentationis, institutionis, vel electionis in
13 ipsius persona necessaria, † cuius maximè spectatur, atque eligitur ex eo tempore industria. Vndè *D. Apostol. ad Corinth.* 2. *cap.* 9. inquit, *Necessitas enim mihi incumbit: Væ enim mihi est si non euangelizauero, &c.* & pluribus latè probat *Dom. Sot. de iust. & iur. lib.* 10. *q.* 3. *ar.* 2. *col.* 2. *ad fin. vers. respice ergo quæso, & seq. fol. mihi* 951. *ac seq. Bartholom. Mirand. de resident. Pastoral. Episc. & aliorum, Infer. Pastor. c.* 11. *col.* 2. *vers. at dices, & seq.* ac in his terminis benè respondit *Mandos. super hac regul. d. quæst.* 1. *sub nu.* 18. *vers. ad quod etiam respondetur, &c.* & ante eum *Sarnen. q.* 5. *col. pen. vers. & per hoc illa ratio, &c.* Idq; certius est in hoc casu, in quo testes prædicti contestantur quãplures ex Parochianis renuere, alios autem ægrè cõfiteri propria peccata alteri, quàm ipsimet Paroco, quod etiam animaduertit *Mandos. ibid. vers. absurdum esset, &c.*

Qua re stante inhabilitate Michaelis Visum fuit Dominis Parochialem esse adiudicandam
14 Ioanni, † licet à minori patronorum numero, paucioribusque suffragijs nominato *iuxta tex. in cap. dudum, il primo, & in cap. congregato extr. de elect. pul. glos. in cap. nullus inuitis in uerb. sed quid si maior pars distinct.* 61. *& in cap. licet ergo in verb. qui præstantior uers. unde si pauciores* 8. *q.* 1. *Roch. de Cur. de iur. patron. in verb. honorificum num.* 43. *vers. decimo sexto quæro fol. mihi* 46. & fuit dictũ *in Mediolanen. benef.* 17. *Decemb.* 1612. *coram bon. mem. Card. Caual. decis.* 231. *num.* 2. *uers. & illa præsentatio de inhabili, &c. & penes Burat. decis.* 680. *sub n.* 1. *uers. & ideò præferendus Ioanni, &c.* Cum præsertim cæteri Parochiani alium habilem cõgruo
15 tempore deindè nominare, ac præsentare neglexerint, *Lambert. de iur. Patron. par.* 3. *lib.* 2. *q.* 4. *principal. art.* 5. *sub nu.* 4. *vers. vnde quando fol. mihi* 189. *col.* 4. & respondit *Rot. in d. Mediolanen. benef. pœnes Card. Cavaler. decis.* 231. *sub num.* 3. *uers. prætcrea*; Proindèquè ipsum in ea instituendum
16 prætermisso † omni circuitu *iuxt. text. in clem. Auditor ubi glos. in uerb. debitum, & Vicalin. à nu.* 21. *uers. primo oppono. ac seq. & cæteri DD. de rescript.* & fuit dictum *in Toletan. Canonicat. pœnitentiariæ coram R. P. D. meo Cerro* 19. *Iunij* 1643. *in §. pen. & coram R. P. D. meo Otthobono* 10. *Martij* 1645. *in §.*

propte-

propterea sequitur, &c. in quibus aliæ concordantes referuntur.

Atque ita fuit resolutum Ioanne tantum informante, Michaele verò per contradictas legitimè citato, &c.

R. P. D. ARGVELLES.

Placentina Beneficij.

Mercurij 11. Decembris 1647.

ARGVMENTVM.

Episcopus si aliquem de Beneficio prouideat, qui deindè aliam obtineat prouisionem, hæc noua prouisio Episcopo non præiudicat, nec mutat statum beneficij. De probatione valoris in beneficialibus, quomodo illa sit facienda.

SVMMARIVM.

1 *Validitas sententiæ resultat ex actis.*
2 *Beneficia præsumuntur libera.*
3 *Beneficia probantur libera ex uisitationibus factis per Episcopos.*
4 *Collationes beneficij factæ uti de libero, illius probat libertatem.*
5 *Status ultimus beneficij semper attenditur.*
6 *Prouisus ab Episcopo, si ab alio nouam obtinuit prouisionem Episcopo non præiudicat.*
7 *Nouus titulus, & noua possidendi causa superueniēs ignorante Episcopo ei non nocet.*
8 *Gratia, seu Prouisio, quæ non habuit effectum non est habenda in consideratione. & num. seq.*
9 *Collationes non sortitæ effectum attendi non debent. & super num. 8.*
10 *Beneficium liberum non potest per Episcopum supponi iuripatronatus sine Beneplacito Apostolico.*
11 *Episcopus non potest præiudicari suæ Ecclesiæ, & Successoribus.*
12 *Beneplacitum Apostolicum sine obseruantia non præsumitur ex antiquitate, & cursu temporis.*
13 *Mors probatur ex fide Parochi, & testibus.*
14 *Probatio ualoris in beneficialibus fit unico teste, & qualiscumque illa sit reputatur sufficiens.*
15 *Probatio ualoris simpliciter facta intelligitur deductis oneribus.*
16 *Valor beneficij probatus absque deductione onerum, magis dicitur iustificatus.*
17 *Probatio ualoris beneficij quando requiratur per decennium.*
18 *Valorem ad probandum per non excessum leuiores sufficiunt probationes.*

DECISIO CXXXIII.

INTRODVCTA causa in Rota inter Reuerendiss. Episcopum Placen. prouisum Apostolicum, & Ioannem Dominicum Nicellum electum à Capitulo Florentiolæ occasione ministratus S. Lazzari vacantis per obitum Alexandri Nicelli; Disputatum fuit coram RR. DD. meis Decano, & Ghisilerio; An electio, & prouisio dicti Beneficij spectaret ad dictum Capitulum, & cui ex prædictis esset adiudicandum: & pluries resolutum fuit, electionem non spectare ad Capitulum, & Beneficium adiudicandum esse Reuerendiss. Episcopo, vt ex decisione 9. Iunij 1645. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & 11. Maij 1646. & 23. Ianuarij 1647. coram R.P.D. meo Ghisilerio.

Postmodum verò resolutum fuit, litteras Apostolicas esse iustificatas, & exequendas, & demùm ad fauorem dicti Reuerendissimi Episcopi lata fuit sententia, à qua appellauit Nicellus, & causa mihi commissa disputatum fuit; An prædicta sententia sit confirmanda, vel infirmanda, & pro illius confirmatione tāquam iusta, & valida responsum fuit.

1 Validitas enim non potest controuerti cum ex reuolutione † actorum appareat de omnibus requisitis per *Caputaq. decis. 260. p. 2.* & quotidie in Rota.

Iustitia redditur manifesta ex prędictis decisionibus in hac causa emanatis, quarum fūdamenta nullam prorsus patiūtur difficultatem.

2 Siquidem Episcopi intentio non solum est fundata in iure, † cum omnia beneficia præsumantur libera, *can. omnes Basilicæ, can. nullus omninò 16. q. 7. Garz. de benef. par. 5. cap. 1. num. 51. Rota decis. 247. num. 1. par. 7. recent.* & in decisionibus in hac causa factis.

3 Sed etiam iustificatur ex quamplurimis† visitationibus *Rota decis. 371, num. 2. par. 1. & decis. 5. num. 5. & decis. 165. num. 8. par. 5. & dec. 311. p. 7. recent.* Et ex diuersis collationibus factis ab anno 1431. citra per Episcopos, & per Sum-
4 mos Pontifices, † tanquam de libero cum effectuatione iuxta celebre consilium *Oldradi 229. num. 2.* quod secuta est *Rota in Siracusana Canonicatus 12. Februarij 1624. coram bon. mem. Pirouano, in Conuersana iurisdictionis 3. Iunij 1642. coram Reu. P. D. meo Royas, & in Bonon. Iurispatronatus de Butringarys 16. Martij 1643. coram R. P. D. meo Bichio,* & sæpiùs ita fuit decisum.

Et vlterius ad Episcopi fauorem concurrat vltimus status, vt in dictis decisionibus in hac
5 causa factis: † Qui quidem vltimus status in beneficijs semper attenditur, *Rota coram Card. Seraph. decis. 337. num. 9. decis. 229. num. 1. & seqq. par. 1. & decis. 247. num. 17. p. 7. recent.*

Nec ad probandum contrarium statum releuant assertæ electiones, seu prouisiones factę à Capitulo, Nam electio facta 12. Augusti anni 1365. in personam Iacobi Marochi, & alia 20. Aprilis 1539. in personam cuiusdam Ioannis, vltra quod loquitur de Hospitale Florentiolæ non habuit effectū; Illa verò 21. Decembris 1501. in personam Iacobi Mignoni, & illa 30. Septembris 1566. in personam Angeli de Perusio nullum potuerunt inferre prę-
6 iudicium iuribus Episcopi, † à quo vterq; iam fuerat prouisus, & in possessionem immissus *iuxta uulg. l. saepè 63. ff. de re iudic. Rota in Cataçen. Eccles. 14. Nouemb. 1644. coram R. P. D. meo Royas:* Et in omnem casum nouus titulus, & noua
7 possidēdi causa superueniens, † Episcopo ignorante ei nocere non potest, *Cald. cons. 12. in fin. de iurepatronatus, Rota decis. 53. numer. 56. par. 5. recent.*

Alia in personam Fuluij de Marianis anni 1567. non habuit effectum, quia ille fuit à Sũmo Pontifice prouisus, & vigore Apostolicæ
8 prouisionis fuit in possessionem immissus,† & sic non est habenda in consideratione, *Rota decis. 229. sub num. 7. par. 1. recent.*

Demum nõ releuat illa in personam D. Ioannis Dominici Vrsi anno 1597. licèt prætendatur cum edicto à Vicario confirmata, & vlterius asseratur sortitam effectum cum possessione, quia habita de prædictis notitia à Procuratore Fiscali, eoque instante, & iura pro libertate beneficij deducente dictus Vicarius eam reuocauit cum declaratione se non intellexisse præiudicare libertati beneficij, & à Clemente VIII. de eo fuit prouisus Cardinalis Sannesius tunc Prælatus, qui illud semper possedit, & post eius obitum de eo fuit prouisus R.P.D. Castellanus, qui illud resignauit Ripaltæ, & per resignationem prouisus fuit Alexander vltimo loco defunctus;
9 Vndè cum dicta in personam Vrsi † collatio; prout aliæ prædictæ effectum sortitæ non fuerint, non veniunt attendendæ, *Rota coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 122. num. 5. in Assisien. Canonicatus 14. Iuny 1600. coram Card. Sacrato, in Gerunden. Beneficy 28. Aprilis 1634. coram bon. mem. Merlino, & pœnès Modern. de manut. decis. 124. n. 4.* vt in decisionibus huius causæ.

Prout nec releuat sententia, seu laudum latum ab Episcopo Placentino 1438. cum illius acceptatione facta a Capitulo: in quo laudo reseruatur eidem Capitulo electio, & præsentatio Rectoris, & Ministri: Confirmatio verò eiusdem electionis Episcopo: Quia cum be-
10 neficium esset liberum † non potuit supponi iuripatronatus alterius in præiudiciũ suæ Ecclesiæ sine beneplacito Apostolico, seu confirmatione, *Rota in rec. decis. 197. nu. 53. decis. 318. num. 7. par. 5. & decis. 247. nu. 10. & 11. par. 7. & coram bo. mem. Buratto decis. 187. num. 18.* & dictus
11 Episcopus non potuit præiudicare † suæ Ecclesiæ, & successoribus, *cap. ueniens de transact. Abb. in cap. cum olim num. 4. de priuileg. Cald. consil. 12. de reb. Eccles. non alienan.*

Nec ex cursu temporis præsumi potest be-
12 neplacitum, seu cõfirmatio Apostolica, †quia cum non concurrat obseruantia tollitur præsumptio ex antiquitate, & cursu temporis deducta, *Rota coram Reuerendiss. Vrgell. decis. 56. nu. 6. decis. 244. num. 11. & decis. 442. in fin. & coram Seraphin. decis. 381. num. 5. & in Lunen. Sarzanen. Iurispatronatus 18. Octobris 1625. coram bo. mem. Pirouano, & coram Coccino decis. 301. sub nu. 3. & sub numer. 4. decis. 362. num. 6. uers. neque etiam.*

Nec ex prędictis assertis electionibus prætẽdi potest obseruantia laudi, quia illæ non habuerunt effectum, & ex collationibus factis ab Episcopis, & Summis Pontificibus, & effectuatis in totum destruitur quæuis prætensa obseruantia laudi, quæ vlterius deficit in alijs eiusdem laudi capitibus, vt fuit consideratum in *decisione in hac causa facta 23. Ianuarij praesentis anni, uers. praeterea;*

Quo verò ad iustificationem literarũ Apostolicarum cõsideratum fuit, omnia in eis narrata fuisse iustificata: Nam vacatio beneficij per obitum Alexandri Nicelli vltimi possessoris extra Romanam Curiam de mẽse De-
13 cembris 1641. † probata fuit ex fide Parochi formiter extracta, & ex Testibus de publica voce, & fama, & visu deponentibus, & insuper ex propria eiusdem Ioannis Dominis Domini Nicelli confessione, *Rota in Britonorien. Canonicatus 26. Februarij 1627. coram bon. mem. Manzanedo, & in Gerunden. Beneficij 21. Iunij 1627. coram eodem;* Quod beneficium fuerit grauatum annua pensione scutorum 150. monetæ ad fauorem bon. mem. Castellani, & valor obtentorum, & pensionum Reuerendissimi Episcopi probatur ex depositione quatuor Testium, vt optimè firmatur in decisione in hac causa facta 27. Maij præsentis anni, quæ probatio certè est sufficiens, cum Rota in probando va-
14 lore obtentorum † sit contenta vnico teste, & qualicumque probatione, *Rota coram Card. Caual. decis. 33. num. 3. & decis. 517. num. 5. decis. 236. num. 6. par. 6. recent. & in Bergomen. Beneficij 22. Iunij 1617. coram Vbaldo.*

Valor autem beneficij ducatorum expressus per non excessum probatur ex testibus deponentibus de certa scientia cum redditione rationis, quorum aliqui licèt non percutiant tẽpus vacationis beneficij, tamen cum deponant super articulis; in quibus fuit articulatus valor de tempore vacationis, recipiunt interpretationem ab eisdem articulis, & habentur, ac si de tempore vacationis deposuissent: Quorum depositio coadiuuatur ex alijs testibus ad perpetuam rei memoriam examinatis, ex locationibus, & ex duabus præcedentibus expressionibus factis à Castellano, & Nicello, vt resolutum fuit in præallegata decis. 27. Maij.

Nec facit si dicatur, Testes non deponere super valore deductis oneribus: Nam vltra
15 quod probatio valoris simplicitèr facta intelligitur deductis oneribus, *San. mem. Greg. XV. decis. 273. num. 3. & decis. 277. num. 7.* Consideratum fuit in probatione valoris negatiuè narrati nõ requiri, quod testes deponant deductis oneribus, & si diceretur in huiusmodi probatione onera non fuisse comprehensa, redderetur ma-
16 gis iustificatus valor narratus, † quia si ille nõ excedit 150. compræhensis oneribus, minus excedit illis deductis, *Lotter. de re benef. lib. 3. quæst. 20. num. 88. Rota coram Mantic. decis. 138. num. 2.*

Minus facit, si dicatur, Testes non deponere per decennium; Nam doctrinæ, & authoritates sic firmantes procedũt ad effectum annullandi pensiones, & non habent locum, quando gratia est conditionalis, nec est fundata in
17 expressione, nec agitur de ea substinẽda, †quo casu non requiri probationem per decenniũ, dixit *Rota decis. 159. num. 15. par. 5. & in Casertana pensionis 31. Martij 1645. coram R.P.D. meo Bichio, & in praecitata decisione huius causae 27. May praesentis anni coram R. P. D. Ghisilerio:* Vltra quod
18 ad probandum valorem expressum † per non excesum sufficiũt leuiores probationes, *Garz. de benef. par. 5. cap. 3. num. 198. Rota coram Puteo decis. 29. lib. 1. & coram Card. Caual. decis. 533. nu. 6. & 596.*

& 596. *num.1. & in Ferrarien. decimarum 28. Maij 1611. coram bon. mem. Vbaldo.*

Et ita resolutum fuit Episcopo informante Procuratore Nicelli pluries citato, & intimato.

R. P. D. BICHIO.

Romana Census.

Lunæ 16. Decembris 1647.

ARGVMENTVM.

Accollans debitum alienum si in solutione deficiat tenetur ad damna & interesse, tum respectu sortis, quam fructuum, facta tamen extinctione per principalem debitorem fructus non debentur, quamuis illa fuerit facta translatiue, & non extinctiuè.

SVMMARIVM.

1 *Indemnitatis promissio includit releuationem ab omni damno siue sortis, siue fructuum.*
2 *Loco obligationis facti succedunt damna, & interesse*
3 *Solutio fructuum trium annorum probat illos de præterito fuisse solutos.*
4 *Dictio*, prout, *stat restrictiuè & quandò.*
5 *Solutio vbi habet causam expressam ad aliam referri non debet.*
6 *Creditum num sufficiat à partibus habitum fuisse pro extincto, quamuis non omnia requisita delegationis interuenerint.*
7 *Accollatio habet vim solutionis.*
8 *Creditum alicui debito contra positum an illius extinctionem cedere debet.*
9 *Obligatio extinguitur per dationem in solitum.*
30 *Fructus post extinctionem deberi non possunt absque labe vsuræ.*
11 *Accollatio etiam antè acceptationem creditoris dicitur irreuocabilis.*
12 *Diuersitas causæ, personarum, scripturarum, ac temporis, diuersitatem debitorum, & summarum demonstrat.*
13 *Obligatione soluendi debitum alienum efficitur quis debiror illius.*
14 *Error ab allegante debet plene & concludenter probari.*
15 *Calculus subscriptus amplius impugnari non potest.*
16 *Cessio translatiuè & non retinctiue in principali debitore nihil operatur, quamuis debitum ab alio fuisset accollatum.*

DECISIO CXXXVIII.

TENERI Corsios ad solutionem sc. 1000. cũ fructibus census decursis, & non solutis vsque ad annum 1623. ab inde vero citra juxta liquidationem faciendam Rota censuit; siquidem illi de anno 1606. in satisfactionem similis summæ quam tunc ex causa sublocationis terrarum, ac siluarum existentium in Castro Cisternæ debebant Bernardino Maffeo, accollarunt in se pro rata scut. 1000. censum scut. 3000. ab eodem Bernardino debitum Iuliæ Balleonæ eumque infra sex annos estinguere ac Bernardinum idemnem penitus tam pro sorte quam pro fructibus facere promiserunt; vnde cum nusquam censum extinxerint, eiusque fructus soluerint Balleonæ credrici: imo vtrumque ex proprijs pecunijs adimpleuerit Maffeus commissa fuit contra ipsos stipulatio pro d. sorte & fructibus à Maffeo solutis, quia promissio indemnitatis includit releuationem
1 ab omni damno, † siue sortis siue fructuum *Bart. in l. quæro in princ. num. 1. ff. locat. Sulyc. in l. 2. num. 3. C. senten. quæ sine cert. quant. Surd. cons. 130. num. 3. Rot. in terminis census decis. 373. num. 2. par. 1 recent.* eademque releuatio venit ex natura
2 promissionis facti, † cuius loco succedunt dãna, & interesse, vt tradunt communiter Doctores *in l. stipulationes non diuiduntur ff. verb. oblig. Houd. cons. 39. num. 8. & 4. lib. 2. Surd. cons. 330. n. 5.* & in his terminis *Cavaler. decis. 210. num. 1. & 2. Buratt. decis. 913. num. 1. Rot. in Bononien. Nullitatis Concordiæ 13. Iunij 1646. & 11. Martij anni currentis coram R. P. D. meo Cerro.*

Quod vero Maffeus de proprio extinxerit censum, & fructus soluerit apparet ex publico instrumento anni 1623. ibi, *volens prædictus Bernardinus de dictis scutis 3000. & fructibus decursis, non solutis satisfacere &c. Summ. Corsij num. 3.* nec non ex calculo dato in *Summ. ibidem num. 5.* in quo Corsij constituunt se debitores Maffei in scutis 225. pro fructibus census trium annorum vsque ad annum 1624. neque enim se debitores constituissent, nisi Maffeus soluisset de proprio, & hæc solutio fructuum trium an-
3 norum, † probat etiam de præterito fructus fuisse à Maffeo solutos *ad tex. in l. quicumque C. apoc. publ. lib. 10. Alex. in l. qui aliena num. 17. ff. acq. hæred. Aym. cons. 313. num. 3. Ceph. cons. 96. num. 20. Cancer. var. resolut. tom. 1. cap. 14. num. 71. & seqq.*

Neque Corsij supradictæ eorum promissioni satisfecisse dici possunt ex quo de an. 1613. Maffeo dederint in solutum animalia bubalina pro pretio scut. 5920. quia datio huiusmodi non cessit in causam huius Census, sed aliarũ partitarum tunc à Corsijs debitarum, cum in verbis sit restricta ad credita Maffei descripta in libris existentibus penes Io: Baptistam de Bardis eiusdem Maffei institorem, ibi, *quam summam &c. promisit excomputare, & facere bonam cum creditis, quæ prædictus Illustriss. D. Bernardinus habet contra ipsos Alexandrum, & Paulum venditores per diuersas occasiones, prout in libris penes ipsum Io: Baptistam existentes ad quos &c.* ponderan-
4 do dictionem *prout*, † quæ stat restrictiuè quando refertur ad aliquid quod si de præterito ac de illo constet *l. ædita ibi prout ædicti perpetui monet authoritas Cod. æden. Alex. cons. 46. num. 9. lib. 1. Ruin. cons. 50. nu. 6. lib. 2. Surd. cons. 330. nu. 16.* quo-
5 ties enim solutio habet causam expressam, † ad aliam referri non potest *l. 1. ff. solut. Roman. cons. 96 sub num. 2. Aym. cons. 158. num. 16. Decian. cons. 60. num. 20. lib. 2. Muta decis. 42. num. 6.*

Inter credita autem descripta in dd. libris nullatenus legitur partita scut. 1000. pro qua Corsij accollauerant, vt supra censum de quo agitur; imo nec poterat describi, quia creditum hoc partes inter se habebant pro extincto longe ante mediante d. accollatione Census,

ac si in pecunia numerata solutio facta fuisset, vt apparet ex parcella libri à Corsijs producta in qua dicitur Corsos d. creditum scut. 1000. soluisse de anno 1606. ibi, *e più m. Marco, e m. Alessandro hanno pagato scudi 1000. per altri tanti si sono adossati vn Censo di scudi 1000. in Roma come per gl' atti del Grillo Notaro Capitolino sotto li 23. Gennaro 1606. Summ. Maffei num. 4.* Nec obstat quod per d. accollationem Maffeus non fuerit liberatus à debito census erga Balleonã ideoque illum ipse met redemerit de anno 1623. quia non dixi accollatione fuisse extinctum censum, vel Maffeum ab eius obligatione erga Balleonam liberatum, sed quod accollatio extinxit creditum scut. 1000. pro quo Corsij censum in se assumpserunt, adeò quod idẽ creditum sic semel extinctum, & in aliam causam trasfusum non vigebat de tempore dationis in solutum bubalorum sufficitque † illud partibus habitum fuisse pro extincto quamuis non omnia requisita delegationis interuenerint *Aret. cons. 5. num. 1. Dec. cons. 107. num. 1. Afflict. decis. 353. num. 5.* nam stant simul quod vigeat debitum accollatum respectu principalis creditoris, & nihilominus inter accollantem, & accollatarium expirauerit obligatio ob quã facta fuit accollatio † cum hæc quo ad ipsos habeat vim solutionis *Grat. discep. 326. num. 14. Mastrill. decis. 37. num. 7. add. ad Greg. XV. decis. 386. litt. A. Rot. inter impress. apud Cinc. de censibus decis. 547. num. 2. decis. 559. num. 26.*

6

7

Et clarius dationem in solutum non cessisse in causam huius crediti conuincitur, tum quia in calculo subscripto, & approbato à Corsijs pretium bubalarum contrapositum fuit alijs debitis Corsiorum † in quorum propterea extinctionem referendum est *Greg. XV. decis. 366. sub num. 3. & seq. Caualer. decis. 163. num. 2. Rot. inter recent. decis. 520. vers. quæ omnes par. 2. recent.* tũ etiam quia datio in solutum emanauit de anno 1613. in dd. libris & calculo exinde composito ponuntur in debitum Corsiorum fructus census vsque & per totum mensem Ianuarij anni 1614. quorũ sanè Corsij alioquin debitores non fuissent, quia sicuti per dationẽ in solutum extincta fuisset obligatio † sc. 1000. in quorum computum censum accollauerant *Bald. in l. fin. circa fin. Cod. ad l. falc. Paris. de Saluian. in spec. 3. cap. 2. num. 370. Cinc. de censib. quæst. 108. sub num. 13. Seraph. decis. 1333. num. 2.* ita cessasset obligatio fructuum in futurum † cum absque labe vsuræ amplius deberi non possent *Ro.. decis. 336. num. 1. decis. 540. num. 1. inter impress. apud Cinc. de censib. decis. 651. num. 1. coram bo. me. Card. Caualer.* Atque hinc nil refert, quod in d. calculo ponatur partita scut. 1857. & alia sc. 1531. prouenìens ex antecedentibus solidationibus, quia in dd. partitis includit eam scut. 1000. de qua agitur probandum exaduerso esset, & manifestè contrarium demonstratur ex quo eadẽ scut. 1000. fuerunt alias excomputata in affictibus decursis mediante instrumento accollationis census de anno 1606. & Corsij recognouerunt se debitores fructuum Census etiam postea decursorum.

8

9

10

Accedit maxima inuerisimilitudo quod Corsij post accollationem census voluerint illius sortem principalem soluere ipsi Maffeo cũ per talem solutionem non remansissent liberati ab obligatione ad fauorem Iuliæ Balleonæ creditricis census contracta mediante stipulatione Notarij in instrumento accollationis, apposita † quę irreuocabilis erat etiam ante quã Balleona illam acceptaret *Ciric. latissimè contr. 322. num. 8. & seqq. contr. 425. num. 22. & seqq. Laderch. cons. 76. num. 1. Ruin. cons. 119. sub num. 8. consil. 126. sub num. 10. cons. 172. num. 16. lib. 1. Osasch. decis. 33. sub num. 12. Rota in Romana Census 25. Iunij 1640. §. tertio quod dicitur coram me.*

11

Non obstat quod stante errore calculi exhibiti eo quod in debitum Corsiorum ponitur partita scut. 1531. quæ includitur in pręcedenti scut. 1857. nec non alia partita scut. 1100. pro totidẽ quæ Maffeus promisit soluere Fragotto Salsamentario, nec tamen soluta probantur Corsij remaneant creditores d. summę sc. 1532 & alrerius scut. 1100. quæ proindè veniant cõpensandæ cum censu, & fructibus pro quibus agit Maffeus. Quia error duarum priorum partitarum excluditur aduertendo, quod licet vtraque proueniat ex solidationibus antecedẽtibus, hæ solidationes sunt omnino distinctæ, & continent debita penitus separata cum altera facta fuerit cum Paulo, & Alexandro sub die 30. Augusti 1613. partita vero scut. 1531. proueniat à solo Alexandro, & à solidatione cum ipso solo facta post viginti octo dies, quæ diuersitas causæ, personarum, scripturarum ac temporis † demonstrat diuersitatem debitorum, ac summarum *l. quingenta in fin. ff. de probat. l. §. is qui ducenta in princ. & ibi gloss. ff. reb. dub. Aym. cons. 282. num. 1. & 2. Surd. cons. 80. num. 10. & seqq. Menoch. de abitr. cas. 213. num. 11. & seqq. Rot. in Romana, seu Camerinen. Pecuniaria 6. Februarij 1626. coram bon. mem. Remboldo.*

12

Alia similiter partita scut. 1100. quę de mãdato Castroru m Maffeus promisit soluere Fragotto illorum creditori debuit in eorum debitum, & respectiuè creditum Maffei adscribi, quia talis † promissio effecit Maffeum debitorem Fragotti summæ à Corsijs debitæ *Cinc. de censib. quæst. 73. num. 16. Greg. XV. decis. 586. num. 1.* quæ vlterius præsumitur à Maffeo soluta, dum tanto tempore nusquam Fragottus Corsios molestauit, & Corsij ex eadem causa se debitores Maffei in d. calculo agnouerunt; ita vt hodie negare non possint solutionem quam agnoscendo debitum semel fassi fuerunt, nisi ipsi probent hanc negatiuam in qua fundatur error † ab allegante plenè, & concludenter probandus *Buratt. decis. 419. num. 1. decis. 492. nu. 1 Rota inter recent. decis. 128. num. 13. par. 7.*

13

14

Quæ tandem opponuntur contra fidem librorum, & partitarum calculi potuerant omitti, quia cum Corsij subscripserint calculo ex libris extracto † illos amplius impugnare non possunt *l. si ita stipulatus 126. §. Chrisogonus ff. verb. oblig. Caputaq. decis. 363. num. 7. par. 2. Rota in recen. decis. 186. num. 1. decis. 302. num. 6. par. 5.*

15

Quo verò ad fructus post annum 1623. Domini censuerunt illos non deberi ad rationem Census, quia census de d. tempore fuit à Maffeo

ſeo redemptus mediante ſolutione Balleonæ creditrici facta quę peperit extinctionem Cenſus quamuis in inſtrumento deſuper celebrato Maffeus reportauerit ceſsionem iurium translatiuè, quia talis ceſſio fuit reportata ad certos effectus ibidem expreſſos. Cumque ipſe Maffeus eſſet impoſitor ac principalis de-
16 bitor cenſus, † illa operari non poteſt translationem iurium, ſed habet vim extinctionis ne in eodem ſubiecto detur actio & paſsio *Bart. in l. Modeſtinus ſub num. 4. verſ. aut ſoluens ff. ſolut. Peregr. de fideicomm. artic. 52. num. 34. add. ad Gregor. XV. deciſ. 75. num. 3. in fin. Rot. diuerſ. deciſ. 123. nu. 8. par. 2. deciſ. 426. ſub nu. 3. par. 2. recent. deciſ. 547 num. 4. apud Cinc. de Cenſib. & in Romana Cenſus 1. Iulii 1641. coram me.*

At quoniam Maffeus vt ſolueret Cenſuario vendidit Caſale nuncupatum Arcionis, & ſic amiſit fructus quos ex Caſali percipiſſet, eoſdem conſequi debet à Corſijs, quibus extinguendi Cenſum onus incumbebat, & à quibus indemnitas ſibi promiſſa fuit; erit autem dictorum fructuum facienda liquidatio, quia hactenus non conſtitit quot ex Caſali perciperentur.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Barchinonen. exemptionis.

Lunæ 16. Decembris 1647.

ARGVMENTVM.

Sententia quæ de ſui natura debet eſſe certa, non conditionalis, num vitietur, ſi ſub reſeruatione Beneplaciti Apoſtolici fuerit concepta.
Immunitas eccleſiaſticis conceſſa an dicatur violata per impoſitionem gabbellæ ſolis laicis impoſitæ ſi ex illa ipſi incidenter veniant grauati.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas reſultat ex reuolutione actorum.*
2 *Sententia concepta per ablatiuum abſolutum an dicatur nulla, & num. ſeqq.*
Voluntas principis æquiparatur caſui fortuito, n. 2.
3 *Sententia debet eſſe certa.*
4 *Ablatiuum abſolutum conditionem importat.*
6 *Sententia concepta ſub reſeruatione Beneplaciti Apoſtolici an valeat, & ſup. num. 2. cum ſeqq.*
7 *Beneplacitum Apoſtolicum ſub cuius reſeruatione fuit concepta ſententia, ſi illius tantum reſpicit executionem, num eam reddat incertam vel conditionalem, & ſup. num. 6.*
8 *Probatio per iudicem non admiſſa ipſius poſtmodum ſententiam irritat ipſo iure.*
9 *Iudex denegans probationem ſinè cauſa dicitur nulliter procedere.*
10 *Articulorum admiſſio denegata præuia diſputatione dubij non cauſat nullitatem.*
11 *Conſuetudo eccleſiaſticæ libertatis reſtrictiua, & eccleſiaſticos poteſtati laicorum ſubiciens à ſacris canonibus reprobatur.*
12 *Clerici tenentur eorum merces gabbellario exhibere.*
13 *Eccleſiaſtici non teneatur ad refectionem murorum, pontium, & cuſtodiam Ciuitatis quacumque conſuetudine non obſtante.*
14 *Gabella demandata ſolum laicis, ſi incidenter lædat eccleſiaſticos eſſe dicatur læſiua immunitatis, & num. ſeq.*
15 *Immunitas eccleſiaſtica violatur tam directè, quam indirectè.*

DECISIO CXXXIX.

CONFIRMANDAM eſſe ſententiam Rotalem hodie Domini reſponderunt Capitulum, ac Canonicos Ciuitatis Barchinonen. declarantem immunes ab omnimoda ſolutione Gabellæ, ac ipſos exemptos recenſentem à receptione apodiſsæ, è manibus laicis in ſuarum exitu mercium è Ciuitate, earumque ibidem introitu; Cum eiuſdem validitas ex
1 reuolutione proceſsus eluceſcat, † omnia ad hunc effectum requiſita continentis, iuxtà ſæpè ſæpius in hoc Tribunali receptam *deciſionem Verall. 260. par. 2.* & repetitæ nullitates excludantur per *Deciſ. R. P. D. mei Bichy ſub die 20. Maij proximè præteriti æditam*, ex qua eiuſdem quoque Iuſtitia conuincitur; prout etiam ex deciſionibus cora m bon. mem. Coccino, & R. P. D. meo Corrado in prima Inſtantia exaratis.

Deducebatur autem prima nullitas ex beneplacito Apoſtolico per ablatiuum abſolutum
2 in eadem ſententia reſeruato, † à quo, vti à voluntate Principis pendēte, ac caſui idcirco fortuito æquiparabili, iuxtà *text. in l. Lucius 11. ff. de euiction. notat Aym. conſ. 64. nu. 6. Alexand. conſ. 57. num. 4. lib. 1. Afflict. deciſ. 54. num. 2.* vel incerta
3 redditur ipſa ſententia † contra diſpoſitionem *textus in §. curare Inſtit. De Actionib.* certitndinem requirentis, & totius tituli de ſententijs, quæ ſinè certa quant. profer. & aduertit *Specul. in tit.*
4 *de ſentent. §. vno 7.* vel ſaltem conditionalis † in vim ablatiui abſoluti, ſub quo beneplacitum prædictum legitur reſeruatum *l. ab emptione ff. de pact. l. euictis ff. de euict. l. à Teſtatore ff. de Condit.*
5 *& Demonſtr.* ac conſequenter ipſo † iure nulla *l. 1. §. biduum, vbi gloſſ.* in verbo ſub conditione *ff. quando appellan. ſit, Salyc. in l. cum Iudex num. 1. ff. de ſententijs, & interloc. omnium, Iudic.* vbi etiam *Bald. num. 3. & in l. non dubium num. 12. C. de leg. & de Communi teſtatur Gabr. de ſentent. concl. 1. num. 18.*

Huius tamen vis nullitatis eliditur ex *deciſ. R. P. D. mei Bichÿ in §. Nam pro reſponſione cum ſequen.* ibi enim oſtenditur pro faciliori executione ſententiæ per caput inſuper ſeparatum
6 reſeruatum fuiſse beneplacitum, † quod idcirco reſpiciens ordinem, ac modum exequendi non poteſt conſtituere vel incertam, vel conditionalem ſententiam ipſam, abſolute in ſubſtantiali parte prolatam, vt ex pluribus auctoritatibus comprobat *in §. Cum igitur*, & late proſequitur *Gabr. de ſententijs concl. 1. num. 3. & 4.* prout nec etiam eiuſdem confirmationem retardare ad tempus expediti beneplaciti,

7 ti, † ex quo eius intercessio reputatur esse sufficiens, quoties de proposita praxi, ac de sententiæ executione tractabitur, vt præter relatos in *decis. prædicta R.P.D. mei Bichij in §. & absonum*, tradit *Neguſ. de pignor. 5. par. principali mem. 4. num. 10. in 3. concl. Castren. conſ. 270. num. 3. lib. 2. Capic. deciſ. 17. num. 6. Rot. in Put. deciſ. 471 num. 3. lib. 2. & in Anconitana Hæreditatis 11. Martij 1610. coram Vbaldo, & in Viterbien. Bonorum 10. Iunij 1602. coram Sacrato, & in Viterbien. fideicommiſſi 6. Iunii 1603. coram Sanctiſſimo Domino Noſtro.*

Altera nullitas eliciebatur ex contrarietate sententiæ inde præsumpta, quod in prima parte omnimoda Capitulo, ac Canonicis attribuatur exemptio à cuiuscumque solutione Gabellæ, & exactio contra eosdem Ciuitati adimitur, postmodum verò præuio Apostolicæ Sedis consensu legitur Canonicis attributa facultas recuperandi in vltimo anni periodo valorem Gabellæ in mercium emptione tunc temporis solutæ; Hinc enim in necessarium antecedens Gabella supponitur à Ciuitate exacta in precedenti sententię parte eidem prohibita.

Sed hæc quoque contrarietas ex vltimo ipsius *Decisionis §. visa fuit excludi*, in eo enim ostenditur pro faciliori executione Immunitatis prius attributę Capitulo propositam fuisse praxim restituendi in fine anni Gabellam pro mercibus inseparabilibus ab ipso solutam, reseruato tamen Apostolicæ Sedis consensu, Indè verò argui non posse diminutam exemptionem fauore Canonicorum antea decretam.

Altera demum nullitas arguebatur ex denegata remissoria præuia articulorum produ-
8 ctione exaduerso petita, † cum oblata ab altero Collitigantium probatio, nec per Iudicem admissa æditam postmodum ipsius sententiam irritet ipso iure *Bald. in l. Prolatam num. 7. C. de sentent. & interl. omn. Iud. ibique Angel. num. 1. Alex. conſ. 181. num. 5. lib. 6. & alii relati per Gabr. de ſentent. concl. 9. num. 7.*

Sed nec visa fuit vrgere adducta nullitas mi-
9 litans solum in casu denegatę probationis † per Iudicem sinè causa, vt sequendo *Doctrinam Innocentii in cap. Eccleſiæ S. Mariæ* notat ibidem *Butr. num. 19. de Conſtit. Gabr. eadem concl. 9. num. 8*, non tamen dum præuia disputatione denega-
10 ta † fuit articulorum admissio tanquam irreleuans, vt notat *Bart. in l. 2. num. 25. ff. de appellat. Bald. in l. 2. num. 19. C. de Epiſcopali Audientia*, & respondit *Rota in Corduben. Decimarum de Lucena 7. Februarii 1639. coram bon. mem. Merlino in §. non obſtat quod inſteterint Agentes, &c.*

Hæc autem irreleuantia conuincitur manifesta ex singulorum articulorum examine, nam in primo proposita fuit immemorabilis consuetudo receptæ per Ecclesiasticos è manibus Laicis apodisæ, vt fraudibus ansa adimeretur.

Hæc verò consuetudo, cum ex multorum fide Curialium Ecclesiasticæ libertatis restrictiua probetur, dum attestantur pluries ab officiali huic muneri Præposito Ecclesiasticis denegatam fuisse apodisam, ac diminutam respectu mercium extrahendarum, ac ipsosmet Ecclesiasticos Laicorum potestati subij-
11 ciat † à sacris proinde Canonibus, ac legibus Ciuilibus reprobatur nempè *in cap. nouerit de ſentent. Excomm. c. quamquam §, cum igitur de cenſib. lib. 6. & in Auth. caſſa C. de ſacroſ. Eccleſ. & irritatur expreſsè in Bulla Cœnæ in 18. ac 25. §. huiuſmodi conſuetudines*, & quæcumque similia priuilegia longissimo quamuis temporis cursu præscripta specialiter abrogante, adeoque sub euitandæ fraudis prætextu consuetudo prædicta licet iustificata, admitti non posset, præsertim quia eidem fraudi satis consultum ostenditur in *deciſ. R.P.D. mei Corradi in §. quia fraudibus cum ſeqq.* per exhibitionem earumdem mercium
12 Officiali in porta Ciuitatis † ad exactionem Gabellæ constituto; & hanc praxim ponderat etiam *Barb. de off. Epiſcopi alleg. 18. nu. 16. cum ſeqq. Craſſ. de effect. Cler. effect. 3. n. 157. Grat. deciſ. March. 148. num. 21.*

In secundo verò articulo pariter deducebatur immemorabilis consuetudo imponendi
13 Gabellas Ecclesiasticis † personis pro murorum, ac Pontium refectione, ac ipsius met Ciuitatis custodia, quæ etiam in eadem *deciſ. R.P.D. mei Corradi* ex sacrorum Canonum dispositione reprobatur, ac consequenter ostenditur irreleuans in *§. Quæ ſanè concluſionem ſeqq.*

Hinc verò corruunt repetitæ contra Iustitiæ sententiam exceptiones, & præsertim obiectio respectu mercium inseparabilium pro quibus ipsis tantum Mercatoribus, cæterisque personis laicali potestati subiectis Gabellæ so-
14 lutio demandatur † in earum exitu, è Ciuitate, atque introitu, nec inde dici potest læsa immunitas, dum Ecclesiasticis per accidens damnum contingit, vt aduertit *Calder. conſ. 22. de Conſt. Rodriguez quæſt. reg. tom. 3. quæſt. 74. artic. 7. Molin. de Iuſt. & Iur. tract. 2. diſput. 673. ſub num. 5. verſ. & ex eo.*

Contraria enim opinio frequentiori DD. Calculo probatur communior, ac verior in *deciſ. R.P.D. mei Corradi in §. Nam contraria ſententia*, damnum videlicet Ecclesiasticis personis
15 accidentaliter contingens, † violationem Ecclesiæ Immunitatis operari, quæ tam directè, quam indirectè à Iure prohibetur, *vt in cap. quæ in Eccleſiarum de Conſtit. & in Auth. caſſa C. de ſacroſ. Eccleſ. & tradit Rocch. de Curt. in tract. de Conſuet. ſect. 8. num. 60. Mart. de Iuriſd. Cent. 4. caſ. 28. n. 13. Rot. in vulgata Alben. Gabellæ 28. Iunii 1630. coram bo: me. Merlin. impreſſam par. 6. recent. dec. 339. num. 44.* Qua ratione prædicta remouetur obiectio, & alia, quæ contra sententiæ Iustitiam obijci possent.

Ex quibus Vtraque, &c.

☞ *Deciſio iſta emanata in hac eadem cauſa coram bo: mem. Bichio ſub die 20. Maii hoc eodem anno 1647 eſt ſupra in hac eadem part. 10. recent. deciſ. 56. vbi alias deciſiones annotaui in hac cauſa factas.*

R. P. D. MELTIO.
Postea Episcopo PAPIEN.
Colonien canonicatus, seu ferculi.

Lunæ 16. Decembris 1647.

ARGVMENTVM.

Facta resignatione beneficij si debita non sequatur publicatio, beneficium dicitur Papæ reseruatum atque in Curia vacare, sicque in illo inferioris collatio impeditur.

SVMMARIVM.

1 *Resignatio facta absque expressione quod resignans fuisset ordinatus ad titulum beneficij sanatur per aliam supplicationem.*
2 *Gratiæ plures sub eadem data expediri non possunt, & quando, nu. seq.*
4 *Resignatio requirit publicationem.*
5 *Publicatione resignationis non secuta resoluitur ius resignatarij.*
Beneficium resignatum absque publicatione dicitur vacare in curia; neque est locus collationi inferioris, nu. 5.
6 *Resignatio sine publicatione inducit reseruationem, & vacationem beneficij in Curia.*
7 *Optioni locus esse non potest stante reseruatione beneficij eiusque in Curia vacatione.*
8 *Optari non potest beneficium in manibus Sanctissimi resignatum Amplia, vt num. 9.*
10 *Decretum irritans inficit titulum & possessionem, vt neque competat manutentio.*
11 *Resignatio num publicari debeat cum insertione literarum apostolicarum.*
12 *Possessio Canonicatus & Præbendæ capitulariter est capienda.*
13 *Manutentio debetur Resignatario maximè contra non habentem parem titulum.*
14 *Prouisione Resignatarij sit nè informa dignum, vel gratiosa.*
Prouisio gratiosa potest exequi ac etiam capi de beneficio possessio absque vlla iustificatione & sine executore, num. 14.

DECISIO CXL.

IN hac causa sub die 17. Iunij præteriti fuit resolutum mandatum de manutenendo esse concedendum Ioanni Versonder in possessione Canonicatus, seu Ferculi, de quo agitur non solum vti possessori anteriori, sed etiam quia fuit suppositum resignationem factam ab Alaxandro de Merrhem ad fauorem Ioannis Romerschirchen fuisse nullam ex quo non fuit narratum Summo Pontifici, quod dictus Alexander fuerit ordinatus ad huius beneficij Titulum, & quod resignatio non fuerit publicata, nec citatus dictus Versonder iam possessor. dum Romeschirchen suam apprehendit possessionem vigore suarum litterarum Apostolicarum: sub hac autem die repropolita causa ex nouiter deductis per dictum Romeschirchen ad magis fundandam suam intentionem maximè circa validitatem resignationis Domini recesserunt à decisis.

Etenim primum obiectum quod non fuerit facta mentio quod resignans fuisset ordinatus ad Titulū huius Canonicatus seu Ferculi prorsus cessare visum fuit, quia contrarium apparet ex altera supplicatione nouiter porrecta, Sum. Romescgirchen *num. 3.* expedita sub data primę supplicationis, quę continet huiusmodi narratiuam, prout etiam gratia perinde valere, & sic patet Papam fuisse de hoc certioratum, postea gratiam facere voluisse non
1 obstante dicto primo defectu; † Vnde resignatio ita conualidata remansit, ac si in supplicatione ab initio data præfata mentio facta fuisset *Rebuff. in Praxi tit. de rescript. etiam perinde valere num. 2. Gemin. cons. 127. num. 4. Rota in rec. decis. 499. num. 12. & 13. par. 4. tom. 2. & decis. 273. numer. 24. par. 6. Bursatt. decis. 708. num. 7.*

Nec refert quod sub eadem data plures gra-
2 tiæ expediri non possint, † quo eueniente casu nulla earum attendi debeat *ad text. in l. scripturæ vbi DD. ff. de fid. instr.* Quia intelligitur quando gratiæ inter se contrariantur, ac incompatibiles redduntur, tunc enim ad inuicem tolluntur ex defectu verisimilis consen-
3 sus Principis concedentis, † non autem quando sunt compatibiles, & illarum vna tendit ad supplicationem, altera verò ad illius confirmationem atque maiorem corroborationem, vt explicant benè *DD. in d. l. scripturæ Marescot. resol. 82. num. 1. vers. primus lib. 1.* & in specie de huiusmodi stylo Datariæ meminit, *Rota decis. 114. num. 3. vers. dixerunt DD. par. 3. lib. 3. diuers. Gratian. discept. for. cap. 191. num. 1. & seq. Modern. Rom. de re benef. lib. 2. quæst. 23. num. 20. vers. in hac igitur controuersia.*

Tollitur etiam altera obiectio quod dicta resignatio non fuerit publicata, quia ex instrumento pariter de nouo producto vt ex Sum.
4 Romerschirchen *num. 4.* † apparet illam fuisse publicatam iuxta formam constitutionis San. mem. Grrgorij XIII. in ordine 85. Bullar. par. 2 *Paris. de resignat. lib. 11. quæst. 6. num. 65. vers. & circa publicationem, & quæst. 14. num. 4. vers. Sed hic cadit dubium Garz. de benef. par. 11. cap. 3. num. 302. vers. & publicatio probari potest*, & esto etiam quod talis publicatio non esset probata, dum beneficium fuit resignatum in manibus Sanctiss. dicitur vacare in Curia, & non est locus collationi inferiorum cum dicta Constitutio resoluat simpliciter Ius quæsitum Resignata-
5 rio, † & nihilominus sustineat præcedentem vacationem per resignationem in eius videlicet odium, qui non publicauit *Garz. d. par. 11. cap. 3. num. 305. Lother. de re benef. lib. 3. quæst. 21. num. 26. Rota in Camerinen. Parochialis 7. Februarij 1635. coram Reuerendiss. D. meo Præside Vallisoletano, Legionen. Beneficij 9. Decembris 1639. corã R. P. D. meo Ghisilerio, & in Legionen. Canonicatus 23. Ianuarij 1640. coram R. P. D. meo Royas.* Talis autem
6 resignatio sic facta, † vt inducat vacationem, & reseruationem ex *text. in cap. 2. de præb. in 6. in extrauag. ex debito de elect. & in extrauag. ad Regimen. de præb. inter communes Paris. cons. 10. num. 1. vers. verissimum est, & seqq. lib. 4. cum alijs relatis per eundem Lotther. de re benef. lib. 2. quæst. 27. num. 33. vers.*

verſ. Idemque dici conuenit, ac ſeqq. Rota dec.1. num.4. de rer. permut. in nou. Put. deciſ.38. num.2. lib.2. & in recent. deciſ.34. num.2. & deciſ.226. nu.8. par.5. Zamoren. Archidiaconatus 28. Iunij, & 2. Decembris præteriti coram R.P.D. meo Ottobono. Stante igitur tali
7 vacatione in Curia, & reſeruatione † locus minimè eſſe potuit optioni, cuius vigore Ioannes Verſonder apprehendit poſſeſſionem ferculi, de quo agitur *cap. fin. §. in præbendis vero de conſuet. in 6. Pariſ. dicto conſ.10. num.3. verſ. quo ſtante cum ſeqq. lib.4. & in tract. de reſignat. lib.1. quæſt.4. num.54. verſ. & hæc beneficia, Caſſador. deciſ.4. num.1. de conceſſ. præbend. & deciſ.642. num.2. par.4. diuerſ. Rota in Meſſanen. Decanatus 13. Ianuarij 1642. §. neque huiuſmodi, & 17. Iunij 1642. §. minus obſtat coram Reuerendiſſ. D. meo Decano,* Et
8 quod non poſſit optari, nec Canonicatus, † nec præbenda præcedente illius reſignatione facta in manibus Sanctiſſ. declarat *Verall. deciſ.284. par.2. incip. optari non poſſunt Monet. de option. Canon. cap.3. num.37. poſt med. verſ. niſi membra, iux. ſecundam impreſſ.* Quod eo magis procedere debet in præſenti caſu, in quo Summus Pontifex cuicunque iuri optandi ſpecialiter deroga-
9 uit, † vt legitur in litteris Apoſtolicis relatis in *d. Summ. num.1. Ferrett. conſ.109. num.2. verſ. & primo quia, & ſeqq. Lotther. de re benef. lib.2. quæſt.25. num.52. Caſſad. deciſ.4. num.1. tit. de conceſſ. præben. & deciſ.642. num.1. par.4. diu. in Vercellen. Coadiutoriæ 17. Iunij 1644. & 13. Iulij 1645. coram me.* Quapropter cum ex ſupradictis dignoſcatur de indubitata reſeruatione huius ferculi conſequenter quæcumque poſſeſſio, & prouiſio cuiuſuis vigore tituli capta non eſt attendenda ob decretum irritans in prædictis Conſtitu-
10 tionibus appoſitum, † quod adeo inficit omnem Titulum, poſſeſſionem, & prouiſionem, vt eidem Ioanni Verſonder nulla prorſus cõpetat manutentio *l. improba C. de acquir. poſſ. Garz. de benef. par.5. cap.1. num.413. verſ. in quo quidem, idem Lotther. de re benef. lib.3. quæſt.8. num.33. Ferrett. conſ.349. num.2. & 3. verſ. ad idem adduco Rota deciſ.3. de reſtit. ſpol. in nou. & deciſ.2. eod. tit. in antiq. Coccin. deciſ.51. per tot. & in rec. deciſ.58. nu.3. verſ. ſequitur par.5. Romana, ſeu Terracinen. Affictus 27. Ianuarii 1627. coram bo. mem. Pirouano, penes modern. Peruſ. de manut. deciſ.215. num.15. verſ. præterea eſt item indubitata concluſio, Ciuitaten. Archipresbiteratus 24. Martii 1645. §. etſi quæ probaretur poſſeſſio coram R.P.D. meo Cerro, Mediolanen. Cimiliarcatus 15. Maii 1645. coram R.P.D. meo Peutingerio, & in Valentina Rectoriæ 4. Maii 1647. coram R.P.D. meo Bichio.*

Nec releuat quod in inſtrumento publicationis non fuerunt inſertæ litteræ Apoſtoli-
11 cæ, † quia ſufficit atteſtatio de illarum publicatione iuxta formam dictæ Conſtitutionis S.M. Pij Quinti, & Greg. XIII. vt probat *Pariſ. de reſignat. lib.11. quæſt.6. nu.51. 59. & 63. verſ. Rota autem idem declarat. Buratt. deciſ.594. num.7. verſ. quinimo, &c.*

Defectus citationis Verſonder etiam euaneſcit, quia illius poſſeſſio nedum ex ſupradictis fuit improba, & nulla, ſed etiam quia
12 non fuit capta Capitulariter, † prout capienda omninò erat cum ageretur de Canonicatu, & præben. *Innoc. in c. in litteris num.8. de reſt. ſpol. Bald. in l.2. C. de ſeruit. & aq. Gratian. diſcept. for. cap.992. num.24. Rota deciſ.12. de reſtit. ſpol. in nou. deciſ.701. num.5. par.2. rec. Caſſad. deciſ.8. de cauſ. poſſ. & propr. Gregor. deciſ.364. littera B. Caual. dec.359. num.3. Oſcen. Archidiaconatus 31. Ianuarij 1635. coram bo: mem. Coccino, Aquilana Capellaniæ 21. Iunij 1645. coram R.P.D. meo Royas, Tridentin. Canonicatus 17. Maij 1646. & 26. Februarij 1646. corã R.P.D. meo Cerro,* vnde citatio illius nullo modo requirebatur.

Demum nec obſtat quod Reſignatarius teneretur iuſtificare gratiam ſuæ reſignationis, & prouiſionis, Quia eo ipſo quod reſignatio fuit facta in manibus Sanctiſſimi, beneficium remanſit reſeruatum, & manutentio debetur
13 Reſignatario, † Maximè contra non habentem parem titulum *Rot. deciſ.92. num.5. par.1. & deciſ.28. num.4. par.6. rec. & deciſ.364. num.3. coram Papa Gregor. XV.* Addito etiam quod talis prouiſio Reſignatarij non eſt in forma Dignum,
14 ſed gratioſa, † quæ ideo potuit exequi ſicuti etiam de beneficio capi potuit poſſeſſio abſque vlla iuſtificatione, & ſine exequutore, vt dixit *Rota in Tarraconen. ſeruitij 2. Decembris 1615. coram Sacrato, Leodien. Abbatiæ 14. Ianuarij 1622. coram Vbaldo, quæ eſt in ordine 333. num.13. par.4. tom.2. recent. & in Vintimilien. Capellaniæ 30. Maij 1635. coram Motmanno.*

Et ita vtraque parte, &c.

R. P. D. PEVTINGERO.

Ceſenateñ Bonorum.

Lunæ 16. Decembris 1647.

ARGVMENTVM.

Factum, qualis eſt hæreditatis aditio, de iure non præſumitur, & an confeſſio receptæ dotis numerationem probet.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas quamuis fuerit delata, non ex hoc probatur adita.*
2 *Aditio cum ſit quid facti non præſumitur.*
3 *Confeſſio dotis receptæ ſine adminiculis ſolutionem non probat.*
4 *Confeſſio receptæ dotis ſolutionem non probat etiam præcedente promiſſione, quoties de ea conſtat ex ſola priuata ſcriptura.*
5 *Alienationes fuiſſe de bonis fideicommiſſo ſubiectis probare debet fideicommiſſarius petens immiſſionem.*

DECISIO CXLI.

SVB die 3. Iunij præteriti coram me Cinthiæ filiæ Amilcaris Lancetti ſubſtitutę Franciſco ſine filijs, vt euenit decedenti, denegata fuit immiſſio *ex l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.* ſuper prædio à dicto Franciſco illis de Lancettis vẽdito, quia Cinthiæ oſtabant detractiones legitimæ, & dotis maternæ Franciſco hæredi gratuato debitæ, attamen hodie Cauſa repropoſita,

sita, Domini censuerunt decisionem esse reformandam quoad liquidationem dotis, quæ tunc liquidata fuerat ad scuta 500. Sed quia compertum fuit solutam fuisse fideicommittenti dumtaxat in scut. 300. auri in quodam prædio sito in Villa S. Thomę. Quæ soli Francisco debentur, quia Cinthia ob dotem receptam hæreditati maternæ renunciauerat *Sum. Lancetti num.* 3. Altera verò Soror Elisabetha
non probatur hæreditatem matris adiuis-
1 se, † quamuis sibi fuerit delata non ex hoc se-
quitur aditio *Faber de error. pragmat. decad.* 13. *er-*
2 *ror.* 1. *num.* 6. & 7. Et aditio sit quid † facti non
præsumitur *Surd. decis.* 339. *nu.* 17. *Bald. cons.* 273. *num.* 4. *lib.* 1. *Negus. quæst.* 297. *num.* 24. *Rota in Reatina iuris redimendi* 27. *Martij* 1624. *coram bo: mem. Merlino*.

Alia vero scuta 200. allegata in Instrumento dato *in Summ. Lancetti num.* 2. non apparent
fuisse soluta aliter quam per confessionem de
3 recepto, † quæ dotis solutionem sine admi-
niculis non probat, vt ait *Bald. in l.* 1. *sub num.* 4. *C. de priu. dot. Curt. sen. cons.* 70. *sub n.* 4. *Bero. consil.* 60 *num.* 43. *lib.* 2. *Gregor. decis.* 62. *nu.* 2. *Burat. decis.* 108. *num.* 21.

Neque in hoc casu sufficit consueta limitatio quod confessionem hanc præcesserit dotis
promissio, quia de tali promissione non legi-
4 timè constat, † apoca enim illa priuata in In-
strumento confessionali inserta sine decreto Iudicis fidem non facit, ne quippe in potestate coniugum sit in actu confessionis fingere præcedentem promissionem, & sic prohibitionem legis talem confessionem damnantes eludere, & inter coniuges sub hoc colore fiant inter viuos prohibitę donationes ac coniugalis amor sit prætium donationis. *Gratian. discept.* 693. *num.* 1. *Afflict. decis.* 273. *nu.* 4. *in fin. Crescent. decis.* 1. *de probation. Buratt. decis.* 108. *num.* 1. & fuit dictum *in Anconitana Bonorum* 1. *Iunij* 1643. *coram Domino meo Bichio*.

Neque Cinthiæ ad obtinendam immissionem aliæ duæ alienationes ante venditionem prædij, de quo agitur factæ à Francisco hærede Amilcaris suffragantur. Prima videlicet vnius Domus pro forte Ciuitate Cesenę in via strade pro scutis 518. *Summ. num.* 3. Secunda tornaturarum sex terræ in Villa Pauirani venditarum Dominico de Campaninis pro scutis 210. de anno 1606.

Quia Domus illa non probatur fuisse hære-
5 ditaria Amilcaris fideicommittentis, † vt Mol-
ducij fideicommissarij probare debuissent *Rota decis.* 131. *num.* 1. *par.* 1. *recent.*

Et dictæ sex tornaturę venditę fuerunt cum pacto redimendi, prout redemptas fuisse constat, ex quo de anno 1611. Franciscus hæres grauatus totam Villam Pauitani, inclusis etiã his sex tornaturis vendidit Octauio illorum de Lancettis auctori, vt in eorum *Summ. num.* 5. vltra quod cum dictæ sex tornaturæ pro scutis 210. dumtaxat venditæ fuerint, Creditum verò Francisci hæredis grauati ratione dotis suæ matris ascendat ad scuta 300. auri, & insuper ei debeatur legitima & Trebellianica liquido constat per huiusmodi alienationes ab ipso factas detractiones supradictas sibi Competentes minimè fuisse consumptas, Ideo iuxta modum supra expressum iterum Immissio fideicommissarijs denegata fuit vtraque parte informante, &c.

R. P. D. MELTIO.

Postea Episcopo PAPIEN.

Romana Fideicommissi de Mutis.

Mercurij 15. *Ianuarij* 1648.

ARGVMENTVM.

Substitutio facta sub conditione si grauatus decesserit sine filijs, expirat, quando decedens reliquit filios, quamuis postea illi moriantur, iuxta celebre cons. Oldrad. 21. à quo passim recedere firmatur, quandò extant coniecturæ suadentes, Testatorem, purum, & absolutum fideicommissum omni casu inducere voluisse, quia voluntas Testatoris primum locum obtinere debet; quocirca in præsenti decisione discutitur, an fideicommissum perpetuum & absolutum censeatur inductum, ex contemplatione agnationis, & tractus successiui, cum digressione ad plures gradus substitutionum, tam in parte actiua, quam passiua, & resolutio est affirmatiua, in contrarium adductis plenè respondendo.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio facta sub conditione si grauatus sine filijs decesserit, expirat si cum filijs decedat.*

2 *Filij in conditione positi vigore statuti Vrbis licèt sint vocati, tamen ex hoc non dicuntur grauati.*

3 *Filiorum appellatione non veniunt Nepotes ex Vocatione actiua non infertur ad passiuam, & numer.* 50.

4 *Substitutio reciproca facta primis institutis non infert grauamen inter eorum filios & Nepotes in conditione positos.*

5 *à Cons. Oldrad.* 21. *passim receditur, quando extant coniecturæ suadentes Testatorem purum & absolutum fideicommissum omni casu inducere voluisse.*

6 *Substitutio reciproca facta inter institutos in casum* si sine filijs legitimis & naturalibus masculis, &c. *decesserint comprehendit Nepotes, ac cæteros eorum descendentes.*

7 *Testator præsumitur omnes eius descedentes voluisse præferre remotioribus agnatis.*

8 *Oldrad. cons.* 21. *procedit quando conditio fuit apposita uni personæ tantùm & non habet tractum successiuum ad alios.*

Secùs quando Testator ad plures substitutionum gradus fuit digressus, & conditio si sine filijs *apposita non fuit unico tantùm gradui.*

9 *Testatoris dispositio quando importat tractum successiuum & praseuerantiam, non sufficit, si unica tantum uice uerificetur.*

10 *Filii in conditione positi stante dispositione Statuti Vrbis censentur dispositiuè vocati, ac si fuissent expressè substituti amplia, ut num. seq.*

Fidei-

12 Fideicommissum perpetuum & absolutum inducitur ex qualitate legitimationis, & masculinitatis per Testatorem, pluriès in testamento repetita.
13 Fideicommissum perpetuum & absolutum non inducitur ex sola vocatione masculorum.
14 Fallit tamen, quandò vltra masculinitatem, fuerunt exclusæ fœminæ descendentes cum assignatione congruæ dotis.
15 Maximè stante dispositione statuti Vrbis exclusiui fœminarum propter masculos.
16 Fideicommissum perpetuum & absolutum censetur inductum ex digressione ad plures gradus substitutionum tàm in parte actiua, quàm passiua.
17 Consequens qui vult, censetur etiam velle necessarium antecedens.
18 Fideicommissum perpetuum, & absolutum censeri inductum quando Testator vltimo loco vocauit proximiores de Domo.
19 Testator non præsumitur voluisse vocare proximiores de domo, & excludere descendentes legitimos, & naturales suos.
20 Testator sicut magis dilexit institutos, ita præsumitur magis dilexisse filios eorumdem institutorum, & substitutorum.
21 Conditio apposita instituto, debet etiam purificari in omnibus descendentibus, & in quolibet eorum.
22 Dictio dicti tanquam relatiua debet referri ad eos tantùm, qui oculis corporeis legi possunt.
23 Et an operari possit aliquam grauaminis repetitionem in eis qui tamquam in conditione positi, reperiuntur vocati.
24 Fideicommissum ordinatum inter filios descendentes sine filijs, non extenditur ad filios filiorum.
25 Fideicommissum iniunctum Nepotibus, censetur etiam repetitum in Pronepotibus, vbi fuit habita ratio conseruationis agnationis, & tractus successiui, & num. 33.
26 Fideicommissi grauamen faciliùs inducitur ad fauorem propriæ descendentiæ Testatoris, quam ad fauorem extranei.
27 Rot. in Interamnen. fideic. 10. Febr. 1642. coram bo: mem. Dunozetto declaratur.
28 Fideicommissum non inducitur ex discretiuo modo loquendi.
29 Illatio non est facienda de vno casu ad alium quando constat de illorum diuersitate.
30 Fideicommissum perpetuum, & absolutum inducitur si Testator voluit bona sua perpetuo in familia conseruari.
31 Agnationis conseruatio, censetur contemplata ex digressu ad plures substitutionum gradus, semper cum qualitate masculinitatis.
32 Dictio, dicti, quamuis sit restrictiua, debet tamen recipere ampliationem, & declarationem ex toto dispositionis tenore amplia, vt num. seq.
35 Dictio, omnes, neminem excludit, & eumdem operatur effectum, ac si de singulis, esset facta expressio.
36 Dictio, omnes, est vniuersalis, & tàm prædicatur de pluribus, quàm de duobus.
37 Fideicommissum non est extendendum de persona ad personam, quando institutio, & substitutio, fuit expresse & nominatim facta.
38 Fideicommissum extendendum est de persona ad personam quando apparet Testatorem voluisse, vt bona perpetuo in sua Domo conseruentur, & quare num. seq.
40 Coniecturæ ad inducendum fideicommissum omnes simul iunctæ sunt ponderandæ, & licèt aliquæ de per se essent leuiores, tamen iunctæ cum alijs suffragantur.
41 Coniecturæ ad inducendum fideicommissum non ità rigidè sunt examinandæ, nec requiritur, vt ad oculum concludant, & quare.
42 Nepotes regulariter non veniunt appellatione filiorum secus stantibus coniecturis, ibid.
43 de Nepotibus quod dicitur, habet etiam locum in pronepotibus.
44 Fideicommissum repetitum omnibus censetur, quando substitutio est relata non solum ad filios institutos sed etiam ad filios hæredum institutorum.
45 Agnatio quando censeatur à Testatore contemplata.
46 Substitutio facta, si sine filijs, quandò referatur ad omnes vocatos in perpetuum.
47 Nepotes quandò censeantur vocati per solam vulgarem non autem per fideicommissum.
48 Substitutio facta sub conditione, si grauatus decesserit sine filijs, expirat si cum filijs decedat, & nu. 51. & quandò secùs, num. 49. & num. 52.
53 Voluntas Testatoris, primum locum obtinere debet.
54 Substitutio facta alicui si sine filijs decesserit, quando non dicatur expirasse, licèt cum filijs decesserit.
55 Substitutio reciproca tàm inter primos institutos, quàm etiam inter positos in conditione, & alios substitutos, ex quibus censeatur inducta.
56 Substitutio reciproca, vt censeatur inducta tria requisita concurrere debent.
57 Primò quod omnes sint vocati.
58 Secundò quod substitutio sit facta vltimo morienti; & dicitur facta vltimo morienti si in casum deficientiæ descendentiæ fuerunt vocati proximiores domus.
59 Tertio quòd substitutio fuerit facta in tota hæreditate.
60 Substitutio dicitur facta in tota hæreditate ad inducendam reciprocam, dum in substiutione retentum fuit idem thema institutionis vniuersalis.
61 ad Fideicommissum perpetuum, & reciprocum inducendum, sufficiunt probabiles coniecturæ, quamuis deficerent requisita necessaria ad inducen. reciprocam.

DECISIO CXLII.

PLACVIT decisio huius causæ, in qua sub die 19. Februarij 1646. resolutum fuit, fideicommissum institutum per Valerianum Seniorem de Mutis, esse purificatum ad fauorem Octauij, & Fratrum de Mutis. Et licet ad excludendam eorum intentionem, Informantes pro Flaminia, & Violante de Mutis, quæ succedere prætendunt Valeriano Tertio de Mutis ab intestato, cum ille obierit, nullis post se relictis filijs, valde insistant super eo, scilicet, quod dicti Valerianus primus fideicommittens post institutionem factam Cæsaris, & Britij filiorum, quos etiam ad inuicem substituit, casu quo eorum alter sine filijs mascu-

maſculis legitimis, & naturalibus deceſſiſſet,
deuenerit ad alias ſubſtitutiones, ſub iſta ta-
men conditione, ſi dicti filij primo loco in-
ſtituti deceſſerint ſine filijs, Vnde cum Cæ-
ſar duos habuerit filios, nempe Alexandrum,
& Laurentium, ac ab Alexandro deſcendat
Violantes illius Neptis ex perſona Antonij fi-
lij, à Laurentio vero Octauius, & ſic præten-
1 dunt expiraſſe, & per conſequens ſubſtitutio-
nes omnium vocatorum, cum ad iſtum effe-
ctum ſufficiat, Cæſarem procreaſſe filios, &
iſti faciant intrare diſpoſitionem vulgati *conſ.
Oldradi 21. pluries in Rota canonizati vt in dec.486.
num.1.519.num.2.& 7.par.1.249.num.5.& 6.par.6
rec. Fuſar. de ſubſtit. quæſt.480.num.1, per quem alij
DD.referuntur Rom.hæredit.de Forſanis 2.Februa-
rij 1588. coram Gipſio in ord.95. §.in propoſita poſt*
2 *Fenzon.ad ſtat.Vrbis*, † nec aliquid facere quod
filij in conditione poſiti vigore *ſtatuti Vrbis lib.*
1.*cap.*142. ſint vocati, cum ex hoc non dican-
3 tur grauati reſtituere, † & appellatione filio-
rum non venire Nepotes *Rot.deciſ.473.num.10,
& 30.par.4.tom.2.rec.* nec ex vocatione actiua
inferri ad paſſiuam *Pariſ. conſ 31. num.28. lib.1.
Rot.d.Rom.hæredit.de Forſanis §.non obſtat verſ. nec
4 de actiua ad paſſiuam; & d.deciſ.249.num.6.* † Mi-
nuſque, ex reciproca inter primos inſtitutos
appoſita inferri poſſe grauamen inter eorum
filios, & Nepotes in conditione poſitos, taci-
tè, & conſequenter vocatos, ſed Teſtatorem
voluiſſe ſolum grauare filios, & vocatos *Se-
raph.deciſ.1023.num.3. & in rec.deciſ.287.num.20.*
vbi quod ſubſtitutio reciproca, &c. *par.4.tom.2
& deciſ.272.num.8.par.6.*

5 Quoniam à prædicto † *conſ.Oldradi 21.* & re-
gula in eo firmata paſſim receditur, quando
extant coniecturæ ſuadentes, Teſtatorem pu-
rum, ac abſolutum fideicommiſſum omni
caſu inducere voluiſſe, conſtito enim de illius
voluntate, quæ ſemper præualere debet, ab
6 eodem conſilio paſſim receditur † quia ſub il-
la expreſſa conditione, ſi ſine filijs legitimis,
& naturalibus maſculis, &c. per Valerianum
Teſtatorem appoſita in reciproca ſubſtitu-
tione facta inter Cæſarem, & Britium hære-
des ab eo inſtitutos, comprehenduntur Ne-
potes, ac cæteri eorum Deſcendentes, & con-
ſequenter Valerianus Tertius eiuſdem Teſta-
7 toris Abnepos vltimo loco defunctus, † cum
maxima intret præſumptio, Teſtatorem om-
nes eius Deſcendentes voluiſſe preferre remo-
tioribus Agnatis ſubſtitutis iuxta *text.in l.cum
auſu, ff.de condit. & demonſtr.l.generaliter §.Cum C.
de Inſtit.& ſubſtit.& l.cum Acutiſſimi C.de fideicom.
Mant.de coniect.vlt.vol.lib.11.tit.8.num.20.§.ſed di-
ligenter in fine, & §.ſecundo aduertendum eſt verſ.Nã
ſi hæc conditio Ioſeph.de Ruſtic.ad l.Auus lib.2.cap.2
num.66.verſ.Decimo,&c.Fuſar.de ſubſtit.quæſt.319
num.11.§.Secundus caſus eſt, & quæſt.413.num.1.&
conſ.78.num.3.verſ.& quando dictum fuit ac ſeq.Me-
noc. conſ.613. num.12. §.Tertio ſuffragatur in fine
Rot.in Bonon.fideicomm. 14.Decembris 1636. coram
Motmanno §.Nihilominus Rom.fideicomm.de Cardel-
lis 19.Decembris eiuſdem menſis, & anni coram Buc-
cabella §.Nec viſum fuit verſ.quoniam,&c. Rom.fi-
deicomm.de Maximis 5.Martij 1638. coram Piroua-
no Spoletana fideicomm. 18. Februarij 1647. coram
R.P.D.meo Otthobono, & deciſ.315.& ibi Add.nu-
8 mer.16. coram Papa Gregor.XV.* † *Conſil.* vero *Ol-
dradi*, ac ſequentium illius ſententiam pro-
cedit quando conditio fuit appoſita vni perſo-
næ tantum, atque, ita non habet tractum
ſucceſſiuum ad alios, vt declarat *Iaſ.in l.in ſub-
ſtitutione in princ.col.penult.ff.de vulg. & Pupill.ſub-
ſtit.Dec.in l.ſi quis hæredem num.2.ff.de inſtit.& ſub-
ſtit.&c.* quando autem diſpoſitio, vt in præſen-
ti caſu habet tractum ſucceſſiuum; quod op-
time hic colligitur ex eo quod Teſtator ad
plures ſubſtitutionum gradus fuit digreſſus, &
talis conditio, ſi ſine filijs appoſita non fuit
vnico tantum gradui vocationis nempe filio-
9 rum, † non ſufficit ſi fuerit verificata vna vi-
ce tantum, cum talis diſpoſitio importet tra-
ctum ſucceſſiuum, & perſeuerantiam, vt de-
clarat *Curt.Iun.conſ.121.num.15.verſ.quia ad hanc
communem,&c.Pariſ.conſ.18.nu.38.verſ.ſecus quan-
do lib.2.Menoc.conſ.334.num.18. §.ex his, & verſ.in
ſpecie*, à quibus omnibus declaratur, dictum
10 reſponſum Oldradi; † Vnde cum dd. Nepotes
& Pronepotes fuerint poſiti in conditione,
cenſentur diſpoſitiue vocati ad idem fideicom.
miſſum, ac ſi fuiſſent expreſſe ſubſtituti, con-
currente maxime diſpoſitione ſtatuti Vrbis in
*cap.142. lib.1. Gabr. de fid.concl.7.num.4.Ruſtic.de
liber.in condit.poſit.lib.5.cap.6.num.9. Mant.de con-
iect.vlt.vol.lib.11.tit.2.num.19. §. ex coniecturis Pe-
reg.de fideicomm. artic.28. num.3.verſ.propterea ſub
num.25.verſ.ſed ego, ac num.26.verſ.dato autem Fu-
ſar.d.tract.d.quæſt.413.num.3.& quæſt.438.nu.5. &
11.verſ.ego autem, & conſ.31.num.4.verſ.ſecunda eſt
concluſio Menoc.conſ.152.num.3. alios quamplurimos
DD.allegans Gabr. conſ.115. num.12. verſ.vnde fit
& ſeq.lib.1.Rot.pœnes Greg.XV. deciſ.315.num.10.
verſ. firmata primo intentione, & deciſ.337. num.4.
uerſ.facit quia quando, Terracinen.fideicomm.14.De-
cembris 1643. §.quo uero, & 17.Februarij 1645. §.
quod uero coram R.P.D.meo Otthobono.* Et prædi-
cta corroborantur. cum verſemur in diſpoſi-
tione legis ſtante ſtatuto Vrbis, non autem in
diſpoſitione hominis *text. in l. filij ff. de uerb.ſi-
gnif. & in l.filium habeo ff. ad Maced.Pereg.de fidei-
comm.art.28.nu.29.in princ.Fuſar.d.tract.quæſt.423
11 num.1.* † & hanc eſſe magis communem opi-
nionem, nec ab ea eſſe recedendum in reſpon-
dendo, & iudicando firmat *Soc.Iun.conſ.158.col.
penult.conſ.168.col.12. & conſ.174. col.2.lib.2.Me-
noc.conſ.152.nu.13.uerſ. & hanc quoque Fuſar.conſ.
144.num.1.* ibi, refert plures teſtantes, &c. *Rot.in
d.Bonon.fideic. 14.Decemb. §. Ex quibus uerſ.quam
opinionem, &c.*

Quod autem Valerianus Teſtator voluerit
inducere perpetuum, & abſolutum fideicom-
miſſum patet non ſolum ex coniecturis pon-
deratis in præterita deciſione in hac cauſa
emanata ſub §.Coniecturæ autem, &c. verum
etiam ex alijs, quæ denuo deſumuntur ex Te-
ſtamento eiuſdem Teſtatoris.

Prima enim deducitur ex qualitate legiti-
mationis, & maſculinitatis per Teſtatorem
12 pluries repetita in ſuo Teſtamento, † quæ
qualitas efficax eſt ad oſtendendum ipſius vo-
luntatem, fuiſſe conſeruandi bona in agnatio-
ne,

ne, ac ideò repetendi fideicommissum, illudq; absolutè, ac perpetuo instituendi, *Peregr. de fideic. ar.25. num.47. vers. rursus, Mant. de coniect. vltim. vol. lib.6. tit.15. num. 2.* ibi, & expressio generis, &c. *Fusar. cons.6. num.4. vers. Tertia coniectura est, & cons.145. num.11. Grat. cons.5. nu. 86.* ibi, Primò prouidere descendentibus masculis, &c. *Menoch. allegans alios 40. DD. hanc opinionem sequentes in suo cons.1051. num.13. Surd. cons. 240. num. 11. & cons. 244. num. pariter 11. Rota decis.193. num.4. par.1. rec. & dec.464. num.16. coram Papa Greg. XV. d. Romana fideicommiss. de Cardellis §. & prætermissa tanto magis, &c. Bonon. fideicom. q. Bartholomei de Bologninis 26. Nouemb. 1644. coram R.P.D. meo Ghisilerio.* Et licet alij adsint DD. firmantes ex sola vocatione masculorum non induci perpetuum, & absolutum fideicō-
13 missum † tamen in isto casu vltra assertam masculinitatem à testatore desideratam, & repetitam in quolibet gradu substitutionis, fuit
14 etiam facta exclusio fœminarum descendentium cum assignatione congruæ dotis, ex quo magis præsumitur, testatorem voluisse conseruare bona in agnatione, vt scribunt *Ruin. cons.164. col. penult. lib.3. Paris. cons.57. nu.10. lib.2. & consil. 53. numer. 26. lib.3. Fusar. d. consil. 24. num. 43. vers. respondetur, & §. seq. Menoch. lib. 4. præs.71. num. 39. Intrigl. de substit. cent.3. q.81. n.30. Alciat. respons.483. num.3.* Hancque opinionem esse veriorem, æquiorem, & crebriorem firmat *Decian. cons.33. num.81. Rol. à Valle consil.82. num.41. lib.3. Cephal. cons.16. num.44. cons.62. n.45. cons.137. num.12. Gabr. cons.97. num. 24. lib.1. & alij relati per Fusar. in eodem cons.24. nu.40. & 44. & d. cons.145. n.11. vers. inter quos multi cū pluribus*
15 *seqq.* † Accedente maximè eadem dispositione statuti Vrbis exclusiui fœminarū propter masculos, vt inquit idem *Fusar. d. consil.145. n.12.*
16 Altera vero coniectura digressionis ad plures gradus substitutionum tā in parte actiua, quam passiua probatur nō solum ex ordinatis inter eius filios, sed & inter nepotes, & pronepotes, & quoscumque alios descendentes masculos, & naturales prædicti Nicolai, donec aliquis ex eius recta linea masculina superfuisset, nam ex his elicitur, ipsum testatorem considerasse, ac induxisse actum, & ordinem successiuum inter vocatos, qui aliter adimpleri non posset, nisi vnus esset grauatus alteri restituere, *Menoch. præs.69. num.13. vers. Tertia est coniectura, & seq. lib.4. & alij DD. adducti per Fusar. quæst.480. num.55. vers. declaratur octauo, & n.58. vers. pariter etiam, & prius q.441. num.5. vers. Decima sexta coniectura erit, & cons.6. num.2. vers. Prima coniectura est, Rot. decis.320. num. 18. uers. inter vocatos autem, & seq. par. 1. recent.* Quapropter
17 necessario dicendum est, testatorem omninò instituere voluisse dictum fideicommissum iuxta regulam, quod qui vult consequens, censetur etiam velle omne necessarium antecedens, *Aym. cons.130. num.10. Curt. Iun. consil. 45. num.6. & 7. Rota diuers. decis.121. num.2. & seq. p.2. decis.1373. num.2. & 3. coram Cardinali Seraphino, decis.167. num.1.481. num.4. coram Card. Caualerio, & dec.44. numer.2. par.1.380. num.5. par.4. recent. Bonon. fideicom. de Seccadenarijs 11. Decēb. 1623. & Bono. fideic. de Desiderijs 26. Iun. 1626. corā Merlino.*

Tertia demum vrgens deducitur coniectura ex vocatione vltimo loco facta proximiorū de Domo de Mutis, in qua ad effectum conseruandæ agnitionis, debebant etiam conser-
18 uari bona à Valeriano supposita perpetuo, & absoluto fideicommisso, *Pereg. de fideic. art.25. num.47. uers. sed ultra hoc addo ego Fusar. de substit. q.311. num.12. uers. similiter, q.352. num.9. uers. prima coniectura est, & q.366. num.24. uers. quintus casus est, et cons.115. nu.26. secunda est coniectura Menoc. cons.527. num.4. uers. illud nomen, et seq. Odd. cons. 46. num.53. uers. non nulli uero,* verisimile enim
19 non † est quod testator voluerit vocare proximiores de Domo, & excludere Descendentes
20 legitimos, & naturales suos, † quos sicut magis dilexit eos instituendo, ita præsumendum est, ipsum magis dilexisse filios eorumdem institutorum, & substitutorum, *Ruin. cons. 140. num.9.142. num.11. uers. et istud etiam lib.3. Riminal. sen. cons.189. num.10. Crauett. cons.532. num. 3. uer. Tertio, et num.4. uer. quarto, et con.536. num. 2. uer. secundo Menoc. cons.85. num.24. et cons.420. num.10. Mandell. cons.86. num.12. Fusar. cons.60. num. 13. et cons.69. num.15. Cephal. cons.251. num.77. Rot. decis. 315. num.8. coram Papa Greg. XV. et dec.61. nu. 6.9. & 12. par.7. rec. d. Bonon. fideic. q. Bartolomei de Bologninis 26. Nouemb. 1644. coram R.P.D. meo Ghisilerio, et in Rom. fideic. 27. Maij præteriti §. Eam uero coram R.P.D. meo Otthobono,* Atq; ita cum ex su-
21 sceptis appareat, † verba apposita à Valeriano testatore in institutione Cæsaris, & Britij filiorum videlicet, si contingerit, eos decedere sine filijs, comprehendere etiam omnes alios descendentes eiusdem testatoris, sequitur pernecesse, eamdem conditionem esse purificandam in omnibus descendectibus s & in quolibet eorum, & propterea, cum Valerianus Tertius decesserit nullis relictis filijs manifeste apparet, euenisse casum, in quod. Octauius debet succedere, cum de voluntate Testatoris clare constet, *Curt. Iun. consil.121. num.15. §. cum igitur part. 1. Menoch. consil.334. n.19. uer. cum ergo.*
22 Non obstant verba illa, † si omnes dd. eius filij, & hæredes morerentur sine filijs, quæ tamquam relatiua, debeant referri ad eos tantum, qui supra positi erant in conditione, quales sunt Nepotes, ac ad eos, qui corporeis oculis legi possunt *Fusar. in d. tract. q.679. nu.7. 8.* nec valeant operari aliquam grauaminis repe-
23 titionem in Pronepotibus, † cum isti solummodo vocari reperiantur tanquam positi in conditione iuxta *dec. in Rom. Domus, et Viridarij 27*
24 *Ianuar. 1597. coram Corduba,* † vbi Testator grauando filios decedentes sine filijs, non videtur grauare filios filiorum, & sic Nepotes, quam opinionem sequitur etiam *Dec. cons.218. num.7. & 287. num.1.*
25 Quia in casu d. decisionis nulla fuit habita ratio per Testatorem tractus successiui, nec conseruationis agnationis, vt in præsenti, &
26 propterea illa non applicatur, † tum quia in ea agebatur de inducendo fideicommisso ad fauorem Hospitalis pœnitus extranei, hic vero agitur de propria descendentia masculina Testatoris, & ideo facilius inducitur grauamen

ad

ad text.in l.cum Auus ff. de cond. & demonstr. l. cum acutissimi ff.de fideic.Fusar.de substit.q.475.num.8.&
27 cons.101.nu.1.Pereg.cons.33.nu.27.lib. 3. † Minus quoque, applicatur altera decisio in. Interramnen. fideic.10.Feb.1642.coram Reuerendiss.D.meo Decano, cum illa potius resistat, cum in illius §. incipiente, Tum etiam quia legatur, Testatorem in substitutione fecisse mentionem tantum de fi-
28 lijs † ex qua discretiua vocatione non poterat inferri sufficiens coniectura ad fideicommissum, prout pariter apparet fuisse ibi contemplatam agnationem. Quæstio vero decisionũ de Barzellinis tollitur ex eodem facto. Illis enim casibus Testator defficientibus filijs sine filijs pro tertia parte substituit fœminas, nulla habita ratione conseruandæ agnationis, vt habetur in decis.272.num.19.par.6. rec. In præsenti autem casu clare apparet ex ipso Testamento
29 fuisse consideratam agnationem † vnde clara adstante casuum diuersitate, non est facienda illatio de vno ad alterum l.Papinianus §.exuli ff. de Minor.Ruin.cons.174.num.4.lib.1.Rot.diuers. dec.
30 262.n.1.par. 2. Itaque, † cum hic appareat de enixa voluntate Testatoris inducendi perpetuũ & absolutum fideicommissum dum voluit bona sua remanere in familia de Mutis perpe-
31 tuo, non potest controuerti, † ipsum etiam habuisse respectum conseruandæ agnationis, quod magis comprobatur ex digressu ad plures substitutionum gradus semper cum qualitate masculinitatis Menoc.cons.117.num. 29. vers. & quando, & cons.238.num.38.eod. vers. & quando Surd.con.443.num.32.vers. minus turbare, et alij relati per Fusar.de substit.q.321.num.80.vers.Declaratur autem ista coniectura &c. et.q. 322. num. 8. vers. Declaratur etiam Bot.decis.248.num.3.vers.illa enim verba, et seqq.et num. 11. vers. Nec mouet Dominos
32 cum seq.par. 7. rec. Et per consequens non obstante dictione illa restrictiua Dicti, quæ debet recipere ampliationem, & declarationem,
33 cum † ex toto Testamenti tenore colligatur, Testatorem voluisse suam extendere dispositionem vltra specialiter nominatos etiam ad fauorem Pronepotum, atque aliorum descendentium masculorum gl.in l.quoties ab omnibus C de fideic.Bart.in l. Pater filiam §. fundum. ff. de leg.3. Mant.de coniect.vlt.vol.lib.8.tit.2.num.20.§. sed hæc debent.&c. et §.seq.Rol.a Valle cons.6.num. 21. ibi, sed considerata ratione Paris.cons.32.num.36.lib.1.& cons.52.num.16.Mascard.de prob.concl.1236.nu.92. Fusar.de substit.q.679.num.13. per tot. vbi infiniti
34 DD. notantur, † maxime cum illi dictioni, Dicti, reperiatur coniuncta altera vniuersalis
35 dictio, omnes, † quæ neminem excludit, & eumdem operatur effectum, ac si de singulis esset facta expressio l.1.ff.de leg.1. & l. Iulianus in princ. ff.de leg.3.Aym.cons.308.num.6.Cephal.cons.156.numer.22.Menoc.cons.282.num.12. & cons.312.num.4.
36 Rot.dec.315.num. 11. coram Papa Greg. XV. † Et si hæc dictio vniuersalis referri deberet ad institutos tantum, sine dubio esset contra naturam d. verbi, omnes, quod prædicatur de pluribus, quam de duobus l.non distinguemus §.si plures ff.de arbitr.Innoc.in c.quia propter num.5.de elect. Ancar.cons.68.num.2.&3.Castr.cons.123.circa principium vers.& facit dubium lib.1. Rot. d. decis. 215.

37 num.12.† quod non esset firmandum si institutio, & substitutio fuisset expresse, & nominatim facta, quia tunc non esset extendenda de
38 persona ad personam, † quæ tamen extensio hic omnino fieri debet, cum appareat, Testatorem voluisse perpetuo conseruare in sua Domo bona, de quibus agitur Soc.Iun. cons.13.numer.21.& cons.30.num.12. vol. 4. Crauett. cons.98 num.8.Rol.à Valle cons.6.num.21.vol.4.Mascard. de prob.concl.1236.num.78.vol. 3. Tantoque magis
39 id dicendum venit, † quia si Testator de hoc fuisset interrogatus, ita respondisset, vt inquit idem Rol. d. consil. 6.num. 22. versic. Et tanto magis &c.

Quæ autem dicuntur contra coniecturas ponderetas in alia decisione in hac causa emanata nempe quod non videatur concludentes ad effectũ inducendi grauamen successiuum, non visa fuerunt Dominis alicuius releuantiæ, quia cum in hoc casu ambigi non possit de voluntate testatoris conseruandi bona in familia, & agnatione, prout colligitur ex verbis eiusdem testamenti, concurrunt etiam conie-
40 cturæ prædictæ, † quæ simul iungi debent, & ita iunctæ sunt ponderandæ, non autem separatim, nec vnaquæque de per se discutienda est, cum ad inuicem fulciuntur, & vna corroboret alteram, & licet aliquæ de per se essent leuiores, tamen iunctæ cum alijs suffragantur ad text.in l. ff.ad Trebell.& cap.1.de Treg.et pac Mant.de coniect.vlt.vol.lib.7.tit.5.num.5. vers.tamen coniectura.Petr.de fideic.q.9.num.97.Bero. cons.104. num.13.lib.2.Cephal,cons.251.nu.87.Surd.cons.344. num.3.vers.ibi dicit quod et si sola &c.Rot. decis.315. et ibi Add.nu.19.coram Papa Greg.XV.et in rec. decc. 6.num.32.par.1.Senogallien.fideicommissi 19. Aprilis 1627.§.coniecturæ hic concurrunt coram bon.me.Card.
41 Virili, in examinandis enim † coniecturis nõ ita rigidè proceditur, nec requiritur, vt ad oculum concludant, quia tunc non essent coniecturæ, sed veræ demonstrationes, vt firmatur in dec.21.num.28.ead.par.5.

Tollitur secundum obiectum, scilicet, quod
42 nepotes † non veniant appellatione filiorum, & isti licet in conditione positi, non sint tamẽ grauati restituere. Quia etsi appellatione filiorum non veniant regulariter nepotes, tamẽ stantibus coniecturis, quæ in præsenti casu nõ deficiunt ex supra deductis, prout etiam in altera decisione, istæ optimè deseruiunt ad effectum vt censeantur compræhensi nepotes Moder.de substit.q.320.num.1.Grat.discep.for. cap. 662. num.1, Mant.de coniect.vlt.vol.lib.8. tit. 8. num. 12. Curt.iun.cons.111.num.26.et seqq. Sot. iun. cons. 30. num.16.in fine lib.4.Rot. in Senogallien. fideicommissi 11. Maij 1626. §. non obstat, vers.quia licet coram Remboldo, et in ead.19.Aprilis 1627.§.et quoad primam, et §. quoad secundam partem coram bon. mem. Card.Virili, Spoletana fideicommissi 27.Noue.1628. §.dum igitur testator coram Vbaldo, & quod dicitur
43 de † nepotibus, habet locum etiam in pronepotibus Bart.in l.1.§.si quis, ff.de suis, et legit. et in l.liberorum.col. penult. vers. quæro an appellatione, ff. de verb.signif.Fulgus.con.68.et con.119.col.vlt.Ruin. cons.166.num.8.lib.1.Fusar.d.q.320.num.2. et d.Senogallien.fideicommissi coram Card. Virili d. §. quoad secun-

secundam partem, vers. et pronepotes &c. Vnde cum
44 ex prædictis † coniecturis dignoscatur fuisse
per testatorem habitam rationem agnationis,
quia iste posuit in conditione filios, & descen-
dentes masculos, & grauauit tam filios, quam
nepotes casu quo decederent sine filijs, vtique
substitutio est relata non solum ad filios insti-
tutos, sed etiam ad filios hæredum institutorũ,
Pereg. de fideic. art. 29. in fine, versic. hoc quippe casu.
Menoch. lib. 4. præs. 186. num. 42. Cæphal. cons. 426. nu-
mer. 27. vers. et sic, Paris. cons. 57. num 9. et 10. lib. 2.
Menoc. cons. 277. num. 10. et 15. cons. 333. nu. 46. ver.
tertio, d. Modern. de substit. q. 441. num. 22. vers. prima
45 enim opinio, et q. 480. num. 68. Ex dicta † enim
mentione masculorũ dicitur habita ratio agna-
tionis, quia fœminæ fuerunt exclusæ, & con-
gruenter dotatæ, hancque opinionem esse
magis receptam firmat Rustic. in l. cum auus lib. 4.
cap. 2. num. 14. et seqq. ff. de cond. et demonstr. Petr. qui
multos alios refert, & sequitur de interpret. vlt.
vol. fol. 301. num. 10. et 17. d. Modern. de substit. q. 441.
num. 22. vers. vbi tamen loquitur in casu, Rot. in d. Spo-
tana fideicom. coram Remboldo §. non obstat vers. quia
46 &c. Et conditio illa † si sine filijs refertur ad
omnes vocatos in perpetuum, adeout vnus
bona fideicommissaria alteri restituere debeat,
donec proueniat ad vltimum vocatum Gabr.
de fideic. concl. 7. nu. 4. lib. 4. Molin. de primog. Hispan.
lib. 1. cap. 6. num. 19. Crass. de success. §. fideicommissum
q. 33. num. 6. Rot. dec. 486. num. 2. vers. tunc enim con-
ditio par. 1. rec. d. Spoletana fideicommissi coram Vbal-
do, §. sed cessare videtur. Decisio vero 473. num. 30.
par. 4. tom. 2. rec. quæ allegatur pro dictis mulie-
ribus non aduersatur, quia in isto casu concur-
runt omnes coniecturæ necessariæ ad inducen-
dum perpetuum, & absolutum fideicommis-
47 sum † in illa autem nullum verbum legitur
denotans perpetuitatem, vel tractum temporis
successiuum, quod facit, vt nepotes vocati in-
telligantur per solam vulgarem, non autem
per fideicommissum, vt declaratur in ead. decis.
sub num. 30.
48 Non obstat † quod per subexistentiam nepo-
tum testatoris in conditione positorum de tẽ-
pote mortis eorum parentum euanuerint sub-
stitutiones Nicolai, eius descendentiũ, & alio-
rum iuxta d. cons. Old. 21.
Quia tunc inhærẽdum est rationibus Oldra-
di, quando testator iniuxit grauamem tantum-
modo filijs ad inuicem, vel respectiuè alijs,
49 secus † autem quando huiusmodi grauamen
iniunctum apparet filijs filiorum in infinitum,
vel expresè per illa verba, & casu quo omnes
supradicti, vel per coniecturas mentem testa-
toris declarantes, vt in præsenti casu, in quo
filij sunt honorati, & grauati, nepotes expres-
sè comprehenduntur in vocatione, tunc enim
dicitur fideicommissum inductum, & graua-
men ipsis quoque nepotibus iniunctum, Dec.
cons. 269. D. Rainaldus num. 4. vers. et quia, et vers. si
ergo à statuto &c. Gabr. cons. 115. num. 11. et seq. lib. 1.
Fusar. cons. 31. num. 4. et per tot. num. 6. et cons. 51. n. 9.
& 11. Pereg. de fideic. art. 25. num. 37. vers. resolutiue
tamen dico, Rot. decis. 269. num. 2. versic. & quan-
do filij part. 5. & decis. 248. numer. 9. versic. quia
tunc, & n. 12. ver. quia retenta opinione p. 7. rec.

50 Cessat pariter tertium obiectum, † scilicet
quod per vocationem actiuam non inferatur
51 ad passiuam. Nam licet † substitutio facta sub
conditione, si grauatus decesserit sine filijs ex-
pirat quando decedens reliquit filios, quamuis
postea illi moriantur secundum d. cons. Oldra-
52 di. Tamen illud † non habet locum, quan-
do ex alijs constat voluntatem testatoris esse
53 in contrarium, † ea enim primum locum ob-
tinet l. in conditionibus primum locum ff. de condit. &
demonst. l. penul. ff. de legat, 1. l. hæredes mei, §. cum ita
ff. ad Trebell. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 2. tit. 6. nu. 6.
in fine, Fusar. de substit q. 245. num. 17. & cons. 54.
num. 21. Paris. cons. 92. num. 58. & 61. In præsenti
54 autem constat, † quod testator voluit, substi-
tutionem illam, si decesserit sine filijs. vlterius
progredi, & quando filij extarent, & hi sine
filijs morerentur, ex quo enim voluit sua bo-
na conseruari in familia, censetur successiuo
ordine gradatim vocasse omnes de familia, &
ita non solum filios positos in conditione, sed
etiam filios filiorũ grauare voluisse, alias enim
eius voluntas ad fauorem agnationis, & voca-
torum non adimpleretur quatenus vnus alteri
non esset grauatus restituere, Menoc. de præs. lib.
4. præs. 69. nu. 9. & seq. Fusar. d. tract. q. 480. num. 20.
vers. declaratur primo. et num. 30. in fine, Cæphal. cons.
426. num. 25. vers. nec dicatur, Hond. cons. 60. num. 84
vers. solum quidem lib. 1. Surd. cons. 96. num. 34. versic.
declaratur, et sextum, Fusar. cons. 6. nu. 5. vers. quan-
do autem vsque ad finem, Giouagn. cons. 81. nu. 9. vers.
quando autem lib. 1. Par. s. cons. 31. nu. 28. lib. 2. Pereg.
cons. 52. num. 51. lib. 3. Thesaur. decis. 96. num. 34. vers.
verum contrariam opinionem, Rot. in rec. decis. 125.
num. 7. 181. num. 5. post med. vers. quia conclusio &c.
266. num. 10. et seq. 361. num. 13. par. 1. 212. num. 2. et
164. num. 2. par. 4. 194. num. 72. 269. num. 29. versic.
veram, et num. 30. 216. num. 8. uers. cessare uidetur dif-
ficultas, et seqq. 269. num. 15. uers. quibus sic stantibus
par. 5. et decis. 248. num. 9. et seqq. par. 7. Bon. fideicom.
de Bologninis 26. Nouembris 1644. coram R. P. D. meo
Ghisilerio, Hancq; opinionem esse receptissi-
mam DD. sententiam, & in iudicando sequen-
dam firmat Fusar. d. q. 480. nu. 20. uers. ubi dicitur ita
Collegium Bononiense consuluisse &c. ubi alij DD.
multi allegantur, & paulo inferùs d. num. 20. uer-
sic. & dicit crebriorem esse opinionem, & consil. 6.
numer. 5. §. in quibus locis, uersic. ita ut non sit dubi-
tandum.
55 Tandem quod fuerit † inducta reciproca
tam inter primos institutos, quam etiam inter
positos in conditione, & inter alios substitutos
patere videtur, ex quo testator, exclusis fœ-
minis, per digressum ad plures substitutionum
gradus, sæpius repetita qualitate masculinita-
tis, vocatis demum agnatis transuersalibus, &
his etiam in infinitum reciprocè substitutis,
declarauit se velle in bonis ipsius succedere
proximiores de Domo de Mutis, ex qua poste-
riori substitutione duo pernecesse sequuntur,
Primum, quod tam hæredes primo loco insti-
tuti, quam eorum filij, & hæredes fuerunt ad
inuicem substituti, quam etiam Nicolaus fra-
ter fideicommittentis, & istius filij, & descen-
dentes, quod etiam dicta reciproca tanto ma-
gis ordinata fuerit inter pronepotes eiusdem
testa-

testatoris, qualis est Octauius, & fratres de Mutis. Deinde si prædictus Valerianus senior voluit bona sua peruenire ad proximiores de Domo de Mutis, quales pariter sunt d. Octauius, & fratres, vtique certe non posset dari iste casus, nisi omnes vocati remanerent grauati, cum alias si grauati non essent permissa eis fuisset eorundem bonorum alienatio, & consequenter ad proximiores peruenire non possent; quo casu ad quemcumq; bona peruenerint, transeunt semper cum suo onere, & de vno in alium reciproce, *Bald. in l. precibus num. 49. et ibi Salic. col. penult C. de impubuer. Pereg. de fideic. art. 13. num. 81. Fusar. de substit. q. 689. nu. 7. Paris. consf. 90. num. 43. uers. nam Brutus lib. 2. Mandell consf. 87. num. 13. uers. et eam comprobat. &c. Fusar. consil. 179. numer. 3. Rot. in Roman. fideicomm. de de Baptistis 27. Martij 1626. coram bon. mem. Pirouano in ord. 467. num. 1. part. 5. tom. 2. et dec. 390. n. 4. par. 4. rec.*

56 Tria vero † requisita ad effectum inducendi reciprocam concurrunt *iuxta text. in l. Titia seio, §. Seia lib. 1.* & ibi scribentes omnes, *ff. de leg. 2. Mant. de coniect. ult. uol. lib. 7. tit. 5. num. 15. Fusar. consil. 1. num. 8. et consil. 69. num. 10. Rot. in Rom. laudi 30. Ianuarij 1640. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

57 Nam primo † quod omnes descendentes fuerint honorati, conueniunt verba, quæ sufficiunt secundum *Surd. cons. 329. num. 6. uer. primum est, Fusar. cons. 69. n. 10. uers. primum quorum est &c. Rot. d. dec. 477. n. 7.* neque hoc inter partes con-
58 trouertitur. Secundum † quod substitutio fuerit facta vltimo morienti patet, dum in casum deficientiæ descendentiæ, fuerunt vocati proximiores Domus de Mutis *Text. in l. codicillis, ff. de usufruct. leg. et ibi Bart. et Alex. in l. quidem testamento, ff. de uulg. & pupill. Surd. d. cons. 329. nu. 6 uers. secundum Fusar. d. cons. 69. n. 11. in princ. Seraph.*
59 *dec. 939. num. 10. d. dec. 467. nu. 8.* Tertium † concurrit etiam requisitum, scilicet quoad substitutio fuerit facta in tota hæreditate, vel in om-
60 nibus, bonis † dum substitutio transuersaliū fuit facta, retento eodem themate, institutionis vniuarsalis, *Petr. de interpret. ult. uol. fol. 324. numer. 29. uers. in omni portione, Menoc. lib. 4. præs. 62. num. 21. Surd. eod. cons. et num. 6. uers. tertium &c. Fusar. d. cons. 69. nu. 14. Rot. in Rom. fideicommiss. de Zefiris 4. Iunij 1646. coram R. P. D. meo Bichio.* Et
61 quatenus † etiam dd. requisita non extarent, sufficerent tamen ad inducendum d. perpetuum, & reciprocum fideicommissum supradictæ probabiles coniecturæ vt firmat *Mantic. de coniect. ult. uol. lib. 7. tit. 5. num. 15. uers. ex coniecturis, Rot. decision. 266. num. 24. circa finem, uersic. quæ tamen. par. 1. recentior. & in Vrbeuetana fideicommiss. 14. Ianuarij 1628. in fine coram bon. mem. Merlino.*

Et ita vtraque parte &c.

Decisio ista emanata sub die 19. Februarij 1646. coram eodem Reuerendiss. Meltio est in præcedenti par. 9. rec. tom. 2. dec. 385.

R. P. D. MELTIO

Posteà Reuerendissimo Episcopo PAPIEN.

Callien. Bonorum.

Veneris 24. Ianuarij 1648.

ARGVMENTVM.

Bona Emphiteotica deuoluta ob mortem vltimi inuestiti, licet possit Dominus directus pro se retinere, non potest tamen alteri ad sui beneplacitum concedere, sed tenetur proximiorē inuestire; & si Inuastituræ renouatio fuit proximiori denegata & extraneo concessa, benè potest ab huiusmodi denegatione à proximiori appellari, & peti, vt extraneus remoueatur: idque procedere firmatur etiam si proximior non sit masculus, sed femina, maximè si descendat ab vltimo inuestito, quia tunc ex ęquitate legis concedenda venit renouatio etiam in bonis feudalibus Ecclesiasticis, licèt fuerint concessa titulo emphiteotico.

SVMMARIVM.

1 *Bona emphiteotica deuoluta ad Dominum directum ob mortem vltimi inuestiti, an possint ab illo, alteri concedi, vel teneatur proximiorem inuestire.*

2 *Dominus directus quando non possit cogi ad renouandum proximiorem in bonis ad ipsum deuoluitis per mortem vltimi inuestiti, & quando sic non tenetur ille proximiorem inuestire secùs è contra nu. 3.*

4 *Bona emphiteotica deuoluta ob mortem vltimi inuestiti, non potest Dominus directus extraneo concedere, sed tenetur inuestire proximiorem defuncti.*

5 *Inuestituræ renouatione denegata, proximior emphiteutæ defuncti potest appellare, & petere vt extraneus inuestitus remoueatur.*

6 *Amplia procedere etiam si proximior non sit masculu sed femina & quare num. 7.*

8 *Fœminæ vt dicantur comprehensæ in prima inuestitura, sufficit vt in illius renouatione, pacta non fuerint alterata siue immutata.*

9 *Amplia etiam si non sint comprehensæ in inuestitura.*

10 *Inuestitura concessa proximioribus ob lineam finitam, non censetur noua concessio, sed prioris tituli iam concessi renouatio.*

11 *Emphiteusis renouatio regulari debet iuxta terminos inuestituræ antiquæ & quare.*

12 *Emphiteusis renouatio, dicitur semper vna cum prima inuestitura etiam si iam illa fuerit finita, atque extincta.*

13 *Bona emphiteotica deuoluta ad dominum directum ob canones non solutos, & ob eorum alienationes, an possit proximior vltimi inuestiti renouationem petere.*

14 *Deuolutio bonorum emphiteoticorum vt censeatur inducta, debet esse adeò clara & patens, vt nullo modo possit controuerti.*

15 *Secùs quandò, etiam probabiliter posset de ea dubitari.*

16 *Inuestituræ renouatio ad effectum vt possit denegari Emphiteutæ, siuè eius successori, quid requiratur.*

17 *Inuestituræ renouatio vbi fuit promissa, & per Do-*

mi-

minum directum steterit, quo minùs fuerit secuta, perinde est ac si facta fuisset & quare.

18 *Caducitas incursa per empheteutam, si non fuit declarata ipso viuente, declarari non potest post illius mortem, contra illius successorem.*

19 *Tutor debet conficere inuentarium, vbi talis confectio non fuit à testatore remissa.*

20 *Tutor quidquid gerit in præiudicium pupilli ante confectionem inuentarij est nullum.*
Amplia etiam si Procuratorem constituerit.

21 *Sententia lata contra pupillum indefensum est ipso iure nulla, & quando possit dici, pupillum fuisse indefensum.*

22 *Inuestituræ renouatio ex equitate concedenda venit etiam filiæ fœminæ relictæ ab vltimo inuestito.*

23 *Amplia procedere etiam in bonis feudalibus Ecclesiasticis, licèt fuerint concessa titulo emphiteotico.*

24 *Consuetudo in materia renouationis inuestituræ, valdè est attendenda.*

25 *Inuestituræ renouatio vbi fuit proximiori promissa, non potest deinde extraneus inuestiri, & quid si fuerit inuestitus.*

26 *Inuestituræ renouatio peti debet à Proximiori infra annum post mortem vltimi inuestiti.*

27 *Inuestituræ renouatio potest concedi à Domino directo, etiam viuente emphiteuta & quommodo.*

28 *Restitutio in integrumcompetit pupillo aduersus præiudicium receptum.*

29 *Inuestituræ renouatio competens agnatis proximioribus vltimi inuestiti fieri nequit absque beneplacito Apostolico.*

30 *Inuestituræ renouatio competens agnatis proximioribus vltimi inuestiti, censetur permissa obtento beneplacito Apostolico.*

31 *Commissionis tenor de manu Sanctissimi signata potiùs attendi debet, quàm extensio quibuslibet clausulis facta per Regentem Cancellariæ.*

32 *Amplia siue agatur de materijs merè gratiosis, siue iustitiæ.*

33 *Emphiteusis an possit concedi fœminæ si vltimus emphiteuta fuerit inuestitus pro se, ac eius filijs & nepotibus masculis tantùm.*

DECISIO CXLIII.

IN hac causa sub 8. Aprilis præteriti coram me * fuit per Dominos resolutum bona, de quibus agitur esse renouanda Philomenæ Brancaleonæ nepti, & hæredi Ioannis Francisci Brancaleoni vltimi inuestiti, quia nulli extant masculi ab illo descendentes, cui resolutioni non acquiescentibus Dominis de Martinotijs fuit sub hac die dubitatum, an esset à decisione emanata recedendum, quam non obstantibus in contrarium deductis Domini confirmarunt.

Primò enim contra fundamenta dictæ de-
1 cisionis obijciebatur, † quod bona, de quibus agitur, fuerint deuoluta ob mortem Ioannis Francisci Brancaleoni vltimi inuestiti ad Capitulum, istud potuerit illa alteri ad sui beneplacitum concedere, nec teneretur Philomenam proximiorem inuestire iuxta *Text. in l. ne cui C. locat. Petra cons.* 112. *in princ.* cum pluribus cumulatis per *Honded. cons.* 32. *num.* 13. *lib.* 2. sed
2 hoc procedere posset, † quatenùs voluisset Ecclesia pro se retinere, quo casu cogi non posset ad proximiorem renouandum, *Abb. in cap. bone il* 2. *num.* 28. *vers. in glo. fin. de postul. Prælat. Imol. in l. si mihi, & Titio* 100. *num.* 2. *vers. sed aduerte ff. de verb. oblig. Rota in Forosempronien. bonorum* 4. *Martij* 1641. *coram R.P.D. meo Royas, &*
3 *alibi passim*, quod transit sine controuersia, † secus verò dum Ecclesia noluit pro se retinere,
4 quia Martinotios inuestiuit, † quod facere non potuit excludendo dictam Philomenam proximiorem dicti Ioannis Francisci, quam tenebatur inuestire. *Bart. in l.* 1. *§. permittitur ff. de acqua quotid. & est. & in l.* 1. *num.* 1. *ff. de priuil. credit. Cald. de emphit. conclus.* 8. *num.* 5. *Fulgin. eodem tract. Tit. de renouat. quæst.* 1. *num.* 69. *Rota in Mutinen. emphyteusis* 26. *Iunij* 1620. *&* 28. *Maij* 1638. *coram Reuerendiss. D. meo Decano Eugubina renouationis* 7. *Iunij* 1641. *coram R.P.D. meo Bichio, & in rec. de-*
5 *cis.* 501. *num.* 17. *par.* 5. *tom.* 2. † qua renouatione denegata benè potuit Philomena appellare, & petere, vt extraneus inuestitus remoueretur, iuxta doctr. *Bart in d. l.* 1. *§. permittitur Castr. consil.* 412. *num.* 1. *lib.* 2. *Paris. cons.* 22. *nu.* 36. *lib.* 1. *Honded. cons.* 51. *num.* 6. *lib.* 1. *Tob. Non. cons.* 3. *per tot. Seraph. decis.* 610. *num.* 1. *& seqq. & decis.* 176. *num.* 31
6 *par.* 5. *recent.* Quod procedit † etiamsi proximior non sit masculus, sed fœmina: Quia si Eccle-
7 sia † nolit pro se retinere, iniuriam faceret proximioribus, etiam fœminis, si non renouaret vt inquit idem *Fulgin. loco supra citato num.* 69. *vers. attamen &c. Rom. cons.* 22. *num.* 5. *Alex. cons.* 80. *num.* 10. *&* 20. *lib.* 1. *Dec. cons.* 131. *Paris. cons.* 29. *numer.* 1. *lib.* 1. *Seraph. decis.* 610. *num.* 1. *& d. decis.* 176.
8 *num.* 29. nihilque facit, † quod prima inuestitura non loquatur de fœmina, cùm pro illius comprehensione sufficiat, vt pacta d. inuestituræ primæ non remaneant alterata, siue immutata in renouatione, *Bero cons.* 98. *nu.* 99. *lib.* 1. *Maresc. var. resol. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 5. *Fulgin. loco ci-*
9 *tato d. num.* 69, *vers etiam*, † si non sint comprehensæ in inuestitura, *Rota decis.* 176. *nu.* 30. *par.* 5. *rec. Imolen. bonorum, seu emphyteusis* 18. *Iunij* 1618
10 *coram Coccino*, quia inuestitura concessa proximioribus ob lineam finitam non censetur noua concessio, nec Titulus nouus, sed prioris Tituli iam concessi renouatio, *Bart. in l. si mihi, & Titio num.* 7. *& ibi Alex. ff. de verb. oblig. Vlas. de iur. emphyt. quæst.* 11. *num.* 15. *ad fin. Cald. de renouat. emphyt. quæst.* 3. *num.* 1. *&* 2. qui post infi-
11 nitos, quos allegat, dicit, † vt renouatio emphyteusis regulanda sit iuxta terminos inuestituræ antiquæ, cum non noua, sed antiqua emphyteusis dicatur, *Fulgin. d. tit. de renouat. d. quæst.* 1. *num.* 72. *& seqq. Curt. sen. cons.* 48. *num.* 46. *Crot. cons.* 18. *num.* 1. *& licet Aret. in suo cons.* 41. *numer.* 13. *vers. his non obstantibus* vocet nouam in-
12 uestituram, † tamen in puncto, quod non solum concessio, seu locatio renouata dicatur semper vna cum prima etiam, si illa iam fuerit finita, atque extincta, cùm iterùm concedi dicatur, vel ipsi inuestito, vel Consorti, vel Filijs ex *Text. & ibi glos. in cap.* 2. *de feud. Imol. & alij per glos. in cap. non satis* 34. *quæst.* 2. *& cap.* 1. *de donat. & in cap. cum venerabiles de cens. Bero consil.* 116. *num.* 1. *col.* 1. *Cald. de renouat. emphyt. quæst.* 2 *num.* 16.

num.16. Rota d.decis.176.num.33.34. & 35.
13 Alia obiectio deducebatur ex eo, † quod ta-
lis emphyteusis fuisset ad Capitulum deuoluta
ex quo non fuerint pacta prioris inuestituræ
seruata, & ob alienationes factas ab antecesso-
ribus Philomenæ sine consensu Capituli, & ob
canones non solutos, ex quibus cum Capitu-
lum deuolutionem acceptauerit, nunc non
ampliùs liceat Philomenæ petere hanc reno-
uationem, vt inquit Honded.cons.32.num.10. &
seq.vol.2.Rimin.iun.cons.257.num.101. & 110.
14 Verùm ad effectum, † vt deuolutio sit indu-
cta, debet illa esse adeo clara, & patens, vt
nullo modo possit controuerti Facchin. controu.
iun.lib.1.cap.95. in fine Grat.disc.for.cap.736.nu.8.
modern.Perus. de manut.obseru.16.num.47. Rota de-
cis.359.num.4. par.5.207. & 409. par.7. recent. &
decis.105.num.15. coram Papa Greg. XV. Hoc ta-
15 men † dici nequit, quando etiam probabili-
ter potest de ea dubitari, vt in præsenti casu,
16 immò pro priuando emphyteuta, siue eius
successore debet concludenter constare illos
destitutos esse omni auxilio. ac emphyteusim
fuisse finitam, Caual. dec.316.num.7.vers.quia hoc
procedit dec.16.n.2. & decis.26.n.8.p.3.rec.Fanen.seu
Senogalien. bonorum super immissione 14.Martij 1646
coram me §. quia cum magna Ducissa, hic autē nul-
la potest considerari deuolutio, cum illa non
iustificetur, & quatenus etiā iustificetur, obesse,
neque posset Philomenę, cum ei de anno 1626
sub 12. Decembris per Capitulum, & Cano-
nicos ex causa obitus dicti Ioannis Francisci
de Braccaleonibus fuerit facta renouatio respe-
ctu bonorum allodialium, & insuper in eodē
Instrumento fuerit quoque facta promissio re-
nouationis respectu Castri, & bonorum iuris-
dictionalium, obtenta tamen licentia Aposto-
lica, cùm obstaret constitutio Vrbani Octaui
in nouo Bullario in ord.51. §.2. vt narratur in
17 prohemio primæ decisionis huius causæ: † Vn-
de obtento postea beneplacito Apostolico di-
cti Canonici vigore dictæ promissionis tene-
bantur ad concessionem dictæ renouationis, &
cum per ipsos steterit, quo minus illa fuerit
facta, in qua sola voluntas contrahentium
sufficiebat, huiusmodi promissio parit excep-
tionem aduersus eosdem Canonicos pari mo-
do, ac si renouatio fuisset facta, cum inducat
contractum Bart. & Angel.in l. si intra ff. de pact.
Aret. in l.1.num.1.ff. de pign. act.Mantic. de tacit.&
ambig.lib.3.tit.16.num.27. & tit.3.nu.14. lib.4. Va-
lasc. de iur.emphit.quæst.14.num.11.§. quid item Ro-
sentall. de feud.cap.3.conclus.1.num.1.vers. sed inue-
stitura &c.Carocc. de excuss. bonorum par. 2. qu.54.
num.16. ibi & importat stipulationem, Fulgin.
de emphit. Tit. de alienat. quæst.1. num. 297. & seq.
Burs.cons.100.num.11. vers. confirmatur &c. lib. 1,
Ceru.cons.25.num.25.vol.2.& cons.246. numer.12.
18 vol.3. maximè † cum asserta caducitas præten-
datur incursa per dictum Ioannem Franciscū,
contra quem, quia non fuit declarata ipso vi-
uente, minus declarari potuit post illius mor-
tem contra illius successorem, ad Text. in l.fin.
vbi Bald. Salic. & alij C. de reuocat. donat. glos. &
Doct. in cap.fin. de donat.Mantic. de tacit.lib.22. tit.
27.num.674.Mar.Anton.var.resolut.lib.1.resolut.98
num.10.Fulgin. in d.tract.de emphit.tit. de var.caduc.
quæst.8.num.27.lib.1. Rimin.iun. cons.752. num.23.
Cass.ad.decis.2.num.2. de locat. mart. Andr. decis.63.
num.3. Rota decis. 529. num. 17. coram Papa Greg.
Romana prætensæ deuolutionis 18. Februarij 1636.
coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Mantuana
feudi 17. Iunij 1641. coram R.P.D. meo Rojas.
Nullitas verò sententiæ latæ in Camera cō-
tra Philomenam citato Amatorio Procurato-
re constituto per illius Tutores testamentarios
19 patet non solum, † quia per eosdem Tutores
de tempore Constitutionis d.Procuratoris cō-
fectum non fuerat aliquod Inuentarium, vt
necessarium erat, dum talis confectio illis non
erat à Testatore remissa, vt colligitur ex Te-
stamento relato in Summario illorum de Mar-
tinotijs n. 9. ad text. in l.vlt.§.fin. ibique not. Bart.
C.arbitr. tutel. & declarat Afflict. decis.262. & n.6.
20 vers. & bene potuit, & sic † ante talem confe-
ctionem; quicquid in præiudicium Pupillæ
gestum fuit, siuè cum eisdem Tutoribus, siuè
cum Procuratore ab illis constituto nullū pror-
sus fuit l.fin.C.arbitr. tutel. Guttier. de Tutel.par.2.
cap.1.num.1. & seq. Montan. de tutel.cap.52.num.1.
& reg.51. num.1. & 2. Castr. cons.463. post num. 1.
vers. at iste actus lib.2. Rota decis.530.num.1. coram
Papa Greg.15. & in rec.decis.204.num.1.& 6.par.4
& tom.2. & decis.178.nu.11. par.7. Verum etiam
quia dicta Philomena in dicto iudicio non fuit
defensa ab ass. Procuratore, a quo non fuerunt
oppositæ exceptiones renouationis ei ex legis
21 æquitate, & ex promissione Capituli † iurata
debitæ, ac propterea dicta sententia contra d.
Pupillam lata non defensam est ipso iure nul-
la l.contra Pupillum ff.de re iudic. Cresc.dec.9. de iu-
dic.Greg.decis.43. num.9. & 10. & dec.485. num.5.
Caual. decis. 585. num.1. Ruin. cons. 36. numer. 4.
lib.1.
22 Iniustitia pariter d. sententiæ patet † quia
cum Philomena descendat mediante persona
Ioannis Francisci eius Patris a comite Octa-
uiano inuestiti de anno 1530. de hoc Castro,
illi soli superstiti erat concedenda renouatio
non solū ex æquitate legis approbata per Bart.
in l.1. §. permittitur sub num.1. vers. & hoc nota pro
emphiteusi ff. de aqu.quotid. & estiu.Rom.cons.22.n.5.
23 vers. quoad vltimum, quæ † procedit etiam in
bonis feudalibus Ecclesiasticis, licet fuerint cō-
cessa titulo emphiteotico vt fuit resolutum in
Brixien.feudi 16. Maij 1583. coram Bubalo penes
Fenson. ad stat. Vrb. decis. 67. & in Ferrarien. de
Schianchis 28.Aprilis 1617.coram S.D.N.ac in rec.
dec.176.num.3. & seq. par.5. quam ex consuetu-
dine illarum partium admissa in Breue S.D.N
Vrbani datum sub die 10. Septembris 1642.
24 relato in primo Summ. Philomenæ num. 3. † quæ
consuetudo in simili materia, vt valde sit at-
tendenda testatur Bald. in auth. si quas ruinas n.6.
vers. secundo C. de sacros.Eccles.Ias. in l.fin.num.33.
vers.3. fit renouatio C. de Iur.emphit. Bero cons.116
num.4. vers. tenens stante loci consuetudine lib.1. ve-
25 rùm etiam † ex pacto, & promissione supra-
dicta, cuius vigore concessio sub inde facta il-
lis de Martinotijs nulla, & inefficax reddita
fuit Bad. in l. ne cui in princ. vers. & est valde nota-
bile, & num. 1. vers. bene valdè C. de locat. & post
alios

alios probat Franc. Cald. de Iur. emphiteutico lib. 1. quæst. 5. num. 85. vers. cœterum.

26 Neque obstat, quod talis renouatio non fuerit per Philomenam petita infra annum post mortem Ioannis Francisci vltimi inuestiti iuxta *text. in cap. Titius filios, si de feud. ediff. cont. tit. in dom. & Vassall. in vsib. feud.* quia contrariũ euidenter apparet ex iam deductis, dum talis renouatio fuit petita imminente periculo mortis Ioannis Francisci, tam quoad Castrum, quam quoad alia bona allodalia, & pro parte dictorum bonorum fuit ab eisdem Canonicis d. Philomeæ facta renouatio, quo vero ad Castra fuit facta promissio renouationis obtento tamen prius beneplacito Apostolico, vt ex instrumento supra relato demonstratur, & declaratur in *decis. quæ reuidetur sub §. Quia non solum & in §. Immo*, quia quæ sanè petitio, seù concessio non potest impugnari, ex quo fuerit facta, dum Ioannes Franciscus in extremis laborabat, cum adhuc in ipso duraret præcedens inuestitura, nec bona emphiteotica essent

27 tunc deuoluta. † Quia Canonici viuente etiã Ioanne Francisco emphiteuta eiusdem Domini emphiteutis possessore potuerunt Philomenæ. quæ ei erat successura, nouam inuestituram concedere sub conditione quod locum haberet sequuta morte vltimi inuestiti, dum dicta bona ob mortem illius ad Ecclesiam reuertebantur iuxta *text. in cap. 1. vers. sed si ille, qui successor feud. dar. teneantur & cap. 1. §. omnibus d. tit. si de feud. cont. sit inter Dom. & Vassall. in vsib. feud. Isern. de feud. tit. de feud. dato inuicem cap. si quis instituerit vers. sed Mediol. & Cremonen. num. 1. fol. mihi 75. Maresc. var. resol. 34. nu. 10. vers. 4. amplia &c. Bald. cons. 431. ad euidentiam præmittendum num. 6. vers. vbi est impressum lib. 2.* sed esto etiã citra veri præiudicium, quod elapsum fuisset tempus

28 petendi renouationem, † attamen præiudicio Philomenæ consultum optime fuit beneficio restitutionis in integrum, cum de illo tempore in pupillari ętate ipsa reperiretur super *Clar. in §. feudum quæst. 49. vers. sed quero penè Cald. de Iur. emphit. quæst. 5. nu. 21. vers. dicimus supra & seq. lib. 1. Menoch. cons. 757. nu. 13. vers. Præterea Peregr. cons. 94. num. 53. vers. decimo & vltimo lib. 2.*

29 Incontrarium neque facit † dispositio Constitutionis S. m. Vrbani Octaui ædita de anno 1625. Kal. Nouembris *incip. Humana salutis auctor. in ord. 51. Bull. par. 4.*

Quia non tollit Ius renouationis competens Agnatis proximioribus vltimi inuestiti, sed tantum perhibet illas fieri non obtento beneplacito Apostolico, vt in eo legitur in §. 2. *in*

30 *fine*, † vnde illo obtento censetur quoque permissa renouatio ad *text. in l. quibus diebus §. quidam Titio ff. de cond. & demonstr. Decian. cons. 10. numer. 14. vers. secundo, & seqq. num. 19. vers. non obstat, & lib. 4. Buratt. dec. 359. num. 6. vers. ad primam namque ac seqq. cum alijs adductis in Sarsinaten. feudi coram Reuerendissimo D. meo Decano 22. Iunij 1645. §. 4. coniectura & 18. Decembris eiusdem anni §. successiuè ponderabatur prohibitio alienationis*, nec dubitare contingit in proposito casu datum

31 fuisse tale beneplacitum † cum illud probetur ex commissione directa Eminẽtissimo D. Cardinali Procamerario S.D.N. manu signata cuius tenor potius attendi debet, quam extensio quibuslibet clausulis facta per Regentem Cã-

32 cellariæ, † siuè agatur de materijs merè gratiosis, siuè iustitiæ, cum sufficiat ipsum Summum Pontificem rescripsisse, ac signasse vt benè declarat *Seraph. dec. 922. num. 4. ver. & semper Romana Domus ad Peregr. 17. Februarij 1620. coram bon. mem. Coccino in ordine 181. num. 13. par. 4. tom. 2 recent.*

33 Quæ autem denuò replicãtur scilicet, quod talis emphiteusis non possit concedi Philomenæ, tanquam Fœminæ, dum Octauianus fuit inuestitus pro se, ac eius filijs, & nepotibus masculis tantùm, tolluntur ex eadẽ *decisione que reuidetur sub §. quia hoc procedit &c.* & vltra Doctores ibi congestos, idem quoque firmat *Maresc. var. resol. lib. 1. cap. 3. num. 4. Gratian. discept. for. cap. 88. num. 25. Castr. cons. 159. in fine vers. non obstat, quod debuit lib. 2. Giouagn. cons. 44. num. 115. & 121. lib. 2. Rota dec. 198. num. 2. par. 2. diuers. & in recent. decis. 60. num. 5. & decis. 176. num. 30. par. 5. & fuit etiam resolutum in Farfen. Bonorum 9. Decembris 1644. coram R.P.D. meo Corrado.*

Et ita vtraque parte &c.

☞ *Impressa est ista decisio in hac eadem causa emanata coram eodem Reuerendiss. Papien. sub die 8. Febr. 1647. in part. hac eadem 10. supra decis. 46.*

R. P. D. B I C H I O.

Romana Pecuniaria.

Veneris 24. Ianuarij 1648.

A R G V M E N T V M.

Quietantia facta verbis Vniuersalibus, compræhendit omne debitum ex qualibet causa, etiã accessorium, quamuis, in futurum contigerit, dummodò habeat causam de præsenti; & licet legatũ liberationis restringatur ad debitũ existens tempore testamenti, id tamen declaratur procedere si liberatio esset legata verbis simplicibus; secùs tamen esse firmatur, quando fuisset concepta verbis vniuersalibus, maximè si id suaderet mens contrahentium, aliæque cõiecturæ, de quibus in præsenti decisione latissimè tractatur.

S V M M A R I V M.

1 *Quietantia generaliter facta pro omni sua prætensione, compræhendit omne debitum tàm de tempore præsenti, quàm futuro.*

2 *Legatum factum de eo, quod quis mihi debebat, censetur comprehendere etiam id, quod vsurarum nomine postea accessit.*

3 *Legatum liberationis alicui factum, quando restringatur ad debum existens tàmpore testamenti, & quando secùs.*

4 *Quietantia facta per verba vniuersalia comprehendit omne debitum, nisi ex aliquo adiuncto sit restricta, vel contratrium exaduersò probetur. Amplia, vt num. 5. & 6.*

7 *Verba Vniuersalia allegans in alijs posse verificari, quam*

quàm in expressis teneri id probare.
8 *Accessorium licèt infuturum contigerit, quando habet causam de præsenti tunc etiam ius futurum in dispositione vniuersali comprehenditur.*
9 *Quietantia facta* per ogni pretensione, *quando non potest verificari, nisi in vno solo, perindè est, ac si in specie de eo facta fuisset.*
10 *sub Quietantia generali alicuius Cambij, ut dicantur comprehensa cambia post ipsam decursa, censentur habuisse causam de præterito.*
11 *Proemium totam conuentionem declarat.*
12 *Cambij appellatione ueniunt tàm sors, quàm Cambia decursa. & decurrenda.*
13 *Correspectiua non potest separari ab eo, cuius respectu, actus fuit effectuatus.*
14 *Transactionis natura est, ut aliquid hincindè detur, uel remittatur.*
15 *Debiti partem recipiens, reliquum remittere censetur si est ambiguum.*
16 *Quietantia generalis, vbi aliquid est ambiguum, etiã illud comprehendit.*
17 *Verba uniuersalia non ampliant dispositionem, quando fuit adiecta certa causa, & quando secus. num. 18.*
19 *Quietantia generalis non prodest tertio, qui in contractu non interuenit.*
20 *Secus ubi quietantia tertio dumtaxat applicari poterat, & interest contrahenti, quietantia reportari pro tertio.*
21 *Quietantia cum tertio stipulata per uerba impersonalia, importat leberationem realem.*
22 *Quietantia stipulata à Patre liberat filium debitorem, quamuis in contractu non esset nominatus.*
23 *Mens contrahentium magis inspicienda est, quàm uerba.*
24 *Creditor, qui pactus est non petere à Patre, neq; potest petere à filio.*
25 *Decretum iniustum non est exequendum.*

DECISIO CXLIV.

PVLSATVS Guido Iordanus, vti fideiussor Francisci Rosolini à Io: Antonio Patriarca pro solutione sortis principalis scutorũ 1400. & cambiorum decursorum, à quibus absolui iudicialiter, instetit, tum ex quo Statutum Vrbis lib. 1. c. 152. irritat obligationes, nedum filiorum familias qualis erat Franciscus, sed etiam fideiussorum, qui ipsis accesserunt; tum quia ex eo contractu cambia licitè peti non poterant: videns sibi quatenus succumberet spem omnem reuelationis eripi à paupertate Francisci principalis debitoris, nisi à Hieronimo eius patre alias non obligato promitteretur, paternam charitatem aliorum Creditorum exemplo excitauit, & cum eodem deuenit ad conuentionem, in qua Hieronymus cõsensit, *che ogni uolta che detto Sign. Guido haurà pagato il sudetto preteso Credito al sudetto Sig. Gio: Antonio Patriarca, e riportatane generale quietanza in tal caso s'intenda esser ammesso detto Sig. Guido per li sudetti scudi* 1400. *all'accordo, & instromento sudetto* (stipulatum videlicet cum alijs creditoribus filij) *& uice uersa detto Sig. Guido promette, e s'obliga accettare per ogni sua pretẽsione detto accordo, &c.*

Solutis deindè d. Patriarchæ creditori scut. 1400. pro sorte, & alijs scut. 500. pro cambijs sic ex concordia Rotæ suasu inita taxatis postquam eadem non deberi ter decisum fuerat coram R.P.D. meo Peutingero, totidem sibi reddi iuxtà formam dictæ conuentionis petijt à Hieronymo, à quo contradicta non fuit restitutio sortis principalis scut. 1400. quatenus sibi, & filio generalis quietantia fieret: immò interpellatus Guido ad recipiendum scut. 200. mon. pro residuo, & integrali solutione, & faciendum quietantiam finalem pro omni, & toto eo, quod prætẽdere potest, ac pro omni suo prætenso iure, & interesse alias videndum mandari deponi, & quietantiam fieri per Dominum ex officio.

In cuius interpellationis termino A. C. nisi pro die, & hora certis intimandis Guido receperit supradictam summã, & fecerit generalem quietãtiam ad fauorem Hieronymi tàm pro dictis scut. 1400. quàm pro alijs quibuscumque pretensionibus occasione dd. sc. 1400 reseruato tamen iure d. Guidoni agendi contra Franciscum Rosolinum pro prætẽsis cambijs solutis d. Io: Antonio Patriarchæ, prout de iure, mandauit deponi in Sacro Monte Pietatis Vrbis.

Ab hoc decreto sensit Hieronymus se grauatum, quia non debuit reseruari Guidoni ius agendi pro cambijs contra Franciscum, & ob id interposita appellatione illius causã Signatura mihi commisit cum clausula si quid exequendum: cumque hodie proposuerim, An decretum A.C. sit exequendum, negatiuè responsum fuit ex capite iniustitiæ; namque supra memorata conuentio inita inter Hieronymum, & Guidonem, & patris, & filij debitum restrinxit ad restitutionem sortis dumtaxat attentis, tùm verbis, tùm mente contrahentium.

1 Verbis, quia † Guido acceptando promissionem scut. 1400. pro omni sua prætensione censetur hac summa recepta, quietasse debitorem nedum de sorte principali, sed etiam de cambijs decursis, & decurrendis cum vtrumque sub eius prætẽsione contineretur, & cambia sint accessoria ad sortem, vt in terminis similis quietantiæ legatæ probat *text. in l. fin. §.*
2 *Caio Seio ff. liber. legat.* ibi, *Caio Seio, &c.* † *lego, concedique uolo, neque ab eo peti, &c. quicquid à me mutuo accepit, uel fidem meam pro eo obligaui. Quæro utrum id solum, quod eo tempore, quo testamentum fiebat debebatur legatum sit, an et si quid usurarum nomine postea accessit legato cedat; respondit secundum ea, quæ proponuntur uideri omnem obligationem eius debiti solui uoluisse*: consonat *tex. in l. Aurelius* 29. *§. legatum ff. eod.* & per hæc iura tradit *Menoch. præsumpt.* 164. *num.* 15. *et* 30. *lib.* 4. *Ciriac. controu.* 351. *numer.* 8. *et seqq. Mart. de success. legal. par.* 4. *quæst.* 18. *art.* 6. *num.* 58. *et* 59. & in puncto quietantiæ factæ in contractu, *Corn. cons.* 29. *num.* 3. *lib.* 1. *Menoch. cons.* 496. *num.* 58. *& seqq. Surd. decis.* 217. *sub num.* 11. *& seqq. relatus à Modern. Lucano decis.* 228. *num.* 3. *& seq.*

3 Nec obstat † *tex. in eadem l. Aurelius §.* 1. *ff. liberat. legat.* vbi legatum liberationis restringitur ad

ad debitum existens tempore testamenti, quia ibi, ac etiam in §.meuia, liberatio erat legata verbis simplicibus, in quibus etiam terminis loquitur Cancer.var.resol.tom.2.cap.11.num.91.& seqq. aliud verò est, quando est concepta verbis vniuersalibus, vt in puncto respondit Corn. d.cons.29.sub num.6. vers.non obstantibus lib.1.Gozzad. cons.94.num. 18. vers.decimo pondero, Menoc. d. consil.496. sub num.75.vers.non obstat tertium.

4 Verba enim † vniuersalia quietationis, nisi ex aliquo adiuncto sint restricta, prout restricta erant in casu quo cōsuluit Abb.cons.10.lib.1 vt patet sub num.1. vers.& quod hæc liberatio præsumi faciunt, quod de omnibus cogitatum fuerit, nisi contrarium exaduersò probetur, operanturq; comprehensionem omnis debiti ex qualibet causa, vt ex text. in l. sub prætextu C. transact. notat Valasc.consult.39.num.6. Menoch.d. cons.496.num.60. Rimin.iun.cons.343.nu.24. Alex. cons.17.nu.2.lib.1. quem refert, & sequitur Modern.Lucan.decis.228.num.5. & seq. Fontanel. decis.
5 395.num.21. & 4. seqq. facilius † debiti, quod prout sunt vsuræ, & fructus est accessorium ad principale, Ias.in l.si de certa num.4.vers.limita nisi C. transact.post Bart.in d. l. Aurelius §. legatum, ff. liberat. legat.Gabr.de reg.iur.conclus.4.numer.38. & 39. Menoch. præsump.151.num.12.lib.3.

6 Eoque magis † quando alioquin verba vniuersalia essent otiosa, Bald.in l.liberti numer. 34. C.oper. libert. Ruin.cons.79.num.8. lib.2. Surd. consil.112. num.18.& 19.& cons.267.num.28.& seqq.
7 vbi signanter num.33.† ait allegantem in alijs verificari posse teneri id probare, & num. 34.
8 &† quando accessorium licet infuturum contigerit habet causam de præsenti, quia tunc etiam ius futurum in dispositione vniuersali comprehenditur Dec.in l.1.num.32.C.pact. Surd. d. cons.267. sub. num. 31. vers. facit etiam, Decian. cons.3. num.123. lib.1. Hond. cons. 36. num. 18.& 19. lib.1. Bursatt. cons.347.num.19. Rot.decis.480. num.7. par.5.recent.

9 Qui est casus noster†nam cum expressè fuerit promissa restitutio scut.1400. & sic integrè sortis cambij verba per ogni pretensione non possunt verificari, nisi in cambijs, & vsuris super quibus tunc pēdebat lis; vnde est ac si in indiuiduo de illis nominatim actum fuisset, vt in terminis liberationis ab omni pretensione pōderauit Rota coram san.me.Greg.XV.decis.90.nu.3.
10 & licet†cambia decursa fuerint post conuentionem, quia tamen debentur ex contractu āte a inito dicuntur habere causam de præterito ad effectum, vt sub generali liberatione comprehendantur, vt tradunt Ripa, Peregr. Surd. Marcabr.Bardell.& alij relati ab Altogrado cons.66. sub num. 17.

11 Mens contrahentium ad ipsum suadet†quia vt legitur in proœmio, quod illam totam cōuentionem declarat Bart.in l.fin.num.3.ff. hæred. instit.Decian.cons.72.num.49.lib.2.Buratt.decis.543 num.11. promissioni Hieronymi causam dedit obligatio Francisci filij,& fideiussio pro eo facta à Guidone in contractu cambij,ibi. essendo, che altre volte il Sig.Guido Giordani,&c.habbia fatto sicurtà al Sig. Francesco Rosolino per scudi 1400.
12 presi à cambio,†cuius appellatione, cum veniāt tàm sors, quàm cambia decursa, & decurrenda, Scacc.de camb.§.1.q.7.par2.ampliat.8.num.287. inde assequimur partes voluisse ea cōuentione complecti tàm sortem, quàm cambia, & Hieronymum, quem nulla necessitas adstringebat ad promittendum pro filio summam scut. 1400. Guidoni fideiussori, promisisse solum ad effectum eximendi filium à molestijs totius crediti. Ponderando præsertim conditionem ibi adiectam, nempè quod Hieronymus non possit à Guidone conueniri pro restitutione scut. 1400. nisi postquam ille generalem quietātiam à Patriarca creditore reportasset:dum enim Hieronymus voluit per Guidonem reportari à Creditore principali generalem quietantiam, quæ dubio procul extinguit sortem,& cambia euidens redditur,quod intellexit scuta 1400. soluere correspectiuè ad extinctionem totius debiti sortis, & cambio-
13 rum à Guidone factam; † itaut Guido acceptationem,quam fecit scut.1400. pro omni sua prætensione restringere non valeat ad prætensionem sortis, sicuti separare non potest promissionem Hieronymi ab onere correspectiuo extinctionis totius debiti, Aym. consil.461. num.39. in fin. Pappon. cons.88.num.2.Pont.cons.10 num.13.& 14. Grat.discept.301.num.57. Giurb.decis.85. sub num.20.vers.ideò, Rot.decis.428. num.7. par.1. recent. maximè quia alioquin Guido nihil remisisset Hieronymo cum non haberet quid remitteret, nisi cambia,super quibus pē-
14 debat lis in Rota,† & est de natura transactionis, quod fiat aliquid hinc dato, vel remisso l. transactio nullo dato. C.transact.Rot.decis.447. nu.3. p.2.decis.271.n.21.p.6.recen.

Quæ omnia libentius recipienda sunt, quia valdè vtile fuit Guidoni, etiam si cambiorum iacturam faceret assecurare recuperationem sortis mediante promissione, Hieronymi, sine qua ob paupertatem Francisci principalis debitoris, & sortem,& cambia amisisset, ac quia cum Guido speraret se ad cābia creditori principali non teneri, prout ter decisum fuit,procliuior fuisse præsumitur ad remittendam il-
15 lorum repetitionem,† ob quam rationem dicimus in simili, quod recipiens partem debiti reliquum remittere censetur,si est ambiguum vt benè declarat Surd.cons.224.sub num.13. vers.
16 secundo respondeo, quodque† vbi aliquid est dubium generalis quietātia illud comprehendit Menoch. cons.496.num.70.post Soccin.consil.200.col. penul.in fin.vers.& ad supradictorum confirmationem lib.2. Aym.cons.294.num.7.circa fin.vers.sed magis.

17 Atque hinc non obstat†quod vbi certa causa est expressa verba vniuersalia quietantiæ,seu transactionis illam non ampliant, Castr.in l.si de certa num.2.C.transact.Aret.cons.161.num.4.& seq. Surd. decis. 217. num. 15. Quia in casu nostro
18 causa†expressa in proœmio complectitur sortem,& cambia,& ex supra ponderatis constat de voluntate contrahentium comprehendi omne debitum, qua concurrente non admittitur restrictio ad expressa, Salyc.in l.age num. 4. in fin. C.transact.Natt.consil.546.num.13.Surd.consil.418.sub num.15. Grat.discept. 568. num. 45. & 46. Fontanell. decis. 398. num.13.

19 Minus

19 Minus obstat, † quod quietantia quantumuis generalis prodesse debeat solum Hieronymo, cui promissa fuit, non autem Francisco eius filio, qui conuentioni non interuenit ex allegatis per *Gallerat. de renunc. lib. 1. cap. 10. nu. 3.*
20 nam vt dicebam † pater nihil aliud cogitauit quàm reportare quietantiam pro filio, eaque ac verba *per ogni sua pretensione* filio dumtaxat applicari possunt, cum contra partem Guido prætensionem aliquam, aut actionem nullatenus haberet, & intererat patris quietantiam stipulari filio, vt tradunt *allegati à moder. Cusentino de patria potest. par. 1. cap. 6. sub num. 14. vers. notandum, & à modern. Aquilano de caus. execut. lib. 1. ampliat. 10. num. 46. & 65.* cui dubium non est, quin vtiliter stipulatus fuerit *l. quod dicitur, la seconda ff. de verb. oblig. l. stipulatio ista §. alteri ff. eod. Gabr. de verb. oblig. conclus. 1. num. 27. & seqq. Surd. decis. 322. num. 1. Cancer.* in fortioribus terminis liberatorij ad fauorem tertij absentis *var. resol. tom. 3. cap. 7. num. 339.*
21 Adeò quod liberatio,† & conuentio suffragatur filio tum ex vi verborum ipsi soli applicabilium, quæq; cum sint concepta impersonaliter, & persona Hieronymi patris sit adiecta verbo obligatiuo, quia nempè Guido promisit patri *accettare per ogni sua pretensione*, reddunt conuentionem: ac liberationem realem *tex.* est expressus in terminis pacti de non petendo *in l. iuris gentium §. pactorum*, ibi, *in rem sunt quoties generaliter paciscor ne rem petam ff. pact.*
22 *Bertazz. clauf. 35. gloss. 6. num. 4.* & proindè † etiã ex hoc capite fauorabilem ipsi filio debitori, quamuis ibi non nominato, aut stipulanti quẽ patris paciscentis interest liberari, vt in eisdem terminis notat *Duaren. commẽt. lib. 2. tit. 14. fol. 60 col. penult. vers. cum ergo, Connan. commẽt. iur. lib. 5. cap. 4. num. 4. Donell. comen. lib. 22. cap. 4. col. 1. in fin. vers. & generaliter, & ibid. Osuald. in addit. col. 3. circa med. vers. nempè quoad alterum Gallerat. de renun. d. lib. 1. cap. 10. num. 4. & ex tex. in l. non solum 9. §. si liberationis ff. liberat. legat.*
23 Tum ex † mente contrahentium quæ magis inspicienda est, quam verba *d. l. iuris gentium §. pactorum, ibi, vtrum autem in rem, an in personam factum est ex mente conuenientium æstimandum est, ff. pact. Duran. d. fol. 60. vers. ex mente.* Tum ex natura rei: nam cum bona filij sint bona patris, nec filius solum possit sine damno patris, ideò
24 datur patri exceptio doli, † quod dolosè facit creditor, qui, quod pactus est à patre non petere petit à filio, vt egregiè aduertit *Connan. comment. iur. d. lib. 5. cap. 4. num. 5. in fin. Osuald. ad Donell. d. lib. 22. cap. 4. col. 5. ante med. vers. nam bona filij, Anton. Faber. de error. pragm. decad. 33. error. 9. sub num. 20. vers. sed vt detur.*

Cum igitur quietantia generalis sortis, & cambiorum fieri debuerit patri, & filio non recte in decreto A.C. fuit reseruatum Guidoni ius agendi pro cambijs contra filium, & condemnatus pater ad soluendum residuum sortis, quam promisit, & obtulit contemplatione dumtaxat totalis, & effectiuè liberatio-
25 nis ipsius filij, † & propterea idem decretum tanquam iniustum non est exequendum, *Gabr. consil. 43. nu. 44. lib. 1. Buratt. decis. 361. n. 3.*

Vt non esse exequendum, nisi facta finali quietantia decisum fuit vtraque parte informante.

R. P. D. PEVTINGERO.

Bononieñ de Pancaldis.

Lunæ 27. Ianuarij 1648.

ARGVMENTVM.

Probatio consanguinitatis vel agnationis ad effectum successionis vbi alius non comparet, qui se consanguineum alleget, vel agnatum, sicque nullus adest proximiorum concursus, quoquomodo illa fiat dicitur sufficiens, nec aliqua gradus aut lineæ iustificatio requiritur.

SVMMARIVM.

1 *Consanguinitatem, seù agnationem in genere probare sufficit vbi nemo comparet qui se consanguineum, vel agnatum alleget.*
2 *Consanguinitas ad effectũ successionis leuioribus probatur probationibus, Amplia, vt num. seq.*
3 *Probationes leuiores requiruntur in antiquis.*
4 *Descendentia in antiquis probatur ex pluribus enunciatiuis diuersorum instrumentorum.*
5 *Descendentia in probanda, singula quæ non prosunt vnita iuuant.*
6 *Descendentia probatur facilius vbi fuit vocata linea nè dum effectiua, sed etiam contentiua.*
7 *Successibilem qualitatem ad probandam sufficit iustificare quem esse de familia.*
8 *Descendentibus ex certa persona vocatis non satis est probare descendentiam in genere, sed requiritur probatio specifica ab illa persona.*
9 *Identitas bonorum probatur ex duobus confinibus.*
10 *Identitas in antiquis facilius probatur.*
11 *Confinibus publicis minus variabilibus magis standum est quam priuatis.*
12 *Confinia probantur præsumptionibus, & coniecturis.*
13 *Testator licet tempore Testamenti aliqua bona non possideret, si tamen post Testamentum superuixit illa potuit acquirere.*
14 *Nominis diuersitas rei arguit diuersitatem.*
15 *Confinium diuersitas bonorum diuersitatem demonstrat.*
16 *Bona per defunctum in aliquo loco possessa præsumuntur eadem, quæ ab hæredibus in eodem loco possidentur, Amplia, ut num. seqq.*
17 *Confinium probatio non requiritur si defunctus, in eodem loco bona possidebat.*
Quantitas bonorum probari non debet, ubi adest probatio possessionis Testatoris in eodem loco. numer. 17.
18 *Hæres si possidet bona in loco quo possidebat defunctus ipse probare debet nouam acquisitionem.*
19 *Identitate in specie probata non attenduntur generales demonstrationes, quæ aduersus illam opponuntur.*
20 *Instrumenta in materia identitas faciunt probationem probatam.*

DE-

DECISIO CXLV.

PLACVIT Dominis stare in decisis in hac
causa coram me sub die tertia Iunij 1647.
* confirmando sententiam Rotalem, per
quam Thomasiæ Pancaldæ, tamquam fidei-
commissariæ Berti Pancaldi Iunioris, decreta
fuerat immissio in bonis situatis in loco de
Lungara, hodie à Fratribus Sancti Francisci
Monasterij Beatæ Mariæ de Charitate Ciuita-
tis Bononiæ possessis.

Neque huic resolutioni visum fuit obstare
obiectum, quod descendentia Thomasiæ non
satis probatur: quia dantur Testes examinati
de anno 1579. deponentes, Thomasiam, &
Bertum Testatorem descendere à communi
stypite Paulo Seniore de Pancaldis, videlicet
Patre Berti Iunioris fideicommittentis; cuius
ex Fratre Thonnio Iuniore proneptis est Tho-
masia, *ut in eius Summ. littera A.* & cum ipsa
hodie sola ex Familia de Pancaldis supersit,
cum tamen Bertus, quam eius Ascendentes,
& Descendentes, prout etiam omnes Thoma-
siæ Ascendentes obierint, nullusque alius de
Familia Pancalda compareat. qui se proximio-
rem alleget, satis est Thomasiæ in genere pro-
1 bare, se esse de agnatione † de Pancaldis, & si
non probet per gradus distinctos, cum non
agatur de probauda coniunctione in eodem
gradu in concursu, cum proximioribus, iuxtà
*glos. in l. 1. uerb. quoties, ff. de probat. Buratt. dec. 260.
num. 10. Rot. in Imolen. Cappellaniæ 26. Febr. 1638.*
& in *Asculana Iurispatr. 7. Iunij eodem anno 1638.
coram Eminentißimo D. meo Card. Panzirolo in Cæ-
saraugustan. Benefic. de Linares 4. Decembr. 1643.
uers. probatur præterea coram R.P.D. meo Bichio*, &
in *Caurien. Iurispat.* 13. *Martij* 1645. *uers. in omnem
euentum coram R.P.D. meo Royas*, & cum agatur
2 hodie de consanguinitate incidenter † ad effe-
ctum successionis, leuior probatio sufficit,
iuxtà *consil. Gemin. 7. num. 8.* quod passim *Rota*
recipit, & fuit dictum in *Bononien. fideicommißsi
de Nascentor. 19. Decemb. 1638. coram R.R.D. meo
Ghisilerio in Bononien. fideicommißsi de Bologninis
29. Febr. 1644. coram Reuered. Præsid. Valisolet.* &
in *Brittinorien. fideicommißsi 15. Iunij 1644. coram
3 R.P.D. Bichio*, maximè † verò in antiquis, ad
tradita per *Marescott. variar. resolut. lib. 1. cap. 70.
num. 5.* & fuit dictum in eadem *Cæsaraugust. co-
ram D. meo Bichio, vers. sed præterea*. Quam ve-
ritatem descendentiæ Thomasiæ plures enun-
ciatiuæ in diuersis instrumentis antiquis de
4 anno 1503. 1541. 1544. comprobant, † & simul
iunctę sufficientem probationem ad effectum,
de quo agitur efficiunt *Marescott. loc. cit. Buratt.
decis. 709. num. 3.* & fuit dictum in *Bononien. fidei-
commißsi de Rubeis 4. Martij 1641. vers. quod autem
coram dicto Eminentiß. D. meo Card. Panzirolo*, &
quod in probanda descendentia habeat locum
5 regula, † singula quæ non prosunt, vnita
iuuant dictum fuit in citata *Bononien. fidilcom-
mißsi de Nascentor. coram R. P. D. meo Ghisilerio*.
Idque eo magis, quia Bertus Testator non vo-
cauit ad fideicommissum solam Famillam
6 effectiuam; sed etiam contentiuam, † & omnes
de Familia Pancalda, nec solos descendentes
ab eo: sed etiam transuersales, vt latè dictum
fuit in *decis.* emissa *coram R.P.D. meo Cerro, sub
die 18. Iunij 1642.* Vnde ad probandam quali-
7 tatem successibilem satis est probare, † se esse
de Familia Pancalda, & sic non aduersantur
deducta in *Brittinorien. fideicōmißsi 29. Maij 1645.
coram R.P.D. meo Royas*, quia, cum ibidem vo-
8 cati essent descendentes ex certa persona, † ad
probādam qualitatem successibilem satis non
erat probare descendentiam in genere, sed in
specie probanda erat descendentia ab illa cer-
ta persona.

Minus, alterum obiectum, ad impediendam
Thomasiæ immissionem releuare, dictum
fuit; quod videlicet bona, à Fratribus possessa
sint distincta ab illis, quæ Bertus fideicom-
mittens in contrada Lungariæ possederat.

Quia responsum fuit plures concurrere de-
monstrationes, vltra denominationem loci
della Longara, in qua situm erat prędium à Ber-
to Testatore possessum, arboratum, vitatum
pratiuum cum domo, area, tegete, puteo, &
furno, habens confinia ab Oriente bona Fran-
cisci de Oleo, ab Occasu prædium Iuliæ de
Morbiolis, vxoris Io: Baptistæ de Pancaldis,
à Meridie viam vulgo *Stradello*, à Septemtrio-
ne viam publicam, quod prædium Testes, de
situ, & ipso prædio benè informati, attestati
sunt, esse idemmet, quod peindè ad Ioannem
Baptistam Iuniorem Pancaldum, Berti Senio-
ris filium deuenit, & successiuè ex huius Testa-
mento ad Albertum Balzanum, vt constan-
ter affirmant ipsi Testes dati in *Summ. Thomasiæ
sub die 15. Februarij anno præterito coram R. P. D.
meo Otthobono*. Cum itaque alias constiterit,
Fratribus de Charitate, tamquam Alberti Bal-
zani creditoribus, fuisse adiudicatas 30. torna-
turas ex prædio maioris quantitatis, arborato,
vitato pratiuo, cum domo, & alijs in loco
Longariæ, ab Oriente videlicet habentes resi-
duum eiusdem prædij, cuius confinia exten-
debantur ad prædium Francisci de Oleo, à
Meridie viam nuncupatam *lo Stradello*, & à
Septemtrione viam publicam Longariæ, vt
fuit ostensum in summarijs vtriusque partis,
9 satis est † ad identitatem probandam duo cōfi-
nia iustificari. ex doctrina *Bartol. in l. demonstra-
tio num. 14. ff. de condit. & demonstrat. Alex. cons. 73.
num. 6. lib. 3. Cephal. consil. 98. num. 21. Rot. in Ro-
mana fideicommißsi de Spiritibus 12. Ianuarij 1643.
vers. altera verò coram R.P.D. meo Bichio in Roma-
na Saluiani 15. Iunij eodem anno versic. ex eisdem co-
ram R. P. D. meo Verospio*, & in *Mediolanen. Cen-
sus 27. Iunij 1646. versic. non obstat coram R. P. D.
meo Meltio*. Maximè cum post obitum Berti
10 fideicommittentis † plurimi anni effluxerint,
vt cōsiderauit *Rota in Reatina Succeßsion. 15. Apri-
lis 1641. coram me*, & interim priuatorum possi-
dentium dominia pluries fuerint immutata;
magisque standum est publicis viarum confi-
11 nibus, † minus variabilibus, vt fuit dictum
in hac causa 15. *Februarij anno præterito vers. quæ
fortius coram D. meo Otthobono*, & in antiquis le-
uiores probationes sufficiunt, vt in *Romana fi-
deicōmlßsi de Rubeis 12. Februarij 1618. coram bon.
mem. Vbaldo, & coram Seraphino decis. 1209. nu. 3.*
&

& *decis.*1344. *num.* 1. cum alijs plenè per *Rotam in Bononien. de Desiderijs* 5. *Martij* 14. *Maij* 3. *Decembris* 1627. *&* 24. *Martij* 1628. *coram bon. mem.*
12 *Merlino*, adeòut præsumptiones, † & conie-ecturæ satis probent *Ciciac. controu.* 192. *num.* 11. *Surd. decis.* 55. *nu.* 12. *Rot. decis.* 19. *num.* 4. *&* 407. *num.* 3. *part.* 2. *recent.* & *coram san. mem. Greg. XV. decis.* 172. *num.* 6. *& ibi add. num.* 10.

Quibus non obstat diuisio facta per Bertum in Testamento quadraginta tornaturarum in circa, quia si tornaturæ diuisæ erant solum quadragiuta, hoc non excludit, quod Bertus habere non potuerit alias tornaturas indiuisas; maximè cum in eadem diuisione fuerint præseruata bona communia, & quando etiam
13 Bertus tempore † Testamenti non habuisset, nisi tornaturas quadraginta, adhuc cum post conditũ Testamentum superuixerit 39. annos, potuit alias tornaturas acquirere sic prædia augendo, & meliorando, *Rimin. Sen. cons.* 429. *num.* 4. *cum seqq. lib.* 3. *Marescott. varian. resolut. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 28. *&* 29. *Rot. decis.* 87. *num.* 9. *&* 118. *num.* 12. *part.* 5. *recent.* præcipuè cum Testes dicant Bertum in hac via Lungariæ possedisse tornaturas 180.

Denique ex planta, ac instrumentis exhibitis comprobari visa fuit identitas, & tolli ea, quæ dicebantur de bonis Iuliæ Morbiolæ peruentis ad Balzanum; tum quia non proban-
14 tur vnita 30. tornaturis, de quibus hodie † agitur; tum quia apparent diuersa non solum cum diuersitate nominis, *l. si idem, C. de Codicill. Gregor. decis.* 372. *num.* 6. *vers. accedit, cum alijs* per *Farinacc. in fragm. littera I. numer.* 19. *&* 58. sed
15 etiam ex diuersitate † confinium, *Paris. cons.* 58. *num.* 1. *lib.* 3. *Rot. decis.* 226. *num.* 3. *& decis.* 313. *num.* 5. *&* 6. *part.* 5. *recent.*

Et si firma remanet pro identitate coniectura ponderata in *decis. huius Causæ sub die* 23. *Ianuarij* 1643. *coram R. P. D. meo Cerro*, nempè quòd quando defunctus in aliquo loco bona possedit, & in eodem loco bona per suos de-
16 scendentes hæredes possidetnur, † eadem præsumuntur, quæ coniectura quando sola non est, sed alijs præsumptionibus iuuatur admitti solet per Rotam vt dictũ fuit in *Narnien. fideicommissi* 4. *Aprilis* 1642. *coram Reuerendissimo D. meo Decano*, vbi, quòd hoc casu non est
17 necessaria † probatio confinium, aut quantitatis, & in *Maceraten. fideicommissi* 10. *Iunij* 1643. *coram R. P. D. meo Meltio*, & in *Bononien. fideicommissi de Nascentorijs* 15. *Aprilis* 1644. *coram R. P. D. meo Royas*, & dictum priùs fuerat in *decis.* 407. *num.* 4. *part.* 2. *recent. & part.* 5. *decis.* 42. *numer.* 4. vbi quod hoc casu aliter identitas probanda
18 non est, † nisi quateuus probetur intermedia acquisitio per successores, & passim Senatum Mantuanum hanc opinionem probare, dicit *Ciriac. contr.* 204. *num.* 45.

Ex qua probatione identitatis refutantur
19 generales † demonstrationes ad offuscandam identitatem exaduerso adductę ex allegatis per *Rotam in his termin. decis.* 279. *num.* 3. *&* 313. *nu.* 6. *part.* 5. *recent.* præsertim quia si istæ 30. tornaturæ non cohærent bonis illorum de Oleo, cohærent tamen residuo prædij in quo dictum confine illorum de Oleo verificatur, & ex instrumentis publicis apparet, bona illorum de Luchinis, quibus cohærent istæ 30. tornaturę prouenire à Morbiolis, quorum bona dabantur pro confine prædij à Berto possessi, & in-
20 strumenta † in materia ista facere probationem probatam, & rem certissimam, dixit *Rota decis.* 279. *num.* 5. *part.* 5. *recent.*

Sublatis itaque de medio huiusmodi duobus contra sententiam Rotalem obiectis; cum existentia, & purificatio huius fideicommissi ad fauorem Thomasiæ satis abundè iam in decisionibus *coram Eminentissimo Panzirolo, & Reu. P. D. Cerro discussa fuerit*, sententia remanet iusta, vt firmatum fuit in decisione quæ reuidetur, in qua propterea Domini permanserun, vtraque parte informanre.

☞ *Decisio ista erit in fine in Ap pendice.*

R. P. D. GHISLERIO
Postea Episcopo IMOLEN.

Interamneñ Dotis.

Lunæ 27. *Ianuarij* 1648.

ARGVMENTVM.

Frater benè potest admittere sororem ad successionem paternam non obstante statuto exclusiuo fœminarum propter masculos propter quòd fœminæ tàm maritatæ, & dotatæ, quàm non maritatæ, & indotatæ, ab omni successione censentur exclusæ, quia fauori suo quilibet potest renunciare; ex quibus autem actibus huiusmodi admissio resultare dicatur, ita vt ampliùs ad illam infringendam allegata ignorantia statuti suffragari non possit latissimè tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Sorores æqualiter cum fratre succedunt nulla adhibita sessus distinctione.*
2 *Possessio atque dominium plenè probatur ex adhitione hæreditatis, & iudiciali declaratione.*
3 *Possessio statutaria continuatiua possessionis defuncti in hæredem est manutenibilis.*
4 *Statutum exclusiuum fœminarum propter masculos, excludit ab omni successione fœminas tam maritatas & dotatas, quàm non maritatas, & indotatas.*
5 *Possessio cum titulo non requiritur in summarijssimo manutentionis iudicio.*
6 *Statuta fœminarum exclusiua locum non habent quando masculi non extant, uel quando illi nolunt uel non possunt succedere.*
7 *Statutum exclusiuum fœminarum propter masculos, quando non uindicet sibi locum.*
8 *Frater potest admittere sororem ad successionem paternam non obstante statuto exclusiuo fœminarum propter masculos, & ex quo censeatur id fecisse.*
9 *Adhitio hæreditatis paternæ facta à fratre etiam nomine sororum, stante statuto exclusiuo fœminarum,*

rum, & diuersitate patrimonij an & quommodò sit intelligenda, & num. 12. & 14.

10 *Statutum exclusiuum fœminarum non habet locum in bonis extra territorium existentibus.*

11 *Interpretatio illa semper capienda est, quæ excludat præiudicium & sui iuris renunciationem nisi alitèr appareret; maximè si non probaretur scientia in renunciante.*

13 *sub Hæreditatis nomine ueniunt omnia bona ubique existentia.*

15 *Statutum non habet locum nisi in bonis intra territorium existentibus.*

16 *Ignorantia statuti propriæ Patriæ publicati allegari non potest.*

17 *Ignorantia supina non excusat.*

18 *Ignorantia statuti propriæ Patriæ ubi etiam probaretur non suffragatur, & quare.*

19 *Depositum factum ser. ser. creditore recusante recipere, habet uim effectiuæ solutionis & inducit liberationem.*

20 *Depositum factum sub conditione, quod creditor teneatur cedere sua iura, non dicitur conditionale.*

21 *Conditiones intrinsecæ, & ex natura negotij non uitiant.*

22 *Manutentio est danda cum onere, cum quo quis reperitur possidere.*

23 *Vsufructuarius totius hæreditatis tenetur præstare patientiam, ut aliqua ex bonis hæreditarijs uendantur pro satisfactione creditorum, quatenùs urgeant, & quare intellige, ut num. 24.*

25 *Vsusfructus relictus cum onere communi candi et insimul habitandi, debetur etiam si non cohabitaret stante iusta causa.*

DECISIO CXLVI.

VITA functo Fuluio Paciono superstitibus Io: Alexandro, Doralicè, & Lucia filijs legitimis, & naturalibus, qui simul paternam hæreditatem adiuerunt, & dicti eorum Patris hæredes se esse declararunt, nec non vti velle beneficio statuti Ciuitatis Interamnæ, quod possessiones rerum defuncti, quas possedit tempore mortis, continuentur cum possessione hæredum, ita quod hæres præsumatur ipsas res possidere sine noua appræhensione tenutæ; omnes simul hæreditatem possederunt in communi vsque ad obitum ipsius met Io: Alexandri, qui obijt condito testamento, in quo cum non haberet filios in omnibus suis bonis, & iuribus vbique existentibus instituit hæredes proprietarias supradictas Doralicem, & Luciam sorores germanas; In vsufructu verò hęredem instituit Catharinam Campiam Vxorem, donec ipsa viueret, & vitam vidualem seruaret cum onere tamen cohabitandi cum dictis sororibus in domo ipsius Testatoris, & dictum vsumfructuum communicandi cum eisdem, exceptis tamen fructibus suæ dotis, quos liberè ad eam vti Dominam absolutam spectare disposuit, & quod non teneretur communicare cum hæredibus. Vnde contendentibus dd. mulieribus super possessione bonorum hæreditariorum, tam Fuluij Patris dd. Sororum, quam Io: Alexandri ipsarum fratris, & mariti Catharinæ respectiuè, proposito dubio in Rota distinguendo bona hæreditaria Fuluij à bonis hæreditarijs Io: Alexandri filij eiusdem Fuluij, fuit resolutum Doralici, & Lucię esse dandam manutentionem in duabus partibus bonorum Fuluij, Catharinæ verò in alia tertia parte cum onere soluendi æs alienom Io: Alexandri, & communicandi vsumfructum cum sororibus.

1 Quia quoad bona hæreditaria Fuluij † cum dictæ sorores simul cum Ioanne Alexandro fratre æqualiter successerint Fuluio, nulla adhibita sessus distinctione vulgata *l. maximum unium C. de liber. præterit.* in eisdem portionibus
2 ipsis est danda manutentio, † non solum ex aditione, & iudiciali declaratione, ex qua tam dominium, quam possessionem probari firmauit *Rota coram Reuerendissimo Vrgellen. decis. 155. num. 4. et decis. 63. num. 2. inter impressas post Posth. de manuten.* Sed etiam ex continuatione possessionis defuncti in hæredem vigore supradicti statuti Interamnæ continuatiui posses-
3 sionis defuncti in hæredes, † quam possessionem ex fictione statuti continuatam esse manutenibilem absque alia appræhensione pluries resoluit *Rota, et signanter coram Seraph. decis. 1065. num. 1. coram Martin. Andr. decis. 66. numer. 1. & coram Reuerendiss. Vrgellen. d. decis. 155. numer. 7.* quo statuto dictæ Sorores expræssè declararunt velle vti in aditione hæreditatis paternæ.

4 Non obstat † alterum statutum exclusiuum fœminarum propter masculos, ob quorum existentiam excludit ab omni successione filias fœminas, tam maritatas, & dotatas, quam non maritatas, & indotatas, quas mandat dotari, vt in terminis huius statuti Interamnæ, quod excludat non solum dotatas, sed etiam indotatas adeo quod sufficiat sola existentia masculorum, & non requiratur dotatio *iuxta distinct. Castr. in l. Titio centum §. Titio genero sub num. 8. ff. de condit. & demonstr.* quæ est communiter approbata, *tenuit Rota in Interamnen. hæreditatis de Paradisis 12. Decembris 1605. coram Sanctiss. D. N. quæ est decis. 104. part. 1. recent. & deindè in eadem causa coram eodem 6. Martij 1606.* itaut dictæ Sorores propter existentiam Io: Alexandri fratris de tempore successionis in hæ-
5 reditate Patris essent omninò exclusæ; † tum quia hæc obiectio tanquam concernens defectum, seu inualiditatem tituli non admittitur in summarijssimo iudicio manutentionis, in quo non requiritur titulus; vt fuit dictum pluriès *à Rota in recent. decis. 35. numer. 5. part. 2. decis. 1. numer. 2. part. 3. coram bon. mem. Buratt. de-*
6 *cis. 360. num. 9. & alibi sæpiùs.* Tum quia † statuta fœminarum exclusiua locum non habent, quando masculi non extant, vel quando illi nolunt, vel non possunt succedere, *vt per Bart. in l. 2. §. sed si sint ff. ad Trebell. cum alijs allegat. per Rot. in Bononien. hæreditatis coram bon. mem. Merlino 18. Aprilis 1622. inter impress. decis. 375. sub num. 14. tom. 2. par. 4. recent. & inter impress. apud Merlin. de legitim. decis. 472. & in Vrbinaten. successionis 28. Iunij 1647. coram R. P. D. Bichio;* & sic in
7 proposito † cum statutum Interamnæ disponat

nat fauore masculorum non habet locum contra illorum voluntatem, & quando ipsi voluerunt fœminas simul admitti ad successionem paternam, quia fratres possunt renunciare eorum fauori *Brun. in tract. quod stant. mascul. fœmin. non succed. art. 10. numer. 4. & seq. & artic. 12. numer. 10. & seq. Honded.* qui alios cumulat *consf. 1. num. 85. lib. 2. Mart. de success. par. 1. quæst. 5. artic. 4. sub num. 7. Rota Bonon. diuers. decis. 12. sub*
8 *num. 21. vers. fuit vlterius num. 22. & nu. 23.* † Quod autem Io: Alexander frater voluerit admittere sorores ad successionem paternam non obstante dicto statuto apparet ex eo, quod simul cum ipsis adiuit hæreditatem, & declarauit, se simul velle possidere bona paterna, & continuare in eorum possessione vigore statuti continuantis possessiones defuncti in hæredes, & quod tollit omnem difficultatem dictis sororibus, præsente, & consentiente Io: Alexandro fratre, fuit per Iudicem impertita licentia adeundi hæreditatem dicti q. Fuluij eorum Patris, & dicto Ioanni Alexandro adeundo dictam hæreditatem insolidum cum Sororibus, ibi, *& prædictus Io: Alexander etiam per se, & omnes coniunctim, & diuisim, ac insolidum, &c. omni meliori modo, &c. attenta euidenti vtilitate hæreditatis dicti q. Fuluij eorum Patris illam adiuerunt, & adeunt, &c.* renunciauit Iuri staturario, quod non potest impugnari à Catharina tanquam hærede vsufructuaria.

9 Minus facit, † quod aditio, & declaratio facta per Ioannem Alexandrum modo quo supra, ibi, *etiam per se, & omnes coniunctim, & diuisim, ac insolidum, &c.* intelligatur facta pro se in bonis existentibus in Territorio Interamnæ, & coniunctim, & insolidum cum Sororibus in bonis extra Territorium existen-
10 tibus videlicet in locis Montium Romæ †, in quibus non intrat dictum statutum, sed fœminæ succedunt simul cum masculis, vt dixit *Rota decis. 461. num. 5. tom. 2. part. 4. recent.* & plenè *in Narnien. successionis decis. 167. part. 5. re-*
11 *cent.* semper † enim ea debet capi interpretatio, quæ excludit præiudicium & sui Iuris renunciationem, nisi verba sint expressa, vel necessariò inferentia, eoque magis non probata scientia certa, & indubitata Ioannis Ale-
12 xandri resultante ex dicta aditione. † Nàm respectu primæ obiectionis contrarium colligitur, non solum ex Inuentario, in quo descripta leguntur bona existentia in Territorio Interamnæ, sed etiam ex aditione indefinitè
13 in tota hæreditate, † sub qua veniunt omnia bona vbique existentia *l. hæreditas ff. de verb. si-*
14 *gnific. l. item veniunt ff. de petit. hæred.* & ex † ipsa declaratione in actu aditionis velle vti Beneficio Statuti Ciuitatis Interamnæ, quod pos-
15 sessio continuetur in hæredes, † quod cum non habeat locum, nisi in bonis intra Territorium existentibus ex defectu potestatis statuentium *Gratian. disc. pt. 431. num. 27. & disc. pt. 709. num. 13. latè Gaspar. Anton. Thesaur. lib. secundo quæst. 5. num. 4. & 5.* vbi attestatur de communi latè tenuit *Rota coram Sanctæ memoriæ Greg. XV. decis. 255. & coram bonæ memoriæ Buratt. decis. 188. per tot. vbi sub num. 2.* aliæ decisiones Rotales referuntur, probat declarationem, non posse verificari nisi in bonis intra Territorium
16 existentibus, † respectu secundæ quod Ioannes Alexander non haberet scientiam alterius statuti Interamnæ exclusiui fœminarum non releuat, cum non possit allegari ignorantia statuti propriæ Patriæ publicati, eo quod agi-
17 tur de re, quam omnes sciunt, † & de supina ignorantia, quæ non excusat *l. 2. & l. regula in principio, & §. sed & Imperatores ff. de iur. & fact. ignor. l. si non transactionis, & l. cum quis Cod. eod. tit. Marc. Anton. de Amat. decis. Marchiæ 21. n. 45. & 46.*
18 & dictum † statutum habetur loco iuris communis, de quo non potest allegari ignorantia, quæ vbi etiam probaretur, non suffragaretur *Ciriac. controu. for. 164. num. 17.*

Quò verò ad bona hæreditaria dicti Ioannis Alexandri fratris, & mariti respectiuè Catharinæ Vxori debetur manutentio non quidem titulo dotis, etiam si pro illius restitutione Ioannes Alexander constituerit se possidere omnia sua bona nomine dictæ Cathari-
19 næ, † quia fuit extinctus cum ipsa citata ad recipiendam ratam dotis solutam viro, & ad faciendam quietantiam ob ipsius contumaciam in recipiendo pecunias ex decreto Iudicis fuerint depositatæ in Monte Pietatis Ciuitatis Interamnæ, vt ex Cedula depositi, quod absque attentatorum vitio fieri potuit, & huiusmodi depositum Catharina recusante recipere habuit vim effectiuæ solutionis, & induxit liberationem *Rota coram Reuerendissimo Vrgellen. decisio 421. num. 3. & 4. in recent. decis. 264. numer. 4. par. 3. et decis. 339. numer. 13. par. 4. tom. 2.*

20 Neque † potest respectu conditionis, quod Catharina teneatur cedere Iura sua talia qualia, dici conditionale, cum hæc conditio sit
21 naturalis, & intrinseca, † conditiones verò intrinsecæ, & ex natura negotij non vitiant *Bald. in lege accepta num. 24. Cod. de vsur. Rota coram sanctæ memoriæ Greg. XV. decis. 347. num. 12.* & proindè respectu dotis, cum possessio fuerit resoluta, non competit manutentio, sed titulo vsusfructus sibi à Ioanni Alexandro relicti in Testamento, in quo eamdem reliquit Dominam, & Patronam, & vsufructuariam omnium bonorum; donec viueret, & vitam vidualem seruaret, quia actualem possessionem appræhendit bonorum hæreditariorum dicti Ioannis Alexandri olim eius Viri mediante persona Andreæ Campi Procuratoris, & insimul cum supradictis Doralice, & Lucia Sororibus locauit bona hæreditaria Ioan-
22 nis Alexandri, † quia tamen relicta fuit vsufructuaria cum onere communicandi vsumfructum cum Sororibus Testatoris hæredibus scriptis, manutentio est danda cum hoc onere, alioquin legatum non deberetur *Rota in Spoletana alimentorum 24. Maij 1593. coram Giptio in Foroliuien. alimentorum 20. Nouembris 1630. coram Eminentissimo Cardinali Verospio, et in Romana legati cibi, et potus 13. Iunij 1635. coram Reuerendissimo Domino meo Decano,* & iuxta oblationem ab ea factam tenetur præstare patientiam, vt aliqua ex bonis hæreditarijs vendantur

tur pro satisfactione creditorum Ioannis Ale-
23 xandri, quatenus adsint, qui vrgeant, † cum vsusfructus non debeatur Vxori, nisi deducto ære alieno ex tota hæreditate *lege generali §. fin. ff. de vsufruct. legat. l. vsufruct. bonorum ff. ad l. falcid. Mantic. de coniectur. lib. 9. tit. 6. num. 12.* & vxor
24 vsufructuaria, † quæ possidet bona debet præstare patientiam, vt ad alienationem procedatur, nisi solutio æris alieni relicti per defunctũ fieri possit primo ex pecunijs Testatoris, si sint in hæreditate, alias ex Iuribus, & actionibus, & nominibus debitorum, si extent, sin minus, aut non sufficiant ex immobilibus.
25 Non obstat, † quod supradicto oneri communicandi vsumfructum cum Sororibus fuerit adiectum alterum onus insimul cũ eis cohabitandi in domo ipsius Testatoris, quia lis, quæ vertitur inter has partes excitata super hæreditate tum Fuluij, tum Ioannis Alexandri præbet iustam causam non cohabitandi, & nihilominus vsumfructum percipiendi, *Rota decis. 199. sub num. 5. vers. propter litem motam p. 4. recent. & in dicta Romana legati cibi, & potus coram Reuerendissimo Domino meo Decano in §. non releuat uersic. lis autem est iusta causa, vt dicatur recessum à Domo, &c.* ad hoc faciunt relati *per Adden. ad decis. 636. numer. 163. par. 4. recent. tom. 3.*

Ex quibus vtraque parte Informante fuit resolutum Doralici, & Luciæ dandam esse manutentionem in duabus partibus bonorum Fuluij, Catharinæ verò in alia tertia parte cũ onere soluendi æs alienum Ioannis Alexandri & communicandi vsumfructum cum sororibus.

R. P. D. CORRADO.

Postea S. R. E. CARDINALI.

Materaneñ Archipresbyteratus

Veneris 31. Ianuarij 1648.

ARGVMENTVM.

Ecclesia quod sit Collegiata non probatur per coniecturas æquiuocas, sed requiruntur coniecturæ pernecesse inferentes Collegialitatem, de quibus in præsenti decisione tractatur, & demonstratur quænam sint coniecturæ inefficaces, & insufficientes ad probandum, quod Ecclesia dici possit Collegiata.

SVMMARIVM.

1 *Narratiua literarum Apostolicarum, debet necessario iustificari.*

2 *Narratiua literarum Apostolicarum est plenè, & concludenter iustificanda, & quare.*

3 *Ecclesia quod sit collegiata probari debet, vel ea primæua legitima institutione, vel ex subsequenti Priuilegio Apostolico.*

4 *Ecclesia, quod sit Collegiata, ex quibus comprobari possit.*

5 *Ecclesia, quibus deficientibus non præsumatur Collegiata, nisi sit Cathedralis, vel Regularis, intellige vt num. 7.*

6 *Ecclesia quando non præsumatur Collegiata licèt adsint in ea multi Clerici intitulati vna cum Archipresbytero.*

8 *Ecclesia quod sit Collegiata non probatur ex sola existentia sigilli communis, nisi concurrat eius vsus in negotijs communibus.*

9 *Ecclesia quod sit Collegiata, quando non probetur ex eo, quod habeat archam communem.*

10 *Ecclesia, quod sit Collegiata non probatur per coniecturas æquiuocas, sed requirit coniecturas pernecesse inferentes Collegialitatem.*

11 *Ecclesia non probatur quod sit Collegiata ex his, quæ alijs Ecclesijs, ac Congregationibus particularibus secundùm mores Diœcesis conuenire possunt.*

12 *Ecclesia quomodo probetur per testes esse simplicem Parochialem, non autem Collegiatam.*

13 *Testes numero plures præferuntur paucioribus.*

14 *Testes, qui colliduntur ab alijs testibus nõ attenduntur.*

15 *Iuramenti formula, licet non fuerit explicitè expressa in processu, quando tamen testium depositiones sint attendendæ.*

16 *Episcopi attestationi plurimum deferendum est circa qualitatem beneficiorum eius Diœcesis.*

17 *Ecclesia an sit Parochialis, vel Collegiata probatur etiam ex visitatione eiusdem Ecclesiæ facta ab Ordinario.*

18 *Ecclesia an sit Collegiata, vel Parochialis dignoscitur ex collationibus eiusdem Ecclesiæ.*

19 *Testium depositiones extraiudiciales, lite pendente, & parte non citata factæ, non releuant.*

20 *Enũciatiuæ, ac assertiones sub verbis dubijs conceptæ in Bullis Apostolicis, non probant.*

21 *Ecclesia quod sit Collegiata, non probatur ex collatione Apostolica, quando illa non est restricta ad certas vacationis species, sed generaliter omnes comprehendit.*

22 *Literæ Apostolicæ non sunt exequendæ, si non appareant iustificatæ.*

DECISIO CXLVII.

VACANTE per obitũ Matthæi Galli extra Romanam Curiã mense Nouembris 1640 defuncti, Beneficio Curato Archipresbyteratu nuncupato in Ecclesia S. Laurentij Terræ Latertiæ Materaneñ Diœcesis fuit de illo prouisus per sedem Apostolicam præuio concursu coram Ordinario Io: Thomas Gallus, ac in possessionem immissus. Deindè illud impetrauit Io: Dominicus de Russis sub narratiua, quod esset Dignitas principalis in Ecclesia Collegiata, Quod non fuerat in præcedenti prouisione narratum. Quare commissa instante Io: Thoma causa iactationum bo. mem. Coccin. Ego in ea subrogatus Dubitaui, An gratia per Io: Dominicum obtenta sit iustificata, itaut exequi debeat. Et Domini negatiuè responderunt.

1 Quia (prætermissis modo alijs) † non constat, quod Ecclesia prædicta sit Collegiata, Et proindè hæc in ea Dignitas principalis exiitat, prout fuit Summo Pontifici expositum, Ac ideò erat necessario iustificandum, *iuxt. not. in cap. 2. de rescript. Rota penes Cæs. de Graff. decis. 12. num. 1. & 2. de Prob. Verall. decis. 39. par. 2. Card. Seraph. decis. 870. num. 1. vers. Nam cum omnia nar-*

nar-

rata, & decis. 412. num. 1. vers. ea potissimum ratione. par. 1. diuers. & pœnès S. M. Greg. decis. 242. num. 2. vers. & quia narratiua gratiæ, ac decis. 314. num. 1. vers. cum tamen, & seq. & decis. 387. num. 5. vers. cum sit fundamentum, &c. & Buratt. decis. 175. n. 1. vers. Absolutum est enim, ac seq. & decis. 512. nu. 2. vers. tenebatur enim, ac in recent decis. 141. sub nu. 1. vers. Nàm cum narratiua, &c. et decis. 438. sub n. 1. uers. quæ tamen singula, cum seq. par. 4. et decis. 68. n. 2. vers. et in his, ac seq. ead. par. 4. tom. 2. et penès Coccin.
2 *decis. 259. sub num. 1.* † Et quidem plenè, ac concludenter quia causam, & substantiam gratiæ concernit, & fundamentum intentionis ipsius Actoris, & agitur contra alium prouisum Apostolicum, & possessorem, *Rota penes Puth. decis. 265. in fin. vers. quia hic non agebatur lib. 3. & decis. 46. sub num. 4. vers. Nam ad istum effectum p. 2 diuers. Buratt. à decis. 175. nu. 3. vers. probatio autem, & seq. & in alijs relatis per Adden. ad decis. eiusdem 778. sub nu. 10. & seq.* Ac in terminis *penes Card. Caualer. decis. 266. sub num. 5. vers. ex quibus Domini censuerunt, ac seq. & in recent. decis. 59. num. 3. vers. quia responsum fuit par. 5. & decis. 143. sub numer. 1 uers. quia reseruatio, & seq. par. 7.*

3 Quod autem † Ecclesia sit Collegiata probari debet, vel ex primeua legitima institutione, vel ex subsequenti Priuilegio Apostolico ad *l. 1 in princ. ff. quod cuiusq; Vniuers. nam l. 3. ff. de Colleg. illicit. Innoc. in cap. Postulasti in princ. & n. 1 de Iur. Patron.* quem sequitur *Hostien. in cap. nobis col. 1. super verb. cæterum, & Io: Andr. num. 8. vers. quæ dicatur, & num. 22. vers. in glossa, &c. & Abb. sub num. 8. vers. Nam primo ff. de Iurepatr. & idem Abb. in cap. dilecta sub num. 1. in 1. & 2. notab. de*
4 *Excess. Prælat.* † Vel ex longo exercitio actuum illam necessario præseferentium, veluti sigilli communis *d. cap. dilecta de excess. Prælator.* Archę communis, Massæ communis, ac Syndici, *d. l. 1. §. 1. ff. quod cuiusque vniuers. nom.* Constitutionum particularium: Tractatuum Capitulariū: Conuictus: Communis seruitij, & similia, quæ recensentur *per Hostien. in d. cap. nobis col. 2. vers. & notandum, Io: Andr. sub num. 11. vers. & nota Abb. sub num. 8. vers. quomodo autem cognoscetur de Iur. Patr. Felin in cap. Accedentes suo num. 2. vers. de istis signis de rescript. Guidopap. decis. 258. Mascar. de probat. conclus. 584. sub num. 1. & seq. per tot. Rota penès Verall. decis. 142. par. 1. & Cardin. Caualer. d. decis. 266. num. 5. vers. Acccedebat præmissis, & decis. 422. sub num. 1. par. 4. diuers. & in recent. dicta decis. 56. num. 5. vers. quia cum deficiat probatio, & seq. par. 5. & decis. 143. num. 8. vers. quando non*
5 *probantur, & seq. par. 7.* † Quibus deficientibus Ecclesia, nisi sit Cathedralis, vel Regularis nō præsumitur Collegiata, *Hostien. in d. cap. Nobis col. 2. vers. quicquid etiā superius dixerit, etc. Io: And. sub. num. 10. vers. Dicit etiam, etc. Felin. in cap. accedentes sub nu. 2. vers. addens, &c. de præscrip. Rot. decis. 13. sub num. 3. vers. licet secus sit in alijs, etc. de præb. in antiq. et decis. 201. sub num. 4. vers. et in om-*
6 *nem euentum, etc. p. 2. rec.* † Esto quod adsint in ea vna cum Archipresbytero multi Clerici intitulati, quia ibi erunt quidem tamquam singulares beneficiati, vel inseruientes Ecclesiæ subordinati Archipresbytero, vel alteri, nō autem tanquam vnum corpus, ac Collegium constituentes, vt habetur in *dicto cap. dilecta, ibique gloss. in verb. nec sint vnum corpus de excess. Prælat. Innoc. in dicto cap. Postulasti sub num. 1. vers. itē si postea contingat, etc. de iur. patr. Hostien. in dicto cap. nobis super d. verb. Cæterum, vers. in quo casu, & Io: Andr. sub n. 8. vers. & in hoc casu, et Abb. sub d. n. 8. in fin. vers. His cessantibus, etc. eod. tit. Fel. in cap. in nostra num. 27. vers. Item scias de rescript. Rota penès Achil. decis. 10. de præb. & d. dec. 143. sub nu. 10.*
7 *vers. nec ex eo, et seq. par. 7. recent.* Licet † non omnium coucursus sit necessarius, sed ea sufficiant, quibus huiusmodi qualitas probabilis reddatur, ac verisimilis iudicio prudētis. *Card. in Clem. 2. sub num. 10. uers. quarto quia de ætat. et qualit. Felyn. in d. cap. Accedentes sub numer. 2. uers. non tamen oportet de Præscript. Guidopap. d. dec. 258. sub num. 1. uers. non tamen requiruntur omnia prædicta Mascard. d. concl. 584. sub num. 10. uers. quinto ampliabis Rot. penes Mantic. 255. sub num. 1. uers. neq: est necessarium, et in recent. d. decis. 56. num. 6. uers. et quamuis necessarium non sit par. 5. et comprobat Moder. Roman. de Re Beneficiar. lib. 1. quæst. 14. à nu. 38. uers. quod autem Ecclesia sit Collegiata, et seq.*

Verùm hæc in proposito casu omninò desiderantur. Siquidem Institutio, seu priuilegium deficiunt. Coniecturæ verò nullæ referuntur vrgentes.

Nam illa ex communi sigillo deducta prorsus eliditur ex depositionibus octo Testium Io: Thomę affirmantium illud esse vsui peculiari Curati subsignantis inscripta, quæ Christifidelibus Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum feria quinta maioris hebdomadæ, vel in ipsa die solemni Resurrectionis Dominicæ suscipientibus tradi solent: Idemque communis vsus illius Diœcesis per alios quinque te-
8 stes comprobatur. † Vndè non potest hinc congruum sumi argumentum Collegialitatis, quæ non ex sola existentia sigilli, nisi concurrat eius vsus in negotijs communibus, & capitularibus inferri potest. *Hostien. in dicto cap. Nobis col. 2. uers. et notandum, etc. ibi,* scilicet sigillum, & vsus sigilli, quem sequitur ibidem *Io: Andr. sub num. 11. ibi,* sigillum, & vsus sigilli, *et alij DD. de iur. patr. Mascard. de prob. dicta concl. 584. sub n. 12. uers. signa autem Rot. decis. 354. n. 15. uers. non enim sufficit adesse sigillum p. 4. tom. 2. recen.*
9 Altera † ex Archa communi eliditur pariter ex tresdecim testibus contestantibus, illam in simplicibus quoq: Ecclesijs Parochialibus
10 illius Diœcesis asseruari consueuisse: † Ita quod æquiuoca redditur, ac nullius roboris in hac materia, in qua requiruntur coniecturæ, ac præsumptiones pernecesse inferentes Collegialitatem, cum præsertim agatur contra alium prouisum, & possessorem, vt benè probatur ex not. per *Bald. in l. Iure societatis in fin. vers. nota quod Arcbam communē ff. pro soc. Card. Caualer d. decis. 266. sub num. 5. vers. ex quibus, & seq. & dicta decis. 56. sub num. 7. vers. non autem aliæ coniecturæ debent admitti, & seq. vsque in fin. par. 5. rec. & d. decis. 143. num. 1. vers. quia reseruatio cum seq. & num. 10. vers. non obstant, & sub num. 16. vers. maximè, ac seq. & decis. 216. n. 4. vers. Ideoq; prædicta signa par. 7. recent.*

Tertia demum ex eo, quod simul communicent

nicent, & tractent negotia, ac eidem Ecclesiæ inseruiant, Missasque solemnes celebrent. Refellitur etiam ex testibus prædictis deponẽtibus morem esse receptum in omnibus etiam simplicibus Ecclesijs Parochialibus d. Diœcesis, in quibus plures Clerici participantes inseruiunt, vt insimul congregentur pro eorum negotijs, & inseruiant Ecclesiæ, licet non sint, neque censeantur vllatenus Collegiatæ; Indeque irrepsisse, vt Cœtus, & Congregationes illæ abusiuè Capituli vocabulo, sicut, & simplices ipsi earumdem Parochialium Curati, Archipresbyterorum nomine vulgariter nun-
11 cupentur: Quare nulla potest releuans, ac legitima elici ad hunc effectum præsumptio ex his, quæ alijs Ecclesijs, ac Congregationibus particularibus secundum mores eiusdem Diœcesis conuenire possunt, vt in specie declarat *Rota pœnes Acchill. d. decis. 10. sub num. 2. versic. nam habere tractatus, & d. decis. 422. sub numer. 2. vers. non obstat par. 4. diuers. & in Nolana primiceriatus 21. Maij 1614. coram bon. mem. Card. Verospio in fin. princip. vers. neque pernecesse infertur, & in recent. d. decis. 201. num. 5. vers. nec facit, & d. decis. 673. sub num. 2. uers. nec suffragatur par. 1. & d. decis. 56. sub num. 8. ues. nam quod in Ecclesia, ac seq. ubi numer. 10. uers. quinimo, &c.* fuit specialiter ponderatus mos Diœcesis faciendi huiusmodi Congregationes etiam in Ecclesijs non Collegiatis, *p. 5. & in d. decis. 143. sub nu. 15. uers. nec releuat, & seq. & dicta decis. 216. numer. 2. uers. non obstant, quæ denuò inculcantur, ac seq. par. 7. Gonzal. ad reg. 8. gloss. 19. sub num. 14. uers. non enim, & seq.*

12 Prӕterea excluditur † asserta huiusmodi qualitas ex depositionibus dd. tresdecim testium, pro parte Io: Thomæ inductorum, quorum quinque posteriores (& ex his nonus, & duodecimus apprimè informati) super interrogatorijs partis examinati cum alijs conueniunt dictam Ecclesiam esse simplicem Parochialẽ, non autem Collegiatam, & ad eius seruitium quemlibet Clericum admitti benè recensentes, ac distinguentes vtriusque signa etiam secundum vsum illarum partium, vt in his terminis respondit, *Rot. d. decis. 422. sub num. 1. uers. Domini circumscriptis iuribus resoluerunt, & per tot. par. 4. diuers. & d. decis. 216. num. 3. uers. cum ex te-*
13 *stibus, & seq. par. 7. recent.* † Quibus sanè magis est deferendum, quàm tribus examinatis pro Io: Dominico (quorum secundus super decimo quarto Interrogatorio, & super secundo articulo fatetur se nescire an dicta Ecclesia sit Collegiata) iuxtà *text. in cap. licet causam uers. & præmissis de prob. cap. in nostra de test. l. ob carmen §. 1. ff. eodem Rota penes Buratt. decis. 903. à num. 2. uers. primo ratione numeri, ac seq. & in recent. decis. 231. numer. 11. uers. & quamuis par. 4. tom. 2. & decis. 124. numer. 23. uers. quibus testibus par. 5. recent.*
14 Vel † saltem colliduntur ex eis, vt fuit dictum *in cit. dec. 266. sub n. 5. uers. testes autem coram Card. Caual. et d. decis. 143. num. 20. uers. conquassantur etiã et d. decis. 216. num. 6. uers. uel conquassantur par. 7. recent,*

Neque subsistit obiectus citationis, ac iuramenti actualis defectus, ex quo non fuerit explicitè scriptum in processu, quod prӕfati testes iurauerint tactis scripturis.

15 Quia † cum fuerint examinati cum assertione iuramenti tempore non feriato, ac proinde habili ad illud iudicialiter præstandum, & in præsentia Reuerendissimi Episcopi Castellaneten. Iudicis subdelegati, qui singulas depositiones vna cum eis subscripsit, imò quinque posteriores cum interrogatorijs partis expressam mentionem de iuramento actuali, ac eius effectibus facientibus, super quibus alter etiam ex primis fuit repetitus, censentur vtique prӕuio iuramento actuali tacto pectore, vel scripturis respectiuè, ac ritè seruatis seruandis deposuisse, nec ideò ex omissa formulæ huiusmodi expressione irritari debent eorum depositiones, vt tradit *Bald. in l. iusiurandi sub num. 6. uers. sol. dico, quod si iste testis, etc.* & ibidem *Salyc. sub num. 4. uers. sol. quod si testis fuit examinatus C. de testibus, et sequitur Rot. penes Card. Mantic. dec. 352. sub nu. 11. uers. tertio quia, et seq. et Buratt. dec. 118. et 148. per tot. ac in recent. decis. 34. sub num. 3. uers. tertio non obstat par. 1.*

16 Concurrit † etiam attestatio Archiepiscopi Materanen. idem confirmantis, cui plurimum est deferendum circa qualitatem Beneficiorum eius Diœcesis, *Felin. in cap. ad aures sub n. 15. uers. quæ ratio nõ cadit, & c. de rescrip. Card. cons. 132. num. 5. uers. et præcipuè cum sit Ordinarius. Rot. pœnes Card. Seraphin. decis. 1026. sub num. 3. uers. et cessat difficultas, et Card. Mantic. decis. 87. n. 2. uers. quia multum tribuendum est, et san. mem. Gregor. decis. 482. num. 6. uers. iuncta præsertim assertione Ordinary Reuerendiss. Vrgellen. decis. 144. num. 6. uers. quibus multum est tribuendum, et in recent. decis. 13. sub num. 13. uers. et Ordinarij, ac seq. par. 6.* & in his terminis *d. decis. 143. sub numer. 5. uers. et ex alijs, par. 7.*

17 Adminiculantur quoque præmissa ex visitatione eiusdem Ecclesiæ facta sub die 27. Februarij 1617. in qua simpliciter appellatur Parochialis, non autem Collegiata, *Rot. decis. 527. num. 9. uers. attestationes par. 4. diuers. et penes Coccin. decis. 229. sub num. 1. uers. adsunt insuper, et in specie in d. decis. Card. Caualer. 266. sub numer. 5. uers. testes autem. et d. decis. 143. d. num. 5. uers. et uti talis appellatur par. 7. recent.*

18 Accedit † demum collatio eiusdem Ecclesiæ facta anno 1556. 10. Maij per bon. mem. Card. Saracenum tunc Archiepiscopum Materanen. tanquam Ordinarium Collatorem q. Andreæ de Melle per cuius obitum postea secutum anno 1576. prouisus fuit per san. me. Greg. XIII. anno 1584. kal. Maij Matthæus Gallus vltimo loco defunctus, quæ quidem Ordinarj collatio pacificè tandiù effectuata conuincit illam non esse Collegiatam, quippe foret regulariter electiua iuxta *Sacr. Canon. dispositionem in cap. 1. de elect. cap. ea noscitur, de his, quæ fiunt à Prælatis sin. consens. Capitul. Cassador. decis. 22. sub num. 3. uers. in Collegiatis uerò Ecclesijs de præb.* & in specie fuit consideratum penes *Acchill. d. decis. 10. uers. suadebatur hæc opinio de præbend.* Et vigore regul. 4. Cancell. Summo Pontifici reseruata.

19 Nec releuant aliæ attestationes exhibitæ per Io: Dominicum. Quia sunt extraiudiciales, lite

lite pendente, ac parte non citata factæ, *l.3.§. ideòq; Diuus uers.idem Diuus,ibique gloss.in uerb.non testimonijs, et DD. ff.de Testib. Rot.penes Card.Mantic.decis.177. num.4. uers. neque etiam fides. Buratt. decis.113. num.28. uers.nam ultra quod, et dec.479. num.2. uers.responsum fuit,etc. Reuerendiss.Vrgellen. decis.168. sub num.6. uers. minus obstant attestationes, etc. Andr. decis. 61. numer. 10.vers. fides autem &c. et in recent.decis.323. num.4. uers. ulterius par.2. et decis.214. num.3.uers. quia si de attestationibus agatur.et seq.par. 6. et decis.32. num.14. uers. et quamuis d. fides et decis.157. num.1. uers. nam fides. cum seq. par.7.*

Minus enunciatiuæ, ac assertiones factæ in Bullis S.mem. Gregorij XIII.super dicta prouisione huius Beneficij ad fauorem præfati Matthæi Galli anno 1584. & super prouisione Cantoriæ tamquam secundæ dignitatis ad fauorem Dominici Geminalis anno 1591.& sa. mem.Clementis VIII. super Concessione Indulgentiæ anno 1599. ac san. memor. Vrbani VIII. super prouisione eiusdem Cantoriæ ad fauorem Petri Clementis per resignationem anno 1624. emanatis.

20 Quia sunt recentes† scilicet à sexaginta citrà vsque ad tempus moti iudicij, & de facto alieno in suppiicationibus partium Summis Pontificibus suggesto, cuius certiorem notitiã verisimiliter non habuerunt. Imò illa sa. m. Clementis, verbis subdubijs concepta legitur, ibi, *Ecclesiam maiorem, seu Collegiatam,etc. Franc. Aret.cons.23.à num.8. uers.ueruntamen, et seq. Cranet.de antiq. temp.par.1. sect.1.à num.9.uers.ubi autem, et plur.seqq. Rota penes Verall.decis. 337. par.3 et San.mem.Greg. decis.387. num.14.uers.et ita etiã respondetur,*& in his terminis *in d. Nolana primiceriat. coram bon.me.Card. Verospio 21.Maij 1614. in §. ulterius enunciatiua,*& rursus *in eadem d.decis. 673. sub num.1. uers.nam illa par. 1. recent. et decis. 633.à n.9.uers.non obstant probationes, et seq.par. 4. tom.2. et 197.num.70.uers.nec potest iuuari ex enunciatiua Papæ cum seq. p.5. et d. decis.143. num. 14. ues. nec huiusmodi prouisio par. 7. earumdem*. Præ-

21 ter quod, † Collatio illa facta per san. mem. Greg.XIII. in personam Matthæi Galli octo circiter annis post obitum Andreæ de Melle, antea, vt dictum est ab Ordinario prouisi non est restricta ad certam vacationis speciem,sed generaliter omnes comprehendit addita clausula, *Siue præmisso, siue alio quouis modo, etc.* vt in his terminis aduertit *Rota penes Card. Caualer.d. decis.266.num.1. uers.nam ultima collatio, etc.*

Cum igitur ex prædictis appareat literas Apostolicas super prouisione Io: Dominici expeditas non esse in hac parte iustificatas:ideò non sunt exequendæ *d. cap.2.de rescript.Rota decis.316.par.4. diuers.et penes Card.Mantic. dec.358 num.4. uers.proindè Buratt.decis.941. numer.5. uers. ideoque cessante iustificatione, ac Reuerendiss. Vrgellen.decis.205.num.5.uers. et narratiua cum seq.et decis.440. numer.6.uers. quod uerò dictæ literæ non sint exequendæ,et in rec.decis.129. num.5.uersic.et deficit in primis par.3.et decis.27.num.2.uers.hoc tamen procedit, et seq. par.6.* & in specie fuit resolutum *penes Card.Caualer. d. decis.266.et in recent.d.decis. 56. par. 5. et d. decis. 143.par.7.*

Et ita fuit conclusum, &c. vtraque parte informante, &c.

R. P. D. ARGVELLES

Anconitana Dotis.

Veneris 31. Ianuarij 1648.

ARGVMENTVM.

Confessio de Dote recepta probat veram & realem numerationem, etiam absque præcedenti promissione,vbi cõcurrerent adminicula, & coniecturæ, de quibus in præsenti decisione abbundè tractatur; & refelluntur in contrariũ ponderatæ pro inducenda simulatione confessionis de dote recepta, rationibus, & authoritatibus in contrarium adductis plenè satisfaciendo.

SVMMARIVM.

1 *per Restitutionem in integrum nõ obstante re iudicata succurritur parti lesæ stante notoria iniustitia.*
2 *Confessio dotis receptæ regulariter non probat sine præcedenti promissione, & quando secùs n.3. & 4.*
5 *Confessio de dote recepta, ex pluribus adminiculata probat etiam absque præcedenti promissione.*
6 *Amplia quandò lapsa sunt tempora ad opponendam exceptionem non numeratæ pecuniæ.*
7 *Solutio partis dotis confessatæ infert iustificationem etiam in alijs partibus.*
8 *Dos probatur soluta, vbi processit promissio absque alia coniectura.*
9 *Solutio partis dotis vt inferat numerationem etiam in alijs partibus, requiritur, quod pars soluta constituat maiorem dotis partem, vel dimidiam contra num.11.*
10 *Verbum*, Pars, *non semper significat dimidiam, sed intelligendum venit secundum subiectam materiã cui adiectum est.*
12 *Instrumentum cum tertio celebratum caret omni suspicione.*
13 *Confessio dotis receptæ non arguitur simulata ex eo quod postea fuerit impetrata inhibitio dotalis.*
14 *Simulationis suspicio cessat in actu à iure permisso.*
15 *Confessio de dote recepta non probatur simulata, si vnus solus deponat, quod dicta confessio fuerit facta ad euitandam confiscationem.*
16 *Testis procurator non probat, neque postquàm è viuis secesserit.*
17 *Confessio de dote recepta probat veram numerationem, si est iuramento confirmata, & alijs adminiculis roborata.*
18 *Confessio de dote recepta, cum iuramento de restituendo dotem confessatam, probat veram numerationem.*
19 *Confessio secundi viri de dote recepta quandò probat veram nummerationem, quamuis fuerit constituta in maiori quantitate, quàm primo viro.*
20 *Dos data primo primo censetur repetita secundo, & quando secùs.*
21 *Confessio de dote recepta quando probet veram numerationem, quamuis mulier de aliqua parte dotis non reportauerit quietantiam, sicuti in alia.*
22 *Dos data primo viro censetur repetita secundo, & quid*

quid si testes non deponant de asportatione mobilium ad domum primi Viri.

23 *Testis pauper probat iuncta legalitate & numero aliorum.*

24 *Confessio iurata de dote recepta ad probandam veram numerationem, sufficit vt cum eâ concurrant adminicula & coniecturæ.*

25 *Testis pauper plenè probat si sit honestæ, & probatæ vitæ.*

26 *Quod Iudicis religioni committitur.*

27 *Confessio de dote recepta, quando non elidatur per exceptionem paupertatis Patris mulieris.*

28 *Testes deponentes super negatiua vt probent quid requiratur.*

29 *Donatio bonorum facta sponsæ in nuptijs ad quem spectet.*

30 *Dos data secundo viro potest dici aucta si mulier vltra dotem recuperatam ab hæredibus primi Viri, habuit quoque interusuria.*

31 *Confessio de dote recepta quando non possit dici facta ob timorem imminentis confiscationis.*

32 *Confessio de dote recepta, quandò affertur contra hæredes confitentis non exigit probationes concludentes numerationem.*

33 *Hæredes non possunt dicere de mendacio eorum authoris.*

34 *Confessio de dote recepta probat numerationem contra hæredes confitentis absque præcedenti promissione, iuncto tamen aliquali adminiculo.*

35 *Confessio de dote recepta contra hæredes confitentis iuncta aliqua pauca coniectura probat veram numerationem.*

36 *Hæres non potest allegare nuptitudinem, & periurium sui Authoris.*

DECISIO. CXLVIII.

PLACVERVNT Dominis decisiones editæ 17. Iunij, & 25. Nouembris anni præteriti, in quibus * firmatum fuit constare de causis restitutionis in inregrum, non autem de re iudicata; & ideò auditi iterum Dominis de Fanellis (qui in secunda non informarunt, licet sæpiùs citati) hæredibus Hieronymi, debitoris residui dotis Franciscæ olim eius Vxoris, Hodie in decisis perstiterunt ex iisdem rationibus in eis deductis, & signanter ex capite
1 iniustitiæ notoriæ, qua stante succuritur parti læsæ per restitutionem in integrum non obstāte re iudicata, *vt pluribus probatum fuit in prædicta decisione 17. Iunij §. sed quidquid sit de omnibus &c. & 15. Nouembris sub principio, & prius in Sarsinaten. feudi 22. Iunij 1645. & Ferrarien. Pensionis 2. Martii 1646. coram Reuerendiss. D. meo Decano, in Tiburtina Castri S. Angeli 18. Iunij 1646. coram R.P.D. meo Meltio §. Regulare namque est, & in Romana hæreditatis 14. Decembris 1646. §. Primo circa fin. coram me*, & quotidie.

Notoria autem Iniustitia deducebatur ex Instrumento inito 11. Iunij 1628. in quo Hieronymus fecit quietantiam, & confessionem receptæ integræ dotis dictæ Franciscæ vxoris scut. 4000. Vnde Fanelli illius hæredes fuerunt iustè condemnati ad restituen. scut. 3053. & iniustè fuerunt absoluti a restitutione reliquorū scut. 947. *vt in ambabus prædictis decisionibus plenè firmatur*, quæ visæ fuerunt benè subsistere non obstantibus obiectionibus per Informātes pro Fanellis contra eas deductis.

2 Non enim visa fuit obstare Prima, scilicet defectus præcedentis promissionis, sine qua confessio de recepto regulariter non probat.
3 quia huic motiuo optime satis facit *decisio 16. Martij 1635. coram bo.mem. Bucabella sub §. maxime quia &c. & alia decisio confirmatoria eiusdem edita 3. Decembris eiusdem anni coram eodem, & d. decisio 17. Iunij præteriti coram me in §. Nec refraga-*
4 *tur quod non constet.* Vltra quod † probatur traditio, quæ in proposito æquiparatur promissioni, *vt est clarus textus in l. quemadmodum 47. §, 1. ff. de iur. dot. Mantic. de tacit. lib. 12. cap. 10. sub*
5 *num. 13. in fin. vers. Accedit.* Et confessio † ex pluribus adminiculatur, quæ propterea probat etiam absque præcedenti promissione, *vt post plures Gratian. discept. for. cap. 362. nu. 16.* vbi quod
6 *hoc indubitanter † procedit quando* (prout hic) *lapsa sunt tempora ad opponendam exceptionem non numeratæ pecuniæ, & melius in decis. Maceraten. 103. num. 18. vbi testatur de communi, & alij per Staiban resol. 3. num. 4. cum alijs in prima decisione coram me §. Quam opinionem & §§. seqq.* vbi plures & efficaces afferuntur coniecturæ &c. *& in secunda decisione in §. Iniustitia euidens &c. circa med.* in qui-
7 bus inter † alias coniecturas admittitur illa solutionis partis dotis confessatæ, quæ infert iustificationem etiam in alijs partibus *ex allegatis in illis, & signanter in prima §. secunda coniectura*
8 *&c.* Et gratis † proponitur quod Authores allegati loquantur vbi præcessit promissio, hac enim præcedente sine alia coniectura vera numeratio probatur, *rotundus est text. in l. in contractibus 14. §. sed quoniam his disertissimis* verbis *illis etiam securitatibus quæ post confectionem dotalium instrumentum deuoluta dote ex parte, vel insolidum exponuntur nullam exceptionem non numeratæ pecuniæ penitus opponi* vbi *Gotfred. litt. M. Cuiac. nouell. 100. in fin.* & ante eos *glos. verb. penitus opponi C. de non num. pecu.* & multi *per Fontanell. de pact. nupt. p. 2. claus. 14. glos. vnic. par. 1. num. 31. & per Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 20. num. 22. & multis alijs Sanct. me. Greg. XV. dec. 491. num. 7. Mantic. cum alijs supra num. 14. & plurimi per Staiban. d. resol. 3. num. 33. qui non de maiori, vel dimidia, sed de quacunque parte soluta Surd. in cit. cons. 489. num. 22. Lancellottum reprehendens.*

9 Minus secunda † quod quantitas scut. 802. quæ probatur soluta, non constituat maiorem dotis partem, nec dimidium prout requiritur teste *Lancellot. Gall. ad consuet. Alexandr. in glos. viginti num. 72. vers. verum istud intelligas.* Quia
10 verbum, † *Pars*, non semper significat dimidiam, sed prout adiectum est, vt respondit *Iurisconsult. in l. nomen filiarum 164. §. portionis nomen ff. de verb. signif.* Ideoque iuxta subiectam materiam intelligi debet, vt ibidem ex alijs rectè explicat *Alciat. in verb. Portionis, & Rebuff. in vers. octauo ratione subiectæ materiæ fol. mihi 779*
11 Quare † merito hæc declaratio Lancellotti notatur *a Surd. d. cons. 489. num. 22.* vers. *quod si confessio continet veritatem &c.* & vers. *quæ sententia mihi non arridet &c.* & hanc opinionem passim secuta est Rota etiam in casibus, in quibus sūma

ma iustificata erat minor dimidia, vt videre est *in decis.24. sub num.8. vers. tertio quia &c. par.7 recent. & in Anconitana bonorum 1. Iunij 1643. §. quarto coram R.P.D. meo Bichio, vbi aliæ recensentur.*

Vltra quod si consideretur (vt par est) tota quantitas dotis in dicto instrumento confessata ad summam scut.4000. Hæc sanè iustificatur respectu scut. 2250. ab hæredibus primi viri exactorum, ex partitis, ac instrumentis, respectu vero scut.802. ex dd. decisionibus bo. me. Buccabellæ, & decretis subsecutis, ac in iudicatum transactis, itaut iustificata remanet in tribus ex quatuor partibus, & vltra; si vero consideretur summa scut.1750. dumtaxat, adhuc iustificatur pro maiori parte additis nempe dd. scut.802. scut.250. Equiti Galeatio mutuatis ex pecunijs traditis à Francisca dicto secundo viro, & alijs scut.83. exactis per Hieronymũ ab hæredibus primi viri pro interusurijs dotalibus, *vt ex instrumento quietantiæ, & partitis*
12 *in eo relatis*, † quod instrumentum tanquam factum cum tertijs extraneis caret omni suspicione *Didac.Couar.var.res.lib.1.cap.7.num.6. vers. est & alia*, constituitur summa scut.1135. quæ excedunt dimidiam partem scut.1750. vt patet ad calculum.

13 Minus tertia † ex impetratione inhibitionis dotalis statim post confessionem de receptis illis scutis 4000. quia ista est cautela à iure permissa, & à mulieribus passim fieri solita pro tuitione suorum iurium dotalium, & ideo nõ arguit simulationem, sed excludit omnem prorsus suspicionem *ad text. in l. qui autem 6. in princip. ff. de his quæ in fraud. credit.* cum ibi not.
14 per Doct. † & quod omnis suspicio simulationis cesset ex actu à iure permisso dixit *Rot. corã sanct.mem.Greg.XV.decis.195.num.10.& decis.201. num.42. & 43. par.7. recent.*

15 Non quarta † ex declaratione facta per Hieronymum coram quodam Presbytero, quod fecerit illam confessionem ad euitandam imminentem confiscationem. Quia huius solius attestatio vti simplex fides non facit fidem, præsertim quia nec est iudicialis, nec legitimè recepta; ideo nullum facit gradum probationis super asserta declaratione extraiudiciali Hieronymi, *Rot.decis.108.num.7. & decis.664.num.6*
16 *vers. quo vero ad alios par.4. diuers.* † Et maximè quia ille Presbyter fuit procurator illorum de Fanellis in hac eadem causa, vt in extract. fol. 590. Ideo non est idoneus Testis, & sicut non crederetur eius viuæ voci, ita multo minus mortuæ credendum est, vt ad propositum arguit *Bald. in l. 1. sub num. 10. vers. sed quid in his C. de eden. Rot.decis.162.num.16. & 17. par.4. to.2.*
17 *recent.* Eoque minus † contra publicum instrumentum Hieronymi iuramento confirmatũ, & tot alijs adminiculis roboratum, quod propterea licet contineat solam confessionem de recepto, probat tamen veram numerationem, *vt in d.decis.24.num.8. par.7. recent.* & alijs multis
18 in præteritis adductis, † vbi quod si cum cõfessione concurrit iuramentum promissorium de restituendo dotem confessatã talis confessio probat verã numerationẽ ex Aret.Dec.& multis alijs ibi & à nobis in præcedentibus citatis.

19 Nec † quinta desumpta ex eo quod primo viro Francisca dederit in dotem sola scut.2000 nec ita augeri potuerit ob tenues facultates Patris. Quia hæc concidit ex lectura ipsius instrumenti ex quo patet vltra scuta 2000. in moneta fuisse quoque promissa mobilia, & arnesia ad scuta 250. & insuper dotem quoque Franciscæ auctam ex pecunijs, & rebus tam à primo viro, quam à proprijs consanguineis habitis constat ex Testibus, & congruit iuris præsumptio ad excludendum delictum, *& l.*
20 *dotem 30. de iur. dot.* non procedit † quando, prout hic, constat inter coniuges fuisse aliter conuentum, vt ipsa lex dicit, & tradit *Mantic. de tacit.lib.12.tit.15. num.20. & pluribus relatis firmatum fuit in Bononien. dotis 31. Martij 1627. coram Merlino, & in alia Bononien.5. Martij 1638. coram Eminentiss. D. meo Cardinali Panzirolo, vbi quod adhunc effectum sufficiunt præsumptiones, & coniecturæ, & pluros cumulantur.*

21 Minus † sexta desumpta ex eo quod Francisca anno 1623. non reportauerit quietantiam à marito de scutis 1750. sicuti reportauit de alijs scutis 2250. Quia huic adæquatè responsum *in decisione 16. Martij 1635. coram Buccabella & 17. Iunij præteriti coram me in §. nec attendenda venit.* Et corruit omnimodo, quia nec etiam ibi fuit facta mentio de scut.802. quę Rota iudicauit deberi, & pars ipsa libenter fatetur, vnde minus mirandũ est, si nec alia opponerẽtur & magis apparet instrumẽtum illud non tam ad confessionem de recepto, vel promissionẽ de restituendo, quam ad exactionem faciendã ab hæredibus primi mariti.

Nec septima ex eo quod nupserit Francisca contra patris voluntatem. Quia hæc aduersa Patris voluntas non probatur, imò contrariũ resultare visum fuit ex eo quod Pater eam cũ curru associauit, vt deponunt Testes iuxta 39. interrogatorium.

22 Neque octaua fundata † in eo quod Testes non deponant de traditione, asportatione mobilium facta ad domum primi mariti, quia hoc firmatum iam fuit *in d.decis.16. Martij 1635. coram Buccabella*; & liquet ex lectura depositionum eorumdem Testium *data in summario positionis d. diei 17. Iunij præteriti coram me*, in qua fuit responsum huic motiuo, & clariùs *in secunda 25. Nouembris anni præteriti in fine*, & constat satis ex quo ex pecunijs consignatis à Frãcisca fuerunt mutuata illa 250. scuta supradicta Equiti Galeatio.

23 Minus nona exceptio † deducta ex paupertate aliquorum Testium Tum quia hic modicus defectus suppletur ex legalitate, & numero aliorum, vt consuluit *Bertazz.conf.68 num.6.lib.1.* & faciunt relati *à Farinacc. de testib.*
24 *quæst. 57. num. 95. & 96.* Tùm etiam † quia isti Testes afferuntur non ad probandam, sed ad adminiculandam confessionem iuratam in instrumento factam a Hieronymo, ideò exuberant in hac materia, in qua sat essent adminicula, & præsumptiones *Didac.Couar.d.lib.1.c.7. num. 6. §. sic ex confessione ad fin. vers. item & illud si vltra mariti confessionem Gratian. d.decis. Macera-*

ten.

ten. 103. num. 21. & 24. cum alijs allegatis in 2. decisione coram me 15. Nouembris præteriti in §. nec refert quod testes.
25 Præterquam quod † paupertas non detrahit fidei testium qui sint honestæ, & probatæ vitæ *c. si qui testium 8. & ibi gloss. & Bald. num. 3. de test. Alex. cons. 65. num. 11. lib. 1. Ruin. consil. 130. num. 10. lib. 4. Rota in Romana legati de Vrsinis 1. Martij 1621. coram Vbaldo, & in Hispalen. primitiarum 31. Maij 1617. coram S. D. N. Inno-*
26 *cio X.* quod † totum Iudicis religioni committitur *l. 3. §. ideoque ff. testib.*

Neque Decima quod Testes loquantur de mobilibus contentis in folio æstimationis factæ à Palazzina. Quia loquuntur de duabus crumenis cum Nummis aureis, & argenteis de lino, vasibus figuli, & alijs, de quibus in eorum depositionibus dicta die 17. Iunij datis, & per Rotam admissis, *vt in decis. d. die edita in §. Prima autem coniectura desumitur ex Testibus.*

27 Nec † vndecima exceptio paupertatis Patris Franciscæ. Quia hæc nullibi probatur, Imò contrarium potius videtur verius, dum vsque de anno 1617. quo dotes erant minores, dedit Franciscæ scut. 2000. & arnesium, quæ in tanta quantitate dari non solent à pauperibus, vt experientia docet.

Neque duodecima. Ex quo Testes dicant vidisse mobilia existentia in Castro Stacciolæ
28 in Domo Franciscæ. † Quia non concludunt fuisse illa eadem, quæ eidem à primo Viro legata fuerunt, nec coarctant negatiuam, quod Francisca non consignauerit Viro alia mobilia præter illa descripta in folio Palazziuæ, & ideò nihil releuant ex notat. per *Bald. in l. Actor 13. num. 9. C. de probat. Ang in l. 1. num. 3. ff. de his qui sunt sui vel al. iur.* cum alijs quos refert, & sequitur *Rota decis. 544. num. 2. & 10. par. 2. tom. 2. recent. & decis. 54. num. 15. par. . tom. 2. recent.*

Non decimatertia, quod Francisca non potuerit dotem augere ex donis, ex quo si ista erant exigui valoris, non erant apta præstare
29 augmentum considerabile; † si verò erant magni valoris spectabat ad Virum. Quia conclusio vindicat sibi locum in bonis donatis, vel ab ipso Viro, vel ipsius intuitu, secus verò in alijs, signanter donatis à Consanguineis vxoris, quia vxori irreuocabiliter acquiruntur *textus sunt expressi in l. sed si plures 10. §. in Arrogato ff. de vulg. l. Aditio 45. ff. de acquir. hæred. l. quid earum 47. ff. de leg. 3. & ibi Doct. cum alijs pluribus quos refert, & sequitur Sanchez de matrim. tom. primo lib. 6. disput. 26. per tot. & signanter num. 4. 5. & 11.* Nec bonum est argumentum ab impossibilitate, quia possibilitas res ampla est, præcipue cum ex Testibus probetur actus transportationis, & reducitur argumentum de actu ad potentiam.

Nec decimaquarta elicita ex supposito quod Francisca non potuerit habere aliunde vnde
30 dotem augeret. Quia vltra dotem recuperatam ab hæredibus primi Viri, habuit quoque interusuria, quæ proculdubio augent dotem *l. si ante nuptias 6. ff. solut. matrimon. l. Dotis fructum 8. §. Primo ff. de iur. dot. l. videamus 38. §. Ante matrimonium ff. de vsur. cum alijs adductis in prima decisione coram me in §. Quinta de promitur &c.* Vltra quod habuit etiam multa mobilia, & dona habita à primo Viro Mercatore diuite, & qui potuit maiora dona facere vxori, & ab ipsius Franciscæ propinquis, & ex confessione, & alijs adminiculis sanè eliditur, vt sæpiùs inculcamus, vt aliquando satisfiat prolixæ partis responsioni, & repetitioni.

Non demum decimaquinta obiectio visa
31 fuit Dominis alicuius considerationis, † scilicet quod Hieronymus simulatã fecerit illam confessionem de recepto de anno 1628. ob timorem imminentis confiscationis, quia hæc exceptio cæteris debilior fuit abundè sublata in *dicta decisione 17. Iunij §. Prout nihil facit*; Vbi quod nec delictum probetur per vnicum Testem; nec probatum erat tale quod mereretur confiscationem, sed dumtaxat pœnam arbitrariam, ex *Gomez. var. tom. 3. cap. 6. num. 7. Farinac. var. quæst. crimin. tom. 1. quæst. 27. num. 139.* & est *textus in l. illud 8. ff. de appell. sub qua pœna arbitraria non uenit confiscatio, Baiard. ad clar. lib. 5. §. fin. quæst. 78. num 19. litt. N. ubi alios.*

In quam sententiam procliuiores fuerunt Domini ex eo quia confessio Hieronymi iuramento, & obligatione Camerali est vallata,
32 & non † affertur cõtra tertios, aut contra Creditores, sed contra Fanellos hæredes, & successores confitentis, contra quos non exiguntur
33 adeò efficaces probationes, † cum non possint dicere de mendacio eorum Authoris *Authent. de Iureiurand. in fin. princip. Surd. cons. 489. nu. 24. & 25. Cinc. de censibus quæst. 47. num. 12. Rota de-*
34 *cis. 462. part. 4. recent.* † Sed sufficit confessio etiam absque præcedenti promissione, iuncto tamen aliquali alio adminiculo, *Aymon. cons. 40. per totum, Castren. cons. 383. num. 2. vers. An autem lib. 2. Rota post Pacific. de Salutan. decis. 98. num. 7. cum alijs allegatis coram me in dicta decisione 17. Iunij §. & potissimè cum agatur, &c.* & 15. *Nouembris §. Et maximè cum dicta confessio*, vbi quod contra
35 hæredes † confitentis confessio de recepta dote iuncta aliqua pauca coniectura exuberat ex deductis in *Maceraten. Pecuniaria 14. Iunij 1641. coram bo. me. Merlino*, & in *Toletana dotis 17. Martij 1642. coram Reuerendiss. D. meo Dunozetto Decano.*

Tandem non obstat quod dicitur de Constitutione Marchiæ. Nam vltra quod illa conclusio de donatione posita in *d. decisione die 17. Iunij* adducitur ex super abundanti, quidquid sit de dicta Constitutione, cum Pars se velit ea iuuare propter dolum, & fraudem præten-
36 sam, † nihil facit, quia non potest allegare turpitudinem, & periurium sui Authoris, ex latè deductis in *Romana nullitatis Matrimonij 19. Ianuarij 1646. coram me*, & in puncto donationis scribit ipse *Boccacc. exaduerso adductus ad dictã Constit. gloss. 9, num. 31.*

Ex quibus, &c. Ita fuit conclusum contra Fanellos Informantes, &c.

Impressæ sunt istæ duæ decisiones in hac eadem causa emanatæ sub diebus 17. Iunii, & 15. Nouemb. 1645. coram eodem bon. mem. Arguelles sunt supra in hac eadem parte recent. decisiones 54. & 124.

R. P. D.

R. P. D. PEVTINGERO.

Leodien̄ Beneficij.

Veneris 3. Ianuarij 1648.

ARGVMENTVM.

Ius patronatus successoribus relictum spectat ad omnes æqualiter vbi plures contingat adesse hæredes, nec potest à primogenito, vel natu maiore ius prętendi, vbi qualitas primogeniti, vel maioris natu non fuerit in institutione, vel legato expressa etiam si in aliquibus tantum præsentationibus reperiatur.

SVMMARIVM.

1 *Successorum appellatione in materia indifferenti veniunt hæredes quicunqne etiam extranei.*
2 *Successoribus vocatis in numero plurali vbi plures sunt hæredes omnes censentur vocati.*
3 *Iuspatronatus est quid ab administratione separatum.*
4 *ex Separatis non bona fit illatio.*
5 *Domo pluribus legata, omnes legatarij admittuntur.*
6 *Legatum vnius rei pluribus factum, omnibus pro virili acquiritur.*
7 *Successor iurispatronatus non potest impugnare factū sui auctoris.*
8 *Successor iurispatronatus possit nè in præiudicium aliorum vocatorum qualitatem hæreditariam imponere.*
9 *Successor licet vnicus præsentauerit, non ex hoc infertur quod vni tantum competat ius patronatus.*
10 *Interpretationi locus non est quando nulla in verbis cadit dubitatio.*
11 *Obseruantia proximior attendi debet.*
12 *Qualitas in præsentationibus expressa quando dicatur stare tantum demonstratiuè.*
13 *Compatronus præsentatus possit nè se ipsum compræsentare.*
14 *Præscriptio non potest considerari, vbi non adest persona contrà quam præscribi possit.*
15 *Qualitas maioris natu, seù primogeniti vni soli conuenit.*
16 *Primogeniti filius excludit Patruum in materia iurispatronatus.*
17 *Maioris natu appellatione qui veniat.*
18 *Error tollitur ex reiterata expresione.*
19 *Error probari debet concludenter, nec sufficit allegare.*
20 *Quasi possessio præsentādi vnius ex compatronis præiudicet nè alijs.*
21 *Mala fides compatroni dicitur si sciens iuspatronatus etiam ad alios spectare, solus præsentare voluit.*
22 *Tutor non præscribit contrà suos pupillos.*
23 *Præscriptio quatragenaria requiritur in iurepatronatus.*

DECISIO C.XLIX.

REV. P. D. meus Otthobonus sub die 9. Aprilis 1646. per sententiā pronunciauit Iuspatronatus simplicis Beneficij Ecclesiastici sub Inuocatione Sanctissimæ Trinitatis, necnon SS. Mariæ, & Catharinæ, S. Ioannis Baptistæ, & omnium Sanctorum in Ecclesia Parochiali Sancti Seuerini Ciuitatis Leodien̄ æqualiter spectasse ad Gherardū Iuniorem, & q. Stephanum eius Fratrem de Gordinis, qui illud tanquam maior natu solus prætendebat; à qua sententia appellationis causa mihi commissa, hodie proposito dubio, An hæc sententia confirmanda, vel infirmanda esset, Domini pro eius confirmatione responderunt. Et quia eiusdem validitas, nec ab ipsa parte appellante controuertebatur, sola quæstione ad iustitiam deducta, eam satis apertè fuisse demonstratam Domini dixerunt, tàm in decisione in hac eadem causa sub die 22. Iunij 1637. coram bon. mem. Merlino emanata, quam ex optimè deductis in *decis. prima Februarij 1645. coram D. meo Otthobono.* * Veritas enim ita se habet, quod Ioannes de Almeide in Testamento in quo vna cum Vxore sua Catharina legatum pium pro celebratione Missarum constituit, electionem Sacerdotum reseruauit, primùm dictæ Catharinæ, deindè communibus successoribus ibi: *Et nostrorum successorum,*
1 †quorum appellatione in materia indifferenti, qualis est iuspatronatus, veniunt extranei, & quicumque hæredes, vt tradit *Alex. cōs. 193. lib. 2. Decius, & alij in decisione D. mei Otthoboni §. ratio resolutionis, in fine relati,* itaut si plures
2 sint simul hæredes, † omnes dicantur propter vniuersalitatem verbi, *successorum*, in plurali, vocati, *Soccin. Iun. cons. 171. num. 6. lib. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 70. numer. 33. & 34.* Quem Testamenti sensum non infregit administratio cum distributione facienda Sacerdotibus inferiùs in eodem Testamento demandata vltimo ex ipsis coniugibus superstiti; & post mortem istius, idem onus iniunctum illis, qui domum coniugum inhabitabunt, aut cui hęc domus per Testamentū relicta erit: ex quo malè inferunt hæredes Stephani, vni tantum pro tempore competere debere electionem, quia ab hac administratione non rectè infertur ad ius eligendi, cum iuspatronatus sit quid
3 ab † administratione separatum, & distinctum, *Bart. in l. executor, verb. ego dicebam, C. de executio-*
4 *ne rei iudicatæ*; & ex separatis non † fit bona illatio, *l. Papinianus exuli, ff. de minor.* immò vnicitas Administratoris, vel Patroni excluditur, eo ipso quod relicta fuerit illis qui domū inhabitabunt, & cui domus relinquetur, etiamsi postmodum vni personæ domus legaretur, quia sub eo nomine veniunt etiam plures le-
5 gatarij, † si pluribus simul domum legari cōtingat, vt fieri potest, *Cepoll. cons. 52. numer. 2. Peregr. de fideicomm. art. 17. num. 26. Osas. decis. 81.*
6 *sub num. 15.* nam eadem res pluribus † legata singulis pro virili acquiritur, *l. re coniuncti, ff. l. 3. l. reos, C. de duob. reis cum vulgaribus.*

Hæc veritas manifestè elucescit ex reseruatione facta à Lamberto de anno 1503. pro se, hæredibus, & successoribus, & sic omnibus hæredibus etiam extraneis, quam Stephanus impugnare non potest. minusque eius hæredes,
7 quia fuit successor dicti Lamberti, etiam mediante persona Ioannis tertij eius patris, qui de annis 1581. & 1582. explicitè præsentauerat,

vti repræsentans Lambertum, & ex eius fundatione, *Summ. nu.2.* vt in terminis iurispatronatus tradit *Lambertin. de iurepatr. part.2. lib.1. quæst.2. artic.7. num.4. in fin. Gratian. discept. 577. & 41. & 42.* alijque relati à *Modern. Pisan. de iurepatron. lib.14. cap.2. num.29. & seqq. fol. 687.* maximè quia successores Lamberti alio titulo hoc iuspatronatus prætendere non possunt, cum nec domus habitatores sint, nec aliam causam à fundationibus habere ostendere possint, vndè hic non intrat illa questio, An Lambertus hanc qualitatem hæreditariam simul,
8 & semel de pluribus hæredibus aptam † præiudicari in præiudicium aliorum hæredum à fundatoribus vocatorum imprimere potuerit, de qua fuit actum in *Pistorien. Iurispatronatus 31. Maij 1628. coram bo. me. Merlino*, & in *Fesulana Beneficij, seù Oratorij 15. Decemb. 1646. coram R. P. D. meo Bichio*. Quia remoto ab hæredibus Stephani iure proueniente à Lamberto, nihil iuris in hoc patronatu apud ipsos remanet.

Non obstat, quod de anno 1500. 1514. 1523. Lambertus solus præsentauerit, & ab ipso presentatus alijs à prætensis compatronis præsentatis antepositus fuerit, quia de anno 1500. præter ipsum nemo alius præsentauit, annis verò 1514. & 1523. alij cum ipso, sed sub diuerso titulo, illi videlicet tanquam dictæ domus habitatores præsentarunt, ipse verò vti reseruatarius iurispatronatus, quod sibi, & hæredibus, & successoribus de anno 1503. quando domum vendidit ex fundatorum successione delatum reseruauit; vndè cum Lambertus in dicta successione, seù reseruatione alium non haberet competitorem, seù consortem, ideòque vti vnicus successor præsentare po-
9 tuerit, † non propterea indè infertur, quod vni tantum competat iuspatronatus, vt in proximis terminis tradit *Molin. de primogen. lib.2. cap.6. num.22.* vbi ait, non probari hæreditatem vni tantum videlicet primogenito deberi ex quo vnus tantum successerit, cum non tanquam primogenitus, sed vti vnigenitus succedere potuerit, *Rot. decis.495. num.6. part.1. recent.*

Neque hæredes Stephani iuuari possunt ex obseruantia interpretatiua, quia interpretatiuę
10 locus non est, † quando vt hic ex verbis supra relatis tàm fundationis, quàm reseruationis nulla dubietas relinquitur, *Rot. dec.39. nu.11. part.2. diuers. decis.275. numer.6. part.1. recentior.* Immò, quia vigore dictæ reseruationis de anno 1514. & 1523. institutus fuit præsentatus à Lamberto in concursu aliorum prætendentiũ Iuspatronatus ex primæua erectione, & Testamento fundatorum; vtique hæc præsentatio, & successiua institutio suffragatur vocatis in reseruatione Lamberti tanquam obseruantia
11 proxima, † quæ attendi debet, ex fusè allegatis in §. *neque suffragatur, in decisione supradicta coram D. meo Otthobono.*

Minùs iuuari possunt dicti hæredes Stephani ex præscriptione ab eis allegata, quia licet præsentatio anni 1622. fuerit facta vti à maiore natu, hæc qualitas tanquam in alijs præsen-
12 tationibus, † aut nullo modo expressa, aut solummodo enunciata intelligi debet stare tantùm demonstratiuè, vt ex *Anchar. & alijs allegatis* optimè in §. *nec obesse*, ponderauit dicta *decisio coram D. meo Otthobono*, & singulas præsentationes ab anno 1558. recensendo nulla suffragatur, quia dicto anno facta à Gherardo ratione proprietatis, & a Ioanne primò ratione vsusfructus ad prescriptionem inducendam apta esse non potest, cum non constet Gherardum alium habuisse fratrem quàm Ioannem
13 secundum, † qui tanquam tunc præsentatus non potuit seipsum compræsentare, quia hoc ei perniciosum fuisset, *cap. per nostras de iurepatr. cap. fin. de instit. Lotther. de rè benefic. lib.2. quæst.38. nu.22. Rota in Barchinonen. Beneficij 2. May 1625. coram bon. me. Pirouano*. Vndè dum nullus alius frater aderat, qui in præsentando posset concurrere cum Gherardo, ab hac præsentatione initium sumere suum præscriptio non potest;
14 quia non aderat persona † contra quam præscriberetur, vt ex *Bald. Anchar. Crauet. Menoch. & alijs plurimis ibi cumulatis*, tradit *Add. ad Molin. de primogen. lib.2. cap.6. num.22. & 23.*

Paritèr nec altera præsentatio de anno 1569. tanquam similiter à Gherardo, & Ioanne eius Patre facta de persona Ioannis tertij filij ipsius Gherardi vnicitatem iuris huius patronatus probat, immò cum idem Ioannes præsentatus de anno 1579. hoc beneficium resignauerit in manibus Ioãnis secundi sui patrui, & ipsius cohæredum, cuius resignationis vigore ipse Ioannes secundus tàm suo, quàm cohæredum nomine alium presentauerit, & his nominibus presentatio ab Ordinario admissa fuerit, ex his actibus ius solius maioris natu excluditur in hoc patronatu, quia si ei soli competijsset, resignatio, & præsentatio subsequens solum nominè suo, & non etiam nomine cohæredum
15 facta fuisset, † cum qualitas maioris natu, seù primogeniti vni solum conueniat, *Menoch. consil.211. num.12. & 13. & cons.322. num.64. Larea decis. Granat.67. sub num.17. Rota in Romana successionis de Amatis 16. Nouemb. 1646. coram D. meo Bichio*; Et si verum sit, quod iuspatronatus maiori natu dumtaxat competeret, Ioannes tertius non resignasset in manibus Ioannis secundi eius patrui, minusque ab illo præsenta-
16 tionem fieri permisisset, † cũ in primogenituris filius primogeniti patruum excludat, vt in terminis iurispatronatus plures allegat *Modern. Pisan. de iurepatr. lib.4. cap.2. num.59.* & in specie vocationis maioris natu; *Fusar. de substit. quæst.387. num.47. & seq.* vbi plures cumulat, & de magis communi testatur; appellatione namque maioris natu non venit Senior de Fa-
17 milia, sed primogenitus, † quando vt in casu præsenti, enunciatio de filio maiore natu habet respectum ad alios filios eiusdem communis patris, non autem ad filios transuersalium de Familia, sicuti distinguendo firmauit *Menoch. cons.442. num.20. & seqq.* quem sequitur *Honded. cons.70. num.42. lib.2. Fusar. d. quæst.387. nu.48.* cui veritati gratis ab hæredibus Stephani respondetur has prætensiones factas fuisse per errorem, cum de alio anteriori statu contrario non constet, immò ipsa verba fundationis, & reseruationis hoc confirment, & vlterius

rius reiterata expressio, quod iuspatronatus spectet ad Ioannem secundum, & eius cohæredes facta in pluribus actibus, videlicet in resignatione Ioannis tertij, in præsentatione subsecuta à Ioanne secundo, & in restitutione
18 eiusdem præsentati † tollunt de medio omnem penitus errorem, *Eura tt.decis.419.num.10.* quamuis prætensum errorem asserere non
19 sufficeret, † sed deberet concludentissimè ab allegante probari, *Buratt. decis.200. numer.5. decis.592. num.1.*

Similiter neque præsentationes de anno 1581.1582.1583.& 1595. à Ioanne tertio facta pro inducenda prætensa præscriptione iuuant, quia per has quasi possessio priuatiuè ad alios
20 cohæredes, † qui ex supradicta præsentatione anni 1579. in quasi possessione præsentandi constituti fuerant, acquiri non potuit, vt in puncto præsentationis factæ ab vno tanquam antiquiore tradit *Ruin. cons.50.nu.9. lib.5.* tum etiam quia Ioannes tertius erat in mala fide, dum in duabus prioribus præsentatiouibus annorum 1581.& 1582. explicitè professus fuit præsentare vti repræsentans Lambertum, ac ex eius fundatione, & sic notam habebat qualitatem hæreditariam in fundatione allegata contentam, sicuti ponderatur in prima decisione *bon.mem.Merlini §.verùm.* Et dum ipse vt supra biennio ante hoc iuspatronatus ad plu-
21 res hæredes spectare agnouerat, † vtique in mala fide fuisset, si solus exclusiuè quoad alios cohæredes præsentare voluisset, *Cancer. variar. resol. tom.1. cap.15.nu.541.* quæ mala fides præscriptionem impediret, *Caualer. decis.22.num.3. cum aliis in decisione D.mei Otthoboni §.verùm allegatis,* vbi benè quoque ponderatur quod ad hunc effectum scientia aliorum cohæredum, & sic compatronorum necessaria fuisset, dum eas in quasi possessione præsentandi extitisse constat ex ipsa antecedenti præsentatione anni 1579. tantò magis quia vt ex *Summario Gherardi præteritæ positionis num.7.* ex quietantia apparet ipsum fuisse fratrum, & sororum cohæ-
22 redum Tutorem, † contra quos ob indè præscribere non poterat, *l. sicut, versic. sed pupillari ætate, C.de præscript.30.annorum, Bald.de præscript. part.6. nu.29. Odd. de rest.in integr. part.2.quæst.30. art.2. num.9. Buratt.decis.774. num.3.* vbi *Addens littera A. allegat plures concord.*

Deniquc nec præsentationes dictorū annorum 1583.& 1595. prout nec illa anni 1615. continent expressionem, vt opus esset, quod sint factæ à maiori natu, & illa sola anni 1622. quæ dedit causam liti nil probat, adeò quod clarum remanet præscriptionem, aut cœptam nunquam fuisse, aut saltem interruptam de anno 1579. cum post hunc annum interuenerit in dictis quatuor præsentationibus Ioannis tertij mala fides, & vlterius præsentationes factæ cum expressione qualitatis maioris natu
23 non durauerint, per 40.† annos ad præscriptionem necessarios, vt fuit dictum *coram Reuerendiss. Vrgellen. decis.125.num.6.* & in *Sulmonen. Beneficii 23.Ianuarii 1647. coram me.*

Decisio verò *coram bo.me.Vbaldo sub die 14.Ianuarii 1628.* quæ contra hanc resolutionem pugnare videbatur, dum in ea firmatum fuit ius hoc patronatus ex præscriptione quadragenaria ad maiorem natu pertinere non firmat contrarium simpliciter cum in eadem causa sub die 13. Nouembris eiusdem anni 1628. *Coram bon.mem.Coccino,* vt legitur in initio decisionis Dñi super hoc motiuo non fuerunt concordes, sed resolutio ex alio fundamento fuit cōfirmata, nempè quasi possessionis præsentandi, in qua Stephanus, qui cum Ioanne præsentauit, existebat, quem ideò esse instituen̄ Rota respondit:

Hodie igitur patronatum esse hæreditarium & sic æqualiter ad Gherardum, & Stephanum spectare, fuit iterum vtraque parte informante resolutum, &c.

☞ *Decisio ista emanata in hac eadem causa coram bon. mem.Merlino sub die 22.Iunii 1637. est inter eius impressas decis.250.*

☞ *Impressa est præsens decisio facta in hac eadem causa sub die 1.Februarii 1645. coram nunc Eminentiss. Card. Otthobono, inter eius impress. decisio.*

R. P. D. CELSO,

Posteà S.R.E. CARDINALI.

Nullius, seù Burgen̄ iuris Visitandi.

Veneris 7.Februarij 1648.

ARGVMENTVM.

Monasterium Abbati subiectum ab illo, potest visitari, & quasi antecessoris possessio, successori suffragatur, ex quo tamen dicatur Abbatem habere ius visitandi ex decisione patebit.

SVMMARIVM.

1 *Possessio, seù quasi iuris visitandi probatur ex instrumentis visitationum.*
2 *Possessio antecessoris suffragatur successori etiam in iure visitandi, & ad effectum manutentionis.*
3 *Abbas ex quibus dicatur habere ius visitandi.*
4 *per Transactionem dicitur a lite recessum. & numer. seq.*
5 *Lis extinguitur per transactionem.*
Litigiosi vitio notari non possunt actus facti vigore transactionis. num.5.
6 *Possessio, seù quasi semel quæsita per lites, & controuersias de nouo excitatas prohiberi, & impediri non potest.*
7 *Pontifex non censetur tertio præiudicare uoluisse.*
8 *Manutentionis iudicium non admittit controuersias super petitorio.*

DECISIO C.L.

COMMISSA mihi causa appellationis a sententia Rotali, per quam pronunciatum fuerat, Abbati S. Emiliani competere Ius visitandi Monasterium B. MARIAE de Spino, dum idem Monasterium instabat pro subcriptione dubij An sententia esset confirmanda

vel infirmanda se opposuit prædictus Abbas instans, quod in primis cognoscetetur de possessorio; Vndè dato dubio, An illi esset concedendum mandatum de manuteneñ in possessione, seù quasi visitandi Monasterium B. Mariæ de Spino, illud affirmatiuè resolutum fuit, quia ex quatuor Instrumentis visi-
1 tationum, † nempè de anno 1413. 1574. 1580. & 1621. in quibus aliæ enunciantur, manifestè apparet de possessione Abbatis visitandi Monasterium prædictum, iuxta *text. in cap. quærelam de electio, & cap. consultationibus de iurepatronatus*, & in terminis iuris visitandi, dicit *Rota coram Card. Mant. decis. 322. nu. 2. & 165. per tot. part. 4. diuers. in recent. decis. 501. nu. 1. part. 2. & decis. 368. num. 2. & 3. part. 4. tom. 2.*

Quamuis enim modernus Abbas non doceat, se vnquam visitasse nihilominus quasi possessio acquisita per Abbates antecessores
2 iuuat † ipsum, tanquam successorem ad effectum manutentionis, *Rot. coram bon. mem. Coccino decis. 26. num. 3. & decis. 380. num. 1. Hispalen. primitiarum 13. Maij 1622. Nauarro, & in recent. d. decis. 501. num. 2. part. 2.* vbi in terminis iuris visitandi, *& decis. 290. nu. 7. & seqq. part. 4. tom. 2.*

Et eo libentius Domini responderunt pro eodem Abbate, quia talis possessio remanet iustificata, non solum ex Indultis Apostolicis Benedicti XIII. & Eugenij IV. sed etiam ex confessione facta per Instrumētum publicum de anno 1467. in quo Prior, & Monaci Conuentus B. Marię de Spino expressè declararunt quod dictū Monasterium à principio suæ fundationis, & dotationis fuerat subiectum Abbati S. Emiliani, illumque agnouerunt in visitatorem, promittentes stare eius visitationibus; Ac etiam ex duabus sententijs, altera Generalis Ordinis S. Benedicti Hispaniarum, altera verò Rotali, præuijs pluribus decisionibus lata, declarante, Ecclesiam Monasterialem Beatæ Mariæ del Spino esse subiectam d. Monasterio S. Emiliani, eiusque Abbati competere ius
3 visitandi; † Itaut ex prædictis, & ex alijs latè deductis in decisionibus in causa factis possessio Abbatis remaneat vndique iustificata, *Bald. in l. data opera num. 102. vers. vndè quantum, C. de his, qui accus. non poss. Rot. coram san. mem. Gregor. dec. 412. nu. 1. Pistorien. iurisdictionis 3. Iunij 1632. Queippo, Aquiland iurisdictionis post Marches. de commissio. part. 2. fol. 980. & in recentior. decis. 337. num. 1. & seq. part. 6.*

Non obstat, quod in erectione Monasterij B. Mariæ del Spino fuerit per Abbatem Sancti Emiliani promissa quædam assignatio bonorum correspectiua ad subiectionem, quæ cum non fuerit effectuata cesset quoque prætensa subiectio, & consequenter etiam ius visitandi; Nam vltra quod in litteris Benedicti XIII. huiusmodi assignatio, & dotatio debebat fieri ex prouentibus, & eleemosynis fidelium, ibi: *Et quod ex oblationibus, & obuentionibus ibidem prouenientibus quinque Presbyteri, & nonnulli alij ibidem Domino famulantes congruè substentari, &c.* cessat obiectum stante concordia inita de an-
4 no 1414. † per quam partes recenserunt à lite super consignatione prædicta, *leg. postquam liti, C. de pact. l. fratris 10. C. de transactio. cap. 1. eod. tit. & cap. 1. de lit. contest. in 6. Bald. in l. si non sortem, §. adeò in fin. ff. de cond. indeb.*

Et hinc etiam tollitur difficultas, quod actus, quorū vigore manutentio prætenditur subia-
5 ceat vitio litigiosi, † nam stante concordia prædicta præcedens lis remansit extincta, & actus gesti non possunt vitio litigiosi notari, *Bart. in l. 1. per tot.* & ibi *Bald. ante nu. 1. vers. alia est, C. de longi temp. præscript. Ias. in l. 2. sub num. 19. vers. limita notabiliter, C. de edendo,* & in *l. cum mota nu. 4. vers. facit quod vult gloss. C. de transact. Aym. consil. 182. nu. 4. Cacheran. decis. Pedem. 144. nu. 9.*

Maximè cum ex lectura ipsorū instrumentorum appareat, illos fuisse pacificè gestos, & absque vlla contradictione, vel protestatione, immò presentibus, patientibus, & consentientibus Abbate, & Monacis Monasterij B. Mariæ del Spino, & sic ex illis fuit perfectè acquisi-
6 ta quasi possessio † cuius continuatio ob lites, & controuersias de nouo excitātas prohiberi, & impediri non potuit, *cap. 1. & 2. vt lit. pend. Mantic. decis. 202. num. 2. Seraph. decis. 1437. nu. 3. Oritana voti 27. Martii 1626. Remboldo penes Posth. de manutenen. decis. 201. num. 6.*

Non obstat facultas concessa ab Alexandro VI. Visitatoribus generalibus totius Congregationis Hispaniarum, & à Paulo V. in Abbatem generalem translata, quia per illam non fuerunt sublata iura particularia in Monasterijs ipsis subiectis competentia, quibus nec Congregatio potuit neque Pontifex cen-
7 setur, † voluisse præiudicare, vt sunt textus expressi in *cap. in singulis, §. ordinentur,* & ibi *gloss. verb. vice nostra, & cap. seq. de statu Monach.* & fuit plenè deductū in hac causa *sub die 18. Iunij 1631 coram bon. mem. Pirouano.*

Cætera exaduerso deducta tanquam turbida, & concernentia petitorium Domini cen-
8 suerunt, † non esse discutienda in hoc summarijssimo iudicio manutentionis, *Achill. decis. 15. de restit. spol. Pampilonen. iuris nominandi Vicarium 25. Maii 1644. coram Peutingerio, & in recent. decis. 310. num. 7. part. 4.* & *coram Andr. decision. 39. numer. 8.*

Et ita vtraque parte informante fuit decisum.

R. P. D. GHISILERIO;

Postea Episcopo IMOLEN.

Romana Societatis de Rotignis.

Lunæ 10. Februarij 1648.

ARGVMENTVM.

Societate à principio simpliciter contracta cum litteris oblatorijs absque vlla temporis vel facultatis præfinitione conceptis, quidquid per socios, & complementarios geritur etiam societate per mortem aut alias finita, non tamen illius dissolutione creditoribus notificata, omnes obligat socios; cuius occasione plura in materia societatis practicabilia, & vsui Mercatorum accomodata in hac decisione videbis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Socij tenentur ex facto complomentarij, quem societati præposuerunt socius unus obligat societatem.*

Creditores cum altero socio contrahentes post mortem altorius an habeant oqligatam societatem nu. primo seqq. & per totam.

2 *Bona fides inter mercatores seruari debet.*

3 *Complementarius qui post socij mortem negotiationem prosequitur; an obliget societatem uide per totam decis.*

4 *Societas soluitur per mortem.*

5 *Dissolutio societatis quando notificari debeat & num. seqq. num. 12.*

6 *Creditor inuestigare tenetur personam, & qualitatem eius cum quo contrahit.*

7 *Creditor scire tenetur qualitatem pactorum societatis, & quanto tempore illa durat, alias sibi imputare debet.*

8 *Socius an teneatur ad debita post societatem centracta.*

9 *Contrahentes ignorantes sub qua lege, & forma fuerit institor præpositus non excusantur.*

Institor usque ad certum tempus præpositus eo finito non obligat præponentem nu. 9.

10 *Litteræ oblatoriæ in aperitione rationis bancariæ attendi debent, non autem conuentiones particuliter inter socios factæ, et nu. 17.*

11 *Castrens. cons. 104. lib. primo late declaratur, et sup. nu. 5. cum seqq.*

12 *Notificatio dissolutionis societatis à principio simpliciter contractæ necessario fieri debet.*

13 *Societate simpliciter contracta, ea dissoluta socij tenentur, nisi illius dissolutionem notificare fecerint, & nu. seqq. & per tot.*

14 *Institore simpliciter constituto absque temporis præfinitione necessaria est reuocationis notificatio et uid. per tot.*

16 *Socius si uult à societate recedere, quid facere debeat, ut non teneatur ad debita postea contracta.*

17 *Mandati fines sunt obseruandi.*

18 *Continuatio societatis post mortem socij arguitur ex non secuta notificatione.*

19 *Hæredem nomen dicitur collectiuum.*

Societas contracta cum alicuius hæredibus quandò per mortem dicatur dissoluta nu. 19.

20 *Societatem nunquam contractam probare nè possint actus sociali nomine facti.*

21 *Actus qui citra ius, et nomen societatis fieri non possunt societatis continuationem inducunt.*

Amplia quia probant, et inducunt etiam societatem num. 22.

23 *Gesta inter Socios mercatoribus non præiudicant.*

24 *Facta præferuntur uerbis.*

Facto plus est aliquid facere quam uerbis nu. 24.

25 *Dissolutio fieri debet uero eodemque uinculo quo fuit facta ligatio.*

DECISIO CLI.

CAVSA per duas vices vtraque parte informante proposita, Domini, vt in decisionibus sub diebus 19. Iunij 1645. & 2. Martij 1646. iterum dixerunt, Ioannem Mariam teneri ad debita Societatis ab ipso initæ, cum Hæredibus q. Ioannis Andreæ Rotigni etiam contracta post mortem Ioannis alterius ex dictis Hæredibus.

Fundamentum resolutionis fuit, quia cum in litteris oblatorijs in aperitione Rationis Bāchariæ in Vrbe, de anno 1638. sub nomine d. Io: Mariæ, & hæredum q. Io: Andreæ Rotigni iuxta stilum, qui seruatur à Mercatoribus, transmissis in diuersis partibus fuerit expresse cautum, quod præstari deberet fides litteris sociorum, quousque contrarium non esset notificatum, ibi, *à quali prestarete solamente fede, sinche in contrario ui sarà detto*, notificatione non sequta, remansit obligatus Io: Maria ac si duraret societas, debebat enim, vt se eximeret ab omni præiudicio, & obligatione erga Creditores, qui vigore complementi Francisco fratri Ioannis, & coheredi Io: Andreæ concessi, adstrictus erat erga Creditores, cum potuerit
1 obligare societatem, & omnes socij, † qui cū
proposuerunt, ex eius facto insolidum tenentur
ad tradita per, *Bart. in l. eamdem in princip. et
fin. ff. de duob. reis, ut per Rot. Genuen. diuers. decis. 13.
num. 29. & 30. dec. 135. in princ. uers. in primis enim,
ac dec. 185. sub num. 1. vers. secundum dubium*, illis
pariter notificare solutionem eiusdem societa-
2 tis, ac negociationis, † ne alias sub fide eius
nominis, cui maximè crediderunt, deciperen-
tur, quod repugnat bonæ fidei inter Mercato-
res præcipuè seruandæ, ac publici commercij
fauori ad *l. 1. §. Magistrum autem, ff. de exercit. act. l.
quicunq. §. fin. ff. de fid. instrum. l. sed. & si pupillus §. de
quo palam, l. si quis mancipys §. si impubes ad fin. ver.
non enim imputandum ei est, l. in eam §. si Dominus ff.
de instit. act.* tradit *Cin. in l. mandatum sub nu. 6. vers.
aut. aduersarius erat contemplatione Domini gesturus*,
& infra C. *mand. Bald. in d. l. sed & si pupillus d. §.
de quo palam nu. 3. vers. nota quando ibiq. Castr. nu. 2.
vers. nota primo ff. de instit. act.* quorum sententia
procedit etiam in tacita reuocatione con ingē-
3 te per mortem, † quando complementarius
palam negociationem prosequitur, vt habetur
in *d. l. si quis mancipijs d. §. si impubes*, ibi, *non enim
imputandum ei est, quis sciens Dominum decessisse cum
Institore exercente mercem, contrahit, ff. de instit. act.
uel mors ignoratur, l. inter causas in princip. ff. mandat.
& l. actione §. morte uer. Item si alicuius ff. pro soc. Cin.
in d. l. mandatum sub n. 4. uers. Item in secunda C. mandati*, quas oblatorias fuisse scriptas de consensu Ioannis Mariæ constat non solum, quia fuerūt subscriptæ à Complemontario Rationis, sed etiam ex epistola, quam scripsit Ioannes Maria nepotibus sub die 18. Nouē. 1638. ex qua probatur illius scientia præpictarū litterarū oblatoriarū, ibi, *è ben vero, che habbiamo inuitato tutti gli amici per negotiar con quellà realtà, e termini mercantili con loro, che si deue &c.*

Non obstat, quod ex quo societas prætenditur totaliter dissoluta ob mortem Ioannis
vnius ex socijs sequutam de mense Octobris
4 1641. † notariam propter facinus eius, qui
mortem violentam intulit *§. soluitur instit. de soc.
l. societatem coire. §. dissociamur l. actione. §. morte. ff.
pro soc.* necnon per lapsum temporis cum de
an. 1638. fuerit inita societas duratura ad trien-
nium,

nium, vt in capitulis socialibus initis sub die 26.Iunij 1638.ibi, *che detta Compagnia deua principiare dal prossimo mese di Luglio come sopra,& habbia da durare per anni tre*, qua terminata de consensu partium anno 1640. Namque alias inspectis capitulis societas fuisset duratura etiam post tempus, quo facta fuerunt noua capitula, fuit de nouo alia incœpta die30.Decemb.eiusdem anni duratura ad annum proximum, vt pariter in subsequentibus capitulis socialibus, ibi, *che il detto negotio deua principiare sotto li 30. Decembre 1640. & seguitare per vn'anno solamente da finirsi per tutto Decembre 1641.* excludatur necessitas denunciationis, dissolutionis, societatis
5 finitæ, † & per mortem alterius ex consocijs, & per tempus finitum,quæ requiritur quidem quando dissolutio intercedit durante societate, secus vero post societatē finitam,vel per mortem, vel per lapsum temporis *Castr.in l.1.§. non autem nu.3.ff.de exercit.act.idem Castr.cons.104. n.2. vers.posito ergo, quod cessarent, & con.415. num. 2. ver.constat par.1.* quem sequitur *Stracc.de mercat tit.de contract.num. 13. & seq.* siquidem respectu temporis debebant creditores inuestigare de
6 qualitate, & conditione Francisci, † cum quo contrahebant, ex allegatis per *Castr.d.cons.104. num.1.*& consequenter pacta,cum quibus inita fuerat societas, & pro quanto tempore dura-
7 ret, † alias sibi imputare debent, vt in puncto benè distinguendo declarat *Gomes.var.resol.tom. 2.cap.5.de societ.sub nu.6.col.penult.vers.tertio modo, vsque ad finem*, vbi loquitur in terminis ad effe-
8 ctum, † vt vnus ex socijs non teneatur ad debita postea contracta, *Menoch.cons.121. num.67.* vbi allegat concordantes, *Decian.con.60.num.31 in princ.& 32.lib.2.* & signanter quod non excusentur contrahentes, si ignorent sub qua forma, & sub qua lege fuerit institor præpositus,
9 & † quod si fuit præpositus vsque ad tempus, finito illo tempore non obliget præponentem licèt tunc contrahentes ignorent officium finitum notat *Castr.in l.sed, & si pupillus, §.conditio autem præpositionis in 1. notab.num.2.ff.de instit. act. Paris.cons.94.num25.in fin.lib.1. & cons.93.num.52 lib.5.Surd.cons.32.num. 13. uer. nec resistit cum seq. Felic.de societ.cap.30.num.7.8.& 9.Franc.Ant.Cost. consil.55.num.6.lib.1.* respectu vero mortis,cum esset notissima, nulla alia requirebatur intimato. Quia cum non sint attendenda supradicta capitula, & conuentiones inter socios priuatim factæ tam de anno 1638. quam de anno 1640, nuper in actis pro parte Ioannis Mariæ
10 productæ, † sed sint attendendæ litteræ oblatoriæ in aperitione rationis banchariæ *d.l. & si pupillus.§.de quo palam. ff.de instit.action.Castr.d.con. 104.nu.1.ad med.ver. quod ergo dicitur par. 1.* vt in puncto dixit *Rot. in Ianuen. seu Romana cambij 12. Decembris1644.coram Reuerendiss.D.meo Decano in §. quemadmodum* ad eundem effect absque vlla temporis limitatione, & cum qualitate quod contrahentes credere debebant *alla mano del nostro Sig.Gio. Maria &c.& a quella del Sig.Gio. e Francesco Rotigni suoi nepoti &c. a quali prestarete solamente fede, sin che in contrario vi sarà detto* nulla habita relatione ad supradicta capitula, & conuentiones, & nulla eorum facta mentione non poterant contrahentes diuinare limitationem temporis in capitulis, quæ nunquam prodierunt in lucem contentam, sed credere debuerunt litteris oblatorijs, quod societas sine pæfixione temporis inita fuisset.

11 Neque obstat *Castr.d.cons.104.par.1.* † cum in illo casu ageretur de mandato à principio limitato vsque ad certum tempus, vt sub nu.1. vers.mandatum tamen istud: In hoc autem casu non solum ab initio non fuit mercatoribus notificata limitatio, sed potius datum mandatum liberum, & generale, quod tutò, & bona fide poterant contrahere cum vnoquoq; ex nominatis *fin che in contrario vi sarà detto*, & propterea Castr. in suo casu firmat, quod ex quo limitatio fuit apposita ab ipso principio, debet imputari contrahentibus si vltra tempus præfixum crediderunt, & in pluribus locis in eodē consilio declarat suam conclusionem procedere, quando limitatio temporis fuit apposita ab ipso principio, vt sub num. 1. in vers. prima ratio est, ibi, *quia tempore contractæ societatis prædictæ fuit appositum tempus trium annorum, & sex mensium*, inferiùs sub eodem n.1.vers.respōdeo, ibi, *ex quo fuit apposita ab ipso principio debuit esse nota*, & ibi *sicut in qualibet lege, vel conditione apposita ab ipso principio in mandato*, & clarius ante num.2 ibi. *non ergo pertinet ad præponentem manifestare formam, vel limitationem appositam à principio, sicut quando apponitur ex post facto*, & ante numer.3.ibi, *sed quando viuente mandante finiretur mandatum ex causa,vel reuocatione subsequuta ex post facto,tunc notificanda esset reuocatio*. Alias admittit,quo debeat fieri notificatio quotiescumque mandatum fuit factum à principio simpliciter,
12 & sine temporis præfinitione, † tunc enim cum contrahentes sciant, vel scire præsumantur, quod simpliciter, & quandocumque poterant contrahere secundum formam mandati remanerent sub bona fide decepti, nisi eis notificaretur dissolutio, vt tradit *Castr.eod.con.104. num. 1.post med. vers. quod ergo dicitur in l. sed & si pupillus*. Hanc distinctionem inter societatem ab initio contractam limitatè,vel liberè sequitur idem *Castr.in d.l.1.§.non autem nu.3. ver. secus si fuisset. ff. de exercit. act.* vbi quod contracta so-
13 cietate inter duos mercatores simpliciter,† nō autem ad certum tempus, alter ipsorum tenetur ex contractibus celebratis cum altero,licet postea esset dissoluta, nisi fecisset proclamare, & notificare omnibus, quod erat dissoluta, idem repetit *in d. l.sed, & si pupillus §.conditio. numer.2.ver.quod ergo dicitur*, dicens continuo mēti tenendum reuocationem publicè, & palam
14 debere notificari quando institor fuit constitutus simpliciter sine præfinitione temporis alias secus *Gomes.var.resol.d.tom.2.cap. 5. de societ. supradicto ver.tertio modo*. firmat necessariam es-
15 se notificationem † quando societas ab initio simpliciter fuit contracta, *Menoch.cons.121.allegatus in contrarium num.66. vers.* & verè cum Petro de Vbaldis distinguit, quod, aut est con-
16 tracta societas ad tempus incertum, † & tunc si vnus sociorum vult resedere, id facere debet medi-

mediante renunciatione, aut contracta est ad tempus certum, & tunc non est necessaria denunciatio, *Decian.uero con.60.num.31.& 32.lib.2.* refert eandem doctrinam *Petri de Vbald. Paris. cons.94.num. 25. in fin.* retorquetur, dum iuxta cons. Petri de Ancarano 332. dicit, inspiciendum esse tenorem societatis contractæ,& quid sit inuicem à consocijs demandatum, quapropter habuerunt creditores iustam causam credendi societatem duraturam vsquequo contrarium fuisset eis notificatum, vt in supra relatis verbis litterarum oblatoriarum.

Stante autem hac indefinita oblatione, seu mandato ad contrahendum donec contrariũ notificaretur, non debuerunt creditores inquirere capitula particularia societatis inter socios inita, sed necessaria fuit ex forma ipsius man-
17 dati, † cuius fines obseruandi sunt *l.diligenter, ff. mand.* denunciatio dissolutionis societatis etiã si secuta fuerit mors vnius ex socijs,eamq. creditores non ignorauerint, cum stante dicto mandato existimare potuerint quod socij,quia
18 non † denunciarunt, dissolutum esse societatem, voluerint eam post mortem inter se continuare, vt potuerunt *Menoch.d.cons.121.nu 73. ver.primus itaque est casus, & præsum.57.nu.4.lib.3. Rimin.iun.cons.711.nu.17.Mantic.tacit.lib.6. tit.24. num.28.Giurb.ad consuetud.Messan.cap.1.glo.6.n.40. & cap.9.glo. 12. num. 80.* Ratio est, quia cum societas non fuisset contracta cũ Francisco, & Ioanne, sed cum hæredibus Io: Mariæ, etiamsi obierit Ioannes, cum nomen hæredum Ioan-
19 nis Andreæ vti collectiuum,† satis verificetur in Francisco superstite, non inde sequutus fuit effectus dissolutionis societatis, prout indiuidualiter tenet *Paris.cons.82.num. 15.& 32. lib.1.* quem sequitur *Felin.de societ.cap. 32. num. 14. in fin.ver.sed hoc non procedit,& Blas.Michalor.de fratr. par.2.cap.40.nu.4.* eoque magis,quia etiam post mortem Ioannis dantur plures actus sociales, qui, quicquid sit an sufficerent ad probandam
20 societatem, † quæ nusquam contracta appareret, in quibus terminis procedunt *decis. in Tudertina Societ. 21. Iunij 1638. coram Eminentiss. Card.Panzirolo, & in Romana prætensæ societatis 12. Iunij 1645.& 10. Decembris 1646. coram R.P.D. meo Otthobono,* sanè præexistente vera societate, sufficiunt ad proban.illius continuationem, vel præbuerunt saltem iustam causam creditoribus opinandi illius continuationem post mortem, dum ipsis non fuit contrarium notificatum, prout promissum fuerat in dictis litteris oblatorijs, & in casibus prædictarum decisionum, omnes actus, qui prætendebantur citra ius, & nomen societatis fieri poterant,& tanquam æquiuoci societatem non inducebãt, differuntq.plurimũ ab hoc casu quia post obitũ Ioannis remansit indiuisum lucrũ, & nullæ fuerunt factæ rationes, computa, aut solidatio-
21 nes, † quarum omissio, iunctis alijs supra deductis citra ius, & nomen societatis nullo modo fieri potest, *Soccin.sen.con.87.n.12.& 13.lib.1. Menoch.præsum.57.nu.1.lib.3.*

Nec releuat quod Io: Maria dissenserit, ac reuocauerit facultatem in apoca cum Francisco celebrata post mortem Ioannis sub die 12. Nou.1641.tribus testibus munita,in qua Frãciscus promisit in posterum nolle vllo pacto vti nomine Io:Mariæ in scripturis, & negocijs, ac successiuè die 21. eiusdem mensis, & anni registrata in Archiuio Vrbano, ac demum obtinuerit sub die 10. Martij 1643. inhibitionem ab A.C. contra Franciscum, ne amplius illius nomen expenderet in negocio: Quoniam hæc acta cum Francisco pariter erant notificanda Mercatoribus eodem modo, quo à principio institutæ rationis fuerunt inuitati ad effectum, vt cauare possent à fraudibus,ne deciperentur, dum his non attentis idem Franciscus publicè continuauit negocia sub eodem nomine vsque ad decoctionem, sciente, & patiente eodem Io: Maria, vt firmat vtraque decisio, & euidentissimè probat apocha in qua sub die 29. Nouemb.1641.Io:Maria dat facultatem Francisco vendendi, hipotecandi &c. *qualsiuoglia effetti di mercantia, & crediti d'ogni sorte spettanti alla ragione di Gio: Maria, & heredi di Gio: Andrea Rotigni per la somma, & quantità di scudi 4000. d'oro stampe*, continens confessionem ipsius Io: Mariæ, quod tunc temporis extabat societas, de qua ex supradictis capitulis in actis productis amplius nequit dubitari, ita quod cum talis licentia sit vnus ex illis actibus, qui citra no-
22 men societatis fieri non possunt, † non solum probat societatem, sed etiam illã inducit *Corn. cons.54.uer.tacitus etiam lib.1.Sim.de Pret.cons. 24. num.7.lib.1.Palam.con.100.n.9.Rota dec.214.n.15. par.6.rec.* Alias gesta inter ipsos non poterant
23 præiudicare Mercatoribus, † qui ex publica eiusdem nominis cõtinuatione iustam habuerunt causam creden. eiusdem quoque societatis continuationem iuxta textum *in d.l.si quis mancipijs, §.si impubes in fin.uer.non enim imputan.ei est ff.de inst.act.& post Cin.sensit Bald.in d. §. de quo palam*, & ibidem explicat *Castr.d.num.2.uer.nota primo, & seq.Ant.Gomes.uer.resolut.to.2.tit.de societ. cap.4.sub n.6.uer.uerum tamen est,ac ibi Add.* &. cõprobatur *ex l.sed,& socius.§.1.ubi glo.in uerb.scierit ff.pro soc.*

Neque loco denunciationis d.solutionis societatis deseruire possunt litteræ scriptæ respõsalibus super morte Ioannis, quia præter illas scriptas Mercatoribus Fulginei sub die 23.&30 Nouembris 1641. in quibus se excusant,si ipsis crediderunt,tanquam occupati *nel fardello stralcio*, reliquæ continent solum suspensionem, seu verius excusationem, si tunc litteris Cambij non satisfaciebant, eò quod sequuta fuerat mors Ioannis, & aberat Franciscus consocius, vt patet ibi, *stante la morte del nostro Sig. Giouanni & per essere assente il Sig. Francesco si sono sospesi li scudi 1163. che na hà tratto Giouanni Pettichi di Venetia*, & in alia, ibi, *stante la morte del nostro Sig. Giouanni, che li giorni adietro restò assassinato,e morto compatirete il trattenimento delli nostri interessi*,& demum in alia,ibi, *stante la morte del nostro Sig. Giouanni, non trouandosi quì il nostro Sig. Francesco non habbiamo potuto seruirui*, quasi quod si ad fuisset Franciscus litteræ suum habuissent complementum. Ex prædictis itaque litteris solum resultat, quod mercatores habuerint scientiã mortis Ioannis, sed non sufficit talis scientia

ſtantibus ſupradictis litteris oblatorijs, & actibus continuatiuis, Attento etiam quod ex dictis litteris dum ſolum occaſione obitus Ioannis, & abſentiæ Franciſci excuſant ſuſpenſionē negotiorum elicitur animus continuandi non diſſoluendi.

Minus releuant particulares declarationes, conqueſtiones, & proteſtationes factæ à Ioan: Maria cum diuerſis perſonis, de quibus deponunt teſtes examinati tam in Vrbe, quam Anconæ, cum ſemper deficiat denunciatio promiſſa in d. litteris oblatorijs, & tamquam actus geſti, vel intra priuatos parietes, vel particulariter non afficiunt mercatores, qui magis credere debuerunt actibus ſocialibus geſtis poſt mortem Ioannis, de quibus deponunt teſtes creditorum, quam ipſius Io: Mariæ verbis; dum eis non obſtan. videbant nomen Io: Mariæ publicè expendi, ac eandem ipſam rationem bancariam per Franciſcum publicè continuari, quæ facta verbis ipſius ſunt præferen-
24 da † plus enim eſt facto, quam verbis aliquid facere *l. Paulus reſpondit ff. rem ratam haberi c. dilecti il 2. ibiq. gloſ. in verb. facto prouocare de appell. Rot coram Caual. dec. 100. num. 7. & coram bon. me. Burat. dec. 113. num. 20.* Et quemadmodum in ſcriptis mercatores fuerant inuitati ad contrahendum, donec cōtrarium denuntiaretur par erat, quod ita in ſcriptis mandatum in litteris oblatorijs contentum reuocaretur cum æquum ſit vnū
25 quodque eo vinculo diſſolui, † quo ligatum fuit *l. nihil tam naturale ff. de reg. iur. cum vulgarib.* vltra quod teſtes examinati Anconæ non concludunt, & is, qui fuit examinatus Romæ tāquam varius, & mendax in ſubſtantialibus nō deſinit eſſe de falſo ſuſpectus.

Et ita cum ex d. litteris oblatorijs in partibus tranſmiſſis appareat, nedum ſocietatem fuiſſe initam inter eumdem Io: Mariam Rotignum ac Franciſcum, & Ioannem hæredes Io: Andreæ. ſed amplius illam eò fuiſſe duraturam, quò mercatoribus, quibus litteræ fuerant trāſmiſſæ, in contrarium ſcriberetur, Domini non ſequuta notificatione ſolutionis eiuſdem ſocietatis, ac negotiationis, cenſuerunt fundamenta ſupradictarum deciſionum ſuſtineri, & Ioan: Mariam teneri ad omnia debita ſocietatis.

R. P. D. BICHIO.

Peruſina Beneficij.

Lunæ 10. Februarij 1648.

ARGVMENTVM.

Vnio beneficij benè iuſtificata remanet ex antiquiſſimis enunciatiuis, quamuis vnionem explicitè non exprimerent, ſed ex eis virtualitèr reſultaret: & quid ſi appareret de aliqua collatione facta de huiuſmodi beneficio vnito, tamquam vacanti, vel à Sede Apoſtolica, vel ab Ordinario, an tales collationes immutare poſſent ſtatum beneficij vniti, eruditiſſimè demonſtratur.

SVMMARIVM.

1 *Vnio Beneficij ex quibus probata remaneat.*
2 *Vnio iuſtificatur ex enunciatiuis antiquiſſimis, quamuis vnionem explicitè non exprimerent, ſed ex eis virtualiter reſultet.*
3 *Vnio probatur ex antiquiſſimis enunciatiuis, maximè ſi illæ emanauerint à perſonis intereſſatis.*
4 *Media præſumuntur probatis extremis, dum nullus actus contrarius interueniſſe docetur.*
5 *Vnio probatur ex deputationibus Rectorum factis pro tempore, maximè ſi fuerunt effectum ſortitæ. num. 6.*
7 *Libri Monaſterij, quando probent ad fauorem ipſiuſmet Monaſterij.*
8 *Vnio ex quibus actibus conuincatur.*
9 *Vnio probatur ex viſitationibus factis cum aſſertione, quod huiuſmodi Eccleſiæ collatio ſpectet ad Eccleſiam cui fuit facta vnio amplia, vt nu. 10.*
11 *Status vltimus non eſt attendendus, quando conſtat de anteriori ſtatu contrario.*
12 *Status antiquus beneficij vniti, immutari non poteſt propter collationes Ordinarij.*
13 *Papa non præſumitur mutaſſe ſtatum beneficij vniti niſi illius ſcientiam habuerit, & mutare voluerit.*
14 *Vacatio repugnat beneficijs manualibus.*
15 *Rectoris nomen conuenit etiam ſimplici deputato ad nutum.*
16 *Vacatio largo modo ſumpta verificatur etiam in beneficijs manualibus cum vacare dicantur per remotionem, & per obitum.*

DECISIO CLII.

TERMINATO ſummariſſimo poſſeſſorio ad fauorem Patris Don Anſelmi de Peruſia, aſſumpta hodie fuit cognitio petitorij, ac diſcuſſum an conſtet, quod Eccleſia S. Ioannis Caſtri Boneſij ſit vnita Monaſterio S. Petri de Peruſia Ordinis S. Benedicti, & conſtare Rota cenſuit.

1 Ex pluribus videlicet enunciatiuis emiſſis in Inſtrumentis antiquiſſimis de anno 1331. 1341. 1387. 1476. 1477. 1480. 1561. quę propter earum antiquitatem, ac multiplicitatem vnionem probant, vt præter *Lotther. & alios allegatos in Lucana vnionis 28. Ianuarij 1647. §. de qua communi coram me tradit. Caſtropal. quæſt. moral. tract. 13. diſput. 6. punct. 12. §. 4. num. 3. verſ. item cenſent, ac dixit Rota deciſ. 16. num. 2. par. 6. recent. & in Fanen. Parochialis prima Iulij 1647. §. quod autem*
2 *coram R. P. D. meo Otthobono.* Quamuis † vnionem explicitè non exprimant, ſed ſolum quod Eccleſia eſt pleno iure ſubiecta Monaſterio ſiuè illius membrum, quia exindè reſultat virtualiter vnio quod ſufficit, vt in his terminis *Seraph. deciſ. 1246. ante numerum primum, & nu. 1. deciſ. 1272. ſub num. 1. Mart. Andr. deciſ. 11. numer. 1. Rota inter recent. deciſ. 724. ſub num. 2. verſ. & quod vna par. 2. recent. deciſ. 485. nu. 10. par. 4. tom. 2. Garz. de benefic. par. 12. cap. 2. ſub num. 256. verſ. vbi enunciabatur.*

Quo magis concurrentibus in idem alijs adminiculis per quæ. enunciatiuarum ſtabili-
3 tur fides, † eſto puod illę emanauerint ab Abbati

batibus Monasterij, & sic à personis interessatis *Acchill.decis.7.num.8.de Iurepatr.Rota decis.91. num.2.in fin.decis.148.in fin.decis.405.num.3.par.1. recent.decis.352. sub num. 5. vers. & licet*, quæ loquitur in terminis vnionis factæ Monasterio, & enunciatiuarum emissarum à fratribus Monasterij par.4.

Concurrunt inquam. Primo deputationes Rectorum huius Ecclesiæ factę ab Abbate, & Monacis Monasterij ab anno 1331. & continuatæ sine aliqua interruptione vsque ad annum 1561. vt constat ex instrumentis datis in *Summ. Abbatis num.2.& seqq.& num. 8. & 3. seqq.*
4 Ex quibus, † licet non contineant deputationes inter medias ab anno 1341. vsque ad annū 1476. illarum quoque probatio resultent, quia probatis extremis media præsumuntur, dum nullus actus contrarius intercessisse docetur *Seraph.decis.1141.nu.3. Rota penes Buratt. dec.172. num.10.decis.875.num.3.par.1.diuers. decision. 545. num.1.par.4. decis.577. numer. 1. & in Mediolanen. Prioratus 14. Martij 1646. §. præsentationes in fine*
5 *coram R.P.D.meo Corrado*. Tot † autem deputationes satis esse ad probandam vnionem, ac pertinentiam Ecclesiæ ad Monasterium dixit *Rota in supracitata Fanen. Parochialis §. præsertim quia Abbas coram R.P.D.meo Otthobono, & prius in decis.226.num.5.par.1.recent. vbi allegantur concor-*
6 *dantes*. Maximè † quia fuisse effectum sortitas constat ex quo sic deputati Rectoriæ possessionem acceperunt *Calder. cons. 12. de Iurepatr. Gonz.super reg.8.Cancell.gloss.18.num.85. Caputaq. decis.133.num.1.& 2.par.2.Rota decis.147. num. 1. par.1.diuers.decis.112. num. 8. coram bon.mem. Buratto*.

7 Secundò † taxa annua huius Ecclesiæ tanquam subiectæ Monasterio Sancti Petri facta de anno 1387. ab Abbate, & Monacis eiusdem Monasterij, & confirmata per Decretū Commissarij, & executoris Apostolici, quodque plus est obseruata singulis annis vsque ad annum 1645. vt apparet ex partitis solutionum singulariter recensitis *Summ. Abbatis numer. 7.* quæ licet extractæ fuerint ex libris Monasterij merentur fidem propter earum multiplicitatem, lapsum tanti temporis, & præexistentiam præfati decreti taxæ cuius executionem emanarunt *Dec.in cap.cum causam nu.7.de probat.Flor. de Sancto Petro in l.census num.4.ff cod.Port.Imolen. cons.22.num.23.& seqq.Bursatt.cons.330.num.101.*
8 *Rota coram bon.mem.Buratto decis.870.num.5.* Nec enim † Monasterium hanc Ecclesiam vti vnitam taxasset, aut Delegatus Apostolicus taxam confirmasset, siue Rectores pro tempore soluissent, nisi vere adesset vnio, quæ propterea nedum subiectio ex actibus huiusmodi conuincitur *cap.2.de censib.Rota decis.37.nu.10.par.4. recent. & in alijs relatis in Barchinonen.Parochialis, seu Vicariæ 10. Februarij 1645. §. tum quia constat coram R.P.D. meo Corrado*.

9 Tertio † visitationes factæ ab Abbatibus Monasterij S. Petri de Perusia de anno 1560. & 1562. cum assertione quod huiusmodi Ecclesiæ collatio, prouisio, & visitatio ad Abbatem, & Monasterium spectat, quæ vnionem, & subiectionem denotant *cap. conquerente ibiq. gloss.& Doct.de off.ordin.sanct.mem.Greg.XV.dec.4. num.4.& 18.Buratt.decis.504.num.1. Rota inter rec. decis.724.sub num. 3. vers. visitatio par. 2.* præser-
10 tim † quia pro parte Ordinarij per lapsū 300. & amplius annorum nulla datur visitatio facta de hoc beneficio tanquam separato, & independenti à Monasterio.

Non obstant duæ collationes huius beneficij, quas vti de vacanti fecit Ordinarius de anno 1560.& 1579. siue altera facta à Sede Apostolica de anno 1592. quia non sunt de actis,
11 nec † attenditur vltimus status quando vt in casu nostro constat de anteriori statu contrario *Lotther.de re benef.lib.1.quæst.34. nu.37. & 38. Greg.XV.decis.434.num.16.& ibi add. nu.20. Rota in recent.decis.2.num.8. & 9.decis.238. nu.5. par.5.*
12 quem † Ordinarij collationes ex defectu potestatis ipsius Ordinarij mutare nō potuerunt, vt notant *DD.in cap.cum de beneficio de præben.in 6.& dixit Rota decis.308.num.4.in fin.par.1. recent. decis.639.num.8.& 9.coram bon.mem. Buratt.in Perusina Parrochialis 10.Iunij 1641. coram me*, & Pa-
13 pa † conferendo non præsumitur mutasse, nisi illius scientiam habuerit, & mutare voluerit *Lupus in dicto cap.cum de beneficio numer. 2. Gemin. ibid.num.9.vers.dic tamen Lotther. d.q.34. num. 35. & seqq. Acchill. decis. 9. de præben. Rota decis. 749. nu.8.par.1.diuers.decis.337.sub nu.2.vers. hic autem par.2.recent.*

Vndè nec refert, quod in dictis collationibus prouisus nominetur Rector, & fiat men-
14 tio vacationis, † quæ repugnare videtur manualitati; præter quod nomen Rectoris non excludit pertinentiam Ecclesiæ ad Monaste-
15 rium, † cum conueniat etiam simplici deputato ad nutum, vt in his terminis respondit *Rota dec.99.sub num. 4. vers. quamuis etiam par. 3. recent.decis.37.num.9.part.4.& in Barchinonen.Vicariæ S. Eulaliæ 12. Decembris 1639. coram recol.*
16 *mem. Coccino*, & vacatio † largo modo verificatur etiam in beneficijs manualibus, cum vacare dicantur per remotionem, & per obitum *gloss.in clem. vnica §. præmissa verb. reuocari prope medium vers. & scias de suplen. negl. Prælat. Card. ibid.num.8.Gonz.super reg.8.gloss.15.§.2.sub nu.24. Rot.dec.25.num.5.par.2.recent.dec.296. nu.8. coram bon.mem.Coccino*.

Et ità decisum causa bis proposita sub die 16. Decembris proximipræteriti traditis hinc inde informantibus, ac summarijssimo, & sub die currenti informante solum Abbate Monasterij, ac Don Anselmo altera tamen parte legittimè citata.

R. P. D. C O R R A D O

Postea Eminentiss. D. CARDINALI.

Barchinonen̄ fructuum Vicariæ.

Veneris 14. Februarij 1648.

A R G V M E N T V M.

Possessor malæ fidei tenetur restituere fructus perceptos post litem contestatam quamuis non fuerit apprehensa possessio, quia ex facto

Aduer-

Aduersarii occupabatur. Fructus inexacti Beneficii Ecclesiastici in locis, in quibus non adsunt Collectores spoliorum pro Reuerenda Camera spectant ad successores in Beneficio, ex consuetudine tamen in Regnis Hispaniarum spectant ad hæredes defuncti; huiusmodi verò consuetudini non intelligitur derogatum à summo Pontifice, sub quauis verborum amplitudine nisi de ea facta fuerit specifica mentio.

SVMMARIVM.

1 *Possessor malæ fidei tenetur restituere fructus perceptos post litem contestatam.*

2 *Iudicium inceptum pro consecutione fructuum Beneficij litigiosi, possunt hæredes prosequi pro obtinenda declaratione iuris eorum Auctori, dum viueret competentis.*

3 *Fructus beneficij inexacti non spectant ad hæredes defuncti, sed ad successores in beneficio. intellige vt num. 4.*

5 *Fructus beneficij à solo separati, vsque ad tempus mortis defuncti ex consuetudine in Regnis Hispaniarum, & Diœcesi Barchinon. spectant ad hæredes defuncti, & num. 6. intellige vt num. 8.*

7 *Consuetudo particularis Ciuitatis, vel Diœcesis attendi debet, non autem consuetudo vniuersalis alicuius regni.*

9 *Præsentatus à Patronis ad Beneficium Parochiale de necessitate iustitiæ, debet approbari ab Ordinario præuio examine, & quid si recusaret nu. 11.*

10 *ex Decisione resultat boni iuris probatio.*

12 *Litterarum Apostolicarum expeditio non est necessaria pro validitate tituli.*

13 *Fructus beneficij quando sunt restituendi post litem contestatam, quamuis possessio non fuerit apprehensa.*

14 *Pontifex non intendit alienis iuribus sibi non cognitis derogare sub quauis verborum amplitudine.*

15 *Consuetudinibus licet fuerit amplissimè derogatum, non ideò tollitur ius, iam alteri earum vigore acquisitum, nisi facta fuerit specifica mentio.*

DECISIO CLIII.

DEFVNCTO Ioseph Fort pendente lite coram Rota, in qua fuerat resolutum Vicariam perpetuam Parrochialis Ecclesiæ Sancti Stephani de Cerui lione illi esse adiudicandam rationibus adductis in Decisione sub die 10. Februarij 1645. coram me. Petrus Martyr Febrer collitigans plenam obtinuit subrogationem in omne ius aduersarij. Quare prosequentibus modo iudicium hæredibus eiusdem Ioseph, & causam ab eis habentibus super declaratione Iuris illius ad effectum consequendi fructus eo viuente perceptos à dicto Febrer. Dubitaui, An in hoc casu teneatur ad eorum restitutionem.

Et Domini affirmatiuè responderunt, Quia cum dictum Beneficium spectaret ad Ioseph, illique esset adiudicandum, vt apparet ex dicta Decisione, cuius fundamenta censuerunt
1 inconcussa, † tenetur vtique Petrus Martyr restituere fructus ex eo perceptos post litem contestatam vsque ad mortem ipsius. Nam ab eo tempore effectus fuit malæ fidei possessor *l. sed & §. si ante litem ff. de petit. hæred. l. cum fundus ff. si cert. pet. l. 2. & l. videamus §. si actionem ff. de vsur. l. nemo C. de Acquir. possess. l. 2. C. de fruct. & lit. expens. gloss. in l. Item si verberatum §. fin. in verb. moram ad fin. versic. Item est hic notandum ff. de Rei vendic. Rota decis. 4. sub num. 1. versic. quia tunc De restit. spoliat. in Nou. & penès Cassador. decis. 6. num. 3 vers. ex eo quod, &c. de Præbend. ac decis. 44. num. 8. versic. non obstat par. 1. diuers. & in Recent. decis. 343. num. 7. versic. postremò part. 1. & decis. 3. sub num. 1. versic. à Rota enim, &c. & decis. 199. num. 8. versic. cum tamen, & decis. 381. num. 1. versic. quamuis enim par. 7. & decis. 127. nu. 9. versic. non obstat quod Episcopus part. 8. & penès bon. mem. Buratt. decis. 678. num. 1. versic. à quo die, &c. & in Squillacen. Abbat. 1 Iuly 1630. coram bon. mem. Merlin. confirmata coram Eminentissimo Domino meo Cardin. Verospio sub die 9. Maij 1631. apud modern. Perus. de manuten. dec. 536 n. 11. vers. & super hoc nulla potest esse dubitatio, &c. & sæpè in alijs.*

Nec obstat, quod ille ante sententiam prolatam decesserit, quodque per eius obitum fuerit extinctum ius ei competens, & ipsa lis in hac materia ad hæredes non transitoria.

Nam id verum est quoad Beneficium, ac
2 eius adiudicationem, † non autem quoad fructus eo viuente perceptos, pro quorum, & expensarum consequtione possunt hæredes idem prosequi iudicium pro obtinenda declaratione Iuris eorum auctori dùm viueret competentis, eodemque Iudicis officio iuuantur, quo illi viuenti super his consultum fuisset *l. quod si hæres ibique gloss. ff. de vsufruct. & l. vti frui §. fin. ibique gloss. ff. si vsufruct. petatur gloss. magn. ad fin. versic. sed qualiter formabitur sententia, &c. in l. vtique ff. de rei vendic. ibique Castr. in Prælect. Anenion. sub num. 2. versic. Interdum quia res principalis perimitur & seq. Ioan. Andr. in cap. Per tuas sub numer. 17. versic. Dummodò non intersit ibique Ioan. de Anan. sub num. 11. versic. nec etiam extr. de Simon. Rota penès bon. mem. Cardin. Canaler. decision. 620. nu. 3 versic. non potest dici & in Eugubina Renouat. Emphyteus. 7. Iunij 1641. coram R. P. D. meo Bichio in §. fin. versic. cuius interest iudicium prosequi,* & benè comprobatur ex dictis *in Mediolanen. Decimar. 17. Februarij 1631. coram bon. mem. Merlino in recen. decis. 19. à num. 4. versic. Ità pari ratione ac seqq. & n. 12. versic. Et in omnem casum par. 6. & in Mediolanen. pension. 11. Decembris 1647. coram me in §. quia materia articulata, &c.*

3 Minùs obstat, † quod fructus huiusmodi tanquam inexacti non spectent ad hæredes defuncti; Verùm ad successorem in beneficio, tam de iure communi *iux. gloss. in cap. Præsenti in verb. Reseruari. De offic. ordin. in 6. & cons. Calder. 2. de pecul. Cleric.* in Rota receptum, quam ex Constitutione sanct. mem. Iulij Tertij 26. Iunij 1550. *Incip. Cum sicut Nobis nuper innotuit in*
4 *ord. 7. Bullar. tom. 1.* † in his scilicet locis, in quibus non adsunt Collectores spoliorum pro Reuerenda Camera. Vbi verò adsunt, ad ipsam Cameram, vt declarauit idem Pontifex in

in alia Constitutione. Dat. sub die 18. Iunij 1551. Incip. *Cum autem*, quam explicauit *Rot. penès Card. Seraph. decis. 594. à num. 14. vers. sed etiam, & seq.*

5 Quoniam obiectio † tollitur ex contraria consuetudine non solùm in Regnis Hispaniarum vniuersalitèr vigente sæpiùs in Rota approbata, tanquam notoria, & signanter *in Bracharen. fructuum 3. Decembris 1627. coram bon. mem. Pirouano in §. visum tamen fuit ac seq. vbi aliæ referuntur*. Verùm etiam particulariter in Ciuitate, & Diœcesi. Barchinon. qua in illis partibus inductum est, vt fructus quicunque à solo separati, vsque ad tempus mortis defuncti (de quibus nunc agitur) spectent ad hære-
6 des, † vt affirmant Indigenæ in Curia existentes in attestatione exhibita, & fuit dictum in *Barchinonen. fructuum 4. Iulij 1607. coram bon. mem. Iusto, & 10. Decembris eiusdem anni, & 22. Iunij 1609. & 8. Februarij & latiùs 3. Decembris 1610. coram bon. mem. Coccino*. Quibus sanè magis visum fuit Dominis defferendum, quam assertioni *Fontanell. in eius tract. de pact. nupt. Clau. 4. gloss. 18. par. 1. qui dum sub num. 141. versic. nec deest, &c.* refert contrarias sententias annis 1694 & 1598. per Iudices seculares in eadem Ciuitate prolatas, non facescit negocium, quippè æedem cum alijs etiam fuerunt productæ in dicta causa Barchinon. fructuum de anno 1607 vt constat ex Positione illius temporis, & specialiter reiectæ coram bon. mem. Iusto, vt legitur in eius Decisione sub die 4. Iulij 1607. in §. non obstant sententiæ exhibitæ, & rursus coram bon. mem. Coccino in dicta Decisione sub die 3. Decembris 1610. in §. Non obstant sententiæ. Dum autem *sub num. 143. versic. Sed*
7 *ego, &c.* † generaliter loquitur de alijs partibus Citerioris Hispaniæ (præter quod plures alios grauiores habet contradictores) nihil detrahit consuetudini particulari Ciuitatis, ac Diœcesis prædictæ, quæ præcipuè attendi debet *iux. gloss. fin. in cap. super eo in verb. vicinis versic. contraria verò extr. de Cens. Bart. in l. 2. sub numer. 41. uersic. trigesimo sexto quæro Cod. quæ sit long. consuetud. Rota penès Card. Caualer decis. 365. num. 2. uersic. consuetudo particularis ac in Recent. decis. 169. sub num. 9. vers. quia in concursu, &c. par. 5. ac in alijs relatis in Hispalen. Decimar. 26. Iunii 1647. coram me in §. Actus autem contrarii ad fin. vers. qua maximè attendi, atque præferri debet, &c.*

8 Neque † repugnat *Decis. in Corduben. Beneficior. 24. Martii 1623. coram Cardin. Caualer. inter impress. 637.* in qua fuit dictum eiusmodi Consuetudinem in Regnis Hispaniarum vigentem veram quidem esse, sed non procedere quoad fructus, quos defunctus percipere non poterat ex *Reg. l. nemo plus Iuris ff. de Reg. Iur. cum uulg.* Quare cum eo casu censuerint Domini fructus non spectasse ad Pichardum prouisum Apostolicum de nonnullis beneficijs reseruatis mox defunctum, quippè nunquam possessionem illorum apprehenderat, nec litteras expediuerat, ità vt eius gratia perfecta dici posset. Ideo fuit resolutum, neque ad eius hæredes transmitti potuisse ius illos petendi.

Nam verissima est Regularis illa conclusio in dicta Decisione firmata; Sed non applicatur casui proposito, in quo iam Rota censuit Vicariam esse adiudicandam Ioseph tunc viuenti ex fundamentis adductis in dicta Decisione 10. Februarij 1645. & hodie per DD. confirmatis. Modoque censet ad eumdem spe-
9 ctasse fructus illius, vt dictum est. † Quia tanquam legitimè præsentatus, seù nominatus à Decano Cathedralis Barchinon. cuius Dignitati vnita est dicta Parochialis, de necessitate iustitiæ erat per Ordinarium, præuio examine approbandus iuxta Constitutionem sanct. mem. Pij Quinti Dat. anno 1567. Kalen. Nouembris. Incipien. *Ad exequendum Pastoralis officii debitum §. Volentes insuper, &c.* & fuit latè
10 deductum in dicta Decisione † (ex qua sanè resultat eius boni Iuris probatio, vt fuit dictum *penès sanct. mem. Gregor. decis. 524. nu. 4. uersic. & pro bono Iure, & in Recent. decis. 647. numer. 2. uersic. Iustitia uerò par. 1. & decis. 678. sub numer. 1. uersic. Iustitia pariter par. 2. & decis. 223. num. secundo uersic. Et ex Decisionibus, &c. ac decis. 337. nu. 10.*
11 *uers. Et ex tot Rotæ Decisionibus par. 5.*) † Eoque iniustè id facere recusante approbari debebat à
12 Rota *iuxt. Clem. Auditor. de Rescript.* † Ideoque pro eius tituli validitate non erant necessariæ litteræ Apostolicæ, nec illarum expeditio, vt benè probat *Modern. de re benefic. lib. 3. quæst. 19. sub num. 47. uersic. quo circa & seqq.* Quæ nihilo-
13 minus iam expeditæ, fuerunt exhibitæ. † Possessio verò non fuit ab illo appræhensa, quia ex facto Petri Martyris eam occupantis, & litem prosequentis indebitè fuit impeditus, qua ratione illi fructus restituendi erant post litem contestatam perindè ac si ex eo tempore possedisset *d. l. sed & si §. antè litem l. illud ff. de petit. hæred. l. si nauis ff. de rei uendic. d. l. cum fundus ff. si cert. petat. d. l. 2. ff. de Vsur. Ferret. consil. 3. num. 16. uersic. & qui etiam possidet & seq. libro primo Gonzalez ad Regul. 8. gloss. 27. sub num. 46. uersic. Immo habetur pro possessore*, & comprobatur ex *Bero consil. 77. sub num. 34. uersicul. Vndè cum per ipsum lib. primo, & Rota in Mutinen. Emphyt. 7. Martii 1632. coram Reuerendissimo Domino meo Decano in §. non obstat quod huiusmodi qualitates in uersic. sed etiam ut perindè habeatur, &c.* Et in illa Barchinon. coram Iusto, & Coccino agebatur de fructibus Archidiaconatus separatis à solo, & sequestratis viuente Ludouico Compons prouiso Apostolico, qui nunquam apprehenderat possessionem illius, vt apparet ex prædicta Positione tunc exhibita, & tamen fuit iudicatum pro eius hæredibus.

Præterea non obstat Apostolica subrogatio etiam respectu possessionis, & litis, amplissimis verbis concepta, & Clausulis roborata, à Petro Martyre obtenta.

Quia cum lis non fuerit principaliter super fructibus instituta, sed illi sub ea veniant accessoriè, & consecutiuè, nullaque in dicta subrogatione facta fuerit illorum mentio, minusque iuris super eis ex particulari dictæ Ciuitatis consuetudine hæredibus defuncti competentis, non censentur vtique sub ea com-
14 prehensi in præiudicium ipsorum, † quia

Sum-

Summus Pontifex non intendit alienis iuribus sibi non cognitis quauis verborum amplitudine derogare, vt in hac materia respondit *Rota penès Puth. decisio 220. libro secundo in Correct.* Et fuit dictum *in dicta Corduben. Benefic. 24. Februarii 1620. coram Cardin. Caualer. sub*
15 *princip.* † Esto quod Statutis, & consuetudinibus fuerit amplissimè derogatum, quia non ideò tollitur ius iam alteri earum etiam vigore acquisitum, nisi facta quoque fuerit specifica mentio *Regul. de iur. alter. quæsit. non tollend.* vt benè probat ex sententia Rotæ *Sarnens. ad eamdem Regulam quæst. 15. ad fin. uersic. Rota post uarias Aduocatorum Informationes, &c. & penès Veral. decis. 30. part. 3. ac decis. 358. per tot. part. 1. diuers. & in decis. 36. num. 9. uers. nam specificatio & seq. par. 4. tom. 2. Recent. & in aliis relatis per Marescot. Resol. 40. à num. 37. uers. Illud præterea & seqq. lib. 2.*

Et ita fuit conclusum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. MELTIO.

Postea Reuerendissimo Episcopo PAPIEN.

Romana pretij grani.

Veneris 14. Februarij 1648.

ARGVMENTVM.

Frumentum alicui datum ad explanandum certo constituto pretio cum defalcatione respectu tineati, talis defalcatio solum fieri debet pro ea quantitate, quæ apparet à tineis fuisse corrosam, non autem pro toto frumento, quod ad rationem conuentam solui debet.

SVMMARIVM.

1 *Ratio dicitur causa & spiritus dispositionis.*
2 *Pretij diminutio cessat cessante ratione.*
3 *Verba chirographi aliud vltra expressa non compræhentia maiorem neque contrariam recipiunt interpretationem.*
4 *Pretium conuentum præsumitur iustum.*
5 *Pretium interpretatur ex verisimili partium intentione.*
6 *Interpretatio desumpta ex obseruantia declarat mentem contrahentium.*
Obseruantia subsecuta dicitur optima interpres etiam in contractibus, num. 6.
7 *Obseruantia interpretatiua non requirit præscriptionem, neque spatium longi temporis.*
8 *Assertio sola ipsius contrahentis absque alia iustificatione non attenditur.*
9 *Peritorum relationi stare debemus.*
10 *Pacta inter contrahentes seruari debent.*
11 *Ratio eadem vbi militat attendi debet vti lex omnibus commune.*
Ratio eadem attendi debet, etiam quod casus sint diuersi, nu. 11.
12 *Magistrum domus facultatem aliquid faciendi deducitur ex scientia domini, eiusque permissione.*
Dominus si sciuit factum à suis ministris, illudque permisit ratificasse censetur, num. 12.
Ratificatio inducitur ex scientia cum permissione, num. 11.
13 *Scientia, & factum magistri domus arguat ne scientiam Domini, eique præiudicet.*
14 *Administrator publicus quod quis sit probare ne teneatur, qui cum eo contrahit, & supra num. 13. & 15.*
15 *Dominus inuestigare, eique innotescere debet factum sui administratoris.*

DECISIO CLIV.

NON controuertitur inter partes, quod pretium frumenti, explanati à Lucarino in furno S. Seueræ, occasione affictus, ipsi facti sub 14. Martij 1630. per R.P.D. Præceptorem Archihospitalis S. Spiritus, fuerit in Instrumento dicti affictus conuentum in scutis nouem, & ba: septuaginta pro quolibet rubro, vt apparet in dicto Instrumento, quod legitur *in Summ. Archihospitalis sub num. 1.* prout partes nec etiam discordant, quod pretium huiusmodi sub 29. Nouembris 1633. fuerit diminutum, & redactum ad scuta septem, prout etiam sub die 15. Iunj 1634. ad scuta quinque solummodo pro quolibet rubro, vt firmatur in decisione in hac causa coram me emanata sub 14. Decembris 1646. De contraria mente contrahentium clare apparet, vbi enarrantur causæ talis reductionis, scilicet ob malam qualitatem frumenti tinearum corrosi, & ob augumentum panis ab vncijs septem ad vncias octo pro quolibet baiocco, prout idem colligitur ex nouo Summ. Archihospitalis dato in hac positione *num. 6. & 7.* Archihospitale prætendit, talem reductionem fuisse solum factam occasione grani tineolati, nec posse compræhendere aliud tineis minimè corrosum; Vndè reproposita sub hac die causa, fuit per DD. responsum, dictam decisionem quoad assertum pretium esse reformandam, Nam licet in ordinibus transmissis à Baguto Magistro domus dicti Archihospitalis Lucarino Pistori videatur firmandum, huiusmodi reductionem posse intelligi quoad totum frumentum explanatum post dictos ordines; Tamen illi veniunt interpretandi secundum rationem, qua fuerunt dati, & eo
1 modo, quo de iure sustineri possunt, † quia ratio dicitur causa, & spiritus dispositionis *Bald. in l. si quis Seruo num. 10. C. de furt. et in l. 2. C. de legib. Mant. de tacit. et ambig. lib. 3. tit. 12. num. 1. Paris. cons. 26. num. 119. part. 2. Socin. sen. cons. 68. num. 3. vers. Præterea conuentionis tom. 3. Buratt. decis. 22. num. 22. vers. quæ licet uideantur, Duran. decis. 40. num. 42. uers. Præterea accedit, et in recent. decis. 10. num. 2. uers. et facit par. 1.* Et sic cessante re-
2 spectu tineolationis, † cessat etiam diminutio pretij tritici tineolati *cap. cum cessante de appell. et l. si pecuniam ff. de condit. ob causam Mant. de tacit. et ambig. d. lib. 3. tit. 12. num. 22. Gratian. discep. for. cap. 976. num. 11. Riminald. iun. cons. 626. num. 53. et 629. num. 3. Coccin. decis. 65. num. 2. et decis. 146. coram eodem.* Cum autem duæ fuerint causæ diminutio-

tionis pretii, nempe tineolatio frumenti, & augumentum vnius vnciæ panis pro quolibet baiocco, nihil refert, quod à principio, vt dicebatur, frumentum fuerit appretiatum ad rationem scutorum nouem, & ba: septuaginta pro quolibet rubro; Quia tale pretium fuit postea diminutum, & reductum ad scuta septem, vt apparet ex chirographo à R.P.D. Vaio Præceptore Archihospitalis sub 29. Nouembris 1633. dato, in quo expressè legitur, diminutionem fieri ex causa corrosionis *Sum. Archihospitalis num.6.* Ibi, *l'Illustriss.et Reuerendiss. Monsignore Vaij Commendatore di Santo Spirito,et il Sig.Mastro di Casa si contentano, che il grano della Rocca di S.Seuera, che patisce di Tignola, si misuri, e si consegni à M.Francesco Luccarini Affittuario del Forno di detta Rocca ad effetto di paneggiarlo, et lauorarlo à ragione di scudi sette moneta per*
3 *ogni rubbio, etc.* † Quæ verba Chirographi cum aliud non comprænendant vltra frumentum tineolatum, maiorem, siue contrariam interpretationem recipere non possunt ad tradita per *Bart. in l.ab executore in princ. col. penul. C.de appell.Bald.in l.ea quæ C.comminat.epistol.Tiraq. in l.si unquam in uers.libertis num.5.circa med.C.de reuoc. donat. Gratian. discep.foren.cap.927.numer.22. Surd. cons.99. num.26.uers.ubi uerba,etc.Seraph.decis.762. num.1. et decis.497. num.49. par.5. tom.2. recent.* Et per consequens illa verba apta nequaquam reputari debent ad comprehendendum frumentum non tinoleatum, quod propterea censuerunt DD. soluendum esse ad rationem scutorum nouem, & ba: septuaginta, prout in Instrumento locationis Furni fuit conuen-
4 tum inter partes, † cum illud præsumatur iustum *l. in minoribus l. hæreditatem ff. de minor. l.si circumscripta C. sol. matrim. l. si voluntate C.de rescind.vendit.Surd.decis.243.num.7.vers. & in dubio Mant.d.tract.lib.4.tit.20.nu.12.vers.& in dubio,&c. Greg.XV.decis.194.num.21.versic.quia pretium,&c. & decis.321.n.10.vers.quia pretium conuentum,&c. Add.ad Buratt.decis.399.num.10.* Alias enim fuisset superflua illa expressio tineolationis, quatenus partes comprehendere intellexissent totum frumentum, videlicet tineolatum, & non tineolatum, quo casu sufficiens fuisset loqui simpliciter de grano, & tamen apparet, quod Magister Domus, qui apocam reductionis conscripsit, voluit se restringere ad granum tineolatum ad exclusionem alterius tineis non subiecti, ac boni, & mercantilis, vt apparet ex *eodem Summ. Archihospitalis num.6.* Ibi, *si contentano, che il grann della Rocca di Santa Seuera, che patisce di tignole, si misuri, e consegni à M. Francesco Luccarini, &c.* quæ verba clarè denotant, partes intellexisse tantum de grano
5 tineolato, † ex quarum verisimili intentione etiam huiusmodi pretium posset interpretari *est text.in l.veteribus vbi Bart.num.5.ff.de pact.l.semper in stipulationibus l.in obscuris ff.de reg.iur. Mant. de tacit.& ambig.lib.3.tit.1.nu.12.vers.sed licet,&c. & tit.7.nu.3.vers.neque alicui,* Sed hic cessat quæcumque interpretatio, dum huiusmodi pretium desumitur etiam ex obseruantia subsecuta; Nam idem Luccatinus post confectionem apocæ reductionis pretij sub 17. Martij 1634. recepit rubra quinque grani noui ad rationem scutorum 9.& ba:70.vt apparet ex *Summ. eiusdem Archihospitalis num.8. litt. AA. Io infrascritto confesso hauer hauuto, e riccuuto da Fra Francesco Colombi Castellano di Santa Seuera rubbia cinque di grano nuouo à mia capata come per ordine del Signor Mastro di Casa, & al prezzo di scudi noue, e baiocchi settanta, & in fede, &c.* Ex quo colligitur, quod si partes in dicta apoca reductionis intellexissent de grano tam tineolato, quam mercantili, & bono, Luccarinus non solui esset dicta rubra quinque ad rationem prætij conuenti in Instrumento locationis, scilicet scutorum nouem, & ba: septuaginta, quapropter talis interpretatio, quæ desumitur ex
6 hac partita, † & obseruantia interpretatiua, optimè declarat, qualis fuerit à principio mens contrahentium *l. minimè ff. de legib. cap. cum dilectus de consuetud. Bald. in cap.1. in princ. de feud. sine culp.non ammittend. Gratian. discep.forens. cap.608. num.16. vers. cum ita Menoch. cons.148. num.36.vers.* ibi, *Et veram esse illam interpretationem Riminald. iun. cons.15. num.134. vers.vera est enim interpretatio cons.30. num.13.153.num.6.vers. vera est enim 165.num.27.275.num.48.& 339.nu.8* Et ad inducendam hanc interpretatiuam ob-
7 seruantiam, † non requiritur spatium longi temporis, nec præscriptio, sed sufficit aliquando ita fuisse obseruatum *Grat. d.c.608.num.17. Surd. cons.140. num.45.* ibi, *Subdens quoque Menoch. d. cons.148. num.36.versic.Imo ex Castr.Aret. & aliorum sententia Riminald. iun. d. cons. 15. numer.134. vers. non requiritur in tali obseruantia, & cons.153. num.7. versic. non requiritur, Rota in Romana successionis de Comitibus 26. Iuny 1647. coram R.P.D.meo Ghisilerio in §. supradictis accedit in fine.*

Quæ verò per Lucarinum replicantur, scilicet, quod ista rubra quinque fuerint de grano Ciciliano, vt deducitur ex suis responsionibus §. *Nec videtur vrgere,* vbi citatur *d.Summarium Archihospitalis num.8. litt. AA.* tolluntur ex eodem Summario, in quo cum nullum legatur de tali qualitate grani Ciciliani ver-
8 bum frustra †, hoc asseritur ab ipso Lucarino *iuxta text.in l.fideiussores Magistratum §.Aurelius ff. de fideiussor.Bald.in cap.venerabilem in 6.col. de elect Paris.cons.117.num.7.vers.Ad quæ par.1. Ias.consil. 142. num.24. vers. quod illud, & cons.139.num.19. vers.illud quod non dicit col.2.Riminald.iun.cons.297 num.28.versic.illud quod non dicit.*

A die verò 2. Nouembris 1635. quo fuit reuocatum mandatum augumenti vnius vnciæ, ac iniunctum Lucarino, vt reduceret panem venalem ad septem vncias conuentas in Instrumento pro quolibet baiocco, vt legitur, in Summario Luccarini præcedentis positionis *num. 7.* vsque ad tempus, quo terminauit eius seruitium, & ipse Lucarinus explanauit granum nouum, non corrosum istius prætium erit taxandum ad rationem conuentam in dicto Instrumento locationis, scilicet scutorum nouem, & ba:70: Demptis tamen Iulijs octo pro quolibet rubro ratione exactioris diligentiæ adhibitæ in confectione panis, & eidem Lucarino iniunctæ in vltimo ordine

ci

ei dato per Bagutum Domus Magistrum, vt apparet *ex eodem Summ. Archihospitalis num. 7.* ibi, *E perche il Sig. Mastro di Casa commanda, che si cresca vn'oncia di pane sopra le sette oncie di prima, e che si faccia il pane à filaro, & ancora miglior pane di prima, si contenta menar buono à detto Fornaro scudi doi per ciascheduno rubio di detta farina,* Maximè quia augumentum vnciæ ad rationem scutorum nouem, & ba:70. fuit taxatum in Iulijs duodecim, vt colligitur ex scandalio per Peritos facto *d. Sum. nu. 11.* deponentes de re ad eorum peritiam spectante, † quorum rela-
9 tioni est standum *l. 1. in princ. ff. de ventr. pregn. l. septimo mense ff. de stat. Hom. cap. proposuisti de prob. Bald. cons. 237. n. 1. vers. experto vol. 2. Paris. cons. 56. num. 13. vol. 2. Socin. iun. cons. 150. num. 6. vol. 1. & cons. 35. num. 11. vol. 2.*

Non obstat quod in loco S. Seueræ consueuerit semper confici panis à filaro, & ideo de huiusmodi qualitate nulla sit habenda ratio, & per consequens neque sint detrahendi dicti Iulij octo occasione dicti melioris qualitatis panis. Quia in Instrumento affictus nullum verbum legitur de tali qualitate panis à filaro, sed solum iniungitur onus Pistori conficiendi panem, *che sia ben leuito, ben cotto, e bene stagionato ad vso di buono, e diligente Fornaro d. Sum. num. 1. litt. A.* Sed prorsus remouetur quæcumque difficultas respectu Iuliorum octo; Nam cum non controuertatur inter partes, prætium grani fuisse redactum à scutis septem vigore vltimi ordinis dati à Baguto Magistro Domus eidem Lucarino ad scuta quinque occasione melioris qualitatis panis, ac augumenti dictæ vnciæ, quæ cum importet iulios duodecim tantum, vt dicebatur, reliqui octo iulij pro quolibet rubro demendi sunt per necessè ad fauorem Lucarini occasione dicti melioris qualitatis panis, cum ita inter partes fuerit conuentum, inter quas pactum huiusmodi
10 omninò debet seruari, † vt materia, & originalis conuentio *l. contractus ff. de reg. iur. l. 1. ff. de pact. cap. 1. eod. tit. de pact. Marc. Anton. var. resol. lib. 2. resol. 52. num. 5. Cephal. cons. 88. num. 44. lib. 1. Menoch. cons. 202. num. 85. Rota decis. 59. num. 12. vers. Nam capitula par. 4. & decis. 98. num. 2. part. 5. recent.*

Respectu verò farinæ pretium est calculandum ad rationem scutorum quinque pro quolibet rubro. Quia dum per eundem Magistrum Domus fuerat ordinatum augumentum vnciæ panis scilicet sub 15. Iunij 1634. *d. Summ. num. 7.* & apparet, Lucarinum habuisse de illo tempore rubra centum farinæ, vt colligitur ex Chirographo eiusdem Magistri Domus *eod. Summ. num. 7. E perche il Fornaro si ritroua rubbia cento, è più di farina, e fattone riceuta al Castellano di detto luogo di S. Seuera, &c.* quæ iam fuerat valutata ad rationem scutorum septem pro quolibet rubro *eod. Summ. & nu. 7. E questa à ragione di scudi sette il rubbio, &c.* ex quo illa proueniebat ex eodem grano tineolato, vt legitur *in eod. Summ. num. 9.* Ibi, *E la verità, che le rubbia cento, e più di farina mentionata nella poliza prodotta da Francesco Lucarini in actis sotto li 30. Gennaro 1636. doue comincia alli 15. di Gennaro 1634. Il Sig. Mastro di casa, &c. Erano e proueniuano dal grano vecchio, e tignolato;* Vnde cum dicta farina subiaceat nedum deffectui tineolationis, verum etiam augumento dictæ vnciæ panis, dum post consumptum eiusdem farinæ, fuit etiam consignata eidem Lucarino alia quantitas frumenti pro seruitio eiusdem furni Sanctæ Seueræ, durante pariter tempore dicti augumenti, dum eadem farina breui temporis spatio fuit consumpta, vt firmatur in vltima decisione in hac causa coram me emanata §. *Quia fuit consideratum vers. maxime quia, &c.* ac Chirographum factum ad effectum, vt Lucarinus remitteret panem ad vncias septem pro quolibet baiocco, transmissum fuit sub die 2. Nouembris 1635. vt apparet ex Summ. Archihospitalis dato sub 31. Maij 1642. coram Reuerendiss. D. meo Patauino, clare patet, dictam quantitatem farinæ tam defectui tineolationis, quam dicto augumento vnciæ panis fuisse subiectam, vnde debet Lucarinus frui beneficio dictę reductionis duplicatæ, quia dum eadèm ratio militat, non
11 est curandum de diuersitate casuum, † illa namque debet attendi, vti lex communis omnibus casibus *cap. consuetudo distinct. 1. glos. in l. sed si lege §. Item si rem distraxerit de petit. hæred. Gratian. discept. foren. cap. 213. nu. 22. Riminald. iun. cons. 120. num. 12. & 13. cons. 218. nu. 147. cons. 236. n. 26. & 47. cons. 282. num. 58. cons. 554. nu. 24. & cons. 557. num. 17. Altograd. cons. 76. num. 66. Menoc. cons. 334. num. 17. §. Septimo, &c.*

Quæ verò replicantur circa facultatem Baguti Magistri Domus, non fuerunt per DD. habita in consideratione, & transierunt cum fundamentis decisionis, quæ reuidetur, cum talis facultas controuerti non possit in præsenti casu saltem ex permissione R. P. D. Præceptoris, qui dum talem explanationem sciuit,
12 & permisit, † est etiam verisimile, quod illam ordinauerit, vel saltem ratificauerit *Bald. in l. mater. 4. oppos. C. de rei vendic. & in l. 1. 9. oppos. C. qui admitt. Marc. Anton. d. tract. lib. 1. resol. 103. num. 10. Oldrad. cons. 329. num. 10. Bald. cons. 186. num. 2. circa med. lib. 2. Castr. cons. 465. num. 5. lib. 1. Ruin. cons. 128. num. 4. lib. 1. Natt. cons. 162. num. 21. Menoc. cons. 229. num. 27. Riminald. iun. cons. 234. num. 315. cons. 242. num. 141. & cons. 814. nu. 51. Rota Ianuen. decis. 14. num. 4. vers. Cœterum si scit, & passus est, & in recent. decis. 213. num. 9. par. 6.* Et dum iste Bagutus se gerebat vti Magister Do-mus Archihospitalis, prout publicè semper
13 se gessit, † illius scientia, & factum arguit scientiam Domini, illique præiudicauit *Rota decis. 507. num. 2. vers. vndè par. 1. recent. Duran. decis. 74. num. 25.* ibi, *Sciuit in simili Surd. decis. 181. nu. 5. vers. Imo Gratian. discept. foren. cap. 853. nu. 20. & 60. & cap. 957. num. 3. & 5. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 7. tit. 7. num. 11. Riminald. iun. cons. 640. num. 20. & 29.* Et hoc est etiam valdè conueniens, ne cogantur qui cum Administratori-
14 bus similibus tractant, † probare veram, & expressam præpositionem, vel si non ad sit, ne contrahentes facilè decipiantur, & præponenti sit parata via fraudandi, vt declarat, & firmat *dicta decis. Ianuen. 14. num. 4. versic. vbi dicit,*

cit, &c. Maxime cùm huiusmodi explanatio diuersis temporibus aucta, & diminuta secundum temporum varietatem ratione sui officij eidem D. Præceptori innotescere de-
15 bebat, † imò ipse illam inuestigare tenebatur *Abb. in cap. innotuit num.9. & 22. de elect. Buratt. cons. 292. num.7. Riminald. iun. cons. 640. num. 37. vers. quinto talis scientia, Surd. decis. 181. numer.4.*

Verum quia hucusque nunquam fuit specificata quæ quantitas frumenti fuerit consumpta à principio affictus inchoati de anno 1630. sub 14. Martij vsque ad illius finem, qui fuit circa vltimum mensem anni 1635. de quo agitur Lucarinus fuit expulsus à seruitio Furni, *vt ex Summ. Archihospitalis num. 10.* ad effectum vt possit liquidari in qua summa Lucarinus verè sit creditor, erit prius probanda quæ quantitas tritici boni, & non tincolati fuerit à Ministris Archihospitalis tradita, & quæ quantitas fuerit per ipsum explanata, & de quo tempore; Nam triticum consignatum, ac ab eodem Lucarino explanatum vsque ad primam reductionem pretij, scilicet vsque ad diem 29. Nouembris 1634. erit calculandum secundum taxam in Instrumento affictus conuentam, videlicet ad rationem scutorum nouem ba:70. pro quolibet rubro: Farina verò ad rationem scutorum quinque, sicut triticum totum tincolatum, quod fuit explanatum à dicta die 29. Nouembris 1633. vsque ad secundam diem Mensis Nouembris 1635. de quo tempore fuit panis reductus ad vncias septem. Ab hac verò die 2. Nouembris resque, & per totum tempus affictus. Triticum erit valutandum ad rationem in Instrumento concordatam, demptis tamen Iulijs octo pro quolibet rubro ex causa exactionis diligentiæ adhibitæ pro confectione panis à filaro iuxta supradictum ordinem à Magistro Domus eidem Lucarino datum.

Et ita per DD. fuit responsum vtraque parte, &c.

R. P. D. BICHIO.

Calaguritana Beneficiorum.

Lunæ 17. Februarij 1648.

ARGVMENTVM.

Appellatio suspensiua licèt iuxta formam Concilij dari non possit à relatione examinatorum, hoc tamen procedit in Beneficijs curatis, secus simplicibus; Gesta post appellationem, vel infra decendium datum ad appellandum attentata dicuntur, & reuocari debent.

SVMMARIVM.

1 *ad Examen ex quibus dicatur iudicialiter processum.*
2 *Appellari potest à mala relatione examinatorum.*
3 *Concilium Tridentinum sess. 24. de reformat. cap. 18. prohibet appellationem suspensiuam à relatione examinatorum in beneficijs parrocchialibus, secus simplicibus.*
4 *à Collatione Beneficij iudicialiter facta appellari potest, secùs si extraiudicialiter.*
5 *Constitutiones Synodales tollentes appellationem à Beneficiorum collatione procedunt in collatione extraiudiciali, secùs iudiciali.*
6 *Attentata dicuntur gesta post appellationem, & infra decendium.*
7 *per approbationem Examinatorum vrbis docetur de grauamine examinatorum de partibus.*
8 *Commissio Signaturæ simpliciter obtenta efficit attentatum quidquid medio tempore fuit gestum.*
9 *Approbatio, seù renunciatio non trahitur ad futura.*
10 *Sequestri appositioni locus est in beneficialibus, ne interim fructus dilapidentur.*
11 *Possessio attentata sequestrari debet.*

DECISIO CLV.

HAEC beneficia, vt conferrentur iuxta præscriptum Motus proprij fel. record. Clementis VIII. super prouisione beneficiorum Diœcesis Calaguritanæ emanati, Ordinarius publicauit edicta in quorum termino plures comparuerunt oppositores, & preuia probatione patrimonialitatis singulorum, lata fuit sententia declarans eos esse legitimos oppositores, & ad examen admittendos, prout suc-
1 cessiue fuerunt admissi: † quæ omnia cum demostrent ad examen processum fuisse iudicialiter iuxta *tex. in cap. forus de verb. signif. in cap. fin. de elect. in 6.* & in his terminis dixit *Rot. decis. 515. num. 1. coram san. mem. Greg. XV. & in Calaguritana Beneficij de Cornago 14. Iunij & 19. Decembris 1639. coram R. P. D. meo Ghisilerio, in alia similiter de Cornago 24. Ianuarij 1642. coram R. P. D. meo Carillo, & in pluribus alijs decisionibus relatis in Calaguritana Beneficij de Lumbreras 20. Aprilis 1646. coram R. P. D. meo Otthobono §. quia ex publicatione.*

Licuit Michaeli de Gurrea quem examinatores ad simplicia tantum non autem ad curata idoneum renunciarunt appellare ad vtrum-
2 que effectum, † vt fecit à mala relatione examinatorum, vt in puncto fuit decisum *in Calaguritana Beneficij de Alexon 9. Februarij 1610. coram Sanctissimo D. N. Innocentio X. in Calaguritana beneficij de Cuaco 1. Iulij 1611. coram S. M. Greg. XV quæ est inter eius impress. decis. 515. num. 2. in d. Calaguritana beneficij de Cornago 24. Ianuarij 1642. coram R. P. D. meo Carillo, & in Calaguritana Beneficij de Lumbreras coram R. P. D. meo Otthobono, & tradit Gonz. super reg. 8. Cancell. gloss. 9. in annot. contra nullit. num. 184. Garz. de benef. par. 9. cap. 2. num. 244.*

Non obstante dispositione sacri Concilij Tridentini sess. 24. de reform. cap. 18. prohibentis appellationem suspensiuam à relatione examinatorum, ac supracitati motus proprij Clementis VIII. continentis clausulam appellatione remota, seu constitutionum sinoda-
3 lium appellationum pariter prohibentiũ, † quia Concilium Tridentinum loquitur de Ecclesijs Parrochialibus, nec procedit in beneficijs sim-

simplicibus qualia sunt ista vt distinguendo bene aduertit *Gonz. in annot. contra nullit. d. n. 185 Graz. de benef. d. cap. 2. num. 241. & seq. Rot. decis. 10. num. 1. par. 2. diuers. & in d. Calaguritana Beneficij de Alexon coram Sanctissimo D. N. in Calaguritana Beneficij della Braza 27. Maij 1641. coram R. P. D. meo Peutingero, Calaguritana beneficij de Iecora 4. Decembris 1643. coram R. P. D. meo Verospio, & in supracitatis decisionibus Calaguritanis coram RR. PP. DD. meis Carillo, & Otthobono.* Motus autem proprius Clementinus excludit appellationum quando ad collationem deuentum fuit
4 extraiudicialiter,† secus si iudicialiter fuit processum, vt declarauit *Rota in Calaguritana Beneficij 23. Iunij 1645. §. nec visum fuit coram R. P. D meo Arguelles*, eademque distinctione tollitur
5 obiectum Constitutionum synodalium,† quatenus sint in vsu, & à summo Pontifice confirmatæ, vt respondit *Rota in Calaguritana S. Ioannis de Molinar. 3. Iulij 1634. coram recol. mem. Coccino tunc Sacræ Rotæ Decano, & in alijs relatis in d. Calaguritana Beneficij de Cornagó §. quia dispositio coram R. P. D meo Carillo.*

Hinc sequitur quod mandatum de præstando, præsentatio, institutio, & quidquid aliud infra decennium à die relationis examinato-
6 rum, † & post appellationem ab ea interpositam gestum fuit attentati vitio subiaceat *cap. non solum de appellat. in 6. Lancell. de attent. appellat. penden. cap. 12. limit. 49. per tot. Rot. decis. 438. num. 3. par. 3. decis. 613. num. 1. par. 4. recent.* & in puncto in dictis Calaguritanis supra allegatis, quæ recensentur *in d. Calaguritana beneficij de Lumbreras, §. & propterea, & §. seq. coram R. P. D. meo Otthobono, & in eadem 4. Iulij 1646. coram eodem*: maximè quia appellatio est iustificata, cum appellans fuerit ab examinatoribus Vrbis re-
7 nunciatus habilis ad curata, † qui est modus docendi de grauamine illato ab examinatoribus de partibus in referendo solum habilem ad simplicia, *Rota decis. 8. de probat. in nou. dec. 527. & decis. 538. num. 2. coram san. mem. Greg. XV. & in Calaguritana S. Ioannis de Molinar 15. Iunij 1612. coram bon. mem. Coccino in Calaguritana beneficij de Cornago 19. Nouembris 1638. coram R. P. D. meo Ghisilerio in Calaguritana beneficij della Braza 27. Martij 1641. coram R. P. D. meo Peutingerio.* Et amplius quia superuenit rescriptum Signaturæ Iustitiæ simpliciter causam appellationis
8 committens † quod vi retrotractionis ad diem interpositæ appellationis efficit attentatum quidquid medio tempore gestum fuit, *Rot. in recent. decis. 305. nu. 19. par. 6. decis. 96. nu. 4. dec. 240. num. 3. coram Reuerendiss. Vrgellen. & in Cremonen. præpositura 27. Iunii 1644. coram R. P. D. meo Corrado cum aliis allegatis in dicta Calaguritana beneficii de Lumbreras coram R. P. D. meo Otthobono, & in alia Calaguritana beneficii coram R. P. D. meo Arguelles.*

Non obstat prætensa comparitio Michaelis sub die 10. Maii 1647. per quam prætenditur approbatum examen, & renunciatum appellationi, quia illa non continet nisi simplicem declarationem Michaelis, quod pro secundo beneficio non intendebat ingredi nouum examen ex quo sufficiebat examen factum pro primo, vnde esto quod inferri posset ad approbationem examinis facti ad effectum, vt inseruiat etiam pro secundo beneficio non tamen resultat approbatio relationis examinatorum, quæ nondum emanauerat, & secuta fuit triduo post, quamque illaturam grauamen Michael diuinare non poterat; imò fauorabilem sperabat, prout fauorabilem obtinuit ab exa-
9 minatoribus Vrbis, quia approbatio, † seu renunciatio non trahitur ad futura & ignorata, *Bart. in l. qui Romæ §. duo fratres num. 11. ff. verb. oblig. & ibid. Alex. num. 27. Ias. nu. 21. Capr. cons. 103 num. 5. Tob. Nonius consil. 42. num. 21. Ceph. cons. 455. num. 81. Peregr. de fideicomm. art. 52. num. 20. Surd. cons. 418. num. 10. Rot. decis. 485. num. 3. par. 2. recen.*

Ex his corrollarie sequitur quod sit apponendum sequestrum, cui locus est siue posses-
10 sio horum beneficiorum † sit vacans ne interim illorum fructus dilapidentur *iuxta text. in cap. olim de rescr. vbi Felin. numer. 1. Abb. in cap. 2. numer. 14. de sequestr. post & fruct. Archid. in cap. quia res nu. 9. vers. quodsi duo 11. quæst. 1. Seraph. decis. 143. num. 5. Burat. decis. 900. num. 1.* siue fuerit exaduerso apprehensa, quia cum appræhendi non potuerit, nisi post interposi-
11 tam, vt supra appellationem † tanquam attentata venit sequestranda de stylo Rotæ, de quo testatur *Cassad. decis. 3. num. 6. de rest. spoliat. Caputaq decis. 157. par. 3. Cæs. de Graff. decis. 2. nu. 1. de appellat. Reuerendiss. Vrgellen. decis. 414. num. 4. Garz. de benef. par. 9. cap. 4. num. 22.* & in his terminis fuit decisum in causis Calaguritanis superius allegatis coram RR. PP. DD. meis Otthobono & Arguelles.

Ideo proposito per me hodie dubio, an constet de attentatis, itaut sit apponendum sequestrum affirmatiuè responsum fuit informante solum Michaele, aduersarijs tamen pluries citatis.

R. P. D. BICHIO.

Montis Cassineñ Parochialis.

Lunæ 17. Februarij 1648.

ARGVMENTVM.

Possessio cum titulo in beneficialibus ad effectũ reportandi manutentionem, an, & quando sit necessaria latissimè discutitur, & si de validitate possessionis dubitari contingat manutentio concedenda est possessori, & postea in petitorio iustitia erit examinanda.

Merus executor literarum Apostolicarum, quãdo adest possessor, tenetur eum citari facere, etiamsi esset intrusus, & quando secùs, ex quibus verò dignosci possit an executor sit merus, vel mixtus clarè demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Possessio instrumentalis, alio non existente in possessione est manutenibilis.*

2 *Possessio cum titulo ad obtinendam manutentionem in beneficialibus non est necessaria, & quare.* Pos-

3 *Possessio absque titulo in beneficialibus sufficit ad effectum reportandi manutentionem secus in Tribunalibus sæcularibus.*
4 *Beneficium illud dicitur sæculare, quod Clerico sæculari conferri solet, non attento, an collator sit sæcularis, vel regularis. & num. seq.*
6 *Possessio cum titulo saltē idoneo ad præscribēdum etiā in summarijssimo possessorio requiritur, quando resistit præsumptio iuris.*
7 *Ecclesiæ omnes in eius Episcopi potestate consistunt in cuius Territorio sunt.*
8 *Beneficia sæcularia possunt etiam conferre Abbates regulares in territorio Episcopi.*
9 *Manutentio in beneficialibus an dari debeat aduersus iuris existentiam.*
10 *Possidere iure communi resistente, & prohibente quasi possessionem, aliud est, quam possidere aduersus iuris præsumptionem.*
11 *Præsumptio iuris in contrarium non vetat quasi possessionem, nec vehementer ei resistit.*
12 *Beneficia sæcularia à sæcularibus possideri debent.*
13 *Parochialium prouisiones fieri debent præuio concursu.*
14 *Decretum irritans inficit titulum, & possessionem.*
15 *Possessionis iustitia in beneficialibus videnda est in petitorio, & interim danda est manutentio possessori.*
16 *Iudex nulliter procedens priuat possessorem sua possessione.*
Et propterea in ea venit manutenendus.
17 *Iudex nulliter dicitur procedere, si procedit absque citatione.*
18 *Intrusus quando non sit citandus.*
19 *Executor merus literarum Apostolicarum, quando adest possessor, tenetur eum citari facere.*
20 *Executor mixtus literarum Apostolicarū debet partes Iudicis assumere, & procedere seruatis seruandis.*
21 *Clausula,* dummodò, &c. *& clausula,* amoto, &c. *efficiunt, vt executor non sit merus, sed mixtus.*

DECISIO CLVI.


IN possessione Parochialis Ecclesiæ sub inuocatione S. Martini ad Iudaicam dixerunt Domini dandum esse mandatum de manutenendo *Francisco Salsello* prouiso ab Abbate Montis
1 Cassini, † quia ille se possidere probauit per publicum instrumentum apprehensionis possessionis, quod nisi exaduerso probetur tunc alium possedisse suffragatur ad obtinendam manutentionem *l. prædia vbi notant omnes ff. acq. poss. Rot. penes Greg. XV. decis.* 138. *num.* 1. *penes Cocc. decis. decis.* 14. *num.* 5. *& alias sæpissimè.*
2 Absque alia † discussione, vel exhibitione tituli, quæ in hoc summarijssimo iudicio, neque in beneficialibus necessaria est, ne liceat cuique possessores molestare *Abb. in cap. in literis nu.* 27. *de restit. spoliat.* quem secuta est *Rot. decis.* 212. *num.* 8. *coram S.M. Greg. XV. decis.* 13. *numer.* 3. *& seq. coram Reuerendiss. Vrgellen.* vbi re-
3 spondetur omnibus contrarijs † & dicitur illa forsan procedere in tribunalibus sæcularibus, quæ cum solum se interponat ad coadiuuandos prouisos à Papa, aut ab Ordinario consequenter etiam titulum exhiberi exposcunt, *decis.* 698. *num.* 3. *par.* 2. *recent. decis.* 242. *num.* 16. *inter impress. apud Cinc. de censib. decis.* 328. *nu.* 8. *dec.* 402. *num.* 10. *&* 11. *decis.* 589. *apud Modern. de manut. & fuit dictum in Montisalti beneficij* 18. *May* 1646. *§. Itaque, coram me.*

A qua receptissima conclusione non potest
4 in casu nostro recedi, † eo quod cum agatur de beneficio sæculari quale dicitur, quod Clerico sæculari solet in titulum conferri, non attento an Collator sit sæcularis, vel regularis. *Felin. in cap. in nostra sub num.* 44. *de rescr. Gonzal. super reg.* 8. *Cancell. gloss.* 8. *num.* 38. *Lotther. de re*
5 *benef. lib.* 1. *quæst.* 34. *num.* 7. ius † resistit collationi de eo factæ ab Abbate Montis Cassini, *ad tex. in cap. omnes Basilicæ* 17. *q.* 7. ac tradita per *Lotther. de re benef. lib.* 2. *quæst.* 21. *n.* 1. & propter
6 resistentiam † etiam in summarijssimo possessorio requiritur titulus saltem idoneus ad præscribendum, *cap. cum persona de priuileg. in* 6. *Couarr. practic. quæst. lib.* 3. *q.* 19. *num.* 11. *Grat. discept.* 870. *num.* 15. *& seqq. Rot. decis.* 646. *num.* 9. *apud modern. de manuten.*
7 Quia licet † secundum priorum Canonum regulam omnes Ecclesiæ in eius Episcopi potestate consistant, in cuius Territorio sunt, vt habetur *in d. cap. omnes Basilicæ*, exindè non
8 prohibetur † quin etiam Abbas regulatis habere possit in eodem territorio collationem beneficiorum sæcularium, vt post *Abbatem, & alios ibi allegatos dixit Rot. dec.* 578. *sub num.* 2. *vers. nam esto par.* 1. *rec. Lotther. de re benef. lib.* 1. *q.* 34. *num.* 8. sed solum resultat iuris existentia pro
9 Episcopo, † quæ non impedit quominus aduersus priuatum, nempè Io: Baptistam Martuccium de hoc ipso beneficio se prouisum prætendentem dari debeat manutentio, *Abb. in cap.* 1. *num.* 4. *vt lit. penden. Maresc. var. resol. lib.* 1.
10 *cap.* 11. *sub nu.* 46. *vers. quapropter,* vbi ait † aliud esse possidere iure communi resistente, & prohibente quasi possessione, aliud possidere ius aliquod aduersus quamdam præsumptionem
11 iuris, † quod non vetat eiusdem iuris quasi possessionem, nec vehemēter ei resistit *Seraph. decis.* 970. *num.* 5. *decis.* 1047. *num.* 10. *Buratt. decis.* 222. *n.* 9. *Rot. inter rec. decis.* 752. *nu.* 5. *par.* 2. *cum alijs allegatis à moder. Perusino de manut. obseru.* 44. *num.* 56. *& seqq.* Præter quod versamur extra terminos huius quæstionis, quę forsan caderet, si ageretur de manutenendo Abbate in quasi possessione conferendi beneficium sæculare existens in Diœcesi alterius Episcopi; at beneficium hoc situm est in Territorio Montis Cassini, & agitur de manutentione Clerici sęcularis illud possidentis, cui nullatenus ius re-
12 sistit; † imò fauet cum beneficia sæcularia à sæcularibus possideri debeant, *cap. cum de beneficio de præben. in* 6. *Menoch. de arbitr. cas.* 20. *num.* 86. *&* 87. *Gonz. super reg.* 8. *gloss.* 7. *num.* 6. *Egyd. decis.* 162.
13 Nec pariter resistit † possessioni Salselli dispositio Sacri Concilij Tridētini sess. 24. de reform. cap. 18. mandantis prouisiones Parochialium fieri præuio concursu quam dispositionē S.M. Pius V. in Constit. 13. inter eius impress. Bullar. tom. 2. mandauit seruari sub Decreto

14 irritanti, quod inficit titulum, ac possessionẽ eius vigore subsecutam, *Mant. decis.40. num. 8. recol.mem.Coccino decis.51. num.4. Rot.inter recent. decis.48.num.2.& seqq.par.5.* Nam Salsellus fuit prouisus præuio concursu per Abbatem Mõ-
15 tis Cassini, tanquam loci Ordinarium; an autem idem Abbas potuerit indicere cõcursum, & beneficium conferre videndum erit in petitorio, & interim danda est manutentio Salsello possessori, *Menoch.de retinen. remed.3.n.736. Lotther.de re benef.lib.1.quæst.33.num.23. & lib. 2. q.45. num.38. Seraph.decis.287.num.4.*

Nõ obstat posterior possessio Iudicis autho-
16 ritate capta a Martuccio aduersario, † quia cum Iudex nulliter processerit, non priuauit Salsellum sua anteriori possessione, in qua propterea venit manutenendus *Felin.in cap. dilectus, il primo, sub num.1. vers. fallit secundo,de rescipt. S.M.Greg. XV. dec.9.num.8. decis.46. num.5. decis.105.num.5.* vbi allegat concordantes *Mart.*
17 *Andr.decis.1.nu.6.* Et † nullitas est euidens,quia processit non citato Salsello possessore, vt debuit, *iux.text.in cap.licet Episc.de præben.in 6.l.fin. cod.si per uim, vel alio mod. Menoch. de recuper. remed.1. num.111. Rot. decis. 172. & 412. vtrobique num.3. par.4. diuers.* quamuis (quod negatur)
18 Salsellus esset intrusus, † quia etiam intrusus est citandus, nisi ex actis constet de notoria intrusione, nullamque prorsus competere defensionem *Franc. in cap. ex ratione num. 29. de appellat. Gabr. cons.31. num.20. lib.2. Rot.dec.234. num.1. apud Modern. de manut.dec.211. num.1. p.2.*
19 *recent. decis.187.num.1. par.3.* vbi dicitur,†quod etiam merus executor, quando adest possessor tenetur eum citari facere.
20 Quo magis ergo† executor mixtus, qui debet partes Iudicis assumere, & procedere seruatis seruandis, *Felin in cap.de cætero num.9. de re iudic. Card. cons.75.num.1. Menoch.decis. 7. de rest. spol. Acchil.decis.6. num. 5. super reg. de trienn. Seraph. decis.1056. num.2. Rota inter recent. decis.51. num.9. par.7.* qualem fuisse eum, à quo in executionem literarum Apostolicarum aduersarius obtinuit immissionem constat, quia in dictis literis adest clausula,dummodo de tempore præsentium alicui non sit ius quæsitum, necnon amoto quolibet illicito detẽtore, quæ clausulæ efficiunt; vt executor non sit merus, sed mixtus, vt de prima tradit, *adden.ad Greg. XV. decis. 413. sua num.4. circa fin.Rota coram eod. Greg.XV. dec.91. num.2.coram bon.mem. Burat.decis.651. num.4. & 6. & in Nullius, seu Baren. Beneficij 20. Martij 1626. coram Reuerendiss. Vrgellen. in Pistorien.Thesaurariæ 31.Ianuarij proximè præteriti coram R.P.D. meo Ghisilerio,& de altera Caualer. decis. 478. num. 4. Buratt. decis.746. numer. 6. & 7.*

Et ita decisum vna tantum parte informante, præuijs tamen pluribus citationibus aduersarij.



R. P. D. MELTIO,
Posteà Episcopo PAPIEN.
Vrbeuetana Bonorum.

Lunæ 2.Martij 1648.

ARGVMENTVM.

Quæ requirantur vt iudicium vitium faciat litigiosi in præsenti decisione videbis, ad distinctionem quando illud reale, vel personale dicatur, licèt in consequentiã etiam bona comprehendere possit.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium introductum super cassatione instrumenti dicitur reale, & num. seq.*
2 *Litigiosa res non efficitur in actione personali.*
3 *Bona non effecta litigiosa liberè possunt alienari.*
4 *Alienatio vt impediatur per vitium litigiosi, requiritur introductio iudicij actione reali super dominio rei.*
5 *Alienatio facta in fraudem creditorum, & paratæ, vel cœptæ executionis dicitur nulla.*
6 *Pactum resolutiuum efficit, vt quis bona possit vindicare.*
7 *Bonorum mentio necessaria est, vt iudicium dicatur reale, & trahat vitium litigiosi.*
8 *Vitium litigiosi contrahitur quando super dominio causa mouetur.*
9 *Iudicium, vbi fit actione personali ad obseruantiam contractus, non trahit vitium litigiosi, licet in consequentiam bona venire possint.*
10 *Vitium litigiosi non contrahitur, vbi primum iudicium actione personali iam fuerat resolutum, secundum verò nondum inceptum actione reali.*
11 *Procurator nemo præsumitur.*
12 *Acta facta à non habente mandatum procuræ Dominio non præiudicant, & sup. n.11.*
Scientia litis in eo, in quem fuit facta alienatio requiritur de tempore alienationis. num. 12.
Scientia certa, & indubitata requiritur in materia vitij litigiosi. num. 13

DECISIO CLVII.

FVNDAMENTA decisionis in hac Causa coram me emanatę sub die secunda Martij 1646. & quæ hodie reuidetur, in eo præcipuè consistunt, quod alienatio bonorum, de quibus agitur, facta per Com. Cæsarem, & Octauianum de Marscianis ad fauorem Com. Ferderici de Marsciano, ac Monialium S. Mariæ Magdalenæ de Perusio, fuerit valida, eo quia fuit facta, nulla extante lite super dominio, & recuperatione dd. bonorum inter dd. Com. Cæsarem, & Octauianũ ex vna, & Com. Sfortiam, & Galeatium fratres de Marescottis ex altera parte, qui prius dicta bona, mediante D. Octauia Vrsina eorum Matre Tutrice, & pro tempore Curatrice, vsque de anno 1609. sub 26. Iunij alienarunt in eosdem Comites de Marscianis; Et quod Decretum contra dd.Com.Cæsarem,& Octauianum fuerit nullum

lum, quia citatus minimè fuit legitimus Procurator eorumdē de Marscianis in illius consecutione. Reproposita autem sub hac die Causa, placuit DD. in decisis persistere.

Nec obstare visum fuit, quod Iudiciū mediante citatione executa per illos de Marescottis inceptum sub 15. Septembris 1609. pro adimplemento cōtentorum in Instrumēto retrocessionis ab ipsis factæ sub d. die 26. Iunij 1609. aliàs ad videndum illud cassari, &
1 annullari, † & quodcumque Decretum necessarium, & opportunum fieri, & interponi, vt legitur in *Sum.* eorumdem de Matescottis *n.2.* dicatur reale iuxtà doctrinam *Couar. pract. quæst.cap.15.num.7. §.sed si actione.*

Quia Couar. benè loquitur in suis terminis scilicet quando vigore actionis personalis agitur ad rem aliquam petendam, atquè ad illius traditionem; In præsenti autem casu nullum verbum secundùm mentem Couarr. Sed tantum iudicium fuit inchoatùm pro adimplemento Instrumenti retrocessionis, & ideò nullum fuit contractum vitium litigiosi, cum ap-
2 pareat introductum actione personali, † qua res non efficitur litigiosa, *text. in l. 1. ff. de litig.* ibique *Bart. sub princ. vers. si verò agitur actione personali, & Cyn. in auth. litigiosa in fine uersic. Aut quærimus de personali C. eod. tit. Bald. in l. 1. col. 2. & 3. C. cum diuid. Specul. in tit. de appell. §. nouissimè num. 17. & 18. Rom. cons. 270. Pro decisione n. 3. vers. Secunda, quia cum actio, Menoch. cons. 79. n. 27. vers. hæc ergo lis, Ferrett. cons. 170. num. 5. & consil. 192. num. 7. Surd. cons. 405. num. 3. vers. Iudicium enim super hypotheca, Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. centur. 3. casu 202. num. 7. & 18. Lancellott. de attent. lit. pend. in præfat. n. 580. Peregr. de iur. fisc. lib. 4. tit. 6. num. 9. Osasch. decis. 144. num. 7. Rot. decis. 335. num. 4. coram Papa Greg. XV. & in recent. dec. 173. num. 5. vers. & prima ratio, & seq. par. 7, Buratt. decis. 59. num. 11. vers. imo decreta, & decis. 133. n. 8. & ibi Add. litt. B. Duran. decis. 364. num. 8. vers. quia fuit responsum*; Et per consequens dd. bona po-
3 tuerunt † per illos de Marscianis alienari in Com. Federicū, ac Moniales, vt inquit *Rom. d. cons. 270. num. 3. vers. consequens est ergò, Seraph. decis. 134. num. 4.* Ad effectum enim, vt lis dicatur introducta super re, & illius alienatio
4 impediatur, † necesse est, quod agatur actione reali super eiusdem rei dominio, vt præter relatos in decisione, quæ reuidetur, *sub §. non obstat, vers. & tunc* solummodo explicat *gloss. vlt. in Clem. 2. verbo plenè, vt lit. pend. Lancell. de attent. p. 2. cap. 4. num. 29. Rot. in Albanen. confinium 20. Iunij 1620. §. Nequè dubitari potest, coram b. m. Pirouano.* Auctoritates verò, quæ in contrarium adduci possent, videlicet *Couarr. pract. q. cap. 15. num. 7. vers. si actione, &c. Capic. decis. 128. nu. 10. vers. Et quamuis, Surd. cons. 405. num. 9. in fine, vers. respondeo, Cancer. var. resol. in tit. de sent. & earum execut. c. 17. num. 461. vers. Nam licet, Caual. decis. 131. n. 1. vers. quia respondebatur, Buratt. decis. 166. & 450. num. 1. & in recent. decis. 609. num. 2. par. 2.* non
5 applicantur, † cum loquantur tantummodò, quando alienatio fuit facta in fraudem Creditorum, & paratæ, vel inceptæ executionis.

Non obstat, quod Iudicium fuerit intentatum per Com. de Marescottis ad effectum rehabendi dominium bonorum retrocessorū, stante pacto resolutiuo in prædicto Instrumēto retrocessionis apposito, cuius vigore ex tēpore factæ declarationis præsupponitur, in ipso Iure translatum illud fuisse.

Quia licet ipsi vigore ass. pacti resolutiui
6 potuissent † dicta bona vendicare *iuxt. tex. l. commissoriæ*, ibi, *Vendicationem rei eligere C. de pact. inter empt. & vend. & l. fin.* ibi, *vt à Venditrice vendicari debeant ff. de leg. commiss. l. rem alienam ff. de contrahen. empt. Osasc. decis. 65. num. 12. vers. quo casu, Mantic. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 29. nu. 22. vers. quia rei vendicationem habet.* Non tamen hoc remedium intentarunt; sed citatio solum fuit ad finem, & effectum, quod Comites de Marscianis adimplerent contenta in prædicto Instrumento, aliàs illud resolueretur iuxta
7 formam pacti in eo appositi, † & propterea nulla prorsus fuit facta in tali petitione mentio bonorum, vt præsupponunt *Didac. pract. quæst. c. 15. nu. 6. vers. Vndè vbi actio personalis, Ant. Fab. in eius Cod. lib. 7. diff. 7. vers. id enim tum obtinet C. de execut. rei iudic.* & benè declarat *Honded. consil. 20. num. 30. vers. Primo, & num. 31. vers. quæ declaratio non nocet, & seqq. lib. 1.* Vndè cessat in præsenti casu vitium litigiosi, quod tunc contrahitur secundum veriorem, & receptiorem
8 DD. sententiā, † quando super dominio Causa mouetur contra possessorē *iuxt. tex. in Auth. litigiosa C. de litig. sumpta ex Auth. de litig. in §. 1.* Non autem quando principaliter agitur personali actione ad obseruantiam, & implemen-
9 tum contentorum; † Quia tunc nulla cadit quæstio, & contentio super dominio rei, licèt in consequentiam venire possit illius traditio, vel restitutio, *Rom. d. cons. 270. num. 3. vers. secunda quia, Crauett. cons. 279. num. 1. vers. nec obstat modo,* & latè probauit *Rot. in dec. 173. num. 7. §. neq. potuit hunc effectum operari, uers. Vbi tanquam pro regula, & vers. qui attestatur par. 7. recent. confirmata sub 25. Februarij 1639. coram Merlino §. Secundò quia, Burat. decis. 76. num. 22. uers. ultra quod.*

Prædicta eò magis procedunt, quia tale Iudicium prorsus fuit terminatum mediāte Decreto Iudicis emanato sub die 12. seu 15. Octobris 1610. quo reposuit ab alio priori facto super cassatione, & nullitate dicti Instrumenti, vt constat ex eodem *Sum. num. 4.* Imò huiusmodi Iudicium fuit derelictum per eosdem de Marescottis, dum ab ipsis aliud ordinarium principaliter fuit intētatum de anno 1611. super eiusdem Instrumenti annullatione, cassatione, & rescisione cum clausulis salutaribus, vt apparet ex Monitorio executo die 28. Maij eiusdem anni *d. Sum. num. 10.* quod operatur, vt alienationes bonorum, de quibus agitur, factæ die 23. Septembris 1609. 26. Ianuarij, ac 13. 19 & 22. Aprilis 1611. ac relatæ in eodem *Sum. num. 3. & 8.* d. vitio litigiosi notari non possint, dum præcedens Iudicium in actione persona-
10 li fuerat iam resolutum; † secundum vero nondum inceptum, *Bart. in d. l. 1. §. si inter sub num. 3. vers. quas pœnas intelligo ff. de litig. Osasch. decis. 144. num. 8. vers. accedat, & seq.* & benè probat *Crauett. d. cons. 279. num. 1. vers. hoc ita præsupposito*

posito, cum alijs relatis per Lancell. de attent. p. 2. c. 4. in præfat. sub num. 601. vers. quarta demum, & numer. 605. vers. quamuis autem, & sub num. 606. vers. primum in fine.

Minus obstat, quod alienatio dd. bonorum facta dicatur à Com. Cæsare, & Octauiano de Marscianis in Com. Federicum Marscianum, pendente iam lite cum Marescottis, quæ deducitur ex prædicta citatione executa contra Antinorum, vti procuratorem d. Com. Cæsaris, quæ licèt fuerit posteà circumducta ob Decretum sub conditione factum sub die 15. Octobris 1609. Nisi infra quinque per DD. de Marescottis doctum fuerit, quod in obtinendo præcedenti Decreto cassationis præfati instrumenti, citata fuerit persona legitima, *ut in Sum. eorumdem Com. de Marescottis num. 4.* atq; d. Decretū repositionis deindè emanauerit, stāte productione subsecuta die 20. eiusd. mēsis mādati procuræ facti sub die 20. Iunij 1604. in persona Antinori de Baptistis, *ut ex d. Sum. n. 5.*

Quia ex lectura d. mandati clare appparet, illud fuisse factum, solum à Comite Cæsare Marsciano, non autem à Com. Octauiano, cui propterea non poterat preiudicium inferri, & ideò d. citatio fuit nulla, † cum nemo
11 præsumatur Procurator *l. licet C. de Proc. c. in nostra in fine eod. tit. in 6. & in Clem. 2. ibique not. DD. ut lit. pend. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 7. tit. 4. n. 2. & 3. Marc. Ant. var. resol. lib. 1. cap. 92. num. 1. ibi,*
12 alias † acta facta, *Alex. cons. 6. num. 4. lib. 4. Rimin. iun. cons. 593. num. 3.* ibi, *ad id mandatum non habeatis. Rot. decis. 269. num. 4. vers. Vndè cessat par. 4. recent. & decis. 264. num. 1. coram Papa Greg. XV.*

Quo verò adducuntur ad probandam scientiam litis in persona Com. Federici, nec etiam obstant. Quia procedere possent, quatenus actum fuisset actione personali ad bona, de quibus agitur, atque ad illorum traditionem consequendam ex supra deductis. Ex Instrumentis enim celebratis de anno 1609. 23. Septembris *d. Sum. num. 3.* certè deduci nequit, nā verba illa in altero descripta, videlicet scut. 66. ba. 66. soluta Romæ pro recuperatione eorū bonorum ab Ill. DD. de Marescottis, nullo pacto referri possunt ad prædictum Iudicium, quod solum fuerat institutum per octo dies ante, nempè 15. eiusdem mensis, & sic nullus pro Marscianis actus, nullaue impensa facta dici poterat, vndè verè, ac realiter verba prædicta sunt referenda ad iudicium, quod iam fuerat peractum ad instantiam ipsorum de Marscianis pro recuperādis his bonis à Marescottis, cuius diuersa acta leguntur *in eodem Sum. num. 17.* licèt illud mediante instrumento concordiæ, & transactionis initæ die 26. Iunij 1609. fuerit postea terminatum. Verba autē illa, quæ leguntur in alio Instrumento confecto sub die 26. Ianuarij 1611. ac relato *eodem Sum. num. 8.* ibi, *Item scut. 15. per Illustrem D. Comitem Federicum expensis pro d. D. Com. Octauiano in lite facta cum DD. de Marescottis ex causis, de quibus in actis in Vrbe per acta Theodori Porfirij, &c.* siue referantur ad dictum iudicium institutū die 15. Septembris 1609. ac resolutum mediāte Decreto repositionis, emanato die 15. Septembris 1610. siue ad iudicium possessorium manutentionis introductum ab illis de Marscianis die 26. Octobris, 1610. in quo fauorabile Decretum ab illis fuit obtentum die 30. eiusdem mensis ibidem *num. 6. & seq.* non obstant. Tamen nulla ex illis inferebatur prohibitio alienationis dd. bonorum, nec litigiosi vitium, vt supra dictum est.

Apocæ verò *in eodem Sum. relatæ sub num. 18.* nullius sunt releuantiæ. Quia continent acta solummodò de anno 1634. facta, ex quibus
13 nulla prorsus resultat probatio scientiæ † de tempore dd. alienationum factarum Anno 1609. & 1611. prout necessaria fuisset, & quidem certa, & indubitata *Bero. cons. 102. num. 50.* ibi, *Attamen non deponunt lib. 2. Becc. cons. 37. n. 23.* ibi, *quod ut scientia, Surd. cons. 189. num. 49. §. nec in præsenti facto, Buratt. decis. 450. num. 4. vers. scientia uerò emptoris Duran. d. decis. 364. nu. 59. vers. cum tamen.* Et in omnem casum talis scientia litis alleganda non videtur, cum ex noua lite, introducta inter cōtrahentes, dici nequeat, quod bona, de quibus agitur, fuissent effecta litigiosa; Quia ex sola actione personali intentata, nullum litigiosi vitium fuit contractum, vt superius fuit firmatum. Et ideò dd. Comites de Marscianis licitè potuerunt ad alienationem dd. bonorum deuenire.

Et ita vtraque parte, &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Toletana Decimarum de Capilla.

Lunæ 2. Martij 1648.

ARGVMENTVM.

Decimarū exactio alicui donata à Principe laico intelligitur de ea specie decimarum, quæ ei debebatur ratione temporalis dominij, & non extenditur ad decimas spirituales, quia voluntas Donatoris recipit declarationem ab eius potestate.

Fama debet esse constans & inuariabilis, & licèt testes teneantur reddere causam, vnde ipsa fama processerit, quamuis non essent interogati id tamen, an & quandò procedat, in presenti decisione eruditissimè declaratur.

SVMMARIVM

1 *Decimarum exactio immemorabilis, non potest elidi per exceptiones, immemorabilem per necesse non excludentes.*
2 *Actoris intentio, & eius perfecta probatio, debent refelli ex certa, & concludenti Rei exceptione.*
3 *Actoris dubia probatio, dubia quoque Rei exceptione potest refelli.*
4 *Immemorabilis excluditur dato certo initio,*
5 *Productio facta ab Aduersario, non nocet alteri parti amplia vt num. 6. & 7.*
8 *Donatio non extenditur ad diuersa, & independentia à re donata.*
9 *Decimarum donatio facta à Principe laico, de qua specie decimarum intelligenda sit.*
10 *Voluntas Donatoris, recipit declarationem ab eius potestate.*

Fama

11 *Fama per testes probata, destruitur, vel certa & inconstans redditur ex depositione aliorum testium de contraria fama deponentium.*
12 *Fama debet esse constans & inuariabilis.*
13 *Testes super fama deponentes tenentur reddere causam, vnde fama ipsa processerit quamuis non essent interrogati.*
14 *Famæ probatio infringitur, si testes illam deducunt ex erronea causa.*
15 *Fama non probatur per testes deponentes ex proprio iuditio & per possibile.*
16 *Fama vt probetur per testes, debent percutere tempus ante motam litem.*
17 *Fama posterior dum potuit oriri post motam litem non reddit incertam illam præcedentem ante motam litem iustificatam.*
18 *Testes non arctantur ad expressionem causæ, quæ per corporis sensus exteriorem potest innotescere.*
19 *Testis super fama deponens, quandò non teneatur exprimere causam, sed sufficiat, vt se publicè audiuisse concludat.*
20 *Sensus decipi non potest circa proprium obiectum auditus.*

DECISIO CLVIII.

POST comprobatam ab Excellentiss. D. Duce de Beiar immemorabilem possessionem exigendi Decimas in Ditione de Capilla ex pluribus testibus de fama quoq; Priuilegij Apostolici deponentibus, & latam super vtraque probatione sententiam in iudicatum deinde transactam, Agentes clar. memoriæ Card. Infantis tunc Archiepiscopi Toletani, ad retardandam rei iudicatæ executionem, diuersa probationum genara produxerant, quæ coram Eminentiss. D. Card. Verospio sub die 16. Decembris anni 1636. ex irreleuantiæ fundamento reiecta, hodie vero coram me in eius locũ subrogato ad disputationis trutinam reuocata,
1 iterum Domini declararũt irreleuantia; † quia immemorabilis Decimarum exactio ab ipso Duce concludenter iustificata, prædictis exceptionibus elidi non potuit non excludentibus immemorabilem per necesse iuxta dispositionem *tex. in l. 1. & 2. ff. de except. l. quingenta C. de probat.* & forè necessarium notat *Bald. in l. frustra num. 2. C. de probat. Bart. in l. genero num. 4. de ijs qui notantur Infam. Franch. in cap. 1. in 1. notabili de præscr. lib. 6. Aym. cons. 201. num. 29. & cons. 226. num. 8. Rot. decis. 190. num. 2. par. 2. diuers. & coram Gerg. dec.*
2 *201. num. 3.* Siue † ad destruendam intentionem Actoris proponatur exceptio, siue ad certam eiusdem probationem elidendam, cum non solum Actoris intentio, sed eius quoque perfecta probatio certa pariter, ac concludenti debeat exceptione refelli, vt notat *Bart. in l. admonendi nu. 50. ff. de iur. iur. Iason. in l. ad hæc nu. 15. in fin. in 10. limitatione C. vnde legitimi Abb. in cap. in præsentia num. 5. ac probat. Rota coram Mantic. decis. 274. nu. 4. & in Rauennaten. censuum 29. Martij 1621. coram Manzanedo relata post Cenc. in add. dec. 64. n. 5.*
3 *& 6.* licet† si dubia præcessisset Actoris probatio, dubia quoque posset exceptione refelli iuxta *cons. Surd. 505. num. 6. & dec. Rot. 229. nu. 33. par. 6. recent.* in quibus terminis procedunt allegati Doctores, & alij ab Informantibus adducti.
4 Nec proinde † immemorabilis vim elidit titulus acquisitionis duobus Instrumentis exaduerso comprobatus, in quorum altero continetur donatio Status de Capilla cum omnibus Decimis, portorijs, atque prouentibus collatis Ioanni Nuñez ab Henrico Rege Castellæ, in altero verò eiusdem Principatus legitur facta venditio per ipsummet Ioannem antecessoribus moderni Ducis, quasi acquisitionis initium inde conuincatur exclusiuum immemorabilis *iuxta glos. in cap. 1. de præsc. lib. 6. in verbo memoria, & notat ibi Io: Andr. in fin. gloss. in cap. illud in verbo inconcussæ eodem. titul. Rota coram Gregorio decision. 467. numer. 6. & coram Andr. decision. 65. num. 5.*
5 Vtrumque enim † Instrumentum ab Agentibus Archiepiscopi Toletani productum officere non potest moderno Duci, qui neutri innittitur, vt respondit *Rot. coram Crescentio decis. 21. num. 4. de probat, & in dec. 731. num. 20. part. 1. diuers. & dec. 56. num. 22. par. 7. rec.* quamuis eius
6 Antecessores† altero ex ijs producto vsi fuerint in causa, dum ipse iure proprio, & ex peculiari titulo Maioratus, non autem hæreditario causam prosequitur, vt probat *text. in l. Modestinus ff. de except. & in l. 2. C. de fid. Instrum. notat. Alex. in l. 2. C. de eden. Tiraq. de nobilitate cap. 37. num. 7. Rota coram Seraph. dec. 1314. nu. 1.* Eaque
7 productio † facta fuit in causa diuersa, vt notat *Bald. in l. 2. num. 22. C. de eden. & in cap. causam quæ 10. num. 8. de test.* vbi etiam *Aret. num. 31. Dec. in l. conditione num. 8. C. de inst. & subst. Soccin. sen. cons. 122. num. 8. lib. 4. Rimin. iun. cons. 213. num. 20.* Qui-
8 nimo † adducta Instrumenta solum ostendunt acquisitum Ius Principatus, non autem Decimarum, quod vti ab eo diuersum, ac independens, inde argui non potest ex Regia liberalitate donatum, *argum. text. in l. inter stipulantem §. Sacram ff. de verb. oblig. & in l. fin. ff. de calumniat. Bart. in l. Papinianus nu. 2. ff. de minoribus Alex. cons. 66. num. 7.* & in his terminis arguit *Bertan. cons. 350. num. 1. & 8. Ludouic. Bell. cons. 57. numer. 26.*
9 Quamuis† expressa eorundem mentio præcesserit in Instrumento donationis, cum illa solum intelligi debeat de ea specie Decimarum Regi debita ratione temporis dominij, siue ex mercium emptione ac venditione, siue ex earundem introductione in portus Maris, siue demum ex piscatione retrahanda de quibus meminit *Bald. in cons. 419. num. 1.* eas propriæ decimationes asserens apoellari *Lasart. de Decim. cap. 19. nu. 30. Fontanell. de pact. nupt. clausula 4. gloss. 19. par. 1. num. 82. Gutt. de Gabell. q. 1. num. 13. Mastrill. de Magistr. lib. 3. cap. 10. nu. 305. Molin. de Iust. & iure disput. 662. num. 6.* attenta præsertim po-
10 testate † Donatoris Decimarum spiritualium omnino incapacis, a qua eiusdem voluntas, ac subsecuta Decimarum donatio declaratur in specie Decimarum temporalium laicis quoque personis competentium *ex not. in cap. Daibertum 1. quæst. 7. & in cap. cum super Abbatia de offic. & potest. Deleg. & notat ibi gloss. in verb. mutuo aduersantibus, & in l. Lucius Titius §. Imperatorem ff. ad municipal.*

Ne-

11 Neque Apostolici priuilegij † fama a Testibus Ducis abundè probata destruitur vel ex alijs testibus ab Archiepiscopo Toletano productis de contraria vsurpationis fama deponētibus, ex quibus incerta, & inconstans reddi videtur altera fama aliorum depositione testiū comprobata pro parte Ducis contra dispositionem *text. in ca. de parentela 35. q. 6.* constantem
12 & † inuariabilem requirentis *notat Bald. in l. conuenticulam num. 8. C. de Episc. & Cler. Roland. cons. 3. num. 48. & 49. volum. 1. Surd. cons. 151. num. 79. Rot. coram bon. mem. Coccino dec. 68. num. 18.* Vel quia
13 aliqui † ex eisdem testibus Ducis nullam causam reddunt, vnde fama ipsa processerit, ad cuius tamen expressionem adstrictos esse, quamuis non interrogatos aduertit, *Iacobin. à Sancto Georgio in l. testium fines §. eiusdem quoque num. 14. ff. de testam. Alex. cons. 72. num. 9. lib. 1. & cons. 25. numer. 6. lib. 4. Bertran. cons. 101. num. 6. Ruin. cons. 51. num. 14. lib. 5. & alij relati per Sanchez de matrim. lib 2. disputat. 42. num. 16.* Alij vero eam ex Maurorum expulsione deducunt mediante huius fa-
14 miliæ virtute sequuta, † quæ tamen causa ex publicis Historicorum monumentis erronea conuincitur Ferdinando Regi expulsionem ipsam adscribentibus per annos 143. ante delatū in hanc familiam Capillæ Dominium, ac consequenter famæ probationem infringit, *vt notat Bart. in l. de minore §. plurium n. 18. ff. de quæst. & ponderauit Aym. consil. 366. numer. 45. Roland. consil. 30. numer. 48. lib. 1. Alexand. cons. 173. num. 11. lib. 6. & alij plures relati per Cyriac. contr. 150. numer. 47.*
15 Testes enim † super fama vsurpationis examinati præterquā pluribus exceptionibus repelluntur in præterita decisione deductis, neque eam concludunt per necesse, sed solum ex proprio iudicio, & per possibile contra dispositionem *text. in l. neque Natales C. de probat. & l. ad probationem C. eod. tit. l. non hoc C. vnde legit. cap. cum contingat de offic. deleg. notat. Bart. in l. quid tamen x. si arbiter. ff. de recept. arbitris sub num. 3. & in tract. de testimonijs nu. 12. Tindar. in tract. de test. par. 1. cap. 1. num. 5. Rota coram Verall. decis. 264. num. 13. par. 3. & in decis. 151. num. 10. & 317. num. 4. par. 4. tom. 2.*
16 *rec.* neque † percutiunt tempus ante litem motam, prout fore necessarium aduertit *Abb. in cap. ex quadam num. de test. Henric. Boich. in cap. 1. § super eo num. 6. de eo qui cogn. consang. vxor. sua Crot. in tractat. de test. num. 368. Rota coram Verall. decis. 413. num. 1 par. 2. coram Gregor. dec. 325. nu. 13.*
17 *& coram Seraph. 1103. num. 4.* Ideoque † cum hæc fama posterior oriri potuerit post motam litem, nec incertam reddidit præcedentem à testibus Ducis iustificatam, nullis ante litem motam contrarijs probationibus debilitatam, vt ponderauit *Rot. in Tullen. sponsalium 22. Iunij 1620. coram Sacrato par. 4. tom. 2. decis. 232. nu. 21. in recent.*
18 Testes verò † pro parte Ducis de priuilegij fama sine causa deponentibus hinc reijci non valent dum non arctantur ad expressionem causæ per corporis sensum exteriorem innotescentis, vt notat *Bald. in l. solum Cod. de test. n. 22.*
19 *& 23. & in cap. præterea num. 10. de test.* † vbi ad hunc effectum satis esse asserit, vt testis se pu-
20 blicè audiuisse concludat; † Quia sensus decipi non potest circa proprium obiectum auditus *Ferrerett. cons. 168. num. 19.* vbi attestatur de praxi in Romana Curia recepta, & de stylo Tribunalis attestatur *Rota coram Verall. decis. 7. num. 1. par. 2. & 289. par. 3. & coram Cassad. decis. 3. num. 10. de probat. coram Caual. decis. 234. num. 2. coram Andr. decis. 45. num. 6. coram Greg. dec. 213. nu. 2.* vbi latè *Add. num. 10. & in dec. 351. num. 1. par. 2. rec. & in Hieraccn. Iurispatronatus 15. Aprilis 1613. coram bon. mem. Cardinali Verospio.* Quæ sanè fama idcircò ex aliorum ratione testium erronea non infringitur, quamuis nec talis illa conuincatur ex prædictis Historicorum monumentis. Hi enim adscribendo Ferdinando Regi Victoriam non proinde excludunt, quin virtute Procerum huius familiæ potuerit quoque cōtingere Maurorum eiectio ab eodem Statu de Capilla, postquam maximè ex alijs Historicis, ac testibus exaduerso productis ostenditur Iacobum de Zuñiga auctorem moderni Ducis sub Rege Alphonso per quatuordecim annos ante in Bello Tolosano strenuè pugnasse, ibique præclarum præbuisse specimen fortitudinis irrumpendō omnium primus in Castra Maurorum, confractis catenis ferreis, quibus illa muniebantur, in cuius præclari facinoris memoriam gentilitio stemmati postmodum anulos addidisse, vt fuit in præterita decisione ponderatum, inde enim nec possibilitas excluditur, quinimo maxima resultat verisimilitudo quod subsequutæ postmodum expulsioni Maurorum interfuerit Iacobus.

Et ita vtrapue &c.

R. P. D. C E L S O.

Postea Eminentiss. D. CARDINALI.

Gerundeñ Beneficij.

Mercurij 11. Martij 1648.

A R G V M E N T V M.

Ius patronatus, quod plenè, & concludenter probatur ex ipso instrumento fundationis, vbi tamen deficit instrumentum probationem recepit ex præsentationibus effectum sortitis, quæ etiam sufficientes dicuntur ad probationem pertinentis in hac materia.

S V M M A R I V M.

1 *Vacatio per obitum probatur ex confessione partis ex eadem vacatione venientis.*
2 *Beneficia de iure præsumuntur simplicia, & absque residentia.*
3 *Ius patronatus plenè probatur ex instrumento fundationis, & dotationis.*
4 *Præsentationes effectum sortitæ probant ius patronatus etiam absque instrumento fundationis.*
5 *Assertiones partis factæ in litteris suæ prouisionis plenè probant contra ipsum asserentem.*
Ius patronatus probatur ex confessione facta in litteris Ordinarij, quoties Ordinarius non est in lite num. 5.

6 *Per-*

6 *Pertinentia iuris patronatus probatur ex præsentationibus, & resignationibus effectum sortitis.*
7 *Patronus sufficit quod probet descendentiam ab eo qui est in possessione præsentandi.*
8 *Consanguinitas probata respectu vnius fratris, remanet etiam probata quo ad alium.*
9 *Descendentiæ probatio generica sufficit etiam in iure patronatus, vbi non est alius qui se proximiorem contendat.*
Graduum distinatio non est necessaria vbi nemo cōparet in concursu nu.9.
10 *Valor in beneficialibus etiam per vnicum testem probatur.*
Valoris in materia qualis qualis probatio sufficit in beneficialibus nu. 10.
11 *Adiudicatio beneficij conceditur stante verificatione narratorum.*
12 *Pontifex non censetur iuripatronatus derogare voluisse, nisi id fecerit ex certa scientia.*
13 *Clausula*, dummodo tempore datæ præsentiū non sit alicui ius quæsitum, *iura partium præseruat.*

DECISIO CLIX.

PER obitum Baudilij Pau sequutum de mense Decembris 1646. vacauit beneficium simplex in Ecclesia Cathedrali Gerundeñ, ad quod cum se opposuisset Ioannes Prim, & Michael Compolier, dubitaui, An Ioanni, qui in partibus Sententiam fauorabilem reportauit, esset dictum beneficium adiudicandum, & Domini attenta verificatione omnium narratorum in eius gratia, ipso solum informante, responderunt affirmatiuè.

Etiam vacatio beneficij per obitum dicti Baudilij, & quod non excedat valorem ducatorum 24. clarè resultat ex confessione partis
1 aduersæ facta in litteris suæ prouisionis, † quæ sufficit ad effectum adiudicationis, *iux. decisionem Egidij* 268.*per tex.in l.cum præcum Cod.de liber. caus.* prout in specie de expressione primæ qualitatis, firmauit *Rot.coram Put.dec.*171.*nu.*1.*lib.*2. *Mantic. decis.* 132. *eodem nu.Burat.decis.*155.*n.* 10. Et de secundu, *Duran.dec.*237.*nu.*6.*& in rec.decis.* 499.*nu.*7.*par.* 4. *tom.*2.

Et ex eadem confessione probatur etiam, quod dictum beneficium personalem residentiam non requirat, quæ qualitas, nec etiam
2 egebat iustificatione, † ex quo de iure omnia beneficia præsumuntur simplicia, & absque residentia *Rebuff.in Praxi tit.Seculare beneficium quotuplex num.*11.*Egid.decis.*676. *Pampilonen. beneficiorum de Huarte* 26.*Aprilis* 1613.*coram Sacrato, & in Romana Clericatus S.Petri Veneris* 8. *Nouemb.* 1624.*coram Manzanedo.*

Iuspatronatus ex fundatione, & dotatione probatur concludenter ex ipso instrumento fundationis factæ a Bernardo Prim vsque de anno 1480. in quo cauetur, quod Presbyter de genere fundatoris, & cognominatus cogno-
3 mine de Prim cæteris præferri debeat; † Talis autem probandi modus superat omnem alium qui dari possit in hac materia *glo.in cap.piæ mentis* 16.*q.*7.*Aym.cons.*68.*in princip. Gonzal.ad reg.* 8. *glos.*18.*num.*32.*Viuian.de Iurepatr.lib.*11.*cap.*5.*n.*6. *Rot.dec.*152.*nu.*2.*par.*5.*rec.& dec.*87.*nu.*3.*par.*7. & disponit *Sac. Conc. Trident. sess.* 25. *capit.*9.*de reformat.*

Et vltra quamplures præsentationes continuatas, & effectum sortitas per spacium lon-
4 gissimi temporis, † ex quibus resultat probatio Iurispatronatus, etiam si instrumentum non exhiberetur *Cassad.dec.*7.*nu.*4.*de Iurepatr. Seraph. decis.*1232.*num.*1. *ver. secundo ex multiplicatis præsentationibus & in rec.decis.*312.*nu.*4.*& seq.par.*1.*& dec.*541.*nu.*2.*par.* 2.

Concurrit similis assertio Michaelis in litte-
5 ris suæ prouisionis datis *in Summ.num.* 5. † quæ in præiudicium ipsius confitentis optimè probat, dum Ordinarius non est in causa nec agitur de præiudicio Ecclesiæ *Mantic. decis.* 318. *a princip.& præsertim num.*5.*Greg.decis.* 452. *num.* 1. *& seqq.ibique Add.num.*22.& dictum fuit *in Aquilana Iurisp.*24.*Ianuarij.*1646.*coram R.P.D.meo Corrado.*

De pertinentia vero Iurispatronatus ad fauorem Petri a quo Ioannes præsentatus fuit constat ex testibus formiter examinatis deponentibus, ipsum esse Nepotem, & hæredem Iacobi, quem apparet fuisse in quasi possessione præsentandi ex pluribus præsentationibus ab eo factis, ac consensibus præstitis diuersis
6 resignationibus effectum sortitis, † ex quibus iustificata remanet quasi possessio, & pertinētia ad fauorem eiusdem Iacobi, saltem ad effectum, de quo agitur, *per tex. in cap. quærelam* 24.*de electio, & capit. consultationibus* 19. *de Iurepatron. Rot. in Terdonen. Iurispatron.*22.*Iunij* 1646 *coram R.P.D. meo Roias, &* 17. *Iunij* 1647. *coram me.*

Et consequenter etiam ad fauorem Petri nepotis, & hæredis ipsius, esto quod non probaret descendentiam a primo fundatore, cum sufficiat patrono docere se esse descendentem
7 ab eo, † qui fuit in possessione præsentandi, vt aduertit *Viuian.de Iurepatr.lib.*11.*cap.*5.*num.* 100. *Lotther.de re benef.lib.*2.*q.*11.*num.* 118. *& seq. Rota coram sanct.mem.Greg.dec.*452.*nu.*16.*ver.quoad cenamos, & num.seq.repetita in rec.dec* 274.*nu.*8.*par.*2 *& Add.ad eumdem dec.*349.*num.*6.*Buratt.decis.*559. *num.*3.*Duran.decis.*100.*num.*4.*& in recent.dec.*146. *num.*2.*par.*2. & dictum fuit *in Tarraconen.beneficij* 10.*Ianuarij* 1639.*coram R.P.D.Carilio, & in Cæsaraugustana beneficij de Linares* 22. *Iunij* 1643. *coram R.P.D. meo Bichio.*

Similiter quod Ioannes sit Presbyter de genere, & familia fundatoris probant quatuor testes quorum alter in Curia, alij vero in partibus fuerunt formiter examinati, asserentes, eumdem Ioannem, esse Presbyterum, & Rectorem Ecclesiæ de Vilafiaser, & vti talem vidisse illum pluries missam celebrantem, ac vlterius esse de familia de Prim, & fratrem germanum prædicti Petri præsentantis; Nam probata consanguinitate in persona Petri eadem
8 consanguinitas † remanet probata in persona Ioannis illius fratris *Angel. in Auth. vt liceat matri, & Auiæ* §. *ad hæc in fine*, quem refert, & sequitur *Alex. in l. sæpe num.* 51. *versic. idem etiam sensit de re iud. Catellia Cotta in memorial. verbo Sententia dicta pro vno*, & in puncto *Rot.coram Coc. decis.*

decis. 105. num. 1. & in Gerunden. beneficij 27. Iunij, 1644. coram R.P.D. meo Bichio.

Non obstat, quod talis proximitas probata non fuerit per gradus distinctos; Nam cum testator non se restrinxerit ad certum gradum & Michael, qui solus concurrit, non sit de familia, de Prim, nec se proximiorem con-
9 tendat, † distinctio graduum non est necessaria, sed sufficit probatio generica, *Garz. de benef. par. 7. cap. 15. num. 28. & seqq. Pacian. de probation. lib. 2. cap. 12. num. 25. Escobar. de purit. & nobilit. par. 1. q. 9. § 3. num. 47. & 50. Marescot. var. resol. lib. 1. cap. 70. num. 3. Rota in Cæsaraugustana beneficij de Linares 4. Decembris 1643. & in d. Gerunden. beneficij 27. Iunij 1644. coram Reuer. P.D. meo Bichio.*

Demum valor obtentorum iustificatur ex depositione testis dati in *Sum. sub num.* 8. qui
10 licet sit vnicus, † tamen probat in hac materia, in qua sufficit qualis probatio, *Zamoren. beneficij de Morales 20. Iunij 1594. Corduba, Firmana Altaris 9. Decembris 1596. Litta,* & dictum fuit *in Placentina Beneficij 11. Decembris 1647. coram R.P.D. meo Arguelles.*

Vndè cum ex prædictis omnia narrata per
11 Ioannem remaneant iustificata, † merito Domini eidem beneficium adiudicandum esse responderunt, *cap. cum Bertoldus de re iud. Caual. decis. 363. numer. 4. & in recent. decis. 337. nu. 1. p. 2. & decis. 15. num. 1. & 2. par. 5.*

Nec quicquam facit, quod Michael obtinuerit à Sede Apostolica de eodem beneficio prouideri, nam, cum in huiusmodi prouisione non fuerit expositum illud esse debitum proximioribus de genere, eo familia fundatoris, non potest eidem suffragari in præiudiciũ Ioannis ex ipsomet genere, iam præsentati, cui
12 non censetu r Papa voluisse præiudicare, † nec legi fũdationis derogasse, nisi id fecerit ex certa scientia, *Castropal. operum moral. tom. 2. tract. 13. disp. 2. puncto 1. num. 17. Put. decis. 252. in fine lib. 3. in recent. decis. 97. num. 4. par. 3. Tarraconen. beneficij 10. Ianuarij 1639. coram Reuer. Pat. D. Carillo.*

13 Præsertim attenta clausula † *dummodo tempore datæ præsentium non sit in eo alicui specialiter ius quæsitum*; per quam Ioanni ius sibi competens præseruatum fuit, *Felin. in cap. in nostra num. 25. de rescript. Duran. decis. 100. num. 5. Burat. decis. 137. eodem num.*

Et ita, &c. Altera tantum parte informante.

R.P.D. LEONE VEROSPIO.

Auenionen̄ Fideicommissi.

Mercurij 11. Martij 1648.

ARGVMENTVM.

Ne materia fideicommissi in donatione ordinati cum qualitate hæreditaria, an in eo filij censeantur dispositiuè vocati; hinc plures enucleantur, ac demum reijciuntur coniecturæ ad eamdem vacationis materiam tendentes, quas ex ipsa decisione videre poteris.

SVMMARIVM.

1 *Filij ad fideicommissum vocati cum qualitate hæreditarij an dicantur dispositiuè vocati.*
2 *Qualitas hæreditaria expresè requisita in primo vocatis censetur in sequentibus, & alijs substitutis in conditione positis.*
3 *Conditio nihil ponit in esse.*
Conditio reputatur debilior ipsamet dispositione, num. 3.
4 *Hæredes extranei num censeantur exclusi sub stipulatione facta* pro successoribus quibuscumque.
5 *Vocatio successorum facta per clausulam,* & successoribus quibuscumque, *censetur restricta post deficientiam descendentium, cæterorumq; agnatorum.*
6 *Successores vocati per clausulam,* & successoribus quibuscumque, *quando restringantur ad hæredes sanguinis.*
7 *Facultas alicui tributa censetur limitata ad limites subsecutæ declarationis.*
8 *Extranei num censeantur exclusi per vocationem factam cum clausula,* & successoribus quibuscumque.
9 *Donatio sub appellatione quorumcumque successorum etiam extraneos comprehendit.*
10 *Extranei in donatione vocati, vbi non adsunt coniecturæ non possunt ad hæredes sanguinis restringi.*
11 *Filij in conditione positi, & ipsi per uulgarem censentur uocati patre similiter per solam uulgarem uocato.*
12 *Dotandi onus alicui iniunctum, si & alijs in gradu subsequentibus non fuit repetitum, an illorum exclusionem importet.*
13 *Admissio unius importat exclusionem aliorum.*
14 *Agnationis contemplatione cessante, cessant coniecturæ propter illam adductæ.*
15 *Masculinitas pluries repetita, num solam masculorũ prædilectionem ostendat, uel etiam conseruationem familiæ contineat.*
16 *Qualitas legitimitatis de per se non importat conseruationem familiæ, & quando, uide ibidem.*
17 *Legitimitatis qualitas potius Notariorum stylo, quàm uoluntate testatoris censetur apposita.*
18 *Vocatio minùs dilecti arguat ne uocationem magis dilecti.*
19 *Proximiores in conditione positi inuitati cẽsentur per uulgarem, sub qua remotiores fuerunt expressè uocati.*
20 *Prædilectionis argumentum quando procedat, & numero seq.*
22 *Digressus ad plures substitutionum gradus, quando habeatur in consideratione.*
23 *Verba importantia tractatum temporis successiuum quid operentur in fideicommisso.*
24 *Fideicommissum super re certa institutum, quando consideretur.*
25 *Coniecturæ in contractu ita requiruntur concludentes ac in fideicommissis.*
26 *Coniecturæ etiam in descendentibus debent esse concludentes, itaut certam testatoris mentem innuãt.*

DE-

DECISIO CLX.

AD disputationis trutinam reuocata admissione Petri ad Fideicommissum Baptistæ controuersum, pro Ioanne primum, ac filijs, ijsque deficientibus pro Gabriele seniore, ac liberis institutum in contractu donationis per ipsummet Ioannem donatarium stipulatæ *pro se, hæredibus, ac successoribus quibuscumque*. DD. denuò responderunt, Petrum ibidem præsumi
1 non posse dispositiuè vocatum,† inspecta huius donationis natura, quæ dum filios primi Donatarij, licèt expressè nominatos excludere poterat, nisi Patris hæredes extitissent, & quoties sese contra eius voluntatem ad fideicommissum admitti contenderent, iuxtà distinctionem *Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. gloss. 9. p. 1. num.* 10. approbatam *à Dec. Soc. Surd. cæterisq; relatis in altera decis. facta coram me 4. Februar.* 1647. cōfirmata 26. *Iunij super hac ead. causa, & in Pisauren. donationis* 8. *Febr. præteriti anni corā R.P.D. meo Otthobono in §. sed etiam coram eodem*, comprobata 31. *Ianuarij præteriti*: Eò fortiùs Petrum ipsū solum in conditione positum, & qualitate hæreditaria destitutum ab eodem fideicommisso repellit, quia hæc qualitas expressè re-
2 quisita in primo vocatis, † necessario repetita censetur in Petro, ac sequentibus substitutis in conditione positis *iuxt. text. in l. si seruus plurium, §. ult. ff. de leg.* 1. notat *Zanch. in l. hæredes mei §. cum ita 4. par. nu.* 318. *Ludou. Bell. cons.* 118. *Capic. Latr. consult.* 79. *num.* 49. *&* 54. *uol.* 2. *Surd. decis.* 322. *num.* 69. *Vinc. de Franch. decis.* 213. *n.* 56. *&* 59. Vel quia ipsa conditio nihil in esse de-
3 ducit, † & ipsamet dispositione debilior reputatur *l. si quis sub conditione ff. de cond. inst. l. ex facto ff. de hæred. instituen. l.* 1. *C. de pact. & notant ibi DD. communiter, & in l. lucius ff. de hæred. inst. Soc. in l. hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebel, Aymon. consil.* 288. *num.* 3. *Ludou. Bell. cons.* 118. *num.* 8. *Honded. cons.* 67. *num.* 11. *lib.* 1. *Becc. consil.* 39. *num.* 21.

Resultare quoque visa fuit ipsius Petri exclusio ex altera stipulationis parte *pro successoribus quibuscumque* concepta, sub qua quicumq;
4 hæredes† extranei, dum de indifferenti materia tractatur, censetur inclusi, *ut aduertit Molin. de ritu nupt. lib.* 3. *q.* 85. *num.* 60. *&* 64. *Maresc. uariar. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 7. *Tiraq. de retr. lig. §.* 1. *gloss.* 7. *num.* 22. *&* 25. & respondit *Rot. decis.* 207. *par.* 6. *recent. & in Portuen. Stagni* 13. *Iuny* 1646. *coram me*.

Neque huic intellectui repugnat antecedēs expressa vocatio filiorum Ioannis cum admis-
5 sione extraneorum incompatibilis, † quorum idcircò inclusio ex stipulatione pro successoribus quibuscumque præsumpta, vel restricta censeatur post deficientem Ioannis descendētiam, cæterosque agnatos antea vocatos *iuxta doctrinam Camerarij in repet. cap.* 1. *num.* 44. *tit. An agnati, uel filij Cephal. cons.* 173. *num.* 28. *Peregrin. consil.* 5. *num.* 46. *lib.* 1. *Frecc. de suffeud. lib.* 3. *form.* 3.
6 *num.* 16. *&* 18. vel restricta † ad sanguinis hæredes ad euitandam repugnantiam indè resultantem, *ut ponderauit Becc. cons.* 74. *num.* 31. *&* 32. *& post alios respondit Rota in Romana successionis de Comitibus* 15. *Ian.* 1642. *coram Reuerendissimo Domino meo Decano, & in Romana fructuum census* 26. *Iunij* 1646. *coram R.P.D. meo Cerro, & in Firmana bonorum* 15. *Aprilis* 1616. *coram Remboldo*. Attenta præsertim subsecuta declaratione Baptistæ per verba aduersatiua, *Benè uult, & intelligit, quod castrū pertineret ad filios masculos Ioannis iuxta eiusdem uoluntatem*, post mentionem quorum-
7 cumque successorum apposita,† ex quibus facultas Ioanni attributa ad limites subsecutæ declarationis limitata censetur, *Becc. ad d. consil.* 74. *numer.* 31. *uers. ultimo non obstat, Rot. decis.* 640. *num.* 20. *par.* 1. *diuers.*

Etenim procedere posset obiectio respectu filiorum primi gradus, quorum fauore specialiter Baptista disposuit, vt eorū alter vel plures admitti deberent ad Castrum iuxta electionē Ioannis Donatarij cum quibus idcircò cōcurrere non possent extranei per stipulationem
8 prædictam inclusi,† licet in concursu sequentium graduum, quos solum in conditione posuerat Baptista, nec speciali prouisione effecerat iidem extranei non censeantur exclusi *ex dispositione text. in l. in agris ff. de acquiren. rer. domin.* notat *Imol. in cap. cum dilecti in princ. de donat. Casanat. cons.* 45. *num.* 148. *cum seqq.* præsertim, quia non agitur de materia differenti, de qua loquuntur auctoritates in contrarium superius adductæ, admissionem extraneorum restringētes post terminatam lineam agnationis, sed
9 de indifferēti materia donationis sub appellatione quorumcunque successorum hæredequoscumque licet extraneos comprehendens te, vt præter supra relatas auctoritates ponderauit *Rot. in Leodien. Beneficij* 1. *Februarij* 1645. *coram R. P. D. meo Otthobono in §. Ratio resolutionis fuit circa finem*.

Hinc resultat responsio ad alteram obiectionis partem ad hæredes sanguinis stipulationē prædictam restringentem, quia scilicet non agitur, vel de inuestitura, vel de emphiteusi Ecclesiastica, vel alia materia differenti. in quibus terminis procedunt *auctoritates in cōtrarium adductæ, & decisiones superius recēnsitæ*: Ibi enim, vel successiuum fuerat fideicommissū institutum, nec exaduerso controuertebatur, prout *in decis. R.P.D. mei Cerri*, vel expressè contemplata fuerat agnatio, *prout in adducta Firmana coram Remboldo*. vel demum ex vrgentibus, ac inconcussis coniecturis fideicommis-
10 sum eliciebatur, quæ dum in casu proposito non concurrunt, nec ideò poterunt claram exrraneorum inclusionem ad sanguinis hæredes arctare *ex not. in l. continuis ff de uerb. oblig. l. ubi est, & notat ibi Soccin. in uerb. notabili ff. de cond. & dem. & in l. cum Senatus nu. uer.* 3. *infertur ff. eod. tit. Ludou. Bell. cons.* 118. *num.* 8. *Rot. in Mutinen. dotis* 15. *Nouembris* 1641. *coram Eminentiss. Panzirolo* Subsecuta verò declaratio per verba, *bene uult, & intelligit* operari tantum poterit restrictionem respectu filiorum primi gradus, in quibus specialis nominationis prouisio præcessit,

Suadet etiam Petri exclusionem sequens substitutio filiorum Cabrielis senioris per solam vulgarem ex Patris additione expiratam,
11 sub † qua pariter vulgari alij in conditione positi

positi præsumuntur vocati, vt notat *Zanch. in l. hæredes mei §. cum ita par. 7. num. 72. in fine Anton. Faber. Pereg. cæteriq; in præterita decis. deducti.* Siuè onus dotationis Gabrieli seniori, eiusque filiis iniunctum erga superstites filias Ioannis sine masculis prædefuncti, non tamen repeti-
12 tum in filiis Gabrielis iunioris † cum horum indè eliciatur exclusio, qui eodem dotationis onere erga filios præcedentis nō fuerunt grauati, *arg. text. in l. ab eo C. de fideicom. l. planè §. ult. ff. de leg. 1. l. Imperator in princ. ff. de leg. 2. Ceph. cons. 268. num. 24. Socc. cons. 118. num. 24. lib. 1.* siue demum facultas Ioanni Donatario attributa eligendi ex filijs, quem maluerit, cum ex ad-
13 missione vnius cæterorum resultet † exclusio, ac consequenter agnationis contemplatio exaduerso supposita euanescat, vt ponderauit *Gabr. cons. 97. num. 24. lib. 1. Curt. sen. cons. 5. nu. 44. Pappon. cons. 113. num. 19. cum seqq. Rota in Montis-falisci fideicom. 26. Ian. 1625. coram bon. mem. Coccino.* Qua agnationis contemplatione cessan-
14 te † coniecturæ omnes exaduerso repetitę facilè reijciuntur, *ut notat Scain. in add. dec. 2. n. 109. Card. Mant. de coniect. ult. uol. lib. 11. tit. 14. nu. 24. & in decis. 351. num. 8. Et in Tudertina fideicom. 23. Januar. 1641. coram R. P. D. meo Royas.*

Hinc vis fieri non poterit in qualitate masculinitatis pluries repetita, quasi contemplata indè videatur agnatio, cum ea qualitas masculorum tantum prædilectionem ostendat,
15 & † fauore substituti adiecta censeatur, ne à fœminis excludatur, non tamen conseruationem familæ contineat, vt tradit *Rip. in l. centurio num. 162. ff. de uulg. & in l. 1. num. 8. C. de pact.* vbi hanc coniecturam testatur esse communiter reiectam, & ibi etiam *Cagnol. num. 51. Alex. consil. 202. num. 7. lib. 7. Surd. cons. 4[illegible]. num. 2. Iul. Clar. in §. Testamentum, q. 79. num. 1. Rota decis. 486. numer. 17. par. 1. & 667. num. 10. p. 2. recen.* Vel in qualitate legitimitatis a DD. pariter reproba-
16 ta, † si vestita non fuerit ratione conseruandi bona in familia, vt aduertit *Bellon. iun. cons. 26. num. 36. Thesaur. dec. 96. num. 26. Petr. de fideicom. q. 9. num. 201. vers. uerumtamen hæc coniectura, Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. gloss. 24. num. 13.* vbi
17 quod talis qualitas † vt plurimum ex notariorum stylo, non autem ex mente testatoris apponitur *Crtuell. Dec. Dolan. 125. num. 77. Rot. decis. 221. num. 12. par. 5. recent. & in Senogallien. hæreditatis 1. Decembris 1623. coram bo. mem. Pirovano, & coram Buratt. decis. 385. num. 8.*

Nec etiam pro coniectura vocationis deseruire poterit expressa remotiorum substitutio, filiorum videlicet Gabrielis senioris, quasi sic minus dilecti, Petri proximioris magis dilecti
18 vocationem arguat. † Præterquam enim hāc coniecturam, tanquam inefficacem expressè reijcit *Zanch. in l. hæredes mei §. cum ita par. 7. numer. 72. vers. Sed contra hanc coniecturam ff. ad Trebell. Peregr. cons. 52. num. 10. lib. 1.* ex eo potissimum fundamento, quod sub eadem vulgari
19 proximiores † in conditione positi inuitati censeantur sub qua remotiores fuerāt expressè vocati *Soccin. sen. cons. 116. num. 5. §. ponderandum lib. 3. Crivell. decis. 125. num. 73. & 76. Rot. coram Buratt. decis. 387. num. 6.* Prædilectionis argumentum solum negatiuè procedit operando exclusionem remotioris ex non admissio-
20 ne proximioris, † non tamen affirmatiuè, repetendo vocationem proximioris ex remotioris admissione, vt tradit *Iason in l. Gallus §. nunc de lege num. 17. cum seqq. ff. de lib. & posth. Menoch. cons. 204. numer. 36. & in cons. 376. num. 62. Aym. cons. 306. num. 5. in fine, & 6. Pereg. de fideic. ar. 29. num. 34. in fine Borgogn. decis. 5. num. 7. par. 3.* & forte potuisset admitti, si simultaneè cum Gabriele patre eiusdem fili ad fideicommissum
21 legerentur inuitati, † secus verò dum per solam vulgarem sunt substituti, vt ratiocinatur *Peregr. in adducto cons. 52. num. 10. lib. 1. Scayn. decis. 2. num. 01.*

Corruere quoque visæ fuerunt aliæ coniecture exaduerso repetitæ, siue ex digressu ad
22 plures substitutionum gradus, † postquam solum antecedunt filios Gabrielis, quos tamen subsequi debuissent, *iuxta cons. Anchar. 74. num. 2. primi huius coniecturæ indagatoris,* & præter relatos *in decis. præterita ponderauit Rot. coram Caual. decis. 532. num. 9.* siue ex verbis denotanti-
23 bus tractum temporis successiuum † deficientibus in præsumpta vocatione nepotum Ioannis, quos paritèr concomitari, non autem antecedere debuisset, vt aduertit *Altograd. cons. 60. num. 121.* & plures alij relati per *Peregr. de fid. artic. 18. num. 13. & 14. Fusar. q. 82. num. 56. Petr. de fideicom. q. 5. num. 169. Rot. in Romana hæreditatis de Fossanis 12. Febr. 1588. coram Ciptio post Giouag. cons. 97. num. 22. §. his accedit:* siue ex qualitate
24 fideicommissi super † re certa instituti, reprobata *per Ias. in l. 1. num. 11. & 12. C. de pact. vbi etiam Curt. sen. num. 6. Alciat. in l. lucius num. 48. ff. de hæred. inst. Socc. Iun. in l. cum auus nu. ff. de cond. & demonstr.* & plures alios relatos *per Peregr. de fid. art. 28. num. 16. Fusar. de subst. q. 437. num. 104. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præs. 76. num. 62.* siue quia idem fideicommissum per contractum donationis fuerat institutum: Cum in contractu pariter coniecturæ requirantur conclude-
25 res, † ac in vltimis voluntatibus, *secundum Bart. in l. si cum dotem ff. solut. matr. quem ibi DD. sequuntur communiter, Fontanell. de pact. nup. claus. 4. gloss. 23. num. 18. Corn. cons. 67. num. 3. lib. 1. Peregr. de fideic. art. 28. num. 29.* & de communi testatur *Ludou. Bell. cons. 118. n. 4.*

Hac verò responsione destruitur demum altera coniectura, quod versemur in descen-
26 dentibus cum † in ijs vrgentes pariter exigantur, ac concludentes, itaut certam Testatoris mentem possint innuere; *vt latè probat Giouag. in cons. 82. num. 26. cum seqq.* & respondit *Rota in adducta Tudertina fideicom. 23. January 1641. coram R. P. D. meo Royas in §. septem enim coniecturis,* & *in Romana hæreditatis de Fossanis 2. Ianuarij 1588. coram Giptio post Fenzon. decis. 95. in §. nec ad rem pertinet,* & *in decis. 667. num. 4. par. 2. recent.* & *in decis. 23. par. 5.* in quibus plures coniecturæ reprobautur, quamuis de præsumpta vocatione descendentium positorum in conditione, ibidem discussio contingeret.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D.

R. P. D. CORRADO,

Postea Eminentiss. D. CARDINALI.

Romana Fideicommissi de Cosciarijs.

Lunæ 16. Martij 1648.

ARGVMENTVM

Substitutio facta certæ, & determinatæ personæ, cum expressione relationis illi solum congruentis, personam tantùm contemplatam non solum comprehendit, sed etiam subsequentes substitutiones ad eamdem personam fuisse restrictas demonstrat.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio ad certas tantum personas restricta, eas solum comprehendit.*
2 *Media declarantur ex antecedentibus, & subsequentibus.*
3 *Determinatio vna plures concernens determinabilia pariformiter determinari debet.*
4 *Alternatiua arguit similitudinem qualitatũ vtriusque subiecti sub ea comprehensi.*
5 *Dictio*, di detto, *eo magis conuincit personam de qua loquitur fuisse à Testatore consideratam.*
6 *Substitutiones præcedentes omnes, ad certam personam restrictæ, eamdem quoque personam fuisse in sequentibus consideratam demonstrant.*
7 *Renunciatio generalis sufficit* l. de his, ff. de trãsact. *vbi constat de voluntate renunciantis.*
8 *Insinuatio non requiritur in renunciatione facta ob ingressum religionis. & num. seq.*
9 *Renunciatio facta ob ingressum religionis cum robur à professione recipiat habetur adinstar donationis causa mortis.*
10 *Dos dari solita Monasterio congrua censetur, etiam si maior constituatur in seculo nubentibus.*
11 *Renunciatio iuris pendentis à futuro euentu non potest certa æstimatione pensari, vt in eo dicatur necessaria insinuatio.*
12 *Renunciatione iuris pendentis à futuro euentu, quis pauperior fieri dici non potest, nec acquirens ditior.*
13 *Insinuatio præsumitur ex cursu longissimi temporis maximè cum acquiescentia renunciantis.*
14 *Obseruantia eo magis conuincit insinuationem fuisse secutam.*
Insinuatio ex quibus conuincatur, quod satis fuerit secuta. & num. 14.

DECISIO CLXI.

PETEBATVR pro parte RR. Monialium, & Monasterij Imaculatæ Virginis in Campo Martio, ex Personis RR. Eleonoræ, Marcellæ, Dianæ in eo Professarum immisso in possessionem Casalis nuncupati de Vallerano, tamquam subiecti fideicommisso per q. Pacificam de Matthæis ordinato, quod per mortem Io: Hieronymi Cosciarij vltimi ex descendentibus illius masculis prætenditur ad earum, vel alterius ex eis fauorem purificatum. Verùm causa pluries proposita, & exactè discussa Domini resoluerunt non esse concedendam.

Quia Testatricis dispositio his verbis conscripta: *Herede suo vniuersale instituisce, e fà Messer Marc' Antonio Cosciaro figliolo legitimo, e naturale di Mes. Ludouico Cosciaro suo figliolo, e tutti li altri figlioli maschi pure legitimi, e naturali, che nasceranno dal detto M. Lodouico l'vno all'altro morendo senza figlioli maschi legitimi. e naturali in infinitum, e li prohibisce à tutti l'alienatione de' beni stabili di detta heredità per qualsiuoglia causa, saluo per causa de debiti, che sin' hora si trouano di essa Testatrice, e del detto suo figlio per cause ciuili, e cause di dote: Mancando la linea mascolina legitima, e naturale del detto suo figlio, succedano in tal caso, e non altrimente le figliole femine, ouero Marc' Antonio figliolo naturale di detto M. Lodouico, se più piacerà al detto M. Lodouico, &c.* Visa fuit Dominis comprehendere solam Eleonoram filiam d. Ludouici, ac eiusdem Pacificæ neptem superstitem tempore mortis præfati Io: Hieronymi, non autem Marcellam proneptem ex M. Antonio nepote, neque Mariam Dianam abneptem ex eodem Ioann. Hieronymo pronepote vltimo defuncto progenitas, Nàm licet illa fœminarum substitutio apta sit compræhendere descendentes omnes, ex masculis prænominatis, quàm potius ad dictam filiam vltimi grauati referenda videatur. Tamen in proposito casu ex ipso
1 Testamenti † cõtextu, legitimisque coniecturis indè resultantibus constat disponentis voluntatem (quæ maximè attendi debet) ad filias fœminas præfati Ludouici fuisse restrictam. Ideò ille tantum censeri debent comprehensæ *l. cum Pater, §. Hæreditatem, il primò, ff. de leg. 2. Ruin. cons. 142. sub num. 17. vers. præteroa in casu lib. 3. Bero. cons. 87. sub nu. 15. vers. & ex his lib. 2. Gabr. cons. 86. num. 17. vers. & generaliter cum quæritur,* & *cons. 107. numer. 8. uers. nam quoties lib. 1.* & *consil. 130. num. 33. uers. imò etiam, sub num. 38. uers. non obstat quod substitutio, ac seq. lib. 2. Eugen. cons. 94. sub num. 18. uers. illud non procedit, & sub num. 25. uers. non obstat lib. 1. Laderch. consil. 135. sub nom. 3. uers. existimo tamen, ac seq,* & *cons. 136. sub nu. 4. uers. nec dicatur, & seq. usque ad fin. Surd. cons. 31. numer. 33. uers. & ratio prædictorum est,* & *cons. 362. sub num. 10.* quibus sic positis cum sequen. *Menoch. præsumpt. 94. num. 3. uers. prima est coniectura lib. 4. Rot. decis. 460. sub numer. 8. in fin. uers. illa tamen non procedit,* & *decis. 510. sub nu. 2. uers. quia placuit responsio part. 1.* & *decis. 627. sub num. 4. uers. ex quibu. part. 2. recent.*

Hęc autem Testatricis voluntas prætermissis generalibus argumentis, quæ à DD. adduci solent, & per informantes repetuntur specialiter in hoc casu probatur. Primò, quia ipsa dispositio vnica oratione, ac verborum periodo concepta, quod deficiente linea d. Ludouici ipsius filij succedant filiæ fœminæ, vel Antonius filius naturalis præfati Ludouici, apertè designat filias eiusdem Ludouici verbis immediate antecedentibus, ac subsequentibus
2 nominati, & contemplati, † quibus media declarantur, *l. hæredes palam, §. 1. uers. sed etiamsi ad fin. ff. de testam. l. si seruus plurium eodem.*

Secundò, quia verba illa in fine dicti periodi adiecta,

adiecta, *del d. M. Lodouico,* ea non solum concernunt, ac referuntur ad Antonium filium naturalem, sed ad filias quoque fœminas Ludouici eodem contextu alternatiuè vocatas, sicut verbum accedens (*succedano*) tàm illas, quàm illum pariter respicit; Ideòque omnes vnica oratione comprehendi, † eisdem verbis
3 pariformiter determinantur, & qualificantur, *ad l. iam hoc iure, uers. sed si aliter, ff. de vulg. & Pupil. l. quamuis, Cod. de impub. & aliis subst.* Vel saltem vna pars declarat aliam, *l. 1. ff. de reb. dub. Bart. in l. Prætor, §. eritque differentia in fin. princ. uers. nam cum omnia, & sub nu. 1. uer. aut inseruntur sub eadem oratione.*

Tertiò, quia alternatiuè vocatæ fuerunt filię fœminæ, vel Antonius filius naturalis Ludo-
4 uici, quæ quidem alternatiua † regulariter arguit similitudinem qualitatum vtriusque subiecti sub ea comprehendi *dicta l. 1. ff. de reb. dub.* & ibi *Bart. & DD. Bald. cons. 33. uerb. Instrumenti sub nu. 1. uers. quinto vulgare est, ac seq.* & *cons. 531. numer. 46. uers. nam si illa dictio est*, dicens, quod prior pars orationis alternatiuè debet intelligi iuxtà vulgata iura.

Quartò, quia pluries in eadem ipsa oratione facta fuit mentio de linea, filijs, & persona Ludouici concessaque illi facultas præferendi proprium filium naturalem filiabus fœminis, adita semper dictione illa, *di detto M. Lodoui-*
5 *co*, † quæ magis conuincit eius solius personam fuisse apprimè cōsideratam, ac præoculis semper habitam à Testatrice, *Bartol. in l. talis scriptura sub nu. 4. uers. quæro ergo, quod si Testator. ff. de leg. 1. Crau. consil. 98. num. 8. uers. tertia restitutio.*

Quintò, quia in præcedenti institutione, ac substitutionum serie quoties Testatrix eodem nomine filiorum vsa fuit dispositiuè addidit
6 semper (*di M. Lodouico:*) † Vndè magis conuincitur illius voluntas ad interpetrationem huius posterioris plurimum conferens, *l. qui filiabus in princip. ff. de leg. 1. Rimin. Iun. d. cons. 676. num. 23. uers. sed vtrumque sit.*

Neque obstat, quod præcedens substitutio inter descendentes masculos institutorum in infinitum ordinata videatur aduersari prædictæ interpætationi, atque conuincere vocationem fœminarum, postremò loco factam de filiabus eorundem masculorum, & præsertim vltimi descendentis intelligendam, non autem Ludouici, quæ longissimo exacto tempore, quo descendentia masculina erat verisimilibus duratura superesse non poterat.

Quia licet Testatrix constituerit inter eius descendentes masculos fideicōmissum, quod diutissimè permansurum speraret cum tamen illius duratio nō penderet à voluntate ipsius. Ideò prudenter animaduertens, quod citius etiam quàm ipsa optasset extingui poterat, sicut videmus in dies contingere; Voluit hoc eueniente casu viuentibus adhuc filiabus Ludouici illas succedere siuè Antoniū illius filiū naturalem si nunc superstes, & à parte perlectus fuisset, vt legitur in Testamento; si verò vltrà earum vitam linea masculina protraheretur nil aliud disposuit, ac proindè in persona vltimi ex ea terminabat fideicōmissum, vt probatur ex vulgatis iurib.

Ac proindè non aduersatur in hoc casu dispositio *d. l. de his, ff. de transact.* licet non fuerit illi explicitè, sed dumtaxat generaliter cum iuramento renunciatum, quia cum ex prædictis constet de enixa, & deliberata voluntate Eleonoræ intendentis renunciare quęcumque & qualiacumque iura etiam conditionalia, ex Testamentis, vel aliter competentia, & ad 7
quamcumque summam ascendentia nullis retentis. Indè benè deducitur intellectualis procedens illorum apprehensio inspectio, atque cognitio, quam voluntas obsequuta actum prępositæ renunciationis compleuit, quo casu prædictæ legis dispositio substantialiter adimpleta censetur iuxtà receptam theoricam.

Insinuatio autem nou erat necessaria; Tum quia in huiusmodi renunciationibus, ex causa ingressus in Monasterium ad fauorem propin-
8 quorum emanatis, † non viget (vt dictum est) ratio fraudis atque lesionis ob quam leges tàm cūmunes, quàm municipales eam fieri iubent, *Dec. d. cons. 31. sub nu. 5. uers. vltimo non obstat, vsque in fin. Rot. d. decis. 714. num. 9. uers. atque hinc in similibus renunciationibus part. 2. recentior. Sanchez super Decalog. lib. 7. cap. 6. sub num. 20. uers. Indè infertur;* tum quia illæ irreuocabilitatis robur accipiunt ex tempore Professionis emissæ, sicque mortis
9 ciuilis, ac renunciatio, † proindè instar donationis causa mortis adhunc effectum potius censeri debent, *Bero. in cap. in præsentia sub num. 155. uers. sed aduertas*, ibi: *Ideò melius dicendum est*, & *de probat.* & plenè firmauit *Rota in Romana Donationis de Melchior 16. Martij 1620.* pœnes *Buratt. decis. 461.* & in *dicta Maceraten. Pecuniaria 20. Iunij 1644. coram R. P. D. meo Oothobono in Nullit. Renunciationis ob defectū insinuationis, &c. ac in alijs,* & latè comprobat *Manent. cons. 18. per totum lib. 1.*

Eoque minus in proposito casu, in quo stante solutione dotis facta per fratres Eleonoræ, etiam ex dispositione paterna in summa solita
10 pro Monialibus, quæ cōgrua censetur † etiamsi longè maior cōstituatur nubentibus in sæculo vt fuit dictū in *Romana dotis 21. Iunij 1602. coram san. mem. Gregor. decis. 63. num. 17. uers. non obstat, quod Monialis debeat dotari, & seq* & in alia *Romana Dotis 14. Martij 1635. coram bon. mem. Merlino in recent. decis. 30. sub nu. 25. uers. sic rationabilis visa fuit part. 7.* Cætera omnia eius iura licet super bonis magni valoris prætensa erant, tamen prout hactenus dignosci potest, eo tempore illiquida, & incerta à futuro euentu præcedentiæ, atque estinctionis lineæ masculorum, ac eius-
11 dem Eleonorę superuiuentię pendentia † ideòque non facilè poterant certa adeò æstimatione pensari, vt eiusmodi legibus de insinuatione disponentibus subijcerentur, iuxtà *text. in l. Sancimus si quis autem talem, vers. Incertus enim fortunæ exitus, & ibi gloss. in verb. Furtune*, & *in verb. Possibile sit, Cod. de donat.* nec ideò quicquam de bonis renunciatis tunc detractum,
12 vel super additum fuit; † itaut vel illa pauperior, vel iste dictior effectus fuerit, *l. si sponsus, hoc autem ex eo, & in fin. uers. Vbicumque igitur,* & *l. quod autem, ff. de donat. inter vir, & vxor. l. substitutio,*

tutio, ff. de acquir. rer. domin. Anton. Gomez.uar. resolution. tom.2. cap.4. de donat. sub nu.16. vers. Item etiam prædicta habent locum, & uers. secundo infert, Rota decis.447.num.35.uers.quia in vtroque casu,seq. part.5.& d.decis.12.à nu.11. uers.Nec est verum,&c. & plur. seqq. & d.decis. 292. à num.20. uers.Placuit responsio, & seq. ad nu.4. uers.secundum,ac seq. par.6. recent. & in *Signina Bonorum 9. Iunij 1645. coram me in §.fin. uers. eoque minus.*

Præter quod si fuisset necessaria,adhuc etiam ex cursu longissimi temporis sexaginta annorum, & vltrà à dicta renunciatione, vsq; ad li-
13 tem hanc motã elapsi;†cũ silentio eiusdẽ Eleonoræ, ac Monasterij præsumeretur interuenisse, *Rot. penes Put. decis.152. lib. 2. in correct.* & *Card. Caual. decis.575. sub nu.10. uers. tamen visum fuit,&c. ac seq.* & *decis.876. nu. 4. uers.& in omnem euentum part.4. diuers. ac in recent. decis.682.nu.18. uers. immò uidebatur part.4. tom.2. & sæpè in alijs.* Nec enim deficit obseruantia ex vtraque parte: Quia certum est dictum, acconcium à fratribus Eleonoræ promissum fuisse solutum. Illã verò passam fuisse frates, ac eorum hæredes
14 gaudere beneficio renunciationis, † nec aliud quicquam petijsse etiam ratione annuorũ scutorum vigintiquatuor in eodem Instrumento promissorum; vel quia ædem patres intenderint esse comprehensos in pensionibus Domus & Apothecæ ipsi pridiè assignatis, vel quia aliter conuenerint, vt fuit consideratũ *in Conchen. Decimarum de Villanuoua 5.Maij 1600.coram rec.me. Card. Caual. d.decis.575. nu.12. uers.prædicta autem obseruantia, &c. & in recent. decis.31. sub numer.3. uers.nec de obseruantia,&c. part.4.*& *dicta decis.682. nu.20. uers.Attamen responsum fuit, ead. part.4.to.2.* & comprobatur ex dictis in *Romana Saluiani de Casalibus 21. Iunij 1641. coram R.P.D. meo Cerro, in §. Prima desumpta fuit ex eo, uers. Vndè cum nec Michael, nec eius descendentes, &c.* & rursus in eadem *13.Martij 1644. coram R.P.D. meo Peutingero in §. Imò quatenus Casali, &c.*

Et ita fuit conclusum vtraque Parte informante, &c.

R. P. D. CELSO

Postea Eminentissimo S.R.E. CARDINALI.

Aesina fideicommissi.

Mercurij 18. Martij 1648.

ARGVMENTVM.

Frater vtrinque coniunctus, tunc debet præferri fratri consanguineo tantum, quando agitur de successione in bonis proprijs ipsius prædefuncti; secùs tamen esse firmatur in bonis fideicommittentis transuersalis, & licèt in fideicõmissis proximitas grauati, & non grauantis attendi debeat, & seruandus sit ordo successionis ab intestato, id tamen, an, & quando vindicet sibi locum, non minùs clare, quàm eruditè demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Institutio facta pro equali sub vnica verborum structura, indicat, quòd successio debeat fieri in capita, & non in stirpes.*
Amplia etiam si Testator posteà reciprocam fecerit substitutionem & quare num.3.
2 *Obseruantia plurimum operatur pro interpretanda mente Testatoris.*
4 *Substitutio declaratur ab institutione, & partes datæ in institutione, censentur datæ in substitutione.*
5 *Frater censanguineus concurrit cum vtrinque coniuncto in substitutione reciproca facta inter ipsos.*
6 *Frater vtrinque coniunctus, quando debeat præferri fratri consanguineo tantum, tamquam in gradu remotiori, & quando secùs & num.8.*
7 *in Fideicommissis proximitas grauati, & non grauantis attendi debet, & quando secus.*
9 *in Substitutione fideicommissaria quia succeditur Testatori substituenti non attenditur proximitas grauati sed grauantis.*
10 *Substitutio compendiosa ex quibus resultare dicatur, & num.11.*
12 *Substitutio compendiosa continet etiam fideicommissariam post aditam hæreditatem.*
13 *in Fideicommissis, quando non veniat seruandus ordo successionis ab intestato.*
14 *in Testamentis voluntas Testatoris totum facit.*
15 *Frater vtrinque coniunctus, non debet præferri fratri consanguineo in fideicommissis, si testator non seruauit ordinem successionis ab intestato.*
16 *Coniunctio sanguinis in substitutionibus maximè attendi debet.*
17 *Proximitas grauantis & non grauati quando sit attendenda.*
18 *Vocati per nomen collectiuum,* filij, *nominatim vocati censentur.*
19 *Substitutio de pluribus quandò sit intelligenda discretiuè facta singula singulis congruè referendo, & quandò secùs.*
20 *Singularitas sæpius in pluritate resoluitur.*
21 *Maximè quando concurrit voluntas Testatoris.*

DECISIO CLXII.

IESVALDVS Testator, instituta hærede Septimia matre, filios sororum ad eius hæreditatem his verbis vocauit. *Et doppo la morte di detta Settimia li sopradetti beni siano, & esser debbano delli figliuoli; tanto maschi, quanto femine di D. Antonia, D. Madalena, & D. Fiore per egual portione, & morendo vno recada all' altro.*

Mortua Flora sine prole remãserunt ex Antonia filij quinquè nempe Ricciardus, qui adhuc viuit, necnon Siluius, Magherita, Elena, & Victoria postea prædefuncti; Ex Magdalena verò Dorothea, & Elisa, quæ vti donataria sororis viuentis petit immitti pro duabus ratis in bonis ad Siluium,& sorores obuentis ex hæreditate dicti Iesualdi; Ita vt reliqua tertia pars tantum remanere debeat penes Ricciardum; Hinc dato dubio fuit pro Elisa responsum.

1 Certum est enim † quod Testator, instituendo sub vnica verborum structura filios, tam masculos, quam fœminas vtriusque sororis pro æquali portione voluit, illos succedere in ca-

capita, & non in stirpes, vt disponit *tex. in l. interdum 13. ibique Castr. num. 3. ff. de hæred. instit. Dec. cons. 597. num. 8. & 9. Gabr. cons. 130. num. 10. in fin. & num. seq. lib. 1. Mantic. de coniect. lib. 4. tit. 10 num. 6. Rot. decis. 278. à num. 2. vers. quoad secundam partem part. 6. & decis. 138. num. 3. par. 7. recent.*

Et ita esse obseruarunt partes in instrumento inito sub die 24. Octobris 1631. dum mortua Septimia matre huiusmodi hęreditatem in
2 capita, & pro virili diuiserunt † quæ obseruātia plurimum operatur pro interpretanda mēte Testatoris *l. minimè ff. de legib. cap. cum dilectus de consuetud. Fusar. de substit. quæst. 500. num. 1. & seqq. Rot. in Auenionen. fideicommissi 30. Apr. 1646. coram R. P. D. meo Verospio.*

3 Vnde dum † postea idem Testator prædictos filios inuicem, & reciprocè inter eos substituit censetur pariformiter vocasse, & prædile-
4 xisse in substitutione, † nam regulariter substitutio declaratur ab institutione, & partes datæ in institutione censentur datæ in substitutione *l. qui liberis 8. §. hæc verba in fine l. qui plures 23. iuncta l. seq. & l. cohæredi 41. §. qui discretas ff. de vulg. & pup. Cagnol. in rub. l. vnic. num. 54. C. quand. non pet. part. Maschard. de prob. concl. 1345. num. 1. & seqq. Rot. coram san. mem. Greg. decis. 495. num. 9. cum plurib. per Fusar. de substit. quæst. 478. num. 2.*

5 Defunctis itaque Siluio, † & sororibus Antoniæ filijs in prædictis portionibus ad eos obuentis ex hæreditate Iesualdi purificata fuit æqualiter substitutio ad fauorem Dorotheæ, & Elisæ Filiarum Magdalenæ sicuti ad fauorē Ricciardi filij ex Antonia prout in his præcisè terminis articulo plenè discusso respondit *Socc. iun. cons. 66. per tot. lib. 3.* qui dicit conclusionem verissimam, & indubitatam, & miratur difficultatem super hoc fieri *Pereg.* qui illum sequitur *cons. 64. lib. 5. & in tract. de fideic. art. 20. nu. 12. præsertim circa med. vers. & quod dicitur*, vbi testatur de veriori, & receptiori, & ita Paduæ fuisse decisum *Dec. cons. 304. num. 2. & seqq. vbi num. 4.* declarat quid senserit *in cons. 186. Rum. cons. 152. num. 10. & 11. lib. 3. Aym. cons. 43. num. 2. vers. non obstant modo*, & hanc opinionem tenuit *Bart. in l. Lucius Titius circa fin. num. 21. vers. quæro quidam habens duos filios ff. de vulg. & pup. Franc. de Barry de success. lib. 7. tit. 3. num. 1. & seq. fol. mihi 203. Fusar. de substit. quæst. 494. num. 11.*

6 Neque ex eo quod † Ricciardus sit frater vtrinque coniunctus debet præferri Elisæ, & Dorotheæ remotioribus in gradu, quia conclusio benè procederet si ageretur de bonis proprijs ipsorum prædefunctorum, secus verò dum agitur de successione bonorū Iesualdi fideicommittentis, vt in simili distinguit *Bart. in l. re coniuncti num. 62. & seqq. de leg. 3. Bal. in l. in testamento num. 10. C. de testam. milit. Alex. cons. 30. num. 2. vers. & quod non obstat, & num. seq. lib. 2. Dec. cons. 304. num. 4. Berou. cons. 90. num. 18. lib. 2. Pereg. d. cons. 64. nu. 16. lib. 5. cum alijs per Gratian. discept. forens. cap. 661. num. 16. & seqq.*

7 Nec facit quod in † fideicommissis proximitas grauati, & non grauantis attendi debeat quia conclusio non habet locum quando ex verbis testamenti testatorem respexisse ad suā non autem ad proximitatem grauati, vt benè respondet *Pereg. cons. 64. num. 14. lib. 5. Socc. iun. d. cons. 66. num. 5. in fin. lib. 3. Surd. cons. 32. num. 33.*

8 Etenim † in substitutionibus inspicitur intentio, & affectio testatoris; qui substituit non autem illorum quibus fit substitutio. Et ideo cum testator sit omnibus coniunctus præsumitur etiam æqualiter diligere, & æqualiter voluisse prouidere, vt firmat *Ias. in l. Lucius 45. num. 31. vers. pro ista parte Rit. num. 47. vers. contra quod Franc. Aret. col. fin. num. 6. vers. vltimo adde vsque ad fin. ff. de vulg. & pupill. Ang. in l. in testamento num. 5. vers. quid autem C. de testam. milit. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præs. 75. num. 23. Rimin. iun. cons. 283. num. 24. & seqq. lib. 3. Rot. in firmana fideicommissi 26. Nouemb. 1604. coram Penia confirmata postea sub die 28. Nouemb. 1646. coram R. P. D. meo Otthobono.*

9 Quæ opinio † transit sine difficultate in substitutione fideicommissaria ex quo per illam succeditur testatori substituenti *Dec. cons. 304. nu. 2. Alba cons. 29. num. 18. & seq. Rimin. iun. cons. 283. num. 29. & 30. lib. 3. Mantic. de coniect. lib. 5. tit. 11. num. 3. & lib. 8. tit. 13. num. 7.*

Quod autem substitutio facta per testatorē inter ipsosmet nepotes institutos contineat fideicommissariam pars ipsa non audet negare,
10 & apparet ex eo, † quia fuit facta per verbum, *morendo*, quod indistinctè prolatum efficit cōpendiosam *l. precibus C. de impub. & alijs substit. glos. magna in l. si testamento, C. de testam. milit. Sim. de Præt. de interpr. vlt. vol. solut. 10. num. 3. fol. 267. Pereg. de fideicom. art. 34. num. 67.* iuncto etiam
11 verbo † *recada*, quod esse commune, & efficere compendiosam *not. Bart. in l. centurio n. 53. & seq. ff. de vulg. & pupill. Rot. coram Caual. dec. 34.*
12 *num. 3. & 4.* Et sic † continet etiam fideicommissariam post aditam hæreditatem *d. l. precibus C. de impub. & alijs substit. Paris. cons. 18. num. 62. lib. 2. Trentacinq. de substit. par. 4. cap. 9. num. 3. Paul. Leon. eod. tract. tit. de compend. num. 44. cum alijs per Fusar. q. 260. num. 28.*

13 Et eodem modo † respondetur ad obiectum in contrarium adductum, quod in fideicommissis seruandus sit ordo successionis ab intestato ex *Dec. cons. 186. num. 4.* quia hoc non procedit quando constat de contraria voluntate
14 testatoris, † quæ in vltimis voluntatibus totum facit *vulg. l. in conditionibus 19. ff. de cond. & dem. Gabr. cons. 121. num. 6. lib. 1. Rot. in recent. decis. 460. num. 4. par. 1.*

15 Constat autem † quod testator non seruauit ordinem successionis ab intestato, dum non vocauit sorores, quas prius vocare debebat, sed vocauit sororum filios, eos coniungendo, ac inuicem substituendo, vt per *Pereg. d. cons. 64. num. 13. lib. 5. Mantic. de coniect. lib. 5. tit. 11. num. 14. vers. nec obstat.* Et sic nullam censetur habuisse
16 rationem coniunctionis institutionis, † quæ maximè attendi debet *d. l. cohæredi §. qui discretas de vulg. & pup.* ibi *coniunctos primo loco vice mutua substituere videtur Salic. in l. in testamento num. 31. C. de testam. milit. Alex. cons. 30. nu. 2. lib. 2. Rim. iun. cons. 283. num. 24. & seqq. lib. 3. Gabr. cons. 121. n. 2. lib. 1.*

Imò attentam esse coniunctionem sanguinis

17 nis argumentum retorqueretur, quia respectu testatoris sunt omnes æqualiter coniuncti, & sic æqualiter succedere debent *Grat. cons.* 18. *num.*7.*lib.*2.*Socc.iun.cons.*66.*num.*1. *in fin.vers. primum probatur & num.seqq.lib*.3.*Surd.cons.*31.

Non obstat, quod *Socc.iun. Pereg.* alijque ex supra allatis loquantur in institutionibus nominatim factis, non autem, vt in præsenti casu quando nomine collectiuo, seu veriùs ap-
18 pellatiuo, † nam vocati per nomen filios nominatim vocati dicuntur, vt probat *tex. in l.*2. *& in l. Titius* 25. *ff. de lib. & posth.* §. *nominatim ibique Pichard.nu.*3.*&* 7.*instit. de exhæred.lib.Ruin. cons.*152.*num.*4.*vol.*3.*Laderch.cons.*18.*num*......*Giouagnon.cons.*24.*num.*11.*& seq.lib.*1.

19 Minus facit † quod substitutio de pluribus intelligatur discretiuè facta singula singulis cõgruè referendo, quia hoc procedit in fideicõmisso descensiuo, secus autem in reciproco & lineali, *vt not. Pereg. cons.*64. *num.* 15.*lib.*5. *& in tract. de fideicommissis art.*13. *num.*72. *& seqq.* & in his terminis loquitur *decis.Seraph.*1023.*dec.*145. *par.*1.*recent. cum alijs exaduerso allegatis*.

Demum non releuat quod substitutio facta fuerit per verbum *altro*, & sic in numero singulari, quia singularitas sæpius in pluralitate resoluetur *l. in vsu* 158.*ff. de verb.sign.* §. *si plures instit. de legit.agnat.succ. optimè Castr.cons.*264. *n.*2. *vers. sed in contrarium vsque ad fin. lib.* 2. vbi maximè quando voluntas testatoris concurrit, *Surd.cons.*247.*num.*10.*Rot.decis.*344.*num.*22.*par.*2. *recent.*

Et ita vtraque parte informante decisum fuit.

R. P. D. BICHIO.

Mediolaneñ Bonorum.

Mercurij 18. *Martij* 1648.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum relictum sub conditione si sine filijs iuxta cons. Oldrad. expirat per mortem cum filijs, quamuis illi sint religiosi clausula, *pacta executiua*, quid contineat, & an illa possit per Notarium extendi. Prohibitio alienationis, quando nuda, quandoque vestita dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Hypoteca, & obligatio omnium bonorum non potest addi à Notario cum nouam inducat dispositionem, & effectum.*
2 *Fideicommissum relictum sub conditione si sine filijs expirat per mortem cum filijs.*
3 *Filiorum existentia, quamuis illi sint Religiosi suspendit purificationem fideicommissi sub conditione sine filijs facti.*
4 *Conditiones missum factum requirunt, ac solam existentiam naturalem.*
*Succedere licet quis non possit, facit tamen deficere conditionem. num.*4.
5 *Religiosus in Religione capaci faciat ne deficere, vel suspendat conditionem si sine filijs & supra à nu.*2. *cum seqq.*
6 *Extentioni clausularum à Notarijs factæ iuxta stylum stare debemus.*
*Notarius extendendo clausulas non dicitur aliquid addere aut de nouo inducere, sed voluntatem contrahentium explicare num.*6.
7 *Clausula, pacta executiua, continet facultatem ingrediendi bona debitoris propria auctoritate.*
*Hypoteca inducitur ex facultate ingrediendi bona debitoris propria auctoritate num.*7.
8 *Clausula, pacta executiua, continet pactum retinendi bona debitoris iure pignoris.*
*Pactum retinendi bona debitoris iure pignoris continet hypotecam num.*8.
9 *Fideicommissum resultat ex reali prohibitione alienatiouis.*
10 *Prohibitiones detractionis falcidiæ, trebellianicæ, & confiscationis iunctæ cum prohibitione alienandi fideicommissum important.*
11 *Probibitio alienationis concepta in rem non dicitur nuda, sed satis de per se reputatur vestita.*
12 *Probibitio alienationis ex quibus vestita dicatur, & num.*13.
13 *Monasterium & Religiosi excludunt fideicommissum quandò non constat de contraria voluntate testatoris, aliàs secùs.*
14 *Alienatio secuta stante expressa prohibitione statim aperit successionem substitutis.*
15 *Legitima non cadit sub fideicommisso.*
16 *Legitima censetur electa in prædio alienato.*
17 *Sententia lata à Iudice laico contra Ecclesiam est nulla ex defectu iurisdictionis.*
Confraternitas dicitur locus pius & quandò nu. 17. *&* 19. *vbi vide.*
18 *Ecclesia sibi imputare debet si passa fuit sententiam iudicis laici contra se latam executioni demandari.*
19 *Confraternitas vt dicatur locus pius & exemptus à iurisdictione laicali non sufficit quod exerceat opera pietatis & habeat locum pro missa celebranda, et num.*20.
21 *Emptor agit de euictione vbi res empta est ficeicommisso subiecta.*
Amplia vt num.seq.

DECISIO CLXIII.

FIDEICOMMISSVM, ex quo secuta est euictio; & hypotheca, cuius vigore agitur; defectum allegarunt informantes pro Collegio S.Barnabæ. Hypotecæ: quia in instrumento non legitur obligatio omnium bonorum, vt supponitur in prima decisione huius Causæ,
1 neque hodie † potest addi à Notario, tanquam inducens dispositionem, & nouum effectum. *Grat.discep.*548.*num.*39. *Rot.decis.*421. *num.*11. *&* 12.*par.*4.*tom.*2. *recent. cum alijs allegatis à Modern. Neapolitano in tract. de cred.art.*4.*num.*239. *& seqq. vsque ad num.*261. *& num.*272. *& seqq.*

Fideicommissi: Vel quia expirauerit per obitum hæredis instituti cum filijs, cùm fue-
2 rit relictum sub conditione, si hæres sine filijs decesserit, iuxta celebre *cons.* 21. *Oldr.* passim approbatum à *Rota, in dec.*481. *num.*2. *decis.*647. *num.*2. *coram Cardinali Caualer. & in alijs*. Vel quia nondum purificatum fuit ad fauorem fi-

liarum testatoris, quæ prædium, de quo agitur, vti vocatæ ad fideicommissum Io: Pauli Besutij, euicerunt. Si quidem illæ vocatæ fuerunt post reciprocam inter filios ad fauorem superuiuentium, & eorum filiorum, si omnes decesserint sine filijs; at de tempore quo egerunt, viuebant duo filij Nicolai alterius ex hæredibus institutis, nempe Felix, & Io: Paulus Iunior; † quorum super existentia, etsi alter professus esset in Religione Barnabitarum, alter in Religione S. Francisci, suspendit saltem, donec naturaliter viuunt, purificationẽ substitutionis ad fauorem fœminarum *l. filius familias miles, §. cum qui rogatus, ff. leg. 1. Surd. consil. 557. num. 15. Decian. cons. 82. n. 10. & seqq. lib. 4. Rota decis. 451. nu. 1. & 2.* vbi dicitur ratio, quia in conditionibus merum factum attenditur, &
4 sufficit sola existentia naturalis, † nec est inconueniens vt quis faciat deficere conditionẽ, & tamen non possit succedere, *par. 3. rec.* & plene *in Romana fideicommissi de Soricijs 22. Maij 1643 coram R. P. D. Carillo.* Fortiùs, quia dictæ Re-
5 ligiones sunt capaces † bonorum in communi, *Bald. cons. 407. num. 13. lib. 1. Pereg. de fideic. art. 28. num. 81. Grat. discep. 815. nu. 18. Rot. in Bononien. fideicommissi de Blanchettis 26. Ianuary 1632. coram Eminentissimo D. Card. Hieronymo Verospio.*

Verum defectus hypothecæ visus fuit cessate, animaduertendo, quòd licet illa non legatur in verbis explicitis, inest tamen sub clausula, *pacta executiua &c.* apposita in instrumento venditionis, quæ iuxtà formularium loci contractus, & vniuersalem stylum Notariorum eiusdem loci; ac extensionem ab illis factam, cui
6 standum † est, quia non dicuntur aliquid addere aut inducere de nouo, sed voluntatem contrahentium clausulis ceteratis inuolutam explicare, *Card. Mant. de tacit. lib. 2. tit. 10. num. 16 & seqq. Coccin. decis. 76. num. 2. & seqq. decis. 107. numer. 1. & seqq. Rot. inter recent. decis. 483. num. 2. &*
7 *seqq. par. 4. tom. 2.* continet facultatem ingrediẽdi bona debitoris propria authoritate; sub qua ex sui natura includitur hypotheca, vt probat *tex. in l. creditor. 3. §. post diuisionem ff. qui pot. in pign. habean.* quem dicit esse singularem & alibi non repetiri *Bald. in l. creditores num. 3. Cod. pignor. Mant. de tacit. lib. 11. tit. 3. num. 16. Neguss. de pignor. 1. membr. 3. par. num. 4. vers. similiter Cremen. singul. 2.* Continet item pactum retinendi bona
8 iure pignoris pro defensione emptoris, & sic in verbis hypothecam. *l. contrahitur, ff. pignor.*

Quod autem attinet ad fideicommissum, illud expirasse per obitum institutorum cum filijs, dici non potest in casu nostro, quo vltra coniecturas pro existentia fideicommissi adductas, adest in testamento fideicommittentis expressa prohibitio alienationis, quæ cùm sit concepta per verba ampliatiua, & incœptiua nouæ orationis, ibi, *& vlterius etiam prohibens,* inducit fideicommissum independẽs a conditionibus præcedentium substitutionum, ex allegatis in prima decisione huius Causæ, §. *quarum plures.* Quo magis, quia directa est ad ipsa bona, & impersonaliter per verba perpetuatiua loquitur, ibi, *& vlterius etiam prohibeo bona mea vsque in perpetuum quouis modo alienari, obligari, & hypothecari.* Et dictiones relatiuæ ad hæredes institutos, quæ paulo infra subsequũtur, ibi, *saluo quod dd. hæredes mei possint permutare &c.* non respiciunt impersonalem ac realem prohibitionem superius expressam; sed facultatem permutandi, quam solis hæredibus institutis testator voluit impartiri; cum hoc tamen, quod bona ex permutatione prouenientia, subiecta sint fideicommisso in omnibus, prout supra, & sic etiam reali alienationis pro
9 hibitione, † ex qua tanto magis resultat fideicommissum, vt alijs relatis scribit *Peregr. de fideic. art. 13. num. 81. Fusar. cons. 114. num. 36. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 4. num. 22. Rot. decis. 168. nu. 3. par. 3. rec.* concurrentibus vltro speciali prohibitione detractionis Falcidiæ, & Trebellianicæ, & alienationis, quæ sequitur ex confisca-
10 ne; quæ iunctæ independenti prohibitioni alienationis; important fideicommissum. *Petr. de fideic. quæst. 5. nu. 146.* vbi alios refert *Rot. in Perusina fideicommissi de Bigazzinis 14. Nouemb. 1605. §. vltimo omissis coram bon. mem. Litta impress. apud Giouag. cons. 75. num. 78. lib. 1.*

Vnde non applicantur exaduerso allegati, qui loquuntur in terminis prohibitionis vel personalis, vel relatiuæ ad præcedentes substitutiones, aut ad illas sermonem continuatiuũ habentis, nec alijs prohibitionibus, vt in casu nostro, roboratæ. Minus applicatur, quod
11 dicitur de prohibitione nuda: † quia in casu nostro vestitur, ne dum ex quo est concepta in rem, quo casu satis ex se illam vestitam esset dixit *Crot. cons. 48. num. 17. & 2. seqq. Petr. de fideic. quæst. 1. num. 54. & 55. relati à Moder. Lucano con. 92. n. 31.* sed etiã quia testator addidit, quòd *vbi fieret alienatio & obligatio, sit nulla, & inualida, & pars alienata, vel obligata applicetur non alie-*
12 *nanti, nec obliganti:* † quorum vtrumque vestit & efficacem reddit prohibitionem; vt de primo tradit *Anan. cons. 47. sub num. 8. vers. sed certe ego. Corn. cons. 258. num. 14. lib. 1. Fusar. dè subst. quæst. 685. num. 20. Rot. in d. Perusina fideicommissi de Bigazinis impress. apud Giouag. lib. 1. respons. 75. num. 75.* Et de secundo *Ruin. cons. 128. nu. 11. lib. 1 Ceph. cons. 730. num. 48. & seqq. Rimin. Iun. cons. 456 num. 85. & 86. Vegg. cons. 74. num. 400.* alijque relati *à Moder. Lucano d. cons. 92. num. 29.* quos secuta est *Rota in d. Perusina fideicommissi de Bigazinis apud Giouag. respon. 75. num. 76.*

Purificationem verò fideicommissi ad fauorem filiarum, suspenderet quidem super existentia filiorum ex hæredibus institutis in Re-
13 ligione professorum, † nisi constaret de contraria voluntate testatoris; in quibus terminis loquuntur allegati in obiecto. Secus verò quando aliunde apparet testatorem voluisse excludi Monachos, seu Monasteria, in quibus vocati professionem emisissent; vt in terminis Monasterij capacis bonorum bene declarat, *Molin. de primogen. lib. 2. cap. 12. sub num. 54. vers. sed dubitari Pelaez de maior. par. 2. quæst. 3. nu. 15. & seqq. Peregr. de fideic. art. 28. num. 82. Grat. disc. 481. num. 38. & 41. & discep. 815. num. 14. Rot. dec. 135. num. 15. & seqq. par. 7. recent. & in exaduerso allegata Romana fideicommissi de Soricijs 22. Maij 1643. §. non obstat, coram R. P. D. meo Carillo:* prout ocu-

la-

lariter apparet in casu nostro ex verbis testamenti ibi, *Ita quod spurij etiam legitimati non succedant nec aliquod Monasterium*. Et ponderandum est, quòd dicta verba sunt apposita in corpore substitutionis, & statim ac testator scripserat conditionem si sine filijs, sub qua filias vocauit; declarando scilicet ad fauorem filiarum, spurios, & Monasteria in dicta conditione nõ esse comprehensa, nec per ea retardari successionẽ filiarũ: vnde statim subdidit, *quod tunc succedat filiæ meæ, & earũ filij &c.* Præter quod nos versamur extra omnẽ difficultatẽ: quia fideicommissum purificatum fuit non solum per obi-
14 tum, sed etiam ob alienationem factam, † quæ stante expressa prohibitione, statim aperuit successionem substitutis. *Molin. de primogen. lib. 1. cap. 16. num. 32. & lib. 4. cap. 1. nu. 3. Castill. de coniect. vltim. volunt. lib. 5. cap. 65. nu. 30. & 31. Schenard. cons. 2. num. 61.*

Non obstat, quod etiam supposito fideicõmisso, eiusque purificatione, pòterant filiæ repelli à prædio, de quo agitur, ex capite Le-
15 gitimæ debitæ filijs fideicommittentis, † quæ sub fideicommisso non cadit. *l. quoniam in prioribus, l. omnimodo, Cod. inoff. testam.* & in quam
16 censetur † electum hoc prædium ab ipsis filijs alienatum. *l. Marcellus, §. res quæ, ff. ad Trebell. Bald. cons. 8. num. 4. lib. 4. Rot. penes Cenc. de Censib. decis. 64. nu. 4.* Quia Legitima de tempore venditionis iam erat consumpta in præcedentibus exactionibus nominum debitorum, ac alienationibus bonorum hæreditatis, ad summam librarum 27433. & sic longe vltra Legitimam quam ascendisse solum ad libras 9144. pronunciatum fuit in sententia Iudicis de partibus, data in *Summar. Capituli Scholæ Sanctæ Mariæ numer. 2.*

Tandem non obstat, quòd sententiæ latæ in partibus ad fauorem vocatorum ad fideicommissum contra Capitulum Scholæ Sanctæ Mariæ, sint nullæ, vti latæ à Iudicibus Laicis carentibus prorsus Iurisdictione aduersus dictũ
17 Capitulum, † quod est locus pius *cap. decernimus, de Iudic.* atque ideo imputare sibi debet
18 idem Capitulum, † si passus fuit contra se huiusmodi sententias executioni demandari, *iuxta gloss. in l. si dictum §. si compromisero, ff. euict. Menoch. cons. 361. num. 2. cum, alijs pluribus adductis à Moder. Pisaurien. de euict. q. 8. num. 29.* Non enim probatur quòd Capitulum sit locus pius, &
19 immunis à Iurisdictione Laicali, † ad quem effectum non sufficit quòd exerceat opera pietatis, *Gabr. de pia Caus. conclus. 1. nu. 13.* Sed oportet sit erectum authoritate Ordinarij. *Abb. in cap. ad hæc num. 2. de relig. domib. Bald. in auth. hoc ius porrectum num. 11. Cod. Sacros. Eccles. Zabar. cons. 13. num. 2. vers. contrarium est, & vers. secundo ad hoc.*
20 vbi ampliat, etiam † si habeat locum pro Missa celebranda. *Roman. cons. 477. num. 2. in fin. vers. nec tunc locus. Bursatt. cons. 60. num. 27. Gabr. de pia Causa conclus. 2. num. 1. & seq. Barbos. de Iur. Eccles. lib. 2. cap. 11. sub n. 78. & nu. 80. ac seq. Castill. dec. 2. num. 12. lib. 1.*

Et in omnem euentum, cùm ex prædictis constet, prædium hoc esse subiectum fideicõ-
21 misso, † hoc satis esset, vt emptor agere possit contra venditorem. *l. creditor, § prædium, ff. act. empt. gloss. in l. qui rem, verb. conuentre non potest, Cod. euict. Alex. in l. Iulianus, §. qui fundum, num. 2. in fin. ff. verb. oblig. Osasc. decis. 24. num. 2. vers. in contrarium. Surd. decis. 22. nu. 8. decis. 165. nu. 6. Seraph. decis. 321. num. 8. & seqq. & decis. 787. num. 4.* vbi ait, quod venditor, etiam si ignorauerit bona
22 esse † prohibita alieneri, tenetur de euictione, & ad damna, & interesse. *Rot. in Tudertina Tenutæ Montis Nigri 20. Februarij 1619. coram bo. me. Coccino.* Facilius in casu nostro, quo emptor, & venditor fuerunt simul, ac æque principaliter citati in iudicio moto à fideicommissarijs: & proinde opus non fuit quod emptor litem motam denunciaret venditori; eidemque imputandum est, si emptorem non defendit, ax allegatis *in §. non obstat primo* decisionis.

Quam hodie Domini confirmarunt, Causa super eisdem proposita, vtraque parte informante.

R. P. D. VEROSPIO

Treuereñ Canonicatus.

Mercurij 18. Martij 1648.

ARGVMENTVM.

Subrogationem qui obtinuit in iuribus defuncti quomodo litem probare debeat, vt de ipsius bono iure constare dicatur; hinc beneficium per litem effectum litigiosum non potest ab Ordinario alteri conferri, quid autem requiratur, vt constare dici possit de lite super beneficio præsens demonstrat decisio.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatio gratiosa in iuribus defuncti collitiganti debetur.*
2 *Litis pendentia ad effectum subrogationis probatur ex actis.*
3 *Citatio sola inducit pendentiam litis in materia subrogationis.*
Beneficium ex quibus efficiatur litigiosum numero 3.
4 *Lis quando dicatur inducta super titulo beneficij.*
5 *Subrogationem obtinens sub sola litis mentione, litem eo modo quo adest iustificare tenetur.*
6 *Lis vt dicatur extincta quid requiratur in beneficialibus.*
7 *Calumnia euidens probari debet vt lis dicatur calumniosa.*
8 *Sententia facit præsumere validitatem, & iustitiam fauore obtinentis.*
9 *Beneficio effecto litigioso ligantur manus Ordinarij nè possit ad collationem deuenire.*
10 *Resignatione nulla existente, neque effectum sortita, ius non abdicitur à resignante.*
Beneficium resignatum per obitum resignantis vacat resignatione nulla existente, eaque effectum non sortita num. 10.
11 *Procurator nulliter resignans efficit resignationem nullam.*
12 *Resignationis nullitas deducitur ex defectu iurisdictionis in eam admittente.*

13 *Re-*

13 *Resignatio reciproca qualis est permutatio non vnius tantum sed vtriusque damnum importat.*
14 *Permutatione beneficij semel admissa, titulus, possessio, ac ius omne statim ab vtroque censetur abdicatum.*
15 *ad permutatum Beneficium non datur amplius regressus absque noua collatione & num. seq.*
16 *Factum non præsumitur, nec probatur sola parti. assertione.*
17 *Negatiua probari debet ab allegante.*
18 *Præsumptio stat pro validitate actus.*
19 *Subrogatus in iuribus defuncti quid probare debeat.*
20 *Iurisdictionis defectus in admittente permutatione beneficij assignari non potest, si ad eumdem collatio spectabat.*

DECISIO CLXIIII.

ORTA inter Michaelem prædefunctum, ac Franciscum Theodoricum lite super valida Canonicatus permutatione, lataq; in duabus Instantis vtriusq; fauore sententia, & in tertia adhuc pendente indecisa, cum decessisset Michael, Franciscus collitigans, mandatum de subrogando obtinuit, eiusque possessionem capitulariter apprehendit, Petrus verò Paxio à Collatore Turnario eiusdem Canonicatus immissionem, vti vacantis per obitum Michaelis reportauit, possessione quoque Capitulariter apprehensa; delata proinde mihi causa super vtriusque bono iure dubium proposui ad Frãcisci fauorem hodie resolutum; Dum enim super titulo canonicali, pendente lite decesserat Michael, mandatum de subrogando Fran-
1 ciscus collitigans legitimè reportauit,† vti sibi à iure delatum, ne per substitutionem noui Aduersarij litiũ anfractus protrahantur, prout in *cap. 2. disponitur, vt lit. pend. lib. 6. & in reg. Cancell. 19. de subrog. notat. Lotther. de re benef. lib. 2. q. 20. nu. 58. & plures respondit Rota coram Seraph. 1125. n. 1. coram Greg. dec. 27. n. 1. coram Burat. 927. in princ. & dec. 426. nu. 4. par. 4. rec.*

Hæc autem litis pendentia visa fuit in pro-
2 posito casu iustificari†ex reuolutione actorum atque sententijs hinc inde reportatis, ad *tex. in l. licet. C. de litis contestat.* & ponderauit *Rota coram bon. mem. Coccino dec. 164. num. 1. & decis. 97. num. 3. par. 4. tom. 2. rec.* dum in terminis subrogationis
3 sola † citatio legitime executa litis pendentiã inducit, & beneficium reddit litigiosum, vt aduertit *Felin. in cap. super litteris num. 2. de rescr. Vital. in Clem. 2. num. 7. vt lite pend. Sarnen. in reg. de annal. q. 45. num. 3. & in reg. de subrogan. q. 3. num. 2. Milis in repert. in verb. litis pendentia inducitur Vestr. in praxi libr. 4. capitul. 1. numer. 1. Rota coram Egid. decision. 545. & coram Cassad. decis. 1. num. 4. vt lit. pend.*

Prout etiam super titulo beneficij eadem lis
4 censetur inducta, † ex quo super recuperatione Canonicatus ob permutationis nullitatem iudicium fuerat institutum, ac super remotione Francisci a possessione iam capta, ex *notat. id c. 2. vbi glos. in verb. finito. vt lit. pend. lib. 6. & in clem. 1. in verb. cum possessione de sequestr. posse, & fruct.* & ponderauit *Rota coram Put. decis. 67. & 485. num. 1. lib. 2.* & in his terminis permutationis in *Romana Beneficiatus 30. Martij 1637. coram Eminentiss. D. Card. Panzirolo impressa part. 5. tom. 2. decis. 607. n. 9.* Quinimo dum præuia litis mentione specifica subrogatio fuit a Sanctiss. Michaeli concessa, eidem satis erit ostendere litem
5 eo modo, † quo fuit in supplicatione narrata, quamuis super solo possessorio, non autem super titulo beneficij fuisset intentata, vt aduertit *Sarnen. super reg. de trienn. q. 11. num. 13. in fin. vers. vbi verò Rota coram Seraph. dec. 990. num. 7. & in decis. 71. num. 12. part. 6. recent. & in Massanen. Archipræsbiteratus 5. May 1642. in §. nec dicatur, & 19. Ianuarij sequentis anni §. quibus accedit coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Nec dici potest extincta per reportatas hinc inde Sententias, cum ille ad huc executæ non
6 fuissent, & earum vigore capta possessio,† prout in beneficialibus necessarium fore, vt lis dicatur extincta notat *Sarnen. in reg. de annali q. 44. num. 4. & 5. Rota coram Mohed. decis. 3. num. 3. vt lit. pend.* vbi ita intelligenda esse declarat *decis. 10. vt lit. pend. in nouis* per sententiam extinctionem litis deducentem, *& decision. 14. num. 1. de caus. poss. & propr. & coram Verall. decis. 172. num. 5. par. 2. & in terminis subrogationis coram Put. dec. 302. lib. 2.*

7 Neque præsumi valeat calumniosa, † quia talis calumnia nec probatur euidens iuxta *tex. in l. in summa vers. sin autem euidens ff. de condit. indeb vbi post gloss. notant. communiter Doct. Castr. & Iason num. 3. Salyc. in princ. Mandos. de subrog. q. 11. num. 11. Rebuff. super eadem reg. glos. 57. n. 3. Rota coram Greg. decis. 426. num. 8. & 342. num. 7. par. 1. rec.* & prætere excluditur ex vltima sententia fauore Fran-
8 cisci prolata † præsumptionem validitatis ac Iustitiæ interim obtinente ex notatis in *l. ab ea parte §. vltimo ff. de probat. & in c. sicut. in fin. de sent. & re iudic. Surd. decis. 106. & respondit Rota coram Gregor. 276. numer. 3. coram Reuerendiss. Vrgellen. 462. numer. 5. & in Maceraten. redditionis rationis 17. Martij 1645. coram Reuerendiss. P. D. meo Meltio.*

Hinc corruit altera collatio Canonicatus vti vacantis per obitum Michaelis, quam a Turnario collatore Petrus obtinuerat, ac eius ma-
9 lum ius idcirco conuincitur,†Postquam enim litigiosus euaserat titulus Canonicalis ligatæ fuerant manus Ordinarij, ne illum posset alteri conferre iuxta *tex. in c. 1. & 2. vt lit. pend. & in cle. 1. eod. tit. Rota in Salamantina Capellaniæ 5. Iunij 1593. coram clar. me Card. Pamphilio, impressa post Garz. 6. par. cap. 4. num. 41. coram Comitulo decis. 3. num. 3. coram Seraph. dec. 990. nu. 8. in fine, & in Gerunden. Prioratus 27. Iunij 1644. §. nam respondetur, & 9. Decemb. 1645. §. Hinc nullo modo coram R. P. D. meo Bichio.*

Et licet probata nullitate resignationis, vt
10 quia effectum sortita non fuerat, † ius nec dicatur à Resignante abdicatum, quin per eiusdem obitum postmodum censeatur inducta vacatio, vt respondit *Rota coram Mohed. dec. 8. in princ. & num. 2. vbi add. sub littera A. & coram Cauáler. dec. 214. num. 2. & dec. 92. nu. 13. par. 6. rec.* Nullitas verò deducatur siue ex defectu mandati in Procuratore, qui resignationi Canonicatus
11 pro Michaele consenserat, † & sic nulliter re-

signa-

signauerat, vt notat *Paris. de resign. benef. tom. 2. lib. 9. q. 8. num. 6. & 7. Rota coram Verall. de. 85. nu. 3.* siue ex defectu iurisdictionis in suffraganeo
12 Treuereñ, † qui resignationem quoque beneficiorũ in Diœcesi Meteñ consistentiũ nulliter proinde admiserat, iuxta *glos. communiter receptam in c. 1. in verbo collationem circa medium de rer. permut. lib. 6. vt testatur Garz. de benef. par. 11. cap. 4. num. 65*

Non tamen vrgere visa fuit obiecto in simplici tantum resignatione fortè procedens, nõ autem in permutatione, & sic renunciatione
13 reciproca, ac geminata, † in quo non de vnius tantum, sed vtriusque damno vitando tractatur, vt ponderauit *Sarnen. super reg. de public.*
14 *q. 3. nu. 12. & 17.* Hac enim semel admissa, † titulus, possessio, ac ius omne statim ab vtroque censetur abdicatum *ca. 1. de rer. permut. lib. 6. clem. vnica eod. tit. Sarnen. q. 57. num. 3. de annal. poss. & in reg. de publican. resign. q. 3. num. 3. Rot. decis. 2. num. 1. de renunc. in antiq.* nec ad beneficium permuta-
15 tum compermutanti solet dari regressus † absque noua collatione, vt notat *Felin. in cap. cum venerabilis num. 11. de except. Butr. ibi, dem num. Abb. num. 23. Prob. ad Monoch. in cap. vnico de rer. permut. num. 14. §. ex quo licet, & num. 17. cum seqq.* vbi hanc opinionem testatur esse tutiorem *Rot. dec. 3. de rer. permutat. in nou. & decis. 4. num. 1. circa med. de renunc. in nou. & decis. 9. de rer. permut. in antiq. & decis. 16. num. 6. eodem tit.* vbi hanc opinionem pariter testatur esse veriorem, *Mandos. super reg. Cancell. reg. 32. nu. 4.* vbi concludit quod saltem debuisset ostendi impedimentum ab vno ex
16 compermutantibus præstitum, † ne alter beneficium permutatum assequi posset, quod tamquam in facto consistens non præsumitur, nec sola Petri assertione probatur, iuxta *text. in l. in bello ff. de capt. & postlim. reuers.* & in his terminis firmauit *Rota coram Verall. decis. 11. num. 4. par. 1.*

Nec subsistit defectus mandati Michaelis ad resignandum, siuè iurisdictionis exceptio in suffraganeo Treuereñ, qui permutationem admiserat, cum Petrus in vtriusque negatiuæ verificatione deficiat, ad quam tamen videtur
17 adstrictus, † dum in vtraque sustinet partes Actoris, iuxta *tex. in l. 2. ff. de probat. l. actor. C. eod. tit.* & pro eodem suffraganeo militat præsum-
18 ptio, † quod permutationi assensum validè præstiterit, ex notatis in *c. in præsentia de renunc. Gabr. in tit. de empt. & vendit. conclus. 1. num. 63. Rot. decis. 36. num. 1. par. 1. rec. & coram Gregor. decis. 11. num. 3.* ex quibus cum excludatur iniustitia causæ notoria, atque probabilis litigandi color inde resultet sustineri proinde poterit subrogatio per Michaelem obtenta, in qua ipse bonum ius, & iustitiam causa non arctatur exa-
19 minare, † sed solum ostendere litem non fuisse extinctam, nec notorio iniustitiæ vitio laborare, vt aduertit *Franc. in cap. 1. num. 5. vers. cogita tamen, vt lit. pend. Rota coram Greg. decis. 27. num. 7. & 8. & coram Seraph. 1165. num. 9. & 10. & in Romana beneficiatus 30. Maij 1627. coram Eminentiss. D. Cardin. Panzirolo, & in Caputaquen. Abbatiæ 25. Maij 1620. coram bon. mem. Selcucien.* Prætterquam defectus iurisdictionis, nec obijci potest
20 permutati oni Canonicatus Treuereñ, † dum eiusdem collatio alias ad ipsum spectabat, qui permutationem admiserat ex *notat. in cap. adhæc §. subsequenter postea in fine de offic. Archid. c. vnic. de rer. permut. lib. 6. & ibi glos. in verb. collationem circa med. vbi etiam Franc. num. 7. Gemin. num. 12. & 27. cæterique communiter*, quicquid dici posset de permutatione beneficiorum in Diœcesi Meteñ consistentium de quibus modó non agitur.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Postea Episcopo IMOLEN.

Ceruieñ Bonorum.

Lunæ 23. Martij 1648.

ARGVMENTVM.

Bona Ecclesiastica in emphiteusim locari solita, vt possint iterúm relocari, alterando solitum requiritur necessitas, atque vtilitas Ecclesiæ cum beneplacito Apostolico, quapropter in præsenti decisione discutitur primò, an Beneplacitum Apostolicum, ad effectum de quo agitur interuenisse præsumatur stante cursu temporis cum obseruantia: deindè an vtilitas Ecclesiæ in noua concessione debeat esse certa, & indubitata, & dubia, an suffragetur. Demùm quando emphiteutica non deuoluãtur ad Dominum directum, ob non petitam renouationem, quamuis in inuestitura adesset pactum de capiẽda possessione propria authoritate, sed emphiteuta admittendus sit ad purgationem moræ eruditè tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Bona emphiteotica finita inuestitura ipso facto reuertuntur ad Dominum directum, si non fuerit petita, & obtenta renouatio. amplia, vt n. 2.*
3 *Associatio ad bona emphiteutica, benè competit Domino directo in vim pacti de capienda possessione, propria authoritate in inuestituris appositi.*
4 *Pacta inuestiturarum omninò seruanda sunt.*
5 *Instrumenta extracta per successorem in officio, etiam absque compulsorialibus, sunt in forma probanti.*
6 *Instrumenta inuestituræ probant dominium Domini directi, etiam ad effectum deuolutionis, quando agitur contra ipsummet inuestitum.*
7 *Dominus directus habet actionem contra inuestitum, & habentes causam ab eo, vt prius possessionem dimittant, & postea de proprietate litigetur.*
8 *ex Solutione canonum per annos triginta, probatur etiam contra tertium dominium, tamquam præscriptum.*
9 *Emphiteusi adhuc durante, non potest Prælatus in præiudicium successorum in Ecclesia, illam renouare.*
10 *Emphiteusis ex quibus dicatur potius nouiter concessa, quàm antiqua renouata.*
11 *in Emphiteusim, quando bona Ecclesiastica concedi solent, an, & quando possint iterum concedi alterando solitum.*
12 *Et quid si alteratio est circa substãtialia, vel accidẽtalia.*

13 *Emphiteusis renouatio dicitur alterata vltra solitum circa substantialia ex comprehensione nouarum personarum in inuestitura non admissarum.*

14 *Bona Ecclesiastica in emphiteusim concedi solita, non possunt iterum concedi absque beneplacito Apostolico.*

15 *Beneplacitum Apostolicum in concessione Bonorum Ecclesiæ in emphiteusim, quando non præsumi possit ex cursu temporis cum obseruantia.*

16 *Obseruantia æquiuoca est irreleuans ad faciendum præsumi beneplacitum Apostolicum.*

17 *Beneplacitum Apostolicum in pacto alterante priores inuestituras, quando præsumi possit, stante obseruantia.*

18 *Melioramenta facta in bonis emphiteoticis Ecclesiæ, si non fuerit expressum, vt in casum deuolutionis remaneant Ecclesiæ, quando tacitè subintelligatur in clausulis Notariorum.*

19 *Stylo Notariorum rogatorum in extensione clausularum standum est.*

20 *Laudemium de iure communi solui debet ad rationem duorum pro centenario.*

21 *plures Inuestituræ, quando possint sub vnico instrumento comprehendi, & quando secùs.*

22 *Vtilitas Ecclesiæ in noua concessione emphiteusis debet esse euidens.*

23 *Amplia quod debeat esse certa, & indubitata, ita ut dubia non suffragetur.*

24 *Item amplia, vt conditio Ecclesiæ debeat patentèr fieri melior, & locupletior.*

25 *Associatio ad bona emphiteotica non denegatur stante facultate capiendi possessionem propria authoritate in casu, &c.*

26 *Possessionem capere extraiudicialiter propria authoritate non licet Domino directo, nisi deuolutio sit clara.*

27 *Associatio ab bona emphiteutica, liquidata deuolutione denegari non potest.*

28 *Pactum de capienda possessione propria authoritate antequam suum sortiri possit effectum, discutiendum est coram Iudice an illud habeat locum.*

29 *Pactum de capienda possessione propria authoritate antequam suum sortiri possit effectum, discutiendum est coram Iudice an illud habeat locum.*

29 *Pactum de capienda possessione propria authoritate exerceri non potest absque præcedenti limitatione.*

30 *Mora de æquitate canonica potest quandocumq; purgari, vbi ius alterins non est effectum deterius.*

31 *Mora purgari potest, etiamsi pars est in damno, vbi morosus paratus est ad illud reficiendum.*

32 *à Caducitate emphiteusis ob non seruatum pactum, quælibet causa etiam iniusta, erronea, & irrationabilis excusat.*

33 *Interpretatio fauorabilis sumenda est in materia pœnali.*

34 *Bona Emphiteotica non deuoluantur ad dominium directum ob non petitam renouationem, quando inuestitus potuit probabiliter credere, se non teneri illam petere.*

35 *Et huiusmodi probabilis credulitas, rectè desumitur ex solutione annui canonis.*

DECISIO CLXV.

EQVES Ioannes Antonius Lucatellus emptus a diuersis personis pluribus bonis stabilibus existentibus in Territorio Ceruię, & Cęsenæ de iure emphiteotico Ecclesiæ Ceruien. obtinuit à tunc temporis Episcopo inuestiri de Anno 1549. pro se, filijs, & nepotibus masculis cum pacto renouandi de 50. in 50. annos, vt in duabus inuestituris de Annis 1549. & 1550. De anno 1552. cum tribus sequentibus in eodem Territorio Ceruiæ, idem Eques Ioannes Antonius emit alia bona pariter de iure emphiteotico, & pari modo fuit inuestitus pro se, filijs, & nepotibus masculis, cum pacto de renouando de 60. in 60. annos, vt in quatuor inuestituris de ãnis 1552. 1553. 1554. & 1555. Mortuo dicto Equite Ioanne Antonio fuit de alijs bonis inuestitus Eques Fabritius Filius ad eamdem tertiam generationem cum pacto renouandi de 29. in 29. annos, vt in pluribus Inuestituris datis. Tandem die 24. Octobris 1595. à Cardinali Vicecomite Episcopo Ceruiæ reducendo tot varias, & diuersas Inuestituras, tam Equiti Fabritio, quam Equiti Ioanni Antonio concessas de omnibus, & quibuscumque bonis de Iure emphiteotico Ecclesiæ Ceruien. vbicumque positis, & existentibus, tàm in Comitatu Ceruiæ, quàm Cæsenæ in vnicam, & solam inuestituram pro maiori facilitate, & commoditate, tam dicti Episcopatus, & eius Agentium, quam dicti Conductoris, & pro euitanda difficultate, & labore, quibus quotannis tempore soluendorum laudemiorum, vti necesse erat in perquirendis, & reperiendis tot inuestituris, & pactis, tum etiam, quia propè erat tẽpus renouationis maioris partis dictorum bonorum, supradictæ inuestituræ fuerunt vnitæ, & de omnibus bonis fuit facta noua inuestitura eidem Eq. Fabritio cum clausula ad habendum pro se, filijs & nepotibus, & eorum descendentibus in linea masculina dicti Inuestiti tantum, & in defectu eorum durante vita, vel post mortem d. Equitis Fabritij pro vno hærede extraneo vtriusque sexus ab eo nominando, & instituẽdo, vel substituendo in eius vltimo testamento cum iure accrescendi in 60. futuros annos ad renouandum, & tunc soluẽdum debitum, & consuetum laudemium ad rationem quinque pro centenario valoris dictorum bonorũ, vigore dictæ vltimæ inuestituræ fuerunt soluti canones singulis annis ab Eq. Fabritio ab ãno 1595. vsque ad 1622. & post eius mortem à Domino Fabio vsque ad annum 1635. de quo tempore bonę memorię Episcopus Merlinus illos recipere recusauit sub prætextu, quod bona supradicta essẽt ad Ecclesiam Ceruien. deuoluta ob non petitam, nec obtentã renouationem inuestituræ expirato termino iuxta formam antiquarum concessionum: Et cum obtinuisset ab A. C. mandatum de associando ad illorum possessionem, quod DD. in gradu appellationis mihi commissæ sub die 29 Martij 1647. vtraque parte informãte censuerunt validum; Ad instantiam Reuerendissimi Domini Episcopi successoris fuit propositum per me supradicta die an, & super quibus bonis sit danda associatio.

1 Pro illius concessione facit, † quod cũ iam cesserit

cesserit dies petendi renouationem bonorum contentorum in tot varijs, & diuersis Inuestituris, tàm quoad bona, quæ concessa fuerunt ad renouandũ de 29. in 29. annos, quam etiam quoad ea, quæ concessa fuerunt ad renouandum de singulis 50. & 60. annis respectiue ad quæ tempora fuerunt concessa Ioanni Antonio, & Fabritio Auo, & patri Fabij pro eis, eorumque filijs, & nepotibus masculis tantũ; nec Dominus Fabius renouationem petierit, & obtinuerit, extinctus fuit eius titulus, & emphiteusis ipso facto ad Dominum directũ deuoluta, tàm inspecta dispositione iuris cõmunis *iuxta tex. in §. emphiteusis in Auth. de non alienan. reb. Eccles. Rimin. sen. cons. 124. vers. & primo quoniam Berons cons. 102. sub num. 24. vers. capio secundum lib. 1. Cephal. cons. 345. num. 12 vers. postremo Corbul. de caus. priuat. ob lin. finit. num. 1. ac seq.* & latè prosequitur *Franch. Cald. de iure em-*
2 *phit. lib. 1. quæst. 10. à num. 2. & seq.* † quam attento pacto in inuestituris apposito, quod si Emphiteuta pro tempore steterit per biennium, & canonem non soluerit, vel alia pacta omnia, & singula non seruauerit, & sic etiam pactum petendi renouationem, aut cum ipsius linea fuerit finita, tunc cadat ab omni iure suo & liceat Episcopo Ceruien. pro tempore propria auctoritate absque partis citatione, & sine aliqua desuper expectata alicuius Iudicis, vel officialis declaratione, sententia, vel mandato dictorum bonorum, & omnium melioramentorum in eis factorum actualem, realem, & corporalem possessionem capere, & illam pro se, & suo Episcopatu retinere, vel alteri
3 concedere pro libito suæ voluntatis, † ac proindè in vim pacti capiendi possessionem propria auctoritate in ijsdem inuestituris appositi benè competat remedium associationis *iuxta l. tertiam ibique glos. in uerb. non videntur, & in verb. debent C. de pignor. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 22. num. 2. vers. igitur si tale pactum Rot. penes Reuerendissimum Vrgellen. decis. 49. sub nu. 1. & num. 6. versic. quibus concurrentibus, & coram eodem decis. 105. num. 2. & alijs relatis in Romana Vineæ ad aquam sanctam 23. Ianuarij 1643. coram R. P. D. meo Cerro, & in Romana Census 26. Iunij*
4 *superioris anni coram R. P. D. meo Bichio,* † cum pacta inuestiturarum omninò sint obseruanda *Gozadin. cons. 57. num. 10. Natt. cons. 479. num. 11. Roland. cons. 25. num. 23. lib. 3. Rota coram sanct. me. Greg. XV. decis. 529. num. 16.*

5 De Dominio † Ecclesiæ Ceruien. satis constat ex pluribus instrumentis antiquarum inuestiturarum, quorum vigore Dominus Episcopus Ceruien. petit associationem extractis ex prothocollis originalibus Cancellariorum Curiæ Episcopalis de eis rogatorum per modernum dictæ Curię Cancellarium, & sic illorum in officio successorem, vt proindè sint in forma probanti, & benè ab eo extrahi potuerint etiam absque compulsorialibus, vt benè per *Rotam decis. 90. num. 9. & 10. par. 5. recent. coram sanct. mem. Greg. XV. decis. 59. num. 4. & in Messanen. Tenimenti 28. Iunij 1634. coram Eminentiss. Domi-*
6 *no Cardinali Verospio,* † quæ consequenter probant dominium Ecclesiæ etiam ad effectum deuolutionis, cum agatur contra ipsummet inuestitum, vt dixit *Rota in Portuen. stagni 27. Aprilis 1640. coram Eminentissimo Card. Panzirolo*
7 *§. & demum, & in §. seq.* vbi additur, † quod in remedio *l. si quis conductionem C. locati* competente Domino directo, tàm contra inuestitũ, quàm contra omnes habentes causam ab eo non excipitur de dominio proprio, nec alieno, sed oportet, vt prius restituatur.

Quibus Instrumentis multarum inuestiturarum maximum robur addit solutio canonũ facta Ecclesiæ ab Eq. Ioanne Antonio, Eq. Fabritio filio, & ab eodem Domino Fabio filio, & nepote respectiuè cõtinuata per annos plus
8 quam quadraginta. † Siquidem ex canonum solutione per annos triginta probatur etiam contra tertios dominium, tanquam præscriptum, *Specul. in tit. de emdhiteut. §. nunc aliqua num. 67. vers. quinquagesimo tertio Rom. cons. 127. in princ. Aym. cons. 434. num. 5. & seq. Rota coram Seraphin. decis. 869. num. 3. coram Card. Caualerio decis. 654. num. 2. & seq. in recent. decis. 290. num. 1. 4. & 6. par. 1. & in d. Portuen. Stagni 19. Iunij 1637. §. quinta coram Eminentissimo Cardinali Panzirolo,* sed tollitur omnis difficultas, cum ipsemet Dominus Fabius fundet suam intentionem in supradicta inuestitura facta à Cardinali Vicecomite tunc Episcopo Ceruiæ, Fabritio Patri de dicto ãno 1595. sub die 24. Octobris, qua attenta nequit in controuersiam reuocari dominium Ecclesiæ.

Nec facit, quod dũ Fabius possidet bona, de quibus agitur in vim dictę vltimę inuestiturę anni 1595. per quã fuit recessum à pręcedẽtibus inuestituris, non potest dari associatio, seu capi possessio in præiudiciũ istius inuestiturę, ex supradicto pacto apposito in antiquis inuestituris, quia adhuc durat tempus 60. annorum in vltima inuestitura conuentum. Siquidem ponderata, & considerata inuestitura, in qua consistit præcipuum fundamentum eiusdem Fabij nullius prorsus est roboris, siue cõsideretur, vti renouatio, siue vti noua concessio.

9 Non † substinetur vti renouatio, tum quia facta fuit durantibus adhuc præcedentibus, quod non licebat Prælato præueniendo, ac supplantando successores in Ecclesia, quorum tempore terminarunt, *cap. 1. qui successores feud dar. teneantur cap. 1. §. vbi verò de Cleric. qui inuest. facit cap. 1. §. moribus vers. secus est in Eccles. si de feud. defunct. contr. fit inter Dom. & Agnat. Vassal. & notant DD. latè cumulati in Nucerina prædij 3. Martij 1614. vers. tertio fuit dictum coram b. me. Card. Sacrato, & in Forosempronien. seu Eugubina bonorum emphiteot. 7. Maij 1638. §. ex defectu co-*
10 *ram bon. mem. Coccino,* † tum quia fuit alterata forma consueta præcedentium, tum respectu longioris temporis 60. annorum, etiamsi illud pro renouatione petenda restrictum fuisset in maiori parte antiquarum inuestiturarum, & limitatum ad annos 29. quamplurium personarum etiam extranearum, quæ apparent in hac posteriori comprænhensæ, nam præcedentes

res inuestituræ erant pro se, filijs, & nepotibus masculis tantum, hæc autem anni 1595. compræhendit etiam vlteriores descendentes ex linea masculina Fabritij inuestiti, & in defectu eorum hæredem extraneum vtriusque sexus ab eo nominandum, & instituendum, vel subb stituendum in eius vltimo testamento. His autem concurrentibus iudicatur noua, & diuersa concessio, non autem renouatio antiquarū, *Castrop. oper. moral. tom. 2. tract. 11. §. 4. num. 4. Rot. decis. 243. num. 14. vers. alteratio quippe, & dec. 252 num. 12. par. 7. recent. in Gerunden. Scribaniæ 26. Februarij 1638. vers. nec obstat, & 21. Maij eiusdem anni vers. neque suffragatur coram bon. mem. Merlino, & in dicta Forosempronien. seu Eugubina vers. secundo exabbundanti in fine coram bo. mem. Coccino, & in Forosempronien. Bonorum 4. Martij 1641. coram R.P.D. meo Royas.*

11 Et propterea etiamsi † res sit solita locari, quia solitum est alteratum cum vltra contentos in antiquis inuestituris vltima inuestitura extendat concessionem ad omnes descendentes masculos, eisq; non existentibus ad extraneum nominan. à Fabritio, ac tempora petendi renouationem de 29. in 29. annos protroget ad 60. in 60. requiritur copulatiuè causa, & solemnitas *ad tex. in extrauag. ambitiosæ de rebus Eccles. non alien. Cæs. de Graff. dec. 4. eod. tit. Ro-*
12 *ta decis. 176. num. 43. & 45. p. 5. recen.* † præsertim quia propter compræhensionem personarum in antiquis non vocatarum alteratio est circa substantialia quicquid sit, quando est solum circa accidentalia, vt in puncto fuit ponderatum in sæpè allegata *in Forosempronien. seu Eugubina bonorum §. neque facit coram bon. mem. Coc-*
13 *cino.* † Nec inficiari potest quin alteratio sit circa substantialia, cum comprehensio nouarum personarum sit euidēs ex supra deductis, quia in inuestitura anni 1595. vocantur filij, nepotes, & eorum descendentes ex linea masculina, & in defectu eorum vnus hæres extraneus vtriusque sexus, in antiquis verò non fuit admissus extraneus, sed nepotes masculi cùm dictione taxatiua *tantum*, & propterea *vt in d. Forosempronien. seu Eugubina bonorum* vtile per inutile vitiatur *ex Couar. & alijs allegatis in d. §. neque facit.*

14 Non substinetur † vti noua concessio cum careat beneplacito Apostolico ad sui validitatem necessario *Dec. in authent. qui rem num. 22. & ibi Cagnol. num. 58. C. de Sacros. Eccles. Clar. in §. emphiteusis quæst. 6. vers. si est tamen, & quæst. 28. vers. aut verò, vt in §. feudum quæst. 13. & fuit resolutum in Imolen. bonorum 21. Maij 1593. coram bon. mem. Cardin. Pamphilio in dicta dec. 176. d. numer. 42. & seq. par. 5. recent.* & pariter fuit firmatum *in d. Forosempronien. seu Eugubina bonorum in §. secundo ex abundanti coram bon. mem. Coccino*, ex
15 quo expressum non exhibetur, † neque illud præsumi potest ex cursu temporis cum obseruantia, quia præsumptio beneplaciti Apostolici non viget, vbi constat de alteratione antiquarum inuestiturarum, eoque minus deficiente iusta causa, & vtilitate Ecclesiæ, vt in *dicta Forosempronien. bonorum 4. Martij 1641. coram R.P.D. meo Royas in §. neque dictas concessiones*, vbi quod fuerat antea dictum in allegata *Gerunden. Scribaniæ 26. Febr. 1638. coram bon. me. Mer-*
16 *lino*, & obseruantia saltem æquiuoca est irrelevans ad faciendum præsumi beneplacitum Apostolicum ex traditis per *Abb. in cap. fin. de cens. Felin. in cap. cum Bertold. num. 26. de re iud. Rota d. decis. 176. num. 46. par. 5. & decis. 121. n. 15. par. 7.* vt in dicta *Forosempronien. seu Eugubina bonorum in §. neque placuit coram bon. mem. Coccino,*
17 non † releuat obseruantia pro præsumptione beneplaciti Apostolici, nisi illa probetur indiuidualiter in pacto alterante priores inuestituras.

Ea verò, quæ deducuntur ad proban. vtilitatem Ecclesiæ penitus cessant, cum vt pluries fuit dictum ex sola lectura Inuestituræ anni 1595. appareat de euidenti damno Ecclesiæ, vt nulla sit habenda ratio solutionis scutorum 550 factæ ab Eq. Fabritio in actu concessionis pro laudemio, cum ea solutio cesserit in vsus proprios Episcopi Vicecomitis, non autem Ecclesiæ, nec successorum in Episcopatu, nec noui pacti, quod melioramenta, & ædificia magni valoris in casu deuolutionis remanerent Ecclesiæ, cum dictum pactum legatur in
18 inuestituris antiquis, † & licet in aliquibus pactum deuolutionis vna cum melioramentis non fuerit specificè expressum, illud tamen
19 venit in extensione clausularum † ex stylo Notariorum rogatorum, cui standum est, *Bart. in rub. C. de fid. instrumentorum num. 41. vers. quarto quæritur, Rot. decis. 120. num. 11. coram bon. mem. Buratt. decis. 723. num. 6. par. 2. recent. decis. 405. n. 8. par. 4. tom. 2. recent. & in Parmen. pensionis 23. Martij 1640. coram R.P.D. meo Bichio*, neque attendi debeat, quod plures inuestituræ fuerunt in vnam redactæ, cum hoc potius minuat laborem ministrorum in perquirēdis pluribus inuestituris, quam augeat vtilitatem Ecclesiæ. Nec ad hoc propositum facit promissio soluendi laudemium ad rationem quinque pro
20 centenario, † quod de iure communi solui debet ad rationem duorum pro centenario, quia id procedit, dummodò consuetudo, vel pactum non sit in contrarium, sed ex lectura antiquarum inuestiturarum patet vtrumque adfuisse in proposito, ibi, *ad renouandum, &c. & tunc soluendum debitum, & consuetum laudemium ad rationem quinque pro centenario, &c.* prout non
21 facit † quod Ecclesia possit plures inuestituras sub vnico instrumento compræhendere, id enim procedit, si vnicum instrumentum fiat ad formam præcedentium inuestiturarum, quę si in aliquo alterentur requiritur causa, & solemnitas, in quibus terminis procedunt *decis. Seraphin. 1362. & 1379. in contrarium allegatæ.*

22 Cum itaque † nulla adesset causa nouæ concessionis, neque concurreret necessitas, neque Ecclesiæ vtilitas, quæ euidens esse debet, *Rota decis. 582. in princ. par. 1. diuers. decis. 36. num. 13. de-*
23 *cis. 94. num. 5.* vbi quod debet esse certa, atque indubitata, ita vt dubia non suffragetur, *& de-*
24 *cis. 243. num. 5.* vbi quod conditio Ecclesiæ debet patenter fieri melior, & locupletior *par. 7. recent.* nec dicta noua concessio anni 1595. dici possit vtilis, sed immo grauissimum attulerit præ-

præiudicium Ecclesiæ ob compræhensionem nouarum personarum, nec prorogationem temporum renouandi ineuitabilis est nullitas dictæ nouæ concessionis, & per consequens ea circumscripta attendendo antiquas inuestituras Domino Episcopo debetur associatio nomine Ecclesiæ, quoad bona, in quibus iuxta tenorem earumdem inuestiturarum lapsa sunt
25 tempora ad petendam renouationem, † quia ob pacta non seruata purificatur facultas ibidem contenta capiendi possessionem propria auctoritate, quæ aperit viam associationi, *Rot. coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 49. num. 7. decis. 105. num. 2. & decis. 364. num. 5. coram eodem, & coram bon. mem. Buratto decis. 887. num. 5.*
26 Eoque facilius, † cum D. Episcopus non prætendat possessionem capere propria auctoritate extraiudicialiter, absque vlla partis citatione, quo casu id non licere, nisi deuolutio sit clara dixit *Rota in decis. alleg. per Adden. ad s.m. Greg. XV. decis. 105. littera A*, in quibus terminis procedunt *Fanen. seu Senogallien. bonorum 14. Martij 1646. coram R.P.D. meo Meltio; Mantic. decis. 194. num. 6. bon. mem. Coccin. decis. 150. num. 6.* vbi aliæ allegantur, sed iudicialiter cũ
27 citatione partis, † qua citata, & liquidata deuolutione ob renouationem non petitam nõ potest à Iudice denegari associatio, effectus, & executio pacti de capien. possessione propria auctoritate, vt benè declarant *Mant. d. decis. 194. num. 6. & in tract. de tacit. lib. 22. tit. 22. sub nu. 14.*
28 vbi quod antequam pactum possit sortiri effectum, est discutiendum coram Iudice, an illud locum habeat, *Rot. d. decis. 105. num. 17. & 18. coram san. mem. Greg. XV.* ibi, *tum quia prius apparere debet, &c.* & ibi, *quia prius debet parte citata liquidari, quod euenerit casus, & d. decis. 150. num. 6. coram bon. mem. Coccino*, & ibi *non poterat Mutius vti hoc pacto, nisi negotio liquidato, &c.* transit cum supradicta *decis. Mantic.* 194. ad quem propositum facit *decis. in Bononien. de Carnalibus 11. Ianuarij 1602. coram clar. mem. Card. Pamphil. penes Marches. de commiss. tom. 2. pag. 546. num. 5.*
29 cum † regulariter pactum de ingrediẽdo possessionem propria auctoritate non possit exerceri absque præcedenti liquidatione, *Bart. in l. Creditoris num. 14. C. de pignor. act. Aretin. cons. 32. num. 1. Gozzad. cons. 95. num. 3.* & habetur in supradictis decisionibus, & aliàs sæpiùs tenuit Rota in alijs causis.
30 Verum † cum de æquitate Canonica, quam seruat Rota mora possit quandocumque purgari, vbicumque ius alterius non est effectum deterius ex latè traditis cum suis limitationibus per *Adden. ad san. mem. Greg. XV. decis. 59. n. 10* & in quacunque parte iudicij, quod etiam dixit *decis. 728. num. 4. part. 4. diuers.* vbi *in vers. quia*
31 *subditum, &c.* additur, † quod vbi etiam pars est in damno, si morosus paratus est ad illud
32 reficien. admittitur ad purgan. moram, † & cũ simus in caducitate ob non seruatum pactum, quo casu quælibet c aa etiam iniusta, erro-
33 nea, & irrationabilis excusat à caducitate, † attẽto quod in materia pœnali omnis interpretatio fauorabilis sumenda est, vt firmatur in *Romana domus 27. Maij 1647. coram Reuerendiss. D. Decano*, & magis diffusè *in Romana Vineæ 28. Aprilis 1645. §. penultimo, & 14. Martij 1646. in eadem causa coram R.P.D. meo Royas*, vbi plures
34 recensentur auctoritates † DD. existimarunt causam sufficientem ad excusandam prætensam deuolutionem dictam inuestituram anni 1595. & secundum illam Fabium potuisse credere se non teneri finitis 29. annis petere renouationem iuxta formam antiquarum inuestiturarum, à quibus fuit recessum cum obligatione in forma Cameræ obseruandi omnia conuenta in dicta inuestitura anni 1595. & sic ipsum esse excusandum ex relatis *in dicta Romana Vineæ 28. Aprilis 1645. d. §. penultimo coram R.P.D. meo Royas*, & in terminis excusationis à caducitate ob nõ petitam renouationem, quãdo adfuit aliqua causa, ob quam inuestitus potuit probabilitèr credere se non teneri illam petere, fuit dictum *in Callien. bonorum 28. Apri-*
35 *lis 1647. coram R. P. D. meo Meltio*. Hanc probabilem credulitatem coadiuuat solutio ãnui canonis à dicto anno 1595. vsque ad annum 1635. facta à Fabritio, & Fabio pluribus Episcopis antecessoribus, nempè Cardinalibus Vicecomiti, Beuilaquæ, & de Balneo, & ipsimet bon. mem. Episcopo Merlino vsque ad dictum annum 1635. iuxta formam eiusdem vltimæ inuestituræ; cuius vigore quolibet anno receperunt nõ diuersos canones pro diuersis inuestituris, sed vnicum canonem pro vna inuestitura omnes inuestituras præcedentes continente, vt latè hæc omnia firmauit *Rota in dicta Fanen. seu Senogallien. coram R.P.D. meo Meltio*, & Fabius vigore eiusdem inuestituræ reperitur in possessione bonorum, de quibus agitur scientibus, & patientibus Episcopis pro tempore, qui ab eo receperunt, prout à Fabritio patre canones à die dictæ vltimæ inuestituræ vsque ad dictum ãnum 1635. de quo tempore dictæ bo. mem. Episcopus Merlinus litem suscitauit.

Ex quibus pro resolutione suprascripti dubij fuit resolutum Reuerendiss. D. Episcopo dandam associationem in bonis, in quibus nõ fuit petita renouatio iuxta antiquas inuestituras, addito tamen ex supradicta æquitate huius Sacri Tribunalis, nisi D. Fabius petat intra tres menses renouationem iuxta formam antiquarum inuestiturarum.

R. P. D. MELTIO,

Postea Reuerendiss. Episcopo PAPIEN.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 23. Martij 1648.

ARGVMENTVM.

Cambia soluta, an, & quando sub prætextu indebitæ, ac vsurariæ solutionis, excomputari debeant in extinctionem sortis, & retardari possint restitutionem capitalis sub obligatione Camerali promissam, luculentissimè tractatur. Clausula, *si quid exequendum*, quid operetur, & de illius efficacia nonnulla deducuntur.

Administrator non potest dici creditor negocij nisi priùs reddita perfectè ratione suæ administrationis, & ad effectum, vt ipsi competat actio de in rem verso, quid probare teneatur, clarissimè demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Cambia soluta debent excomputari in extinctionem sortis, dum non concurrunt requisita necessaria pro ualiditate cambij.*

2 *Et quæ sint huiusmodi requisita.*

3 *Clausula,* si quid exequendum, *operatur, ut illius executio remaneat in suspenso.*

4 *Clausula,* si quid exequendum, *præseruat executionem in ea parte, in qua creditum uerè, & realiter subsistit, & uerificatur.*

5 *Clausula,* si quid exequendum, *intelligitur prout de iure.*

6 *Clausula,* si quid exequendum, *quando creditum est controuersum, suspendit executionem donec de iustitia mandati per Iudicem ad quem cognoscatur.*

7 *Clausula,* si quid exequendum. *debet iustificari ex actis eiusdem instantiæ.*

8 *Secùs ad effectum euitandi executionem, quo casu reus potest ex nouiter deductis docere de iniustitia mandati.*

9 *Fides quæ non sic de actis, nec fuerit producta coram Iudice à quo non est attendenda.*

10 *Cambij restitutio sub obligatione Camerali promissa retardari non potest sub prætextu indebitæ, ac usurariæ solutionis cambiorum eorumque imputationis in sortem.*

11 *Cambij restitutio, quando impediri possit per exceptionem usurarum, & compensationis, seù imputationis in sortem, & quando secùs.*

12 *Cambiandi onus ubi debitor in se assumpsit esto, quod pecuniæ non fuerint cambiatæ, adhuc tenetur ad interesse intellige procedere. ut num, 13.*

34 *Cambia soluta, ut imputentur in sortem, quæ sint iustificanda.*

15 *in Cambijs, nec promissio, nec obligato, nec assertio debitoris possunt suffragari ad tollendam exceptionem usurarum, & quare.*

16 *Licitum facere quod est illicitum non est in potestate partium.*

17 *Deputatus agens contra formam ipsius præcisæ deputationis, agit contra iuris dispositionem.*

18 *Ratificatio nullam reducit obligationem stante ignorantia nullitatis contractus.*

19 *Ratificatio quando non inducat obligationem quamuis facta sit cum decreto Iudicis, & alijs solemnitatibus.*

20 *Versio non probatur ex assertione alicuius, quando tendit ad ipsius commodum, & interesse.*

21 *Actio de in rem uerso, ut alicui competere possit; quid sit probandum.*

22 *Administrator non potest dici creditor negotij, nisi priùs reddita perfectè ratione omnium effectum ad ipsius manus peruentorum. & num. 27.*

23 *Administrator bonorum sui Debitoris, præsumitur de suo credito satisfactus ex bonis per ipsum administratis.*

24 *Mandatum relaxatum ad effectum deponendi nemini præiudicat.*

25 *Depositum frustra petitur, dum non constat de legitimo credito.*

26 *Administratio est omninò separata à dominio directo, & utili, cæterisque iuribus realibus particularium Dominorum.*

27 *Decreta, seù mandata relaxata, intelliguntur stare relatiuè ad petitionem siue actionem intentatam.*

DECISIO C.LXVI.

FVIT in hac causa coram me resolutum sub die 14. Maij 1646. mandatum de consignando relaxatum per A. C. ad fauorem illorum de Collectis contra Venturam Mazzantem non esse exequendum cōtra Laurentium Carolum, & Secondinos vti debitores eiusdem Mazzantis, dum mandatum pro scutis 1500. ab ipsis obtentum non erat exequibile, ex quo d. creditum remanebat extinctum, nec constabat de credito eiusdem Mazzantis aduersus Carolum, & Secondinos; super eisdem causa sub hac die reproposita eiusdem fundamenta fuerunt per Dominos confirmata. Extinctio enim d. crediti patet ex solutionibus ad summam scutorum 2298. productis per acta Columnæ sub die 4. Decembris 1645. coram A.C. vt apparet
1 ex fide d. Notarij, *Summ. Cæciliæ nu.* 1. † quæ debent computari in extinctionem sortis, dum non concurrunt in præsenti casu requisita ne-
2 cessaria pro validitate cambij, nempè † quod pecuniæ verè, & realiter fuerint retentæ sub cambijs, vt esset probandum ex litteris Missiuis, & Responsiuis iuxtà stylum Mercatorū, & fuit resolutū in *Romana Pecuniaria* 13. *Iunij* 1616. *coram SS. D. N. Romana Cambiorum* 24. *Maij* 1618. *coram Vbaldo in ordine* 23. *num.* 1, *part.* 4. *tom.* 2. & *decis.* 171. *nu.* 1. *part.* 7. *recent. Duran. decis.* 32. *nu.* 21. cum alijs deductis in decisione. quæ reuidetur *sub* §, *Et quidem de credito,* & §. *Quod autem* 1. Vndè dictū mandatum fuit quoque à Signatura Iustitiæ suspensum dum mihi commissa fuit causa appellationis cum clausula, *si quid exequendum,*
3 quæ † operatur vt illius executio remaneat in suspenso, ad tradit. per *Lancellott. de atten. part.* 2. *cap.* 18. *num.* 5. *Marescott. uar. resol. lib.* 2. *cap.* 121. *nu.* 17. *Marches. de commiss. part.* 1. §. 1. *fol. mihi* 705. *numer.* 130. *vers. clausula itaque, Buratt. decis.* 231.
4 *num.* 2. & ibi *Add. litt. A. in princip.* Et licet † talis clausula præseruet exequutionem in ea parte in qua creditum verè, & realiter subsistit, & verificatur, vt fuit resolutum in *Romana pretij Dominus* 26. *Ianuarii* 1579. *coram san. me. Clemente VIII. Seraphin. decis.* 1412. *num.* 21. & *in Rauenaten. Pecuniaria* 5. *Martij* 1632. *coram bon. memor. Pirouono.* Tamen cum hodie prætensum creditum eo-
5 rumdem de Collectis controuertatur, † & dicta clausula intelligitur. prout de iure, *Ias. in l. causas nu.* 7. *C. de transact. Marescott. d. tract. & cap. nu.* 18. *Crescent. decis.* 42. *& d. decis.* 231. *litt. A. uers. Quia*
6 *cum intelligatur*; certum est, † illam suspendere executionem, donec de Iustitia mandati per Iudicem, ad quem cognoscatur *Lancellott. de attent. part.* 2. *cap.* 18. *num.* 54. *Marescott. d. cap.* 121. *nu.* 17. *&* 19. *Firmana Attentatorum* 6. *Aprilis* 1612. *coram Penia, Coccin. decis.* 216. *nu.* 3. *Buratt. dec.* 231. *nu.* 2. *uers. cum causa appellationis,* & *decis.* 650. *nu.* 2. *uers. tamen in proposito,* & *decis.* 231. & ibi *Adden. uers. Antequam, &c.*

Non

7 Non obstat, † quod quietantiæ ex quibus apparet illos de Collectis exegisse d. scuta2298. fuerint productæ post relaxationem dicti mandati cum vigore dictę clausulæ debuissent iustificari ex actis eiusdem Instantiæ, *Rota decis.142. nu.1. part.1. recent. Marches. de commiss. part.1. §.1. fol. mihi 706. num.142. & 145. & fol.77. num.149. Papien. Pensionis 19. Nouemb. 1608. coram Ottembergo, & in Romana Mercium 28. Nouembris coram eodem, & post Zacch. de obligat. Camer. decis.145. num.10.*

Quia de contrario constat dum dictæ quietantiæ fuerunt productę sub 4. Decembris 1645 coram A. C. & sic ante relaxationem mandati de consignando, de quo agitur, secutam an-
8 no 1646. Et in omnem casum † Cæcilia vti rea conuenta pro euitanda executione dicti mandati, potuit etiam post illius expeditionem tales quietantias producere ad effectū ostendendi illius Iniustitiam, *Mascard. loc.cit. nu.21. vers. Secus si reus, Cocc.decis.56.nu.5. Add.ad dicta decis231. num.8. vers. Reus verò.*

Ad augendum verò creditum eorumdem de Collettis non suffragatur, quod ab anno 1631. vsque ad annum 1645. præsupponatur cambia excessisse scuta sex pro centenario, quæ sola inter partes in Instrumento dicti prætensi cambij fuerunt conuenta, & ad quod probandum exhibetur per eosdem de Collettis fides nonnullorum Mercatorū attestantium super hoc ex-
9 cessu. † Quia cum dicta fides non sit de actis, nec producta appareat corā A.C. non est attendenda, *Castrens. in l. qui præter, §. si Iudex, vers. & pro hoc, ff. de re iudic. Gregor. decis.224. & ibi Add. num.6. vers. & ideò, & in recent. decis.600. num.11. part.5. tom.2. & decis.91. num.6. part.6.*

Nec releuat, quod Mazzantes assumpserit in se onus retinendi, ac girandi dicta scuta 2400. super cambijs cum iuramento, & obligatione
10 Camerali. † Vndè esto etiam quod dictæ pecuniæ non fuerint cambiatæ, tamen retardari non potest restitutio Capitalis Camerali obligatione promissa sub prætextu indebitæ, ac vsurariæ solutionis cambiorum, eorumque imputationis in sortem, *Rota decis.540. nu.10. vers. quod Dominus, &c. part.2. recent. Duran. decis.11. numer. 24. vers. & in omnem casum, &c. in Romana Cambiorum de Ruspolis 26. Octobris 1601. coram Lancellotto in Mediolanen. Prætensæ simulationis 27. Ianuarij 1604. coram Ottembergo, & in Romana Pecuniaria 7. Iunij 1647. coram R. P. D. meo Corrado in vtraque decisione in §. vltimò.*

11 Quia decisiones illæ non applicantur; † Nam procedunt quando exceptio vsurarum, & compensationis siuę imputationis in sortem est probabiliter dubia, & altiorem requirit indaginem. Non autem in hoc casu, in quo licet Mazzantes onus, & obligationē prædictā in se assumpserit,
12 cuius † vigore tenetur ad interesse, adhuc ta-
13 men † non fuit legitimè probatum, quod eodem tempore extiterint occasiones cambiandi, ex quibus alij tantam lucri quantitatem perceperint iuxtà communem cursum Nundinarum prout necessarium est pro concludendi Iustificatione interesse ex negligētia; & culpa illius resultantis, iuxtà *Theor. Bart. in l. Tutor, qui Repertorium, §. si post depositionem num.3. ff. de adim. Tut.*

14 Ideóque † non clara videtur imputationis exceptio, nisi prædicta Iustificentur, vt fuit resolutum in *Romana Cambi 17. Februarij 1642. coram R.P.D. meo Bichio*, & in his terminis in *Romana, seu Ianuen. Pecuniaria 1. Iulij 1645. in §. nec releuat, quod agatur de obligatione Viuiani, &c. coram eodem:*
15 Nec † enim sola promissio, & obligatio nec simplex assertio Mazzantis potest suffragari ad hunc effectum Colettis ad tollendam exceptio-
16 nem Vsurarum † cum in prohibitis non sit in potestate partium facere licitum, quod est illicitum, *Bart. in l. si fortè nu.4. & 5. ff. de Castr. pecul. Rota decis.711. sub nu.6. vers. & in partium potestate par.3. recent. & d. Romana Camb. §. non vrget, vers. in prohibetis autem, & in d. Romana, seu Ianued. Pecuniaria in §. Tum etiā, quia in materia Cambiorum, &c. coram R.P.D. meo Bichio.*

Creditum etiam Venturæ Mazzantis cum heredibus Antonij Secūdini, & Guillelmi Roncalli non iustificatur, licet prouenire dicatur ex pecunijs per eum à semetipso ad cambium acceptis sub simulato tamen nomine Iosephi Mangioni pro seruitio negotij dictorum hæredum cui fuerat ex Iudicis decreto præpositus, quæ nomins simulatio probata remanet ex declaratione facta per ipsummet Mangionum die 9. Augusti 1645. per quam fassus fuit se in tali cambio habere tantummodò nudum nomen, vt ex *Summ. eorumdem de Collettis precedentis positionis num.5.* Nam ex tali declaratione resultat, quod illud non sit certum clarum, & liquidum, vt necessarium esset, sed maximè dubiū, atque incertum reddatur, quia dictus Mazzantes fuit dicto negotio præpositus cum expressa probibitione accipiendi pecunias sub vsuris, nisi cum interuentu, & consensu Gasparis Rotæ, & Sebastiani Capponi, vel alias cum decreto, & scientia competentis Iudicis, vt legitur in ipso Iudicis decreto, in *Summario Cæciliæ præcedentis positionis num.1.* & narratur in præterita de-
17 cisione §. *Quia cum,* † & tamen in his omnibus neglectis, idem Mazzantes dictas pecunias à semetipso sub vsuris accepit ad debitum ipsius negotij contra formam illius præcisæ deputationis, & proindè contra Iuris dispositionem, *l. quicunque, §. non tamen, vers. Sed si pecuniam, ff. de instit. act. Rota in Romana Cambij 12. Iunij 1627. coram bon. mem. Pirouano,* & in *Romana Iustificationis Creditorum 13. Iunij 1635. coram eodem in ordine 52. num.14. part.2. recent.*

Nec dictum prętensum creditum dici potest ratificatum in Instrumento venditionis fundaci cum decreto Iudicis, in quo inter cæteros Creditores reperitur descriptus, & ipse Mangionus; Quia cum de tempore venditionis non fuisset detectum quod dictum assertum Creditum sub ficto nomine Mangioni spectaret ad Mazzantem, qui fundacum administrauerat, dum instrumentū venditionis emanauit de anno 1643.
18 declaratio verò Mangioni de anno 1645. † ideò ex tali supposita ratificatione nulla fuit inducta obligatio, stante ignorantia nullitatis dicti prætensi Crediti Mazzantis, *Bald. in l. Mater, C. de rei vendic. Gabr. consil.36. num.60. vers. nec enim sufficit scientia, &c. lib.1. Crauett. cons.197. Ias. cons.104. col.vlt. lib.4. Paris. consil.47. num.97. lib.1. Menoch. cons.2.*

cons.2.num.294. Rota decis.280. num.9. 535. nu.12. part.1. recent. Gregor.XV. decis.260.num.15. Buratt.
19 *decis.410.num.11.* Nec † ex decreto apposito in dicto Instrumento venditionis potest elici validitas dicti Crediti. Quia tàm mentio Crediti huiusmodi, quàm aliæ solemnitates in eodem Instrumento appositę fuerunt ad effectum vendendi fundacum, eiusque pretium soluendi veris Creditoribus, non autem pro agnoscendis debitis nulliter contractis, vt firmatur in *Interamnen. Bonorũ prima Februarij 1641.coram R.P.D. meo Cerro.*

20 Minùs suffragari potest si dicatur, † quod pecuniæ versæ fuerint in vtilitatem dicti negotij: Quoniam id non potest probari ex sola assertione Mazzantis, nec ex partitis per eum descriptis ob suspectam eius fidem maximè cum hæc tendant ad sui proprij commodum, & interesse, *Text.in l.nuda ratio, ff.de donat. l.Instrumenta, l.exemplo, C.de prob. Castrens.cons.301.lib.1.nu.8. vers.& quia quilibet, Paris. consil.75. num.33.* quia non sumus in sola confessione *lib.4.Rot.dec.145. num.5. versic. & tendat in commodum*, apud *Adden. ad 3.part. recent. Buratt. decis.282. num.5. vers.ideò*
21 *neutri est.* Vndè ad effectum † obligandi dictum negotium occasione huiusmodi cõtractus erat, probandum, quod de eo tempore illud indigeret tali pecunia quodque fuerit applicata pro illius seruitio, & indigentijs, *l.3. §.Sed si sic, ff.de in rem vers. Menoch.cons.475.nu.3. vers.nam Administrator, & numer.14.& 14. Rota Ianuen. decis.14. num.103.* Maximè cum dictus Mazzantes de tempore quo suscepit administrationem effectuum dicti negotij ad summam scutorũ 50000 circiter ascendentium se obligauerat pro redditione rationis, vt apparet ex Instrumento relato in præterita positione Cęciliæ *num.2.* quam non non solum non reddidit, sed pro ea fuit relaxa-
22 tum contra ipsum mandatum ab A.C. † Ideòque nullo pacto dici potest, quod constet Mazzantem Creditorem esse assertarum pecuniarũ, nisi prius reddita perfectè ratione omnium effectuum dicti negotij ad illius manus peruentorum, *Rota decis.478. num.2. vers. quamuis enim*, & *decis.612.num.3. versic.Vlterius part.1.* & *decis.727. num.2. part.2. recent.* Et ratio est, quia ex illis sa-
23 tisfieri potuit. † Imò satisfactus præsumitur; Et sic esto, etiam quod eius Creditum verum dici posset, extinctum remansit, *l. debitor, ff. de neg. gest. Surd.cons.290. num.33. vers.Nam Creditor, Roman. consil.187.num.4. Aymon. consil.129.num.3. & seqq. Afflict.decis.13.nu.16. Rota in Viterbien.restitutionis Dotis 23.Iunij 1623.coram Manzanedo* & in *Romana Census 22.Aprilis 1624.coram bon.mem. Pirouano*, & post *Pacific. decis.87.num.1. & 2.*

Suffragari neque potest ipsis de Collettis,
24 quod † dictum mandatum fuerit relaxatum ad effectum deponendi tantùm, quod nemini pręiudicat, vt firmator in pręterita decisione §.*vlti-*
25 *mo.* † Quia cum adhuc non constet de aliquo illorum legitimo Credito frustra petitur depositum, ex *Text. in l.1. C. de prohib. sequestr. pecun. Buratt. decis.195. num.1. & recent. decis.654. num.1. vers. nec ante sententiam part.2. & decis.130. num.6. num.6.part.4. Romana Sequestri 31.Decembris 1645. coram R.P.D.meo Otthobono.*

Postremò cessat, quod talis consignatio denegari non possit pro rata spectante ad Guillelmum Roncallum ex pretio Mercium venditarum Laurentio Carolio, vt apparet ex Instru-
26 mento venditionis. † Quia cum ex *Summ. Ceciliæ num.4* appareat Roncallum fuisse tantum deputatum Administratorem negotij cũ annua responsione scutorum 300.ista administratio est omninò separata à dominio directo,& vtili, cæterisque Iuribus realibus particulariũ Dominorum, *Bart. in l.1. propè finem, ff. de Iur. omn. Iud. Soccin.in l.1. in princ.num.26. ff.de acquir. poss. Natt. consil.313. col.1. vers. aliud est enim, Ceph. cons.338. num.27. Rota decis.64. num.22. part.4. tom.2. recent.*
27 Quod eo magis procedit non solum, † quia etiam ex prędictis patet Guillelmũ fuisse Administratorem dicti fundaci, & sic non posse dici Creditorem nisi reddita ratione suæ administrationis ab illius hęredibus ex superius relatis in *vers. Minusque in fine*; Sed etiam quia pecuniæ, de quibus agitur, fuerunt per illos de Collettis petitæ, & sequestratę tanquam debitę Venturæ Mazzanti eorumdem debitori, non autem Roncallo, vt legitur in d. Sequestro facto sub die 16. Decembris 1645. *Sum.eorumdem de Collettis præcedentis positionis num.3.& seq.* Vndè sequitur quod contra eumdem Roncallum nunc non possit dirigi actio, dum contra ipsum non fuit facta petitio, quę debet adeò attendi, vt quęcumque decreta, siue mandata relaxata semper intelligantur stare relatiuè ad petitionem, siue actionem intentatam, *Riminal. Iun. consil 52. numer.81. vers.Nam clarum est, &c. cons.108.num.37. vers.nec verum est,* & *consil.304.num.6. vers.quæ petitio, Rota decis.539. num.4. part. 3. recent. Caualer. decis. 510. numer.5.*

Et ita vtraque parte informante.

R.P.D. PEVTINGERO,

Leodien Beneficij.

Lunæ 23.Martij 1648.

ARGVMENTVM.

Quæ probare debeat subrogatus ad ius, & possessionem vtriusque collitigantis, vt immissionem obtineat in hac decisione discutitur, vbi etiam de litis extinctione, vel desertione ad eamdem subrogationis materiam plura enucleantur.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatus Clericatum probare debet.*
Clericatus probatur per literas patentes Ordinarij. num.1.
2 *Subrogatus quæ probare debeat, vt possit immissionem obtinere.*
3 *Possessionem defuncti controuertere non potest, qui ex illius vacatione venit.*
4 *Possessio semel probata præsumitur vsque ad obitum continuata.*
5 *Possessio probatur ex manutentione à Rota concessa.*
6 *Subrogatus in ius, & possessionem vtriusque collitigantis, ius ex persona vnius, & possessionem ex persona alterius desumere potest.*

7 Lis

7 *Lis in beneficio probatur ex commissione causæ, & quando. num. seq.*
9 *Lis per sententiam extinguitur. & num.11.*
10 *Lis vt dicatur extincta sufficit post sententiam taciturnitas annorum decem.*
Desertio causæ resultat si per plures annos nihil in causa fuit actum. num.10.
Subrogationi locus esse non potest post litem extinctã. num.10.
11 *Res iudicata litem extinguit.*
12 *Appellatio confirmat litem.*
13 *Lis per decennium censetur habita prò de relicta quando procedat.*
14 *Lis per desertionem non extinguitur vbi non apparet de non iure litigantis, nisi secuta Iudicis sententia.*
15 *Litis pendentia licèt reseruationem non inducat, ligat tamen manus Ordinarij.*
16 *Regulæ subrogationis sensus est, ut sine præiudicio tertij concedatur.*
17 *Ordinarius habet manus ligatas qui minus propter litem conferre possit. & sup. num.15.*
18 *Possessio sola sine titulo non facit quem contradictorem legitimum, & quæ requirantur. num. seq.*

DECISIO CLXVII.

CVM de simplici beneficio Ecclesiastico sub inuocatione Sanctorum Mariæ, & Francisci in Ecclesia Parochiali Diuæ Brigidæ loci de Vvelleñ Leodieñ Dioec. alias à Sede Apostolica Petrus Testelmans,& Henricus Bomerschome vterque prouisus extitisset, eiusdemque beneficij possessionem accepissent, lite verò inter eos *coram Reuerendiss. Vrgellen.* in S.Rotæ Tribunal introducta, prout in *decis.*129. *&* 238. *coram eodem impressis*, beneficium Henrico adiudicatum fuisset, qui lite adhuc pendente extra Romanam Curiam obijt, Petrus verò eius collitigans vxorẽ duxisset,hac occasione arrepta ab Ordinario hoc beneficiũ Lamberto Coleñ à Sede verò Apostolica Martino Anselmo Hiergio cum subrogatione gratiosa ad ius, & possessionem vtriusque prædictorum collatum fuit,quo contra Lambertum intrusum immissionem petente in vim subrogationis gratiosę DD.eam concesserunt.

Quia omnia requisita ad immissionem ex
1 subrogatione iustificauit Clericatum† nimirum suum per litteras patentes sui Ordinarij, *Caual. decis.*483.*num.*2. *Reuerendiss. D.Vrgellen. decis.*430. *num.*2. *Rot. decis.*340. *num.*3. *part.*3. *recent.* & obitum Henrici in possessione, atque possessionem Petri vsque ad contractum Matrimonij,in quorum locum ipse fuit subrogatus, ac litem inter
2 ipsos duos Petrum,& Henricum, †quibus probatis subrogato non denegatur immissio,vt tradit *Garz.de benef.part.*6. *cap.*4.*nu.*4.*& nu.*16. *& seq. Serap.decis.*990.*in princ. Rot.decis.*307. *num.*1. *coram Gregor.XV. & decis.*7. *num.*8. *part.*7. *recent.*

Et Henrici quidem in possessione obitum
3 necesse est, † vt Lambertus fateatur, quia venit ex eadem vacatione, *Rot. decis.*45. *num.*3. *part.*6. *decis.*236.*num.*2. *part.*7. *recent. decis.*55. *nu.*3. *coram Cardin. Caualer.* Quamuis eiusdem possessio per Instrumentum actualis apprehensionis probe-
4 tur. † quæ postea vsque ad eius obitum continuata præsumitur,vt tradit *Gregor.XV. decis.*307. *num.*2. & ibi *Adden. num.*24. *ad fin. Rot. decis.*321. *sub num.*4. *part.*1. *& decis.*45. *num.*4. *part.*3. *recent.*

Petri verò possessio ex simili Instrumẽto pro-
5 batur, † nec non ex manutentione alias à *Rota coram Vrgellen.in decis.*139.*inter eius impressas*, concessa, proindè est Hiergio concedenda immisio cum tanquam in ius,& possessionem vtriusque
6 subrogatus † ius ex vnius, & possessionem ex alterius persona desumere possit, *Rot. decis.*391. *num.*2. *coram Durano decis.*549.*num.*100.*part.*5.*rec. decis.*633. *num.*17. apud *Modern. Perus.de manutent.* cum pluribus relatis *in Burgen.Beneficiorũ* 21.*Maij & 15.Nouembris* 1638.*coram Reuerendiss.D.meo Decano*, & in *Zamoren. Archidiaconatus* 28.*Iunij* 1647. §.*Nec subsistit coram R.P.D. meo Otthobono.*

Lis requisita probatur ex Commissione causę
7 in Rota † cum clausula, *quam, & quas*, alijsque prægnantissimis ad litem super titulo Beneficij sufficiẽtibus vbi prout hic existebat titulus prouisionis vtriusque collitigantis,*Sarnen.in regula de infirmis quæst.*34. *num.*4. *Egid. decis.*618. *Cassad. decis.*9. *nu.*13. *de caus. poss. & propr. Caputaq.dec.*152. *per tot. par.*1. & in his terminis fuit decisum in *Messanen. Archipresbyteratus* 29. *Aprilis* 1641. *coram D.meo Cerro,& in Gerunden.Prioratus* 27.*Iunii* 1644 *coram R.P.D. meo Bichio*, & contraria procedunt quando nullus præexistit titulus prouisionis,
8 at † hic litem fuisse super titulo præuijs duabus decisionibus inter impressas *coram Durano* 139. *&* 238. extra omne dubium est, cum per sententiam Rotalem pronunciatum fuerit beneficium de quo agitur, esse adiudicatum Henrico.

Non obstat, quod de tempore subrogationis impetratæ ab Hiergio tam ob dictam senten-
9 tiam iam lis esset extincta cum regulariter † per sententiam extinguatur, *Sarnen. in reg. de annal. quæst.*44. *circa fin. uers. secus verò, Rebuff. de pacific. possess. sub num.*167. *uers.Imò tutius, Sanchez respon. mor. lib.*2. *cap.*1. *dub.*27.*num.*9. quam etiam quia ab anno 1650.nihil fuit amplius actum in causa ex quo illius desertio resultat, ad quam decem anni sufficiunt ad effectum, vt lis dicatur extin-
10 cta, † & proindè subrogationi locus amplius non sit,iuxtà *dec.*5.*Cassad. ut lit.pend.*& in puncto dixit *Rota decis.*342. *num.*8. *part.*1. *recent.*

Quia per sententiam lis tunc extinguitur
11 quando ab ea non fuit appellatum, † nam res iudicata litem extinguit, *Rot.decis.*10. *ut lit. pend.*
12 *in nou.* quando fuit appellatum, † vt hic appellauit Petrus litem cõfirmat *l.*1. §. *propter eandem, ff.nihil. innouari appellat. interpos,*& in puncto *Rot. decis.*146. *num.*5. *in fin. part.*4. *recent.* & in *Fanen. Cappellæ* 22.*Iunii* 1646.§.*minus obstat coram R.P.D. meo Royas*. Et quod per tot annos nihil in causa amplius fuerit actum non refert, nam per de-
13 cennium pro derelicta lis habita censetur † solum quaneo ex actis causæ constat de non iure litigantis, secus è conuerso, vt distinguendo declarauit *Rota in decis.*342. *num.*8. *part.*1. *recent.* Ex ea diuersitatis ratione, quod in casu quando ex actis apparet de non iure litigantis litigator censetur tanto tempore tacuisse eo quod de suo iure diffidebat, & sic litem habere voluerit pro deserta, quod non procedit quando ex actis de tali non iure non apparet,in quo proptorea casu

iuxta opinionem Rotæ lis per desertionem nō
14 extinguitur, † nisi etiam sententia Rotalis desertionis declaratoria sequatur *Seraph. dec. 565. num. 9. Rota decis. 736. toto num. 2. par. 3. recent. vt in supradicta Fanen. Cappellaniæ §. nec dicatur coram D. meo Royas, Lotter. de re benef. lib. 2. q. 20. num. 153. & num. 154.*

Ex his igitur manifestum fit litem in hoc casu tempore subrogationis ab Hiergio, obtentæ adhuc durasse, & propterea collationem Lamberto factam ab Ordinario esse inualidam quamuis enim litis pendentia reseruationem
15 non inducat, † certum tamen est, quod Ordinarij manus ligat quominus interim conferre potuerit, vt habetur per *text. express. in cap. 1. vt lit. pend. in 6. & dixit Rota apud Seraph. dec. 990. nu. 5. & 8. et in Papien. beneficij 29. Nouembris 1645. coram D. meo Corrado*. Et sensus regulæ subro-
16 gationis † quod scilicet sine præiudicio tertij concessa censeatur *Sarnen. super regula de subrogandis q. 3. Bellarm. consil. 35. num. 9.* interpretandus est de iure tertio competēti veluti illi per obitum possessoris regressus ad beneficium competeret, non autem de iure Ordinarij, aut ab eo prouisi, cui propter litem manus erant li-
17 gatæ, † quominus conferre posset, vt in puncto declarauit *Rota apud Seraph. dicta decis. 990. num. 8.* & fuit decisum in *Gerunden. Prioratus 9. Decembris 1644. coram D. meo Bichio §. nullo modo*.

Nec Lambertum iuuat sola eius possessio
18 beneficij, † in qua reperitur, vt legitimus cōtradictor dici possit, dum simul non habet fomentum alicuius validi tituli, vt fuit decisum in *Ciuitaten. beneficij 4. Martij 1633. §. non enim obstat coram bon. mem. Motmanno, & in Lucana Canonicatus 1. Iulij 1647. §. quandoquidem coram D. meo Roias, & penes Burartum dec. 888. sub num. 1. vers. tantum id procedit*, ac tradit *Lotter. de re benef. lib. 3 q. 13. sub num. 75.* & requiritur etiam par titulus
19 Apostolicus † cum eadem subrogatione, vt fuit decisum in *Zamoren. Archipresbyteratus coram D. meo Otthobono 28. Iunij anni præteriti*.

Et ita pro Hiergio informante resolutum fuit &c.

R. P. D. CORRADO.

Postea S. R. E. CARDINALI.

Bononien. Archipræsbyteratus.

Lunæ 23. Martij 1648.

ARGVMENTVM.

Magistralis est ista decisio vbi agitur quomodo, & ex quibus probetur Iuspatronatum esse ex dotatione, vel fundatione.

SVMMARIVM.

1 *Archipræsbyteratus secularis in Ecclesia S. Blasij Terræ Centi Bononien. diœces. est principalis dignitas in illa Ecclesia, & num. 2.*
3 *Narratiua facta in litteris papæ iustificatur ex confessione facta in supplicatione ab altero ex impetrantibus beneficium, & num. 4.*
5 *Valor beneficij fuit expressum non excedere aliquam Summam dicitur iustificatum ex supplicatione partis confitentis non excedere minorem summam.*
6 *Natiuitas quoad locum probatur ex fide baptismatis.*
7 *Præsbyteratus probatur ex litteris Ordinarij.*
8 *Doctoratus probatur ex litteris collegij studij.*
9 *Præsentatio infra legitimum tempus probatur ex instrumento præsentationis factæ infra quadimestre.*
10 *Idoneitas ad beneficium probatur ex attestatione examinatorum Vrbis.*
11 *Obtinens secundum beneficium in eadem Ecclesia nō tenetur iustificare valorem primi, quando se offert paratum illud dimittere.*
12 *Iuspatronatus probatur ex litteris Episcopalibus de illo attestantibus, & num. 16.*
Præsertim si Episcopus fuerit persona insignis, & iuspatronatus sit in illius præiudicium num. 13.
14 *Patronatus augens dotem Iuripatronatui non dicitur facere ad acquirendum nouum titulum sed ad antiquum corroborandum & num. 15.*
17 *Iuspatronatus sufficientissime iustificatur ex litteris Papæ ita attestantis & num. 18.*
19 *Litteræ Apostolicæ super iurepatronatu, quando non dicantur continere priuilegium, sed veritatem numor. 20. & 23.*
21 *Declaratio vlla potest fieri contra declarationem Pōtificis illam prohibentis, & num. 22.*
24 *Iuspatronatus comprobatur & adminiculatur ex libro Visitationis Ecclesiæ.*
25 *Iuspatronatus probatur ex prouisionibus factis tamquam de iurepatronatus & num. 26.*
27 *Iuspatronatus comprobatur ex decretis Ordinariorum emanatorum in executionem litterarum Papæ procedentis tamquam de iurepatronatus.*
Etiam si non exhibeatur processus num. 28. & seqq.
31 *Probationes quæ forsan singulariter sumptæ non sufficerent, sufficiunt vnitæ.*
32 *Iuspatronatus quid requirat pro sui iustificatione quādo illud ab vniuersitate prætenditur.*
38 *Titulum dotationis dicitur concludentissime probatum stante declaratione Pontificis & num. 34.*
35 *Immemorabilis ex quibus dicatur resultare ad effectum probandi Iuspatronatum & num. 36. & seqq.*
39 *Immemorabilis à quibus actibus non excludatur, & num. seqq.*
44 *Regulæ 4. & 9. Cancellariæ non comprehendūt beneficia de iurepatronatus Laicorum ex fundatione vel dotatione.*
45 *Papa non præsumitur denegasse regulis Cancellariæ nisi specialiter exprimat, & num. 46.*
47 *Prouisio obreptitia, & subreptitia est nulla.*
48 *Legitimus contradictor ad impediendam immissionem, non dicitur qui se fundat in gratia obreptitia.*
49 *Decretum irritans inficit omnem titulum contrarium & possessionem.*
50 *Litteræ Apostolicæ iustificatæ sunt exequendæ.*

DECISIO CLXVIII.

VACANTE per obitum Herculis Portij mēse Augusti 1646. extra Romanam Curiam defuncti Archipresbyteratu sæculari, qui est
1 dignitas † principalis in Ecclesia Collegiata Sancti Blasij Terræ Centi Bonon. Diœcel. fuit de illo tanquā Sedi Apostolicæ reseruato pro- ui-

uisus sequenti mense Septembris D. Clemens
Boninsignius Bononiensis, & successiuè die 2.
Octobris in possessionem immissus vigore Bre
uis nomine Cameræ, Deinde verò D. Bernar-
dinus Barufaldus municeps ipsius loci ab Ho-
minibus Vniuersitatis legitimè congregatis tã-
quam illius Ecclesiæ patronis die 3. Nouemb.
eiusdem anni præsentatus Apostolicam proui-
sionem obtinuit. Quare orta inter eos con-
trouersia, causaque Rotæ commissa dubita-
ui. An litteræ prouisionis Bernardini sint iu-
stificatæ, ita vt exequi debeant. Et Domini
responderunt affirmatiuè.

Nam quæ fuerunt per eum narrata Summo
Pontifici circa qualitatem beneficij, quod sci-
2 licet † sit Archipresbyteratus sæcularis, & di-
gnitas principalis in dicta Ecclesia Collegiata,
cum annexa cura animarum; Et circa vacatio-
nis modum, nempè per obitum præfati Her-
culis Portij mense Augusti extra Curiam de-
functi, satis iustificantur ex confessione Cle-
3 mentis, † qui eadem prorsus exposuit in eius
supplicatione per ipsum exhibita *in Summ. nu. 1.
Rot. penes Aegid. decis. 208. & decis. 595. & bon. me.
Card. Caualer. decis. 33. num. 1. vers. quod enim &c. &
decis. 608. sub num. 3. vers. & apparebat etiam &c.
ac seq. Burat. decis. 708. num. 5. vers. valor Prioratus
&c. Reuerendiss. Vrgellen. decis. 237. nu. 6. vers. de Cle-
ricatu &c. ac in recent. decis. 10. num. 2. vers. quod va-
cauerit &c. par. 2. & sæpè in alijs.*

Valor autem redditutum expressus per non
excessum ducatorum centum triginta, com-
putatis verò distributionibus quotidianis du-
centum quadraginta, pariter iustificatur ex ea-
4 dem supplicatione partis, † in qua fuit simi-
liter expressus per non excessum ducat. Centũ
quinquaginta vna cum incerta, seu distribu-
tionibus quotidianis, vt in ea legitur; Nam si
5 excedit ducatos centum quinquaginta, † mi-
nus profectò excedit ducentum quadraginta,
vt in his terminis ratiocinatur *Rot. in Nouarien.
beneficij 19. Decembris 1603. & in Pampilon. paro-
chial. de Ians. 22. Martij 1604. coram bon. mem. Coc-
cin. inter eius impressas decis. 145. sub nu. 1. vers. nec
facit. & decis. 164. num. 2. vers. non obstat quod fue-
rit narratum &c.*

Quæ verò concernunt qualitatem eius per-
sonæ, quod nempè sit oriundus ex ipsa Terra
6 Centi probatur † ex partita Libri Baptismatis
per Curatum extracta *P. Rebuff. in tract. de Regest.
num. 15. vers. sexto probatur Mascard. de probat. con-
clus. 1141. num. 21. vers. amplius &c. Rot. penes Card.
Mantic. decis. 132. num. 6. vers. quod autem &c. & in
recent. decis. 699. num. 1. vers. quod enim par. 2. & de-
cis. 583. num. 4. vers. secundo par. 4. tom. 2.* & Pres-
7 byter, ex litteris ordinarij, *iux. cap. 2. vbi gloss.
verb. litteras, & DD. extr. de probat. Card. Seraph.
decis. 713. num. 1. Caualer. decis. 483. num. 2. vers. Cle
ricatus enim &c. Reuerendiss. Vrgellen. decis. 430. n. 3
vers. de Clericatu &c. & in recent. decis. 455. num. 7.
vers. Presbyteratus par. 2. & decis. 205. num. 5. vers.
tandem &c. par. 4.* Ac Doctor vtriusque Iuris, ex
8 instrumento publicæ attestationis Cancellarij
Insignis Collegij Bononien. *vt DD. in l. solem-
nibus C. de fid. instr. Alex. cons. 107. Videretur circa su-
perius quæsitum sub num. 2. vers. & ideo in proposito
lib. 7. Ias. cons. 140. circa primum num. 6. vers. quia
Doctoratus debet probari &c. lib. 4. Mascard. de probat
concl. 527. num. 1. Rot. decis. 230. num. 11. vers. de in-
strumento Doctoratus par. 7. recent.* Et ab homini-
bus dictæ Vniuersitatis infra tempus legitimũ
9 præsentatus, † ex instrumento præsentationis
recepto per Ioannem Antonium Gezzium
publ. Notarium die 3. Nouembris 1646. pen-
dente adhuc quadrimestre patronis laicis ad
præsentandum concesso *iux. cap. cum propter extr.
de iur. patr. Rot. decis. 238. num. 8. vers. præsentatio ve-
ro, & seq. par. 5. & decis. 101. num. 3. vers. quod ve-
ro &c. par. 6. & decis. 302. num. 4. vers. & quod dein-
que par. 7. recent.* Ac demum idoneus ad obti-
10 nendum huiusmodi beneficium, † Ex attesta-
tione examinatorum Vrbis quibus est deferen-
dum *gloss. in Clem. 1. in verb. reputamus de concess.
præbend. Rot. penes Card. Mantic. decis. 208. num. 4.
vers. quod attinet ad secundum caput. Caualer. dec. 299
num. 3. vers. ratio ea fuit &c. & Burat. decis. 540. nu-
mer. 14. vers. quoad vitæ, & morum honestatem &c.
ac decis. 613. num. 5. vers. quæ relatio examinatorum
&c.* Neque valor alterius simplicis beneficii,
quod obtinet in eadem Ecclesia non exceden.
quinque ducatos similes, aliam exposcit iusti-
11 ficationem † cum exhibeat se paratum illud
dimittere, *Rot. decis. 20. in princip. de præbend.
in nou. & in Iacen. Vicar. vlt. Ianuarij 1590. coram
Card. Plato penes Garz. de benef. par. 6. cap. 2. sub nu-
mer. 279. vers. non obstat quod non fuerit iustificatus
valor &c. & penes Card. Seraph. decis. 1393. num. 2.
vers. verum & decis. 1470. num. 2. vers. quantum ad
beneficium &c. san. mem. Greg. XV. decis. 84. num. 4.
vers. quod fructus &c. ibique Add num. 9. & dec. 490.
num. 1. vers. nam quoad obtentum & Coccin. decis. 87.
num. 6. vers. valor obtenti &c. ac in recent. decis. 91.
num. 3. vers. nihilominus &c. par. 4. tom. 2.*

Postremò iuspatronatus dictæ Vniuersitatis
ac Hominum ex fundatione, seu dotatione
narratum visum fuit Dominis ex infrascriptis
liquidè probari.

Primò ex litteris Episcopalibus erectionis
dictæ Ecclesiæ anteà simplicis Parochialis in
Collegiatam sub die 14. Iunij 1566. in quibus
bonæ mem. Cardinalis Paleottus tunc Archie-
piscopus Bononien. declarat illam cum tribus
Canonicatibus, & Præbendis in ea tunc insti-
12 tutis † esse de iure patronatus Vniuersitatis, &
Hominum prædictorum, quod eisdem reser-
uat his verbis, *cum reseruatione Iurispatronatus eis-
dem Communitati, & Hominibus, & præsentandi tam
ad dictam Collegiatam Ecclesiam, quam ad dd. Cano-
nicatus, & præbendas dum pro tempore vacare contin-
gerint &c.* Cuius quidem Antistitis Religiosis-
simi declarationi plurimũ deferri debet; tum
ob conspicuam qualitatem illius, qui Religio-
ne ac doctrina maximè præstabat; & huiusmo-
di materias in hoc sacro Tribunali plures an-
nos summa cum laude tractauerat, ac in ipso
S. Concil. Tridentin. interuenerat; Tum ob
dignitatem, ac munus, quod exercebat, de
13 cuius † præiudicio cum ageretur credendum
est vtique quod præuia diligenti excussione ne
gotij, exactaque veritatis cognitione ad eam
declarationem processerit, vt fuit vnanimiter
per DD. resto ipsum in decis. 11. sub num. 1. vers. se-
cun-

tundum omnes fuit mihi responsum, & seq. de iur. patr. in nou. & penes Put. decis. 237. vers. & quia ordinarius lib. 2. in correct. Card. Seraph. decis. 1232. n. 2. vers. quarto concurrit assertio &c. Card. Mantic. decis. 318. num. 2. vers. vnde Ordinario & decis. 350. numer. 3. uers. quia Ordinario Card. Caualer. decis. 55. num. 2. vers. cuius attestationi &c. decis. 61. numer. 3. vers. & cum Ordinarius, ac decis. 378. num. 5 vers. cum in hac materia Burat. decis. 111. nu. 7. vers. tertio ex collatione, vbi Add. num. 15. & 16. & decis. 172. num. 24. vers. & duabus præsertim cum seq. & Coccin. decis. 229. ad fin. vers. quibus assertionibus & decis. 230. num. 3. ver. concurrunt etiam & decis. 376. num. 2. vers. litteris enim Ordinarij par. 3. lib. 3. diuer. & decis. 800. sub num. 2. vers. non enim est verisimile &c. par. 4. & in recent. decis. 518. num. 3. vers. datur præterea par. 1. & decis. 694. num. 4. vers. tertio p. 2. & dec. 166. n. 12. vers. quibus Ordinariorum p. 6.

Neque repugnant aliæ eiusdem litteræ sub die 8. Aprilis 1567. Quia in illis non negatur veritas præexistentiæ d. patronatus, sed narratur extraiudicialis contentio de sufficientia probationum ex parte Vniuersitatis pro eius iustificatione eo vsque exhibitarum, à qua vt Homines præfati se eximerent addito annuo redditu librarum quinquaginta, alijs centum priùs constitutis vltrà bona ipsi Ecclesiæ per Communitatem iamdiù assignata, plenam obtinuerunt eorum iuris declarationem, ac Ioannis Baptistæ Rosati per eos tunc præsentati institutionem cum effectu, ac possessione subsecuta; Quæ sanè non repugnant præcedenti titulo ex fundatione, vel dotatione Vniuersitati competenti, nec illum reformant, neque transfundunt in debiliorem augumenti, ac priuilegij, immo magis confirmant, atque
14 corroborant, † nec ideo censetur auctus redditus, vt nouus titulus acquiratur, sed vt eo pacto redemptis vexationibus, atque molestijs primeuus defendatur; ac corroboretur, vt post *Bald. in cap. 1. §. si vassallus (l'vltimo) in fin. vers. quia quod retinetur &c. si de feud. fuerit contr. inter Dom. & agnat. vassal. Alciat. in l. si pro fundo sub numer. 10. vers. sed quæ ratio, & seq. C. de transact. Molin. de primogen. lib. 4. cap. 9. sub num. 22. §. nec obstat illud vers. hoc namque verum non est &c. & respondit Rot. in Caualliccn. feud. 26. Aprilis 1613. coram bon. mem. Pirouano in recent. decis. 419. sub num. 3. vers. & hoc præmisso par. 3. & In Pampilonen. de Tuffalla 19. Nouembris 1620. coram bon. mem. Seleucien. decis. 250. num. 9. vers. secunda responsio par. 4. tom. 2.* in qua fuit dictum, neque titulum priuilegij esse regulariter incompatibilem cum titulo fundationis, dotationis, ac immemorabilis, cum obtineri potuerit ad comprobationem il-
15 lorum, † ideoque licitum esse his omnibus vti pro defensione sui iuris *iux. cap. nullus pluribus,* vbi explicat *gloss. propè finem vers. vnde verius dicas de reg. iur. in 6. Gabr. cons. 192. num. 9. vers. secundo quia non sequitur lib. 2.* cum alijs relatis in *Constantien. iurisd. 16. Nouembris 1607. coram Atrebaten. in §. non obstat quod priuilegia &c.* Nec est
16 verisimile, † quod idem Episcopus ad aliam absolutam declarationem prædictam fauore dictæ Vniuersitatis, ac successiuas institutiones præsentatorum ab ea deuenisset, nisi ei legitimè de fundatione, seu vera, & integra dotatione plenè constitisset, vt in his terminis fuit dictum *in Lucan. plebis 11. Martij 1591. coram Gypsio d. decis. 800. sub num. 1. vers. nec ad rem facit, & infr. par. 4. diuers. & in alijs.*

Secundò probatur ex literis sanct. me. Clem.
17 VIII. Dat. 3. Non. Augusti 1600. † super confirmatione erectionis d. Collegiatæ, ac eius approbatione, in quibus habita mentione antiqui Iurispatronatus d. Vniuersitatis, ac illius specialis præseruationis per Ordinarium in d. erectione factæ; Nec non recentioris particularium familiarum, à quibus successiuè octo alij instituti fuerunt Canonicatus cum suis prębendis; illud eisdem omnibus expresè reseruauit *in vers. Præterea &c.* ac decreuit his verbis, *Decernentes Iuspatronatus, & præsentandi huiusmodi laicorum tantùm existere, ac Vniuersitati, & hominibus, ac familijs prædictis non ex priuilegio, sed ex vera, reali, & actuali, integra, & omnimoda dotatione laicali de bonis merè patrimonialibus, et laicalibus dumtaxat competere, et ad illos pertinere, illudque vim, effectum, naturam, substantiam, qualitatem, ualiditatem, et roboris firmitatem obtinere, ac Vniuersitati, et familijs prædictis etiam perpetuò suffragari debere, et ut tale sub derogatione Iurispatronatus ex priuilegio Apostolico nullatenus comprehendi, neque eidem ullo unquam tempore quocunque prætextu per quoscunque Romanos Pontifices pro tempore existentes, uel sedem prædictam aut illius Legatos, etiam de latere, seu Nuncios, nisi in literis desuper confectis de toto tenore etc. Et ipsorum patronorum ad id expressè accedat assensus derogari, nec derogatum censeri posse, neque debere, et aliter factas derogationes, nec non collationes, prouisiones etc. quibuscumque personis, aliàs quàm ad præsentationem, uel de consensu patronorum, etiam cum speciali, et specifica derogatione Iurispatronatus huiusmodi prò tempore facta etc. processusque etc. ac indè secuta etc. nulla, et inualida nulliusque roboris, uel momenti, et pro nullis, et infectis haberi, rt censeri debere, nec ius, ac coloratum titulum possidendi cuiquam tribuere, uel per illa acquiri posse etc.* & addit, *Præsentes nullo unquam tempore de subreptionis, uel obreptionis, seu nullitatis uitio, aut intentionis nostræ, uel quopiam alio defectu, et ex eo quod quicunque interesse habentes etc. ac causæ propter quas eadem præmissa emanarunt coram loci Ordinario uerificatæ, et approbatæ non fuerint etc. notari, impugnari etc. sicque per quoscunque Iudices, etc. sublata etc. et insuper ex nunc irritum etc.*

Hinc enim plena resultat d. Patronatus iu-
18 stificatio, † iiā vt alia non sit necessaria, quia nec potestas Summi Pontificis reuocari potest in dubium, nec voluntas controuerti cum ex præmissis amplissimis verbis appareat manifesta, iunctis etiam Clausulis sublata &c. & Decreto irritanti &c. & quod subreptio opponi non possit, &c. quæ simul concurrentes sufficiunt pro iustificatione huiusmodi litterarum, etiamsi emanauerint parte instante, *Puth. decis. 337. lib. 3. in correct. Card. Seraphin. decis. 1020. nu. 1. & decis. 1043. num. 5. vers. neque illud &c.* & fuit benè distinctum *in Calaguritana Iurisdictionis 30. Maij 1580. coram Rubeo decis. 96. part. 4. diuers. & in Pampilonen. Archidiaconat. 19. Martij 1593. coram bon. mem. Card. Pamphil. apud Marches. de Commiss. par. 2.*

par.2.fol.424.& in Oscen.Canonicat.seu offic.Pœnitentiar.5.Nouembris 1597.coram eod. ibid. fol.547. & penès Cardin.Caualer.deci.449.num.5.vers. teles autem causæ &c. Buratt.decis.337.num.8. vers. verumtamen &c.& Andr.decis.62.num. 6. vers. quia vltra quod adest Decretum, & decis.743.sub num.17.vers. quia obiectum tollitur ac seq.par.4.tom.3.recent. & in Terrulen Canonicat.2. Martij 1637. coram Reuerendiss.D.meo Carillo in §.pen.ac in alijs relatis per Gonzal.ad Reg.8.glos.66.n.22.vers.limita modo,ac seq.& Garz.de benefic.par.6.cap.3.num.87. ver. Addo quod clausula &c.& seqq.

Nec obstat, quod litteræ prædictæ merum in effectu præseferant priuilegium ad fauorem Vniuersitatis.

19 Quia contrarium patet ex verbis,† quæ non fuerunt concepta per modū priuilegij, fictionis, ac similitudinis, & æquiparationis, vel simplicis nouæ concessionis,vt in obiectis Decisionibus Mohed 11.de Iur.patr. & Puth.dec.326. lib.1.& 308.lib.3.relatis in placentin. Parochial.corā Orano penès Garz.de benefic.d.par.5.cap.9. nu. 117. vers quod procedit &c.& penès Andr.dec.100.nu.14. vers.& facit simile &c.ac in rec.dec.38.num.2. vers. non obstat quod Papa decreuerit& seq.par.1.ac in alijs per Gonzalez. ad d.Reg.8.glos.18.sub num.97. vers.
20 solum namque &c.& seq. † Sed per viam Decreti ac declarationis veritatis præexistentis, vt legitur ibi, Decernentes Iuspatronatus, & præsentandi huiusmodi laicorum tantum existere ac Vniuersitati,& hominibus, ac familijs prædictis non ex priuilegio, sed ex vera, reali, & actuali, integra, & omnimoda dotatione laicali de bonis marè patrimonialibus, & laicalibus dumtaxat competere &c. Ideoque aliter iudicari non debet contra expressam Summi Pō-
21 tificis declarationem,ac prohibitionem, †quę præceptiuam legem præsefert, ac parendi necessitatem imponit cap.si Papa §.si autem Ecclesiæ & seq.ibique glos.in uerb.asserat dePriuileg.in6.Clem. litteris de probat.gloss.in cap.eos in verb. Decernimus de sent.excom.in 6. Butr. in cap. nam concupiscentiam num.16.vers. si sonant in preceptum &c. ibique Imol. sub num.9.vers.verbum tamen decernimus &c. & alij extr.de Constitut.Menoch.præs.99.n.21.vers. verbum enim decreuit &c. lib.4. & fuit dictum in Fesulan. Priorat.16.Nouembris 1615.coram Sanctiss. D.N.in in recentior. decis. 191. num. 2. vers. quod eo faciliùs par.4.& decis.509.num.22. vers. quia Papa, & seq. par. 5.

Præsertim verò concurrentibus cæteris prę-
22 dictis clausulis contrarium opponi, † ac iudicari prohibentibus, vt not.Cardin.Imol. & alij in cap.quia diligentia extr.de elect.Gabr. cons. 83. vers. Demum, & seq. lib.2.Rot.penès Puth.decis.48.nu.6. vers.Item quia &c,lib.1.in correct.& Veral.dec.134. num.3.vers. Et præsertim cum seq.par.3.Card.Seraphin.d.decis. 1020. sub num. 1. vers. maximè &c. & Mantic.decis.309.num.3. vers. quia cum nomine Abbatis &c.& in d.decis.96. sub num.3. vers. quia cum apparet de intentione Papæ &c.cum seq. et decis. 561. num.3.vers.quia creditor par.4.diuers.et in recent.dec. 428.num.7.ver.quia creditor par.3.et dec.62. num 8. vers.Iudici autem par.6. Et tot alijs actibus ante-
23 cedentibus,& subsequentibus infrà relatis,†ex quibus eadem veritas comprobatur, vt fuit dictum penès Cardin.Seraphin.decis.454.et in decis. 161.num.3.vers. fuit etiam pro responsione par. 4.rec ac in his terminis in Aretin. Præceptor. 22. Maij. 1620.coram bon.mem.Coccin.ead.par.4.tom.2. decis. 219. num. 3. vers. Ista autem noua dotatio &c. cum seq.

Tertiò comprobatur ex antiquissimo libro Visitationis dictæ Ecclesiæ factę anno 1449 in
24 quo scriptum legitur, † Die 9. Maij Ecclesiam Sancti Blasii de Terra Centi cuius est Rector.D.Maurus de Misia, Patroni sunt Commune, et Homine Terræ Centi &c. ex quo validum in hac materias deducitur argumentum, ac adminiculum Rot. decis.527.num.9.vers.Attestationes par.4.diuers.Coccin.d.decis.229.sub num.1.vers. Adsunt.insuper.&c.et in Lucan.Iurispatron.26.Iunij 1619.coram bon.mem. Seleucien.apud Viuian.de Iur.patron.decis,26. nu.12. vers. Et primò ponderatæ fuerunt Visitationes &c. et in recent.decis.13.num.1.vers.et præsertim &c.par.1. et decis.360.num.11.vers.quartò accedunt &c. par.2. et decision. 735. numer. 6. versic. Accedit alia assertio part. 3. & in alijs relatis per Garz. de benefic. part.5.capit. 9. sub num. 89. versic. quibus plurimum confert. &c.

Quartò ex pluribus, ac successiuis præsen-
25 tationibus, † prouisionibus, & institutionibus ordinata serie contextis ab anno 1494.citrà effectuatis; Nam eo anno vacante dicta Ecclesia per obitum Bartholomæi de Dinarellis institutus fuit à bon. mem.Card. de Ruuere, tūc Episcopo Bonon. Ludouicus de Nouis, vt constat ex eius litteris patentibus Dat. 3. Non Februarij d.Anni 1494. A quo deindè fuit liberè resignata in manibus Card. Legati eiusdem Ciuitatis, & per eum collata Paulo de Borgognonibus cum expressa assertione d. Iurispatronatus, ac illius derrogatione pro ea vice tantum, ex similibus litteris Dat. V. Kal. Iunij 1507. Qui pariter eam resignauit in manibus sanct. mem. Pauli III. à quo fuit vnita cuidam Canonicatui in Ecclesia S. Petronij Ciuitat. Bonon.quamdiu illum obtineret Frāciscus Hieronymus de Horabenis reseruata domo, ac redditibus vniuersis eidem Borgognono donec viueret, & præuia mentione præfati Iurispatronatus, accedenteque ipsius vniuersitatis consensu, vt legitur in litteris Apostolicis Dat. Prid. kal. Iulij 1539. Defuncto autem Horabeno collata fuit per Vicelegatum Bononiæ Philippo de Fabijs cum assertione Iurispatronatus Vniuersitatis, & Hominiū prædictorum, & accedente illorum omnium, seu maioris partis assensu ex litteris patentibus Dat. 7.Idus Septembris 1547.Posteà verò præuia resignatione fuit de illa prouisus à sanct. mem. Iulio Tertio, seu Paulo IV. Raynaldus de Simeonibus cum expressa mentione d. Iurispatronatus, ac reseruatione consensus patronorum ex litteris Apostolicis Dat. sept. kal. Iunij 1555. Quo defuncto fuit à Procuratore Vniuersitatis præsentatus Ordinario Ioannes Baptista Rosatus ex publico Instrumento die 8. Augusti 1566. ab eoque admissus, & institutus, vt apparet ex litteris patentibus præfati bon. mem. Card. Palleoti sub die 8. Aprilis 1567. Mox eo ob quædam crimina priuato, fuit ab eadem Vniuersitate præsentatus Sebastia-

stianus de Nouis ex publico Instrumento die 29. Ianuarij 1570. & à Pio V. Sanct. memor. prouisus cum expressa d. Iurispatronatus assertione, ac reseruato patronorum assensu, vt constat ex litteris Apostolicis Dat. Non. Octobris 1570. Et illo vita functo fuit ab eadem Vniuersitate præsentatus Ordinario Ercules Dondinus ex publico Instrumento sub die 13. Nouembris 1590. ac successiuè institutus ex litteris patentibus Dat. 28. Nouembris 1590. & in possessionem immissus ex publico Instrumento. Post cuius obitum eodem modo fuit præsentatus Andreas Pasqualinus ex publico Instrumento die 8. Februarij 1621. & per san. mem. Gregor. XV. institutus, atque prouisus cum Clausula. Verificato prius coram Ordinario d. Iurepatronatus ex fundatione, vel dotatione &c. ex litteris Apostolicis Dat. 3. Non. Iulij in quarum executione præuio Ordinarij Decreto super d. verificatione sub die 17. Decembris eiusdem anni, fuit in possessionem immissus die sequenti ex publico Instrumento. Factaq; demum ab eo permutatione cum Ercule Portio, ac præstito per Vniuersitatem consensu ex publico instrumento die 27. Nouemb. 1630. fuit de illa per San. mem. Vrbanum VIII. prouisus d. Portius cum expressa d. patronatus, & consensus Vniuersitatis mentione, ac similiter reseruata eius iustificatio coram Ordinario, vt constat ex litteris Pontificiis Dat. 17. kal. Ianuarij 1633. Ac præcedente eiusdem Ordinarii Decreto sub die 13. Martij sequentis, possessionem obtinuit vsq; ad eius obitum, qui vltimæ vacationi, & huic con-
26 trouersiæ causam præbuit. † Ex qua profectò tàm longa, atque multiplici prouisionum, ac præsentationum seriè tot annos continuata semper, ac effectuata, valida prorsus resultat d. Patronatus probatio, *Abb. in cap. 1. num. 4. ver. & hæc faciunt, extr. de Religios. domib. Cassador. dec. 2. num. 7. ver. ad hæc. de probat. Seraph. decis. 1141. à num. 1. et seq. et decis. 1232. sub num. 1. vers. secundo, et penes san. mem. Greg. decis. 452. num. 1. vers. et ex pluribus præsentationibus &c. et Caualer. decis. 547. num. 1. vers. nam ab anno, Burat. decis. 142. et 172. per tot. Vrgellen. decis. 100. num. 3. vers. quam ex pluribus præsentationibus, et decis. 293. num. 2. vers. de iure autem patronatus, ac in rec. decis. 23. sub num. 1. ver. mouebantur Domini &c. dec. 211. sub num. 1. vers. ex quibus et decis. 224. nn. 3. ver. quod constet de Iurepatronatus, et seqq. et decis. 312. à num. 4. vers. concurrebat &c. par. 1. et decis. 541. sub num. 2. ver. fundamentum solidissimum fuit et seq. part. 2. et decis. 172. nu. 4. ver. quarto ex continuatis præsentationibus et dec. 256. à num. 4. vers. quod constet de Iurepatronatus cum seq. ac d. decis. 735. num. 7. ver. Adsunt prætereà et seq. par. 3. et d. dec. 219. à num. 6. ver. quantum attinet, et seqq. par. 4. tom. 2. et d. dec. 101. à num. 5. ver. quod autem, et seqq. par. 6.*

Quinto accedunt prædictæ Ordinarij senten-
27 tiæ, † atque Decreta in executione dd. litterarum Apostolicarum emanata die 17. Decembris 1621. & 13. Maij 1634. super verificatione d. Iurispatronatus, quibus multum deferri debet in hac materia, in qua Ordinarij non solent conniuere, sed caute procedere ob eorum præiudicium *Rot. d. dec. 11. sub nu. 1. vers. secundum omnes de Iur. patr. in Nou. et Card. Seraph. dec. 1141. num. 8. vers. his postremo accedunt sententiæ &c. et d. decis. 527. num. 8. vers. decretum par. 4. diuers. ac penes Card. Caualer. d. decis. 547. n. 4. ver. Rota enim Burat. d. decis. 142. num. 12. uers. nam testimonium Ordinarij et Reuerendiss. Vrgellen. decis. 413. num. 3. uers. quibus sententiæ, et confessionibus Ordinariorum &c. ac in rec. decis. 413. sub. num. 1. uers. et merito, et d. decis. 518. num. 4. uers. Idque etiam par. 1. et d. decis. 753. sub numer. 3. uers. huiusmodi autem sententijs par. 2. & decis. 172. sub num. 2. vers. maxime cum sint lata par. 3. rec.*

28 Etiamsi † non exhibeantur Processus, ex quibus iustificentur, vel quia potuit Ordinarius in executione dd. litterarum etiam extraiudicialiter se informare audito Syndico eius Mensæ Episcopalis, vt in illis factum fuisse narrauit pro quo præsumitur *Rot. penes Seraph. decis. 619. num. 1. vers. primo, & decis. 293. sub num. 6. ver. neque obstat quod dicitur par. 1. rec. & penes Buratt. decis. 622. sub num. 1. vers. nam dicta subreptio ac seq. & decis. 746. num. 16. vers. tum quia præsumitur ac decis. 842. num. 4. vers. gratia autem Matthei & seq.* Vel
29 quia satis est, † quod ex alijs præmissis actibus appareant modo iustificatæ *iux. decis. Puth. 391. in fin. & in Addit. lib. 1. in Correct. Card. Seraph. dec. 701. num. 3. vers. nec obstat. & decis. 734. num. 5. vers. non enim verum est, & Burat. decis. 251. num. 10. ver. vltra quod, & seq.* Præsertim verò ad effectum
30 adminiculandi alia prædicta, † vt in specie fuit dictum penes *Card. Mantic. dec. 450. num. 9. vers. neque etiam obstat, & in rec. d. dec. 256. sub nu. 6. vers. ex sententia lata par. 3.*

Sexto demum si prædicta singulariter considerata controuerti possent, simul tamen concurrentia visa fuerunt omninò sufficere ad cōstituendam legitimam d. Iurispatronatus pro-
31 bationem, † vt fuit conclusum penes *Card. Seraph. d. decis. 454. in fin. & d. decis. 1141. sub nu. 7. vers. satis probant, & num. 9. ver. neque facit ac d. dec. 800. sum. num. 2. vers. non obstat quod dicitur part. 4. diuers. & Burat. d. decis. 172. nu. 26. vers. tertio demum & Coccin. decis. 174. sub. num. 5. ver. quia hoc procederet, & in rec. decis. 146. sub. num. 1. vers. & hoc casu & decis. 541. num. 3. vers. quibus omnibus simul iunctis par. 2. & decis. 172. nu. 8. vers. & cum pleraque par. 3. ac decis. 509. num. 27. vers. Vnde cum concurrant. &c. par. 5.*

Neque prædictis obstat quod cum agatur de Iurepatronatus per Vniuersitatem prætenso contra quam viget vsurpationis præsumptio; Ideò non exhibito titulo fundationis,
32 vel † dotationis, requiratur ad eius iustificationem vltrà præsentationes continuatas non minori quinquaginta annorum spatio, & effectuatas, legitima probatio immemorabilis iuxtà Decretum *S. Concil. Trident. Soss. 25. de reform. cap. 9. vers. in ijs vero patronis &c.* quæ prætenditur in hoc casu deficere.

33 Tum quia constat de iusto, † ac legitimo titulo dotationis ex relato Decreto, ac declaratione S. M. Clem. VIII. tot clausulis efficacissimis, ac alijs præmissis roborata, quæ aduersam huiusmodi præsumptionem longe coercent, adeo quod exactior illa probatio non sit necessaria *Rot. d. decis. 800. num. 5. vers. non obstat dispo-*

dispoſito Concil.Trident. par.4.diuerſ.& penes Card. Seraph.d.deciſ.296.ſub num. 1.ver. & vltra tunc deducta, & d.deciſ.1141.num.9.verſ.neque facit &c.& in Cremon.Capellan.14.Ianuarij 1594. coram bo.me. Card.Millin.penes Viuian.de Iur. patr. deciſ. 13.ſub num.3.verſ. non obſtat quod Iuſpatronatus, & in rec. d.deciſ.211.ſub num.3.verſ.ſecundo fuit reſponſum p. 1.& d.deciſ.509.num.24.verſ.diſpoſitio Concil.Trid. par.5.ac in alijs relatis in d.Mediolan.Prior.14.Martij1646.coram me in§.ſecundo quia ex prædictis Summorum Pontificum aſſertionibus &c. Et quatenus etiam neceſſaria foret eiuſdem S. Concilij de-
34 rogatio illam ſufficienter præſeferunt † iuxta declarationem S. M. Pij V. emanatam die 23. Decemb. 1570. quam refert, & comprobat *Garz.de Benef.par.4.cap.5.à num.30.verſ. nihilominus, & ſeq. & probauit Rot. deciſion. 179. ſub numer. 6. verſicul. præcipuè ac deciſion. 687. numer.24. verſic. fuit reſponſum &c. part. 2. recentiorum, & in alijs.*

Tùm quia tres vltimæ præſentationes ab anno 1590. continuatæ, ſicque vltra ſpatium quinquaginta annorum ante litem hanc inſtitutam, & effectuatæ in perſonis Erculis Dondini, Andreæ Paſqualini,& Erculis Portij probantur ex publicis Inſtrumentis ſupra relatis; Immemorabilis vero probatio ſatis ad hunc effectum reſultat ex ordinata præſentationum ac prouiſionum prædictarū ſerie ab anno 1494 citra per centum quinquaginta circiter annos
35 factarum, † quod ſanè tempus hominum memoriam excedit *Rot.penes Puth.deciſ.199. num.1. verſ.ſed ſi eſſemus lib.1.in Correct. Achil.deciſ.4.nu.6. verſ.ſed ſi eſſemus, & ſeq.de Iur.patr.ac deciſ. 577.p. 4.diuerſ.ſlam.Paris.de Confid.q.28.ſub num.259.ver. & alias dubitabatur & ſequitur Garz.de Benef.par.4 cap.8.num.107.verſ.& hanc deciſionem &c. cum alijs adductis in d.Mediolan.Priorat. in §. Primo quia immemorabilis.* Licet enim ex ſcripturis etiam antiquis immemorabilis regulatiter non probetur, quia. Vel originem tituli præſeferre
36 ſolent, quod repugnat eius eſſentiæ, † Vel cōtrariam obſeruantiam per neceſſe (vt requiritur) non excludunt iuxta *tex.in cap.1.in fin.*vbi, *gloſſ.vulgat.in verb. memoria, & in Addition. verſic. pondera verbum(teſtes)de præſcr.in 6.ibique Io:Andr. in fin.verſ.in gloſſ.vltima &c.Rot.in Cuſentin. Abbatiæ 20.Decembris 1627.coram bon.mem.Card.Virill. in rec.deciſ. 126. num. 20. verſ. non obſtat centenaria*
37 *cum ſeq. part. 5.* & in alijs. † Tamen quando eiuſmodi ſunt ſcripturæ quæ nulla facta mentione principij acquiſitionis. Vel immemorabilem ipſam ſepius enunciant; Vel rerum geſtarum ſeriem demonſtrant per tempus hominum memoriam excedens ita connexam ac continuatam, vt contrariæ obſeruantiæ negatiuam in effectu conuincant, tunc quidem ex illis reſultat per indirectum ſufficiens probatio immemorabilis, vel ſaltem æquipollens; Prout in hoc caſu in quo ex prouiſionibus prę dictis congruo, & ſucceſſiuo ordine tanto tēpore continuatis ad præſentationem, ſeù cum conſenſu, vel ſaltem cum aſſertione, ac declaratione ſuris d. Vniuerſitatis, abſque relatione eius originis, quarum effectuatio probatur ex publicis Inſtrumentis,ac ſucceſſiuis collationibus. & reſignationibus reſpectiuè factis *iuxt.conſ.Oldrad.229. Hæc ſunt dubia ſub nu.2. ver. ad ſecnndum obiectum &c.* in Rota ſæpius probatum; Excluditur per neceſſe diuerſarum pro-
38 uiſionum effectuatio, † ac proinde contrarię obſeruantiæ negatiua per indirectum probatur vt doctè explicat *bon.me.Card.Seraph.in eius Voto in Bonon.de Varignano impreſſ.in par.4. diuerſ. deciſ. 583.& reſoluit Rot.penes eumdem d.deciſ. 1141. ſub num. 9. verſ. & ſi expendamus uim probationum, ac ſeq.Puth.deciſ.206.ſub num.3.uerſ.tamen quia & ſeq. lib.1.in Correct.Veral.dec.347.num.2. uerſ. quæ præſcriptio & ſeq.par.3.& Burat.deciſ.435.num.9. uerſ. quod procedit etiam &c.ac in rec.deciſ.37.in fin. uerſ. certùm eſt enim &c.par.1.& dec.241.in princip.uerſ. quia uere conſtat & num.1.par.6. Pariſ. de Confid. d. quæſt.28.ſub num. 260. uerſ. quia ex ſcripturis huiuſmodi &c. & ſeq. & probat. Garz. de Benef. par.5. d. capit. 9. numer. 108. uerſic. & quod in propoſito ac ſeqq.*

Minùs obſtāt Collationes eiuſdem Eccleſiæ factæ per Ordinarium de anno 1432. die 3. Octobris, & 1465. 28. Maij, ac 1508. 12. Aprilis.

Quia (præterquod actus illi longè ſupra
39 centum, † ac ducentum annos præſcriptionē immemorabilem, cuius non apparet initium, non excludunt, vt explicat *Molin. de primogen. lib.2.cap.6.ſub nu. 61.uerſ. ſi uerò factum hoc, ac ſeq.* quem ſequitur *Rot.dicta deciſ.491.nu.9. uerſ. quia & primùm &c. par.3. rec. & in alijs.*) Duæ præcedentes non apparent effectuatæ, Altera verò ſequens de anno 1508.facta per obitum Ludouici de Nouis, vt in ea legitur nullum habuiſſe effectum clarè probatur ex collatione facta ex cauſa eiuſdem vacationis per Card. Legatū Bononien. cum aſſertione, ac derogatione d. Iuriſpatronatus pro ea vice dumtaxat in perſonam dicti Pauli de Borgognonibus 5.kal.Iunij 1507.qui illam fuit aſſecutus, ar reſignauit ad fauorem dicti Franciſci Hieronymi de Horrabenis in manibus Summi Pontificis de anno 1539. cum reſeruatione habitationis Domus, omnium reddituum propria vita durante, vt legitur in prædictis litteris ſanct. mem. Pauli
40 Tertij dat. Prid.kal.Iulij eiuſdem anni,† Ideoque non præiudicat immemorabili, quæ ex illis demùm contrarijs obiectionibus,actibuſq; turbatur, qui vel diuerſam præſeferunt obſeruantiam,ità quod neceſſariò conuincant commentitium, ac falſum eſſe id, quod ex immemorabili præſcriptione deducitur *Crauett.de.antiq.tempor.par.4.in ſection.Incip.materia iſta ſingularitatis teſtium ſub num.40.uerſ. ſimiliter affirmatiua. Comitul.deciſ.80.num. 26. uerſ. & præterea* ac benè explicat *Molin.de primog.lib.2.cap.6.num. 63. uerſ. ſed quamuis hæc quæ prædiximus. Rot.deciſ.254.nu.5 uerſ.nam prouiſio Apoſtolica, & ſeq.par.3. diuerſ. & deciſ.58.nu.3.uerſ. Actus autem contrarij,& ſeq.par.2*
41 *rec.* † Vel ſunt eiuſmodi, qui eius curſum interrumpere valeant *iuxt.gloſſ. in capit. Illud. in uerb.inconceſsè,& in uerb.interuptio.extr.de præſcript Rot.penès Buratt.deciſ.739.nu.7.uerſ. immemorabilis autem &c.& deciſ.324.num.13.uerſ. accedit. part. 1. recent.* Non autem ex his, qui non habuerunt
42 effectum, † cum nullius ſint conſiderationis, perin-

perindè ac si nunquam facti fuissent, *Rot. dicta decis. 254. num. 5. uers. nam prouisio, & seq. par. 3. diuers. & penès Card. Seraph. decis. 1459. num. 15. uers. satis est, & decis. 275. nu. 9. uers. non obstant aliæ præsentationes, cum seq. par. 7. rec.* Eoque minùs ex his, quos constat fuisse suppressos per alios, qui præualuerunt, ipsam immemorabilem com-
43 probantes, † iuxta tradita per *Felin. in cap. Illud sub num. 17. uers. Decimaquarta conclusio extr. de præscr. Soccin. cons. 47. sub num. 17. uers. Tertiò quia lib. 3. Rot. penès eumdem Seraph. decis. 1027. num. 14. uers. non obstat lis, & dec. 1273. sub num. 2. uers. tùm ex præsentatione facta, & num. 3. uers. sicut dicitur, & sanct. mem. Gregor. decis. 467. num. 1. uer. & propterea, ubi Add. & Andr. decis. 54. num. 22. uer. cum appareat, ac seq. & in rec. decis. 214. num. 3. uer. Ideoque intrat conclusio &c. par. 4. tom. 2.* Et in hac ipsa meteria in *decision. 134. numer. 6. uersic. non obstat similiter lis part. 1. diuers. & Buratt. d. decision. 172. n. 16. uersic. & sic molestia per Ordinarium illata &c.*

Præterea non obstat prouisio Apostolica per Clementem obtenta; Quia fundata est super reseruatione, siue Regulæ 4. de reseruat. Dignitat. maior. siuè Reg. 9. de reseruat. mē-
44 sium. † Quarum neutra comprehendit beneficia de Iurepatronatus laicorum ex fundatione, vel dotatione, *Rota penès Achill. decis. 3. de iur. patr. Card. Seraph. decis. 1232. nu. 5. vers. quare cum Regula, &c. Card. Caualer. decis. 639. num. 4. vers. & consequenter. Buratt. d. decis. 172. nu. 29. vers. nam cum ex dictis, &c. & decis. 769. sub nu. 4. vers. prout generaliter, & decis. 941. num. 2. vers. & generaliter, &c. & in Volaterran. Capellan. 7. Maij 1607. coram bon. mem. Card. Lancellot. iun. in §. Tertia conclusio fuit, & in recent. dicta decis. 541. num. 3. vers. quibus omnibus simul iunctis, &c. par. 2. & decis. 256. num. 3. vers. tamen in omnem euentum par. 3. & decis. 509. num. 12. vers. cum iura patronatus laicorum par. 5. Gonzalez ad d. Reg. 8. gloss. 18. sub numer. 2. vers. aut enim summus in iurepatronatus laicali, & seqq. Garz. de benef. par. 5. cap. 1. num. 571. vers. beneficia autem iurispatronatus, cum seq. & modern. Roman. de re benef. lib. 2. quæst. 33. sub nu. 43. vers. Tertium, vt consideretur.* Cum non censeatur Summus Pontifex illi derogare voluis-
45 se, nisi specialiter fuerit expressum, † ne laici ab huiusmodi pijs operibus retrahantur *ad c. decernimus 16. q. 7. gloss. in cap. 2. in verb. collatio, de præbend. in 6. Lap. allegat. 84. num. 6. vers. quia per quamcumque latam formam, & seq. & allegat. 96. sub num. 3. vers. veritatem puto, cum seq. Rota decis. 21. num. 3. vers. quartum, &c. de præbend. in nou. & penès Acchill. decis. 13. de iur. patr. ac in recent. decis. 427. num. 1. vers. & cui Papa par. 1. Gonzal. d. glos. 18. num. 3. vers. ratio huius conclusionis est, &c. & alij præcitati;* Quæ sanè intentio Summi Pon-
46 tificis euidens est in hoc casu, † cum in eadem prouisione derogauerit iuripatronatus laicorum solùm pro medietate, iuxta stylum, de quo *Acchil. d. decis. 3. num. 8. vers. quod autem, & Seraphin. dicta decis. 296. num. 2. vers. ex eo, &c. & alij.*

Hincque demùm remouetur obiectio paris tituli, ac possessionis Clementis ad impediendam immissionem Bernardini executione dictarum litterarum.

Quia cum ex præmissa causæ discussione iam constet de ipsius nullitate, ac irreuelantia; quippe prouisio illa tāquam de reseruato nul-
47 la facta dicti iurispatronatus expressione, † obreptionis, ac subreptionis vitio nulla prorsus apparet, *cap. ad aures, ibique gloss. fin.* & in terminis nostris *Felin. sub num. 8. vers. Tertius casus est, & cap. ad audientiam, il secondo, extr. de rescr. cap. si motu proprio, de Præbend. in 6. Crau. consil. 68. à numer. 2. vers. sed præmissis non obstantibus, cum seqq. per tot. Rota penès Comitul. decis. 30. sub num. 1. vers. ex qua ommissione, &c. Buratt. d. decis. 702. num. 8. vers. Vltra quod gratia fuerit subreptitia, &c. Vrgellen. decis. 100. num. 7. vers. secunda verò fuit subreptitia, &c. ac in recent. decis. 297. num. 8. vers. Tandem p. 5. & in alijs per Garz. de benef. par. 5. d. cap. 1. sub d. num. 571. vers. & in gratia, seu impetratione bene-
48 ficij, &c.* † Censeri non debet legitimus contradictor ad effectum impediendi immissionē prædictam, vt fuit dictum *in Cæsaraugustan. Parochial. de Maella 21. Iunij 1621. coram bon. mem. Coccin. in recent. decis. 302. num. 18. vers. minus obstat, quod Basilius sit in possessione cum titulo, & seqq. par. 4. tom. 2. ac in Ciuitaten. benefic. 4. Martij 1633. coram bon. mem. Motman. in §. fin.* & comprobatur *in decis. 36. sub num. 3. vers. in casu proposito p. 1. & decis. 755. sub num. 5. vers. quæ nullitas par. 2. & per Reuerendiss. Auenionen. in eius Tract. de legit. contrad. quæst. 7. num. 144. vers. ad primum respondendum, &c.* Præsertim verò stante amplitudine, ac efficacia Decreti irritantis, & aliarum, clausularum in præfatis literis, san. mem. Clemen. VIII. quæ inficiunt (etiam expresè) ac nullius omninò roboris, & momenti decla-
49 rant contrarium titulum, † ac possessionem, *Rota decis. 3. sub nu. 1. vers. Ratio quia Decretum Papæ, de restit. spoliat. in nou. Aegid. decis. 535. vers. ratio est. Puth. decis. 48. num. 5. vers. cum ergo lib. 1. Verall. decis. 15. num. 2. vers. quia obstat, &c. par. 3. Caualer. decis. 126. nu. 3. vers. & in eodem, &c. Coccin. decis. 51. sub num. 2. vers. quod inficit, &c. & seq. Vrgellen. decis. 74. num. 55. vers. Vndè propter Decretum irritans, &c. & in recent. decis. 362. num. 3. vers. Ista autem non applicantur par. 3.*

Quare cum ex prædictis literæ prouisionis Bernardini appareant omninò iustificatę, iure
50 merito exequi debent † *c. Accedens extr. de Accus. cap. si capitulo, ibique gloss. in verb. exequatur de concess. Præbend. in 6.* etiam remedio possessorio adipiscendæ ex Iudicis officio ad instar *l. fin. C. de Edict. Diu. Adr. tollen. Menoch. de adipisc. remed. 6. sub num. 34. vers. Iudicis officium considerari etiam solet, &c. ac seq. Rot. penès san. mem. Gregor. decis. 335. num. 5. vers. non obstat quod dicitur. Vrgellen. decis. 59. sub num. 1. vers. quia literæ Apostolicæ, & in recent. decis. 192. sub num. 1. vers. quia literæ, & decis. 558. num. 2. vers. de iure autem, &c. par. 1. decis. 605. num. 2. vers. cum tamen par. 2. decis. 348. n. 1. vers. cum enim literæ par. 5. decis. 133. num. 1. vers. Cum indubitati iuris sit par. 6. & decis. 258. num. 1. vers. & consequenter, &c. ac decis. 283. num. 1. vers. in eisdem enim litteris par. 7.*

Et ita fuit resolutum vtraque parte informante, &c.

R. P. D.

R. P. D. ARGVELLES.

Mutineñ Beneficij.

Veneris 27. Martij 1648.

ARGVMENTVM.

Existentia Iurispatronatus, etsi non doceatur de fundatione, ex quibus tamen iustificata remanere possit quamplurima deducuntur. Pertinentia Iurispatronatus in præsentantes, vt sufficienter probata remanere dicatur nonnulla deducuntur, & quando sufficiat probatio descendentiæ ab vltimis præsentantibus clarissimè demonstratur. Demùm adnotantur nonnulla circa derogationem Iurispatronatus à Sede Apostolica impetrata, & quæ sint iustificanda ad hoc, vt beneficio derogationis quis gaudere possit.

SVMMARIVM.

1 *Præsentato ad iuspatronatum, quibus concurrentibus debeatur adiudicatio.*
2 *Vacatio beneficij per obitum, quando controuerti non possit.*
3 *Iurispatronatus existentia, ex quibus iustificata remaneat, maximè in familia priuata.*
4 *Iurispatronatus existentia, quando probatur ex præsentationibus factis, & effectum fortitis, quamuis non doceatur de fundatione.*
5 *Iurispatronatus existentia probatur ex quadragennaria cum fama, & adminiculis, vbi vsurpationis præsumptio non intrat.*
6 *Enunciatiuæ antiquissimæ, licet nō ostēdantur effectuatæ habent vim famæ, & probant existentiam Iurispatronatus.*
7 *Res iudicata titulum optimum præstat ad præscriptionem.*
8 *Clericatus iustificatur ex literis patētibus Ordinarij.*
9 *Patronis laicis datum est quadrimestre ad præsentandum.*
10 *Iurispatronatus pertinentia ex quibus dicatur probata, & num. 11. & num. 13.*
12 *Res iudicata pro veritate habetur.*
14 *Præsentandi quasi possessio, vt censeatur inducta ad fauorem alicuius sufficit vnica præsentatio effectuata.*
15 *Iurispatronatus pertinētia benè probatur ex præsentationibus antiquissimis effectum sortitis, quando agitur non cum ordinario, sed cum ipsis Patronis, & præsentatis.*
16 *Filiatio ex quibus benè probata remaneat.*
17 *Filiatio leuioribus probationibus iustificatur, cum non principaliter, sed incidenter de ea tractatur.*
18 *Descendentia in materia iurispatronatus sufficit probare ab vltimis præsentantibus.*
19 *Præsentandi quasi possessio, vt censeatur inducta ex antiqua præsentatione, quid sit probandum.*
20 *Præsentandi ius dicitur præscriptum contra compatronum ex lapsu quadraginta annorum, amplia, vt num. seq.*
22 *Iuspatronatus an possit præscribi à Laico aduersus patronum tempore ordinario decem, vel viginti annorum.*
23 *Clausula* sine præiudicio *præseruat ius illius ad cuius fauorem apposita fuit.*
24 *Præsentandi quasi possessio censetur resoluta per sententiam in iudicatum transacta super nō iure præsentantis.*
25 *Iurispatronatus adiudicatio debetur illi, qui est præsentatus à maiori parte patronorum.*
26 *Narratiua litterarum Apostolicarum, est iustificanda, aliàs gratia dicitur per obreptionem impetrata.*
27 *in Narratiua literarum Apostolicarum si quis exposuit se fuisse à medietate patronorum præsentatus, vt verificetur haec narratiua, quid requiratur.*
28 *Derogatio iurispatronatus quando corruere dicatur, itaut non praeiudicet legitimè praesentato.*
29 *Clausula,* dummodò de tempore datæ non sit alteri ius quæsitum, *in literis Apostolicis apposita, quid operetur.*
30 *Prouisus Apostolicus non tenetur iustificare narratiuam litterarum quando est reus, & possessor, & quando secùs.*

DECISIO CLXIX.

IN Ecclesia Sancti Laurētij posita intra Ciuitatem Mutinen. vacauit per obitum Alphōsi Pinzetti Beneficium sub inuocatione Sancti Antonij, ad quod fuerunt præsentati Dominus Vincentius Donnellinus à Dominis Francisco, & Thoma de Pinzettis, & Dominus Ludouicus Pelliciarius à Dominis Ioanne Hieronymo, & Ruberto de Pelliciarijs, & à Capitulo Cathedralis Mutinen. tanquam hærede dicti Alphonsi.

Hinc inter istos præsentatos fuit super institutione lis excitata corā Vicario Mutineñ, cui Pelliciarius pręsētauit prouisionem Apostolicam continentem narratiuam, quod fuerat pręsentatus à medietate Patronorum, cum derogatione alterius medietatis, & cum clausula, *Dummodò de tempore datæ non sit alicui ius quæsitum*, cuius prouisionis vigore, idem Pelliciarius à d. Vicario adiudicationem reportauit, & possessionem accepit, quę omnia in gradu appellationis à Domino Canonico Bellencino Iudice Commissario fuerunt confirmata; A confirmatoria etiam appellauerunt Pinzetti, & in tertia instantia causa mihi commissa, dedi Dubium, cui sit adiudicandum Beneficium. Et Vincentio Domi-
1 ni responderunt, † quia iustificauit omnia requisita, nempè vacationem Beneficij, existentiam Iurispatronatus, eiusque pertinentiam ad Dominos de Pinzettis, clericatum, suamque præsentationem intra legitima tempora factam, quibus omnibus concurrentibus adiudicatio eidem Vincentio præsentato denegari non potest, *cap. Monasterium 16. q. 7. cap. cum Bertoldus de re iud. Rota in Gerunden. Beneficij 27. Iunij 1644. coram R. P. D. meo Bichio §. quia probauit, Mediolanen. Beneficij 31. Ianuarij 1646. coram Reuerendiss. D. meo Decano in princ. confirmata 7. Maij eiusdem anni coram R. P. D. meo Ghislerio, Fesulana Beneficij, seu Oratorij 27. Iunij 1646. coram R. P. D. meo Bichio §. probauit enim, & in Placentina Canonicatus 1. Iulij 1647. coram R. P. D. meo Royas §. apposito igitur sequestro.*

2 Vacatio † Beneficij per obitum Alphonsi vltimi pplessoris controuerti non potest, cum vterque litigans veniat ex eadem vacatione, *Rota decis. 544. num. 4. par. 4. decis. 302. num. 2. p. 7. recent. in Fauentina Beneficij 17. Iuny 1639. coram Eminentissimo Panzirolo, §. quod enim Meleuitana bonorum 20. Februarij 1640. coram* Reuerendiss. *D. meo Decano, & in Nullius, seu Theatina Praepositurae 4. Iulij 1646. coram* R. *P. D. meo Meltio. §. licet enim.*

3 Existentia † Iurispatronatus probatur ex quamplurimis præsentationibus, & institutionibus ab anno 1489. vsque ad annum 1643. à Pinzettis factis, & effectum sortitis, quæ omnes, cum centum annorum metam excedant, Iurispatronatus existentiam firmant cum versemur in familia priuata, in qua nulla vsurpationis suspicio adesse potest, *Rota in Landen. Iurispatronatus 12. Nouembris 1640. coram bon. mem. Merlino §. constat enim de centenaria, & in Bonon. iurispatronatus de Butrigarijs 16. Marty 1643. coram* R. *P. D. meo Bichio, §. nam vltra quatuor.* Quod

4 procedere † etiam si non doceatur de fundatione, dotatione, constructione, dixit Rota *in Lucana iurispatronatus 29. Ianuarij 1644. coram* R. *P. D. meo Ghisilerio, §. vnde cum ex supradictis, vers. sufficientem verò.*

Et quatenus super hoc tempus centum annorum aliqua difficultas excitaretur, non inde

5 iurispatronatus existentia corrueret, † cum ad illam inducendam sufficiat quadragenaria cum fama, vel cum adminiculis, vbi vt in hnc casu, vsurpationis præsumptio non intrat, *Rota apud* Reuerendiss. *Vrgellen. decis. 413. num. 2. Regien. Iurispatronatus 27. Aprilis 1640. coram* Reuer. *P. D. Ghisilerio, in praeallegatis Lauden. Iurispatronatus coram bon. mem. Merlino, §. verum quatenus, & Bonon. iurispatronatus de Butrigarijs coram* R. *P. D. meo Bichio, §. & in omnem euentum.*

6 Quæ adminicula resultant † ex antiquissimis enunciatiuis, & ex antecedentibus præsentationibus, licèt non ostenderentur effectuatæ, cum sint antiquissimæ à 200. annis, & amplius, & habeant vim famæ, *Rota pœnes bo. mem. Buratt. decis. 636. num. 4. decis. 61. num. 5. post Viuian. de iurepat. & in supracitatis Lauden. iurispatronatus §. fama autem, in fin. & Bononien. Iurispatronatus de Butrigarijs d. §. & in omnem euentũ, vers. adminicula, Mediolanen. Prioratus 14. Martij 1646. coram* R. *P. D. meo Corrado §. quarto cõcurrunt vers. quae pariter.*

7 Accedit vlterius † res iudicata à quadraginta annis, & vltra, quam titulum optimum præstare ad præscriptionem docet *tex. in l. generaliter 28. ff. de noxab. & ibi Cuiac. tract. 6. ad Aphric. l. si finita 15. §. Iulianus 16. & ibi Gloss. verbo Dominus, Corasius num. 2. Gottofred. littera A. & §. sed in vectigalibus 27. vbi Gottofred. litera G. & H. l. cum postulassem 44. §. 1. vbi gloss. in verbo capere Cuiac. tract. 9. ad Aphric. l. Prætor ait 5.* & ibi etiã *Cuiac. lib. 2. ad edict. Paul. ff. de damn. infect. Duaren. in l. iustè possidet 11. de acq. poss. Paz. in prax. 2. to. 2. par. cap. vnico num. 93. Antonius Concius lib. 2. disp. cap. 8. Donell. lib. 5. comment. cap. 46. Kuesenuech. in paratil. ad tit. de damn. infect. num. 6. Ant. Faber. lib. 7. c oniect. cap. 4. & lib. 20. cap. 11. Schifordeg. ad eumdem lib. 1. tract. 7. quæst. 4. Gilkexius de præscrip. 2. par. 2. membro cap. 5. num. 23. facit tex. in cap. 1. extra de eo qui mitt. in poss. vbi Barbosa,* & facit etiã vulgaris regula *tex. in d. l. iustè possidet 11. ff. de acq. poss. l. qui auctore 137. ff. de reg. iur.*

8 Clericatus † iustificatio desumitur ex literis patentibus Ordinarij, *Felin. in cap. per cessionem num. 3. & 15. de probat. Rota in Beneuentana canonicatus 8. Febr. 1647. coram R. P. D. meo Bichio, §. Iustificatio autem, vers. Presbyteratum Peschi probant Zamoren. Archidiaconatus 28. Iunij 1647. coram R. P. D. meo Otthobono §. de clericatu, in Maceraten. Cappellaniæ 1. Iulij 1647. coram R. P. D. meo Verospio §. propriam demum habilitatem.*

Præsentatio Vincentii intra legitima tempora redditur clara ex ipsa præsentatione. Decessit enim Alphonsus 12. Nouembris 1643. & Vincentius fuit 17. eiusdem mensis præsen-

9 tatus, & sic certè intra quadrimestræ datum Patronis Laicis ad præsentandum ex dispositione, *cap. quoniam de iurepatr. Rota in allegatis Fauentina Beneficy 17. Iuny 1639. coram Eminentiss. Card. Panzirolo. Nullius, seu Theatina præpositura 4. Iulij 1646. coram R. P. D. meo Meltio in princ.*

10 Demum † pertinentia Iurispatronatus ad Franciscum, & Thomam de Pinzettis, à quibus fuit præsentatus Vincentius, & in qna tota huius causæ difficultas extabat, visa est Dominis sufficienter probata, non solum ex pluribus antiquis instrumẽtis, ac subsequutis præsentationibus effectuatis, ex quibus pertinentiæ probatio deducitur, secundum *Dec. consil. 126. num. 3. vers. & hoc etiam in casu. Rota dec. 176. n. 2. par. 4. rec. in Sulmonen. Beneficij 25. Iunij 1646. coram R. P. D. meo Peutingerio in princ. vers. itaque cum de Anno 1580. & in Compostellana Parochialis 1. Iulij 1647. coram R. P. D. meo Cerro §. successit d. Marco vers. ex præsentationibus enim.*

Verum etiam ex eo, quia dictus Franciscus est filius, & hæres Antonij, & Thomas filius & hæres Ioannis Ludouici, qui Antonius, & Ioannes Ludouicus anno 1600. 5. Decembris præsentarunt ad dictum Beneficium tunc vacans per sponsalia ab eodem Antonio contracta, Sigismundum de Pinzettis, deinde institutum præuia sententia Ordinarij, & causa cognita, prolata contra Hieronymum, Rubertum, & alios de Pelliciarijs, ac tunc præsentatum ab eis, vt apparet ex ipsa sententia, & alijs

11 actis, *in Summ. num. 11. & seq.* † Quæ sententia cum transitum fecerit in rem iudicatam, benè probat Iurispatronatus pertinentiam, *Barbos. in collect. Concil. sess. 25. de reform. cap. 19. numer. 29. Rota decis. 274. sub num. 2. par. 5. recent.*

12 Res † enim iudicata pro veritate habetur *l. si non sortem 26. §. hæreditatis, & ibi Bart. num. 13. ff. de condit. indeb. l. res iudicata 207. ff. de reg. iur. cum vulgatis.*

13 Rursus per resignationem † huiusmodi Beneficij ad fauorem Alphonsi vltimi possessoris factam per dictum Sigismundum anno 1604. ijdem Sigismundus, Antonius, & Ioannes Ludouicus de Pinzettis, vti Patroni consensum præstiterunt, vt idem Alphonsus institueretur à Vicario. Cum enim hæ præsentationes fuerint effectum sortitæ, dum successiuè beneficium

cium vacauit, vel per obitum, vel per resignationē præsentati, iuxta celebre *cons. Oldrad. num.229.* passim à Rota canonizatum, vt in citatis *Fauentina Beneficij coram Eminentissimo Panzirolo §. existentia, vers. præsertim, Bononien. Iurispatronatus de Butrigarijs coram R. P. D. meo Bichio §. de anno inquam, Placentina Canonicatus coram R.P.D. meo Royas §. pertinentia autem, & in Signignina iurispatronatus huius mensis, & anni coram R.P.D. meo Peutingero in princ. vers. quas præsentationes:* Certum est, quod ostendunt Iurispatronatus pertinentiam, & constituerunt dd. Sigismūdum, Antonium, & Io: Ludouicū in quasi
14 possessione præsentādi † ad quē effectū sufficit vnica præsentatio effectuata, *Ripa in cap. cum Ecclesia Sutrina num.91. caus. possess. & propr. Rota coram sanct. mem. Greg. XV. decis. 452. num.20. in d. Placentina Canonicatus coram R.P. D. meo Royas d. §. pertinentia autem vers. ita in dicta quasi possessione.*

15 Quæ facilius procedunt, † cum huiusmodi quæstio non versetur cum Ordinario Iuspatronatus impugnante, sed cum ipsis Patronis, & præsentatis, *Rota decis.176. num.2. par.4. rec. in d. Compostellana Parochialis 1. Iulij 1647. coram R.P.D. meo Cerro d. §. successit d. Marco,* vbi quod in hoc casu leuiores probationes sufficiunt.

16 Quod autem † Franciscus sit filius Antonij, & Thomas Ioannis Ludouici, colligitur ex fide illorum Baptismi data *Sum. num.19. & 23.* iunctis Testibus formiter examinatis deponētibus de visu, & quòd se tractauerint tanquam Patres, & filij, ex quibus optimè remanet probata eorum filiatio, *cap. quæris de consecr. distinct.4 cap. maiores, vbi gloss. de Bapt.. Surd. cons.1. num.45. lib.1. Rota coram Caual. decis. 128. numer. 2. apud Buratt. decis. 709. numer. 5. decis.132. num.2. p.2. recent. in dd. Fauentina Beneficij coram Eminentiss. Panzirolo §. pertinentia, vers. ex Paulo supradicto, & d. Mediolanen. Beneficij 7. Maij 1646. coram Reu. P.D. meo Ghisilerio, §. nec obstat, vers. talisq; fides.*

17 Præcipuè † cum de filiatione non principaliter, sed incidenter tractetur: quo casu leuiores probationes sufficiunt, *Gemin. cons.27. per*
18 *tot. Nogueroll. alleg. 25. num. 91.* Hancque † descendentiæ probationem ab vltimis præsentantibus sufficere, cum agatur de institutione præsentati ab ipsis Francisco, & Thoma, tenuit *Rota apud san. mem. Greg. XV. decis.349. nu.6. decis.224. num.8. in fin. par.1. decis.146. num.2. p.2. recent. in supracitata Fauentina Beneficij d. §. pertinentia vers. licet ad effectum.*

19 Non obstat, † quod anno 1563. Franciscus Pellicciarius præsentauerit Annibalem Tebaldum, cui præsentationi Pinzetti consensum præstiterunt: Nam Domini dixerunt non esse attendendam ad effectum inducendi illorū quasi possessionem præsentandi, quia non probatur, quod dd. Ioannes Hieronymus, & Rubertus, Ludouicum præsentantes ab illis descendant, eorumque hæredes existant, *Campanil. diuers. iur. canon. rub.11. cap. 13. numer.376. Garz. de benef.7. par. cap.15. numer.31. Rota in dicta Fauentina beneficij d. §. pertinentia in fine:* Et qua-
20 tenus probaretur, non releuaret, † quia dd. Pellicciarij post annum 1600. nunquam præsentarunt; vnde illorum ius præsentandi ex lapsu quadraginta annorum videtur sublatum; cum per tale tēporis spatium inducatur pertinentiæ præscriptio contra compatronorum, *Bald. in l.2. C. de seruit. & aeq. Vabon lib.2. decret. tom.1. ad titul. de præscript. cap. causam 7. numer.47.*
21 *fol. mihi 84.* qui † & sine titulo posse procedere scripserunt, immò, & *Rocch. de Curt. de iurepatronatus, verbo ipse, quæst.36. num.86.* censuit, li-
22 cet † malè hoc iuspatronatus à laico aduersus patronum tempore ordinario decem, vel viginti annorum posse præscribi, *Rota decis.229. per tot. & decis.407. num.1. par.1. diuers. & dec.146. num.5. par.2. & decis.191. num.13. par. 5. recent. in d. Sulmonen. beneficii coram R.P. D. meo Peutingero §. neque Tabassum.*

Parui etiam fecerunt illam præsentationem factam anno 1589. quia omisso an ex eà resultet confessio, cum fuerit nulla, & simoniæ la-
23 be infecta, † continet clausulam, Sine præiudicio, quæ præseruat ius illorum de Pinzettis, ad quorum fauorem apposita fuit, *Barbos. claus. 157. num.8. Caputaq. decis.119. par.1. Seraph. decis. 144. num. 6.*

Idque in præsenti magis affirmandum ve-
24 nit † concurrente sententia Ordinarij, quæ cum transitum fecerit in iudicatum, antecedentem quasi possessionem de Pelliciarijs resoluit, *cap. cum dilectus de caus. poss. & propr. Rota post Viuian. de iurep. decis.78. num.2.*

Nec releuat, quod d. Ludouicus fuerit etiā præsentatus à Capitulo Mutinen. hærede Al-
25 phonsi compatroni: † Nam cum votum Alphōsi esset vnum ex duobus in medietate spectante ad filios, & hæredes Camilli, non venit attendendum in concursu cum Francisco habente integram medietatem spectantem ad Antonium eius Patrem, & cum Thoma filio, & hærede Ioannis Ludouici habente aliud votum ex altera medietate eiusdē Camilli: Ideò meritò Vincentio præsentato à Francisco, & Thoma debetur adiudicatio, *cap. 3. & ibi gloss. verb. qui maioribus de iurepatronatus, Rota in Neapolitana iurispatronatus 27. Ianuarii 1644. coram R.P.D. meo Otthobono in fin. in d. Sulmonen. beneficii coram R.P.D. meo Peutingerio d. §. neque Tabassum vers. & in omnem euentum.*

Nec minus eidem Ludouico suffragatur gratia derogationis medietatis Patronorum obtenta à san. me. Vrbano VIII. Primo quia illa fuit concessa mediante narratiua eiusdem Ludouici, scilicet, quod a medietate Patronorum fuerat præsentatus, vt in literis prouisionis Apostolicæ, ibi: *Nos volentes eumdem Ludouicum asserentem, se ad dictum Beneficium à medietate dilectorum filiorum modernorum eiusdem beneficij Patronorum præsentatum*
26 *fuisse, &c.* † Quo casu ipse hoc tenetur iustificare, alias non potest gaudere beneficio gratiæ derogationis, quia dicitur per obreptionem impetrata, *Rota in Aquilana iurispatronatus 4. Iunii 1646. coram R.P.D. meo Corrado §. pariter, vers. quo casu.*

27 Secundò, † quia hæc narratiua debet verificari de Patronis existentibus in quasi possessione præsentandi, quales non sunt Pelliciarij,

vt supra fuit ostensum, *Lambert. de iurepat. ar. 1. q. 3. par. 1. lib. 2. num. 8. fol.* 15. & latiùs *art. 23. q. 9. p. 3. lib. 2. fol. 244.* Rota *decis. 167. num. 7. p. 2. diuers. in Beneuentana iurispatronatus 26. Iunii* 1628. *coram* Reuerendiss. *D. meo Decano*: Et propterea cum d. Ludouicus, nec supradicta iustificauerit,
28 nec † quod valor beneficij non excedat ducat. 24. de Camera, nec minùs, quod valor alterius beneficij per ipsum antea obtenti similes annuos ducatos 24. non excedat, prout expressit; vtiquè gratia derogationis corruit, & nullum fauorabilem effectum pro ipso parit, in preiudicium Vincentij iam legitimè presentati, *iuxta tex. in cap. si proponente extra de rescript. & in cap. si motu proprio de præben. in* 6. Rota *in citata Aquilana iurispatronatus coram* R. *P. D. meo Corrado d.* §. *pariter in Bonon. Parochialis* 26. *Maii* 1647. §. *non enim agitur hic*, & 24. *Ianuarii præsentis anni coram* R. *P. D. meo Otthobono* §. *cum itaque literæ Apostolicæ*.

29 Presertim cum † eiusdem Vincentij ius fuerit in iisdem literis Apostolicę prouisionis expressè preseruatum, ibi: Dummodò tempore datę non sit alteri ius quęsitum, Rota *dec.* 17. *vers. nam Papa, & in fine de præb. in nouis, coram bon. mem. Buratt. decis.* 316. *sub num.* 17. *Bononien. iurispatronatus* 9. *Nouembris* 1630. *coram* R. *P. D. meo Ghislerio* §. *nec Andreæ suffragatur. Tarraconen. Beneficii* 10. *Ianuarii* 1639. *coram Reuerendissimo Præside Vallisoletano* §. *minus obstat vers. immò stante, & in dd. Nullius, seu Theatina Præpositura* 4. *Iulii* 1646. *coram* R. *P. D. meo Meltio* §. *narrauit vers. maximè quia in dictis literis, Bononien. Parochialis* 26. *Maii* 1647. *coram* R. *P. D. meo Otthobono* §. *denique*.

30 Nec eximitur † predictus Ludouicus à iustificatione narratorum in dictis literis Apostolicæ prouisionis, ex eo, quod sit reus, & possessor, quia hoc non procedit quotiescumque actor suam intentionem plene fundauit circa premissa necessaria requisita, prout fecit Vincentius; nam tunc videtnr cessare presumptio, quę est pro possessore, & reus tunc tenetur suā exceptionem concludenter probare, *Bald. in l. siue possidetis* 16. *nu.* 15. *C. de prob.* Rota *coram Card. Seraphin. decis.* 1422. *num.* 12. *doctissimè* Reuerendiss. *D. meus Decanus in dicta Mediolanen. Beneficii* 31. *Ianuarii* 1646. §. *nec releuat, vers. hoc tamen limitatur*.

Quibus omnibus sic firmatis Domini dixerunt adiudicandum esse Beneficium non Ludouico, sed Vincentio, qui requisita meliùs probauit ex supra allegatis.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. PEVTINGERO.

Cæsenaten. Bonorum.

Veneris 27. *Martij* 1648.

ARGVMENTVM.

Immissio vigore l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollend. ex quibus detractionibus non possit impediri. Dotis solutio non probatur ex confessione mariti facta circa receptionem ipsius, siue fuerit facta præsente, siue absente vxore, Dos quando fuit data æstimata debet restitui in pecunia.

SVMMARIVM.

1 *Confessio de recepto non probat numerationem dotis.*
2 *Quod procedit siue talis confessio sit facta præsente, uel absente.*
3 *Et hanc opinionem sequitur Rota.*
4 *Venditio facta de consensu Domini, perinde est, ac si ab ipso Domino facta esset.*
5 *Constitutio Aegidiana non habet locum extra Prouinciam Marchiæ.*
6 *Insinuatio requiritur quando excedit* 500. *aureos. Iuramentum supplet insinuationem in donatione num.* 6.
7 *Solemnitates requisitæ in renunciationibus, an requirantur in renunciationibus ex causa ingressus monasterij.*
8 *Dos quod fuerit soluta probari potest ex testibus.*
9 *Dos, quæ fuit data æstimata, ea æstimatione, quæ faciat emptionem, & uenditionem, debet restitui in pecunia, & non eadem res nu.* 10.
11 *ad Detractiones impediendas non sufficit præsumptio, quæ oritur ex omissione inuentarij, & nu.* 12.
12 *Hæres, qui non confecit inuentarium, ipse non tenetur probare detrectiones non fuisse consunctas, & num.* 13.
14 *Filio est assignanda tertia pars bonorum partis pro assequenda legitima.*
15 *Trebellianica non est detrahenda, quando fuit prohibita per Testatorem.*
16 *Trebellianica etiam filijs primo gradus potest prohiberi.*
17 *Debitum originatum ab herede grauato non est detrahendum ex bonis fideicommissi.*
18 *Legati solutio, ut dicatur facta est probanda.*
19 *Solutio in dubio præsumitur facta in causā propriam, & non fideicommissi.*
20 *Detractiones, quando sunt detractæ, non possunt impediri.*

DECISIO CLXX.

CVM iterum Molducij Cinthiæ filiæ Amilcaris Lancetti hæredes pro immissione in prædium, de quo agitur *ex l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tolle.* aduersus resolutiones coram me sub diebus 3. Iunij, & 16. Decembris 1647. captas instarent, Domini iterum responderunt obstare ipsis detractiones infrascriptas alias firmatas, quæ competunt emptoribus eiusdem prædij ex persona Francisci venditoris filij Amilcaris fideicommittentis, & fratris Cinthiæ auctricis istorum de Molducijs.

Dotis videlicet Lucretiæ matris Francisci solutæ in scutis 300. auri non tamen vltrà cum in reliqua summa scut. 200. constitutæ dotis
1 detur solum confessio de recepto, † quæ solutionem non probat ex *allegat. in decis.* 16. *Decembris anni præteriti in* §. *alia uero, & §. seq.* nec refert, quod hæc confessio à marito amissa nō sit vxo-
2 re præsente, † sed cum eius matre, & fratre, quia quicquid dixerit, *Surd. cons.* 290. *num.* 52. adhuc confessio numerationem non probat iuxta

3 iuxta † opinionem, quam Rota seruat, *ut in decis.108. sub num.3. uer. quod etiam, & dec.612. numer.2 coram bon. mem. Buratto*, pro quibus scutis 300. auri emptoribus competit retentio, quãuis Lucretiæ creditrici dotis superuixerint tã Franciscus filius, quàm Cinthia, & Elisabetha filia, quia Elisabetha vendinioni per Franci-
4 scum fratrem factæ † Lancettis consensit, vnde perindè est ac si ipsamet vendidisset *l. quoties ubi Bart. in princ. Ias. num.1. C. de fideicom. Dec. cons. 323. num.1. Rot. dec.669. num.21. par.1. rec. & in Aximana bonorum 2. Iunij 1595. coram Card. Millino impressa apud Marches. de commiss. tom. 1.* qui consensus impugnari nõ potest ex defectu solemnitatum Constitutionis Aegidianæ, cum ipsa Elisabeth tunc iam erat maior annis 25. Et
5 Constitutio Carpensis loquens de Contractibus minorum non extenditur ad Ciuitatem Cesenæ, vbi venditionis contractus fuit celebratus extra Prouinciam Marchiæ, *ut fuit dictũ in Romana dotis 20. Nouembris 1630. coram bo. me. Pirouano relat. per Add. ad Burat. dec. 924. num. 20.* & quamuis ex dispositione iuris communis
6 requiratur insinuatio, † ista per iuramentum in contractu appositum suppletur, *Rot. dec.118 num.7. par.6. rec.* Cinthia vero altera filia Lucretię pariter renunciauit hæreditati maternæ, & quidem ob causam dotis ad fauorem Francisci fratris ab ipso receptæ, itaut solemnitatibus alias in renunciationibus requisitis opus non fuerit *Simon. de Præt. cons. 114. nu. 51. Burat. decis.7 num.7. Coccin. decis.240. num.2. Rot. dec. 458. num.5. par.2. decis.323. num.93. decis.363. num. 4.* & prius *decis.292. num.33. decis.12. num.43. par.6. rec.*
8 Quam dotem Cinthiæ † a Francisco fuisse solutam probant Testes dati in summario responsionis pro Lancettis nu. 3.

Non obstat, quod ista dos materna Francisci venditoris probetur fuisse restituta, quia idem prædium in Villa S. Thomæ Amilcari fideicommittenti in computum dotis Lucretiæ datum ab ipsa viro mortuo fuerit in dotẽ datum Elisabethæ suæ filiæ, nam cum illud fuerit in dotẽ datũ Elisabethæ suæ filiæ, & cum illud fuerit Amilcari datũ in dotem æstimatũ
9 æstimatione, quæ facit venditionem † dos non erat in prædio, sed in numerata pecunia restituenda, *l. quoties C. de rei vendic.* neque Lucretia de hoc prædio tanquam proprio, sed tanquam hæreditario mariti disposuit, vt in terminis
10 constitutionis † dotis notat *gloss. in l. vltima verbo parenrum, C. de dot. promiss. Rip. in l.1. num.90. ff. sol. matr. Bald. Nouell. de dot. par.6. priuil.3. & priuil. 45. n.2. Caual. dec.318. n.5. Rota in Maceraten. census 1. Feb. 1638. §. penul. coram Eminen. Card. Verospio.*

Nec ad impediendas detractiones sufficit
11 præsumptio orta † ex ommissione inuentarij ab hærede grauato illas fuisse consumptas, quia hæc omissio, quamuis in eum transferat
12 onus probandi, non tamen impedit † quin ipse non esse consumptas, probare possit, *Rot. dec. 462. num.7. par.4. rec. decis.47. num.4. & seq. dec.399. num.28. & duobus seq. par.5. rec. & in Bonon. fideicommissi de Rubeis 30. Maij 1646. §. nec obstat*, quod non constet coram R.P.D. meo Corrado, & in casu nostro probatio hæredis grauati est euidens, quia omissa alienatione domus, & alijs factis post venditionem prædii, de quo agitur vnica datur alienatio sex tornaturarum Terræ facta de
13 anno 1606. pro scutis 210. summ. † præteritę positionis pro Molducijs num. 2. quam summam creditum dotis maternæ Francisci longè excedit, vt in secunda decisione huius causæ coram me 16. Decembris anni præteriti in §. & dictæ sex tornaturæ circa medium ponderatum fuit.

Insuper detrahendum est creditum legitimę Francisco filio ex hæreditate fideicommittentis debitæ, quam ex testibus, & instrumentis productis apparet ascẽdere ad scuta 4612. quia ex ijs docetur fideicommittentem reliquisse vnum Podere tornaturarum 12. in Villa S. Thomæ in dotem datũ à Francisco Elisabethæ eius sorori sub anno 1600. pretio scutorum 300.

Item Tornaturas sex terreni in Villa Pauirani venditæ per d. Franciscum sub anno 1600. Dominico Campanino ad rationem scut. 35. pro singula tornatura, quæ in totũ constituunt scuta 210. vt in summ. præteritæ positionis pro Molducijs nu. 2.

Itẽ Tornaturas 30. tabul. 29. ped. 3. onc. 5. terreni in eadẽ Villa Pauirani datæ à d. Francisco in dotẽ Cinthiæ sororis sub 1609. ad rationem scut. 32. cum dimid. pro singula tornatura, quæ in totum constituunt scut. 981. lib. 2. b. 11. denar. 2. vt probant Testes dati in responsionibus pro Lancettis summ. nu. 3.

Item prædium tornaturarum 47. venditum per Franciscum Lancettis sub anno 1611. ad rationem scut. 49. pro singula tornatura, quæ constituunt scut. 2303. sol. 19. den. 4. comprehensis tamen in dictis tornaturis 47. tornaturis quatuor iam venditis d. Campanino, cum pacto redimendi pretio scut. 112. pro quorum redemptione d. Franciscus in venditione d. prædij cessit Octauio de Lancettis emptori ius & actiones redimendas dictas tornaturas quatuor prout redemit, vt constat ex instrumento solutionis d. prædij sum. num. 6.

Item tornaturas tres vineatas in quadam Villa S. Bartoli valoris scutorum 300. quas testes deponunt remansisse in hæreditate Amilcaris proc. fol. 172.

Et sic in totum reliquisse probatur 98. tornaturas valoris iuxta prædictum computum scut. 4093. quibus addendo scut. 518. pro valore domus in Ciuitate, vt in summ. Molduciorum num. 1. & seq. totus valor hæreditatis
14 patet ascendere ad scuta 4612. quarum † tertia pars filio pro legitima debetur iuxta *text. in §.1. auth. de triente, & semisse §. optimè, vers. nunc autem auth. de nupt.* cum alijs relatis *à modern. Foroliuien. de legit. lib. 1. tit. 3. q. 1. num. 2. & 3.*

Non tamen detrahenda est trebellianica,
15 quia fuit expresse prohibita, & minus † rectè dicitur prohibitionem fuisse solum ad personam Lucretiæ restrictam, nam verba prohibitionis sunt impersonalia, quoad omnes vocatos, ibi, *Quarum detractiones dictus Testator expresè probibuit. ac penitus, & omnino vetauit.* Quę
16 prohibitio etiam filijs primi † gradus fieri potuit,

tuit, *Cresc. dec. 2. de testam. Cassad. de cis. 441. num. 1. cum pluribus alleg. in Bonon. Trebellianicæ 22. Maij 1645. coram R. P. D. meo Otthobono, & per Add. ad Buratt. dec. 380. sub num. 22.*

Minus detrahenda sunt scuta 500. quæ Cinthia Amilcaris fideicommittentis Nurus Elisabethæ filiæ legauit. Quia cum in hoc Testamento Cinthiæ non fuerit Amilcar, sed Franciscus communis filius institutus, † & sic debitum hoc originatum in persona hæredis grauati non est detrahendum de bonis fideicommissi, *Pereg. de fideicom. art. 40. num. 21. Petr. eod. tract. q. 8. sub num. 319. Decian. consil. 120. sub num. 6. lib. 3. Fusar. de subst. q. 542. num. 9.* vltra quod dicti legati solutio non probatur, † vt necesse esse dixit *Rot. in Romana fideicommissi de Capite ferro 19 Febr. 1646. coram D. meo Corrado.*

17

18

Pariter neque detrahenda sunt scuta 800. quæ Amilcar fideicommittens d. Elisabethæ filiæ reliquit pro dote, quia apparet pro rata scut. 300. fuisse in solutum datum prædium ipsius Amilcaris in Villa S. Thomæ, ibi, *& de bonis paternis &c.* Vltra quam ratam probatur solum solutio aliorum scut. 300. de bonis proprijs Lucretiæ soluentis non autem Francisci hæredis grauati, ibi, *In quibus summis solutis* non comprehensa sunt scuta 100. auri de bonis proprijs d. Lucretiæ, & reliqua scuta 200. ad proprium debitum ipsius Francisci referri possunt qui † pro Elisabethæ sororis suæ dote, nedum scuta 800. a patre relicta, sed scuta 1200. promiserat, cum priùs in causam debiti proprij quam fideicommittentis soluisse præsumatur, *l. & magis, ff. de solut. Dec. cons. 446. nu. 2. & 3. & fuit dictum coram Manzanedo in Anconitana bonorum 12. Ianuarij 1607.*

19

Cum itaque Molducijs fideicommissarijs onus incumbat docere, quod alias alienationes ante venditionem prædij, de quo agitur per Franciscum factas detractiones tam dotis maternæ, quam legitimæ sibi debitas † fuisse consumptas, donec hoc probent in hoc iudicio immissionis ab ipsis intentato *ex l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.* obtinere non possunt ex alleg. in supradictis decisionibus coram me, in quorũ propterea vltima Domini perstiterunt vtraque parte &c.

20

R. P. D. GHISILERIO.

Posteà Episcopo IMOLEN.

Calaguritana beneficij de la Casa de la Reyna.

Lunæ 27. Martij 1648.

ARGVMENTVM.

Beneficium Ecclesiasticum in pari habilitate, semper adiudicandum est illi, qui maioribus gaudet meritis & dignitatibus; vnde in præsenti decisione affluenter deducuntur qualitates, quæ in concursu aliarum præualeant pro reportanda prælatione.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium Ecclesiasticum in pari habilitate adiudicandum est illi, qui maioribus gaudet meritis, & dignitatibus.*

2 *Sacerdos concurrens cum alio, hac qualitate carente, super adiudicatione beneficij est præferendus etiam si illud non requireret Sacerdotium.*

3 *Fides Baptismi probat ætatem.*

4 *in Beneficijs conferendis præferendus est senior.*

5 *in Beneficijs conferendis, præferendus est ille, qui inseruiuit Ecclesiæ, & in absentia Parochi Sacramenta ministrauit.*

7 *in Beneficijs adiudicandis, data paritate, quæ qualitates præualeant pro prælatione reportanda.*

7 *Beneficij institutionem obtinere non potest ille, qui non habet præsentationem, & quandò secùs, num. 8.*

9 *Præsentari ad beneficium ampliùs non potest quando super titulo beneficij pendet appellatio, & quid si præsentent, num. 10.*

11 *Præsentatio quando est nulla, & attentata, beneficium remanet vacans, loco arbitrij Patronorum succedit arbitrium Iudicis vbi pendet appellatio.*

12 *Beneficium non habens, præferendus est ei, qui habet, & quando secus, num. 13.*

14 *Beneficia Calaguritanæ Diecesis an & quommodo dicantur seruitoria.*

15 *Sacerdos in adiudicandis beneficijs præferendus est illi, qui est gradum Doctoratus assecutus.*

16 *Sacerdotij status est honore præclarior, & fulgidior cæteris.*

17 *Sacerdos dicitur habere vim duorum testium.*

18 *Sacerdoti in adiudicatione beneficij non est præferendus ille qui Doctoratus gradus in Theologia fuit assecutus.*

19 *Doctoratus gradus acquisitus litè pendente non suffragatur ad obtinendam prælationem in adiudicatione beneficij.*

20 *Affectatio impedit ne factum prosit affectanti.*

21 *Priuilegia data Officialibus, non habet locum in procurantibus officium.*

22 *Excommunicatus ob recursus ad Iudices laicos, remanet incapax adiudicationis beneficij.*

DECISIO CLXXI.

POSTQVAM in hac causa sub die 15. Decembris 1645. fuit resolutum, mandatum Ordinarij Calaguritani directum Beneficiatis de persona Iosephi de S. Clemente, necnon collationem ab eodem Ordinario factam de beneficio, de quo agitur, cum alijs inde sequutis esse attentatam, & iuxta stylum huius Sacri Tribunalis esse apponendum Sequestrũ, & sub die 11. Decembris superioris anni fuit dictum, Sequestrum non esse reuocandum, prout prætendebatur à Iosepho, procedendo ad vlteriora in disputatione super adiudicatione beneficij, fuit resolutum Francisco Diaz de Medina digniori esse adiudicandum beneficium. † Siquidem, cum tam ipse, quam Ioseph in partibus fuerint ab Examinatoribus renunciati habiles, & idonei, & in vtroque concurrant requisita Motus proprij Clementis Octaui in pari habilitate obtinere debet Franciscus, qui maioribus gaudet meritis, & dignitatibus *cap. si forte 65. distinct. c. licet ergo 8. quæst. 1. Gutier. cons. 44. num. 10. Sarnen. in regul. de infirm. quæst. 15. num. 21. Rota in Toletana Canonicatus*

1

catus Penitentiariæ 22. Aprilis 1641. vers. quantum coram R. P. D. meo Cerro, & ita passim in istis beneficijs Calaguritanis, *vt in Calaguritana beneficij de Briñas 9. Ianuary 1629. coram Reuerendiss. D. meo Decano, in Calaguritana beneficij de Logroño 27. Aprilis 1646. coram R. P. D. meo Royas, in alia Calaguritana pariter de la Casa de la Reyna 4. Iulij 1646. coram R. P. D. meo Verospio, in eadem sub die 16. Ianuarij 1647. coram R. P. D. meo Bichio, & in Calaguritana beneficij de Cornago 28. Iunij 1647. vers. præsertim coram R. P. D. meo Otthobono.*

2 Quod autem † Franciscus maiori gaudeat dignitate, & qualitate euidenter probatur, quia est Sacerdos, vt ex literis patentibus sui Ordinarij, & Sacerdos concurrens cum alio hac qualitate carente, semper in adiudicatione beneficij est præferendus, etiam si Capellania non requireret Sacerdotium, quia est dignior respectu Ordinis Presbyteratus *Gutier. cons. 2. num. 22. Rota in Calaguritana beneficij de Cornago 5. Maij 1639. coram me, & in eadem 7. Iunij 1642. coram R. P. D. meo Carrillo in supradicta Calaguritana beneficij de Cornago 27. Aprilis 1646. coram R. P. D. meo Royas, & deinde in simili causa Calaguritana beneficij de la Casa de la Reyna 4. Iulij 1646. coram R. P. D. meo Verospio, & in Calaguritana beneficij de Lumbreras sub eadem die coram*
3 *R. P. D. meo Otthobono*, & in maiori † ætate constitutus, cum in lucem prodierit 28. Septembris 1605. Ioseph vero prima Iunij 1623. vt ex fide Baptismi vtriusque *Gutier. d. cons. 2. num. 28. Bald. cons. 167. in fin. vers. & in dubio lib. 4.* vbi argumento *l. final. ff. de fid. instrum.* tenet
4 quod in dubio † in beneficij conferendis præferendus est senior, quem sequitur *Barbaz. cons. 23. in fin. vol. 1. & dixit Rota in dicta Calaguritana beneficij de la Reyna coram R. P. D. meo Verospio*, vbi quod in beneficijs conferendis semper est præferendus senior, prout resoluit *in Calaguritana beneficij de Briñas prima Iunij 1628. coram Reuerendiss. D. meo Decano vers. Secundo quia est senior, ac in dicta Calaguritana beneficij de Logroño coram R. P. D. meo Royas §. Vlterius* dictus
5 Ioannes est ætate senior, † multo tempore inseruiuit Ecclesiæ, & in absentia Parochi Sacramenta ministrauit, exercendo, curam animarum in Ecclesia Oppidi de Angusiana Calaguritan. Diœcesis, quæ qualitas fuit ponderata *in Ripana parochialis 27. Iunij 1608. coram Sanctiss. D. Nostro relata per R. P. D. meum Verospiũ in dicta Calaguritana beneficij de la Casa de la Reyna 4. Iulij 1646. §. Has vero maiores post medium vers. Et quod alias animarum curam*, & fuit dictum *in eadem Calaguritana 16. Ianuarij 1647.*
6 *coram R. P. D. meo Bichio*, quæ qualitates † multum faciunt pro prælatione reportanda in beneficijs adiudicandis *Rota in dictis Calaguritanis coram Reuerendis Patribus Dominis Decano, Royas, Bichio, Verospio, & Otthobono*, & passim vbi agitur de aliquo præferendo data paritate, & quod in vtroque concurrant requisita dicti Motus proprij Clementis Octaui.

7 Non obstat † quod Iosephus vltra approbationem Examinatorum de partibus habebat præsentationem Beneficiatorum, cuius vigore fuit institutus ab Ordinario habente legem sibi præfixam in dicta Constitutione Clementis VIII. super prouisione beneficiorum in Ecclesia Calaguritana, vt debeat instituere illum, quem ex approbatis sibi præsentauerint Beneficiati, quæ qualitates non concurrunt in Francisco, qui quamuis se opposuerit, non fuit præsentatus à Beueficiatis, nec ab Ordinario institutus, cum non posset institui,
8 qui non fuit præsentatus, † Quia obiectum procedit in casu, quo non processit appellatio interposita à relatione Examinatorum, secus autem quando per appellationem vnius ex Oppositoribus à mala relatione Examinatorum interpositam negotium fuit deuolutum
9 ad hoc Sacrum Tribunal; † Ratio est quia tunc impossibile est quod Beneficiati præsentent, cum propter appellationem, & litis pendentiam super titulo beneficij legatæ sint eorum manus, vt non possint amplius præsentare, ad quod faciunt *textus expressi in cap. 2. vt lit. pend. in 6.* quos procedere etiam in præsentatione tradit *Calderin. cons. 1. vt lit. pend. cons. 18. Iur. patronat. lap. allegat. 22. num. 3.* ita tenet *Garz. de benef. par. 5. cap. 9. num. 218.* vbi allegat resolutiones Rotales in istis terminis *Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 20. numer. 2. & seq. Rota coram Caua-*
10 *ler. decis. 556. nu. 1.* & quatenus præsentent, † præsentatio non debet attendi, cum sit attentata, & nulla; Vnde Rota in supradictis duabus decisionibus in hac causa factis censuit, præsentationem Beneficiatorum, & collationem Ordinarij de beneficio, de quo agitur, factam Iosepho esse attentatas, & in earum exequutionem fuit iuxta stylum Tribunalis ap-
11 positum Sequestrum, † Ita quod cum in hoc casu tam præsentatio, quam collatio habeantur, ac si non essent factæ, & remaneat beneficium vacans loco arbitrij Beneficiatorum, succedit arbitrium Sacræ Rotæ vbi pendet causa appellationis iuxta *text. in Clemen. Auditor de rescript.* & in puncto ita respondet *Rota in suprallegata Calaguritana beneficij de la Casa de la Reyna 16. Ianuarij 1647. coram R. P. D. meo Bichio in §. Non obstat quod, & in §. sequen.* & per consequens beneficium est digniori adiudicandum, qui de iure debet alijs præferri ex supra allegatis.

Minus facit quod dictus Franciscus habeat alia duo beneficia, nempe integram Portionem in Parochiali Ecclesia de Anguciana, & aliam similem de Saxa Calaguritanæ, seu Bur-
12 gen. Diœcesis, † Regula autem est, quam sequuta fuit *Rota in Calaguritana beneficij coram Seraphin. decis. 767. num. 1.* quod non habens beneficium præferendus est ei, qui habet *c. is cui de præben. in 6. Rota decis. 26. num. 2. eod. tit. in nou. cum alijs allegatis.* Si quidem placuit respon-
13 sio † quod cum in Francisco plures supra relatæ qualitates concurrant, merito venit præferendus, licet sit Beneficiatus, & præsertim cum teste s formiter examinati, pro eodem Francisco deponant beneficia, quæ possidet, iuncto etiam beneficio de quo agitur, ad quod se opposuit, considerata penuria tem-

porum

potum præsentium, & tenuitate fructuum dictorum beneficiorum non sufficere pro eius congrua sustentatione, & cum in illis posset deseruire per Substitutum, vt deponunt testes, cessat tum obiectum pluralitatis beneficiorum, quod non intrat in beneficijs simplicibus quando primum non sufficit ad honestam vitæ substentationem ad late tradita per *Garz.de benefic.par.11.cap.5.num.264.& 307.* sequendo *Innoc.in cap.final.de Cler.non residen.nu.1. & in cap.cum iam dudum num.2. & 4.de præben.lap. Card. Rebuff. & alios per eum ibi relatos*; Tum obiectum incompatibilitatis, quæ cessat, quia ista beneficia sunt inter se compatibilia & possunt deseruiri per alios, nec onus inseruiendi est præcisum, sed causatiuum respectu scilicet fructuum, quos, qui non inseruit, non

14 percipit, † Hinc est, quod *Gonzal.super reg.8. glos.5.num.25.* tenet Constitutionem Synodalem Calaguritanam, dum dicit in fine, omnia beneficia illius Diœcesis esse seruitoria, esse intelligen. non respectu incompatibilitatis ratione tituli, sed respectu fructuum, quia non residentes illos non percipiunt, & tollitur omnis difficultas, cum supradicti testes pro Francisco examinati deponant prædicta beneficia Oppidorum de Augussana & de Saxa, & de la Casa de la Reyna esse simplicia, seruitoria, & nullum ex eis requirere residentiam personalem, nam in omnibus illis deseruiri solet per Capellanos, & si Francisco adiudicaretur supradictum beneficium, de la Casa de la Reyna posset in illo personaliter inseruire, & in alijs apponere Capellanos.

15 Denique nulla † ad hunc effectum est habenda ratio, quod Ioseph fuerit decoratus gradu Baccalaureatus, Tum quia qualitas Sacerdotij efficit Franciscum longe digniorem, iuxta cumulata *per Valenz. cons. 142.nu.111.& pluribus sequen.* qui in specie *sub num. 121. post*

16 *Frat. Petr.* Boll. dicit † fuisse semper Sacerdotij statum cæteris honore præclariorem,

17 ac fulgidiorem, † hinc Sacerdos dicitur habere vim duorum testium *iuxta glos.in cap.Monachus 7.distinct.* quam probant alij congesti *per Franc. Anton. Cost.cons.40.num.13.* quod cautum non reperitur in gradu Baccalaureatus, & tamen etiam cum Sacerdotio concurrunt in eodem Francisco tot aliæ maiores præro-

18 gatiuæ superius ponderatæ, † & in terminis quod gradus in Theologia non faciat quem esse præferendum Sacerdoti latè *Gutier.d.cons.2.*

19 *num. 2. vers. Non obstat.* Tum † ex quo Iosephi gradus Baccalaureatus fuit assumptus 24. Aprilis 1645. nedum lite pendente, imò pene biennio post oppositionem ab eo factam de anno 1643. & propterea tanquam gradus acquisitus lite pendente non debet ei suffragari, &

20 sic affectatè assumptus; † quæ affectatio impedit, nec factum prosit affectanti ex congestis *à Surd.cons.371.num.96.& duob.sequen.* Hinc

21 est, † quod priuilegia data Officialibus non habent locum in procurantibus officia secundum *Bart. in l. Vniuersi C. de legation. lib.11. Rom.in l. si vero §. de viro in 36. fallent.ff.solut.matrim.* & de alijs similibus nuper graduatis, vel aliquod officium assequutis latissimè idem probat *Felin.* qui alijs pluribus conclusionem exornat *in cap.final.num.3. cum sequen.ff. de testib.*

22 Accedit supradictis, † quod Iosephus innodatus censuris ob recursus ab ipso habitos ad Iudices laicos ex deductis in vltima decisione in hac causa remanet incapax adiudicationis beneficij, de quo agitur iuxta tradita *per Rotam decis.83.nu.2.17.& 18, par.7.recent.*

Ex quibus vtraque parte informante fuit dictum beneficium esse adiudicandum Francisco.

R. P. D. GHISILERIO
Postea Episcopo IMOLEN.

Romana Saluiani.

Mercurij 27. Martij 1648.

ARGVMENTVM.

Saluianum tunc competit, quando tria copulatiuè concurrunt, scilicet creditum cum hypoteca, possessio debitoris de tempore contractæ obligationis, & possessio Rei conuenti; in præsenti decisione verò disputatur, an creditor annui census possit petere immissionẽ in Saluiano, nõ solum pro fructibus decursis, verùm etiã decurrendis, & ad effectum vt fructus bonorum, qui supersunt, solutis fructibus census, deponantur vsque ad currentem quantitatem sortis principalis dicti census, donec præstetur nouus fideiussor ad formam obligationis in Instrumento appositæ: & resolutio est affirmatiua incontrarium adductis plenè respondendo.

SVMMARIVM.

1 *Creditum cum hypoteca, ex quo probatum remaneat.*
2 *Hypoteca implicitè continetur in obligatione Camerali.*
3 *Possessio debitoris de tempore contractæ obligationis, ex quibus iustificata remaneat, & nu. 5.*
4 *Clausula constituti probat possessionem constituentis, aduersus illius hæredes.*
6 *Inuentarium plenè probat contra eos, qui illud confecerunt.*
7 *Possessio Rei conuenti probatur ex litis substentatione.*
8 *Possessio defuncti, ex statuto Vrbis continuatur in hæredem.*
9 *Saluianum, quandò competit.*
10 *Creditor annui legati, præstationis, vel debiti ex contractu, potest petere non solum pro præterito, sed etiam pro futuro, dummodo de præterito aliquid debeatur.*
11 *Saluianum competit creditori annui census non solum pro fructibus decursis, sed etiam decurrendis.*
12 *Exceptio quod ante tempus peti non possit quando procedat, & quandò secùs.*
13 *Creditor non potest agere ante tempus, vt nunc soluatur, benè tamen potest agere, vt aduemente tempore soluatur.*

14 *Iudi-*

14 *Iudicium regulariter non extenditur ad futura, intellige ut num.* 15.

16 *Saluianum competit etiam ad effectum vt fructus bonorum, qui supersunt, solutis fructibus census deponantur, donec præstetur nouus fideiussor.*

17 *Fideiussoris renouatio de iure est licita.*

18 *Immissio in Saluiano non retardatur per exceptionem fideicommissi requirentis altiorem indaginem.*

19 *Immissio in Saluiano non potest impediri per exceptionem fideicommissi ab eo, qui nomine proprio est obligatus.*

20 *Saluianum competit contra quemcumque possessorem.*

21 *Saluianum non competit, quando mediante mandato executiuo, fuit facta executio super alijs bonis intellige vt num.* 22.

23 *Actio hypotecaria numquam extinguitur, nisi creditor integre fuerit satisfactus.*

24 *Amplia etiam si super debito fuerit iudicatum.*

DECISIO CLXXII.

QVONDAM Maximus de Maximis sub die 15. Aprilis 1636. cum assistentia, & præsentia, verbo, & voluntate DD. Horatij, & Petri filiorum pro quocunque eorum iure, & interesse in, & super palatio posito Romæ in regione Campi Martij, necnon super omnibus, & singulis alijs palatijs, domibus, viridarijs, vineis, casalibus, tenutis, Siluis, campis, & alijs quibuscunque bonis per eos iusto, vel legitimo titulo possessis, & existentibus, illorumque fundis constituit, imposuit, & creauit annuum perpetuum censum scut. 120. monetæ Iuliorum decem pro scuto, quem sic impositum iure proprio, & in perpetuum salua facultate redimendi vendidit D. Petro Pecorello ponens, constituens pro pretio scut. 2. mil. monetæ Iuliorum decem pro scuto, quæ scuta 2. m. dictus Maximus de Maximis manualiter, & in contanti in tot Iulijs, & testonibus argenteis recepit, & in euentum obitus deteriorationis, conditionis, recessus tàm ipsius venditoris, quàm aliorum fideiussorum dictus Maximus venditor promisit dare, præstare, & renouare alium, seu alios æquè idoneos fideiussores; quibus omnibus accesserunt, & fideiusserunt dicti Horatius, & Petrus, & prædicti omnes Maximus, Horatius, & Petrus se obligarunt in forma Cameræ Apostolicæ. Cũ sequuto obitu supradicti Maximi venditoris fuisset factus locus obligationi de præstando alium fideiussorem in locum demortui, Petrus egit coram A.C. tam pro præstatione noui fideiussoris, quam pro solutione fructuum decursorum, & non solutorum, & in futurum suis loco, & tempore decurrendorum; & obtinuit contra supradictos Horatium, & Petrũ de Maximis tàm vti principales, quàm vti filios, & hæredes Maximi immitti vigore vtilis Saluiani interdicti in realem, actualem, & corporalem possessionem, vel quasi non nullorũ bonorum per supradictos de Maximis possessorum, donec, & quousque fuerit integrè satisfactus de scutis 142. pro fructibus census decursis, etnon solutis, & alijs fructibus in futurum suis loco, & tempore decurren. cum hoc tamen, quod residuum, quod supererit deductis dictis fructibus suis loco, & tempore decurrens deponi debeat in S. Monte Pietatis, donec constituerit summam scut. 2. mil. sortis principalis dicti census, ac inde non amoueri donec fuerit præstita cautio iuxta formam instrumenti, commissa causa appellationis, & dato dubio, an esset danda Immissio, affirmatiuè fuit resolutum; quia D. D. visa fuerunt sufficienter probata requisita necessaria in hoc iuditio.

1 Creditum† enim cum hypoteca super omnibus bonis q; Maximi impositoris census probatur ex publico instrumento impositionis cẽsus obligatione camerali munito continente

2 hypotecam explicitè in verbis, † & implicitè in obligatione Camerali, quod facit probationẽ probatã in proposito dixit *Statil. Pacif. in suo tract. de saluian. interd. inspect.* 1. *ca.* 5. vbi refert mul-

3 tas decisiones Rotæ.† Possessio Maximi debitoris de tempore impositionis cẽsus pariter probatur ex eodem instrumento impositionis cẽ-

4 sus habente in se clausulam constituti, † quæ constituentis possessionẽ probat aduersus reos conuentos illius hæredes *Grat. resp.* 42. *sub num.* 12. *lib.* 2. *Tiraq. de const. poss. limit.* 1. *num.* 23. *ver. sed hoc, quod diximus. Cenc. de cens. par.* 2. *cap.* 2. *q.* 5. *art.* 9. *num.* 18. *Rot. decis.* 766. *num.* 11. *par.* 1. *diuers. & decis.* 150. *num.* 5. *inter impressas post Cenc.* vbi

5 supra. Eaque remanent † abbundè comprobata, tum ex inuentario hæreditario omnium bonorũ à Maximo relictorum, in quo bona in quibus fuit cõcessa immissio Petro, fuerunt de-

6 scripta, vti hæreditaria q; Maximi debitoris, † ex quo inuentario contra reos conuentos, qui illud confecerunt, pelna resultat probatio. *Rot. decis.* 71. *num.* 3. *par.* 1. *diuers. in rec. decis.* 426. *num.* 2. *par.* 1. *decis.* 200. *num.* 1. *&* 2. *par.* 5. *& decis.* 96. *nu.* 28

7 *par.* 7. Possessio † supradictorum Horatij, & Petri probatur tam ex litis sustentatione *Caput. decis.* 79. *par.* 2. *Rot. decis.* 17. *num.* 5. *par.* 5. *recent.* vbi aliæ cumulantur, quàm ex eodem inuentario, ac aditione hæreditatis prædicti Maximi per dictos Horatium, & Petrum facta, ex qua infertur, possessionem bonorum, de quibus agitur, fuisse continuatam in eos, vti filios dicti

8 Maximi; † cum ex statuto Vrbis patris possessio in filios continuetur, vt resoluit *Rot. ex* ibi allegatis in dicta *decis.* 200. *num.* 5. *part.* 5. *recent.*

9 quibus† concurrentibus intrat Saluianum *Menoch. de adipisc. remed.* 3. *q.* 29. *num.* 161. *cum seq. Put. decis.* 201. *lib.* 1. *Rot. decis.* 324. *numer.* 3. *decision.* 456. *num.* 1. *par.* 2. *rec. & coram S. M. Greg. XV. dec.* 491. *num.* 6.

10 Et cum regulare sit, † vt in debitis annuis, in legatis annuis, & in annuis præstationibus debitis ex contractu possit creditor petere non solùm pro tempore præterito, verùm etiam pro tempore futuro, dummodo de præterito aliquid debeatur, cuius exactio petatur, & simul super futuris, vt adueniente iusto tempore soluatur, testatur *Alex. in l. de Pupillo §. si in pluribus nu.* 4. *&* 6. *in fin. ff. de nou. oper. nunc. Osac. decis.* 130. *per tot. Petr. à Put. in suo tract. de fideic. ex prohib. alienat. q.* 10. *num.* 2. *& seq. Anton. Gomez. var. resolut. tom.* 2. *cap.* 11. *n.* 47. *Crass. in tract. de success.* 4. *legat.*

*legat.q.44.nu.5.Sim.de Præt.de interpræt.ult.vol.lib.
5.interpr.1.dubit.3.n.95.Afflict.ad constit.Regn.lib.1.
rubr.71.in c.aucthoritatē n.2.ver. datur etiā Surd.dec.*
120.*num.*13.*decis.*151. *num.* 121. vbi multos al-
11 legat; † placuit Dominis Petro concedere
immissionem, tum pro fructibus decursis in
præteritum, tum pro decurren. vt scilicet ad-
uenientibus temporibus soluantur, absque eo
quod de nouo agatur, ne quolibet anno adue-
niente iusto tempore solutionis fructuum
census cogatur agere quemadmodum in istis
terminis fuit resolutum in *Romana domus 4.Iunij
1635. coram me*, vbi Lucretia, & Ioannes Ma-
ria coniuges fuerunt in vim vtilis Saluiani in-
terd. seruatis seruandis immissi in possessionē
domus censuatæ pro fructibus decursis, & de-
currendis annui census, *& in Romana Census, seu
Saluiani 26. Iunij præteriti coram Reuerendiss. P. D.
meo Bichio.*
12 Nec facit, † quod petenti ante diem obstet
exceptio, quod peti non potest ante tempus
§.*temporalis instit.de except.* minusque eius actio
exerceri quia verum est, si agaretur, vt con-
demnetur debitor ad nunc soluendum, secus
tamen est, quando agitur, vt sibi soluatur die
adueniente, & non ante; & omnia illa iura,
13 quæ dicunt, † quod ante tempus non potest
agi, intelliguntur, vt nunc soluatur, sed benè
potest agi ante tempus, vt adueniente tempo-
re soluatur *Dec.in l.1.num.29.ff.si cert.petat ita re-
soluit Aflict. in dec. 279. in fin.* vbi subdit, quod
vidit, pluries ita fuisse practicatum. *Osasc.dec.
130.in fin.Fontanell.de pact.nuptial.clausu.4.glos.18.
par.4.num.19. & seq.* ibi enim ex pluribus alle-
14 gatis firmat, † quod, quamuis regulare sit,
iudicium non extendi ad futura, cum in pen-
denti esse non debeat, eo quod tractatus futu-
15 ri temporis non spectet ad Iudicem, † id tamen
intelligi, quando nihil debetur de præsenti sed
totum de futuro, & seu sub conditione; secus
tamen esse, quando aliquod ius competit de
præsenti deducibile in iudicium, & in eius con-
sequentiam venit aliquod ius futurum, vel
sub conditione; tali enim casu posse perepti-
mè ius de futuro cum iure de præsenti in iu-
dicium deduci ex euidenti ratione, quia valde
absurdum foret, quod quis singulis annis pe-
culiarem processum instituere, & nouam litem
16 mouere tenetur. † Tum vlterius concessa
fuit immissio ad effectum, vt fructus bonorum
de quibus agitur, qui solutis fructibus census
supererunt, dedoni debeant ab eodem Petro
vsque ad concurrentem quantitatem sortis
principalis ipsius census in S. Monte Pietatis
inde non amouens; donec præstetur nouus fi-
deiussor in locum dicti Maximi defuncti iuxta
17 tenorem sententiæ A.C. † quam conuentio-
nem renouans fideiussorem de iure licitam es-
se tenuit *Scacc.de commerc.§.1.q.7. par.2. ampliat.
8.num.295.Grat.discept.for.tom.2.cap.* 301. *num.* 6.
*Cenc.de cens.par.2.cap.1.q.2.num.2. & par.3. cap.1.
q.3.art.4. n.* 12. & hanc eadem sententiam am-
plexa fuit *Rot. decision. 87. num. 5. decision. 285.
num. 3. & decis. 286. num. 4. & seq. inter impressas
post Cenc.*
18 Nec dicti Horatius, & Petrus † possunt se
tueri exceptione fideicommissi; quia vltra
quod, vti requirens altiorem indaginem, non
admittitur ad retardandam immissionem in
*Saluiano Rot.coram Seraph.1178.in fin.cum alijs plu-
ribus allegatis per eundem Cenc.de cens. par.2. cap.2.
q.5.art.9. num.84.* vbi multas decisiones Rotæ
19 allegat, † ab eis in hoc censu nomine proprio
obligatis opponi non potest, & eorum vita
durante non possunt dictam Immissionem im-
20 pedire, & semper verum est dicere, † Saluia-
num competere contra quemcunque posses-
sorem ad latè tradita per *Menoch. de adipisc. re-
med.3.num.20.& Pat.de Saluian.inspect.3.cap.1.nu-
mer.3.& seq.*
21 Munus obstat, † quod Petrus creditor etiam
in actione personali mediante mandato exe-
quutiuo fecerit alias exequutiones in bonis
supradictorum Horatij, & Petri, & proinde
debeat ex pretio exinde redigendo curare satis-
factionem, nec possit ad aliud pignus transire
*Guid.Pap.dec.318.num.2.Milanen.dec.14.num.13.
& 14.Seraph.dec.1333.nu.4.& 7.Fontanell.de pact.
nupt.claus.5.gloss.8.par 8.sub num.51.vers.& conse-
quenter, quos refert Rot.in Ciuitatis Plebis Saluiani in
§.non obstat 1.Iulij præteriti coram R.P.D.meo Bichio*
22 quia † ad hunc effectum nedum probandæ es-
sent assertæ exequutiones, sed vltra, quod ex
illis potuerit Petrus creditor de suo credito sa-
tisfieri, cum omnes supra allegati loquantur,
quando ex pretio rei subhastatæ potuit esse
consultum creditori, cui imputari debet, cur
non exegerit, vt declarauit *Rot.dec.161.num.23.
& seq.par.6.rec.quam refert, & sequitur dicta decisio
Ciuitatis Plebis Saluiani*, vbi enim certum non
est, an creditor potuerit de suo credito satisfie-
ri, ei permittitur exercere hypotecam super
23 alijs bonis, † quia actio hypotecaria nunquam
extinguitur, nisi creditor integrè fuerit satis-
factus, vt dicit *Capicc.decis. 33. num. 2.* etiamsi
24 super † debito fuerit iudicatum, & admittit
Rot.dicta dec.161.num.26.
Ex quibus fuit resolutum, iuxta sententiam
latam ab A. C. esse dan. immissionem Petro
Pecorello, tam pro fructibus census decursis,
& non solutis, quàm pro alijs fructibus in fu-
turum suis loco, & tempore decurren. & quod
residuum, quod supererit ex dictis fructibus,
donec constituerit summam scut. 2. m. sortis
principalis census, deponatur non amouen.
nisi fuerit præstita cautio iuxta formam instru-
menti reiecta petita dilatione, cum non esset
restricta ad certam Rotam ex proximis, sed in-
definita, & indeterminata.

REVERENDISS. P. D. CERRO.

Sacræ Rotæ DECANO.

Calaguritana Beneficij de Cornago.

Lunæ 27. Aprilis 1648.

ARGVMENTVM.

Remissoria ad effectum probandi per testes id,
quod per scripturas probari potest, semper de-
negari solet, non attentata articulorum rele-
uantia,

uantia, presertim quandò vltra vehementem calumniam, & timorem subornationis, concurrerent inuerisimilitudo, & improbabilitas materiæ articulatæ.

SVMMARIVM.

1 *Probatio quandò per scripturas fieri potest non est opus recurri ad testes, & quare.*
2 *Remissoria non solet negari ex sola calumnia, quando articuli sunt releuantes, intellige vt nu. 3.*
4 *Remissoria quando sit deneganda, & non attendenda articulorum releuantia.*
5 *Falsitatis suspicio in ciuilibus habetur pro falsitate.*
6 *Remissoria non est concedenda ad effectum probandi Doctoratus priuilegium non esse alteratum in nomine, prout oculariter videtur, & quommodo id sit iustificandum.*
7 *Remissoriæ concessio vel denegatio pendet à Religione, & arbitrio Iudicis, & quæ sint illius partes in hoc casu.*
8 *Malus semper præsumitur malus in eodem genere mali.*
9 *Remissoria passim solet denegari, vbi adest timor subornationis testium.*
10 *Remissoria ad effectum vt denegari possit sufficit inuerisimilitudo, & improbabilitas materiæ articulatæ.*

DECISIO CLXXIII.

REMISSORIAM alias denegatam sub die 31. *Maij* 1647. *coram R.P.D. meo Ottobono*, * iterũ hodie super iisdem articulis coram Me in tertia instantia petijt Petrus Rodrigo, sed eam non esse concedendam denuo D.D. resoluerunt.

Præcipuum resolutionis fundamentum desumptum fuit ex euidenti, & manifesta calumnia, cum materia articulata tendat ad euertenda Decisionum fundamenta, & litem in longius protrahendam: Vt enim bene deducitur in decisione coram R. P. D. meo Ottobono, articuli exhibiti licet nouem numero, duo tamen substantialiter continent; alterum quod ipse Rodrigo verè, & realiter est Baccalaurus, alterum quod à die reprobationis factæ per examinatores Synodales in partibus, vsque ad diem examinis habiti hic in Curia, post 23. menses, doctior fieri non potuerit.

Et quantum attinet ad primum. Cum ex statuto vniuersitatis Salamantinæ Sancitum fuerit quod antequam quis assequatur Laureã Baccalaureatus debeat per vndecim Vices in libris vniuersitatis describi, & matriculari, nempè quinquies in Matriculis, quinquies in Cursibus, & semel in gradu, & nisi fuerit taliter descriptus, & matriculatus non gaudeat priuilegio Scholaris, neque lucris possit cursum ad Baccalaureatum; quod statutum hodie esse in viridi obseruantia concludenter probant quamplures testes pro Peralta, & Baroxa examinati, deponentes vlterius esse penitùs impossibile, quod aliquis gradum Baccalaureatus cõsequatur nisi in præfatis libris descriptus, & matriculatus fuerit, quod idem in praxi testantur RR. PP. DD. mei Auditores Hispani. Vnde dum compulsatis formiter libris dictæ vniuersitatis de ordine huius sacri Tribunalis præuiis litteris Compulsorialibus, nomen PETRI RODRIGO in illis adnotatũ nullatenus repertum fuit, Petitio Remissoriæ ad effectum probandi quod ipse verè, & realiter sit Baccalaureus ab euidenti, & manifesta calumnia excusari non potest, cum si talis esset ex inspectione, & reuolutione dictorum
1 librorum probatum extitisset, † nec opus esset ad testes recurri, quorum probatio est minus certa, & tuta illa, quæ scripturis fieri potest, vt responsum fuit *in dicta Decisione coram Reuerendiss. P. D. meo Otthobono* §. *& quo ad primum cum sequenti*.

2 Neque obstat † quod ex sola calumnia non soleat denegari Remissoria quando articuli sunt releuantes *iuxt. decis. 306. post 2. vol. consil. Farinacc.*

3 Conclusio† enim procedit quando cum releuantia articulorum datur fumus, quod res ita se habet *Cassad. decis. 3. num. 2. de dilat. Caputaque decis. 55. num. 3. par. 3. & declarando dictam dec. penes Farinacc. dixit Rota in Cremonen. Pensionis 4. Maij 1655. coram bon. mem. Coccin. in recent. decis. 41. num. 39. & 40. par. 7. & in Cesaraugustana Distributionum 13. Martij 1643. coram Me §. fin.* secus verò
4 vbi, † prout hic, nullus datur fumus veritatis materiæ articulatæ, hoc enim casu remissoriam semper denegari non attenta articulorum releuantia perpetuo tenuit Rota, & Signr *in rec. decis. 593. num. 5. par. 4. & in Firmana Pecuniaria 30. Martij 1637. coram Eminentissimo D. Card. Panzirolo, quæ est decis. 506. num. 20. par. 5. recentior.*

Nec pro fumo deseruiunt Priuilegium asserti Baccalaureatus, vel fides subscripta per quatuor Curiales Romæ Residentes nuperrimè coram Me exhibita, attestantes libros vniuersitatis Salamantinæ non asseruari, nec esse in archiuio custoditos, minusuè esse cartulatos, nec numeratos, nec tam bene ligatos, vt non possint dici Squinternati, sicut ipsi inquiunt, & sæpè contingere vt aliquis ad fuerit in dicta vniuersitate, & cursauerit, ac denique Baccalaureus fuerit, nec tamen repertus fuerit descriptus in libris Matriculæ *Summ. Rodigi num. 3.*

Priuilegium enim, cum ex oculari inspectione abrasum, & alteratum in nomine vnicuiq; pateat, nullum præstare valeat veritatis fumum, sed tamquam de falso suspectum est
5 reiiciendum, † ex quo in ciuilibus sola suspicio falsitatis habetur pro falsitate, *vt responsum fuit in omnibus Decisionibus huius causæ tam coram R. P. D. meo Verospio 10. Decemb. 1646. & 18. Febr. 1647. quam coram R. P. D. meo Otthobono 28. Iunij eiusdem anni §. minusq; releuat.* Ad effectum enim
6 probandi Baccalaureatum, & consequenter priuilegium non esse alteratum, sed iuridicum non est opus subire maximos labores, & sumptus Remissoriæ, sed extrahi poterit aliud simile priuilegium ex eadem Matricula, vt denegando remissoriam *dixit Rota in Cesaraugustana*

Ca-

Cathedralitatis 21. Iunij 1632. coram bo. me. Motmanno in decis. 142. num. 7. par. 6.

Fides verò quæ legitur subscripta sub die 27. Iunij 1647. à prędictis quatuor Curialibus Romæ residentibus, videlicet, *Hyacinto Serrano, Pedro del Baio, Marco Antonio Fiorcado, & Petro Maldonaco*, multo minus est apta præstare fumum veritatis: Quia facta per Me exactissima diligentia ferè per totam Vrbem, in Domicilijs, & Hospitalibus Hispanorum, Calaguritanorum, Lusitanorum, & alibi, nec non penes Curiales, scripturarum Exaratores, ac Palatij Apostolici Cursores, qui optimam cognitionem habent omnium sequentium Romanam Curiam, nullibi præfatos in dicta fide subscriptos, vel alios, qui de ipsis notitiam habeant inuenire, nec reperire potui, sed præfati omnes indubitanter attestari fuere se nunquam illos cognouisse, vidisse, aut nominare
7 audiuisse. † Concessio autem, vel Denegatio remissoriæ pendet à Religione, & ab arbitrio Iudicis, qui attentè perpendere, & considerare debet, an Calumnia vehemens sit, & vtrum fumus sit sufficiens, & ex varijs causis, nec nō personis concipere, vel non concipere Calumniam, ac informare animum an fumus sufficiat ad concedendam, vel denegandam remissoriam, *vt ex notatis in l. Iudices, & in Auth. apud eloquentissimum C. de fid. Instrum. prudenter pluries considerauit Rota, & signanter in Regien. sancti Thomæ 10. Decemb. 1576. coram bon. mem. Oriolen. vers. & dicebant diuersam esse rationem, coram Card. Mantic. decis. 312. num. 10. in Auersana funeralium 30. Aprilis 1635. coram bon. mem. Coccino in recen. decis. 575. num. 13. par. 5. in dicta Cremonen. Pensionis par. in recent. decis. 41. num. 41. par. 7. & in Calaguritana Primatus 14. Iuny 1638. coram R.P.D. meo Ghisilerio §. supradictis accedit.*

Eoque facilius Domini remissoriam denegarunt ob timorem futuræ testium subornationis. Dum enim Petrus Rodrigo produxit in actis Priuilegium Baccalaureatus abrasum, vitiatum, ac falsitate laborans, nec postremò erubuit exhibere fidem factam per Homines suppositos, ac falsè ibidem subscriptos vehemens exindè insurgit timor subornationis te-
8 stium, † cum semel malus semper præsumatur malus in eodem genere mali *cap. 8. de reg.*
9 *Iur. in 6.* Quo † casu Rota passim solet denegare remissoriam, ne in futuris probationibus peius fiat, *vt in recent. decis. 406. sub num. 2. vers. & stante par. 2. coram bon. mem. Coccin. decis. 20. n. 5. in Auenionen. Dilapidationis bonorum 2. Martij 1646 §. fin. & in Cremonen. Parrochialis 15. Iunij eiusdem Anni coram Me §. & eo facilius.*

Quo verò ad secundum vltra præfatam vehementem Calumniam, & timorem subornationis, concurrunt etiam tam inuerisimilitudo, cum sit penitus inuerisimile quod spatio 23. mensium Rodrigo impeditus fuerit ex itinere, adeo vt non potuerit citiùs ad Vrbem accedere: quam etiam improbabilitas, cum improbabile videatur quod dicto tempore nō valuerit studijs incumbere, & quod testes id dicant; quæ solæ sufficerent pro deneganda Remissoria *ex Iuribus deductis in dicta Decisione coram R.P.D. meo Otthobono §. Quo verò, & §. immò improbabile.*

Et ita resolutum vtraque &c.

Decisio ista emanata in hac eadem causa coram nunc Eminentiss. D. Cardinali Ottobono sub die 31. Maij 1647. est inter eius impressas decisio 114.

R. P. D. GHISILERIO;
Postea Episcopo IMOLEN.
Lucana Vnionis.

Lunæ 27. Aprilis 1648.

ARGVMENTVM.

Vnio à principio valida, si tamen non fuit effectū sortita, subijcitur regulę reuocatorię vnionum dummodo doceatur illam ex causa minus necessaria, à quo autem hęc probatio fieri debeat in decisione videbis.

SVMMARIVM.

1 *Regula reuocatoria unionum san. mem. Vrbani VIII compræhendit uniones factas ex causa minùs necessaria effectum tamen non sortitas.*
2 *Vnio, ut fiat ex causa necessaria sufficit necessitas moralis respectu Ecclesiæ, non personarum.*
3 *Vnionis necessitatem probare tenetur, qui in unione se fundat.*
4 *Clausula*, sublata & decretum irritans, *apposita in literis Apostolicis unionis iustificatis releuant ab ulteriori onere probandi.*
5 *Narratiua iustificari non debet stante clausula sublata*, & decreto irritanti.
6 *Literæ Apostolicæ licet emanatæ ad instantiam partis non egent iustificatione stante clausula*, quod de subreptione, vel obreptione dari nō possit.
7 *Sententia exequutoris non iustificata ex actis non attenditur.*
8 *Vnio à principio potuit esse ualida et tamen cadere sub regula reuocatoria unionum.*
9 *Vnionis facta ob tenuitatem reddituum corruit si d. tenuitate non obstante beneficium fuit ab aliquo acceptatum.*
10 *Insufficientia omnium fructuum beneficij requiritur, ut sit locus unioni, nec sufficit tenuitas unius, uel alterius.*
11 *Numerus duorum, uel trium respectu numeri quadraginta non habetur in consideratione,*
12 *Vnio de pluribus beneficijs facta et indiuidua, et si corruit in aliquibus corruit etiam in aliis.*
13 *Gratiæ tempus attenditur, non quod postea euenit.*

DECISIO CLXXIV.

ROTA coram me sub die 14. Iunij 1641. cēsuit litteras sanct. mem. Greg. XV. vnionis factæ, tanquam ex causa necessaria Beneficiorum simplicium Sanctorum Andreæ, Quilici, & Iulitæ suffragari Collegio Beneficiatorū Cathedralis Lucanæ, itaut sublata fuerit Eminentiss. Episcopo facultas vniendi d. Beneficia Seminario Reproposita causa super ijsdem DD.

DD. recesserunt à decisis, quia visum fuit in-
trare regulam sanct. mem. Vrbani Octaui re-
uocatoriam vnionum effectum non sortitarũ,
1 cum non appareat, † quod d. vnio fuerit facta
ex causa necessaria *Rot. in Mediolanen. Cimiliarcat.*
13. Maij 1644. *coram R.P.D. meo Peutingerio*; Nam
licet sufficiat necessitas moralis considerata
respectu Ecclesiæ, non autem personarum,
2 cum non attendatur, † An titularis egeat cur-
ru, vel famulis, sed An Ecclesiæ seruitium
destituatur, itaut ob tenuitatem reddituum nõ
reperiatur, qui velit Ecclesiæ inseruire. *Abb.*
in cap. exposuisti de preb. num. 4. ibi quod nihil di-
citur de prærogatiua personarum, sed tantum
de necessitate *Rot. in rec. decis. 109. num. 15. et 16.*
par. 6. coram Card. Caualer. decis. 449. num. 2. coram
bon. me. Coccino, in Barchinonen. Vicariæ 2. Martij
1640. et in d. Mediolanen. Cimiliarcatus in principio
Non tamen est probata per Beneficiatos, pro-
ut requiritur, ex quo in d. vnione se fundant,
3 & prætextu necessitatis † regulam reuocatoriã
euitare prætendunt *Garz. de Benef. par. 12. cap. 2.*
num. 120. Rot. coram Caput. dec. 350. num. 3. par. 3. et
coram R.P.D. meo Bichio, in Narnien. Vnionis 1. Iu-
lij 1643. et in eadem Mediolanen. Cimiliarcatus 10.
Martij 1645. §. et sicuti coram R.P.D. meo Peutin-
gerio.

Nec facit quod Beneficiati ab onere probã-
di necessitatem reuelentur, ex quo in literis
Apostolicis vnionis adest clausula sublata, &
4 decretum irritans, † & emanauit sententia
exequutoris declarans illas esse iustificatas, &
exequeñ *Rot. coram Card. Caualer. decis. 449. num. 5.*
& generaliter in alijs materijs, quod stantibus
5 dictis clausulis † narratiuæ non sint iustifican-
dæ *Rot. coram Seraph. decis. 764. num. 1. in rec. de-*
cis. 174. num. 11. et seq. par. 7. et decis. 743. num. 17.
et seq. part. 4. tom. 3. quia vltra illas requiritur
clausula quod de obreptione, vel subreptione
dari non possit, quæ non legitur in dd. litteris
6 & tunc † licet emanassent ad instantiam partis,
literæ non egerent iustificatione *Rot. in Calagu-*
ritana Iurisdictionis 30. Maij 1580. coram Rubeo im-
press. apud Marches. de commiss. tom. 2. fol. 419. nu. 1.
in Pampilonen. Archidiaconatus 19. Martij 1593. co-
ram clar. me. Car. Hieronymo Pamphilio impress. apud
eumdem tom. 2. fol. 424. num. 1. Sententia autem
exequutoris vti emanata in alijs Tribunalibus
7 nisi iustificetur † ex actis non attenditur *Rot. co-*
ram bo. mem. Buratto decis. 76. num. 3. et decis. 638.
num. 6. et 7. præcipuè cum sit lata de recenti, &
super validitate vnionis, de qua hodie non
agitur, sed solum de reuocatione per superue-
nientem regulam san. m. Vrbani Octaui, quod
est diuersum, cum stent simul, quod vnio ab
8 initio fuerit valida, † sed vti non effectuata,
nec facta ex causa necessaria ceciderit sub regu-
la reuocatoria vnionum, vt benè per *Rot. in d.*
Mediolanen. Cimiliarcatus 10. Martij 1645. §. neque
refert.

Necessitas autem vnionis colligi non potest
ex depositionibus Testium datis in Sum. Bene
ficiatorum, cum super redditu annuo de sta-
ris 52. cuilibet Beneficiato obuenientibus pro
distributionibus quotidianis, & insufficientia
earumdem ad victum deponant vel de auditu
vt secundus Testis iuxta 9. ibi, *hò inteso dire*,
vel de proprio iudicio, prout tertius iuxtà 24
ibi, *tiene, che stano calate assai*, & ibi, *di modo che*
al presente tiene etc. & 5. super 7. ibi, *perche cosi*
tiene, & iuxtà 62. ibi, *che crede*, vel remissiuè
ad libros, vt secundus iuxtà 9. Interogatoriũ
tertius iuxta idem, & iuxtà 24. & quartus pa-
riter iuxtà 9. ibi, *ma se ne rimette alli libri dell' as-*
sortimenti, & 5. iuxta 24, vndè non probant iis-
dem libris non exhibitis *Rot. dec. 7. num. 10. par. 4*
tom. 2. recent. primus verò iuxta 9. deponit de
starijs 60. & iuxta 20. addit habere vlterius ali-
quas distributiones vini, olei, & pecuniarum
Sum. Seminarij *num. 6.* & sic necessitatem non
concludit præcipuè in concursu 8. Testis exa-
minati ad instantiam Rectorum Beneficiorũ,
qui iuxtà 8. deponit, singulos Beneficiatos an-
nuatim percipere staria frumenti 80. circiter
vltra vinum, oleum, & pecunias, & super
tertio addit hanc annuam quantitatem obue-
nire Beneficiatis deductis redditibus Ecclesiæ
Sancti Laurentij, & expensis ab ipsis facien-
dis.

Vltra quod cum solum pro medietate anni
dicti Beneficiati percipientes saltem stara 52.
annuatim teneantur Ecclesiæ inseruire, vt de-
ponunt omnes Testes Sum. Seminarij *num. 9.*
& Cappellani Ecclesiæ Sancti Michaelis insi-
gnis Collegiatæ eiusdem Ciuitatis debeant præ
stare seruitium Ecclesiæ magis assiduum, li-
cet non percipiant, nisi stara 36. d. Sum. *num. 5.*
non potest concedi necessitas respectu Ecclesiæ
quia dd. Cappellani S. Michaelis facilius inser-
uirent Ecclesiæ Cathedrali pro starijs 52. per
breuius tempus.

Quod confirmatur, ex quo post cessationem
redditus Beneficij S. Laurentij fuerunt accep-
tatæ dd. Cappellaniæ Cathedralis etiam pen-
9 sione grauatæ: † Vnde cessat, quod ob tenui-
tatem redditus personæ amplius non accepta-
rent dd. Cappellanias *Lother. de re benef. lib. 1. qu.*
28. num. 85. Rot. coram Seraph. 1385. nu. 3. in d. Nar-
nien. unionis prima Iulij 1643. coram R. P. D. meo
Bichio, et in d. Mediolanen. Cimiliarcatus 10. Martij
1645. §. quod uerò coram R.P.D. meo Peutingerio.
Nec spes futuri augumenti fructuum dd. Be-
neficiorum, quæ prætendebantur validè vnita,
potuit suadere acceptationem, quia augumen-
tum esset valdè modicum.

Præterea dum non constat de reditu particu-
larium præbendarum, quas habent omnes
Cappellaniæ, exceptis ad summum tribus, vt
deponunt primus, & secundus Testis Benefi-
ciatorum super 21. Interogatorio Sum. Semi-
narij *num. 17.* quod etiam benè probant Testes
Rectorum nempe octauus, & decimus super
tertio articulo, nec de multis incertis, quæ Be-
neficiatis obueniunt, prout ex depositione se-
cundi, & decimi Testis Rectorum *Sum. num. 8*
non potest constare redditus necessarios defice-
re Beneficiatis, quia in calculo redditus debent
adscribi non solum distributiones, & incerta
10 sed etiam fructus præbendæ, itaut non satis
tenuitas vnius, vel alterius *Rot. in Mediolanen.*
Vnionum 12. Iunij 1592. coram Orano, & in d. Me-
diolanen. Cimiliarcatus 13. Maij 1644. §. primo ver.

& simul coram R.P.D. meo Peutingerio.

Nec refert, quod aliquæ Cappellaniæ careant præbenda, quia cum sint duæ, vel tres
11 respectu 40.† non habentur in consideratione quod egeant redditibus *Rot. in d. Mediolanen. Cimiliarcatus* 10. *Martij* 1645. §. *non obstat vers. dum alijs*, & in puncto *in §. final. vers. & sic*, præcipuè ad sustinendam vnionem omnibus Cappellanijs indistinctè factam, cum vnio sit indiuidua & si corruit in aliquibus, quia deficit necessitas ob redditus præbendarum vltra di-
12 stributiones, † corruere debet etiam in alijs carentibus præbendis, vt dixit *Rot. in d. vers. & sic per text. in l. 4. §. cato ff. de verb. oblig.* Vnde potius per D. Episcopum erant assignandi fructus alicuius præbendæ pro distributionibus omnium iuxta dispositionem Sac. Concil. Trid. sess. 24. de reformat. cap. 25. præcipuè cum nō omnes sint de Iurepatronatus, & *Barbos. de Canon. & dignit. cap. 21. num. 26. vers. quid autem* non neget præbendas ad hunc effectum suppressas esse communicandas, etiam pro distributionibus non habentiū præbendas, licet dicat quod pinguiùs participare debeant illi, quorum præbendæ sunt suppressæ.

Denique non obstat, quod videatur cessare ratio regulæ reuocatoriæ, quæ fundantur in diminutione cultus Diuini, & facultatis conferendi, ex quo Ordinarius, Beneficia, de quibus agitur, vniuerit Seminario de anno 1641. quia debet attendi tempus Anni 1622. quo emanauit vnio, & regula reuocatoria, de quo tempore certum est, vnionem intulisse præiudicium facultati conferendi, nam attenditur
13 tempus gratiæ, non quod postea euenit *Alex. cons. 24. num. 8. lib. 4.*

Vnde DD. vtraque parte audita recesserunt à decisis.

R. P. D. BICHIO.

Curień Feudi.

Lunæ 27. Aprilis 1648.

ARGVMENTVM.

Laici quamuis sint incapaces inuestituræ iuris decimandi, benè tamen decimarum fructus, & prouentus percipere possunt; & si dubitari contingat de nullitate Inuestituræ ex qualitate laicali incapaci absq; beneplacito Apostolico, propter quod alter pariter laicus fuerit inuestitus, an manutentio concedenda sit anteriori inuestito, & resolutio est affirmatiua.

SVMMARIVM.

1 *Inuestituræ instrumenta omni vitio extrinsecus vacua ius tribuunt tàm in petitorio, quàm in possessorio.*
2 *Feudi deuolutio ex quo probata remaneat.*
3 *Dominium directum Ecclesiæ ex quo probari possit.*
4 *Laicus non potest obijcere de nullitate inuestituræ proueniente ex qualitate laicali incapaci.*
5 *de Mandati viribus obijcere non potest, qui habet simile mandatum.*
6 *Examinis nullitatem opponere non potest, qui eodem modo suos testes examinauit.*
7 *Laici non sunt incapaces solius commoditatis, & emolumenti decimarum seiuncti à iure decimandi.*
8 *Decimas, & prouentus possidere, recipere, &c. vbi fuit laico concessum, intelligitur quoad fructus, non quoad ius decimandi.*
9 *Episcopus non potest concedere laicis ius decimandi, sed benè emolumentum, & commoditatem.*
10 *Inuestitura anterior præfertur posteriori ab eodem fonte emanatæ, & num. 11.*
12 *Confessio superat omne genus probationis.*
13 *Possessio anterior suffragatur pro obtinenda manutentione in concursu possessionis posterioris.*
14 *Beneplacitum Apostolicum non requiritur in rebus Ecclesiæ solitis infeudari.*
15 *Manutentio concedenda est possessori quoad vsq; dubitatur, an sit locus decreto irritanti, & inficienti possessionem. amplia vt num. 16.*

DECISIO CLXXV.

PROPTER delictum illorum de Haldestain aliàs iure feudi inuestitorum de decimis in Monte Trisenense, Reuerendiss. Episcopus Curiensis, Dominus directus feudum deuolutum esse prætendens easdem decimas simili titulo concessit Capitaneo Zachariæ Rainoldt expedita desuper inuestitura de anno 1623. atque iterum de anno 1626. Defuncto verò dicto Episcopo, eius successor in Episcopatu ipsarum decimarum inuestituram fecit illis de Salis, & consortibus, qui in iudicium vocati à Zacharia reportarunt à Iudice de partibus sententiam fauorabilem in summarijssimo possessorio, & in gradu appellationis mihi causa commissa subscripsi dubium an Zachariæ sit dandum mandatum de manutenendo quod propositum sub die 13. Ianuarij proximi præteriti non fuit resolutum, sed Domini mādarunt videri de bono iure, vt solet, quando possessorium pendet à titulo, isque meliorem cognitionem exposcit.

Assumpta itaque hodie disputatione super bono iure responsum fuit pro informāte, hoc est constare de bono iure Zaccharię ad effectū manutentionis: habet ille siquidem instrumenta geminatæ inuestiturę ab Episcopo Curiensi Domino directo, tanquam de feudo deuoluto ob delictum Vassalli prędecessoris, quę
1 instrumenta † omni vitio extrinsecus vacua ius tribuunt, *Abb. consil. 94. sub num. 3. vers. sed his non obstantibus lib. 2. Alex. cons. 9. n. 9. in fin. lib. 5. Giurb. de success. feud. §. 1. gl. 14. num. 4. Giouagn. in puncto decimarum respons. 27. num. 22. & 25. lib. 2.* tam in petitorio, quàm in possessorio *Aluarot. in cap. 1. in princ. de controu. inuest. Rota decis. 204. num. 6. par. 7. recent.*

Cumque in pręsenti iudicio modernus Episcopus Curiensis non instet pro recuperatione bonorum ad fauorem Ecclesiæ, ac illi de
2 Haldestain non vocentur, † & rei conuenti vtantur inuestitura sibi ab Episcopo ex eodē capite deuolutionis concessa resultat ex indè eorum confessio, quæ in præiudicium confitentium probat narratam feudi deuolutionē

Bella-

Bellamer. decis. 268. *Seraph. decis.* 1296. *numer.*6. *Mantic.decis.*132. *num.*1. *Buratt.decis.*931. *num.*1.
3 necnon † Ecclesiæ Curiensis directum dominium, illud enim magni fecisse videntur recipiendo inuestituram ab Episcopo, eaq; vtendo, vt notat *Gratian.discept.*310.*num.* 44. *add. ad Put. decis.*333. *vers. & ratio lib.*1. *Rot.decis* 400. *nu.*11. *par.*1.*decis.*411. *sub nu.*2. *par.*3. *recent. & in Compostellana Parochialis* 10. *Februarij* 1645.§.*fin. corā R.P.D.meo Verospio*.
4 Imò † quia aduersariorum inuestitura ipsissimis concepta supponitur verbis, nec munita maiori solemnitate, illi, qui pariter laici sunt obijcere inuestituræ Zachariæ non possunt solemnitatis defectum, aut nullitatem ex qualitate laicali inuestiti incapaci iuris deci-
5 mandi sicut in simili dicimus,†quod obijcere non potest de viribus mandati,qui habet simile mandatum, *Gonz.super reg.*8.*Cancell. gloss.* 30. *num* 35. *Caputaq. decis.* 184.*num.*4. *par.*2. nec da-
6 re † de nullitate examinis, qui eodem modo suos testes examinauit, *Gonz.ib.gloss.*9.§.1.*in annot.contra null.& atten.n.*73. *Rota dec.*393. *nu.*5. & 17.*par.*1.*dec.*232. *sub n.*4.*vers.vt in simili p.* 4. *rec.*
Præter quod respectu incapacitatis duo ex
7 Dominis aduertebant † laicos non esse incapaces solius commoditatis, & emolumenti decimarum seiuncti à iure decimandi *Bald.cõsil.*274. *num.*1.*& seqq. lib.*5.*Bero.cons.*84.*num.*41. *& seqq.lib.*1. *Giouag.cons.*27. *num.*30.*lib.*2. *Rebuff. de Decim.quæst.*10. *num.*34. *Suarez.de relig. lib.* 1. *cap.*25. *num.*2. *Rota decis.*215. *num.*5. *par.*2. *diuers. decis.*545.*num.*2.*par.*4.*recent. & in Rauennaten. seu Ferrarien.decimarum* 25.*Februarij* 1647.§.*vnde nihil coram R.P.D. meo Cerro*, ad quam commoditatem videbatur restricta inuestitura Zacca-
8 riæ, † quia nullam mentionem facit iuris decimandi, sed vtitur verbis emolumentum, & commoditatem importantibus, ibi: *decimas, & prouentus possidere recipere, illisque frui, & gaudere, &c.* quæ verba non congruunt, nisi commoditati, & perceptioni fructuum decimæ, vt in puncto ponderat *Giouag. respons* 27. *sub num.* 30. *vers. tum, & quia lib.* 2. & quod plus est inuesti-
9 tura continet expressam declarationem, ac restrictionem ad id, quod Episcopus concedere potest,& debet,ibi: *quantũ de illis cõferre possumus, & debemus*, vndè apparet, quod Episcopus noluit cõcedere ius decimãdi,quod laicis cõcedi nõ potest, sed commoditatẽ dumdaxat, cuius concedendæ potestatẽ habebat, *Gratian. discept.* 238.*num.*28. *Giouag. d.respons.*27.*num.* 30. *Rot. in d.Rauennaten.seu Ferrarien.decimarũ* 26,*Iun.*1647. §.1. *& seq, coram R.P.D.meo Cerro*.
Adeò quod cũ vtrinque agatur inter Laicos simili modo inuestitos inspiciendum sit,
10 dumtaxat, † quæ inuestitura sit prior, quia illa præfertur posteriori ab eodem fonte emanatæ *Castr.cons.*142. *in fin.lib.*2. *Dec.cons.*193.*n.*3. *& cons.*390. *num.*2.*in fin.Ceph. cons.*367. *num.*1.*& seqq.Surd.cons.*5.*num.*55. *& cons.*573. *num.*24. *Peregr.cons.*19.*num.*24. *lib.*1.*Rot.coram san.mem.Gre-*
11 *gor.XV. decis.*105.*num.*19. Est autem† prior inuestitura Zacchariæ, idemque existebat in possessione feudi, antequam aduersarii inuestituram reportarent;vndè eo magis præferendus est iuxta *tex. in l.quoties C. rei vendic.* & in terminis inter duos inuestitos tradit *Bursatt. cons.*144. *num.*23. *Greg.XV. d.decis.*105. *num.* 19. *Rota in Farfen. Bonorum* 19. *Iunij* 1647. §. *sublata coram R.P.D. meo Royas*.

De qua priori possessione Zaccharię con-
12 stat, tum ex eo testibus datis in *Sum.num.*6.†tũ ex aduersariorum confessione, *Sum.ibid.num.*7. quæ superat omne genus probationis, *l. cum præcum Cod.liber.caus.l. cum te la seconda C.de transact. cap.per tuas de probat. Greg.XV. decis.* 143. *in*
13 *fin.Coccin.decis.*494. *num.*1.& eadem† prior possessio suffragatur Zachariæ pro obtinẽda manutentione in concursu possessionis posterioris aduersariorum, *Felin. in cap.licet causam n.*8. *& 9. de probat. Surd.cons* 168. *num.*16. *Rota decis.* 268. *num.*1.*coram San.mem. Greg. XV. decis.* 206. *num.*8. *par.*3. *recent.*

Non obstante decreto irritanti apposito in Extrauaganti Ambitiosè *de reb. Eccles.non alien.* aduersus concessiones rerum Ecclesiæ factas absque beneplacito Apostolico, de quo in ca-
14 su nostro non apparet, † quia beneplacitum non requiritur in rebus solitis infeudari, *Abb. in cap. vt super num.*11. *de reb.Eccles.non alienand. Curt. de feud.in prima par secundæ partis principalis quæst.*1. *Giouagn.* in terminis concessionis decimarum *respons.*27. *num.*27. *lib.* 2. *Rota decis.* 36. *num.*6. *par.*7. *recent.* ad quod solitum probandũ exhibitæ fuerunt inuestituræ aliàs factæ, quæ licet satis non essent, si ageretur in petitorio
15 contra Ecclesiam † operantur saltem, vt donec pleniùs de hoc solito cognoscatur dubitabile sit, an sit locus prædicto decreto irritanti, & propterea interim sit manutenẽdus Zaccharias possessor, *Seraph decis.*1471. *num.* 5. *Coccin.dec.*354.*n.*7. *&* 8. *Burat dec.s.*185.*n.*8. & magis in pũcto *Rota in Tolosana Territorij* 30. *Martij* 1648. §. *quare coram Reu. P.D. meo Otthobono*:
16 præsertim † contra priuatas personas pariter absq; Beneplacito Apostolico inuestitas, *Abb. in cap.*1. *num.*4. *vt lit.pend.Maresc.var.resol. lib.*1. *cap.*11.*num.*46. *Burat.decis.*222. *num.*9. & fuit dictum in *Montis Cassinen. Parochialis* 17. *Februarij anni currentis coram me*.

Ex quibus quicquid dicendum esset, si lis penderet cum Ecclesia instante sibi bona restitui, ideòque concessionis nullitatem allegante; Zachariæ bonum ius, & possessio manutenibilis visa fuit probata in concursu illorum de Salis, & Consortium ipsis per contradictas citatis, & solo Zaccharia informante.

R. P. D. BICHIO.

Pisaureñ Pensionis.

Mercurij 29. *Aprilis* 1648.

ARGVMENTVM.

Iudicium manutentionis post quam fuit terminatum ad fauorem possessoris nulla exaduerso interposita appellatione, si posteà coram eodem Iudice fuerit per separatum libellum, seù monitorium, ab alia parte introductum petitorium, eiusque causa per appellationem, à sententia desuper lata, sit deuoluta ad Iudicem, ad quem quæritur, vtrum licitum

tum sit possessori petere coram primo Iudice executionem mandati de manutenendo per eum relaxati absque vitio attentatorum; & affirmatiuè respondetur in contrarium adductis plenè satisfaciendo.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium petitorium adeò connexum dicitur cun possessorio, vt vtrumque sub vno, eodemq; Iudice cognosci debeat.*

2 *Iudicium proprietatis nihil commune habet cum iudicio possessionis, intellige procedere, vt ibidem.*

3 *Iudicium manutentionis super quasi possessione exigendi pensionem non potest inchoari coram A. C. postquam commissa fuit appellatio in Rota à decreto eiusdem A.C. lato in petitorio.*

4 *Iudicis possessorij executio peti potest, quamuis coram eodem Iudice ab alia parte fuerit introductum petitorium, eiusque causa sit deuoluta ad Iudicem, ad quem, per appellationem.*

5 *Appellatio à sententia lata in petitorio non suspendit executionem decreti in summariissimo possessorio obtenti.*

6 *Possessor etiam coram Iudice appellationis à sententia lata in petitorio potest petere ex integro manutentionem.*

7 *Clausula*, sine præiudicio, *præseruat iurisdictionem Iudicis à quo, & quomodo.*

8 *Appellatione non interposita, victus dicitur acquieuisse, & decretum approbasse.*

9 *Pendentia litis in petitorio, non impedit quominùs idem Iudex deuenire possit ad effectiuam manutentionem possessorij absque vitio attentatorum.*

10 *Appellatio à sententia lata in petitorio non impedit, quid idem Iudex deuenire possit ad executionem mandati per eum relaxati in possessorio.*

11 *Appellatio solùm præseruat rem in statu, quo erat ante sententiam.*

12 *Sententia lata super nullitate pensionis non est deueniendum ad executionem mandati de manutenendo prius relaxati, & quando secus. num. 13.*

13 *Iudicium petitorium, tanquam dignius præferendum est, iudicio possessorio.*

14 *Possessor non est priuandus sua possessione pendente appellatione super negotio principali.*

DECISIO CLXXVI.

PRIVS Abbas Frãciscus Tinctus præuio monitorio, vt solet, petijt, & obtinuit ab A.C. mãdatũ de manutenendo in quasi possessione exigẽdi annuam pensionẽ ducatorum 64. auri de Camera sibi authoritate Apostolica reseruatam super fructibus Ecclesiæ Parochialis sub inuocatione S. Soffiæ Terræ Gradariæ aduersus Iosephum Angelinum dictæ Ecclesię Plebanum, qui ab huiusmodi mandato non appellauit; deindè ab eodem Angelino fuit coram ipso A.C. motum notum iudicium super nullitate pensionis, & reportata sententia fauorabili reseruationem pensionis nullam esse declarans.

A qua interposita per Tinctum appellatione, quia ea pendente in Rota idem Tinctus redijt coram A.C. pro executione mandati de manutenendo, vt supra relaxati, ac declaratoriam decerni obtinuit contra Angelinum titularem, hic obstare pendentiam appellationis prætendens id omne tanquam attentatum reuocari petijt à me Iudice appellationis: ideò proposui hodie dubium an gesta coram A.C. post commissionem in actis præsentatam sint attentata, & negatiuè responsum fuit.

Nam si per appellationem pendeat in Rota
1 iudicium petitorium, cui adeò connexum dicitur possessorium, vt non possit coram diuerso Iudice vnius, vel alterius causa tractari, vt in verbis probat *text. in l. nulli vers. atq; aliud Cod. Iudic. cap.* 1. ibi tàm momenti, quàm proprietatis causam sub vno, eodemque Iudice debere cognosci *de caus. possess. & propr. vbi gloss. verb. momenti notat intelligi de momentanea possessione Barbos. ibidem num.* 4. *& in d. l. nulli num.* 8. *Menoch. de recuper. remed.* 15. *num.* 219. *vbi post Bero. in rub. extr. de Iudic. num.* 58. *ver non obstat*, secun-
2 cundo † explicando regulam desumptam *ex text. in l. naturaliter §. nihil commune, & l. permiscere ff. acq. poss.* nẽpè quod causa proprietatis nihil commune habet cum causa possessionis, ait illam procedere quoad cognitionem, non autem quoad causarum connexionem, *& in tract. de arbitr. cas.* 371. *num.* 3. *& seqq. cum alijs cumulatis à Modern. Hispano Baecensi de Iudic. to-*
3 *mo 2. lib. 1. tit. 2. disp. 2. per tot.* & in puncto † quod ob connexitatem possessorij cum petitorio inchoari non possit coram A.C. iudicium manutentionis in quasi possessione exigendi pẽsionem postquã commissa fuit in Rota appellatio à sententia, seu decreto eiusd. A.C. lato in petitorio fuit decisum *in Rom. seu Carthaginen. Pecuniaria* 19. *Nouẽb.* 1629. *corã b. m. Pirouano impress. apud Modern. de Manut. decis.* 666. *n.* 3. *&* 4.

4 Tamen quando, † vt in casu nostro post terminatum à Iudice nulla exaduerso interposita appellatione summariissimum possessoriũ, fuit coram eodem Iudice per separatum libellum, seu monitorium ab alia parte introductum petitorium, eiusque causa per appellationem à sentẽtia desuper lata deuoluta ad Iudicem ad quem; vtique licitum est possessori petere coram primo Iudice executionem decreti in summariissimo possessorio obtenti,
5 quia † illam appellatio à sententia lata in petitorio non suspendit *Lancellott. de attent. par.* 2. *cap.* 12. *limit.* 2. *num.* 18. *&* 19. & magis in terminis *Paris. cons.* 54. *num.* 21. *lib.* 3. *Gabr. de acq. poss. conclus.* 6. *num.* 11. *Vestr. in praxi lib.* 8. *cap.* 4. *num.* 4. *& ibi Grauat. num.* 35. *Grat. decis. Marchiæ* 132. *num.* 12. *aliyque relati à Moderno Perusino de manut. obseru.* 6. *num.* 31. *& seqq. & est tex. in cap. cum teneamur* 13. *vbi notant omnes de appellat.*

Neque exindè diuiditur continentia causa-
6 rum, † dum non negatur, quin possessor etiam coram Iudice appellationis à sententia lata in petitorio, petere ex integro possit manutentionem, & de ea Iudex cognoscere, nec inchoatur coram A. C. nouũ iudicium, sed seruata distinctione iudicii possessorij, & petitorij per separata monitoria à partibus moti, ac successiuas sententias à Iudice terminati, petitur corã Iudice, à quo executio decreti primo loco

loco lati in summarijssimo possessorio, à quo
appellatum non fuit, sicut in fortioribus ter-
minis peti posset si à dicto decreto appellatũ
fuisset, & appellatio admissa cum clausula, *si-*
7 *ne præiudicio*: † quo casu certum est, quod Iu-
dest appellationis potest principaliter de pos-
sessione, ac manutentione cognoscere, & ni-
hilominus absque vitio attentatorum proce-
ditur coram Iudice, à quo ad executionem
mandati de manutenendo per eum relaxati;
*Gonz. in annot. contra nullit. num. 224. & seqq. Lan-
cellott. de attent. par. 2. cap. 20. limit. 13. num. 2. Rota
decis. 609. num. 1. par. 2. recent. decis. 416. num. 2.
par. 5. Coccin. decis. 144. num. 7. add. ad Gregor. XV.
decis. 32. num. 4.* & fuit dictum *in Anconitana Do-
tis 3. Aprilis* 1609. *coram bon. mem. Card. Mellino
impress. apud Marches. de commiss. par. 2. fol. 57. &
in Vrbinaten. Iurispatronatus 3. Iuly* 1617. *coram
bon. mem. Archiepiscopo Seleucien.*

Quia nimirum non est suspensa Iurisdictio
Iudicis, à quo eoq; minus suspensa est; quan-
8 do nullo modo fuit appellatum; † cum imò
tunc victus dicatur acquieuisse, ac decretum
approbasse *l. ab eo C. quomod. & quan. Iudex Dec.
cons. 618. num. 2. ad med. Aym. cons. 108. num. 3. Ro-
tæ in Calaguritana Beneficij 7. Nouembris* 1646. *co-*
9 *ram* R. P. D. *meo Otthobono*. Et sicuti † penden-
tia litis in petitorio super nullitate pensionis
coram primo Iudice, non erat impedimento,
quominus idem Iudex ante latam sententiam
in petitorio ad effectiuam manutentionem
possessoris citra labem attentati deueniret,
Gratian. discept. 113. num. 28. Rot. *decis. 275. nu. 11.
& seqq. coram san. mem. Greg. XV. decis. 142 num. 2.
& 3. & decis. 163. num. 2. inter impress. apud modern.
de manuten. & in* Romana *Subcollectoriæ 17. Mar-*
10 *tij* 1645. *coram me*; ita nec † impedimento esse
potest appellatio à sententia per primum Iu-
11 dicem in petitorio lata; † cum solum præ-
seruet rem in statu, quo erat ante sententiam,
*l. vnica §. propter eandem ff. nil innouar. appellat. inter
pos. Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. in præfat. nu. 87.
& seqq. Monach. decis. Bononien. 30. nu. 29. & 30. Ro-
ta decis. 658. num. 2. par. 4. recent.* Præsertim quia
à sententia contra se lata in petitorio appella-
uit possessor, quem verisimile non est voluisse
per appellationem huiusmodi suspendere de-
cretum manutentionis, quod fauorabile in
iudicio separato prius reportauerat.

Non obstat, quod iniustè deuentum fuerit
12 ad executionẽ mandati de manutenendo post-
quam lata fuerat sententia super nullitate pẽ-
sionis, vt in terminis tradit *Alex. cons.* 118. *sub
num. 11. vers. & attento*, vbi dicit rationem, quia
13 debet præferri causa petitorij tãquam dignior
lib. 2. nam obiectum procederet nisi sententia
esset suspensa per appellationem, ea namque
14 pendente possessor non est sua possessione pri-
uandus *Rot. decis. 275. num. 13. coram sanct. mem.
Greg. XV. cum alijs allegatis por modernum Perusi-
num de Manuten. obseruat. 8. num. 37. & 40.*

Et ita decisum informante solum Abbate
Francisco Tincto, quia pars aduersa, licet
pluries insteterit pro huius dubij propositio-
ne, mutato proposito, noluit informare, etiam
pensionarij citationibus lacessita.

R. P. D. M E L T I O.

Postea Episcopo PAPIEN.

Romana Vineæ.

Mercurij 29. Aprilis 1648.

A R G V M E N T V M.

Venditione facta cum reseruatione dominij, & facultate capiendi possessionem propria auctoritate, potest venditor, cui fructus vel pretium non fuit integre solutum petere associationem ad ipsam rem venditam etiam contra tertium possessorem.

S V M M A R I V M.

1 *Appellatio deserta perindè est, ac si non fuisset interposita.*
2 *Executio dicitur fructus rei iudicatæ.*
3 *Validitas resultat ex reuolutione processus.*
4 *Associatio competit venditori ratione reseruationis dominij.*
5 *Facultas capiendi possessionem propria auctoritate associandi tribuit potestatem.*
6 *Reseruatio dominij operatur vt res auferri possit à quocumque possessore etiam tertio.*
7 *Relationi tertij periti standum est donec contrarium probetur.*
8 *Periti relatio à partibus producta censetur approbata.*
9 *Exceptio non implementi non obicitur venditori, cui non fuit solutum integrum pretium.*
Inuestire non tenetur venditor cui non fuit solutum integrum pretium, vel non adimpletum Instrumentum num. 9.
10 *qui non facit quod debet, non recipit quod oportet.*
Implementum non petit, qui pretium non soluit numero 9. & 10.
11 *per Mandatum relaxatum ad effectum deponendi dicitur consultum vtrique parti.*
12 *Dominium per reseruationem remanet penes venditorem.*

D E C I S I O C L X X V I I.

CHRISTOPHORVS Prouanus de anno 1607. vendidit vineam, de qua agitur Lucretiæ Mochæ pretio scut. sex millium soluẽdorum certis statutis temporibus, & casu quo pretium non solueretur ad præfixa tempora, fuit inter partes conuentum, vt loco affictuũ, & fructuum recompensatiuorum soluerentur scuta sex pro quolibet centenario, & anno, vt Summ. Franciscæ Paganæ num. 1. Verum quia d. Christophorus noluit habere fidem de pretio reseruauit sibi dominium, & possessionem super d. Vinea, ita quod non censeretur illud translatum in emptricem, nec ab ipso aliqua possessio auocata, nisi prius fuisset illi integre satisfactum de pretio, & fructibus recõpensatiuis, cui obligationi Lucretiæ accessit vti principalis, & insolidum Franciscus Barrus eodem Summ. num. 1. Cum autem diuersis temporibus factæ fuerint nonnullæ solutiones ad computum tam pretij Vineæ, quam fructuum

ctuum recompensatiuorum, eorum occasione orta fuit controuersia inter partes, inter quas fuit deuentum ad electionem primi, & secundi Periti, qui in eorum relationibus discordes valdè fuerunt; postea tertius Iudicis officio fuit electus, qui sub die 24. Augusti 1624. retulit per acta Columnæ Notarij A.C. Lucretiam emptricem, & Franciscum fideiussorem remanere debitores pro pretio eiusdem Vineæ, & fructibus recompensatiuis Christophori Prouani in scutis 6413. 80. d. Sum.nu.4. qui deinde pro tali summa obtinuit relaxari mandatum exequtiuum tam contra Lucretiam, quam contra bona hæreditaria eiusdem Francisci de anno 1644. sub die 16. Februarij Francisca Pagana filia, & hæres Iosephi viri Marthæ, quæ fuit filia d. Christophori, & Annæ Ferinaldæ coniugum, citatis Dorothea, & Francisca de Mochis hæredibus q; Lucretiæ Mochæ emptricis, & Anna Catharina de Barris hærede Francisci Barri fideiussoris, ac alijs diuersis emptoribus eiusdem Vineæ continuauit iudicium pro consecutione pretij Vineæ, & fructuum recompensatiuorum, & instetit associari ad possessionem illius vigore reseruationis dominij, & possessionis; & seruatis seruandis sub die dicta obtinuit mandatum de associando d. Summ.num.6. à quo licet emptores appellauerint, qui a tamen postea non curarunt per biennium, & vltra acta prioris, instantiæ transportare, nec d. appellationem prosequi, ideo ex parte dictæ Franciscæ Paganæ expedita commissione executoriali etiam super re iudicata, illaq; mihi directa, dubitaui sub hac die. An constet de re iudicata, vel potius de causis restitutionis in integrum, & quoad primam partem affirmatiuè, quod vero ad secundam partem negatiuè fuit per Dominos responsum.

Appellatio enim isto casu dicitur deserta, &
1 sic † perinde est, ac si non fuisset interposita *cap. cum Romana extra de appellat. Clem si appellationem eod tit. lib. 2. l. fin. & auth. ei qui C. de tempor. & reparat. appellat. Vestr. in prax. lib. 1. cap. 5. nu. 2. Scac. de appellat. q. 15. art. 8. num. 159. Ofasch. decis. 28. nu. 4 Rot. decis. 7. de appellat. in nou. & in recent. decis. 476. num. 1. & 548. par. 4. tom. 3. in Bonon. dotis, seu pecuniaria 26. Martij 1645. coram Reuerendiss. D. meo Decano, in Tirasonen. vnionis 26. Iunij eiusdem anni coram R. P. D. meo Cerro*; Imo factus fuit locus
2 executioni, † cum dicatur fructus rei iudicatæ *l. final. C. de execut. rei iudicat. cap. consultatione de re, iudicat. Rot. dec. 594. par. 2. recent. & in Calaguritana Beneficij de Oten. 7. Nouemb. 1646. coram R. P. D. meo Otthobon.*

De validitate dicti Decreti non est ambigendum, cum illa resultet ex reuolutione acto-
3 rum processus, † in quo apparet de tribus requisitis *iuxt. decision. Caputaq; decisione. 260. part. 2.*

Iustitia est etiam patens, qua d. Christophorus in instrumento confecto super venditione Vineæ sibi reseruauit illius dominium vsq; ad integram satisfactionem pretij, & fructuum recompensatiuorum cum facultate ingrediendi possessionem propria auctoritate in casum defectus solutionis d. Summ. num. 1. Vnde cum de tali solutione non fuerit doctum, d. associatio competijt Franciscæ nepti ex Marta filia, & hærede Christophori venditoris tam
4 respectu † d. reseruationis dominij *l. si eius, ff. de ser. asportand. Bald. in l. Titius in princ. & in addit. ff. eod. Azor. in summa. C. de pact. inter empt. & vendit. num. 7. Faber. in §. venditæ instit. tit. de rer. diuis. Cyn. in l. 3. vers. secundo quæritur, C. de pignor Neguſ. eod. tit. par. 5. memb. 2. num. 18. vers. & etiam fuit, Neuiz. cons. 82. num. 15. Surd. decis. 305. nu. 39. & 40. Buratt. decis. 387. num. 5. Duran. decis. 49. num. 7. in Lauretana prædij 16. February 1633. coram Eminentissimo D. Cardinali Panzirolo, & in recent. decis. 199. nu. 5. par. 7. in Romana Saluiani 2. Iunij 1635. & 14. Maij 1636. coram bon. mem. Pirouano, & in Lauretana domus 14. Decembris 1643. coram Reuerendiss. D. meo*
5 *Bichio*; Quam ex dicta facultate reseruata † ingrediendi possessionem propria auctoritate *text. in l. 3. ibiq. glos. verb. non videntur, C. de pignor. ibiq. DD. communiter, Menoch. de adipiscen. remed. 5. num. 140. Buratt. decis. 179. num. 3. & seqq. & decis. 883. num. 1. in Bonon. de Gozadinis 24. May 1617. coram Remboldo, Reatina iuris redimendi 27. Maij 1624 coram Merlino, §. & nihilominus Bisuntina census 27. Nouemb. 1645. coram R. P. D. meo Corrado §. & in proposito*; quæ dominij reseruatio postea in vē-
6 ditione rei suæ operatur, † vt illa possit auferri à quocumque possessore, & successore, ac etiam exerceri contra tertium *Bald. in l. si Titius in princ. & in addit. ff. de seru. asportand. Fabr. in §. venditæ instit de rer. diuis. & in l. licet vbi Bart. & alij, C. qui potior. habeant. Neguſ. de pignor. par. 5. membr. 2. num. 18. colum. 6. ad med. vers. & etiam facit, Azor. in summar. numer. 7. C. de pact. inter empt. & vend. Grat. discept. for. capit. 523. numer. 16. & cap. 730. num. 1. & in Romana Vineæ 4. Iuny 1635. coram bon. mem. Pirouano.*

In præsenti vero casu Dorothea, & alij possessores vineæ, de qua agitur non solum non docuerunt de solutione pretij, & fructuum, quinimo, vt supra dicebatur ex relatione per extensum data Sergij Venturæ tertij Periti à Iudice de partiū consensu electi constat, quod remanebant debitores de mense Augusti 1624.
7 in scut. 6413. 80. d. Summ. num. 4. † cui relationi donec contrarium probetur est standū ad *text. in l. 3. C. finium reg. c. proposuisti, vbi Abb. num. 4. & Felyn. num. 6. de probat. Bart. in l. instar. numer. 10. C. de iur. Fisc. Angel. in l. aduersus, C. de vsu & vsufruct. legat. Rot. decis. 49. num. 1. coram Papa Gregor. XV. & in recent. decis. 542. num. 2. par. 6. & in Romana supplementi legitimæ 6. Iuly 1646. §. nec dubitari potest coram R. P. D. meo Cerro*, maximè cū talis relatio fuerit producta ab eadem Dorothea, & Consortibus, vt apparet ex eodem
8 Summ. num. 4. † quæ ideo censetur ab ipsis approbata *Bart. in l. post. legatum 3. num. 4. ff. de his quibus, vt indign. Bald. in l. scriptura 14. num. 2. C. de fid. instr. Menoch. præsumpt. 45. nu. 1. lib. 2. Ruin. cons. 163. nu. 4. lib. 5. Rot. decis. 234. nu. 5. coram Greg. XV.* itaut illam amplius impugnare nequeant *cap. cum. venerabilis, vbi DD. de except. Fælin. in capit. imputare num. 7. de fid. instr. Grat. discept. for. cap. 767. num. 54. Rimin. iun. cons. 78. num. 44. Rot. decis. 238. num. 54. coram eod. Papa Gregor. & in recent. decis. 419. num. 5. par. 1.*

par. 1. & in Meleuitana Canonicatus 12. Nouembris 1647. coram R.P.D. meo Otthobono.

Non obstat, quod Christophorus non inuestiuerit pecunias habitas prout tenebatur ex conuentione inita in d. Instrumento venditionis, quia cum illi persolutum non fuerit inte-
9 grum pretium, † exceptio non adimplementi obijci non potest, neq; Christophorus tenebatur inuestire, dum Lucretia, siue ab ea causam habentes adimplenda non adimpleuerunt *l. Iulianus, §. offerri, ff. de act. empt. & ibi Bart. l. quaero, §. interlocutorem, ff. locat. Surd. cons. 52. num. 3. & cons. 363. num. 1. Rot. decis. 192. num. 12. & 13. pa. 5. rec. & in Romana grani 13. Nouembris 1641. & 11. Maij 1643. coram R.P.D. meo Cerro*, & qui non facit
10 quod debet † non recipit quod oportet, nec petere potest implementum sibi debitum *gloss. in l. si non fuerit, ff. de iur. iur. l. si in emptoriè, §. item si emptor. ff. de contrahen. empt. Bald. in auth. dos data, C. de donat. ante nupt. Menoch. cons. 1. num. 364. Surd. cons. 52. nu. 33. vbi alij DD. allegant. & cons. 563. numer. 2. Rota d. decis. 192. num. 12. & seqq.* & pro cautione possidentium Vineam de qua agitur, qui nunc conueniuntur, sufficit, quod Francisca Pagana offeret separatam facere depositum in Instrumento venditionis d. Vineae concordatum, cum remaneat creditrix in summa scutorum 12. millium.

Molestiae, quae praetenduntur posse inferri per Annam Ferinaldam vxorem d. Christophori venditoris, & per consequens Auiam d. Franciscae Paganae nunc agentis, pro recuperatione suae dotis scut. 3000. allegari non meretur quia eadem Anna per Apocam priuatam declarauit, & promisit amplius non molestare Dorotheam, & Consortes pro suo dotali credito dummodo pretium Vineae, & fructus decursi d. D. Franciscae suae nepti soluerentur eius *Summ. num. 8.* & in hac parte cessat omnis haesitatio, dum indemnitati eiusdem Annae fuit consultum per A.C. qui concessit mandatum de associando ad effectum subhastandi Vineam praefatam, & pretium deponendi in Mõte Pietatis, illudque consignandi cui vel qui-
11 bus de iure *d. Summ. num. 6.* † Vnde per tale decretum consultum fuit tam praetensioni Annae, quam obiectioni appositae per Dorotheã, & Consortes *Caual. decis. 312. num. 4. §. ad allegata vers. vnde, & in Romana pecuniaria 14. Maij 1646. coram me, §. fin.* Cessat pariter exceptio spolij, vt asseritur commissi per Christophorum dum ipse in instrumento venditionis supra relato reseruauit sibi dominium Vineae, & facultatẽ capiendi possessionem propria auctoritate quatenus Lucretia non solueret pretium, & fru-
12 ctus conuentos, † per quam reseruationem remansit dominium apud ipsum venditorem, & ita excluditur quodcumq; praetensum spolium *l. si eius, ff. de seru. asportan. Bald. in l. creditores num. 18. C. de pignor. Ctriac. controu. 164. nu. 8. & controu. 425. num. 60. Grat. discept. for. cap. 175. numer. 9. Surd. decis. 157. num. 3. Rota in d. Lauretana domus coram R.P.D. meo Bichio.*

Et ita Francisca Pagana tantum informante fuit resolutum &c.

REVERENDISS. P. D. CERRO
Sacrae Rotae DECANO.

Romana Palatij.

Lunae 4. Maij 1648.

ARGVMENTVM.

Attentata licèt regulariter non dicantur illa, quae fuerunt facta consecutiuè ad actum gestum ante litem motam, tamen secùs esse firmatur quando inter vnum, & alterum actum intercesserit inhibitio specialis, quae siuè iusta, siuè iniusta, semper est timenda, quia ad effectum causandi attentata non requiritur bonum ius actoris, sed attenditur quid ab eo petitum, & in iudicio deductum fuit.

SVMMARIVM.

1 *Attentata dicuntur omnia gesta post Iudicis inhibitionem.*
2 *Attentata dicuntur, quae fuerunt gesta lite pendente.*
3 *Attentata non dicuntur ea, quae sunt consecutiua ad actum gestum, vel ante motam litem, vel ante inhibitionem, & quando secùs num. 4.*
5 *Inhibitio reddit illicitum, quòd aliàs licitum esset.*
6 *Attentata dicitur declaratio facta à Procuratore in executionem mandati facti ante inhibitionem, & quare.*
7 *Actus debent attendi tempore quo robur sortiuntur.*
8 *Obligatio non producitur in illo, cum quo debet actus celebrari, ex quo confecerit mandatum procurae & illud fuerit à Procuratore acceptatum, sed quid requiratur.*
9 *Effectus subsecutus attendendus est, non autem factum preambulum.*
10 *Attentasse non dicitur ille, qui lite pendente disposuit de re quae sibi competere iudicatum fuit, & quando secùs num. 11.*
12 *ad Litis subsistentiam non requiritur bonum ius actoris & quid sufficiat num. 13.*
14 *Inhibitio siue iusta, siuè iniusta semper est timenda.*
15 *Attentare dicitur ille, qui lite pendente, aliud iudicium super eadem re coram alio Iudice introducit.*
16 *Lite pendente super proprietate domus, efficiuntur etiam litigiosae illius pensiones.*
17 *Lite pendente super proprietate domus, non potest nouum iudicium institui super eius pensionibus coram diuerso Iudice citra vitium attentatorum.*
18 *Clausulae*, quam & quas inciden, & dependen *comprahendunt causas motas & mouendas super eadem re, & circa idem negocium.*
19 *Clausula*, sine praeiudicio &c. *praeseruat Iurisdictionem Iudicis à quo vsque ad perfectam & legitimam executionem.*
20 *Inhibitionem à Iudice potest quis implorare, etiam ante factum, si timet ex facto alterius posse grauari.*

DECISIO CLXXVIII.

DOMINVS Tiberius Ceulus Dominos de Aquauiua, Domini verò de Aquauiua D. Ceulum attentasse contendebant, Vnde proposito dubio, An constet de attentatis hinc inde,

de, quæ sint reuocanda, & concedenda Inhibitio, resolutum fuit constare de attentatis pro parte Dominorum de Aquauiua tantum, & conceden̄ Inhibitionem.

Attentatam enim primo loco dixerunt Domini fuisse declarationem factam ad fauorem eorumdem Dominorum de Aquauiua sub die 19. Octobris 1645. per Camillum Lilium vti Procuratorem D. Ducis de Atriæ de, & super fideicommisso, & hæreditate q. Ceciliæ Vrsinæ, ac cessione ratæ Palatij, de quo agitur scutis 12. mil. Quia facta fuit nedum post iudicialem denunciationem, ac inhibitionem præuia citatione sub die 18. Septembris eiusdem anni ad instantiam D. Ceuli contra d. Procuratorem coram A.C. excepta, ne auderet aliquid innouare super eodem Palatio nisi ipso legitimè citato eius *Sum. num. 3.* sed etiam postquam eidem D. Ceulus causam introduxerat coram eodem A.C. sub die scilicet 26. eiusdē mensis Septembris per transmissionem, & reproductionem Monitorij tum aduersus eumdem Procuratorem, quà D. Octauium de Aquauiua in & super quieta, & specifica possessione totius integri Palatij, omniumque eius membrorum *d. Summ. nu. 4.* Hinc enim decreta per A.C. inhibitione iuxta formam prędictæ citationis, & huiusmodi lite pendente abstinere debebat Lilius ab vlteriori declara-

1 tione, † & consequenter dum his omnibus spretis illam perfecit à vitio attentatorum excusari non valet, vt punctualiter de gestis post

2 similem Inhibitionem A.C. dixit *Rota coram bo. me. Buratto dec. 902. num. 1. & in Ianuen. fructuū Dotis 29. Ianuarij 1646. §. His tamen coram me*, & de gestis lite pendēte probant *textus clari in rub. & tot tit. ff. & C. vt lit. penden. Lancellott. de attent. litt. penden. part. 2. in præfat. num. 296. & seqq.*

3 Nec obstat † quod dicta declaratio facta fuerit in exequutionem mandati Procurę facti ante inhibitionem, & litis pendentiam, & proinde tanquam consecutiua ad actum gestum ante motam litem non dicatur attentata *ex deductis in Fanen. Tutelæ 21. Februarij 1622. coram bon. memoriæ Merlino in recen. decis. 426. num. 6. p. 5. & in alijs.*

4 Fuit enim responsum † hoc non procedere quando prout hic, inter vnum, & alterum actum intercessit Inhibitio specialis, tunc enim huiusmodi Inhibitio superueniens operatur vt actus factus post illius denūciationem dicatur attentatus, licet esset consequutiuus ad precedentem non attentatum, vt benè ad propositum distinguendo *firmat Lancellot. vbi supra p. 2. cap. 4. limit. 5. num. 10. vers. hæc autem limita, & cap. 12. limit. 40. num. 14.* eudemque sequuta fuit *Rota in Ianuen. Pecuniaria, seu Attentatorum 22. Aprilis 1641. coram Reuerendiss. D. meo Decano §. non obstat quod præfati actus, & in Bononien. Pecuniaria, seu Attentatorum 28. Aprilis 1645. coram R.P.D. meo Bichio §. si quidem mandatum*; Regu-

5 lare † enim est Inhibitionem illicitum reddere; quoad alias licitum esset *Lancell. d. limit. 40. d. num. 14. & cap. 20. ampl. 20. per tot.*

6 Vltra quod prefata declaratio non potest dici actus consecutiuus, sed penitùs principalis, & primarius, quia mandatum Procurę est potiùs preparatorium ad actum, quam actus perfectus, & mandans nihil facit, sed dat facultatem faciendi, itaut donec per Procuratorem perficiatur sit in facultate mandantis recedere a mandato, cum tunc solum actus perfectus dicatur, suamque perfectionem recipiat, quādo per Procuratorem executioni demandatur

7 & in esse deducitur. † Regulariter enim actus debent attendi tempore, quo robur sortiuntur *ex Theoric. Bald. in l. Tutoribus num. 2. ff. de testam. tutel.* quem sequitur *Rota decis. 614. num. 53. par. 8*

8 *recent* Ideoque in simili:† videmus solam animi mandantis destinationem etiam à Procuratore acceptatam non producere obligationē in illo, cum quo debet actus celebrari, *vt ex notat. in l. non solum §. si mandato meo ff. de iniur. tradit ad propositum Anchar. cons. 28. num. 3. ubi in*

9 *uers. quando autem* dicit † quod semper attenditur finis quandocumque, Vnum procedit ab altero tanquam preambulo, quia secutus inspici debet, non autem factum preambulum.

Minus obstat quod in decisione huius causę coram me sub die tertia Decembris 1646. su-

10 per manutentione † dictum fuerit possessionē D. Ceuli restrictam esse ad ratam scut. 27876. & proinde altera rata scutorum 12000. in declaratione contenta tamquam proueniens ex fideicommisso, & hæreditate Ceciliæ sit propria eorumdem DD. de Aquauiua, & consequenter etiam lite pendente illis cædi potuerit tamquam illius Cohæredibus absque vitio attatorum, ex congestis *per Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsump. 129. num. 10.*

11 Placuit enim responsio † quod ad effectum dignoscendi quodveniat in lite non attenditur quid verè ad actorem spectet, sed quid ab eo

12 petitum, & in iudicio deductum fuit, † cum ad litis subsistentiam nō requiratur bonū Ius

13 litigatoris *Card. Put. decis. 80. num. 3. lib. 3.*, sed sufficit illam de facto verificari *Franch. in cap. 1. num. 5. vt lit. pend. in 6. ibique Gemin. pariter nu. 5. in fin. Rota in Conchen. Archipresbyteratus 16. Decembris 1588. coram Platto.* Vnde cum D. Ceulus coram A.C. litem introduxit, & hodie in Rota sustinet super toto Palatio, ac ad istum effectum præcedenter inhiberi curauit præfato Procuratori ne super illo aliquid innouaret, parum refert, quod in dicta Decisione dicatur illius possessionem esse restrictam ad dictam ratam, & super ea dumtaxat illi conceden̄ esse manutentionem, cum totum, & integrum Palatium fuerit in litem deductum, & effectū litigiosum; multoque minus substineri potest dicta cessio tanquam facta cohæredibus, quia præter quod adhuc non constat de prætenso fideicommisso Ceciliæ, & vocatione DD. de Aquauiua, *vt in eadem decisione firmatur §. eoque minus* dum ad effectum illam impediendi præ-

14 dictus Procurator fuerat inhibitus, † inhibitio siue iusta siue iniusta erat timenda. *Put. decis. 385. lib. 2. in correct. Caputaq. decis. 93. per tot p. 2 Rota decis. 214. num. 2. & 3. par. 5. recent.* Et causat attentata ex plenè deductis *in Cæsaraugustana Distributionum, seu attentatorum 17. Februarij 1645. & in Bononien. Attentarum 18. Iunij 1646. coram me.*

Prout

Prout & secundo loco Domini æstimarunt esse attentatum quicquid actum fuit an. 1647. in Curia Eminentissimi D. Card. Vicarii inter eosdem DD. de Aquauiua, & D. Ducem Atriæ occasione pensionum huius Palatii pro supradicta rata scutorum 2000. Quia dũ super hac eadem met rata Palatij iam coram me lis introducta fuerat tam vigore commissionis iactationis, & iactationum obtentæ per eosdem DD. de Aquauiua, ad cuius formam vlterius
15 emanauit inhibitio, † quam etiam vigore Commissionis appellationis interpositæ per D. Ceulum eius *Summ. num. 9. 13. & 17.* Non potuerunt aliud Iudicium super eadem re coram alio Iudice introducere, & mandatum obtinere circa vitium attentatorum *cap. 1. de appellat. l. sciendum ff. de appell. recipien. & l. 1. in fin. ff. ad S.C. Turpil. Card. Caual. decis. 558. num. 2. & 3. cum aliis in Piscien. Cappellæ 14. Febr. 1628. coram bon. mem. Merlino in recent. decis. 148. num. 7. par. 5. & nuperrimè in Romana fideicom. seu Attentatorum 11. Febr. 1647. coram R. P. D. meo Arguelles §. si quidem.*

Nec releuat quod lis in Rota non pendeat super pensionibus debitis ab hæreditate Cardinalis Aquauiuæ, quodque in iudicio coram Eminentiss. D. Card. Vicario actum non fuerit contra D. Ceulum, sed contra D. Ducem Atriæ
16 ipsorum fratrem, † Quia dum pendet super existentia fideicommissi, & super integro Palatio inter omnes fratres de Aquauiua, & Ceulum, pensiones veniunt tamquam accessoriæ ad fideicommissum & Palatium, *vt per Cassad. decis. 9. num. 3. de caus. poss. & propr. Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. lim. 2. num. 17. Rota in Calaguritana Beneficij 19. Aprilis 1613. coram bo. me. Card. Sa-*
17 *crato.* Et consequenter † citra vitium attentatorum non potuit inter ipsos nouum iudiciũ institui super dictis pensionibus coram diuerso Iudice *Butr. in cap. cum M. num. 51. de Constit. Lancell. de attent. d. limit. 2. num. 52. & seqq. Gabr. de Indic. concl. 1. num. 6. Mandos. de Inhib. quæst. 121. n. 2. Rota decis. 148. num. 7. par. 5. recent. & decis. 91. n. 20. par. 6. in Leodien. Attentatorum 24. Febr. 1644. coram R. P. D. meo Bichio, ac in Taurinen. Parochialis 13. Nouembris 1647. coram R. P. D. meo Celso.* Ac-
18 cedentibus præsertim † clausulis *quam & quas incidentibus, & dependentibus* in commissionibus geminatis, quæ nedum comprehendunt causas motas, *Rota decis. 34. de rescript. in non. Seraph. decis. 644. num. 3.* Verum etiam mouendas super eadem re, & circa idem negocium *Cæs. de Graff. decis. 2. num. 4. & 5. de rescript. Buratt. decis. 226. num. 6. vers. & vti concepta, & decis. 405. num. 1. & seqq. cum alijs in allegata Cæsaraugustana Distributionum, seu Attentatorum §. Quod eo fortius coram me, & in d. Romana fideicommissi, seu Attentatorum coram R. P. D. meo Arguellio §. & maximè.*

Pro parte vero D. Ceuli non constare de attentatis responsum fuit quia deputatio Economi ad effectum exigendi pensiones eiusdem Palatij pro rata scutorum 27876. pro qua ipse coram A.C. manutentionem obtinuerat, licitè fieri potuit ex quo ab hac manutentione cõmissa fuerat appellatio cum clausula *sine præiudicio mandati de manutenendo* eius *Summ.*
19 *num. 16.* † Huiusmodi enim clausula præseruat iurisdictionem Iudicis à quo vsque ad perfectam legitimam executionem *Lancell. de attent. post Inhib. par. 2. cap. 20. num. 2. Marches. de Comm. appell. ab execut. oblig. Camer. §. 1. num. 155. fol. 707. & dixit Rota in Anconitana Dotis coram bo. me. Card. Mellino penes eundem Marches. par. 2. num. 2. fol. 57. coram sanct. mem. Greg. decis. 252. num. 1. ibique Add. num. 4. coram bon. mem. Buratt. decis. 641. num. 18. in rec. decis. 8. num. 1. & 13. par. 6. & in Ianuen. Pecuniaria, seu Attentatorum 24. Ianuarij 1642. coram Reuerendiss. D. meo Decano §. non obstat.*

Et ita resolutum fuit constare de attentatis pro parte DD. de Aquauiua tantum, eisdemque esse inhibeñ, ne in posterum super præmis-
20 sis aliquid innouent, quia vbi quis timet ex facto alterius grauari potest ante factũ implorare Iudicis officium, vt inhibeat iuxta dispositionem *text. in l. 3. qui bon. ced. poss. vbi Bald. n. 3 & alij quos refert & sequitur Molin. de Primog. lib. 1. cap. 15. num. 11.* Vtraque &c.

R. P. D. BICHIO.

Romana Domus.

Lunæ 4. Maij 1648.

ARGVMENTVM.

Immissio, quæ conceditur hæredi vbi docet de Testamento non abolito, & bonorum identitatem iustificat, eidem denegatur quoties reus conuentus habet legitimum titulum, itaut dicatur licitus cõtradictor, contra quem ordinariè, non autem executiuè proceditur. Vsufructu mulieri relicto alijsque hæredibus institutis an mulier simplex vsufructuaria, vel etiam proprietaria dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Hæres qui docet de Testamento claro, & abolito, ac de identitate bonorum immissionem obtinere debet.*

2 *Immissio super bonis venditis, pro satisfaciendo ære alieno Testatoris denegatur hæredi.*

Præceptum vendendi Testatoris operatur, ac si ipse vendidisset. num. 2.

3 *Possessor habens titulum à defuncto dicitur legitimus contradictor aduersus hæredem petentem immissionem. Limita, vt num. 4.*

Iudicio ordinario, non executiuo immissionis agitur contra legitimum contradictorem. num. 3.

4 *Immissionis iudicium dicitur executiuum. num. 3.*

Possessoris titulus nullus incontinenti detectus non facit quem contradictorem legitimum.

5 *Prohibitio alienationis intelligitur de voluntaria.*

6 *Hæres vsufructuarius non potest vendere.*

7 *Alienandi permissio in certum casum facta in cæteris censetur denegata.*

8 *Proprietarius quando statim dicatur vocatus, itaut non sit expectanda mors vsufructuarij. & num. 9.*

10 *Vxor instituta in vsufructu an tantũ vsufructuaria vel etiam proprietaria eius vita durante dicatur, & supra. num. 8. & 9.*

11 *Curator uendere non nisi cum interuentu minoris vbi ille est proximus pubertati.*

12 *Cu-*

12 *Curator vendere non potest sine solemnitatibus etiã quod venditio sit necessaria.*
13 *Venditio facta non seruata forma præcepti Testatoris est ipso iure nulla.*
14 *Verbum* extinguere, *quid importet.*
15 *per Accollationem non sequitur extinctio à Testatore considerata.*
16 *Executori Testamentario regulariter vendi non potest.*
17 *Creditum verum, & liquidum requiritur ad effectũ retentionis.*

DECISIO C.LXXIX.

HAERES, quia est ex Testamento Adriani Sellori, Carolus Adrianus in domum hæreditariam hodie possessam à D. Horatio Magalotto petijt immissionem, & concedendam
1 esse Dñi censuerunt, † quia docuit de Testamento non abolito, aut cancellato de obitu Testatoris, necnon Bernardinæ hæredis vsufructuariæ, ac de identitate domus, quæ sunt extrema interdicti adipiscendæ, *ex remed. l.fin. C. edict. Diu. Adr. toll.* hæredi scripto competente, *Menoch. de adipisc. remed.4. num.199. Rot. decis.206. num.1. coram san.mem.Greg.XV. decis.35. num.20. & seqq. part.1. recent.*

Non obstat, quod Magalottus habeat causam à Petro Paulo Lancellotto cui Bernardina Testatoris hæres vsufructuaria domũ vendidit pro soluendo ære alieno ipsius Testatoris, qui in hanc causam vendi præceperat, ideòque titulus huiusmodi repellat hæredem
2 non secus, ac si ipse Testator vendidisset, † cum idem operetur dictum eius præceptum, *l. si hæres Testamento, ff. act. empt. Abb. in cap. in causis num.5. de elect. Grat. discept.416. num.2. Tiraquell. de leg. connub. gloss.8. num.184. Rot. decis.446. nu.1. part.1. recent.* vel saltem possessor vti habens titulum à defuncto sit legitimus contradictor,
3 itaut † iudicio ordinario non autem executiuo immissionis debeat conueniri, *Menoch. de adipisc. remed. 4. num.610. Rot. decis.127. num.3. & 4. part.7. recent. cum alys allegatis* per *Modern. Bononien. de legit. contrad. q.7. art.1. nu.30. & seqq.*

Quia obiectum procederet, si Testatoris præceptum fuisset adimpletum, vel alias de validitate tituli posset dubitari, sed vbi, vt in casu nostro titulus possessoris nullus inconti-
4 nenti detegitur † legitimum contradictorem non facit hæredique ius, aut interdicti beneficium non adimit, *Roland. cons.48. num.12. lib.1. Afflict. decis.374. num.7. Seraph. decis.256. num.1. Rot. decis.755. nu.5. part.2. recent. decis.45. nu.14. part.5. decis.261. num.13. part.7. decis.430. nu.11. coram Reuerendiss. Vrgellen. & in Bononien. fideicommissi de Rubeis 16. Marty prox. præt. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Detegitur inquam nullus titulus præfatæ venditionis factæ à Bernardina. Primò ex defectu potestatis, siquidem præceptum Testatoris, ac potestas vendendi dirigitur solum ad nepotes hæredes proprietarios, ibi: *Voglio, che li miei heredi siano obligati ad estinguere i detti debiti con detta casa vendendola, ò impegnandola, &c.* nec repugnant verba multo infra adiecta, ibi: *Non voglio, che loro* (hoc est nepotes hæredes) *à verun modo siano Padroni, ne possino disporre di quello, che gli lascio sino che siano arriuati all'età di 20. anni,* quia intelliguntur de dispositione voluntaria,
5 nec † includunt alienationem in casu supra permisso à Testatòre pro soluendo ipsius ære alieno, *Bellon. Iun. consil.36. numer.10. & 2. seqq. Surd. decis.254. num.6.* Igitur Bernardina, quæ vt infra dicam fuit solum hæres vsufructuaria
6 nullatenus vendere potuit, † siue attendatur præceptum Testatoris; siue iuris communis dispositio, iuxtà *Text. in l.1. §. usufructuarius, ff. nou. oper. nunc. Paris. cons.71. num.3. lib.2. Castill. de usufr. cap.20. num.12. & seqq. Grat. discept.636. num.13. Giurb. decis.79. num.14. Rot. in Recanaten. Manutentionis 24. Aprilis 1643. coram R.P.D. meo Cerro.* Eo minus quia Testator casum, in quo Bernardinæ facultatem alienandi competere voluit specificè expressit, nempè si redditus hæreditatis pro alimentis illius nõ sufficerent, ibi: *Per il uitto è uestito possa alienare la sorte prin-*
7 *cipale.* Vndè † in cęteris casibus denegasse censetur, vt in simili *Surd. cons.294. num.9. & seqq. Rom. cons.100. num.2. Rot. decis.115. num.2. part.3. decis.651. num.9. & seqq. part.4. tom.3. recent.*

Fuisse autem Bernardinam hæredem vsufructuariam dumtaxat patet ex lectura Testamenti nedum, ibi: *Alla quale Bernardina lasciò il uitto, e uestito, mentre uiua castamente, &c. anzi ordino, e uoglio, che à lei sia lecito subito dopo la mia morte pigliare il possesso della mia heredità, e ritenerlo mentre uiua per il uitto, e uestito,* verum etiam, ibi: *Heredi uniuersali, &c. Instituisco, e uoglio, che siano la detta Bernardina mentre però uiua castamente herede usufructuaria,* & infra, ibi: *Deua liberamente, & assolutamente hauere gli alimenti, e uitto è uestito,* quæ verba, vt sensui patet solius vsufructus relictum important licet hæredes vniuersales instituti fuerint post mortem Bernardinæ, & postquam illius vsufructus cessauerit, ibi: *Dopoi, che sarà finito l'usufrutto di detta Donna Bernardina, ò per la morte di essa, ò per altro modo legitimo, &c. li detti Carlo, & Adriano miei nipoti, &c. siano miei heredi uniuersali,* quia dum ex alijs cõstat vxorem fuisse tantum in vsufructu institutam hæredes vocati post eius mortem habentur tanquam purè, & liberè instituti in
8 proprietate, † ita vt dilatio post mortem vsufructuariè non suspendat acquisitionem proprietatis, sed emolumenti, vt vsufructus, donec vsufructuaria vixerit, & censeatur apposita, vt mulier interim liberè fruatur, nec ab hærede proprietario vexetur, *Bald. cons.20. lib.5.* cum alijs quos articulo plenè discusso secuta est, *Rot. decis.22. num.8. & seqq. part.5. recent. & in Aesina Bonorum 11. Iuny 1633. coram Eminentiss. D. Card. Hieronymo Verospio, in Mutinen. Dotis 16. Iunij 1641. coram Eminentiss. D. Card. Panzirolo, & in Recanaten. Manutentionis 27. Iunij 1642. coram R.P.D. meo Cerro.*

Eo magis, quia institutio incipit à verbis pluralis numeri, ibi: *Heredi uniuersali, &c.* ac Testator non semel Bernardinam vsufructuariam contradistinxit ab hæredibus proprietarijs, † tum ipsam relinquendo illorum Curatricem, ibi: *Curatrice di detti miei heredi lascio, &c.*

& instituisco la detta Bernardina, tum mandando hæredibus, quod ipsi alimenta subministrent, ibi: *Voglio, che li miei heredi siano tenuti, & obligati à dargleli della mia heredità*, tum percipiendo hæredibus in numero plurali, quod Domũ vendant, vt æs alienum soluant, ibi: *voglio, che i mei heredi siano obligati, &c.* quam contradistinctionem ponderauit in his terminis, *Rot. d. decis. 22. n. 31. pat. 6. rec.* vndè nihil refert, quod Testator Bernardinam reliquerit, *Donna è Madonna è Patrona*, quæ verba apta sunt significare absolutũ dominium, quia cum in hoc casu restringantur à verbo statim adiuncto vsufructuaria, ibi: *Donna, Madonna, Patrona, & Vsufructuaria*,
10 & ab alijs supra, † & infra appositis idem importantibus inferunt solum dominium vtile, & liberam dispositionem fructuum cũ præeminentia, *Bald. in l. legem Iuliàm nu. 9. C. indict. uiduit. tollend. Dec. cons. 476. num. 1. & seq. Paris. cons. 21. num. 9. lib. 2. Surd. cons. 218. num. 14. Rot. decis. 162. num. 6. part. 2. recent.*

Nec facultas vendendi videri potest Bernardinæ concessa ex quo relicta fuerit hæredum Curatrix, quia tantum abest, quod hoc nomine includatur, quod imò Testator mandauit, vt Bernardina fructus hęreditatis, qui vltra eius alimenta superessent inuestiret pro hæredibus, & de iure Curator vendere non potest,
11 nisi † cum interuentu personæ ipsius minoris vbi ille, vt in casu nostro erat proximus pubertati, *Castr. in l. nec Tutores num. 5. Cod. procur. Soccin. cons. 24. num. 45. lib. 1. Peregr. cons. 74. sub num. 4. lib. 3. Gomes. uar. resol. tom. 2. cap. 14. nu. 1. Rot. in Bononien. de Berois 28. Iunij 1641. coram R. P. D. meo Carillo*, & adhibitis solemnitatibus
12 in contractibus minorum necessarijs, † etiam si venditio fiat pro soluendo ære alieno, *l. magis puto, §. non passim, & §. in primis, ff. reb. eor. Corn. cons. 207. nu. 3. lib. 3. Dec. cons. 60. sub nu. 2. Aym. cons. 336. num. 8. Paris. cons. 98. num. 2. lib. 1. Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 6. num. 8.*

13 Secundò venditio est nulla † ob non seruatam formam præcepti Testatoris, *l. si Pupillorum, §. si prætor, ff. reb. eor. Rimin. Sen. consil. 435. num. 17. Bero. consil. 182. num. 9. & 10. lib. 1. Rot. decis. 83. num. 4. & seq. coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 621. sub num. 6. decis. 783. sub num. 9. & seq. part. 3. recent. decis. 261. num. 7. part. 7. Mantic. de tacit. d. tit. 6. num. 9.* Voluit enim Testator venditionem fieri, vt ex pretio extinguerentur debita, vt ex inde eius Vinea ab hypothecis Creditorum libera remaneret, ibi: *E col prezzo estinguere li detti debiti, e sodisfare à i Creditori, acciò la Vigna resti libera*, quod verbum *extin-*
14 *guere*, † importat debiti eradicationem, & substantiæ obligationis interemptionem, vt dixit *Rot. in decis. 558. num. 2. inter impress. apud Cinc. de censib.* Hæc verò venditio facta fuit habita fide de precio, & reportata solum ab emptore accollatione assertorum debitorũ Testa-
15 toris † per quam non sequitur illorum extinctio, & effectus liberationis vineæ à Testatore vnicè cõtemplatus, *Bart. in l. singularia nu. 19. ff. si cert. pet. Gabr. cons. 155. nu. 29. lib. 1. Surd. decis. 23. num. 6. & 7. Rot. decis. 26. nu. 5. decis. 238. nu. 2. post Cinc. de censib. dec. 749. nu. 17. coram bo: me: Buratt.*

Præterea quod venditio non vacat vehementi suspicione fraudis, quia Bernardina, eadem die, qua fuit appertum Testamentum viri, & qua ipsa laborans in extremis, Lancellottum sibi hæredem instituerat, domum hanc vendidit eidem Lancellotto executori Testamentario, & vni ex assertis creditoribus viri, non iustificato eius credito, nec alijs quæ per ipsum accollari fecit, quibus in omnem euentum satisfieri potius debebat cum fructibus bonorum viri, qui ob imminentem mortem ipsius vsufructuarię die sequenti secutam erant vacaturi, vel mediante domus pignoratione dum creditores pro satisfactione non vrgebant, animaduertendo, quod pręceptum Testatoris est quidem pręcisum circa ęris alieni extinctionem, sed circa modum loquitur alternatiuè de venditione, vel pignoratione domus, ibi: *Vendendola, ò impegnandola nel miglior modo, che possono*: adeò quod debuisset saltem inquiri an reperiretur, qui domum in pignus acciperet, & an melius esset pignorare, quam vendere non autem præcipitanter, quo tempore grauitas morbi, & mors proxima venditricis mentem curis grauioribus occupabat, deueniri ad venditionẽ ad fauorem illiusmet, quem venditrix hæredem instituerat, & vir reliquerat executorem Testamentarium,
16 cui † nec regulariter vendi potest, *Bart. in l. si in emptione 34. §. fin. in princ. ff. contrah. empt. Cald. de empt. & uendit. cap. 17. numer. 8. alijque relati à Modern. Vrsaonensi de execut. testam. lib. 3. cap. 3. num. 43. & seqq.*

Tandem non suffragatur D. Magalotto retentio ex hypotheticis creditorum Testatoris quibus asserit de proprio soluisse, vel aliorum ex persona Lancellotti eius authoris, quia satis est respondere, quod de solutionibus non constat quodque oportet credita soluta esse
17 nedum vera, † sed liquida, vt præbeant commodum retentionis, vt sæpissimè dixit *Rot. in decisionibus relatis in Romana retentionis Domorum 17. Maij 1642. coram R. P. D. meo Ghisilerio*, plura enim ab informantibus pro Carolo Adriano adducuntur, quæ Lancellottum ex bonis debitoris recepisse prætendunt.

Et ita decisum vtraque parte informante.

R. P. D. PEVTINGERIO.

Placentina Decimarum de Alarza.

Lunæ 4. Maij 1648.

ARGVMENTVM.

Testes, vt validè dicantur examinati locus examinis specificari debet; num autem sufficiat citatum extraiudicialiter notitiam habuisse ex decisione patebit.

SVMMARIVM.

1 *Examinis locus notificari debet, vt pars examini possit assistere.*
Declara, vt num. seqq.
3 *Citatus coram Iudice ordinario non expresso loco iudicij*

dicij censetur citatus ad comparendum in loco solito audientiæ, secùs in delegato.

4 *Locus examinis sufficit quod deuenerit ad notitiam citati, licèt expressus non fuerit.*

5 *Confessionem sufficit esse dubiam vbi vt restringat, vel conuincat certa esse debet.*

6 *Citari num debeat, qui ab interlocutoria appellauit, & Iudicis iurisdictionem declinauit. & nn. seq.*

8 *Iudex, qui in vno articulo grauauit, potest super aliò suspectus allegari.*

9 *Episcopus potest allegari suspectus.*

DECISIO CLXXX.


POSTQVAM Capitulum Placentinum, & Adhærentes bis Testes in partibus examinati curassent ad probandam suam quasi possessionem percipiendi decimas in Tenuta de Alarza, & vtrumque hoc examen defectu citationis ad videñ iurare Testes laborasset, tertium examen agressi fuerunt, de cuius etiam validitate cum hodie de consensu vtriusque partis separatim dubitari contigisset, Domini responderunt Testes Capituli non esse validè examinatos, ea scilidet ratione, quia Testes huius tertij examinis fuerunt examinati in lo-
1 co Peraledæ, † qui nec in citationibus, nec in assertis notificationibus legitur expressus prout ad effectum, vt citati assistere examini potuissent, opus fuisset ad doctrinam *Castrens. in l. Iudices num. 6. C. de fid. instrum. cum alijs allegatis in 2. decis. huius causæ in prima instantia coram Reu. P. D. meo Bichio* 14. *Martij* 1644. §. *non obstat testes*, quibus addi potest, *Martin. Andr. decis.* 41. *sub num.* 3. *Comitol. decis.* 108 *num.* 11. quæ loci expressio hic omninò necessaria erat, licèt examen factum fuerit coram Iudice ordinario, & quamuis Testes repetiti fuerint in eodem loco, vbi priùs fuerant examinati, quia distinctio tradita à *Gail.* inter ordinarium Iudicem,
2 & delegatum *obseruat.* 52. *num.* 12. *lib.* 1. † quod coram Ordinario loci examinis expressio necessaria non sit, procederet, si examen hoc factum fuisset in loco residentiæ Iudicis ordinarij; Tunc enim citatus etiam non expresso
3 loco iudicij, † sed simpliciter, intelligitur citatus ad compareñ in loco solito residentiæ Iudicis, vt ibi *Gail. in allegat. obseru.* 52. *num.* 13. *Caputaq. decis.* 274. *num.* 4. *part.* 3. Attamen hic non procedit, quia locus Peraledæ non erat locus residentiæ Iudicis ordinarij, ideòque debebat in citatione exprimi, vel aliàs notificari citatis ex supra allegatis. Nec repetitio ibi facta Testium excusat, quia in loco Peraledæ nullum aliud examen validum præcesserat, sed solum ibi Testes sine partis citatione ad perpetuam rei memoriam examinati fuerunt.

Nec iuuat hæc limitatio quod videlicet expressioni loci opus non sit; quando aliundè
4 probatur † locum ad notitiam citati deuenisse, cum hoc sufficiat, ad tradita per *Martin. Andr. in supra allegat. decis.* 41. *numer.* 6. *Comitol. decis.* 108. *numer.* 12. *Gonzal. in annot. contra nullit. numer.* 72. quia hæc notitia loci aliundè habita non iustificatur, non enim deduci potest ex eo, quod deputatus fuerit Notarius ad recipieñ examen, idemque receptor suam deputationem notificauerit, & coram se partem citari fecerit, ad videñ iurare Testes, *Summar. Capituli num.* 5. & 6. nam ibi legitur vtrumque emanasse in Ciuitate Placentiæ nulla prorsus facta mentione loci Peraledæ.

Neque scientiam loci conuincit prætensa implicita cõfessio Procuratoris Monacorum, dum inter alias exceptiones contra examen oppositas non solum de defectu intimationis loci non opposuit, sed tanquam pręsens fuisset examini dixit Matthæum de Aranda non permisisse, nec consensisse, quod Monaci Testes inductos viderent, Procurator enim istè credere potuit ad euerteñ examen superabundare alias exceptiones quas opposuit, & verba illa ex quibus eius confessio elicitur potius demonstrare possunt, ideò Monacis non fuisse permissum videre Testes, quia locum in quo illi examinabantur, ignorarunt, vt benè ponderat secunda *decisio coram R. P. D. meo Bichio* §. *neque huiusmodi*, & in §. *seq.* vbi dicitur sufficere confessionem aliquo modo esse dubiam,
5 cum tamen vt stringat, seù conuincat certa esse debeat ex pluribus allegat. per *Modern. Cæsenaten. in tractat. de citat. cap.* 13. *num.* 150.

Deniquè non obstat, quod Monaci ab interlocutoria appellauerint, & Iudicis iurisdi-
6 ctionem declinauerint, † citati non debuerint ad dispositionem *Text. in cap.* 2. *de dolo, & contumac. Clement.* 1. *in eod. tit.* & tradita per *Gonzal. in annotat. contra nullitat. sub num.* 74. *Cartar. decis.* 99. *per tot.*

Quia hoc procederet si appellatio, seù recu-
7 satio fuisset friuola, † aliàs secus, vt benè distingueñ declarat *gloss. in d. cap.* 2. *verb. appelans de dol. & contumac. Rot. coram Gregor. XV. decis.* 518. *num.* 5. *& seq.* sed in casu nostro Vicarius Placentinus validè, & iustè fuit allegatus suspectus, & fuit ab vlteriori eius processu appellatum non solum, quia is est Canonicus Capituli Placentini, & sic pars formalis in hac causa, sed etiam quia relaxauit mandatum, & sequestrum contra debitores decimarum, eis prohibeñ nè Monasterio, ac Monacis eas soluerent, notorium est enim quod qui super
8 vnico articulo grauauit † possit etiam super alio suspectus allegari *cap. proposuit* 24. *de appellat. gloss. in cap. dispendia, verb. quæstoribus de vsuris in* 6. *Gigas consil.* 166. *numer.* 6. & suspicionis
9 allegatio etiã in † Episcopo admittitur *cap.* 2. *vers. cum igitur, vt lite non contest. cap. placuit* 2. *q.* 6. *cap. quod suspecti* 3. *quæst.* 5. *Natt. cons.* 174. *num.* 6. & dixit *Rot. in Vladislauien. Administrationis* 30. *Maij* 1646. *coram R. P. D. Ghisilerio*; Ex quibus Domini responderunt Testes Capituli non esse validè examinatos vtraque parte informante, &c.



R.P.D.

R.P.D. LEONE VEROSPIO.

Nucerina Affictus.

Lunæ 4. Maij 1648.

ARGVMENTVM.

Sententia laborans manifesto vitio nullitatis, numquam transire potest in iudicatum, quapropter in præsenti decisione discutitur, an sententia prolata contra Monasterium dicatur nulla, ità vt non potuerit transire in iudicatum, ex quo citatio fuerit executa contra solum Abbatem, & non contra alios Monacos capitulariter congregatos.

Verùm quia Monaci non possunt conducere aliqua bona absque licentia Apostolica, & absque euidenti vtilitate, ideò secundo loco demonstratur, ex quibus huiusmodi requisita satis sufficienter dici possint interuenisse.

SVMMARIVM.

1 *Sententia validè, & iniustè prolata transit in iudicatum, appellatione non interposita infrà decendium.*

3 *Sententia in iudicatum transacta, executioni debet demandari.*

3 *Restitutio in integrum quamuis petita ab Ecclesia, vel minore, deneganda est, vbi non constat de læsione.*

4 *Per Contradictas legitimè potest quis conueniri, si personaliter citatus in assignato termino non comparuit.*

5 *Conductor pro eadem quantitate, rem locatam reconduxisse censetur.*

6 *Confessio etiam in precibus emissa, contra supplicantem, plenè probat amplia, vt num. 7.*

8 *Locatio censetur effectuata ex subsecutis solutionibus affictuum, licet non doceatur de instrumento locationis.*

9 *Scriptura non requiritur ad substantiam, & perfectionem locationis.*

10 *Citatio contra Monasterium non sufficit, vt sit executa contra Abbatem, sed debet exequi quoque contra Monachos capitulariter congregatos.*

11 *Citatio contra Monasterium, executa contra Abbatem, quando sustineatur.*

12 *Sententia lata contra solum Abbatem postquam ipse à iure decesserat, est nulla.*

13 *Sententia lata contra mortuum est valida si non constat, quod de eo tempore, illius obitus Iudicis innotuerat.*

14 *Causæ ordinariæ in prima instantia ad partes sunt remittendæ, & si decidantur in Vrbe, sententia desuper lata est nulla.*

15 *Contractus in Vrbe celebratus, ibique destinata solutio, controuersiæ super huiusmodi contractu in Vrbe cognosci, & terminari possunt.*

16 *Contractus præsumitur stipulatus in Vrbe, si vterque contrahentium in Vrbe degebat.*

17 *Conductor si se obligauit soluere pensionem affictus in Vrbe, ibidem quoque soluere tenetur subconductor.*

18 *Solutio vbi fuerit à partibus destinata, declaratur ex subsecuta obseruantia solutionum.*

19 *Ecclesiastici Regulares non possunt absque Sedis Apostolicæ licentia, & euidenti vtilitate Monasterij aliqua bona conducere.*

20 *Bona Ecclesiastica non possunt locari vltra triennium.*

21 *Contractus quando est nullus, contrahentes non tenentur ad obseruantiam.*

22 *Vtilitas Monasterij in re conducta quando præsumatur adfuisse.*

DECISIO CLXXXI.

Conduxerat ad nouennium ab Eminentiss. Commendatario Marinus bona Abbatiæ de Saxo ferrato pro annuo reditu scut. 1300. & deindè præuia S. Congregationis Cōcilij licentia sublocauerat Monasterio S. Crucis eiusdem Oppidi. Quod cum integram pensionem soluere recusasset, coram A.C. per sententiam obtinuit condemnari. Commissa postmodum mihi causa super huius executione sententiæ. Dubitaui An illa in iudicatum transierit, & executioni debeat idcircò demādari, vel potius constat de causis restitutionis in integrum Monasterio competentibus. Et pro re iudicata DD. responderunt. Quia post
1 quatuor menses, † & sic vltra decendium à iure præscriptum interposita legitur appellatio quo elapso, sententia validè, ac iniustè prolata transit in iudicatum *cap. Rom. §. si vero cap. concertatione de appellat. authent. hodie C. eodem tit.*
2 ac † executionem consequi debet *ex disposit. text. in l. vlt. C. de execut. rei iudicatæ cap. quo ad consultationem C. de sententia, & re iudicata,* præser-
3 tim † quia nullum læsionis argumentum ostenditur, sine quo beneficium restitutionis in integrum denegatur ab Ecclesiâ, licet vel minore petitum, vt probat *text. in l. si ex causa iudicati ff. de minoribus l. nam postea §. si minor ff. de iureiurando notat glos. in l. penult. in verb. necessarium C. si aduersus rem iudicatam Odd. de restitut. in integrum par. 1. q. 36. art. 2. & 3. num. 15. Rot. in Romana restit. domus 17. Iunij 1615. coram bon. mem. Card. Verospio.*

Huius verò sententiæ validitas per contradictas latæ dignoscitur tum ex subsequutis in processu causæ citationibus necessarijs, tùm ex
4 monitorio personaliter intimato, † quo præcedente, Monasterium per contradictas potuit legitimè conueniri, dum in assignato termino non comparuit, vt notat *Castren. in l. ad peremptorium num. 6. ff. de iudicijs, Vestrius in prax. lib. 1. cap. 5. num. 2. & 4. Rota coram Verallo dec. 107. nu. 4. par. 1. 102. num. 1. & 135. par. 3. coram Cassad. dec. 6. num. 6.* vt lite pendente, *Rota decis. 15. de rescriptis, vbi Add. num. 1. & decis. 10. num. 1. de re iudicata in nouis.*

Iustitia quoque conuincitur ex præcedenti locationis instrumento cum Eminentissimo Commendatario per Marinum stipulato pro
5 annuo reddito scut. 1300 † pro quo reconduxisse censetur Monasterium in eodem affictu subrogatum *ad text. in §. si igitur vers. vnde consequens Auth. de hæreditat. quæ ab intestato deferuntur notat Bart. in l. 1. §. actio ff. si quis testamento liber esse iussus fuerit Aret. in rubr. ff. de acquirenda possessione num. 5.*

num.5.Ciriacus Controu.278, num. 63. cum seqq. &
plures alij relati per Gabriel.de reg.iuris conclus.2.
num.2.& 5.& in Ariminen.Castrorum 14.February
1642.coram Reuerendiss. D.meo Decano in §. quibus
non obstat. Subrogatum verò fuisse Monaste-
rium demonstrat, siuè licentia in Sacra Con-
gregatione Concilij ab eo impetrata, vt cen-
sum posset constituere in scutis mille soluen-
dis Marino priori conductori Abbatiæ, cuius
locationem mediante prædicta solutione pe-
6 cuniæ sibi cedi obtinuerat, † Cum talis con-
fessio in præcibus emissa contra supplicantem
plenè concludat, vulg.lege cum præcum C. de libe-
rali causa, & ibi communiter DD.Gabriel.de confessis
7 concl. 4. num. 1. Adminiculata † præsertim ab
effectiua solutione prædictorum scutorum
1000. vt aduertit Salicet.in l.si mater num.1. C. de
contrahenda emptione, quem sequitur Bald. in l.cũ
oportet in princip.C.de bon.quæ liberis Iason. in l.si is
qui num.11. ff.de vulgari Decius in l. si donatione nu-
mer.31.C.de collat.Alex.cons.18.num.2. & 3. lib. 3.
Tiraquell. in l. si vnquam in verbo donatione largitas
8 num.100. C. de reuoc. donat. Siue † subsecutæ so-
lutiones affictuum Eminentiss. Commenda-
tario à Monasterio peractæ post expiratam
primam locationem secum antea contractam.
Inde enim resultare videtur obseruantia loca-
tionis inter interprætatiua excludens dubita-
tionem effectuati contractus iuxta textus in l. si
de interpretatione, & l.minimè ff. de legibus, & cap.
cum dilectus de consuetud. cap. cum venissent de insti-
tutionib. licet nullo sublocationis instrumento
9 fulciatur, † dum scriptura ad substantiam, &
perfectionem huiusmodi contractus non re-
quiritur l.pactum quod bona fide ff.de pactis l.inexer-
cendis C. de fide instrum. l. cum res, & ibi Bart. &
Bald.num.1.Castrens.in princip. C. de probat.Gomes.
de contract.cap.2.nu.17.Carocius de locato par.1.q.7.
nu.2.cum seqq.Rota decis.377.nu.1.par.1. diuers. &
199.nu.10.par.2.recent.

Non obstant nullitates contra sententiam
excitatæ, quia ex facto corruunt, vel ex iuris
10 dispositione tolluntur. † Et quidem prima
deducta ex citatione personali cõtra Abbatem
Monasterij tantum executa; cum tamen in hac
causa admodum præiudiciali exequi quoque
debuisset contra Monachos capitulariter con-
gregatos iuxta glos. in cap. si capitulo in verbo factã
de concessione præbendæ lib.6.notat Vant. de nullit. ex
defectu citationis num.144.Alex. cons.219. numer.2.
& 11.lib.6.Rot.coram Caual.decis.435.num.1. Re-
11 mouetur ex relatione executoris,† attestantis,
se perperam instetisse coram Abbate, Procu-
ratore generali, ac Priore, vt Capitulum con-
uocarent. Hac enim instantia peracta, susti-
netur citatio, licet capitulariter postmodum
executa non fuerit, vt aduertit eadem glos. in d.
cap.si capitulo in verbo factam, Lucas Petus in praxi
lib.1.cap./. num. 16. Rota in Terdonen.bonorum 15.
Decembris 1614.coram Manzanedo, & in Colonien.
Monasterij 4.Aprilis 1629.coram Vbaldo Add.ad de-
cis.Greg.584.num.6.

12 Altera nullitas † fundata in prolatione sen-
tentiæ contra solum Abbatem postquam ipse
decesserat à iure idcirco reprobata per textum in
l.non solum §.morte ff. de noui operis nunciat. & in l.
eius qui in prouincia ff.de rebus creditit l.nulla dubita-
tio C.de procuratoribas aduertit Vant. de nullit.ex de-
fectu citat.num.185. Ex facto destruitur, ex quo
constat contra Monasterium quoque fuisse
13 pronunciatum. † Præterquam eadem senten-
tia licet solius Abbatis condemnationem cõ-
tineret, nullitatis tamen vitio redargui non pos-
set, dum tunc temporis eiusdem obitum. Iu-
dici innotuisse exaduerso non probatur, prout
fore necessarium aduertunt DD. in l. vn. C. vt
quæ sunt Aduocatis Gail.practicarum obseruat. lib. 1.
cap.109.num.4.Guidopapa quæst.86. num.2. Beccius
cons.110.num.1.& 3.Mastrill.dec.137.nu.14.& 15.
Rota in Romana locationis horti 3. Aprilis 1634. co-
14 ram bon. mem. Merlino. Tertia demum † nulli-
tas inde excitata, quod hæc causa tanquam
ordinaria, in prima instantia decidi non potuit
ab A. C. sed ad partes foret remittenda, prout
alias respondit Rota in Spoletana Prædij 9.Decem-
bris 1619.coram Sanctiss. D. N. & 28. Maij 1632.
15 coram bon. mem. Card. Verospio, cessat ex † quo
contractus in Vrbe sancitus fuerat ibique de-
stinata solutio, adeoque ex vtroque capite po-
tuit in Vrbe cognosci, ac terminari, vt in ter-
minis celebrati contractus in Vrbe probat
text. in l. hæres absens §. proinde ff. de Iudicijs, &
aduertit Felin.in cap.licet 20.num.19. de foro cõ-
petenti Surd.cons.205.num.13.Roland. cons.48. nu-
mer.19.volum.3.Alex.cons.164. num.3. vol. 6. Rota
decis.847.num.2.par.3.diuers.& decis.395.numer.3.
par.5.recent. & in terminis destinatæ solutionis
in Vrbe probat text.in l.contraxisse ff.de act.& ob-
ligat.notat Mantua sing.298.num.1.Rota Ianuen. de-
cis.105.num.2.

Hunc verò contractum in Vrbe fuisse stipu-
latum ibique destinatam solutionem elicitur
ex confessione Monasterij emissa in præcibus
Sacræ Congregationi porrectis in quibus fate-
batur reconductionem Abbatiæ conclusam
ab Eminentiss. Commendatario cum Marino
primo conductore, vt Monasterium subroga-
16 retur in affictu. † Dum enim in Vrbe vter-
que degebat, in Vrbe quoque præsumitur pe-
17 ractum fuisse contractum sublocationis. † Et
dum Marinus ad pensionem affictus in Vrbe
soluendam se astrinxerat, ibidem quoque sol-
uere tenebatur Monasterium loco primi con-
ductoris subrogatum ex latè deductis in Bono-
nien.bonorum 17.Iunij 1641.coram R.P.D.meo Cer-
18 ro, attenta præsertim successiua solutione affi-
ctuum ab eodem Monasterio in Vrbe peracta
cum talis obseruantia declaret, vbi partes solu-
tionem destinauerint ex not.in l.Iulianus §.proin-
de ff. ad Macedon. l. quædam sunt ff. de rebus dubijs,
Becc.cons.101.num.49.Surd.cons.527. nu.11. Card.
Mant.de tacit.lib.2.tit.1.num.5.

19 Nec pariter obstat contra sententiæ † iustitiã
quod similes contractus in personis Ecclesia-
sticis absque Sedis Apostolicæ licentia repro-
bentur, vt in cap.1.& toto tit. Ne Clerici, vel Mo-
naci sæcularibus negotijs se immisceant, eaque defi-
ciente vna cum euidenti vtilitate Monasterij
20 huiusmodi sublocationis contractus † nec po-
tuerit substineri vltra triennium, vt expressè
disponitur in extrau.ambitiosæ de rebus Ecclesiæ nõ
alienandis, & latè prosequitur Couar. variarum
lib.2.

21 *lib.2.cap.16. num.4. & 5.* ex quo idcirco, † vti reprobato ac irrito, nec idem Monasterium potuerit conueniri ad solutionem pensionis conuentæ *iuxta glos. in l. prædiorum C. de prædijs minorum* Notant DD. *in l. nam, & postea §. si minor. ff. de iureiurando Rota decis.375. num. 6. par. 5. recent.*

Quia huiusmodi licentia in Sac. Congregatione Concilij ostenditur expedita. Euidens
22 verò † vtilitas Monasterij conuincitur ex decreto Executoris ad hunc effectum ab eadem Sacra Cõgregatione deputati, quod præsumptionem obtinet veritatis, donec manifestè cõtrarium doceatur *iuxta text. in l. ab ea parte §. vlt. ff. de probat. & in cap. sicut in fine de sententia, & re iudicata. Imola cons.98. num.9. & 10. Surd. dec.106. num.9. Rota coram Seraph. decis.337. num.6. & 646. num.1. in fine par.2. recent.* nec destruitur ex testibus super euidenti vtilitate coram Executore examinatis, eam non concludentibus, quia à Monasterio non docetur prædictum Executoris decretum his tantum depositionibus fuisse innixum, adeoque DD. censuerunt hanc exceptionem vti turbidam sententiæ iustitiam infringere non posse, illius tamen releuantiam in alia dubij propositione, quatenus iustificetur reseruarunt discutiendam.

Et ità vtraque &c.

REVERENDISS. P. D. CERRO
Sacræ Rotæ DECANO.

Romana Subhastationis de Alexijs.

Veneris 15. Maij 1648.

ARGVMENTVM.

Subhastatio bonorum Viri, quæ loco pignoris ab Vxore detinentur, fieri debet ipsa non amota, sed firma remanente in sua possessione; & licèt esset creditrix anterior, attamen huiusmodi subhastationem pati deberet ad effectum in primis, & ante omnia sibi satisfaciendi de suo credito, & de eo, quod superest cœteris creditoribus posterioribus; Si verò huiusmodi bona essent possessa ab Vxore tamquam sibi data in solutum à Viro, an, & quando in hoc casu teneatur pati subhastationem latè discutitur.

SVMMARIVM.

1 *Subhastatio bonorum Viri impediri nequit ab Vxore possidente iure pignoris, licèt sit Creditrix anterior.*
2 *Subhastatio bonorum Viri, quæ possidentur ab Vxore loco pignoris, facienda est ipsa non amota à sua possessione, & ad quem effectum.*
3 *Subhastatio bonorum Viri non est retardanda dum ex ea magnum commodum paratur creditoribus, & Vxori nullum damnum infertur.*
4 *Tertius possessor non potest impedire executionem sẽtentiæ, quando ipsi non est damnosa.*
5 *Enunciatiua referri, & intelligi debet de contractu antecedenti, dum de alio posteriori in rei veritate non constat.*
6 *Productio tituli inualidi, & insufficientis, tollit præsumptionem melioris tituli.*
7 *Amissio instrumenti non præsumitur.*
8 *Amissionem instrumenti deducens, nedum probare debet causam sequtæ amissionis, sed etiam debet iustificare, quod sine sua culpa contigerit.*
9 *Amissio instrumenti rogati in Curia cessat, & quare.*
10 *Referenti vt credatur sine relato, quid requiritur.*
11 *Verba,* pleno naturali, & titulari dominio, *verificantur etiam in simplici dominio possessionis & perceptionis fructuum.*
12 *Verbum,* pleno iure, *plerumque non significat plenitudinem omnimodam respectu proprietatis, & dominij, & quomodo restringatur.*
13 *Dominium aliud est proprietatis, aliud verò hypothecæ, & vsusfructus.*
14 *Possidens non tenetur iustificare titulum suæ possessionis; intellige procedere vt nu. 15. & 16. & quando secus num. 17.*
18 *Subhastationis bonorum Viri, quando impediri non possit ab Vxore allegante, quod dicta bona sibi data fuerint in solutum ab eius Viro, & quando secus num. 19.*
20 *Productio tituli insufficientis, & inualidi, excludit existentiam alterius melioris, & quare.*

DECISIO CLXXXII.

EMANATIS coram me duabus resolutionibus altera 12. Decembris 1644. in qua dictum fuit non esse procedendum ad subhastationem bonorum ab Antonina possessorum, altera 15. Februarij 1647. * præcedentis reuocatoria, Dubitatum fuit hodie, An esset standum in primo, vel vltimo loco decisis, & persistendum esse in vltimo loco Domini resoluerunt.

Subsistit namque fundamentum posterioris resolutionis, quod per exhibitionem Instrumenti census euidenter pateat Iulium Vrsinũ hæredem Alexij de Alexijs communis debitoris non dedisse Antoninæ bona, de quibus agitur, in solutum, prout in prima decisione suppositum fuerat, sed solum eidem assignasse certam ratam fructuum, & pensionum temporaliter duraturam donec, & quousque eidẽ restituerentur scuta 3000. pro residuo suę dotis, vt ex instrumento desuper confecto die 13. Iulij 1617. *Summ.* creditorum præteritæ posi-
1 tionis *num. 5.* † Vndè dum Antonina prædicta bona possidet tantummodo iure pignoris, licet sit creditrix anterior, impedire nequit subhastationem per alios creditores faciendam ex clara dispositione *tex. in l. à Diuo Pio §. quod si res*
2 *fuerit pignorata de re. iudic.* Præsertim cum ex forma rescripti impetrati per creditores à fel. rec. Vrbano VIII. subhastatio fieri debeat ipsa Antonina non amota à sua possessione, sed ea firma remanente, & ad effectum in primis, & ante omnia sibi satisfaciendi de suo credito, & de eo quod superest ceteris creditoribus poste-
3 rioribus; † Dum itaque deueniri debet ad subhastationem sine præiudicio suæ possessionis, quam ipsa non est dimissura, & exindè ma-

magnum commodum pararur creditoribus illi verò nullum damnum infertur, est iuri cõsentaneum, quod subhastatio non retardetur, vt omnium indemnitati prouideatur per ea, quæ in fortioribus notat *Bart. in l. penul. ff. de petit. hæred.* quem referunt, & sequuntur *Castren. cons. 179. num. 9. par. 1. & Cantiuncul cons. 23. q. 15.*
4 *num. 192.* concludentes † tertium possessorem non posse impedire executionem sententiæ quando ipsi non est damnosa.

Et iterum visa fuit nullam habere subsistentiam somniata datio in solutum ex alio consensu, vt supponitur præstito per eumdem Iulium anno 1620.

5 Quia † enunciatiua mandati de immittendo relaxati ab A. C. anno 1622. super qua hoc suppositum totaliter ab altera parte fundatur, præter quod ad nihilum deseruire potest ob nullitatem, & iniustitiam, quas patitur dictum mandatum, vt firmatur *in dicta vltima decisione*, referri, & intelligi debet de præcedente consensu, & assignatione in pignus supra expressa, facta dicta die 13. Iulij 1617. dum de alio posteriori in rei veritate non constat *ad tex. in l. 2. ff. de liber. & posthum. Roman. cons. 165. num. 8. lib. 2. Giurb. decis. 45. num. 9. sanct. mem. Gregor. decis. 90. num. 3. in d. decis. relati*, Eoque magis quia in dicto mandato expressa non legitur, neque dies neque annus dictæ prætensæ dationis in solutum, vndè pernecessè debet intelligi de prædicto consensu, & assignatione in pignus, de quã
6 constat per publicum Instrumentum; † Ponderando insuper quod Instrumentum huius consensus, & assignationis productum, & exhibitum fuit ab ipsamet Antonina ad effectum impediendi huiusmodi subhastationẽ, & ideò intrat conclusio passim à Rota firmata quod productio tituli inualidi, & insufficientis melioris tituli præsumptionem tollit, *vt in decis. 731. num. 19. part. 1. diuers. coram sanct. mem. Gregor. decis. 467. num. 7. in recent. decis. 412. num. 2. par. 2. coram Reuerendissimo Vrgellen. decis. 285. num. 148. in Nouarien. bonorum 1. Iulij 1644. coram Reuerendiss. D. meo Decano §. neque huiusmodi, & in Hidentina Parochialis 5. Decembris 1646. coram me §. quia dum ipsemet.*

Nec iuuat allegare quod Instrumentum dicti posterioris consensus deperditum, & amissum fuerit.

7 Quia † amissio non præsumitur *l. si quis ex Argentarijs ff. de edend. Natt. cons. 166. num. 12. Surd. cons. 109. num. 9. Rota in recent. decis. 18. numer. 22. par. 7. & coram Card. Caualer. decision. 82. num. 6.*
8 & † parti illam deducenti incumbit onus nedum probandi casum sequutæ amissionis, sed etiam iustificandi quod sine sua culpa contigerit *Bart. in d. l. si quis in argentarijs §. An nec hæredi num. 4. Castrens. cons. 301. num. 1. lib. 1. Alex. cons. 54. num. 5. lib. 1. Ruin. cons. 70. num. 6. lib. 4. Honded. cons. 19. num. 17. & 18. lib. 1. Rota decis. 452. num. 8. par. 3. recent.* Sed cessat in proposito quoad hoc
9 quælibet hæsitatio, † quia agitur de instrumẽto rogato hic in Curia, vbi originale illius de stylo remanet penes Notarium rogatũ. Ideoque cessat penitus allegata amissio ex notat. *in cap. cum olim il primo de priuil. & in l. testium C. de testib.* vt plurimum autem firmatum fuit *in Bituntina Census 27. Maij 1647. coram R. P. D. meo Corrado.*

Propterea vis fieri non potest in verbis enũciatiuis dicti mandati ibi, *Consensit & suum consensum dedit, & præstitit, vt iure medio dicta Domina Antonina pro satisfactione dicti sui crediti dotalis dicta bona habeat possideat &c. pleno naturali, & titulari dominio.*

10 Quia præter quod in mandato non exprimitur tenor consensus per extensum † vt requiritur ad hoc vt referenti credatur siue relato, ex deductis *in Neapolitana pensionis 27. Maij 1641. coram R. P. D. meo Bichio §. & in omnẽ euentum*: Animaduersum fuit prædictam enunciatiuam commodè conciliari posse cum con-
11 sensu, & assignatione ratæ fructuum, † quia verba *pleno naturali, & titulari dominio* verificantur etiam in simplici dominio hypothecæ, videlicet possessionis, & perceptionis fructuum, vt in similibus considerauit *Rota in Romana Officij 31. Ianuarij 1628. coram bon. mem. Pirouano in*
12 *recent. decis. 140. num. 7. & 8. par. 5.* & de verbo *pleno Iure*, quod plerumque non significet plenitudinem omnimodam respectu proprietatis, & dominij, sed restringatur secundum subiectam materiam ad solam possessionem, & perceptionem fructuum tradunt *Ruin. cons. 137. num. 8. lib. 2. Menoch. cons. 21. num. 26. & dixit Rota in Meleuitana feudi 10 Maij 1632. coram bo. me. Merlino in recent. decis. 129. num. 18. & decis. 210. num. 55.*
13 *& 56. part. 6.* † Dominium enim aliud est proprietatis, aliud verò Hypotecæ, & vsusfructus vt magistraliter distinguen. docet *Bald. in l. proprietatis num. 1. Cod. de probat.* quem refert, & sequitur *Rota in dicta Rom. Officij coram bo. me. Pirouano num. 7.*

14 His positis clarè liquet † non applicari theoricam *Bartol. in supracit. leg. à Diuo Pio §. si super rebus num. 4. de re iudic.* quod scilicet possidens non teneatur iustificare titulum suæ possessionis.

Quia vt respondetur in dicta vltima deci-
15 sione † procedit quando possidens non allegat titulum, sed solum dicit se possidere, quo casu non cogitur docere de titulo cum hic ex sola possessione præsumatur in quibus terminis loquuntur *Couar. pract. quæst. cap. 16. numer. 4. Parlador. rer. quotid. lib. 2. cap. fin. par. 4. §. 5. num. 3. Peguer. decis. 205. num. 7. sanct. mem. Gregor. decis. 22. num. 3. in dicta decis. relati §. ex his itaque,* & præter illos *Angel, Aretin. cons. 98. num. 11. Cartar. decis.*
16 *Genuæ 52. num. 4. & 5.* † vel quando allegat titulum aliundè habitum, quàm à debitore, tunc enim sufficit quod doceat de titulo colorato, & apparenter absque onere plenioris iustificationis, & in his terminis loquuntur *Felin. in cap. super num. 16. vers. Intellige tamen de re iudic. Gozzadin. cons. 103. num. 10. vers. secundo respondeo Sess.*
17 *de Inhib. cap. 5. §. 10. nu. 48.* † secus autem quando possidens nõ stat in terminis simplicis possessionis, sed vlterius allegat titulum habitum à debitore, hoc enim casu allegans illum habuisse à debitore fatetur Debitorem olim fuisse Dominum, & propterea dùm subdit illum amplius non possidere, sed possessionem à se abdi-

abdicasse, illaq; ad ipsũ deuenisse titulo dationis in solutũ donationis, vel similis tenetur docere valde, & legitimè deuenisse, & sic siuè agat, siuè cõueniatur cõcludẽter probare debet validitatẽ dationis insolutum, donationis, vel similis, & egregiè distinguendo consulit *Castrens. cons. 143. sub num. 3. vers. probatio autem lib. 2.* quam distinctionem vti veriorem amplexa fuit Rot. *in Romana, seu Esina donationis 23. Martij 1640. coram R.P.D. meo Ghisilerio, & in Anconitan. dotis 28. Aprilis 1643. coram me.*

18 Dùm igitur† Antonina allegauit habuisse à Iulio debitore bona, de quib. agitur in solutũ donatione in solutũ concludenter non iustificata, nec possessio, nec protestatio desuper facta iuxtà Cautelã Angeli *in d. l. à Diuo Pio*, illi suffragantur ad impediendam executionẽ, seù bonorum subhastationẽ, vt tradit *Parlador. vbi supra dicto cap. fin. par. 4. §. 5. num. 20. cum alijs allegatis in dictis Romana, seu Esina donationis, & Anconitana dotis supra relatis.*

19 Nec applicantur † deducta in *Bononien. Dotis 27. Iunij 1647. coram R.P.D. meo Meltio*, quia ibidem verè constabat de datione in solutum quæ nedùm in proposito non iustificatur,

20 quinimò † constat de contrario ex instrumẽto exhibito ab ipsamet Antonina, exhibeñ enim huiusmodi consensum pœnitus insufficientem pro retardañ executione, & bonorũ subhastatione excluditur prorsus existentia alterius melioris, cùm meliorem, & validiorẽ produxisse præsumatur, vt præter supra relatos tradunt, *Innoc. in cap. dudum num. 2. vers. sed quia de decim. Lotther. de re benefic. lib. 3. cap. 21. num. 38.*

Cæterum de possessione creditorum, & de mandato Procuræ Castani, qui illam appræhendidit, Domini non dubitarunt cum iustificentur ex deductis *in dicta decisione §. de possessione autem cum duobus seqq.* repetita verò ab altera parte remanent sublata ex responsionibus in ea datis, cum quibus Domini transierunt.

Et ita resolutum vtraque parte informante, &c.

☞ *Decisiones istæ emanantæ in hac eadem sub diebus 12. Decemb. 1644. & 15. Februarij 1647. coram eodem Reuerendiss. D. Cerro Decano, cum impressas adhuc non reperio, ponam infra in Miscellanea.*

R. P. D. GHISILERIO,

Postea Episcopo IMOLEN,

Terracineñ Fideicommissi de Pilorcijs.

Veneris 15. Maij 1648.

ARGVMENTVM.

Reciprocæ substitutionis materiam præsens cõprehẽdit decisio ad interpetationem illius triplicis requisiti, quod nempè omnes sint vocati, quod fiat vltimo morienti, quodque in tota hæreditate intelligatur facta, hinc agitur de coniecturis ad hanc substitutionem assignari solitis.

SVMMARIVM.

1 *Reciprocam substitutionem ad inducendum de linea ad lineam tria requiruntur, & quæ.*
2 *Testatorem ex quibus deducatur voluisse inducere reciprocam inter lineas à se vocatas.*
3 *Verbum* supradictis, *repetit vniuersalitatem bonorum expressorum in institutione.*
4 *Substitutio fœminarum, vt dicatur facta per reciprocam sufficit, quod virtualiter, & interpretatiuè contineat æqualitatem institutionis.*
5 *Expressio vbi pro forma non requiritur sufficit, quod sit relatiua.*
6 *Substitutio quando dicatur facta vltimo morienti. & num. 8. & seqq.*
7 *Substitutionem fuisse factam vltimo morienti, sufficit quod hoc interpretatiuè colligatur.*
8 *Substitutio pluribus facta, quando resoluatur in suas singularitates, & num. 9. & 10.*
11 *Collectio plurium personarum, etiam graduum cum verbo denotante perpetuitatem, reciprocum inducit fideicommissum. & num. 12.*
13 *Fideicommissum reciprocum inducitur ex qualitate conseruandæ agnationis, & quando. & num. 15.*
14 *Masculinitas pluries repetita arguit rationem cõseruandæ agnationis.*
16 *Substitutionis reciprocæ de linea ad lineam potissima coniectura est digressio ad plures gradus substitutionum.*
17 *Fideicommissum reciprocum censetur inductum ex onere fideicommissarys iniunctum, quod aliàs adimpleri non posset.*
18 *Substitutio fœminarum facta post deficientiam masculorum diuersæ lineæ, quandò omnibus, quandò verò solum masculis proprij columnelli facta dicatur, & & num. 19.*
20 *Linea secũda vocata dici non potest, nisi expleta priori linea.*
21 *Reciproca inducitur etiam sine illis tribus requisitis solitis vbi plures concurrunt coniecturæ.*
22 *Coniecturæ faciliores suffragantur inter descendentes testatoris.*
23 *Coniecturæ, quæ sufficiant ad inducendam reciprocã inter transuersales.*
24 *Filia in portione sui patris excludi non debet per transuersalem.*
25 *Fœminarum substitutio quando dicatur facta in tota hæreditate, & quando non. & num. seqq.*
26 *Relatio facta per verbum* supradictis *repetit vniuersalitatem bonorum.*
27 *Reciproca substitutio sufficit, quod interpretatiuè referatur ad vuiuersam hæreditatem, cum non requiratur expressa.*

DECISIO CLXXXIII.

ORTA controuersia inter Franciscum, & Blasium de Pilorcijs hæredes Nicolai Pilorcii senioris, an decedente Blasio sine filijs masculis constaret de fideicommisso dicti Nicolai ad illorum fauorem, & eorum filiorum masculorum, ad effectum excluden. Lauram filiam dicti Blasij a portione sui Patris; Emanauit decisio coram me sub die 30. Martij 1637. in qua supposito fideicommisso, quod inter partes non controuertebatur; fuit resolutum

lutum, nullam adesse reciprocam substitutionem inter lineas, ideòque Lauram non esse excludendam à portione Blasij Patris quandocunque casus dicti fideicommissi euenerit; pluries proposita causa super eo, an esset reuocan. seu confirman. dicta decisio; DD. illam reuocan. censuerunt. Quia considerato testamento à dicto Nicolao condito, in quo hæredem vniuersalem omnium suorum bonorum, iurium, & actionum vbique existentiũ instituit Paulum Pilorcium eius nepotem, ac eius filios masculos, quos omnes, & eorum filios masculos, & ab illis perpetuò ex linea masculina descendentes titulo honorabilis institutis hæreds instituit etiã per fideicommissum, & casu quo linea masculina non adesset, seu quandocumq; deficeret, voluit, quod fœminæ succederent cum honoribus, & oneribus supradictis, de quibus in testamento clarè apparet ex hac prælatione lineæ masculinæ fœminis substitutis in eo concurrere tria requisita, quæ solent ponderari ad inducen. † reciprocam † de linea ad lineam, vt notat *Mant. de coniect. lib. 7. tit. 5. num. 15.* nempè quod illi, inter quos prætenditur reciproca, sint omnes vocati; quod postrema substitutio sit facta vltimo morienti, & quod in tota hæreditate; Cum enim impossibile sit, quod substitutus succedat in tota hæreditate ãtea in duas lineas diuisa, nisi per reciprocam de linea ad lineam tota hæreditas ad vltimum linearum prius deuenerit; † Ideò concludi debet, testatorem voluisse inducere tacitam reciprocã inter lineas, *ex tex. in l. Titia scio §. seia libertatis, ff. de leg. 2. & ibi DD. Socc. iun. cons. 110. num. 17. & 18. lib. 3. Surd. cons. 429. num. 7. Decian. cons. 28. num. 15. & seq. lib. 2. Rota decis. 300. num. 10. decis. 361. num. 15 & decis. 493. num. 9. par. 1. rec. & coram R.P.D. meo Bichio in Romana fideicommissi de Zefiris 8. Februar. 1647. §. 2. nisi in fine.*

De primo, quod omnes descendentes ex linea masculina Pauli hæredis instituti sint honorati, constat ex verbis testamenti, ibi, *quos omnes, & eorum filios masculos, & ab illis perpetuò ex linea masculina descendentes titulo honorabilis institutionis hæredes instituit, &c.* vt admittit *decisio,* quæ reuidetur §. *quoad primum.*

De secundò, quod substitutio fœminarum sit facta in tota hæreditate patet ex illis verbis, *Fœminæ succedant cum honoribus, & oneribus supradictis,* verbum enim *supradictis* repetit † vniuersalitatem bonorum expressorum in institutione, vt in puncto *Peregr. cons. 72. nu. 24. vers. vbi quando præcedit instituit lib. 1. Galuan. cons. 34. num. 29. vers. sufficit ergo Ruin. cons. 180. num. 5. lib. 2. Rot. in Terracinen. fideicom. 14. Decembris 1643. coram R.P.D. meo Otthobono §. quod nam.* aliàs fœminæ non dicerentur vocatæ cum honoribus, quibus succedit hæres primi gradus, nisi & ipsæ ad totam hæreditatem vocatæ censerentur, † & sufficit, quod dicta substitutio fœminarum virtualiter, & interpretatiue contineat eamdem æqualitatem institutionis vniuersalis *Galuan. d. cons. 34. num. 26. & seq. Rota dec. 300. num. 12. vers. vltra quod decis. 361. num. 16. & decis. 266. num. 23. par. 1. recent. decis. 258. num. 12. coram Reuerendiss. Vrgellen.* quia quando non requiritur expressio pro forma, † satis est relatiua expressio, etiamsi non sit facta verbis formalibus *Socc. sen. cons. 4. num. 4. cons. 62. num. 8. lib. 4. Rot. coram bon. mem. Cocc. decis. 487. num. 2.* & sufficere mentem in hoc comprehendi æquipollenter dixit in puncto *Rota d. decis. 266. numer. 23. par. 1. recent.*

De tertio, quod sit facta substitutio fœminarum vltimo masculo totius descendentiæ masculinæ, non potest dubitari ex illis verbis; *casu quo linea masculina non adsit, seu quandocunque deficiat, fœminæ succedant, &c.* ex quo enim omnes descendentes ex linea masculina fuerunt perpetuò vocati, & in defectum lineæ fœminæ substitutę, perindè est, ac si vltimò morienti ex dicta linea substitutio fœminarum facta fuisset, *Ruin. cons. 104. nu. 9. lib. 3. Peregr. cons. 62. sub num. 25. vers. nunc autem addo, & cons. 54. num. 6. & 7. lib. 1. cons. 19. sub. num. 7. vers. quarta propositio lib. 6. Galan. d. cons. 34. num. 43. & seq. Rimin. sen. cons. 189. num. 17. vers. ergo & isti neptes lib. 1. Ladercb. cons. 169. num. 3. vers. & in terminis Rota coram Reuerendiss. Vrgell. decis. 192. num. 2. decis. 694. num. 9. vers. & facta tom. 3. par. 4. recent.* sufficit enim interpretatiuè colligi restitutionem esse facien. ab vltimo, *Soccin. iun. cons. 151. num. 6. & 9. lib. 2. Simon de Prat. de interpr. vltim. vol. lib. 3 fol. 323. sub num. 27. Rot. decis. 300. num. 12. & decis. 361. num. 16. par. 2. rec.*

Nec subsistit, quod dicta substitutio fœminarum resoluatur in suas singularitates, & discretiuè intelligatur de deficientia masculorũ cuiuslibet lineę, itaut fœminę vnius lineę succedãt deficiẽtibus masculis eiusd. lineę quoad portionẽ vltimi masculi illius lineæ, quamuis adsint masculi alterius lineę, † & sic nõ censeatur facta vltimo morienti totius descendentię ex omni linea masculina, vt tradit *Fusar. consil. 57. num. 34. Surd. cons. 319. num. 16. Seraph. decis. 1123. numer. 3. Rot. decis. 316. num. 4. par. 1. rec.* nec impedire resolutionem in singularitates, quamuis † sit facta mentio de linea, dixit *Menoch. cons. 926. num. 34.* & idem procedere in æquipollentibus, tradunt *Alex. consil. 91. num. 5. lib. 1. Peregr. consil. 152. num. 4. l.b. 5.* Quia contrarium procedit, quando repugnant vehementes coniecturæ, † quæ in casu nostro non desunt, vt declarauit *Rot. in Romana fideicommissi de Zefiris 8. Feburuai. 1647. coram R.P.D. meo Bichio §. final. decis. 467. num. 9. & 11. p. 5. rec. decis. 284. num. 16. & seq. par. 6. rec.*

Coniecturæ autem desumũtur primò, quia filij descendentes ex linea masculina leguntur vocati in perpetuum collectiuè, & vnica verborum conceptione, ibi, *quos omnes, &c. ab ipsis perpetuò ex linea masculina descendentes,* & vis autem nominis collectiui plurium personarum, & graduum iuncto † verbo denotante perpetuitatem, seu durationem grauaminis inducit inter omnes sub eo nomine collectiuo comprehensos fideicommissum, & sic reciprocum inter lineas, *Ioseph Ramon. cons. 100. sub num. 63. vers. & interuenientibus, & num. 64. Fusar. cons. 154. sub num. 19. per tot. Peregr. consil. 62. num. 20. lib. 1. cons. 157. num. 11. per tot. lib. 5.*

Grat.

Grat. discept. for. 122. *num.* 18. *Fusar. de substitut. quæst.* 475. *num* 23. *Castill. decis.* 103. *num.* 8. *lib.* 1. *Rot. decis.* 284. *num.* 36. *& 37. par.* 6. *recent. & in Vrbeuetana fideicommissi* 14. *Ianuarij* 1628. *coram bon. mem. Merlino, & in d.* Romana *de Zefiris* §. *secundo quod nisi*. Vnde retenta significatione dicti nominis collectiui, *quos omnes*, substitutio fœminarum referenda est ad casum totius de-
12 ficientiæ† lineæ masculinæ, sicuti quando dictum est, ambobus hæredibus deficientibus, de defectu omnium esse intelligendam conditionem latè docuit *Giouagn. cons.* 81. *num.* 10. 19. *& seq. lib.* 1. *contr.* 303. *num.* 32.

Secundò quia fuit à testatore habita ratio conseruandæ agnationis, & sic colligitur, fuis-
13 se † inductum fideicommissum reciprocum inter ipsos masculos descendentes, *Socc. iun. consil.* 110. *num.* 39. *vol.* 3. *Fusar. cons.* 24. *numer.* 43. *& cons.* 177. *num.* 7. *Rot. decis.* 429. *num.* 1. *& 2. vers. his accedit par.* 7. *recent. & coram Mantic. decis.* 375. *n.* 5. quod patet ex tam enixa vocatione masculini-
14 tatis, † cum per quatuor vices in verbis testamẽti supra relatis testator qualitatem masculinitatis replicauerit *Paris. cons.* 90. *num.* 16. *tom.* 2. *Aldobr. cons.* 2. *num.* 43. *Surd. consil.* 90. *numer.* 31. *lib.* 1. *Grat. d. scep. foren.* 832. *num.* 11. *Rot. penes Giouagn. post cons.* 75. *num.* 73. *& in recent. decis.* 300. *n.* 5. *par.* 1. *decis.* 168. *num.* 5. *vers. quod fortius par.* 5. *& decis.* 212. *num.* 4. *par.* 4. Quæ quidem ratio conseruationis agnationis benè suffragatur ad effectum reciprocæ etiam linearis, quãdo prout in re præsente versamur in casu, quo non alias posset impleri voluntas testatoris, quam data
15 reciproca, † quicquid secus, quando est adaptabilis respectu descendentium, cuiusque lineæ, *iuxta decis. Seraph.* 1023. *num.* 9. *cum similib.* qua distinctione omnes decisiones hinc indè conciliantur.

Tertiò, quia testator ad plures gradus substitutionum processit præferendo semper ma-
16 sculos fœminis, † ex quo digressu colligitur coniectura substitutionis reciprocæ de linea ad lineam, cum non possit fieri transitus de vno gradu ad alium, nisi substituti admittantur ad bona transuersalium, *Decian. cons.* 3. *n.* 52. *lib.* 1. *Paris. cons.* 43. *numer.* 35. *lib.* 2. *Rot. dec.* 344. *num.* 17. *par.* 1. *recen, cum alijs congest. in dicta Romana fideicommissi de Zefiris, & in dicta Terracinen. fideicommissi coram* Reuer. P. D. *meo Otthobono* §. 2. *resultat*.

Quarto, quia masculi fuerunt substituti nominatim per fideicommissum, illisq; iniunctum onus perpetuum singulis annis dotandi
17 puellarum, † quod adimpleri non posset, nisi admittatur fideicommissum reciprocum, *Anchar. cons.* 27. *num.* 7. *Natt. cons.* 31. *num.* 28. *vers. ex onere*. *Surd. cons.* 139. *num.* 6. *Decian. consil.* 10. *numer.* 76. *vers. secundò respondeo*. Rota *in recen. decis.* 282. *num.* 8. *par.* 2.

Vltimò, & ex hoc cessat omnis difficultas, quia testator non vocauit fœminas simpliciter, deficientibus masculis, quo casu fœminarum vocatio posset intelligi discretiuè, vt nẽpè fœminæ vnius lineæ non excludantur à masculis alterius lineę in portione proprij columnelli, sed eas vocauit per substitutionem conceptam in tempus remotissimum, & post penitus extinctam lineam masculinam, ibi, *& casu quo linea masculina non adsit, seu quandocũq; deficiat, fœminæ succedant, &c.* cum enim nomen lineę sit nomen collectiuũ, & dicta verba *casu quo, &c. nõ adsit, &c.* stent complexiuè ad quoscũq; descẽdẽtes masculos ex Paulo hærede in-
18 stituto; † vtiq; substitutio fœminarũ facta est vltimo, & omnibus masculis morientibus, alias linea masculina in descendentia Pauli nõ esset prælata lineæ fœmininæ in eadem descẽdentia, *Marc. Ant. Cutel decis. Sicul.* 29. *num.* 10. *& seq.* nec dispositio testatoris suum effectum sortiretur, qui voluit hæreditatem, donec proles masculorum existeret, ad eam peruenire, si hæreditas ad fœminas deueniret, prole masculina vnius hæredis existente, nec fœminæ vocarentur post lineam masculinam finitam,
19 prout voluit testator, † cum non possit dici linea masculina finita ante mortem vltimi, & ex distinctione linearum, vel prælatione lineę masculinæ opus sit totam lineam masculinã esse finitam, vt in terminis ratiocinantur *Peregr. cons.* 19. *num.* 3. *lib.* 6. *Aldou. cons.* 92. *numer.* 10. *Ruin. cons.* 126. *num.* 3. *lib.* 1. *Giouag. cons.* 7. *num.* 15. *lib.* 1. hisque accedunt *Menoch. cons.* 205. *Caball. cons.* 84. *lib.* 2. *vbi de comm. Socc. iun. cons.* 69. *num.* 3.
20 *lib.* 3. Nec lineæ secundæ locus esse † possit, nisi expleta priori linea, vt ex adductis per *Giurb. de success. feud.* §. 2. *gloss.* 10. *num.* 29. maximè concurrentibus alijs superius ponderatis, *Honded. cons.* 54. *num.* 53. *lib.* 2. *Surd. cons.* 539. *n.* 2 cum alijs allegatis in *d. Terracinen. fideicommissi* 14. *Decembris* 1643. §. *quæ coniecturæ coram* Reu. P. D. *meo Otthobono, & in dicta Romana de Zeffiris* 1647. *in fin. coram* R. P. D. *meo Bichio*, & persæ-
21 pè conuincitur reciproca † ex coniecturis simul iunctis, etiam deficientibus dictis tribus requisitis, *Aym. cons.* 113. *sub num.* 1. *Ruin. cons.* 144. *num.* 9. *lib.* 2. *Calua d. cons.* 34. *sub num.* 2. *&* 42. *Decian. consic.* 44. *numer.* 68. *versic.* 5. *respondeo lib.* 3. *Mant. de coniect. lib.* 7. *tit.* 5. *vers. ex coniecturis*. Rot. *coram bon. memor. Coccin decis.* 493. *num.* 9. *& in Bononien. fideicommissi de Pannolinis* 10. *Decembris* 1610. *coram bo. me. Lugdunen. vers. & ista vocatio, & in dicta Romana de Zeffiris*.

Nec facit, quod prædicta procedant inter descendentes testatoris sicut inter transuersa-
22 les, † quia quamuis facilius coniecturæ suffragentur inter descendentes testatoris, *Soccin. sen. cons.* 249. *num.* 11. *lib.* 2. *Socc. iun. cons.* 151. *n.* 4. *lib.* 2. *Menoch.* 1071. *num.* 3. *Giouagn. cons.* 31. *num.* 7. *lib.* 1. *Rota decis.* 305. *num.* 3. *par.* 1. *recent. & in dicta* Romana *de Zeffiris in fin. coram* R. P. D. *meo Bichio*, tamen supradictas coniecturas sufficere
23 ad inducen. † reciprocam inter transuersales firmarunt *Aldou. cit. cons.* 92. *per tot. Peregr. d. consil.* 19. *num.* 7. *vers. quarta propositio lib.* 6. *Rot. decis.* 97. *num.* 6. *par.* 7. *recent.* Idque propter necessitatem implendi mentem testatoris postquã primo loco prætulit lineam masculinam.

Neq; releuat, quod agatur de substitutione vltima fœminarũ, non autem de vltima extraneorum, quo casu ne magis dilectus excludatur à minus dilecto institutio non resol uitur in singularitates, & secus est, quando deficientibus

tibus masculis sunt substitutæ fœminæ, quia tunc non fit transitus ad extraneos, sed ad personas eiusdem sanguinis sexu tamen differentes, & in portione vltimi decedentis magis dilectas, quam sint masculi, ita, vt pluralitas re-
24 soluatur in suas singularitates, † nec filia vltimi in portione sui patris excludatur per transuersalem ipsius vltimi. *Bart. in l. hæredes mei, §. cum ita num. 5. vers. item fallit, ff. ad trebell. vbi Angel. num. 10. vers. fallit Alexan. num 19. vers. fallit autem, Menoch. cons. 962. num. 35. Peregrin. de fideicomm. ar. 27. num.* 15. quia prædicti loquuntur, quando fœminæ fuerunt vocatæ simpliciter deficientibus masculis, non autem quãdo fuerunt vocatæ in defectum lineæ masculinæ, cum non possit dici linea finita, quando aliquis masculus ex descendentia superest, & quidem verbo complexiuo defectus totius lineæ, ibi: *quandocumque deficiat, vt supra in §. vltimo, quia ex Aldou. Peregr. & alijs*, vltra quod fœminæ, cum sint exclusæ à statuto, pro extraneis à testatore habitæ fuerunt.

Non obstat, quod non sit facta substitutio
25 fœminarum in tota hæreditate, † ex quo non sit facta mentio de bonis, & relatio contenta in testamento, ibi: *succedant cum honoribus, & oneribus supradictis, &c.* non referatur ad bona, prout requiritur, *Facchin. contr. lib. 4. cap. 80. Honded. cons. 60. num. 50. ad med. lib. 1.* Quia quãdo præcessit institutio hæredis, d. relatio *cum*
26 *honoribus supradictis*, † repetit vniuersalitatem bonorum expressorum, in qua masculos honorauerat, *Peregr. cons. 62. num. 24. vers. vbi quando lib. 1. Clau. d. cons. 34. num. 29. vers. sufficit* ergo, & cum masculis non sit datus alius honor quam vniuersalis hæreditas, ibi, *titulo honorabilis institutionis, &c.* verbum relatiuum, *supradictis honoribus*, debet referri ad vniuersalitatẽ
27 hæreditatis, & hæc interpretatiua vocatio ad totalem hæreditatem sufficit, cum expressa non requiratur, *Rot. d. d. decis. 300. numer. 12. & decis. 361. num. 12. par. 1. recent. Calu. d. cons. 34. num. 26.*

Et ita DD. receden. à decisis coram me sub die 30. Martij 1637. censuerunt constare de reciproca de linea ad lineam.

R. P. D. BICHIO.

Colonieñ Decanatus.

Veneris 15. Maij 1648.

ARGVMENTVM.

Beneficij resignatio in manibus laici cum sit ipso iure nulla, confirmationem recipere non potest à ratificatione facta per superiorem; quidquid sit vbi beneficium resignatur coram ecclesiastico inferiori. Electio si à principio est nulla, non substinetur ex vacatione superueniente.

SVMMARIVM.

1 *Possessio beneficij capta ab eo qui fuit à Capitulo electus antè confirmationem Episcopi est ipso iure nulla.*
2 *Tex. in cap. auaritiæ de elect. in sexto procedit tam in dignitatibus, quam in alijs beneficijs.*
3 *Causa*, simplicirer, *per signaturam commissa, omnia medio tempore gesta sunt attentata, & num. seq.*
4 *Rescriptum signaturæ*, simpliciter, *retrotrabitur ad diem sententiæ & appellationis, & supra num. 3.*
5 *Sententia habens vim diffinitiuè est appellabilis.*
6 *Patronus dicitur legitimus contradictor ad impediendam confirmationem & possessionem electi.*
7 *Electio facta de beneficio non vacante est nulla, & num. 15.*
8 *Resignatio beneficij facta in manibus laici est nulla amplia, vt ibid.*
9 *Resignatio beneficij fieri debet coram superiore.*
10 *Resignatio, vt valeat; requiritur superioris admissio.*
11 *Resignatio facta in manibus non superioris tenet quoad resignantem.*
Resignans nulliter non amittit beneficij proprietatem antè priuationem, num. 11.
12 *Resignatio facta coram persona ecclesiastica non superiore conualescit per ratificationem legitimi superioris.*
13 *Resignatio facta in manibus laici num conualescat per confirmationem legitimi superioris.*
14 *Vacatio beneficy resignati est in pendenti, donec superior resignationem admittat.*
ad Beneficium resignatum ante admissionem superioris nemo potest eligi, nec illud conferri, numer. 14.
16 *Electio beneficij vtpotè per resignationem vacantis substineri non potest ex subsecuta vacatione per obitum resignantis.*
17 *Electio vbi à principio est nulla superueniens illius admissio non retrotrahitur.*
18 *in Electionibus attenditur initum.*
19 *Tempus ad effectum deuolutionis beneficij currit à die renunciationis, non autem admissionis.*
20 *Admissio resignationis emanata in executionem sententiæ suspensæ per appellationem non suffragatur.*
21 *Consensus præstitus lite pendente resignationi antè litem motam factæ non est attentatus.*
22 *Renunciatio iuris quod quis habet super beneficio fieri potest absque superioris auctoritate.*
23 *Factum proprium impugnare nemo potest.*
24 *Electio facta in vim resignationis, resignante defuncto infra 20. dies est nulla.*
Reg. Cancellariæ 20. de infirmis habet locum etiam in resignationibus factis extra curiam, n. 24.
Amplia quia procedit etiam in dignitatibus, numer. 25.
26 *Renunciantis assertioni non statur.*
27 *de Potestate Papæ dubitare præsertim in beneficialibus nefas est.*

DECISIO CLXXXIV.

TANQVAM vacantem per resignationem in manibus Serenissimi Ducis Neuburgi factam à Guilelmo Bont possessore Decanatus Collegiatæ Ecclesiæ Beatissimæ Virginis in

in Dusseldorf, ad eundem Decanatum Iacobus Merchen electus fuit a Capitulo dictæ Ecclesiæ sub die 6. Decembris anni 1637. & secuto intra duodecim dies dicti Guilelmi obitu, idem Dux titulo hæreditario Ducum Montensium, quibus Bonifacius Pontifex eius nominis IX. huius Decanatus Iuspatronatus concesserat, præsentauit Iacobum Linichium, inter quem, & Ducem illi adhærentem ex vna, & Marchen ex altera, moto desuper iudicio coram Officiali Coloniensi, hic per sententiam diffinitiuam pronunciauit, electionem Capituli esse confirmandam, & electum pro confirmatione obtinenda ad Eminentissimum Archiepiscopum Coloniæ remisit, saluo, & reseruato Domino Duci Neuburgi asserto iure nominationis, seu præsentationis in petorio. In cuius sententiæ executionem electus Archiepiscopi confirmationem successiuè obtinuit.

Non obstante appellatione ab huiusmodi sententia per Dominium Ducem interposita intra legitima tempora, qua ex rescripto Signaturæ Iustitiæ simpliciter admissa, eiusque causa commissa Rotæ, prodijt in primis cognitio super possessione Decanatus capta à Iacobo electo, quæ visa est nullius esse momenti: siue capta fuerit antequam Archiepiscopus
1 electionem confirmaret, quia tunc resisteret apertissima iuris dispositio *in cap. auaritia de elect. in 6.* quam procedere, tàm in Dignitati-
2 bus, quàm in alijs beneficijs ob identitatem rationis notat ibidem *Archid. sub num. 2. vers. nullus Franc. num. 2. vers. sed certè, & reiecta contraria opinione Gemin. & Lambert.* id ipsum firmauit *Gabr. cons. 199. nu. 4. lib. 1. Marescot. var. resol. lib. 2. cap. 35. num. 47. Rot. penes Crescen. decis. 6. num. 11. de iurepatr. decis. 261. num. 3. vers. neque etiam obstat penes Card. Mantic.*

Siuè capta fuerit post obtentam confirmationem, cum enim confirmatio emanauerit in executionem sententiæ, à qua victus intra legitima tempora appellauit, & deinde Signatura Iustitiæ causam appellationis simpliciter
3 commisit, † tàm ipsa confirmatio, quàm possessio subsecuta, & quicquid aliud medio tempore gestum fuit, attentatum est *cap. non solum de appell. in 6. Lancellot. de attentat. part. 2. cap. 12. limit. 49. num. 2. & seqq.* & in terminis electionis est *tex. in cap. si postquam de elect. in 6.* non secus ac si rescriptum Signaturæ præcessis-
4 set, † quia retrotrahitur ad diem latæ sententiæ, & interpositæ appellationis, *Rot. decis. 96. n. 4. decis. 240. num. 3. coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 305. num. 19. part. 6. recent.* & in alijs relatis in *Cremonen. Præpositura* 27. *Iunij* 1644. *coram R. P. D. meo Corrado, & in Calaguritana Beneficij ac Lumbreras* 20. *Aprilis* 1646. *coram R. P. D. meo Otthobono.*

Quo magis quia sententia vti lata in contradictorio iudicio contra Præsentatum & Pa-
5 tronum, † habet vim diffinitiuè, ac propterea est appellabilis, *Franc. in cap. auaritiæ num. 5. de elect. in 6. Garz. de benefic. part. 9. cap. 4. num. 16. & seqq. Lancellot. de attentat. part. 2. cap. 4. in præfat. numer. 621. & cap. 12. limit. 40. num. 11. limit. 49. per tot. Rot. decis. 6. num. 2. part. 2. diuers.* Nec dubitandum est, quin Dominus Dux potuerit appellare, & impetrare appellationis Commissionem, eamque prosequi valeat, cum contra ipsum nominatim lata fuerit sententia, & ratione iurispatronatus, quod in hoc Decanatu
6 se habere prætendit, † sit legitimus contradictor ad impediendam, seu impugnandam confirmationem, & possessionem electi, ne sua præsentatione neglecta alius admittatur *cap. 2. vbi gloss. verb. intererat, vt lit. penden. in 6. Gemin. in cap. vt circa §. primo sub num. 9. versic. vel patronus de elect. in 6. Ioan. Andr. in cap. auditis num. 5. de elect. Felin. in cap. super his num. 15. de accusat, Rot. decis. 2 de iurepatr. in nou.*

Ideò Domini dilata terminatione summarijssimi possessorij, mandarunt videri de bono iure Iacobi electi, eoque pluries ad trutinam euocato, non constare de bono iure Iacobi, hodie responsum fuit, ex quo nititur electioni dupliciter nullæ: & Primo, quia Decana-
7 tus de tempore electionis non vacabat, † vt requiritur, *cap. 1. & 2. seqq. de concess. præben. cap. deliberatione §. prohibemus de offic. deleg. in 6. Aegid. decis. 443. in princ. Paris. de resign. lib. 8. quæst. 7. numer. 138.* Siquidem viuebat Guilelmus antiquus illius possessor, & quamuis resignas-
8 set, † quia resignauerat in manibus laici, & propterea nulliter *cap. quod in dubijs, vbi gloss. verb. manum laicam de renunciat. Maiol. de irregular. lib. 3. cap. 6. sub num. 12. vers. ille etiam, Paris. de resign. lib. 7. quæst. 9. num. 7. & seqq.* vbi signanter numer. 12. hoc ampliat etiam si resignatio facta fuerit coram Laico constituto in dignitate Ducali, Regali, vel Imperiali, & num. 14. idem dicit procedere quamuis fieret coram Laico habente beneficij resignati Iurispatro-
9 natus, † ea ratione quia fieri debet coram Superiore, *cap. admonet, cap. vlt. de renunc.* qualis non est Princeps, aut patronus laicus, *Barbos. in collect. ad dictum cap. quod in dubijs num. 3. Fusc. de Visitat. lib. 2. cap. 28. nu. 12.* ex huiusmodi resignatione non fuit inducta vacatio, quippe quæ nec quo ad resignantem insurgit ex solo actu resignationis, sed oportet, vt accedat Su-
10 perioris admissio, † cùm respectu proprietatis, ac tituli non sit in potestate Beneficiati se liberare ab Ecclesia, cui erat obligatus per quasi contractum acceptationis, vt benè aduertit *Ioan. de Imol. in d. cap. quod in dubijs num. 10. vers. & ideo Compostell. ibidem num. 2.* vbi ait quod renunciatio facta in manibus non Superioris tenet quo ad renunciantem ad effectum, vt ex capite huius delicti priuari possit benefi-
11 cio, † sed renuncians antequam à Superiore priuetur, non amittit beneficij proprietatem, *Castrop. oper. moral. tom. 2. tract. 13. disput. 6. punct. 2. §. 2. sub num. 1. Caldas. cons. 5. sub num. 4. vers. quia per cessionem, Lotther. de re benef. lib. 3. quæst. 14. n. 24 & 26. & quæst. 15. num. 44. Bisignett. decis. 4. sub n. 2. vers. & licet de renunc. Cassad. decis. 2. sub num. 3. eod. tit.*

Nec releuat, quod postea Superior, nempè Archiepiscopus Coloniæ resignationem ratificauerit, electionem confirmando: quicquid enim sit, an sicuti per subsequentem admis-

admissionem, seu ratificationem legitimi Su-
12 perioris conualescit † resignatio facta in manibus personę Ecclesiasticę inferioris, eo quod nulla erat ob iniuriam, quæ fit ipsi Superiori, qui proinde potest illam remittere, *Card. in clem.1. sub num.17. de renunc. Abb. in cap. vlt. n.4. eod. tit. cum alijs allegat. à Paris. de resign. lib.7. quæst. 1. num 48. & seqq.* conualescat pariter resignatio
13 facta in manibus Laici, † quæ videtur ipso iure nulla iuxta distinctionem *Hostien.* quam sequitur *Abb. in d. cap. quod in dubiis num.8. Anton. de Butr. ibidem num.9. de renunc. Bero. in cap. sollicitè num.16. vers. potest, & num.19. de restit. spoliat.* reprobat verò *Paris. de resign. d. lib.7. cap.1. num.34.* certum est, quod donec Superior admittat, seu
14 ratificet, † vacatio est in pendenti, ideoque interim beneficium resignatum conferri, aut ad illud eligi non potest, *Butr. in d. cap. quod in dubiis sub num.9. vers. est tamen verum, & ibidem Panorm. sua num.8. vers. est tamen verum Imol. n.13. Paris. de resign. d. quæst.1. sub num.28. vers. ideo inquit Castropal. oper. moral. tom.3. tract.17. disput.3. puncto 17. sub num.1. Mohedan. decis.22. de renunciat.*

Cùm itaque electio secuta fuerit antequam Superior Ecclesiasticus resignationem admitteret, seu ratificaret, verum est dicere, quod
15 tunc Decanatus non vacabat, † & propterea electio non tenet, vt in puncto *Francisc. Caldas. cons.8. sub num.15. vers. sed magis post Io: Andr. in cap. non firmatur 18. num.6. & 7. de reg. iur. in 6.* Cumque illa sit restricta ad vacationem ex
16 causa resignationis, substineri non potest, † aut ex subsequenti vacatione per obitum resignantis *cap. susceptum de rescr. in 6. Mandos. super reg.19. Cancell. quæst.17. nu.3. Garz. de benef. par.11. cap.1. num.8. Menoch. de arbitr. cas.201. nu.103. Burat. decis.162. num.3. & seq.* aut ex successiua post dictum obitum admissione resignationis, quia semper vrget defectus vacationis de tempore electionis, ad quod cum tunc electio esset
17 nulla, † superueniens illius admissio non retrotrahitur, vt in puncto *Io: Andr. in supracit. cap. non firmatur num.4. vers. illa tamen, & num.7.*
18 vbi dicit rationem, † quia in electionibus spectaret initium *Franc. ibid. sub num.3. in fin. de reg. iur. in 6. Caldas. dicto cons.8. sub num.5. vers. quamobrem,* facit *Calder. cons.1. num.3. de elect. Paris. de resign. lib.9. quæst.17. num.70. & 71.* Licet ad effectum deuolutionis, collationis tempus currat
19 à die renunciationis, † non autem admissionis ob rationes diuersitatis, quas affert *Nauar. in cap. accepta in 7. opposition. solut. num.31. & 32. de rest. spoliat. Rot. decis.1. de elect. in antiquior.* Eoque minus suffragatur admissio, quia emanauit in executionem sententiæ suspensæ per appella-
20 tionem, † vt in terminis electionis admissæ appellatione pendente, *Hostien. in cap. auditis num.6. de elect.* & ex prædictis hic non intrat retrotractio, ob quam consensum lite pendente
21 præstitum resignationi † ante litem motam factæ attentatum non esse tradit *Lancell. de attentat. par.2. cap.4. limit.29.*

Gratis autem dicitur admissionem Superioris non fuisse necessariam, eo quod renuncians non esset verè Decanus, sed solùm haberet ius
22 ad rem † quod absque Superioris authoritate renunciari potest, vt tradunt *Zabar. Archid. Gemin. & alii allegati à Paris. de resign. lib.7. quæst.1 num.76. & seqq.* quia non probatur assumptum, & aduersarius qui desumendo vacationem ex persona renunciantis, ipsum in verum, ac le-
23 gitimum Decanum agnouit, † contrarium asserere hodie non potest, *Add. ad Put. decis.333. lib.1. in corr. Rot. decis.411. sub nu.2. vers. quam ex eo part.3. recent. & in Compostellana parrochialis 10. Februarii 1645. coram R.P.D. meo Verospio, in Neapolitana Cimiliarcatus 26. Iunii 1647. coram me.*

Secundo electio reddita fuit irrita per obitum resignantis infra 20. dies, sic disponente in verbis regula 20. Cancellariæ nuncupata de Infirmis, ibi, *Collatio huiusmodi sit nulla, ipsumque beneficium nihilominus per obitum censeatur*
24 *vacare,* † quæ locum habet etiam in resignationibus factis extra Curiam, cum generaliter loquuntur, eiusque ratio vbique militet, vt reprobato *cons. Dec.223.* quem secutus fuit *Mandos. super d. reg. quæst.16. per tot.* latè tuetur *Sarnen. super ead. reg. quæst.26. num.4. Bebuff. in tract. nomin. quæst.17. sub num.5. vers. nec refragatur, & cons.72. vers. præterea regula Vames. cons.257. nu.12. Paris. de resign. lib.12. quæst.5. num.8. Azor. inst. moral. part.2. lib.7. cap.28. vers. quarto quæritur Castropal. oper. moral. tom.2. tract.13. disput.6. punct.2. §.3. num.7. Crescen. decis.12. de renunc. Rota in Leodien. beneficii 25. Maii 1640. §. primo enim, & 2. seqq. coram R.P.D. meo Cerro,* pariterque locum habet
25 etiam † in Dignitatibus *Sarnen. super hac regula quæst.6. sub num.5. Paris. de resign. lib.12. quæst.3. nu.2. & seq.* ac etiam in beneficiis iurispatronatus, *Azor. d. cap.28. vers. sexto quæritur, Castrop. d. §.3. num.8. Paris. vbi supra num.22. & seqq. Caputaq. decis.36. num.12. & 13. par.3.*

Neque euitari potest eo quod in casu nostro cesset suspicio fraudis, militetque fidei fauor, cum in resignatione exprimatur eam fieri ne si beneficium vacaret per obitum, D. Marchio Brandemburgi, qui est Acatholicus, & ad quem vigore alternatiuæ inter ipsum, & Dominum Ducem Neuburgi seruari solitæ spectaret præsentatio, personam Acatholicam præsentaret, & in Capitulo introduceret. Nam sufficit respondere, quod de
26 hoc non creditur assertioni renunciantis, † ne sit in eius arbitrio regulæ dispositionem eludere, vt in fortioribus terminis *Oldrad. cons.261. per tot. Paris. cons.36. num.11. lib.4. Aegid. decis.617. in princ. Barbos. de potest. Episc. alleg.66. num.23. Rot decis.716. num.1. decis.752. num.3. par.1. diuers. & in Narnien. vnionis 1. Iulii 1643. coram me:* imò eadem assertio mendicata, & falsa apparet, quia impossibile erat quod per præsentationem D. Marchionis Brandemburgi, persona Acatholica Decanatum assequeretur, cum in priuilegio Bonifacij IX. ex quo idem Marchio, ac Dux Neuburgi vti successores Ducum Montensium Iuspatronatus desumunt, expressè cautum fuerit, *quod nullus habeat Decanatum, nisi Canonicus præbendatus.*

Tertio informantes pro D. Duce electionem impugnabant, quia, & si à primæua erectione facta anno 1303. Decanatus electio compete-

poteret Capitulo, tamen postea de anno 1393. Bonifacius Nonus ex certa scientia ius præsentandi ad Decanatum concessit Ducibus Montensibus, & nefas est in beneficialibus
27 præsertim dubitare de potestate Papæ, † vt in terminis Iurispatronatus *Azor. instit. moral. par. 2. lib. 6. cap. 19. vers. duodecimo quæritur, Castrop. oper. moral. tom. 2. tract. 13. disput. 2. punct. 2. num. 10. vers. non est dubitandum*.

Verùm quia plura hinc inde super existentia, ac pertinentia Iurispatronatus deducta fuerunt altiorem indaginem requirentia, & pro exclusione boni iuris Iacobi à Capitulo electi priora duo argumenta sufficiunt ex illis dumtaxat, ita decisum fuit vtraque parte informante causa quater proposita.

R. P. D. M E L T I O.

Posteà Episcopo PAPIEN.

Bononieñ fideicommissi de Amorinis.

Lunæ 18. Maii 1648.

A R G V M E N T V M.

Ad obtinendam immissionem vig. l. fin. C. de edicto diu. Adr. toll. tria probare debet fideicommissarius, testamentum nempe, & sic fideicommissum, bona fuisse in hæreditate testatoris reperta ab eoque possessa, eorumque identitatem & possessionem rei conuenti, quæ omnia quomodo iustificata remaneant præsens patefacit decisio.

S V M M A R I V M.

1 *Immissio vig. l. fin. C. de edicto diu. Adr. tollendo datur hæredi docto de testamento, de possessione testatoris, ac de identitate bonorum.*

2 *Consanguinitas probata remanet ex probatione graduum.*

3 *Consanguinitas probatur ex testibus.*

4 *Consanguinitas vbi non agitur de concursu aliorum consanguineorum leuioribus probatur probationibus.*

5 *Exemplum testamenti non probat parte opponente.*

6 *Exemplum à Notario subscriptum eiusque sigillo munitum plenè probat.*

7 *Obseruantia testamenti, etiam si illud sit informe facit id valere ac transire in fidem veri.*

8 *Fides extracta lite pendente, & non citata parte nihil probat.*

9 *Instrumentum datum à Notario in publicam formam attendi debet quidquid adsit in matrice.*

10 *Cassaturæ, lineaturæ, & apostillæ factæ manu Notarii rogati non attenduntur.*

Falsitatis suspicio, vt arguatur ex cassaturis, & apostilis requiritur manuum diuersitas, numer. 11.

11 *Bona fuisse in hæreditate testatoris probatur ex descriptione in eius testamento facta.*

12 *Inuentarium probat bona fuisse in hæreditate testatoris reperta.*

13 *Instrumentum diuisionis ab hæredibus factæ probant bona diuisa in hæreditate testatoris fuisse.*

14 *Testatoris assertio in eius testamento bona describentis non probat contra tertium declara, vt num. seq.*

16 *Confessio testatoris probat contra hæredes, & habentes causam ab eis.*

17 *Possessio rei conuenti probatur ex substentatione litis.*

18 *Confinium duorum verificatio reputatur sufficiens.*

19 *Identitas bonorum probatur si constat testatorem habuisse bona in aliquo loco, & in eodem loco habere alia bona hæredes.*

20 *Solutio legatorum probari debet, vt grauatus possit summam solutam retinere, & de fideicommisso deducere.*

21 *Legata præsumuntur soluta de mobilibus, & creditis in hæreditate repertis.*

22 *Dos non potest à grauato retineri super bonis fideicommisso, nisi ab eo, non autem ab alio appareat soluta.*

23 *Liberatio facta vsufructuario mobilium à cautione præstanda attendi non debet.*

Testator non potest vsufructuario mobilium remittere cautionem, num. 23.

DECISIO CLXXXV.

MATTHAEVS de Amorinis de anno 1568 sub die 8. Decembris suum condidit testamentum, in quo institutis sibi hæredibus Alexandro, & Iulio Cæsare ex Dominico fratre nepotibus, illos ad inuicem, si quis eorum quandocumque sine liberis masculis, ex masculis descendentibus decesserit, substituit, & ambobus, vel eorum altero cum descendentibus masculis decedentibus, cuilibet eorum decedenti masculos legitimos, & naturales, ac de legitimo matrimonio natos, & nasciturosa, ac ex linea masculina descendentes in infinitum, substituit vulgariter, & per fideicommissum quos etiam ad inuicem, & vicissim pariter substituit, vocando proximiores in stirpes, & non in capita. Quibus omnibus sic institutis, atque substitutis deficientibus, substituit filios masculos naturales; & in eorum defectum spurios illegitimos ex damnato coitu natos: Et pariter his non extantibus, siue extincta eorum linea vocauit fœminas descendentes ex quibusdam eius neptibus; Atque vt integra, & illæsa eius bona institutis, & substitutis remanerent, illa describendo in eodem testamento expresè alienari prohibuit, itaut ex eis legitima, & trebellianica, neque etiam detrahi possent. A Iulio Cęsare vno ex hęredibus natus fuit Guido, qui obijt, nullis post se relictis filijs. Ab Alexandro vero cohærede ortum habuerunt Hercules, Franciscus Maria, & Virgilius; At ab isto vltimo nati fuerunt Iulius Cæsar, & Alexander Iuniores, qui vigore *l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. toll.* prætendentes immissionē in bonis, de quibus agitur, possessis per Ioannem Peregrinum Sighettum, qui illa emit à quibusdam de Bonacursis, & Fracassatis, causam habentibus à supradicto Virgilio secundo hærede grauato. Proposito sub hac die dubio

An

An illis sit danda immissio; affirmatiuè fuit per DD. responsum.

Concurrunt enim in hoc iudicio omnia necessaria requisita, scilicet fideicommissum, & illius purificatio ad fauorem eorundem de
1 Amorinis vigore testamenti Matthæi: † possessio testatoris de tempore sui obitus: identitas bonorum; necnon possessio eiusdem Seghetti rei conuenti: Quibus stantibus, vt immissio *ex d. l. fin.* sit concedenda declarat *Ruin. cons. 286. num. 1. & 2. lib. 58. Gabr. cons. 44. num. 6. lib. 2. Menoch. de adipisc. rem. 4. nu. 653. Grat. discept. for. cap. 558. num. 4. Caual. decis. 204. nu. 4. §. qua re cum per alienationem, Bononien. fideicomm. de Manzolis prima Decembris 1623. coram bo: mem. Pirouano, & Ciuitatis Castelli supplementi legitimæ 23. Ianuarii 1630. coram eodem.*

Quod autem ipsi de Amorinis sint descendentes Matthæi, & ad illius fideicommissum vocati, probatur non solum ex supradictis
2 gradibus, † ex quibus eorum descendentia, & consanguinitas sufficienter probata remanet *ad text. in cap. licet ex quadam de testib. & in l. Iuris consultus vers. nam quoties ff. de grad. & affinit. Lotther. de re benef. lib. 2. quæst. 11. num. 95. Buratt. decis. 197. nu. 2. Auximana sepulturæ 14. Martii 1646. coram Reuerendiss. D. meo Decano*; Verum etiam ex testibus formiter examinatis, deponentibus, eos esse filios Virgilij, & nepotes, & de-
3 scendentes Alexandri, † & per consequens vocatos in testamento Matthæi *Salust. Tib. in Prax. lib. 1. cap. 44. num. 51. Cephal. cons. 133. nu. 45. Roll. à Vall. cons. 82. num. 47. lib. 1. Mascard. de prob. d. concl. 510. num. 8. Rot. in rec. decis. 331. nu. 8. par. 6. & decis. 10. num. 1. par. 7.* Licèt in præsenti casu, quia non agitur in concursu aliorum descen-
4 dentium, † sufficerent quæcumque leuiores probationes, etiam ex indicijs, & præsumptionibus iuxta *glos. in l. 1. in verb. quoties ff. de prob. concl. 512. num. 1. Maresc. var. resol. lib. 1. cap. 70. n. 3. vers. secus in alijs casibus Rot. decis. 511. nu. 12. par. 5. recent. Bononien. fideicomm. de Pancaldis 15. Februarii 1646. §. circa verò descendentiam coram R. P. D. meo Otthobono.*

Non obstant quæ deducuntur contra validitatem dicti testamenti, scilicet, quod non sit in forma probanti, & sit exemplum dicti
5 testamenti Matthæi; † quod ideo non probet, eodem Seghetto opponente, *Socc. iun. cons. 2. num. 1. & 2. lib. 2. Rot. decis. 135. num. 6. par. 1. recent. & 503. num. 6. par. 4. tom. 2. Maceraten. fideicomm. 29. Nouembris 1629. coram Vbaldo.*

Quia legalitas dicti testamenti patens visa fuit, dum illud fuit exemplatum, & subscriptum à tribus Notarijs, qui insolidum de eo se rogarunt, & vlterius signatum apparet pro-
6 prijs eorum sigillis; † Et propterea, quod etiam probari absque solemnitate, non secus, ac ipsum originale, firmat *Bart. in l. si quis ex argentariis §. 1. num. 3. ff. de eden. Felin. in cap. fin. num. 7. de fid. instr. Personal. de adipisc. num. 150. & seqq. Mar. obr. cons. 76. num. 65. & seqq. Mart. Andr. decis. 14. num. 44. num. 1. par. 4. diuer. Gregor. XV. decis. 432. num. 3. & 454. num. 1. & in rec. decis. 687. num. 2. par. 1. & 503. num. 9. par. 4. tom. 2. Buratt. decis. 211. num. 12. & 13. & decis. 318. num. 10. Duran. decis. 178. num. 4. & decis. 337. num. 6. Romana de Arigonis coram bo: mem. Card. Virili apud Fenzon. decis. 3. §. quia vera matrix vers. sat est, Mediolanen. decimarum 23. Ianuarii 1612. coram bon: mem. Pirouano, Nouarien. bonorum 4. Martii 1616. coram bon. mem. Card. Verospio, Calaguritana iuris prouidendi de Viana 19. Aprilis 1619. coram Remboldo, Narnien. hæreditatis 16. Nouembris 1629. coram R. P. D. Ghisilerio.*

Non obstant decisiones, & auctoritates in contrarium allegatæ; quia tam *Socc.* quàm *decis. 135.* loquitur in simplici copia, & transumpto: *decisio 503. num. 6.* loquitur per modum obiecti, & eadem postea *num. 9.* resoluit quęstionem secundum hanc opinionem: *Maceraten. fideicommissi* loquitur de transumpto non authentico; Sed vlterius in pręsenti casu cessare videtur quęcumque difficultas; cum pro validitate huius testamenti valde faciat, vt spatio longissimi temporis illud fuerit semper obseruatum, tam circa successionem hęredum in eo nominatorum, quàm circa solutionem, & adimplementum plurium legato-
7 rum: † Quæ sola obseruantia, etiamsi dictum testamentum fuerit informe, addidit illi tale robur, ac vim, vt valere, ac transire debeat in fidem veri iuxta *l. cum de in rem verso ff. de vsufr. Aym. de antiq. temp. par. 1. vers. quarto limitatur num. 14. & 15. & cons. 101. num. 4. Grat. discept. foren. cap. 951. num. 8. & 9. Mant. decis. 3. num. 1. & decis. 82. num. 2. Greg. XV. decis. 469. & ibi Adden. vers. obseruantia, Baren. Iurispatronatus 9. Iunii 1636. coram bon. mem. Pirouano Nouarien. bonorum 17. Decembris 1640. coram bon. mem. Coccino.*

Fides autem Notarij, quę datur pro Seghetto in eius *summ. num. 5.* ad probandum, matricem testamenti, de quo agitur, esse abolitam, & cancellatam cum pluribus interlineaturis etiam in partibus substantialibus, prout in institutionibus, substitutionibus, atque legatis, non est attendenda; nec fidem mere-
8 tur, † cum fuerit extracta lite pendente, nec citatis dictis de Amorinis, *ad text. in cap. 2. & cap. nuper de testib. Auth. si quis in aliquo, vbi Dec. num. 9. & 10. C. de eden. Seraph. decis. 1423. num. 3. & decis. 1430. num. 4. Mant. decis. 177. num. 4. §. nec etiam fides, & decis. 469. num. 4. coram Papa Gregorio XV.* Sublata remanet quęcumque obiecta exceptio contra validitatem huius testamenti, ex quo ab eodem Notario rogato, & alijs duobus pręsentibus, & insolidum pariter cum eodem rogatis, postea fuit datum authenti-
9 cum nitidum, & in publicam formam, † quod etiam productum fuit à Thoma Maurino Procuratore dictorum de Amorinis sub die 10. Decembris 1643. coram D. Auditore generali Bononię; Et in Processu ad Partibus in Actis producto in publicam formam, & cum legalitate; Et sic non est curandum quid adsit in matrice, sed istud tanquam legale venit attendendum *text. in l. cum Tabellio & in c. fin. de fid. instr. Menoch. de adip. rem. 4. num. 654. Coccin. decis. 450. num. 1. Roman. hæred. de Arigonis 25. Ianuarii 1627. coram bo: mem. Card. Virili §. quia cum matrix vers. ita est, & d. Nouarien. Bonorum coram Coccino,* & signanter fuit responsum in *Reatina depositi*

siti coram Penia impressa post Zacch. de oblig. Cam. quæ est decis.60. num.8. eoque magis prędicta procedunt, quia dictę cassaturę, lineaturę, & appostillę non sunt attendendę, cum sint fa-
10 ctę manu eiusdem Notarij stipulantis; † Quod facit cessare quamcumque suspicionem falsitatis, quę vt arguatur, requiritur diuersitas manus, *vt per Bald.in l.nostrum C.de testam.Paul. de Castr.conf.38.Dubium facit Farin.de falsit. & simul quæst.153.num.10. Rot.decis.276.num.3.par.2. recent.Caual.decis.122.num.6. Firmana Professionis 2.Decembris 1639.coram R.P.D.meo Roias.*

Bona autem huiusmodi, quod fuerint in hereditate, & bonis Testatoris, clarè patet ex descriptione facta per ipsummet in suo te-
11 stamento, † in quo omnia corpora fuerunt specificata, vt apparet ex Summario eorundem de Amorinis *num.1. Rip.in l.si aliquam rem nu.42. ff.de acqu.poss. Bart.in l.si alienam ff.sol.matr. Peregr. de fideicomm. artic.44. num.20. Mascard. de prob.concl.779.num.18. & 19. Bald.conf.89.num.3. lib.1. Decian.conf.76.nu.16.vers.secundo plura lib.3. Cephal.conf.386.num.29.Rota in rec.decis.312.nu.2 par.7. Maceraten. Legitimæ 22.Martij 1628. coram bon.mem.Vbaldo.* Accedit etiam Inuentarium confectum à nepotibus Testatoris, primis he-
12 redibus institutis, † in quo enunciantur tanquam bona hereditaria, & fideicommisso subiecta *ad text.in l.fin.C.de arbitr.tutel.& in l.tutor,qui repertorium in princ.ff.de eadim.iuxta Peregr. de fideicomm.artic.44.num.2. Gratian.discep.for.cap. 765.num.59.Fusar.de substit.quæst.618.num.1.Bald. conf.407.num.6.lib.1.Greg.XV.decis.575.num.3.& in recent. decis.407. num.2. par.2.344.num.2.par.3. & decis.92. num.2.par.5.* Concurrit demum instrumentum diuisionis factę assertorum bo-
13 norum à dd.nepotibus, † & primis Testatoris hæredibus grauatis sub narratiua, & expressione, quod erant fideicommissaria, & hereditaria Matthei: quod tollet quamcumque difficultatem *Peregr.de fideic.d.art.44.num.5. Muzar. eod. tract. quæst.58. Alex. conf.152.num.1. lib.7.Seraph.decis.553.num.1.Coccin.decis.417.n.5. par 4.tom.2. & decis.518.num.8.eadem par.4.tom.3. & decis.85.num.9.312.num.4.par.5.& 88.num.12. par.7.*

Non obstat, quod assertio Testatoris dum describi curauit prędicta bona in eius Testa-
14 mento tanquam propria, † non dicatur probare contra tertium *Bald. conf.19. num.1.vol.1. Fusar.de substit.quæst.618.num.51.*

Quia procedit, quando ille tertius possessor non habet causam à grauatis: Tali enim casu
15 probatio esset coadiuuanda, † docendo de possessione, seu detentione defuncti, & heredum suorum, vt distinguit, & firmat *Peregr. d.art.44.num.6. §.aut vero.* In hac autem contigentia facti Seghettus mediatam habet causam à Virgilio Amorino, qui vendidit de anno 1622. Petro Fracassato (cuius heredes postea vendiderunt eidem Seghetto, qui obtinuit etiam aliud prędium pro liberatione à molestijs, & euictione à fideiussore dicti Virgilij in prima venditione obligato, vt ex tenore instrumenti dati *in d.Summ.num.9.* Vnde cum hodie agatur contra habentem cau-
16 sam à dd. grauatis, † confessio Testatoris illum afficit *ad text. in l. omnibus §. non debeo ff.de reg.iur.Peregr.de fideicomm. d.artic.44.num.6.§.sed vtrum Ciriac. controu.204. num.47.& 48. Mascard. de probat. concl.778. num.14. 24. & 38. Ruin. consil.228. num.16. lib.2. Surd. conf.489. num.31. Seraph. decis.563. num.1.& 3. Gregor.XV. decis.172. num.1. Buratt. decis.253. num.7. Coccin. decis.120. num.2.vers.ita quoque, & dec.152.num.1.Caual.decis.204.num.4. vers. quæ remedia Buratt.decis.143. num.7.& in recent.decis.42.num.8.& decis.84.nu.9. par.5. Romana fideicomm. de Maximis 18. Februarii 1628.coram eodem Coccino.*

17 Possessio eiusdem Seghetti probatur † ex substentatione litis *Verall.decis.372.num.1. & 2. Cæs.de Graff.decis.6.num.4.de restit.spol. Seraph.decis.1415.num.3.Coccin.decis.161.num.2.212.nu.10 & 312.num.1.& in recent.decis.669.nu.3.778.nu.1. par.2.*

Quo verò ad identitatem bonorum, illa concludenter probata remanet ex pluribus confinibus iustificatis, vt apparet ex eodem
18 *Summ.num.1.* † Licet duorum verificatio sufficeret *ex l.1. §. fin. ff.de dot.præleg.l.testamenta la prima ff. de condit. & demonstr. & ibi Bart.num.14. Peregr.d.tract. & artic.44. num.50.Gratian.discept. foren, cap.883. num.1. & 4.& cap.99.num.33.Soccin. sen. conf.127. num. 28. lib.3. Menoch.conf.409. num.84. §. Primo rei identitas Coccin. d. decis.120. num. 5.* & tanto magis dum hodie constat Te-
19 statorem in eodem loco habuisse, † & hodiè illius heredes habere alia bona *ad tex.in l.2.vbi Bald.C.de pact. Peregr.d.art.44.num.22.& conf.44. num.10.lib.1.Natt.conf.235.num.11.Surd.decis.15. num.10.& in rec.decis.407.num.4.par.2.& decis.42 num.3.& 4.par.5.*

Non obstat, quod Testator plura fecerit legata quę cum fuerint soluta per heredes grauatos, videatur competere retentionem Seghetto vti ab illis causam habenti, non solum respectu legatorum verum etiam occasion dotium solutarum Ludouicę, & Lucretię filiabus Marci Antonij Amorini per Cęsarem, & Alexandrum seniores de Amorinis.

Quia quoad legata non apparet de aliqua
20 solutione † quę concludenter est probanda ad hoc,vt sit locus deductioni *l.ad quingenta ff. de probat. glos. Bart. & Doct. in l. 2. C. de iur. emphit.Pereg.de fideicomm.artic.35.num.9. in fine Menoch.præsumpt.135. in princip. lib.3.Bald.conf.219. num.4. in fin. lib.2. Bero. conf.150. numer.1. lib.1. Rota decis.516.num.2.& 3.par.2.decis.126.num.23. par.7.rec.Caual.decis.416.num.2. Buratt.decis.641. num.4.*

Sed esto etiam quod de tali solutione constaret cum tamen in hereditate Matthei testatoris plura fuerint relicta mobilia, & credi-
21 ta † ex his pręsumuntur dd. legata soluta, vel saltem quod ex illis heres sibi satisfecerit, nisi contrarium probetur *l.à Diuo Pio §.in venditione ff. de re iudic. l. cum hæres 51. & ibi glos. in ver.deducitur ad Sen. Consul.Trebell.Peregrin.d.artic.55.num.23. Gratian. discept.for.cap.204.num.1. Socc. conf.44. per tot. lib.3. Surd.conf.290.num.33. vers.infertur quod vxor Rot. decis.680.num.6.par.1 diuers.*

diuers.& in rec. decis.547. num.6. par.5. Buratt. decis.641. num.7. Romana fideicomm. de Victoriis 2. Iunii 1627. coram bon. mem. Merlino. Dotes verò cum solutę appareant à Cęsare, & Alexandro senioribus, nec Seghettus probet Virgilium

22 fuisse illorum heredem; † vtique respectu illarum, licet causam habeat ab eodem Virgilio, ei non competit aliqua detractio ex bonis fideicommisso subiectis *l. non ignorat vbi Bart. C. qui accus. non poss. idem Bart. in l. falsus Tutor ff. quod fals. Tut. Menoch. de adip. rem. 3. num. 164. Bald. cons. 168. num. 6. vers. Series antem facti lib. 1. Rot. decis. 32. num. 2. §. secunda est par. 3. & decis. 456. nu. 4. par. 4. rec. Buratt. decis. 564. & ibi Addent num. 6.*

Non obstat, quod vsusfructus mobilium fuerit per Testatorem relictus Isottę de Bologninis eius Nurui, ipsius vita durante absque onere pręstandi fideiussorem, nec reddendi rationem.

Quia cum huiusmodi liberatio sit contra naturam vsusfructus mobilium, non est at-

23 tendenda, † nec Testator huiusmodi cautionem remittere potuit vsufructuario *ad tex. in l. 1. C. de vsuf. vbi Bart. Bald. & alii not. Ang. & Alex. in l. quod de bonis §. frater ff. ad l. falcid. Castil. de vsufr. cap. 15. num. 5. & 17. Ciriac. controu. 37. numer. 2. Grauett. cons. 187. num. 7. vers. Secundo dubitabatur Ias. cons. 1. ad fin. & cons. 40. num. 6. lib. 1. Soccin. Iun. cons. 115. num. 16. vers. Sed in his non obstantibus & num. 31. lib. 1. Riminald. iun. cons. 703. nu. 15. & 77. Menoch. cons. 7. num. 56. & 7. Surd. decis. 109. num. 3.*

Et ita vtraque parte, &c.

R. P. D. ARGVELLES.

Meleuitana Mercium.

Veneris 22. Maij 1648.

ARGVMENTVM.

Redditio rationis tunc competit quando probatur administratio; & si duo socij promiscuè administrarunt, quandò vnus, non possit petere redditionem rationis ab altero eruditè explicatur; & demum nonnulli ponderantur defectus circa Testes, propter quos eorum depositio non releuare firmatur.

SVMMARIVM.

1 *Redditio rationis non competit nisi probetur administratio.*
2 *Seruus expulsus non probat contra Dominum expellentem.*
3 *Testis vilis non probat.*
4 *Testis criminosus non probat.*
5 *Testis vnicus non probat.*
6 *Testis qui non reddit rationem sui dicti non probat.*
7 *Testis quòd fuerit examinatus cum iuramento non probatur per sola verba Notarij,* Testis iuratus.
8 *Reus est absoluendus, quandò Actor non probaret.*
9 *ex Consignatione aliquarum mercium probata, infertur ad consignationem quoque aliarum simul transmissarum.*
10 *Identias mercium ex quibus probata remaneat.*
11 *Redditionem rationis quando socius non possit petere ab altero socio, & nu. 13.*
12 *Confessio propria in iudicio emanata superat omne genus probationis contra confitentem.*
14 *Socij quando promiscue administrarunt, quietantia ab vno reportata, debet etiam suffragari alteri.*
15 *Socij, quando simul administrarunt, ambo insimul rationes reddere tenentur.*
16 *Administrator sine redditione rationis non potest dici creditor, nec debitor.*
17 *Compensatio inter socios, & non solutio est admittenda quando vnus fuisset debitor primarum, & creditor secundarum mercium.*
18 *Redditionem rationis inuerisimile est quòd mercator diligens petere distulisset, maximè si esset Hæberus.*
19 *in Hebræo præsumitur dolus, & fraus.*

DECISIO CLXXXVI.

ISAACH Mercator Hebreus sub die 8. Aprilis anni præteriti ipso tantum informante extorsit decisionem fauorabilem ex eo, quia non dedit in summario integrè Testium depositiones, Ideò ijsdem hodie iterum examinatis, & diligenter perscrutatis visum fuit Dominis à dicta decisione recedendum; Eo præcipuè fundamento, scilicet ex defectu probationis quod Merces è Zanto Melitam transmissæ peruene-

1 rint ad manus Perdicomati, † qui propterea cum non probetur eas recepisse, nec administrasse, gratis pulsatur ad hanc redditionem rationis *l. Boues 89. §. inter. ff. de verb. signif. sanct. mem. Greg. XV. decis. 554. num. 2. Card. Caualer. decis. 98. num. 4. vbi allegat. Rom. fructuum census de Vellis 23. Ianuar. 1599. coram Litta.*

Testes enim dati in die decisionis à dicto Isaach nihil probant.

Nàm primus expresè dicit se nescire, cui personæ fuerint consignatæ illæ merces à Zanto Melitam per dictum Hebræum transmissæ, ideò nihil releuat contra Perdicomatum.

Secundus nil aliud dicit quam vidisse lanã, saponem, caseum, stangnum, mel, & ceram in domo Perdicomati, earumque partem ab eius Institore fuisse venditam; sed nescire vnde merces venerint, nec ad cuius manus peruenerint statim ac appulerunt ad Portum Me-

2 litẽ, † vltra quod iste fuit famulus Perdicomati, & ab eo expulsus vilis, & criminosus, qui propterea nihil probat; Prout de seruo expulso quod non probet contra Dominum expellentem, *Stufer. in tract. de reprob. Test. nu. 37 Albert. de Malet. de test. cap. 2. n. 55. Mascard. de prob. concl. 758. num. 11. Papon. cons. 45. num. 5.* De vili,

3 prout † iste, qui inseruit in taberna Carcerum vnde eit vilissimus *glos. in §. sancimus verb. ignobiles. Auth. de testibus Rota decis. 203. num. 15. par. 7.*

4 *recent.* † & de criminoso *Felin. in cap. testimonium num. 1. de testib. Speculat. §. 1. num. 25. eod. tit. Farinac. de test. q. 56. art. 3. num. 216. Rot. decis. 563. nu. 8. vers. & de criminoso coram Buratto. vulg. text. in cap. 1. de except. vbi cummuniter Doct.*

Ter-

Tertius duntaxat de auditu deponit, quod Merces è Zanto ad Melitam per dictum Hebræum transmittendæ, erant consignandæ dicto Equiti, & asserit partem fuisse consignatam, sed tanquam vnicus, & nullam sui dicti
5 reddens rationem nihil probat, † prout de teste vnico, *l. vbi numerus 12. ff. de testibus, cap. veniens, & cap. licet eod. tit. Caual. decis. 110. num. 3. de-*
6 *cis. 154. num. eod. & decis. 366. num. 5.* & † de non reddente rationem sui dicti *Honded. cons. 78. n. 70 lib. 2. Bald. in l. furiosum num. 3. C. qui pot. in pign. hab. Rot. diuers. dec. 107. num. 4. par. 2. & decis. 366. num. 4. coram Caualer.*

Quartus demum nihil prorsus dicit de hac prætensa consignatione, sed dūtaxat recognoscit subscriptionem litterarum oneratoriarum, quæ non controuertitur.

7 Et omnes † sunt examinati absquè iuramento, quod non probatur per sola verba Notarij (*Testis iuratus*,) vt tradit *Feder. de Sen. cons. 199. num. 2. post med. vers. & per ista verba, Io: de Amic. cons. 73. num. 18. Coccin. decis. 141. num. 1. & decis. 182. numer. 4. Caualer. decision. 415. num. 3. recen. decis. 393. num. 8. par. 1. & decis. 628. numer. 10. par. 3.*

Vltrà quod dictæ Testium depositiones visę fuerunt si non apertè tolli, saltem valde confundi ex alijs Testibus, ac Iuribus in summa-
8 rio à num. 9. ad 17. datis à Perdicomato, † cui tanquam Reo sufficeret ad victoriam actorem non probare *vulg. reg. l. qui accusare, C. de eden. Cassad. decis. 3. num. 5. de restit. spoliat. Rot. decis. 4. de re iudicat. in nou. & decision. 98. sub numer. 1. coram Caualer.*

Probat insuper Perdicomatus ex iuribus prædictis, quod prædictæ merces Melitam transmissæ peruenerunt ad manus Grimæ, & ipsius Hebræi, quodque ab isto venditæ fuerunt omnes correspondentes illis, de quibus loquuntur litteræ oneratoriæ, nempe caseum, mel, coria, lanæ, stagnum, sagio seu sclauiriæ, quorum licet controuertatur consignatio,
9 & identias, non interest, † ex eo quia consignatio aliquarum est probata, & confiscata, ideo ex hac optimè infertur ad consignationem quoque aliarum insimul transmissarum iuxta regulam *text. in l. vulgaris quæstio in princ. ff. de furt. & in l. possideri, ff. de acquir. poss. Castr. cons. 4. propè fin. vers. & ex hoc sequitur, & cons. 110. num. 2. lib. 2.*
10 *Rot. decis. 571. num. 2. par. 3. recent.* Identias † verò visa fuit probari ex qualitate earumdem mercium venditarum, quæ concordat cum dictis litteris oneratorijs, iuncta vicinitate temporis transmissionis, & venditionis, & quod non constet Hebræum habuisse aliunde alias merces huiusmodi venales *Bursat. cons. 80. nu. 1. lib. 1. Crauet. con. 190. nu. 4. Caual. dec. 146. nu. 2. cum alijs ibi alleg.*

Hinc corruit primum fundamentum decisionis, quod nempe Perdicomatus teneatur reddere rationem. Tum quia ipse excusatur
11 ex eo, quod non administrauerit † Tum etiā quia cum Hebræus prius administrasset in Insula Zantis non potest hanc redditionem rationis petere, ex eo quod repellitur exceptione tacitæ compensationis, *Crauett. cons. 159. num. 6. argum. text. in l. si ambo. ff. de compens. Castr. cons. 126. num. 1. volum. 2. Alex. cons. 47. num. 11. vol. 1. Rot. decision. 546. numer. 7. versic. & ideo vel alter. & num. seq. coram Buratto & decision. 265. num. 10. par. 6. recentior.*

Et hanc veritatem ipse quoquè Hebræus agnouit, dum in petitione coram Iudicè Meleuitano postulauit, vt Perdicomatus adstringeretur ad redditionem rationis mercium trāsmissarum Melitam, & ipse obtulit rationem
12 illarum transportatarum Zantum, † quæ propria cōfessio in iudicio emanata superat omne genus probationum contra ipsum Isaach confitentem *vulg. l. cum precum. C. de lib. caus. Caputaq. decis. 208. nu. 3. par. 2. Rot. diuers. decis. 98. nu. 2. par. 2.*
13 cum concordan. signanter † quia cum prius administrauerit vtique de iure prius rationem reddere tenetur, donec ipse ex parte sua adimpleuerit non potest à Perdicomato rationem exigere, vt aduertit *Bero. q. 32. num. 1. ad med. Rimin. sen. cons. 300. num. 51.* & alijs plures relat. *à Gratian. discept. for. capit. 760. numer. 9. Rot. dec. 400. num. 1. coram Reuerendissimo Domino meo Vrgellen.*

Nèc excusatur ex quietantia amplissimè reportata ab Equite de anno 1632. ex causa solutionis quam fecit Isaach sc. 13946. tt. 5. & gr. 5.

Quià placuit Dominis responsio data à Per-
14 dicomato. † Quod nempe aut hæc quietantia vniuersalibus verbis concepta importat liberationem Hebræi ab hac redditione rationis mercium transportatarum Zantum, & dicendum est imputare etiam liberationem Perdicomati à redditione rationis mercium transmissarum Melitam, nam vnum, & idem est negotium, Hebræus enim in tantum in Insula Zantis emit merces, & transmisit Melitam, in quantū habuit pecunias redactas ex alijs mercibus è Melita ad Zantum transportatis, & à Perdicomato sibi consignatis valoris scu. 4410. tt. 6. & gr. 16. cum hoc pacto expresso transportandi, distrahendi, & pretium in alijs mercibus erogandi, vt in Instrumento inter eos inito 18. Ianuarij 1631. dato in hodierno summario num. 1. (quod tamen in præterita propositione tacuit Hebræus) ac propterea cum obligatio Hebræi sit socialis non potest dici extincta per dictam quietantiam, nisi etiam dicatur extincta obligatio Perdicomati ab eodem contractu, negotio, & administratione promiscua
15 prouenien's, † ob quam ambo insimul rationes reddere tenentur, cum negotium sit vnicum, & rationes connexæ, *Angel. cons. 288. col. 2. ver. & si inter dictos, Rimin. sen. cons. 24. nu. 36. lib. 1. Rota Ianuen. decis. 39. num. 3. & recent. decis. 612. num. 2. par. 1.*

Aùt dicta quietantia neutras merces compræhendit, & sic neuter sociorum per eum dici potest liberatus ab obligatione erga consociū in prædicto Instrumento contracta. Et hinc facilius ruit decisio, quatenus condemnat Perdicomatum ad redden. rationem de vltimis mercibus, & non condemnat Hebræum ad redden. rationem de primis, & de pretio ex eis redacto iuxta cōuentionem instrumenti, & iuxta

iuxta oblationem ab ipso Hebræo factam, de qua in summario d. numero 19. vt supra dictum.

Nec obstat replicatio quod quietantia loquatur de ijs, quorum erat debitor Hebræus, ideò non comprehendat has vltimas merces, de quarum redditione rationis erat debitor Perdicomatus. Quia si iste has vltimas merces (vt prætenditur) recepisset Melitæ siue fuissent venditæ, vtique aliqua mentio de illis facta fuisset in quietantia successiuè stipulata, nec Hebræus pro illa reportanda soluisset scuta 13946. tt. 5. gr. 5. si vere & factis calculis, dispunctisque omnibus rationibus non debuisset.

16 Tum† quia sine redditione rationis non poterat dici debitor, nec creditor *Bald. cons. 463. numer. 4. vers. quarta ratio lib. 1. Alexan. cons. 192. nu. 2. & 3. lib. 7. Rot. decis. 141. num. 5. par. 8. recen. Palador. rer. quotid. par. 1. cap. fin. §. 12. limit. 4. num. 27. & fuit dictum in Romana societatis affictus 3. Iunij anni præteriti §. non autem censuerunt coram me.*

17 Tum etiàm † quia facilius erat Hebræo, quatenus fuisset debitor primarum, & creditor secundarum mercium compensare quam soluere, *optimus tex. in l. ideo 3. ff. de compens.* qui etiam inuenitur *in Basilicon. lib. 24. tit. 10. §. 3. l. si stipulatus 15. ff. de fideiussor. l. 1. C. rer. amot. Auth. sed cum testator. §. item si hæres. C. ad. legen. falcid. Pacian. de probat. l. 2. capit. 25. Natt. consil. 358. num. 13.*

Minùs obstat, quod summa quietantiæ scutorum 13946. 5. & 5. non videatur æquiualens primis mercibus ad summã scut. 4410. 6. & 16. de quibus loquitur Instrumentum societatis, Quia vltra hæc, et lucra, Perdicomatus erat creditor Hebræi scutorum 7462. tt. 10. et gr. 16. pro ipso solutorum Petro Marino eius creditori, vt hæc partita apertè legitur in dicta quietantia, ideo cessat obiectum in facto, et non est verisimile quod Hebræus, quorum genus auarissimum, negotiator, et ære alieno grauatus tantam summam spontè soluisset Perdicomato, si verè omnia computa etiã

18 istarum mercium non solidasset, et magis inuerisimile est quod per octo annos redditionẽ rationis petere distulisset, quod quilibet diligens mercator non fecisset, vt tradit *Pacian. cons. 113. per tot.* quem sequitur *Ciriac. controu. 516. num. 15. & 17.* et facit *Surd. decis. 105. n. 2. 3.*

19 *&* 4. et potius in Hebræo præsumitur dolus, et fraus idem *Surd. decis. 23. num. 15. in fin.*

Et ex his etc. recessum fuit à decisis etc. vtraquè parte audita etc.

R. P. D. GHISILERIO,

Postea Episcopo IMOLEN.

Romana Census.

Veneris 22. Maij 1648.

ARGVMENTVM.

Famosa est hæc decisio totam respiciens materiam clausulæ constituti in instrumento census appositæ ad effectum illius vigore obtinẽdi associationem, cum in ea distinguatur quãdo associatio petitur ratione ciuilis, vel naturalis possessionis, quodque tempus inter vnam & aliam requiratur ad effectum præscriptionis.

SVMMARIVM.

1 *Clausula constituti in contractu census appositi continet facultatem capiendi possessionem propria auctoritate pro satisfactione fructuum.*

2 *Clausula*, dans & concedens, *in censu habet in ventre explicitam facultatem capiendi possessionẽ propria auctoritate.*

3 *Associatio conceditur stante facultate capiendi possessionem propria auctoritate, & super num. 1.*

4 *Constitutum non expirat per mortem constituentis. Constitutum non expirat quamuis constitutarius neglexerit apprehendere possessionem à ectrijs occupatam num. 4.*

5 *Clausula*, constituti non operatur, *quando per mortem constituens ipsa res fuit ab eius hærede apprehensa, & constitutarius negligens.*

6 *Associatio dupliciter petitur aut ratione ciuilis, siue naturalis possessionis, & de materia vtriusque.*

7 *Associatio est compatibilis cum possessione alterius. & quando.*

8 *Possessio ciuilis semper amittitur, vbi quis patitur alium possidere, & negligit accipere naturalem possessionem.*

9 *Facultas capiendi possessionem propria auctoritate nõ amittitur ex sola patientia, & negligentia modici temporis, sed præscriptione 30. annorum.*

10 *Constitutum expirat per decennium ad effectum obtinendi manutentionem, secus immissionem.*

11 *Dominium, & possessio constituentis probari debet vbi agitur contra tertium.*

12 *Possessio probatur ex locationibus cum perceptione pensionum.*

13 *Immissio contra aliquem obtenta illius supponit possessionem.*

14 *Filius agendo præsumitur hæres, & quando*

15 *Tutor possit re solus contrahere vbi pupillus est maior infante, & num. seqq.*

17 *Tutor durante tutela habet administrationem cùm libera.*

18 *Associatio non retardatur per exceptionẽ requirentem altiorem indaginem. Exceptio iuris dubij æquiparatur exceptioni requirenti altiorem indaginem num. 18. Exceptio requirens altiorem indaginior ad merita reseruatur num. 18.*

19 *Exceptio iuris dubij ad merita causæ reseruatur nec admittitur in associatione.*

20 *Exceptio fideicommissi non admittitur in iudicio possessorio.*

21 *Census pro soluenda dote potest imponi super bonis fideicommissi vigore auth. res quæ C. com. de legatis.*

22 Fideicommissarius præteudens impugnare census impositionem factam pro soluenda dote, ipse tenetur probare existentiam bonorum liberorum.

23 *Existentia bonorum liberorum probari debet de tempore constitutæ dotis.*

24 *Verba habuit & recepit probant veram numerationem.*

DE-

DECISIO CLXXXVII.

PLACVIT DD. concedere filijs, & hæredibus q. Renati Marerij associationem ad Casale Aguzzani pro fructibus decursis, & non solutis, ac in futurum decurreñ census annui redditus sc.65. in sorte principali scut.1000. super eo impositi de anno 1623. per Carolum Franciscum Rebibam ad fauorem dicti Renati cum clausula constituti, tam ad fauorem ipsius Renati, quam hæredum, pacto adiecto inter partes, quod dicta scuta mille soluerentur Camillæ Ricciæ matri ipsius Caroli Francisci ad computum restitutionis suæ dotis, dictaque Camilla teneretur cedere Renato omnia, & singula iura, omnesque actiones, & priuilegia etiam prioritatis, & potioritatis, & dotalia sibi quomodolibet competentia contra quoscumque translatiuè, & non extinctiuè pro dicta summa scutorum mille, prout effectiuè in instrumento sub die 11. Aprilis dicti anni 1623. tam solutio, quam cessio ad formam dicti pacti factæ fuerunt.

Ratio resolutionis fuit, quia cum successiuis temporibus hæredes dicti Caroli Francisci defecissent in solutione fructuum dicti census, intentato iudicio per dictos de Marerijs super associatione ad fundum censuatum dubitari nequit, quin clausula constituti in contractu
1 census, † de quo agitur, apposita, quæ continet facultatem capiendi possessionem propria auctoritate, suffragetur, & præbeat facultatem capiendi propria auctoritate fructus rei censitæ ad effectum sibi satisfaciendi de fructibus census, vt in terminis discusso articulo plenè firmauit *Rot. in Romana census 26. Iunij superioris anni coram R.P.D. meo Bichio*, vbi aliæ concordantes decisiones referuntur, ex cuius sola lectura decisa penitus remanet præsens controuersia. Et vlterius in ea firmatur clausulam (necnon dans, & concedens) appositam in censu secundum formularium instrumentorum Vrbis habere in ventre explicitam facultatem capiendi possessionem propria au-
2 ctoritate,† quæ sola de per se suffragaretur pro obtinen. associatione; *vt benè per Rot. in d. Romana census, §. quo magis in casu nostro &c.* dictæ clausulæ sicuti præbent facultatem capiendi propria auctoritate fructus rei censitæ ad effe-
3 ctum sibi satisfaciendi de fructibus census,†ita censuario, ac illius hæredibus plenè suffragantur ad obtinen. associationem, *vt habetur in l.3 ibique gloss. in verb. non videntur C. de pignor. Menoch. de adipisc.remed.5.num.107. Rot.decis.887.n.5. corām bon.mem.Buratt. in Bituntina census 27. Nouembris 1645. coram R.P.D. meo Corrado, & in d. Romana census coram R.P.D. meo Bicho*, quarum virtus non expirauit per mortem dicti Caroli
4 constituentis; † minusque ex eo, quod Marerij neglexerint apprehẽdere naturalem possessionem à Maximis, vti tertijs occupatam, *Rot. in Romana domus 4. Decembris 1615. coram Francisco Vbaldo apud Cenc. de censib. decis.253.nu.10.12. & seq.* vbi limitatur, clausulam constituti non procedere; quando post mortem constituen-
5 tis ipsa res fuit ab eius hærede apprehensa,† & postmodum constitutarius neglexerit apprehendere possessionem naturalem; quia vt fuit dictũ supra in decisione *R.P.D. mei Bichi in supra allegata Romana census in §. non obstat.* plenè tol-
6 litur vtrumque obiectum distinguendo,† quod aut petitur associatio ratione ciuilis possessionis, & illa non datur, ex quo constitutarius patiendo ab alio rem naturaliter possideri, amisit ciuilem possessionem, aut petitur, vt in hoc casu, vigore facultatis capiendi possessionem propria auctoritate, & tunc datur associatio,
7 quia hæc † compatibilis cum possessione alterius, quin immò alium possidere supponit, ex qua distinctione cessant deducta per *Rotam in supradicta decis. 253. post Cenc.* cum procedat, quando censuarius peteret associationem in-
8 nixus in sola ciuili possessione, † quæ semper amittitur, vbi patitur alium possidere, & negligitur accipere naturalem possessionem; secus verò quando, vt dictum est, associatio fundatur in facultate capiendi possessionem propria auctoritate, quæ non amittitur ex so-
9 la patientia; † & negligentia modici temporis, sed præscriptione 30. annorum, vt in puncto distinguit *Cyriac. contr. 258. num. 39. & 40.* vbi quod non perit, nisi, quoad effectum retinendæ tantùm, secus quoad alios *Grat.decis. Marc. 15.num.3. Pacif. de salu. inspect.3.cap.2. num.1029. Rot. in Romana Saluiani 29. Ianuarij 1618. coram Romboldo & in Bononien. census 4.Maij 1643.coram me in §. nihil enim facit in fin.* cum quod virtus constituti expirauerit per decennium procedat ad effectum obtinendi manutentionem non
10 autem † immissionem ex alio iudicio possessorio, *vt in d. Bononien. census coram me.*

Nec dubitari potest, quin doceatur de dominio, & possessione Caroli Francisci impo-
11 sitoris census de tempore impositionis, † vt requiritur, quando non agitur, contra constituentem, vel habentem ab eo causam, sed contra tertium *Socc.sen.cons.106.num.2.vers. concurrit lib.3. Tiraq. de iur.const.limit.1. num.23. Rot. decis.766.num.11. par.1. diuers.* quales sunt DD. de Maximis hæredes fideicommissarij Francisci, qui non veniunt ex Iure d.Caroli Francisci qui censum imposuit, sed possident ex fideicommisso, quia illa non solum probatur ex eodem instrumento impositionis census, sed
12 ex testibus examinatis; ac locationibus effectuatis cum perceptione pensionum, vt agnouit, & firmauit alias super hoc Casale Aguzzani *Rot. coram Reuerendiss.Vrgell.decis.269.num.1.* illamque negare non possunt, dum post mortem dicti Caroli Francisci citato illius hærede intentarunt iudicium adipiscendæ, & in idem vti ab eo possessum, fuerunt immissi, quod nullatenus obtinuissent, nisi reuera Carolus Franciscus Casale huiusmodi in vita possedisset; alias non fuisset concessum mandatum de
13 immitten.† cum per illud supponatur possessio Caroli Francisci *l.vnic. C. de alien. mut. iud. caus.fact. Rot. coram Seraph. decis. 1074. in princ. in rec.decis.618.num.14.par.4. tom.3.* Possessio verò illorum de Maximis, qui fuerunt in hoc iudicio conuenti, non controuertitur, & probatur ex eo, quod ipsi sustinent litem tamquam pos-

possessores iunctis alijs adminiculis deductis per informantes.

Quod autem Marerij nunc agentes sint hæredes Renati emptoris census, probatur ex eo
14 quod iustificatur, eos esse Renati filios, Nam hoc casu cum ipsi agant, & agatur de eorum commodo, censentur etiam eiusdem Renati hæredes *Rot. decis. 302. par. 3. rec. & in Bononien. spolij 16. Martij præt. coram R.P.D. meo Otthobono.*

Neque hanc associationem impedire potest opposita nullitas census impositi à curatore dato à Iudice loco matris tutricis, & suæ dotis creditricis eidem Carolo Francisco pupillo annorum scilicet decem vt asseritur in eodem instrumento, qui nec fuit præsens instrumento, etiamsi esset maior infanti, quia cum in hoc Doctores non conueniant, absq; eo quod in præsenti firmatur, quę ex opinionibus verior sit, an affirmatiua, quod vbi pupillus sit maior infante, & fari posit, habeatque ali-
15 quod animi iudicium, † non posit solus tutor contrahere, sed requiratur, vt pupillus pręsens cum auctoritate tutoris contrahat, vt notat *Cast. in l. neque tutores num. 5. C. de procurat. Socc. 24. num. 45. lib. 1. Peregr. cons. 74. sub numer. 4. lib. 3. Gomes. var. resol. tom. 2. cap. 14. num. 1. & dixit Rot. in Bononien. de Berois 28. Iunij 1641. coram R.P.D. meo Carillo §. nullitas*, seu potius negatiua contraria sententia, nempe, quod non
16 requiratur præsentia pupilli † etiamsi maior sit infante, quam tuetur *Arr. Pinel. in l. 1. par. 2. C. de bon. patern. num. 66. vers. ego autem; & infra vers. videreturque ridiculum Iacob Mandel. de Alb. cons. 205. num. 38. & seq.* vbi, quod solus tutor sine præsentia pupilli potest alienare cum decreto, etiamsi pupillus sit maior infante, quia præterquam quod iura dirigunt verba in tutores, adest ratio omnino concludens, videlicet, quod durante tutela tutor censetur ha-
17 bere administrationem cum libera, † ergo potest alienare, dummodo non dilapidet, hanc opinionem multis comprobat, et respondet omnibus contrarijs, eamdem amplexa fuit *Rot. in recent. decis. 296. num. 8. et seq. par. 4. tom. 2. recent.* ipsa controuersia, & opinionum discrepantia in hoc iuris articulo sufficit, vt huiusmodi exceptio nullitatis petitam associationem re-
18 tardare non possit, † quia exceptio iuris dubij, in quo hinc inde adsunt opiniones, æquiparatur exceptioni facti altiorem indaginem requirenti, & sicut exceptio requiren. altiorem indaginem, facti debet ad merita reseruari *l. 3. §. ibidem ff. ad exhib. l. ille à quo §. 1. ff. ad Trebell*: ita
19 & requirens longam, † & dubiam iuris altercationem ob varias Doctorum opiniones. *Capicc. decis. 16. num. 19. et 20. Rot. coram Seraph. decis. 271. sub num. 6. decis. 64. num. 6. inter impressas apud Pacif. de saluian. & in Bononien. bonorum, seu fideicommissi de Sanctis 17. Maij 1647. §. fin. coram R.P.D. meo Bicho.* Eoque faciliùs est reijcienda hæc exceptio, dum census fuit necessarius pro restitutione dotis & vtilis pupillo, quia fructus dotis liquidantur à Statuto Vrb. lib. 1. c. 138. ad rationem 7. cum dimidio, fructus vero census taxantur ad rationem sex cum dimidio.

Tandem non obstat altera exceptio deducta ex antiquissimo fideicommisso, cui dictum Casale subiectum prætenditur, quia vltra quod redditur turbida, cum pro non existentia fideicommissi adsit sententia Rotalis, & adhuc
20 lis pendeat indecisa coram me, † admitti non debet ad retardandam exequutionem iudicij possessorij, vt benè per *Rotam in Romana census coram R.P.D. meo Bicho in fin. et antea coram bon. me. Burat. decis. 853. num. 4.* & in alijs relatis in *decis. 704. num. 1. par. 3. recent.* cum census, de quo agitur fuerit impositus pro soluenda dote d. Camillæ Ricciæ matris Caroli Francisci impositoris, ac descendentis Francisci de Salamo-
21 nibus fideicommittentis, † validè potuit imponi super bonis fideicommisso subiectis in defectum bonorum liberorum ex dispositione *auth. resque. C. com. de leg. Cenc. de cens. quæst. 19. num. 32. et seq. Duard. eod. tract. §. 1. quæst. 7. num. 33. Rot. coram bon. mem. Cocc. decis. 244. nu. 3.* & ita passim, cuius remedium, licet sit subsidiarium, suffragatur Marerijs, donec exaduerso probetur, quod existerent bona libera restitutioni dotis sufficientia, cum non agatur de dote cōstituenda, sed de restituta, & de alienatione iam facta mediante census impositione, quam cum ex capite existentiæ aliorum bonorum liberorum sufficientium pro satisfactione di-
22 ctæ dotis infringere prætendant, † illam probare debent concludenter, tamquam fundamentum propriæ intentionis, vt probant relati per *R.P.D. meo Bichio in sæpe allegata Romana census, in §. conueniunt ferè omnes*, cum quibus trāsierunt DD. & quamuis alias Rota, dum agebatur de dote Victoræ, dixerit, adfuisse bona libera, hoc tamen ad effectum, de quo agitur, non sufficit, quia probanda esset huiusmodi bonorum existentia de tempore impositionis
23 cēsus pro restitutione dotis Camillæ, & quod talia essent, vt ex illis sine lite, & controuersia dicta dos cum effectu posset restitui, vt dixit *Rot. in Romana dotis 23. Ianuarij 1645. coram R.P.D. meo Otthobono.*

Obiectum denique in alia propositione sub die 27. Iunij 1646. deductum, quod ageretur de dote confessata cessat ex facto, quia ex instrumento dotali pro rata scutorum 1558. pro integro complemento scut. 3000. monetæ dotis prædictæ, quæ rata maior est censu, apparet dotem fuisse solutam incontanti, ibi coram me Notario &c. manualiter &c. habuit, & recepit ab eisdem DD. Alexandra, & Camilla præsentibus, dantibus &c. in tot Iulijs, & Te-
24 stonibus, ac scutis, & duplis aureis &c. † quæ verba veram numerationem probant *Bart. in l. ex cautione num. 1. ver. si verò Notarius. C. de non nu. pecun. Roman. in l. prædia sub numer. 4. ff. de acq. poss. Bertaz. claus. 34. gloss. 8. num. 1. Rot. decis. 310. et dec. 382. nu. 4. par. 4. recent.* & consequenter, dotem prædictam fuisse verè, et realiter solutam in longè maiori summa, quam importat census, de quo agitur.

Ex quibus fuit resolutum filijs, et hæredibus q. Renati Marerij esse dan. associationem ad possessionem Casalis Aguzzani pro fructibus decursis, et non solutis, ac in futurum decurrēn

rem denegata petita dilatione, cum interesse habentes pluribus lacessiti citationibus neglexerint informare.

R.P.D. LEONE VEROSPIO

Tusculana Saluiani.

Veneris 25. Maij 1648.

ARGVMENTVM.

De Interpretatione Statuti Vrbis *lib. 1. cap. 137.* deferentis vxori post obitum viri fructus dotales ad rationem scutorum septem cum dimidio, quod illud procedat interpellatione secuta cōtra hæredes mariti etiam si iudicium in tertios possessores fieri contingat præsens disserit decisio.

SVMMARIVM.

1 *Mulier prætendens fructus dotales ab hæredibus viri tenetur docere de interpellatione.*
Statutum Vrbis lib. 1. cap. 137. *declaratur. nu. 1. 6. & per totam decis.*
2 *Interpellatio non requiritur contra coobligatos.*
3 *Tertius possessor per monitorium contra eum executum an teneatur ad fructus ex re hypothecata perceptos.*
4 *Pater eiusque hæredes tenentur ad fructus dotales absque vlla interpellatione.*
5 *Extraneus dotis promissor tenetur absque interpellatione soluere fructus.*
Dies interpellat pro homine. num. 5.
6 *Interpellatio in Statuto Vrbis* lib. 1. cap. 137. *requiritur pro forma.*
7 *Extraneus qui dotem non promisit aliique ab eo causam habentes non tenentur ad fructus dotis, nisi secuta interpellatione hæredum viri.*
8 *Dotem soluere qui non tenetur, nec minus dicitur in mora, vt soluto matrimonio teneatur ad fructus.*
9 *Interpellatio facta contra tertium possessorem pro solutione dotis soluto matrimonio, eum non afficit, nisi, & insimul fiat contra hæredes mariti.*
10 *Interpellatio non fit contra hæredes decocti.*
11 *Decoctio est plenè probanda.*
12 *Decoctio probari debet mediate sententia Iudicis.*
13 *Decoctio probari debet mediate cessione bonorum.*
14 *Interpellatio præsumitur ex possessione vxoris cum perceptione fructuum.*
15 *Mulier quæ fructus dotis exegit propria auctoritate, & absque scientia hæredū num illos interpellasse præsumatur.*
16 *Maritus non tenetur in sortem excomputare fructus retractos ex pignore.*
Intellige, vt num. seq.
17 *Mulier quæ fructus exegit ex pignore à tertijs possessoribus retracto, interpellatione hæredum non secuta illos tenetur in sortem computare.*
Mulier quæ in dotem dedit secundo viro pignus à tertijs possessoribus retractum non facit fructus suos sine interpellatione hæredum.
Maritus quamuis onera matrimonij substineat, si tamen nō interpellauit hæredes primi viri fructus dotis non consequitur.

DECISIO C.LXXXVIII.

SVPER corporibus Tusculi existentibus, & hypothecatis pro restitutione dotis Domitillæ hæc vna cum Ioanne secundò Viro immissionem obtinuerat in Iudicio Saluiani contra Bonetinm in hisce corporibus singularem successorem instituto, donec dotale creditum scutorum 725. indè consequeretur, sine præiudicio tamen fructuum quatenus illi probarentur legitimè debiti cum verò ad horum restitutionem corporum iidem Coniuges per sententiam fuissent condemnati post iustificatam exaduerso per exhibitionem calculi prædictæ sortis solutionem, & pro fructibus dotalibus postmodū egissent coram me, ad eorum instātiam dubium proposui An illi pro quo tempore, & pro qua summa debeantur. & eos absolutè indebitos esse Domini responderunt: Quia contra primi Viri hæredes interpellatio iudicialis numquā fuit executa quam fore necessaria, † vt illi dicantur in mora constituti, ac indè mulieri teneantur ad fructus dotis non restitutæ expressè disponit Statutum Vrbis *lib. 1. cap. 137.* & aduertunt *Moderni Brisigallen. ad idem Stat. n. 29. Lucas Petus in praxi fori Capitulini lib. 4. cap. 8. num. 5. circa fin.* & pluries resoluit *Rota in vna Romana Fructuum dotis 19. Ianuarij 1600. in §. Et ad illud, quod Vidua coram Litta, & in Romana fructuum dotis 15. Nouembris 1596. in §. Nec ad rem facit, & 19. Ianuarij 1598. §. Quia pluribus modis coram Orano, & in Romana fructuum 19. Ianuarij 1600. in §. Circa primum, coram Iusto, & in Rom. fructuum dotis 17. Februar. 1606. in §. Præterea coram Penia, & in Rom. fructuum dotis 12. Maij 1625. in §. Non obstat, quod fructus coram bon. me. Coccino impressæ post Fenzon. ad Vrbis Statutum,* & nouissimè in *Romana dotis 17. Februarij 1646. coram R.P.D. meo Otthobono.*

Neque interpellationis prædictæ necessitas excluditur in proposito casu, quo actio directa non fuerat contra præfatos Viri hæredes, sed solum cōtra Angelitam, & Bonesios causam trahentes à Stephanuccio pro dotis resti-
1 tutione coobligato † cum tali casu necessaria non reputetur interpellatio hæredum Viri,
2 aut † videtur sensisse, *Rot. in adducta Romana fructuum dotis 15. Nouembris 1556. coram Orano, & in Romana fructuum dotis 19. Ianuar. 1600. corā Iusto,* sed suffragetur Monitorium personaliter executum contra causam habentes à Stephanuc-
3 cio ad hoc, † vt illi teneantur ad fructus ex re hypothecata pro dote, iuxtà notat. in *l. Lucius, ff. qui potior. in pign. habea.* posset enim admitti conclusio contra Patrem dotis prouisorem eiusque hæredes adstrictos ad alimenta filiæ
4 præstanda, † quorum loco fructus absque alia interpellatione eidem tenentur persoluere, vt notant *Doctores in l. alimenta, ff. de neg. gest. Surd. de aliment. quæst. 26. numer. 1. & quæst. 105. num. 2.* & in his terminis procedit in contrariū adducta *decis. Romana fructuum dotis 19. Ianuarij 1600. coram Iusto,* vel contra extraneum, qui pariter dotem promiserat pro die certa, contra quem nulla alia videbatur necessaria interpellatio
5 hominis, † dum dies tunc interpellationis lo-

co

co deseruiebat, iuxta *Text. in l. Pecunia, §. Vsurarum, ff. de vsur. & fruct. & in l. magnam, C. de contrahen. stipul. vbi gloss. in verb. admonuit, & in l. secunda in verb. cautum, C. de iur. Emphit. & alijs relatis in Iurib.* tradit *Molin. de contr. tract. 2. disp. 299 num. 3.* & in his terminis procedit in contrarium allegata *decis. Romana fructuum dotis 15. Nouembris 1596. coram Orano*. Quamuis dubitari posset an in terminis Statuti Vrbis solus diei
6 lapsus vim interpellationis obtineat, † dum ex ipsius dispositione iudicialis interpellatio requiritur pro forma præcisè adimplenda, vt ponderauit *Rota in Romana fructuum dotis 27. Februarij 1606. coram Penia, & in Bononien. de Lambertinis 19. Aprilis 1619. coram Manzanedo, & in Romana Crediti dotalis 16. Martij 1646. coram me,* & notant *Add. ad decis. Gregor. 269. num. 7.* Non tamen militat contra Extraneum ad restitutionem pro certa die non adstrictum, nec cōtra tertios in bonis eiusdem Extranei successo-
7 res, † qui nec dotis debitores existant, nec posset pro illius restitutione actione personali conueniri, hoc enim casu interpellatione hæredum primi Viri, qui tenebatur dotem restituere necessarium fore; vt dotales fructus mulieri debeantur, respondit *Rota decis. 182. num. 2. part. 4. tom. 2. recent, & in Firmana, seu Maceraten, dotis 23. Ianuarij 1621. coram bon. mem. Pirouano*, cuius ea videtur esse ratio potissima, quod hi dum non tenetur ad debitum dotis, nec mo-
8 ram idcircò videntur contraxisse, † ex qua soluto matrimonio, dotales fructus solum exigi possent, vt notant *DD. in l. si ex legati causa, ff. de verb. oblig.* vbi *Ias. num. 12. Bart. nu. 9. & in l. quod te, §. Venio ad secundam partem nu. 13. ff. de reb. cred. & in l. non solum, §. morte num. 47. ff. de oper. nou. nunc. Surd. cons. 22. nu. 12. & 13. & decis. 40. nu. 9. & 11. Rota decis. 535. num. 8. part. 1. recent.*

Hinc suffragari non poterit Monitorium contra Angelitam Stephanuccij successorem executum, dum hæredibus Mariti debitoris
9 non fuit intimatum, † præsertim ad effectum constituendi in mora Bonesios singulares Angelitæ successores, qui ex capite ignorantiæ possunt se à more incursu excusare, postquam dicti heredes non fuerunt legitimè interpellati ex notatis in *l. nullo 89. ff. de reg. iur, & in l. si ex legati causa, ff. de verb. oblig.* & respondit *Rota in Rom. dotis 18. Febr. 1647. corā R.P.D. meo Otthob. & in Romana Saluiani 4. Decemb. 1643. coram me.*

Non obstat, quod Fernus ad dotis restitu-
10 tionem adstrictus decoctus decesserit, † vt comprobatur ex fide producta cuius idcircò heredes interpellandi non forent, iuxtà notat. per *Cyriac. controu. 327.* Non enim iustificatur
11 concludenter prædicta decoctio, † quam plenè probandam esse, dum prout hoc casu de tertij præiudicio tractatur, notat *Iason. cons. 9. num. 22. vers. requiritur in primis lib. 1. Pirrus Maurus de fideiussoribus prima parte præludij sect. 3. cap. 7 num. 5. Rota in Romana Census 20. Iunij 1633. coram bon. mem. Coccino*, siue ex sententia Iudicis,
12 prout † aliàs requisiuit, *Rota in Camerinen. Bonorum 16. Iunij 1633. coram bon. mem. Motmanno*,
13 siue ex fori bonorumque cessione, † ac Creditorū deceptione, iuxtà *text. in §. soluitur, versic. item si quis ex socijs Inst. de societate,* & notat ibi *Aretin. numer. 3.* ac alijs relatis auctoritatibus, tradit *Stracc. de decoct. 2. parte numer. 1. & 4.* sed solum per simplicem fidem, quæ fidem non meretur, & admodum suspecta conuincitur, dum Fernum nulla bona in hæreditate reliquisse ibidem asseritur, & tamen constat Domitillam Vxorem quamquam Apothecam eiusdem hæreditariam occupasse.

Neque interpellationis loco deseruire poterit, huius apothecę possessio 20. annorum spatio continuata, per Domitillam, quæ per idem
14 tempus † pensiones exegit cum indè arguatur præsumptio subsecutæ interpellationis, vt respondit *Rota in Bononien. Dotis 9. Decemb. 1619 & 22. Martij 1621. coram Remboldo, & in dec. 527. num. 3. part. 5. tom. 2. recent.*

Nec enim præsumptio militaret, si fructus ab ipsismet hæredibus Viri, seù ab ipso Dotis debitore Mulieri fuissent persoluti, in quibus terminis loquuntur decisiones supra relatæ;
15 secus verò † dum Domitilla fructus exegit non ab ipsis debitoris hæredibus, sed ipsis inscijs, & propria solum auctoritate tali enim casu cessat agnitio bonę fidei ad effectum prædictum omninò necessaria, & in supra relatis decis. supposita, vt ponderauit *Rota in Romana fructuum 12. Iunij 1606. coram Penia*, & adducta *decis. Bononien. Dotis 9. Decemb. 1619. coram Remboldo*, & aduertunt *Add. ad decision. Gregor. 269. prædict. num. 8. in fine*.

Ex eodem interpellationis defectu indebitos quoque fructus dotales censuerunt post transitum Domitillæ ad secunda vota decursos ex pignore in vim Saluiani à tertijs posses-soribus retracto, ac Ioanni secundo Viro in
16 dotem consignato, † licet enim ille propter onera matrimonij non teneatur fructus exactos ex eodem pignore in sortem computare, vt notat *Ruin. in cons. 53. num. 28. lib. 2.* quem refert, & sequitur *Rota in Maceraten. Interusuriorum 10. Martij 1606. coram Manzanedo impressa part. 2. recent. decis. 168. num. 2.*

Procedit tamen adducta conclusio, quoties à promissore dotis in pecunia fuerunt pignora consignata, & in his terminis loquitur *Ruin.* & procedit decisio eiusdem *Ruin.* auctoritate innixa, non tamen in casu proposito, quo Mulier pignus hypothecatum pro dote à tertijs possessoribus ad eius solutionem non adstrictis ex remedio Saluiani retraxit, & secundo
17 Viro assignauit, † tunc enim Maritus fructus tenetur imputare in sortem, prout ipsa Mulier cessante mora tenebatur compensare, quæ proindè tradendo pignus sui Creditoris reddere non potuit eius conditionem deteriorem, Mariti verò meliorem constituere, vt distinxit *Gabr. in cons. 151. nu. 7. lib. 1.* Adeòque quamuis onera matrimonij substinuerit cessāte interpellatione hęredum primi Viri fructus dotales consequi non potuit, vt respondit *Rota in Spoletana fructuum dotis 18. Maij 1633. coram Eminentiss. D. Cardinali Panzirolo inter impressas part. 5. rec. decis. 527. & in Romana Saluiani 4. Decembris 1644. coram me in §. Demum quoad fructus.*

Et ita vtraque parte decisum, &c.

R.P.D.

R. P. D. GHISILERIO
Postea Episcopo IMOLEN.
Romana Vineæ.
Lunæ 25. Maij 1648.

ARGVMENTVM.

Fideicommissario debetur immissio quoties purificatum fuisse fideicommissum demonstrat, ac bona fuisse suo fideicommisso supposita.

SVMMARIVM.

1 *Mors probatur ex partitis extractis ex libro Parochi.*
2 *Substituto debetur immissio purificato fideicommisso, & conditione substitutionis.*
3 *Identitas probatur ex Instrumento captæ possessionis.*
4 *Possessio præsumitur continuata vsque ad obitum.*
5 *Possessio capta ab hæreditaria, vt illam probata hæditariam.*
6 *Immissio datur hæredi etiam ex remedio* l. final *ad acquirendum eum statum, in quo defunctus reperiebatur etiam si esset nudæ detentionis.*
Hæres illius, qui bona in Saluiano possidebat, petit immissionem, & iuxta modum possessionis defuncti. num. 6.

DECISIO C.LXXXIX.

PLACVIT Dominis vigore *l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. tollen.* concedere immissionem in possessionem vineæ controuersæ ad Portam Latinam Ioannæ Baptistæ Pronepti q. Camilli Curti ab eo substitutæ R.P.D. Francisco Curto hæredi vniuersali in casum deficientiæ eius lineæ masculinæ legitimæ, et naturalis, ac de legitimo matrimonio natæ, et procreatæ.

Nam stante fideicommisso imposito à D. Camillo Curto super omnibus eius bonis, vt ex testamento exibito non abolito, nec cancellato, neque in aliqua sui parte vitiato, ad quod vocauit Ioannem Baptistam supradictum post obitum Francisci eius nepotis absque filiis legitimis, et naturalibus, dum non dubitatur de vocatione resultante ex verbis claris testamenti, nec de purificatione, stante obitu tum Camilli, quam Francisci sine filijs hæredis instituti, de quibus constat ex partitis formiter
1 extractis per Parochos, † quæ mortem probant vt sæpè firmauit *Rot. decis. 321. num. 3. decis. 621. num. 4. prima par. recent. et coram Sanct. mem. Gregorio XV. decis. 78. nu. 2.* nec exaduerso docetur de existentia filiorum Francisci omninò inuerisimili cum obierit in Prælatura, et vita Clericali, purificato fideicommiso, et conditione
2 substitutionis, † ei debetur immissio vigore *d. l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll. Menoch. de adipiscen. remed. 4. num. 56. Rot. decis. 472. nu. 1. par. 4. diu. coram bo. me Buratto decis. 201. num. 1. decis. 257. num. 7. et alibi sæpius.*

Quod verò vinea, de qua agitur, remanserit
3 in hæreditate Camilli testatoris † patet ex Instrumento adeptæ possessionis vigore mandati A.C. ab ipsa Rota comprobati, *vt in decis. sub die 18. Februarij 1619. et deinde sub die 3. Iunij eiusdem anni coram bo. mem. Remboldo,* in hac causa factis pro confirmatione sententiæ A.C. qua declaratum fuit, Camillum esse immittendum in possessionem domus, & Vineæ, de qua agitur, vigore vtilis saluiani, a quibus decisionibus non subsistit, quod fuerit recessum coram eodẽ R.P.D. Remboldo sub die 1. Iulij 1620. quia ex lectura patet quoad ratã tantum scutorum 2000. dotis Maternæ pro alimentis, & pensionibus domus, de qua hodie non tractatur fuisse recessum, non autem quoad vineam, circa quam Rota semper stetit in decisis. Hæc enim possessio præsumitur continua-
4 ta vsque ad obitum, † nisi doceatur de intermedia alterius possessione, ac plenè suffragatur ad obtinen̄ immissionem, *Salic. in d. l. fin. num. 19. vers. primo casu, C. de edict. Diu. Adr. toll. Alex. consil. 33. in fin. lib. 3. Natt. consil. 40. num. 6. Rot. decis. 4. de probat. in nou. decis. 226. in princip. par. 5. recent.* & nouissimè *in Tridentina Scolastriæ 30. Martij præteriti coram R. P. D. meo Otthobono.*

Eademque possessio, de tempore obitus eiusdem Camilli probatur ex adeptione illius facta per dictum R. P. D. Curtum primum
5 hæredem, † vti hereditariæ Camilli, illamque inter bona hæreditaria Camilli descripsit, *Rot. diuers. decis. 394. in princ. part. 1. & coram Seraph. decis. 807. num. 1.*

Nec obstat, quod dicta possessio per Camillum capta, fuerit ex remedio Saluiani, & sic momentanea, cum duret quousque immissus fuerit de suo credito satisfactus; quia in hac etiam possessione momentanea competit hæredi immissio, sicut fideicommitenti competebat, in qua permanere debet, vsque adhuc constet de satisfactione, & hæredi scripto datur immissio, *ex remed. d. l. fin.* ad acquirendum
6 eũ statũ; † in quo defunctus reperiebatur tempore mortis, etiamsi status esset meræ, & nudæ detentationis, vt dicunt ibi *Gloss. & DD. Aligat. cons. 162. num. 2. Roland.* qui de communi testatur *cons. 2. nu. 3. lib. 3. Menoch. de adipisc. d. remed. 4. numer. 168. & seq. Rot. decis. 831. numer. 5. part. 2. recent.*

Minus obstat, quod dicta vinea fuerit per dictum Franciscum primum hæredem institutũ alienata in Nicolaum Clarellum, à quo Fabius ex credito anteriori vindicauit ex remedio Saluiani coram A. C. intentato, quoniam dicta alienatio sustineri non potest, vti facta contra expressam prohibitionem fideicommittentis, ibi: *Volo autem, & mando ad effectum, vt hæreditas mea transeat, & deueniat absque vlla detractione, & conseruetur in perpetuum tota, integra, & plena absque aliqua diminutione cuiuscumque portionis, quamuis minimæ, propterea prohibeo omnem quamlibet alienationem, etiam pro dotibus filiarum, vel sororum, seù nepotum, &c. & detractionem cuiuscumque legitimæ, Trebellianicæ, Falcidiæ, &c.* qui ptopterea non potuit præiudicare Io: Baptistæ substitutæ, seù vocatæ post illum.

Cessant pariter deducta pro parte eiusdem Fabij ex eo, quod fuerit in possessionem dictæ vineæ ab A. C. ex remedio Saluiani pro eius credito anteriori credito Camilli fideicommitten-

mittentis, *quia Rota coram bon. me. Remboldo in supradicta decis. sub die 3. Iunij 1619. in §. Nec obstant cessiones obtentæ*, censuit prætensum creditum Fabij respectu sortis non releuare, cum non liceat eam repetere; fructus verò antea decursos fuisse solutos, & postea decurrendos compensari debere cum fructibus domus perceptis, qui longè excedunt fructus censuum, & tanquam requirentia altiorem indaginem non veniunt admittenda in hoc iudicio ex vulgatis.

Et ità vtraque parte &c.

R. P. D. PEVTINGERIO

Romana Saluiani.

Lunæ 25. Maij 1648.

ARGVMENTVM.

Agitur in præsenti decisione de liberatione à molestijs, ad quam dicitur non teneri, qui ad illas non se obligauit.

SVMMARIVM.

1 *à Molestijs liberare non tenetur qui nulla obligatione adstrictus reperitur.*

1 *Emptor qui in euentum euictionis reseruauit sibi facultatem super pretio non tenetur expectare euictionem secutam.*

3 *Solutio reuocabiliter facta actiones ex primæuo contractu competentes non tollit.*

4 *Creditor quando non teneatur denunciare molestias tertio possessori.*

5 *Deposito facto de ordine Iudicis teneantur nè qui illud fecerunt suscipere discussionem iustitiæ, vel iniustitiæ petentium consignationem.*

DECISIO CXC.

DOMINI sub die 7. Maij 1646. * Equiti Francisco Bonauenturæ, & Mauritio de Aste tamquam hæredibus q. Io: Baptistæ, dandam esse immissionem ex Saluiano super Palatio, & Domo, de qua agitur, decreuerunt, deindè pluries causa reproposita, tandem hodiè in decisis perstiterunt, quia nec creditum, & hypotheca eorumdem de Aste, neque possessio corporum, super quibus petita fuit immissio à Serlupio reo conuento, vt illorum detentore, negata fuit, tanquam in prima decisione satis probata.

Nec contra d. decisionem vim facit, quod D. Princeps Burghesius molestias passus super Casale Tuffelli ab Anna Crescentia, & à DD. de Caffarellis, agendo contra DD. de Aste hęredes dicti Ioannis Baptistæ, vt pecunias illi solutas ex prætio dicti Casalis deponerent, donec à dictis molestijs liberaretur, ipsi defensionem Principis non susceperint, neque eidem se opposuerint.

Quia cum Io. Baptista nulla obligatione præcedenti teneretur Principem defendere,
1 neque † tenebatur contra molestantes eumdem, se opponere, vt per *Rot. coram Seraph. decis. 1019. num. 4.* minusquè contra eumdem D. Principem poterant excipere, vt expectaret euictionem dum ipse sibi reseruauerat manus
2 iniectionem ad prætium, in euentum quarūcumque molestiarum, cum istud pactum operetur, vt D. Princeps agere potuerit contra eos qui prætium receperunt, non expectata Casalis euictione *l. Creditor 52. §. prædium ff. de act. empt. l. siue in libertatem C. de euict. Surd. cons. 13. num. 16. Gratian. discept. 175. num. 20. Gregor. dec. 88. num. 8. & 9.* & fuit dictum *in Neapolitana Pecuniaria 4. Nouembris 1579. coram Card. Blanchetto, impress. post Statil. de salu. interd. decis. 220. nu. 20. & in Ariminen. Domus 3. Martij 1636. coram Eminentiss. Card. Macchiauello.*

Neque obstat quod cum hæredes Io: Baptistæ post depositum factum de mandato Iudicis, citati pro obtinenda illius consignatione ab Anna Crescentia, & à DD. de Caffarellis Creditoribus anterioribus dicti Maximiliani, molestias non denunciauerint Serlupio tertio possessori dd. bonorum hæreditariorum Crescentij, eiusdem Maximiliani fideiussoris, non possint hodie contra dicta bona se conuertere, pro eorum reintegratione. Quia cum hæredes Io: Baptistæ non agant contra Serlupium actione de euictione, vt supponebant informātes pro eo, sed actione sibi competenti ex primæuo contractu, quæ per solutionem illi re-
3 uocabiliter factam † 20. Aprilis 1615. in casu reuocationis non fuerat sublata, vt per *Franc. dec. 200. num. 12. & seq.* debent obtinere etiam si
4 molestiam aliquam non denunciauerint † dicto Serlupio tertio possessori, vt egregiè firmauit *Rota in dicta Neapolitana pecuniaria coram Card. Blanchetto, quæ est 220. num. 2. & seq. post Statil. de Saluian.*

Pariter nec obstat quod hæredes prædicti contra DD. de Caffarellis, & Annam Crescentiam, non opposuerint, quod ipsi, licet essent creditores Maximiliani, carent tamē qualitate obligationis DD. Crescentij, & Melchiorris de Crescentijs, quibus tantùm ex forma motus proprij Pauli V. dicebatur potuisse depositum consignari, quia cum, vt superiùs dictum est, hæredes prædicti non tenerentur defensionem aliquam suscipere, neque litem denunciare, facto deposito, ad quod ad instantiam Principis habentis manus iniectionem,
5 Iudex suo mandato eos coegit † non tenebantur iustitiam, vel iniustitiam petentium consignationem depositi, & iurium aliorum, discussionem suscipere, sed hoc potius curæ esse debebat Iudici consignationis, vt in similibus terminis iisdem verbis dixit *Rota coram Seraph. d. decis. 1019. num. 5. in fine*, quę decisio tollit omnem in hoc casu difficultatem circa supradictam immissionem, quam tantùm Domini hodiè resoluere voluerunt.

Et ità &c.

Decisio ista emanata in hac eadem causa sub die 7. Maij 1646. coram eodem bo. mem. Peutingero est in præcedenti par. 9. tom. 2. decis. 404.

RE-

REVERENDISS. P. D. CERRO.
S. Rot. Rom. DECANO.
Romana Vineæ del Pico.
Lunæ 25. Maij 1648.

ARGVMENTVM.

Possessio etiam ad effectum manutentionis acquiritur per solam clausulam constitui. Negligentia decennalis sufficit ad effectum amittendi possessionem, quod eo magis procedit quo illa per alium fuit occupata etiam data negligentia primi possessoris.

SVMMARIVM.

1 *Clausula constituti transfert in constitutarium possessionem etiam ad effectum manutentionis.*
2 *Instrumentum locationis probat possessionem inter locatorem, & conductorem.*
3 *Possessio conductoris locatione durante est manutenibilis.*
4 *Exceptio nullitatis non admittitur in summarijssimo possessorio, & quando.*
5 *Possessio ammittitur per decennium.*
6 *Obliuio inducitur ex negligentia decennali.*
Manutentio non datur post amissam possessionem per spatium decennij num. 6.
7 *Possessio eo magis per negligentiam decennalem censetur amissa, quo illa per alium fuit occupata.*

DECISIO CLXXXXI.

FRANCISCO Cescarino dandum esse mandatum de manutenendo in possessionem Vineæ, de qua agitur, Domini responderunt, quia probat suam possessionem ex clausula Constituti, apposita in instrumento venditionis sibi factæ anno 1638. à Nicolao Botta,
1 cuius vigore in ipsum Constitutarium translata fuit omnis possessio constituentis sufficiens pro obtinenda manutentione *l. quædam mulier. 76. ibique gloss. in uerb. possessionem ff. de rei uendic. l. quod meo 18. et ibi DD. ff. de acquir. poss. S. M. Gregor. decision. 437. numer. 1. alijsq. relatis*, dictum fuit in *Bononien. bonorum* 28. *Iuny* 1647. *coram Reueren. P. D. meo Otthobono*, §. *Conuincitur enim*.

De possessione autem Nicolai Constituentis Domini non dubitarunt, cum iustificetur ex Instrumento publico locationis, seu concessionis ad meliorandũ sibi factæ anno 1635. per annos 21. à Ioanne del Pico tam nomine suo proprio, quam vice, & nomine aliorum suorum fratrum del Pico, pro quibus promisit de rato *Sum. Francisci nu. 1.* quod Instrumẽ-
2 tum locationis inter conductorem, † & locatorem satis probat possessionem, vt tradit, *Bald. in d. l. quædam mulier. num. 1. ff. de rei uindicat. Gabr. de locat. concl. 4. nu. 14. Menoch. de retin. remed. 3. num. 571. Rota diuers. decis. 314. nu. 1. et decis. 766 num. 3. par. 1. coram Card. Caualer. decis. 48. numer. 1.* & in alijs plenè cumulatis per *Modern. Perus. de manut. obseru. 24. num. 1.* Præfatique possessio
3 durante† locatione est manutenibilis *l. Attilius regulus in fin. ff. de donat. Menoch. ubi supra dict. remed. 3. numer. 602. Bocc. de interd. uti possid. capit. 2. numer. 47. 48. & 50. Card. Caualar. decis. 182. numer. 2.*

Nec obstat quod ob non sequutam ratificationem dictorum aliorum fratrum del Pico locatio videatur nulla, & propterea non sit apta illis impedire manutentionem.

Quia, præterquod hæc exceptio nullitatis tanquam requirens altiorem indaginem non venit admittenda in hoc summarijssimo ma-
4 nutentionis, † quando alias, prout hic, Instrumentum habuit suam executionem, ex traditis per *Scacc. de appell. cap. 2. q. 19. remed. 1 concl. 5 nu. 20. et 21. Modern. Perus. ubi supra obseru. 62. nu. 1. et 2. cum seqq.* Placuit responsio, quod cum à dicto anno 1635. quo fuit facta locatio, vsque in præsens per decennium, & vltra dicti fratres nullos fecerint actus possesorios, nec
5 quicquam ex dicta Vinea perceperint,† ex huiusmodi negligentia decennali ceciderunt ab omni commodo possessionis, si quam habebant, *ut magistraliter docuit Bart. in l. si de eo §. si forte num. 4. ff. de acquir. possess. et in l. siue possidetis num. 8. in fin. uers. sed in possessione C. de probat. Bald. in l. post sententiam num. 10. uers. quæro qualiter, C. de sentent. interloquu. omn. indic. et cons. 249. num. 9. lib. 1 Alex. cons. 6. num. 14 lib. 3. Corn. cons. 16. nu. 14. lib. 2. Grat. discept. for. cap. 450. sub num. 30. et 31. Rota Bononien. diu. decis. 86. num. 11. Rota in recent. decis. 662 num. 5. et decis. 774. num. 2. par. 3. decis. 496. num. 4. par. 4. et in Maceraten. hæreditatis 10. Decemb. 1635. coram bon. mem. Buccabella.* Ac exindè inducta
5 fuit obliuio † quæ operatur, vt possessio tã ciuilis, quam naturalis dicatur amissa, adeò vt ipsis nullatenùs competere possit manutentio *ex pluribus adductis in Volaterana Prioratus 16. Martij 1646. coram R. P. D. meo Bichio, §. Gratis autem, et in Romana Palatij 3. Decembris eiusdem anni coram me, §. similiter nec minus.* Idque præsertim in proposito, quo possessio interim non fuit vacans, sed plena, per Nicolaum scilicet, & Cescarinum, concurrente enim retentione,
7 seu occupatione alterius, † possessio à primo possessore eo magis concessa dicitur licet ipse præfatam retentionem, seu occupationem ignorauit, *ut consuluit Aym. cons. 235. sub num. 1. uers. secus si possessio. Rota decis. 123. nu. 4. apud supra allegatum Modern. Perus. de manut. Add. ad S. M. Gregor. decis. 308. sub num. 26.*

Et ita resolutum vtraque &c.

R. P. D. CORRADO
Postea Eminentiss. D. CARDINALI.
Romana Rescission. Transactionis.
Veneris 29. Maij 1648.

ARGVMENTVM.

Transactio quamuis iuramento firmata semper tamen rescinditur, concurrente enormissima lesione, quam in præsenti decisione concurrere ex pluribus demonstratur; & licet transactionem

ctionem rescindere volens, teneatur in primis & ante omnia restituere quidquid ex ea percepit, id tamen, an, & quando procedat eruditè explicatur.

Dos tunc dicitur congruè constituta, quandò refertur ad legitimam, vel ad quantitatem à statuto taxatam, & quamuis aliquando, etiam in bonis fideicommisso subiectis constitui possit in maiori quantitate, habito respectu ad nobilitatem Viri, eiusque insignes animi dotes, & facultates; tamen an, & quommodo id intelligendum veniat, non minus latè, quā clarè explicatur.

SVMMARIVM.

1 *Bilancium, quando dicatur irreleuans pro redditione rationis.*
2 *Inuentarij confectio, ac redditio rationis vbi fuit à Testatore remissa, non per hoc potest Tutor excusari à descriptione bonorum.*
3 *Inuentarij confectio vbi fuit à Testatore remissa, Tutor liberatur ab exactissima inquisitione, non autem ab omnimoda redditione, ac reliquorum restitutione.*
4 *Administrator bonorum sui debitoris, præsumitur satisfactus de suo credito, donec redditis rationibus aliter constet.*
5 *Administrator bonorum sui debitoris quandò præsumatur de suo credito satisfactus.*
6 *Legitima debetur filio in bonis Matris.*
7 *Vel illo prædefuncto, eius filijs.*
8 *Legitima debita filijs in bonis Parentum quando sunt tres, est tertia pars hæreditatis.*
9 *Legitima ex dispositione statuti Vrbis non debetur fœminis iam dotatis.*
10 *Legitima debita filijs in bonis Parentum debet esse libera ab omni grauamine, & fideicommisso.*
11 *Aestimatio bonorum minuitur ex adiecto onere fideicommissi.*
12 *Et huiusmodi Valoris diminutio pro qua summa fieri debet.*
13 *Lucrum dotale extantibus liberis acquiritur solum quoad vsumfructum.*
14 *Amplia etiam si filij postea decesserint.*
15 *Euentus futurus non habetur in consideratione, quando congruo ordini naturæ repugnat, ac est inuerisimilis.*
16 *Vsusfructus reuertitur ad proprietarium ipso iure post mortem vsufructuarij.*
17 *Vsusfructus assignatur quoad proprietatem loco pretij*
18 *Bona subiecta fideicommisso non possunt alienari.*
19 *Mater tenetur de proprio satisfacere si vltra solitam eleæmosinam filiæ Monasterium ingressæ annuam summam constituit contra dispositionem Viri.*
20 *Lesio enormissima vt cesset iuxta dispositionem, tàm statuti Vrbis, quàm Iuris Communis, quid requiratur.*
21 *Transactio etiam iuramento firmata rescindi debet quando continet lesionem supra dimidiam.*
22 *Dolus censetur semper exceptus.*
23 *Lesionis modus in transactionibus Iudicis arbitrio remissus est.*
24 *Transactionem rescindere volens tenetur restituere quidquid ex ea recepit, & quando secùs numero 25.*
26 *Vsusfructus relictus vxori existentibus filijs, restringitur ad alimenta.*
27 *Et quid si Vxor fuisset etiam liberata à confectione inuentarij, & redditione rationis.*
28 *Dos quando dicatur excessiua.*
29 *Legitima debita quatuor filijs in bonis paternis quota sit.*
30 *Dos congrua dicitur illa, quæ refertur ad legitimam.*
31 *Dos congrua dicitur quando refertur ad quantitatem à statuto taxatam, cui censetur se voluisse conformare Testator.*
32 *Dos excessiua ad iustam quantitatem est moderanda, & reducenda.*
33 *Dos excessiuè constituta, potest in excessu retineri, & repeti quatenus fuisset soluta.*
34 *Dos non potest constitui in maiori quantitate à statuto taxata, & legitimæ correspectiua quamuis Maritus maiorem summam mereretur.*
35 *Dos licet in maiori quantitate constitui possit, quam in præscripta legitimæ summa, id tamen moderatè fieri debet.*
36 *Dos non potest constitui in quantitate excessiua legitimam in bonis fideicommissi, quando Mulier alteri viro æqualis sibi conditionis nubere valeat licet minus qualificato.*
37 *Dotem magis proficuum est coniugibus habere in censibus, locis montium &c. quam in domibus licet pluris æstimatis, & quare.*
38 *Pactum de retrouendendo quando minuat rei valorem, & quando secus nu. 38.*
40 *Pactum de retrouendendo, vbi non est absolutum sed ad certum tempus restrictum, non minuit rei valorem vltra sextam partem.*
41 *Dos non probatur constituta ad pompam ex depositione Testis, qui agit de substinendo contractu, eius opera, & authoritate gesto.*
42 *Dos ex quibus excludatur, quod fuerit constituta ad pompam, ac ad ampliorem magnificentiam.*
43 *Status hæreditatis ex quibus remaneat iustificatus.*
44 *Status hæreditatis remanet sufficienter iustificatus in summa calculata, licet apposita fuisset protestatio, saluis alijs &c. & quid operetur dicta protestatio.*
45 *Probationes imperfectæ sufficiunt, quando ex culpa, & negligentia partis steterit, quin exactiores, & pleniores haberi potuerint.*
46 *Amplia etiam si agatur de probatione negatiua.*

DECISIO CLXXXXII.

DEFVNCTO Balthasare Bonadies instituto hærede vniuersali D. Bartholomeo eius filio, eiusque filijs legitimis, & naturalibus ex vero, ac legitimo matrimonio nascituris cum prohibitione alienationis bonorum stabilium, censuum, & locorum Montium amplis verbis concepta, relictisq; competentibus dotibus Lucretiæ, et Orinthiæ filiabus fœminis; Et D. Laura vxore Tutrice, et Curatrice, bonorumq. omnium administratrice, ac vsufructuaria donec viduitatem seruaret, et cum filijs cohabitaret. Hæc filiorum nomine hæreditatem adiuit, susceptumq. tutelæ munus quatuordecim circiter annos exercuit, et bona administrauit, nullo prorsus confecto Inuentario

tario, & lucretiam alteram ex prædictis filiabus constituta dote scutorum viginti quatuor millum in nonnullius Domibus, ac locis Mōtium hæreditarijs D. Hippolyto Vitellesco nuptui tradidit, duabus alijs vitam Monasticam profitentibus. Alia vero plura loca similia eiusdem hæreditatis sibimetipsi pro satisfactione dotis, & lucri, ca interusiorum dotalium à die matrimonij soluti, ac nuptialis donationis, & legatl à marito facti assignari curauit insolutum. Deinde verò à præfato Bartholomæo super prædictis, ac redditione rationum conuenta fuit vna cum Genero pro eius interesse, ratione prætensæ nullitatis, & excessus dictæ constitutionis dotis anno 1625. vigore commissionis san. mem. Vrban. VIII. coram Rota pluribusque emanatis pro actore Decisionibus coram bon. mem. Coccin. sub diebus 25. Maij 10. Iunij, & 10. Decembris 1626. in recent. decis. 14. & 25. par. 5. & penes Fenzon. ad Stat. Vrbis decis. 138. inita fuit inter eos Transactio anno 1629. 13. Augusti. Cuius rescissionis instantia, ex speciali Rescripto S. D. N. Rotæ nuper commissa. & Hodie plenè discussa. Visa fuit Dominis admittenda.

Quia constat de læsione enormissima d. Bartholomæi tam in ea parte, quæ respicit D. Lauram matrem, quam in ea quæ Lucretiam sororem, & D. Hippolytum eius Cognatum concernit. Nam matrem absoluit, & liberauit (nulla reddita ratione) ab administratione per eam gesta ab anno 1611. vsque ad annum 1625. bonorum hæreditatis paternæ, cuius redditus, aliasque pecunias eo tempore ad illam delatas summam scutorum quinquaginta septem millium octingentorum circiter con-
1 stituisse apparet ex calculo, † seu bilancio pro eius parte tunc composito, & in processu producto, licet informi, confuso, non integro, nec iustificato præsertim in partitis ad debitū filij, descriptis, quarum nonnullæ ex ipsa lectura dignoscuntur erroneæ, ita vt nullius esset releuantiæ pro redditione rationum, *l. si cui libertas, l. cum seruus. vers. sed illud ff. de cond. & dem. Corn. cons. 196. sub nu. 9. vers. facit quia lib. 3. Rimin. iun. consil. 338. num. 32. vers. item reperitur. Menoch. de Arbitr. Iud. cons. 209. num. 20. vers. secundo obseruandum est. Rot. penès Burat. decis. 14. à nu. 22. vers. exhibita verò bilancia. & seq. & decis. 29. sub nu. 14. vers. erant etiam &c. & Coccin. decis. 382. sub num. 4. vers. & cum redditio rationis &c.* alijs relati per *modern. Roman. discept. 529. à nu. 29. ver. neque in bilancijs. ac seq.*

2 Nec † enim ex eo quod fuisset illi à marito in eius testamento simpliciter remissa confectio inuentarij, & redditio rationum, poterat excusari à descriptione bonorum, vt ex æquiori Doctorum sententia probauit *Rot. in Romana fideicommiss. de Capiteferro 19. Februarij 1646.*
3 *coram me. in §. ideo merito. vers. & proinde*, † ned ab omnimoda redditione, ac reliquorum restitutione, sed tantùm ab exactissima, & scrupulosa (vt aiunt) inquisitione, nam aliàs facilis nimium præberetur occasio delinquendi, ac pupillos fraudandi, *l. quidam decedens, in princip. & ibi Bald. l. qui plures, vers. quoniam ibique gloss. in verb. non est relicta, & in fin. ff. de administr. tutor. l. si seruus vetitus, ibique gloss. & DD. ff. de leg. 1. l. non solum. la 2. §. pen. l. si quis rationes, in princ. l. Aurelio, §. Caius, ff. de liberat. legat. gloss. in l. cum necessitatem, in verb. rationis, ibique latè Salyc. sub num. 1. vers. sed caue. & Ias. sub num. 1. vers. nota tamen quod in tutoribus, C. de fideicom.* & benè explicat *Angel. in cons. 144. reuocatur in dubium. per tot. Castr. cons. 445. circa primam. sub num. 3. vers. super secundo quæsito. lib. 2 Ias. cons. 253. à num. 5. vers. sed præmissis non obstantibus, & seq. per tot. lib. 3. Signorol. consil. 110. Testator in testamento dedit tutores. Natt. cons. 115. sub nu. 9. vers. alias ista permissio. Didac. resol. 14. sub. num. 3. vers. secunda conclusio. lib. 2. Menoch. præsum. 164. num. 1. vers. primus est, & seq. lib. 4. Galganet. de tut. & curat. lib. 3. quæst. 58. num. 22. vers. sed potius, & seq. Io. Gutierez. in simil. tract. par. 3. cap. 1. nu. 32. vers. Adeo est necessaria rationis redditio, Rot. in Romana redditionis rationis 12. Maij 1603. coram Litta in §. immo quod etiam si eis fuerit legata liberatio &c. & in Romana tutelæ de Boncompagn. 13. Nouembris 1615. coram bon. memor. Vbaldo in recentiorum decisione 762. numer. 8. versic. non obstat liberatio part. 2. & in alijs.*

Præterea eidem dimisit, assignauit, ac relaxauit census, & loca Montium non vacabilium hæreditatis pro summa scutorum sexdecim millium, & vltrà, nempè pro restitutione dotis patri solutæ scutorum octo millium, pro lucro dotali duorum millium septingentorū quinquaginta, pro donatione nuptiali, siuè sponsalitia largitate scutorum mille sexcentorum duorum millium, & loca duo de uiginti pro vsufructu à marito illi relictis, vt legitur in dicto Instrumento in *vers. Et ex capite, & cau-*
4 *sa huiusmodi Transactionis &c.* † Quorum tamen respectiuè satisfactionem ex opulenti patrimonij administratione, magnaque pecuniarum summa (vt præmissum est) inde redacta, facta etiam legitimarum, ac verisimilium expensarum detractione facilè antea consequi potuit, atque præsumitur donec redditis rationibus aliter constet *l. peculium autem, §. 1. vers. sanè cum ex cæteris causis. ff. de pecul. Afflict. decis. 13. à nu. 16. vers. immò præsumitur, & seq. Surd. cons. 299. nu. 33.*
5 *vers. nam creditor.* & in his terminis † quando appatet notabiles pecuniarum summas ex bonis debitoris ad manus mulieris, vel alterius administratoris peruenisse, nec alia redditur de illis legitima ratio firmauit, *Rot. in Romana administrationis tutel. 2. Aprilis 1590. coram Penia. penes Marchesan. de commiss. tom. 1. fol. 828. numer. 1. vers. nam Domini firmarunt &c. & dec. 407. in princ. vers. cum enim constet. par. 4. diuers. & penes Card. Caualer. decis. 171. num. 7. vers. & ideo, & decis. 452. num. 3. vers. insuper. & in recent. decis. 391. sub num. 7. vers. semper obstabit. cum seq. & decis. 547. numer. 17. vers. sed saltem. par. 5. & penes Reuerendiss. Vrgellen. decis. 258. num. 14. vers. tertia de Trebellianica, & dote Rentiæ. & in hac ipsa causa sub dicta die 25. Maij 1626. coram Coccino in recentior. d. decision. 14. numer. 8. vers. nam, & si quando agitur &c. & seq. ead. part. 5.*

Demùm eam releuare, atque indemnem seruare promisit à quauis obligatione per ipsā con-

contracta ad fauorem d. D. VitelescHi, & cuiuscunque alterius pro manutentione, defensione, ac euictione dotis prædictæ illi constitutæ, & alijs prout legitur in *vers. prædictam D. Lauram suam matrem &c.*

Illa verò è contra assensit, atque conuenit, quod census, & loca montium ipsi assignata pro satisfactione eius dotis scutorum octo millium, & legati scutorum duorum millium (detractis scutis quatuor millibus, de quibus liberè disponere posset) post eius mortem reuertantur, & spactent ad d. Bartholomæum eius filium donec naturaliter vixerit, eoq; defuncto ad filios masculos primùm legitimos, & naturales, & deinde fœminas eisq; omnibus deficientibus, vel non extantibus liberè perueniant pro duabus ex tribus partibus ad Lucretiam vxorem præfati D. HIppolyti, eiusq; filios masculos, & fœminas, vt legitur *in vers.*
6 *conuenerunt inuicem pacto expresso &c.* † Hic autem est obseruandum, quod mortua Laura cum testamento debita erat ex legis dispositione saltem legitima Bartholomæo eius filio §. 1. *in auth. de trient. & semiss.* §. *aliud quoque capitulum in*
7 *auth. vt cum de appellat. cognos.* † Vel illo prædefuncto eius filijs §. *neque illo in auth. de trien. & semiss. &* §. 1. *in auth. de hæred. ab intest. gloss. in l. omnimodo, in verb. alijs personis. C. de inof. testam.* Rot. dec. 543. *sub num.* 1. *vers. est enim certum part.* 4. *recent.*
8 Eaq; † erat tertia pars dd. scutorum decemmillium, constituens summam scut. 3333. $\frac{1}{3}$. *iuxta text. in d.* §. 1. *in auth. de trient. & semiss.* vnde
9 sumpta est *auth. nouissima. C. de inoffic. testam.* † (sororibus iam dotatis exclusis ex dispositione *Stat. Vrbis lib. 1. cap. 145. in fin. vers. quæ filiæ, Rot. penes Card. Seraph. decis. 963. num. 2. vers. non enim debetur legitima. & decis. 415. par. 4. diuers. Burat. dec. 922. num. 5. vers. clarissima namque est conclusio. & in recent. decis. 572. num. 4. vers. neque poterit petere legi-*
10 *timam. par. 5. ac alibi.*) † Et quidem libera ab omni grauamine, & fideicommisso *l. quoniam in prioribus, l. scimus, in princ. &* §. *cum autem. C. eod. tit. Decian. cons. 17. num. 14. vers. quæ quidem dos &c. lib. 2.* Ita vt quicquid superest vsq; ad quantiatem scutorum sexmillium fere absorbetur
11 ex adiecto onere fideicommissi, † quod minuit æstimationem *iuxt. l. 1.* §. *si hæres. vbi Bart. sub num. 2. vers. secundo nota. & seq. Ias. sub numer. 9. vers. tertio nota. & Rip. sub num. 25. vers. secundo nota et seqq. ff. ad S. C. Trebell. Alex. in l. pretia rerum. sub num. 3. vers. in gloss. 2. ff. ad l. Falcid. Cagnol. in l. 2. sub num. 243. vers. et in hac materia, C. de rescind. vend. et ibid. Ari. Pinel. par. 3. cap. 3. sub. num. 18. vers. pretium aliquando augetur, aliquando minuitur etc. Crauett. cons. 435. num. 17. vers. cuius oneris ratione. De-*
12 *cian. cons. 7. num. 96. ver. ista enim pacta lib. 1.* † pro quantitate Iudicis arbitrio declaranda quando non est speciali Constitutione determinata, vt respendit *I. C. in l. si seruus furtiuus, in fin. princ.* ibi, *quod si pendente conditione iudicaretur Iudex æstimare debebit quanti emptorem inuenerit etc. ibique gloss. in verb. inuenerit, et DD. de condit. furtiu.* Ideoque census, & loca prædicta valoris scutorum sexmillium huiusmodi fideicommisso grauata vix pluris æstimanda videtur, quam libera valoris dd. scutorum 3333. $\frac{1}{3}$.

Deindè conuenit, quod loca montium eidem assignata pro lucro dotali sponsalitia largitate, & vsufructu à marito relicto quoad proprietatem spectent ad eumdem Bartholomæum, eiusque hæredes, ac successores, quibus ea defuncta pleno iure restitui debeant *in vers. quorum quidem omnium, & singulorum locorum*
13 *montium, &c.* † Hic paritèr obseruandum, quod cum Balthassar maritus Lauræ decesserit superstitibus liberis, lucrum dotale spectabat ad eam, quoad vsumfructum tantum ex dispositione *Stat. Vrbis lib. 1. cap. 131.* ita quod
14 licèt † filij postea deficiant, non tamen proprietatem acquirit mater superstes, quàm solū consequi vsumfructum voluerunt statuentes, vt fuit dictum *in Romana donationis propter nupt. 14. Iunij 1540. coram Put. inter impress. dec. 17 de constit. & in Roman. quart. dotal. 16. Martij 1618 coram bon. mem. Remboldo penès Fenzon. ad statut Vrbis decis. 74. in* §. *nec refert, quod dicti Ioannes, & Marius prædecesserunt Virginiæ matri, &c.* & comprobatur *in Romana de Caualer. 22. Martij 1632. coram bon. mem. Coccino ibid. decis. 79. in* §. *ratio decisionis fuit, &c.* Donatio autem illa sponsalitia (præterquod non erat liquida, nec satis iustificata) fuerat etiam sub eadem expressa conditione concepta, quod filijs extantibus solus vsusfructus ad eam spectaret, vt in ea legitur. Et licet in euentum eorum prædecedentiæ mater eiusdam donationis vigore proprieta-
15 tem quoque lucri deberet; † Huiusmodi tamen euentus non fuit visus Dominis in proposito casu magni faciendus, quippe qui congruo ordini naturæ repugnat, ac inuerisimilis est *l. nam, & si parentibus. ibique gloss. in verb. tamen. ff. de inoff. testamen. l. qui duos.* §. *cum in bello. ibique gloss. in verb. patris. ff de reb. dub. Bart. in l. inter stipulantem.* §. *sacram. sub num. 7. vers. aut respecit futurum. ff. de verb. obligat. Rot. decis. 365. num. 2. vers. & futurus euentus par. 4. diuers. Mandos. ad reg. de infirm. q. 6. à num. 6. vers. redeundo igitur. ac seq.*
16 Vsusfructus † etiam eius morte finiebatur, ob quam ideo loca montium eo titulo assignata ad hæredem ipso iure (circumscripta dicta conuentione) reuertebantur, *l. 3.* §. *fin. ff. quib. mod. vsufr. amit. l. vsum fructum cum moriar. ff. de vsufr. leg. l. corruptionem. C. de vsufr. et habit.* §. *finitur. instit. eod. tit. Rot. decis. 653. sub num. 1. in fin. vers. cuius naturæ est par. 2. et decis. 340. nu. 10. vers. vnde*
17 *statim par. 5. recen.* † Nec enim quoad proprietatem assignata fuisse probantur, quasi loco pretij iuris vsusfructus iuxta terminos *l. hære-*
18 *ditatum. ff. ad l. falcid.* † Nec assignari potuerunt obstante fideicommisso cum expressa prohibitione alienationis, alijsq; cōditionibus in testamento Balthassaris appositis *l. fin. C. com. de legat. et in auth. de restit. et ea quæ parit. in* §. *quamobrem in princ. ibique gloss. in verb. alia &c.*

Vlterius in *vers. item pacti fuerunt &c.* assumpsit in se onus soluendi debita contracta cum Mercatoribus, Artificibus, & familiaribus tempore eius administtationis ad quod iam tenebatur, cum fructus omnes, ac effectus hereditarios recepisset. Necnon annuos scutos sexaginta singulis filiabus Religionem professis promissos, vltra summam scutorum ter- mille

mille ob causam professionis cuiuslibet earũ impensam, vt apparet ex calculo prædicto.
19 Hic † enim obseruandum, quod Balthassar earum patet in dicto eius testamento disposuit illis eo casu persolui dotes, ac eleemosynas solitas. *in vers.item iure, ac titulo institutionis &c.* Ideoque cum in omnibus præmissis D. Laura scienter excesserit modum à testatore præscriptum, ipsius benè notum, atque omninò seruandum, etiam ex dispositione *Statut. Vrbis lib.*1. *cap.* 141. iuri satis consonum erat, quod de proprio satisfaceret, vel quia ratione naturalis coniunctionis, pietatis, & affectionis cẽseatur erga illas liberalis esse voluisse. Vel quia non erat profectò à filio releuanda *l.cum post mortem §.præterea, ff.de admin.tut. Lup.in.rubr. de donat.§.*66.*sub num.*14.*ver.in constituenda tamen dote,ac seq.Bald.Nouel.de dot.par.*6.*priu.*45. *sub numer.*2.*vers.et hoc nisi talis mater etc. Barbos. in l.*1. *par.*4.*sub num.*149.*vers.quinimo si mater tutrix filiæ ff.solut.matrim. Ant.Gomez.ad l.*50.*Taur.sub nu.*24. *vers.si vero mater.Galganc.de tut.et curat.lib.*3.*q.*50. *numer.* 5. *versic. in matre vero. Gutierez. in simil. tract. part.* 2. *capitul.* 11. *sub numer.* 6. *vers.si vero mater.*

Insuper eidem Bartholomæo pro decentiori sustentatione promisit menstruos scutos duodecim soluere donec ipsa viueret in *vers.*
20 *& vlterius saluis præmissis &c.* † Quæ sanè habita etiam aliorum præmissorum ratione, visa fuit Dominis longè minus sufficiens retributio, quam huiusmodi transactionis postularet validitas, vt cesset læsio enormissima, vel vltra tertiam partem importantiæ eius quod fuit ab eo remissum, atque promissum iuxta dispositionem *Stat.Vrbis d.lib.* 1. *cap.* 154. Vel vltra dimidiam iuxta dispositionem iuris cõ-
21 munis *in l.*2.*C. de rescind. vend.* † quæ in transactione etiam iuramento firmata seruari debet, quando continet læsionem alterius partis in magno excessu supra dimidiam, nam
22 illa præsefert dolum re ipsa, † qui censetur semper exceptus, vt benè probat *Corn.consil.*27. *à num.*5.*vers. his tamen non obstantibus, et seqq. per tot.lib.*4.*Cephal.cons.*496.*num.*9.*vers.et nedum venditio,et seq.Surd.cons.*480. *num.* 13. *vers. certum est enim.Molin.de primogen.lib.*2.*cap.*3.*sub nu.*18.*vers. quod temperandum est ac seq.* & hanc sententiam sequitur *Rot.vt per Chisan.decis.*192.*incip.transactio rescinditur, et decis.*102.*vbi num.*3. *vers.et di-*
23 *xerunt Domini &c.* † dicitur læsionis modum in hoc casu Iudicis arbitrio remissum esse, cõsideratis considerandis, *p.*1. *diuers.et in Romana rescission. instrum.* 26. *Nouembris* 1612. *coram bon. mem.Vbaldo penes Cenc.de cens.decis.*275. cum relatis per *Reuerendiss.Vrgellen.decis.*121. *sub nu.*16. *vers.ea tamen. ac seq. et vers. prædicta autem læsione probata &c.& plur.seqq.et in recent. decis.* 189. *sub num.*4.*vers.ex quo ista transactio par.*4.*et decis.*315. *sub numer.* 9. *versic. vnde resultat. ac seqq. part.* 5. *et in alijs.*

24 Nec † obstat quod ille teneatur ante omnia restituere pecunias ex ea causa exactas *iuxta l.si diuersa.C.de transact.*

25 Quia cum D. Laura priùs † consequuta fuerit ex bonis hæreditarijs mariti loca montium quadraginta septem, & alia comprehensa in Instrumento celebrato sub die 23. Septẽbris 1617. ob assertam satisfactionem d. eius dotis, & lucri, ac interusuriorum dotalium post solutum matrimonium, vt in eo legitur, quod deinde concordi Dominorum sententia fuit declaratum nullum in dictis Decisionibus coram bon. mem. Coccino 25. Maij, & 10. Decembris 1626. *in recent.d.decis.*14.*et* 25.*par.*5. Ac præterea non reddiderit rationes administrationis suæ, cuius occasione iam constat longe maiores pecuniarum summas ad eius manus peruenisse; Sentiantque Domini liberationem prædictam à filio elicitam ipsi non suffragari, non videtur iustum, neque æquũ esse illum adstringere ad restitutionem huiusmodi pecuniarum, quas in effectu tanquam exactas de fructibus eorundem locorum mõtium hæreditatis paternæ matri ex causis prædictis nulliter assignatorum potest eo titulo retinere donec congruè redditis per eam rationibus eius credita melius iustificentur, vt respondit *Rot.d.dec.*102.*sub num.*3.*vers.non obstat quod teneatur recepta.et seq.p.*1.*diuers.et penes Card. Seraph.decis.*922. *num.*8. *vers. hic autem* & benè comprobatur *ex trad.in d.decis.*391.*sub nu.*7.*ver. semper obstabit.cum seq.et d.dec.*547.*nu.*17. *vers.sed saltem par.*5.*recent.*

Minus obstat, quod eadem Domina tanquam hæres vsufructuaria à marito instituta liberè posset de fructibus bonorum hæreditatis disponere, detractis alimentis filiorum,
26 annuisque necessarijs expensis. † Quia Bartholomeus fuit institutus hæres vniuersalis, ipsa verò relicta *saluis prædictis* (sunt verba testatoris) Tutrix, Curatrix, & pro tempore administratrix, & vsufructuaria filiorum, ac bonorum omnium respectiuè, quæ sanè verba filio sic instituto non plenum vsumfructũ, sed alimenta præseferunt, iuxta consuetudinẽ Bulgari vbique ferè receptam, de qua *gloss.in auth.Hoc locum,in verb. derogari, C. si secund. nups. mul.Roman. cons.* 118. *Quoad primum nu.*1.*et seqq. Soc.iun.cons.*74.*sub n.*12.*vers. Demùm non displicet, et seq.lib.*4.*Mantic.de coniect.lib.*9.*tit.*7.*num.*1.*vers. nam ex generali consuetudine, et plur. seq. Menoch. præs.*139.*à num.*4.*vers.secundus est casus, et seq. lib.* 4.*Surd.de alim.tit.*2.*q.*15.*in princ.et num.* 1. *ac seq. Peregr.de fideic.art.*12.*num.*28.*uers.sed. contra prædicta. Rot.decis.*748.*per tot.par.*4. *diuers.et penes Reuerendiss.Vrgellen.d.decis.*258.*num.*4.*uer.quæ matris institutio, et seq.cum alijs relatis per Marescott.resol.* 29.*num.*1.*uers.Primus casus est &c. & seq. lib.*1. *& Castil.de usufr.cap.*45.*num.*6. *uers. secundò constitu-*
27 *endum est, ac seq.* † Licèt fuerit (vt dictum est) liberata à confectione inuentarij, & redditione rationum; quoniam hæc liberatio cõgruiùs refertur, ac respicit administrationem bonorum, prout tamen supra fuit declaratum in §. *Nec enim ex eo &c.* Et magis excludit institutionem in vsufructu, quàm ampliet, & alteret legatum illius *Angel.d.cons.*144.*sub nu.*1. *uers.In contrarium est ueritas. Ruin.cons.*17.*nu.*13. *uers.et in casu nostro lib.*2.*Soc.iun.d.cons.*74. *sub numer.*12.*uers.Demum non displicet,ac seq.lib.*4. *Paris. cons.*21. *num.* 16. *uers. Prout etiam lib.* 2. *Rim. sen cons.*

cons.116. sub num.31. vers.& similiter respectu eius, quod non teneatur reddere rationem, ac seq. quos sequitur *Mant. de coniect. d. tit.7. sub nu.26. vers. sed si testator non expressit, &c.*

Quo vero ad aliam partem eiusdem Transactionis spectantem ad DD. Lucretiam, &
28 Hyppolitum. † Visa fuit euidentior læsionis probatio, quoniam Battholomæus approbauit, & confirmauit in *vers. Necnon ad potiorem cautelam, &c.* prędictam constitutionem, & assignationem dotis pro summa scutorum viginti quatuor millium in Domibus, & locis montium non vacabilium anteà factam per publicum Instrumentũ sub die 24. Nouemb. 1623. nulliter quidem, & maximè excessiuam habita ratione valoris hæreditatis paternæ, vt fuerat priùs resolutum *coram bon: mem: Coccin. sub die 10. Iunij* 1626. apud *Fenzon. d. decis.138. in §. Nec dicatur contractum non fuisse læsiuum, in ver-*
30 *sic. Prout nec etiam potest euitari, & in §. fin.* † Nam esto etiam quod ascenderet (vt asserunt Informantes pro eis) ad scut. 74000. legitima tamen debita Lucretiæ alteri ex quatuor filijs Balthassaris nõ excedebat quartam partem trientis, iuxtà *Text. in d. Auth. Nouissima, C. de inoffic. test. sumpta ex cap. 1. in Auth. de Trient. & semiss.*
29 & † sic duodecimam totius Assis constituentem summam scutor. 6166. circitèr ad quam præcipuè referri debet quantitas congruæ dotis, quam Pater ipse respexit, dum filiabus in seculo nubentibus dotes competẽtes reliquit, vt legitur in prædicto *versic. Item iure, ac titulo institutionis, &c. Alex. cons.83. num.2. vers. Et hoc tanto magis procedit, &c. & per tot. lib.4. Dec. consil.275. Proponitur quod D. Iacobus sub nu.1. vers. secundò etiã responderi potest, & vers. & à fortiori, &c. Crau. cons.236. vers. Congrua autem dos, Ceph. consil.658. num.23. vers. non obstant, & seqq. Decian. d. cons.17. sub nu.18. vers. secundò quando etiam, &c. cum seqq. lib.2. Gabr. cons.116. num.8. vers. quia sicut statutum, & seq. lib.1. Surd. de alim. tit.3. quæst.1. num.60. vers. Rursus, Mantic. de tacit. lib.12. tit.22. num.31. vers. ego verò, Rot. penès Buratt. decis.844. nu.11. uers. prædicta dos,* & fuit dictum in *Romana Dotis* 18. *Iunij* 1618. *coram bon: mem: Card. Sacrat. in recent. decis.41. num.4. uers. quia longè excedit legitimam part.4. tom.2. Marescott. resol.69. à num.26.*
31 *uers. quintò limita, & seqq. lib.2.* † Vel ad quantitatem taxatam per Cõstitutiones Vrbis confirmatas per san. mem. Sixt. V. in eius Bulla *Incip.* Cum in vnaquaque, sub rubr. Moderation delle Dot. in ordine 32. cui censetur voluisse se conformare Testator iuxtà *theor. Bart. in l. hæredes mei. §. cum ità n.4. uers. Et pro hoc dico,* & ibi *Alex. sub num.9. uers. Et eadem ratione cum seqq. & cæteri DD. ff. ad S.C. Trebell. Socc. cons.51. sub nu.21. uers. secundò principaliter ista opinio confirmatur, & plur. seqq. lib.4. Mant. de coniect. lib.11. tit.14. sub n.15. uers. nam testator præsumitur,* & alijs adducti *à Menoch. præsump.202. sub n.10. uers. ex-*
32 *tenditur primò, &c. lib.4.* † Ac proindè ad iustam quantitatem moderanda, & reducenda erat ad *l. si ex causa, §. in dotis quoque modò,* vbi *gloss. in uerb. Vltrà uires in fin. uers. Vndè maiori, ff. de minor. & l. unic.* vbi *gloss. in uerb. Pertinuit in fin. & DD. C. si. ad uers. Dot. Roman. cons.314. sub nu.3. uers. po-*
33 *stremò, & seq.* (Licebatque summam promissam excessu retinere, & quatenùs fuisset soluta repetere, *Castr. cons.468. Ad primùm quo quæritur sub num.3. uers. præterea, & uers. ex quo quæritur, part.1. Siluan. cons.12. nu.7. uers. his sic præsuppositis, & seq. Natt. consil.658. per tot. Gabr. consil.20. à n.56. uers. fateri oportet, & seqq. lib.2. Menoc. cõs.813 nu.7. uers. attamen esi frater promisit dotem immoderatam, Odd. de restit. in integr. quæst.59. art.5. per tot.* quibus cum alijs relatis idem comprobat, & iudicatum, refert *Modern. Mantuan. controu.507. 508. & 509.*
34 Et† licet D. Hyppolytus ob eius nobilitatẽ, insignesq; animi dotes, & facultates, ampliores promeruerit fortunas, eas tamen validè assequi non potuit ex patrimonio minoris paterno fideicommisso grauato, quod principaliter in hac materia considerandum est, *l. cum post, §. 1. ff. de Iur. dot. l. si filiæ patern. ff. de leg.3.*
35 Nam † licèt consideranda, etiam sit dignitas viri, ob eiusmodi circumstantias dos aliquandò maior, quàm præscripta legitimæ quantitas prudentis arbitrio cõstitui possit, id tamen moderatè fieri debet, quousque patitur ratio,
36 vt respondit I.C. *in l. quæro, ff. de iur. dot.* † nulloque pacto permitti potest in tanto excessu ad præiudicium minoris, ac euersionem fideicommissi, dum mulier alteri nubere valet æqualis sibi conditionis viro licèt minùs qualificato, *Bald. in Auth. res quæ sub nu.18. vers. vltimo nota, C. com. de legat. Dec. cons.26. diligenti pro tenui nostra facultate sub num.4. vers. si verò mulier cum minori dote, Corn. cons.3. sub. num.3. vers. nam primò, & principaliter lib.3. Decian. d. cons.17. sub numer.24. vers. neque est in facultate mulieris, &c. Rot. penes Comitul. decis.45. num.22. vers. cum non sit in facultate mulieris, Cardin. Mantic. decis.329. sub numer.5. vers. nam dos congrua, & latè de tacit. lib.12. tit.21. sub num.26. vers. neque enim debet esse in potestate mulieris, & in dicta decis.41. sub num.2. vers. & signanter, ac seq. part.4. to.2. rec. Peregr. de fideic. art.42. sub n.78. vers. non tamen conceditur, &c.*

Porrò D. Hippolytus pro remissione huiusmodi excessus, ac dotis approbatione nihil aliud in ea transactione retribuit D. Bartholomæo, quàm facultatem recuperandi infrà decennium duas Domos prædictas ad cõputum eiusdem Dotis iam assignatas pretio scutorum vigintimillium, pro scutis sexdecim millibus in totum. Quæ sanè facultas, vel inutiles illi erat, qui eam pecuniarum summam, nec habebat nec verisimiliter habiturus, vel ab alijs
37 recepturus erat ad dictum effectum. † Vel eisdem coniugibus magis proficua, quorum fortè plus intererat eam pecuniarum quantitatem in censibus, locis montium, vel alijs bonis maioris æstimationis, ac redditus inuestiendam, quàm Domos illas licet pluris æstimatas periculis tamen, ac impensis continuis expositas babere, vt fuit dictum in *Romana dotis de Iacobell. 19. Iunij* 1626. *coram Reuerendiss. Vrgellen. decis.41. sub num.14. vers. tum quia magis expedit mulieri, & seq.* Et in omnem casum sub incerto futuro recuperationis euentu dotem prædictam pro sola quantitate scutorum quatuor millium minuebat, quæ non æquiualet tan-

tanto excessui, adeò vt cessare faciat læsionem prædictam ad effectum, de quo agitur sufficientem.

38 Hincque patet non aduersari, † quod pactũ de retrouendendo tanquam onus, ac seruitutem quandam præseferens minuat verum rei valorem. Ideòque dictæ dotis constitutio eo minoris quantitatis censeri debeat.

Quoniam obiectio procedit quando vno; eodemque contractu bona cum eò pacto, ac
39 seruitute traduntur. † Non autem quando in vno liberè tradita in alio verò deindè celebrato ex noua partium conuentione pactum appositum fuit, vt factum apparet in proposito casu post plures annos, tunc enim singuli contractus, ac eorum effectus, & conuentiones distinctæ considerantur, vt fuit dictum in *Romana Domorum* 19. *Iunij* 1611. penes *san. mem. Gregor. decis.* 492. *sub num.* 9. *vers. videbatur etiam Dominis, cum seqq.* & in *Romana fideicommissi de Columna* 26. *Iuny* 1623. *coram bon. mem. Vbaldo in recent. decis.* 492. *vers. præterea, &c. part.* 4. *tom.* 2. & ex alijs cõprobat *Modern. Roman. discept.* 786. *sub num.* 16. *vers. præterea, cum seqq.*

40 Præter quod pactũ † illud vbi non est absolutum, ac indefinitè conuentum, sed ad certum tempus restrictũ non solet ipsius rei æstimationem minuere vltra sextam partem ex sententia Rotæ penes *Card. Seraphin. decis.* 1063. *sub nu.* 5. *vers. quod in Rota solet æstimari, &c.* & in *Romana Domus de Mentegat.* 29. *Nouembsis* 1591. *coram Orano,* §. 1. *vers. meritò in pacto temporali, post controu. Cyriac.* 261. *& in Romana Domus* 14. *Decembris* 1618. *coram bo. me. Card. Sacrato in recent. decis.* 64. *num.* 13. *vers. quod solet æstimari,* vbi aliæ referuntur concord. *ac dec.* 344. *nu.* 13. *vers. quando autem est temporale part.* 4. *tom.* 2. *ac sæpè in alijs.* Quæ si detrahatur ex pretio scutorum vigintimillium, quo duæ domus fuerunt in causam dotis assignatæ remanet scutorum sexdecim millium sexcentorum sexaginta sex circiter, qui cũ alijs scutis quatuormille in locis montium assignatis constituunt summam scutorũ vigintimillium sexcentorum, & vltrà longè adhuc excessiuam, vt dictum est.

Minus obstat, quod prædicta Dotis constitutio in ea summa scutorum vigintiquatuor millium fuerit simulatè, ac apparenter pro ampliori honorificentia cõuenta, cum tamen realiter non excederet scutos vigintimille.

41 Tùm † quia assertio hæc non probatur ex depositione quinti Testis, qui Frater germanus est D. Lauræ, & agit de sustinendo contractu eius opera, & auctoritate gesto, vt apparet ex
42 dicto Instrumento dotali, † repugnantque pacta in eò apposita, quibus earumdem domorum perpetua manutentio, & conseruatio pro ea summa vigintimillium specialiter promissa fuit, earumque defensio pariter, & euictio, ac demùm lucrũ dotale iuxtà formam *Statut. Vrbis* ex parte vtriusque coniugit super tota summa scutorum vigintiquatuor millium conuentum fuit, quæ profectò substantiam veritatis conuincunt, cuius probatio validior ex ipso Instrumento prædictis adminiculato, & iuris præsumptione pro actus veritate vigente munito, quàm ex illius Testis depositione resultat, *ad l. census, ff. de probat. l. optimam C. de contrah. & committend. stipulat.* ibique *gloss.* & *DD. glos. in cap.* 1. *in* §. *postquam autem in verb. in scriptis in fin. vers. fit tamen probatio de cens. in* 6. *Bart. in l. si duo patroni sub num.* 3. *vers. nota ergo ff. de iur. iur. Innocent. in cap. cum Ioannes sub nu.* 6. *vers. si verò testes contradicant Instrumento, & seq. de fid. Instrum. Crau. cons.* 54. *sub num.* 15. *vers. quinimò, Surd. decis.* 105. *num.* 13. *vers. ita quod Iudex,* & fuit dictum *in Vrbeuetana dotis* 3. *Aprilis* 1609 *coram san. mem. Gregor. decis.* 409. & penes *Cardin. Caualer. decis.* 206. *sub numer.* 1. *vers. & propterea, cum seq. ac decis.* 294. *sub numer.* 1. *vers. quibus non obstabant dicta testium, & in recentior. decis.* 91. *sub numer.* 9. *vers. non obstant Testes, & decis.* 582. *sub num.* 6. *vers. ex quibus part.* 1. *& decis.* 146. *num.* 14. *vers. quibus probationibus part.* 5. *& decis.* 185. *nu.* 10. *uers. huiusmodi autem probationes par.* 6. Tum quia licet ea constitutio dotis ad summam scutorum vigintimille redigeretur, adhuc tamen magnus superesset excessus iuxtà prædicta.

Denique non obstat, quod Bartholomæus non iustificauerit concludenter statum hæreditatis paternæ probando tot, & talia bona, & non alia in ea remansisse, vt necessarium videbatur pro fundamento intentionis suæ ad conuincendum excessum, ac subindè læsionem prætensam.

43 Quia † cum Rota mandauerit sub die 14. Ianuarij 1647. firmari statum dictæ hæreditatis, & partes ipsæ in executione dicti rescripti ad hunc effectum pluries cõuenerint coram me, ac quæcunque exquisitis diligentijs ad illum spectantia reperire potuerunt deduxerint, & si quid superfuisset verisimiliter deduxissent. Eaque in calculo in actis exhibito, & earum subscriptione munito descripta fuerunt. Hinc Domini censuerũt satis probari statum ab eis ordinatum, & tot laboribus constitutum, non
44 obstante † protestatione in eo apposita pro parte D. Hippolyti, quod non intendit ideò approbare alia bona preter ibi relata in eadem hæreditate non remansisse, quæ illi quidem suffragatur ad effectum, vt possit adhuc aliorum bonorum existentiam probare, non autem, vt elidatur status iuxtà eorum mentem, atque Decretum firmatus, iuxtà not. per *Socc. in l. pecuniã sub nu.* 9. *uers. ultimò nota, & seq. ff. si cert. pet. & in l. quibus diebus,* §. *quidam Titio n.* 10. *uers. & ex præmissa, ac seq. ff. de condit. & dem. Bertazzol. clausul.* 38. *gloss.* 2. *Rota penes Buratt. decis.* 546. *nu.* 6. *uers. non obstat clausula in dicta subscriptione apposi-*
45 *ta*; Eoque magis, † quia comprobatur etiam ex alio supradicto calculo, siue bilancio per D. Lauram aliàs producto, & ex culpa illius (quæ inuentarium, vel saltem descriptionem bonorum dictæ hæreditatis facere omninò neglexit) non autem filij procedit exactiorum probationum difficultas; Ideòque merito illæ sufficientes censeri debent, quæ haberi possunt ac Iudicis animum inducere ad credendum talem esse veritatem, iuxtà *text. in l.* 3. §. *ideoque Diuus, ff. de Testib. & theor. Bart. in l. admonendi num.* 15. *vers. pro cuius declaratione, ff. de iur. iur. Soccin. Sen. cons.* 11. *num.* 6. *vers. illa autem, &c. lib.* 3.

lib. 3. Soccin. Iun. consf. 32. nu. 10. vers. & ad hocde-monstrandum, ac seq. & consf. 167. nu. 18. vers. sicut etiam de probatione lib. 2. Gabr. consf. 138. sub nu. 20. vers. nam sicut præsumptio, quæ oritur ex inuentario, & seqq. lib. 2. Rot. penes san. mem. Gregor. decis. 245. à n. 3. vers. & vltimò, cum seq. & in rec. dec. 198. sub n. 2. vers. & licet part. 1. Etiam si agatur de probatione negatiuæ, vt benè comprobat Franc. Herculan. de negatiu. proband. sub numer. 314. versic. quinquagesimus tertius modus, cùm seqq. & sub num. 317. vers. quinquagesimus quartus modus, &c.

Et ita fuit conclusnm vtraque parte informante, &c.

R. P. D. CORRADO.
Postea Eminentiss. CARDINALI
Perusina Bonorum.

Veneris 29. Maij 1648.

ARGVMENTVM.

Sententia in iudicatum transacta est exequenda. Legitima debetur nepotibus ex filia præmortua non computata dote eorum matris. Retentio quando non competat aduersus rem Iudicatam Præscriptio contra hæredes quomodo currat.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum infra quadriennium est terminanda.*
2 *Sententia quando faciat transitum in Iudicatum.*
3 *Sententia in iudicatum transacta est exequenda.*
Etiam ad instantiam hæredis num. 4.
Fortius si preuijs Decisionibus Rotæ iustificata remaneat num. 5.
6 *Lapsus fatalium non attenditur à Rota stante Iniustitia.*
7 *Sententia non obest non habenti causam ab eo contra quem Sententiæ lata fuit.*
8 *Instrumentum non effectuatum non probat alienationem.*
9 *Legitima debetur nepotibus ex Filia.*
Et debet esse libera ab omni grauamine, & fideicommisso num. 11.
10 *Legitima est tertia bonorum quando duo sunt nepotes ex Filio.*
12 *Dos data Sorori a Fratribus consetur data de bonis paternis.*
13 *Legitima debita nepotibus matre præmortua non minuitur ex dote matris ad eosdem peruenta.*
14 *Retentio aduersus rem iudicatam non conceditur stante prætentione incerta, & illiquida.*
Et id fortius si retentionem prætendens perceperit fructus à die litis contestatæ restituendos nu. 15.
16 *Actio in factum præscribitur spatio annorum triginta.*
Officium Iudicis competens pro executione rei iudicatæ præscribitur spatio annorum 30. nu. 16.
17 *Præscriptio contra hæredes non inchoatur nisi à die aditæ hæreditatis.*
18 *Præscriptionem oppones tenetur probare principium & finem temporis ad præscriptionem necessarij.*
19 *Negligentia instituti non obest substituto in præscriptione.*
Substitutus non potest agere nisi purificata conditione suæ vocationes num. 19.
20 *Præscriptio interrumpitur ex actis, et instantijs Iudicialiter factis*
21 *Præscriptio non currit tempore pupillaris etatis.*
22 *Executio dicitur capta quando loco mandati executiui post sententiam fuerunt relaxatæ litteræ executoriales.*
23 *Præscriptio quando non dicatur currere post executionem ceptam.*

DECISIO CLXXXXIII.

INSTITVTO alias iudicio coram Gubernatore Ciuitatis Perusiæ nomine Monasterij, ac RR. Monachorum S. Petri Ordinis S. Benedicti Congregationis Cassineñ contra D. Andreã à Cornea, prolata fuit die 6. Maij ãni 1568 sententia decernens illos vti hæredes Panthasileæ vxoris q. Hieronymi Vibij manutenendos esse in possessione bonorum d. hæreditatis excepto prædio nuncupato il Palazzo di Madonna Pantha, & duodecim eminis alterius prædij nuncupati del Teuerone, in quorum possessionem præfatum Andream, siue illius prædefuncti Procuratorem Dominum litis effectum immittendum declarauit. Hæc autem in ea parte, quæ respiciebat manutentionem Monachorum suum obtinuit effectũ, alterius verò partis cõcernentis immissionem Andreę, ac eius hæredum cum peteretur executio coram Gubernatore eiusdẽ Ciuitatis anno 1580. die 16. Aprilis nominibus Guidonis à Cornea hæredis instituti, ac Hieronimi Martinelli substituti à prefato Andrea, fuit impedita mediante inhibitione Rotali per Monacos exhibita; Quare habito mox recursu ad Signaturam causa fuit à sanct. mem. Gregorio XIII. ad eumdem Gubernatorem remissa per Breue expeditum die 5. Iulij 1580. & deindè à s. me. Clemente VIII. ad Cardinalem Legatum per aliud Breue expeditum sub die 26. Nouemb. 1601. & demum post plura acta fuit Rotæ cõmissa, vt apparet ex ipsis Breuibus productis in processu coram bon. mem. Ortemberg. fol. 56. & seq. à quo præuijs pluribus decisionibus sub diebus 24. Nouẽbris 1608. 14. Ianuarij 18. Martij, & 6. Iunij 1611. confirmata fuit sub die 4. Iulij eiusdem anni sententia d. Gubernatoris, ac denuò decreta immissio in possessionem eorumdem bonorum ad fauorem dicti Hieronymi Martinelli hæredis substituti à præfato Andrea (prædicto instituto) & mortuo tunc Guidone primo instituto) & relaxatum mandatum de immittendo. Verùm exhibita die 6. Septembris eiusdem anni 1611. commissione causæ restitutionis in integrum instantibus Monachis bo. mem. Lugduneñ, ac deindè die 5. Nouembris sequentis bo. mem. Coccino subrogato, coram quo fuerunt reiectæ nullitates quædam pro eorum parte oppositæ, vt apparet ex decisionibus sub diebus 24. Februarij, & 3. Maij 1612. Obijt die

die 24. Octobris eiusdem anni d. Hieronymus, cuius filius, ac hæres Constantius cum modo instaret pro executione d. mandati vigore specialis commissionis executorialis à Signatura obtentæ. Dubitaui An constet de re iudicata, quæ sit exequenda. Et Domini affirmatiuè responderunt.

Quia cum ab eo tempore citrà (elapsis iam triginta annis, & vltrà) interierint omnia fa-
1 talia nedum causæ appellationis, † verum etiã Restitutionis in integrum infra quadrienniũ terminandæ *iuxt. l. fin. C. de tempor. in integr. rest. & ibi gloss. in verb. finiendamque litem, cap. 1. de rest. in integr. in 6. clem. vnic. eod. tit. Rota pœnes Card. Seraph. decis. 945. sub num. 4. vers. hæc autem instantia, & in recent. decis. 13. sub num. 2. vers. vltra quod, & decis. 592. sub num. 6. vers. & quatenus p. 2. & decis. 233. sub num. 4. vers. imò quod fuerit lapsum omne tempus par. 7. & in Tiburtin. hæredit. 22. Iunij 1637. coram Reuerendiss. Salamantin. in §. tum etiam, quia, vers. imò quod fuerit lapsum omne tem-*
2 *pus*. Certum est, † quòd sententia Rotalis trãsitum fecit in iudicatum *iuxta cap. cum sit Romana de appellat. l. fin. §. illud etiam, ac seq. & auth. ei qui C. de tempor. & repar. appellat. Rot. penes Buratt. decis. 741. per tot. & d. decis. 592. num. 6. p. 2.*
3 *recent. in alijs.* † ac proindè exequi debet, *l. post rem iudicatam ff. de re iudic. l. 1. C. eod. l. 2. l. fin. C. de execut. rei iudic. Rot. decis. 601. num. 2. vers. & consequenter par. 4. tom. 3. & decis. 176. numer. 3. vers. & ideò, & decis. 299. num. 16. vers. ideòq; p. 5. & decis. 68. num. 3. vers. venit exequenda par. 6. & decis. 168. num. 9. vers. quia cum mandatum A. C. p. 7. recent. & in d. Tiburtin. hæredit. in §. ex quibus res*
4 *iudicata venit omninò exequenda, &c.* † etiam instante hærede d. Hieronymi, pro quo lata fuit *l. si à te, §. Iulianus scribit l. si mater §. idem Iulianus, l. exceptio rei iudicatæ, ff. de except. rei iudic. gloss. in l. & an eadem in verb. personarum, vers. quod largè, eod. tit. Innoc. in cap. quamuis sub num. 2. vers. aliàs autem res iudicata, vbi etiam Imol. sub num. 1. vers. & aduerte de sent. & re iudic. Alex. in l. sæpè, num. 69. vers. vna est ff. eod. Pancirol. cons. 13. sub nu. 9. vers. & licèt amplius non viuant cum seq. Surd.*
5 *cons. 312. num. 12. vers. & ratio est, &c.* † Eoque facilius, quia ex prædictis Decisionibus Rotalibus plenè iustificatur *Rot. decis. 84. num. 1. vers. nam licèt Rota par. 1. diuers. & penes san. mem. Gregor. decis. 524. num. 4. vers. & pro bono iure, &c. ac in recent. decis. 647. sub uum. 2. vers. iustitia verò par. 1. & decis. 628. sub num 1. vers. iustitia pariter. par. 2. & decis. 223. num. 12. vers. & ex decisionibus par. 5.*

Neque visa fuerunt releuantia, quæ obijciebantur pro RR. Monachis ad probandam
6 iniustitiam eiusdem sententiæ, † quã stante lapsus fatalium in hóc Sacro Tribunali attendi non solet.

Nam quod primo loco deducitur ex sentẽtijs bo. mem. Grepperij, & Orani prolatis de anno 1570. & 1590. pro ipsis Monachis in causis tunc vertentibus inter eos, & quosdam de Signorellis super eisdem bonis, obesse non potest præfato Andreæ à Cornea, & Martinello eius hæredi, quibus sententiæ prædictæ
7 nullum potuerunt præiudicium inferre, † cum à diuersis personis, diuersisq; prorsus causis, ac titulis ius suum deducant, de quibus in illis iudicijs non fuit actum, nec cognitum, minusque ipsi citati, licèt emanasset de anno 1568. d. sententia Gubernatoris Perusiæ ad fauorem præfati Andreæ, ac eius hæredum, *l. sæpè ff. de re iudic. l. 1. l. cum quæritur & l. si cum vno hærede ff. de except. rei iudic. l. 1. & tot. tit. C. quib. res iudic. non noc. l. 1. C. res inter alios act. cap. dilecto filio. in vlt. verbis, ibiq; gloss. in verb. non obsistat vers. sed secus est hic, &c. de præb. Alex. in d. l. sæpè n. 6. vers. ex quibus habes, & num. 23. vers. vltimo nota, & num. 77. vers. circa primam ff. de rei iudic. Didac. PP. quæst. cap. 13. sub num. 5. vers. nec enim dubium esse potest, & vers. quod si lis, ac infr. vers. cuius rei ea est potissima ratio, & vers. hæc sanè ratio. Surd. decis. 256. à num. 4. vers. in contrarium tamen, & seqq. vsque in fin. Rota penes Mantic. decis. 66. nu. 2. vers. neque obstat, & seq. & in Reatin. cens. 6. Februarij 1626. coram bon. mem. Remboldo apud modern. Perusin. de manuten. decis. 505. num. 5. vers. & inter alios, ac seq. & sæpè in alijs.*

Minus obstat, quod deducitur ex assertis alienationibus bonorum hæreditatis d. Panthasileæ factis per Sebastianum Vibium ab illa institutum pro dimidia, atque grauatum fideicommisso ad fauorem Monachorum cũ prohibitione cuiuscumque detractionis; Et per d. Andream à Cornea eius hæredem, pro quorum reintegratione prætenditur ipsis Monachis competere retentionem eorum, de quibus agitur, contra Martinellum ab illis causam habentem.

Quia (prætermissis alijs) non satis iustificãtur; Nam instrumentum celebratum anno 1556. die 9. Aprilis inter dd. Sebastianum ex vna, & Andream ex altera parte, non continet realem diuisionem bonorum d. hæreditatis, sed verbalem, puramque enunciationẽ, quod pro dimidia parte ad singulos eorũ spectaret, cum cessione iurium, quæ Sebastianus habebat, & habere sperabat super dimidia parte cuiusdam Horti, olim d. Panthasileæ, vt in eo legitur. Nullibi autem constat ad actum fuisse deuentum, nec quicquam eius conuentionis vigore traditum vnquam Andreæ, vel ab eo possessum; Quinimò manifestè repugnat præcedens instrumentum de anno 1550. 4. Aprilis, ex quò apparet possessionem eorumdem bonorum præuio decreto Iudicis fuisse appræhensam communi nomine dd. Monachorum, ac eiusdem Sebastiani in executione testamenti Panthasileæ; in quo specialiter fuerat dispositum, quod ab eis communiter pro indiuiso possiderentur; ideòq; ipsis Monachis inscijs, ac dissentientibus in alios trasferri, neque diuidi poterant; Quare nulla deduci valet concludens alienationis probatio ex eo In-
8 strumento, quod non fuit effectuatum, † cum cum nullius fit ad hunc effectum considerationis, perindè, ac si celebratum non fuisset, *Bald. in l. cum precibus sub num. 1. vers. nota quod illud C. probat. Cephal. cons. 441. num. 106. vers. nec constat, & seqq. Becc. cons. 6. num. 3. vers. & non refert, & respondit Rot. pœnes Verall. decis. 11. nu. 4. vers. & cum reus, ac seq. par. 1. & in recent. decis.*

623.

623. *sub num.5. vers. & consequenter, ac seq. par.4. & decis.460. num.15. vers.quia d. diuisio non habuit effectum. ead.par.4. tom.2. & decis.460.num.6.vers. & consequenter par.5.*

Alterum verò celebratū anno 1551. 7. Nouembris, quo Bernardus, & d. Andreas filij q. Prosperi à Cornea vendiderunt Orlandino de Monte Vibiano tertiam partem omnium bonorum mobilium, semouētium, & immobilium, quæ possidēbantur per d. Panthasileā, ac in eius hæreditate remanserant in locis ibi enunciatis; Et alterum de anno 1560. quo idē Orlandinus, præuia narratione d. emptionis vendidit Aurelio de Monte Vibiano duas ex tribus partibūs bonorum ab eo, vt supra emptorum existentium in Castro Cibotulæ, ac eius pertinentijs, &c. Præter quod eisdem responsionibus eliduntur, alia etiam ratione nō vrgent, Quia scilicet præfatis Bernardo, & Andreæ tanquam nepotibus Panthasileæ ex
9 Margherita filia † prædefuncta primum locū obtinentibus tempore mortis Auię debita erat ex legis dispositione legitima, *§. neq; illo in auth. de trient. & semiss. & §.1. in auth. de hæred. ab intest. gloss. in l. omnimodò in verb. alijs personis C. de inoff. testam. Rot. decis.543. sub num.1. vers. est enim certum par.4. recent.* Quæ eamdem tertiam bo-
10 norum † partem comprehendebat *iuxta text. in §.1. in d. auth. de trient. & semiss. vnde sumpta est, auth. nouissima. C. de inoffic. testam.* Liberam prorsus
11 sus ab omni grauamine, † ac fideicommisso, *l. quoniam in prioribus, & l. scimus in princip. & in §. cum autem, C. eod. tit.* Nec minui poterat ob dotem Margheritæ eorum matri assignatam per Balleonum, & Raphaelem eius fratres, ac hæredes Hieronymi communis patris; Tum quia ex bonis paternis (prout fieri debebat,
12 constituta † censetur *iuxta Theor. Bald. in l. fin. sub num.17. vers. sed hic posse, quod frater dotauit sororem, & seq. C. de dot. promiss. Ruin. consil. 200. à nu.4. vers. sed præmissis non obstantibus, & seq. lib.1. Menoch. de arbitr. iudic. cas.88. sub numer.46. ac 47. vers. sic in fratre, & fuit dictum in Romana pecuniaria 4. Iulij 1618. coram bon. mem. Card. Verosp. in recent. decis.44. num. 7. vers. quod eo fortius, & seq. par.4. tom.2.* Tum quia in legitimam ipsis nepotibus ex propria persona debitam (matre
13 præmortua) non imputatur, † cum eam consecuti fuerint vigore stipulationis adhibitæ in instrumento dotali tanquam hæredes matris *iuxta l. scimus sub pisce vers. repetititionem autem C. de inoffic. testam. Bart. in l. post dotem sub numer.32. vers. nam si vera esset, ff. sol. matrim.* quem sequitur *Castr. in l. illam sub num.10. vers. nam etiam ipse Bartol. & ibi Alex. sub num.11. vers. nisi auus C. de collat. Surd. consf.206. sub num.16. vers. sed quia difficile ac seqq. vsque in fin. Thesaur. decis.237. sub numer.11. vers. fallit primo cum seqq. & alij relati per modern. Pisaur. in tract. de imput. & detract. quæst.18. num.32. vers. quoniam præter id, &c.* Ideòq; non probantur hinc concludenter prætensæ alienationes bonorum subiectorum fideicommisso Panthasileæ, pro quibus Monachi restaurari debeant.

Quare cum huiusmodi Monachorum prætensio certa, & liquida dici non valeat, sed pleniores probationes, exactioremq; cognitionē, ac Iudicis declarationem exposcat, non potest
14 ea ratione illis † concedi retentio ad impediēdam iudicati executionem *ad l. fin. C. de compēs. Rot. pœnes Card. Mantic. decis.349. num.6. vers. quæ autem, &c. & San. mem. Gregor. decis.220. num.5. vers. interim non est differenda executio, & decis.254. num.3. vers. sed tamen non procedit, & Buratt. decis. 803. num.9. & vers. prædicta, & in recent. decis.679. sub num.5. vers. & deniq; &c. par.1. & decis.411. numer.24. vers. neque creditum, & seq.* Eoque minus concurrente perceptione fructuum à die litis contestatæ regulariter restituendorum,
15 vndè augetur illiquiditas, & magis excluditur obiecta retentio, *vt fuit dictum in Bonon. cens. 24. Nouembris 1627. coram Reuerendiss. Vrgellen. decis.113. num.7. vers. quia quicquid sit, & in rec. d. decis.433. sub num.4. vers. præterea par. 2. & decis.391. num.6. vers. sed præterea par.5. & dec.249. sub num.20. vers. reliquæ verò detractiones, ac seq. par.6.* ac in alijs relatis in *Romana fideicommissi de Palatijs 28. Iunij 1647. coram R.P.D. meo Arguelles in §. penul. & fin.*

Postremò non obstat lapsus annorum triginta, & vltra, quibus tàm actio in factum,
16 quam † Iudicis officium competēs pro executione iudicati regulariter præscribitur *per l. sicut vbi gloss. in verb. persecutione, C. de præscrip.30. vel 40. ann.*

Quia si opponitur aduersus sententiam Gubernatoris Perusiæ anno 1568. prolatam, nullius est releuantiæ; Tum quia cum eo tempore obijsset Andreas à Cornea, vt in ea legitur non potuit inchoari præscriptio contra
17 eius hæredes, † nisi ab additione hæreditatis *l. si seruus hæreditarius ff. de stipul. seruor. l. fin. §. fin. ff. de vsucap. l. ea, quæ §. fin. ibique gloss. in verb. cum fuerit adita hæreditas, C. de tempor. in integr. rest. pet. Bald. in l. licet num.13. vers. quinto quæro. C. de iur. deliber. Natt. cons.488. num.7. vers. & contra hæreditatem, ac seq. & num.19. vers. nam istud procedit, &c. Rot. decis. 372. num.8. vers. vnde par.4. tom.2.*
18 *recent.* Quæ non probatur, vt par esset; † Nam præscriptionem opponēs tenetur principium, ac finem temporis necessarij pro eius complemento probare, *Bart. in l. si post acceptam n.1. vers. & propter hanc legem ff. de rei vendic. Balb. in repet. l. Celsus à num.153. vers. sexta elicitur conclusio, ac seqq. & num. 264. vers. sed concesso ff. de vsucap. Hond. cons.82. sub num. 45. vers. allegans enim præscriptionem lib.1. Rot. decis.610. sub nu.1. vers. & præscriptionem probare debent cum seq. p.1. recent.* Eoque minus in præiudicium Hieronymi, cui tanquam substituto per fideicommissum conditionale præiudicare non potuit ne-
19 gligentia Guidonis primi instituti, † cum antea non posset agere, quam purificaretur eius vocationis conditio *iuxta l. cum notissimi §. illud, C. de præscript.30. vel 40. ann. l.1. §. fin. C. de annal. excep. & auth. nisi triennale C. de bon. matern. Alciat. in l. filius familias §. Diui, sub num.54. vers. sed & cū proximiores, &c. vbi & alij DD. ff. de leg. 1. Alex. cons.101. super primo dubio sub num. 27. vers. quia regula, & seq. lib.7. Natt.437. sub num.5. vers. sin autem loquimur. Rim. Iun. cons. 514. sub numer.43. vers. tertio tanto minus, Menoch. cons.904. num.60. vers.*

vers. & certum est, ac seq. Molin. de primogen. lib. 4. cap. 10. sub num. 3. vers. tertia conclusio, & pluribus relatis probat *Peregr. de fideic. art. 41. nu. 16. uers. quinta conclusio*. Tum quia in omnem casum
20 fuit interrupta ex actis, † & instantijs iudicialiter factis nominibus eorumdem Guidonis, & Hieronymi anno 1580. 16. Aprilis pro executione eiusdem sententię, ac relaxatione mãdati de immittẽdo intimatis die 18. RR. Monachis, ac per eorum procuratorẽ die 20. eiusdem mensis contradictis, & ex alijs successiuè gestis, tàm coram Gubernatore, quàm coram Legato, & V. Legato d. Ciuitatis (quæ omnia iustificantur, tàm ex illo processu, quã etiam ex supradictis commissionibus obtentis per Martinellum anno 1580. & 1601. & alijs etiam productis pro parte Monacorum coram bon. mem. Gipsio anno 1584. in d. processu fol. 1. & seqq. ac deindè repetitis coram eodẽ Ottemberg. fol. 34. ac seqq.) *d. l. cum notissimi in princ. ibique gloss. in verb. solam C. de præscrip. 30 vel 40. ann. Rot. decis. 86. sub num. 1. vers. nam quoad præscriptionem iuris communis par. 1. diuers. & pœnes Buratt. decis. 8. num. 1. vers. ex quo sequitur, ac seqq. & decis. 457. num. 3. uers. & nihilominus, ac Reuerendiss. Vrgellen. 426. num. 22. uers. quinimo, & seqq. ac in recent. decis. 245. sub num 3. uers. accedat, par. 3. & decis. 191. num. 18. uers. tum etiam quia apparet, ac decis. 216. num. 47. uers. sed etiam per litem motam, ac seqq. par. 7.*

Si verò opponitur aduersus sententiam Rotalem latam die 4. Iulij 1611. Nec pariter rele-
21 uat, quia † præter quod detrahendum esset tempus pupillaris ætatis Constantij *iux. d. l. sicut §. quæ ergo antea uers. sed pupillari ætate dũtaxat, &c. C. de præscript. 30. uel 49. ann. & l. fin. in fin. ibiq; gloss. in uerb. in suo statu, C. in quib. causis in integ. restit. necess. non est, &c. Rot. d. decis. 610. sub nu. 2. uers. quia detracto tempore par. 1. recent. & decis. 372. nu. 9. uers. ab anno uerò par. 4. tom. 2.*) fuit cœpta executio per relaxationem literarum executorialium
22 loco † mandati executiui post sententiam iuxta obseruantiam Rotæ, de qua penes *Mantic. decis. 219. sub num. 3. uers. & maximè, & in Perusin. bonor de Seraphin. 10. Maij 1600. coram Corduba apud Marches. de commiss. tom. 1. fol. 431. num. 3. uers. & dicitur cæpta executio, & in Pampilonen. beneficiorum 13. Martij 1617. coram bo. mem. Selencien. apud Modern. Pisaur. de subhast. decis. 58. num. 2. uers. quod autem executio iam sit cœpta, & in Lunen. Sarzanen. iur. patr. 26. Februar. 1625. coram eod. in princ. uers. quod maximè procedit in hoc casu, & pœnes Buratt. d. decis. 268. sub num. 4. uers. & quia post relaxationem, ubi Add.* aliàs referunt, & *Andr. decis. 85. num. 3. uers. cœpta autem, ac in recent. decis. 545. sub num. 5. uers. nec facit par. 1. & decis. 138. sub num. 2. uers.*
23 *undè par. 2.* † Quo casu non procedit obiecta præscriptio secundum opinionem, quam sequitur Rota, vt per *Verall. decis. 365. sub num. 3. uersic. quia sumus in casu, & seqq. par. 2. Acchill. decis. 5. de præscript. Buratt. d. decis. 268. num. 3. uers. nec obstat cum seqq.* & comprobat *modern. Roman. discept. 463. num. 8. uers. quæ magis procedunt, ac seqq. & discept. 994. num. 13. uers. præsertim cum seqq.*

Quare fuit ita conclusum. Vtraque parte informante, &c.

R. P. D. CELSO,

Posteà S.R.E. CARDINALI.

Placentina Beneficij.

Veneris 29. Maij 1648.

ARGVMENTVM.

Pro denegatione remissoriæ fuit responsum in præsenti decisione, tum ex capite irreleuantiæ materiæ articulatæ, tum ex eo, quod non dabatur fumus, prout in beneficialibus requiritur.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria non conceditur contrà confessionem partis. Confessio partis omnem superat probationem. nu. 1.*
2 *Probatio per Testes non admittitur super eo, de quo constat per scripturas.*
3 *Actus, qui dederunt causam liti non veniunt attendendi.*
4 *Electio ex quibus non dicatur effectuata.*
5 *Cessio, & relaxatio beneficij in fauorem Datariæ fieri non potest, nisi per scripturas publicas.*
6 *Probatio per Testes non admittitur vti illa per scripturas fieri debet.*
7 *Scripturis maior adhibetur fides, quàm Testibus.*
8 *Remissoria non conceditur ad probandum contrarium eius, quod constat per scripturas.*
9 *Remissoria in beneficialibus non conceditur sine fumo, & releuantia articulorum.*

DECISIO CXCIV.

AD euitandam dubij propositionem super negocio principali, an scilicet sententiæ essent confirmandæ, vel infirmañ fuerunt pro parte Nicelli producti nonnulli articuli continentes prouisionem Beneficij controuersi factam de anno 1597. à Capitulo Florentiolæ in personam Abbatis Vrsij cum possessione subsequuta, & per aliquod tempus continuata, necnon cessionem, & relaxationem eiusdem Beneficij, & possessionis in fauorem Datariæ, siue R.P.D. Iacobi Sannesij posteà S.R. Ecclesiæ Cardinalis; Verum quia prædicti articuli visi fuerunt frustratorij, & irreleuantes DD. noluerunt remissoriam concedere.

Nàm quod attinet ad primum caput, vltrà quod Reuerendissimus Episcopus id nunquã reuocauit in dubium, sed semper, & perpetuò admisit, prout etiam de præsenti admittit, quo
1 casu remissoria non solet concedi, † cum confessio partis superet quamcumque probationem, *l. cum te la seconda, C. de transact. & l. generaliter, C. de non num. pecun. cap. per tuas de probat.* & in his terminis *Rot. in Cæsaraugustana Distributionum 10. Februarij, & 15. Iunij 1640. coram Eminentiss. Card. Panzirolo, & in Barchinonen. Parrochialis, seù Vicariæ 13. Iunij 1644. coram R. P. D. meo Corrado.*

Constat ex Instrumentis publicis in actis aliàs productis de electione Vrsij à Capitulo facta, & possessione per eum adepta; Itaut frustra

stra veniaut examinandi Testes ad probandū,
2 id † quod per scripturas apparet, *Rot.decis.135. num.3. vèrs. aut enim contendit part.4. in recent. & decis.606. num.35. part.5.*

Et vlterius irreleuans esset talis probatio cum huiusmodi actus præbuerint causam liti,
3 qui † propterea non veniunt attendendi, *Rota coram san.me. Gregor. decis.4. num.2.* ibiquè *Add. littera A. decis.417. nu.4. & decis.569. eodem num. Caualer. decis.650. num.2. Duran. decis.23. nu.19. & in recent. decis.53. num.49. part.5.*

Maximè, quia Procurator Fiscalis Curiæ Episcopalis Placentiæ, habita de prædictis notitia instetit pro illorum reuocatione, prout Vicarius confirmationem electionis ab ipso factam statim reuocauit præuia declaratione, quod non intellexerat libertati beneficij præiudicare; Vndè de dicto beneficio, tanquam de libero fuit prouisus Cardinalis Sannesius, & post eius obitum R. P. D. Castellanus, qui illud resignauit Ripaltæ, & per resignationem istius Alexander vltimò loco defunctus; Itaut ex prædictis non solum appareat, quod dicta
4 electio non fuerit effectuata, † quinimò constet, reuocationem confirmationis habuisse executionem suam, vt bene deducitur in decisionibus in causa factis, nempè *coram R.P.D. meo Ghisilerio 23.Ianuarij 1647. in §.nec pro Capitulo, & coram R.P.D. meo Arguelles 11.Decembris eiusdem anni §.demum non releuat.*

Quo verò ad alteram partem super dimissione beneficij, & cessione ad fauorem Sannesij, cum isti actus non possint fieri, nisi median-
5 tibus documentis,& scripturis publicis, † tàm vigore Constitutionis Clementis VII.in ordine 17. Bullar. nouo tom. 1. & Gregor. XIII. Constit.85. tom.2. quam ex regula Cancellariæ 45.aliàs 44.& tradit *Turrecremata in cap.sicut Vir, §.Ecce num.1. 7.quæst.1. cum pluribus adductis per Paris. de resignat. lib. 8. quæst. 2. sub numer. 1. vers. contraria tamen opinio, & num. seqq.*

Vtiquè non debet admitti probatio per Te-
6 stes, † ex quo potest, & debet fieri per scripturas, *Felin.in cap.1. nu.4. vers.considera de appellat. Seuerol. de litteris Remissorialibus cap.10. Farinacc. de Testib. quæst.77. num.13. Rota diuers. decis.678. numer.8. part.3. lib.3. & coram Durano decis. 208. num.12.*

7 Maior enim fides adhibetur scripturis, quam † Testibus, *l.Census 10.ff.de probat. gloss.in cap.tertiò loco, verb. Testium eod. tit. Mant.dec.24. nu.5. Duran. decis.131. num.13. & decis.453.nu.6. & in recent. decis.505. num.2. part.4.*

Et multò minus in præsenti casu, quia non solùm hæc omnia debent per scripturam probari, quin etiam cōtrarium apparet per Instru-
8 menta publica,& litteras Apostolicas, † nempè beneficium fuisse collatum Cardinali Sannesio, non quidem per resignationem Vrsij, se per obitum Fuluij de Marianis immediatè antecessoris, *Buratt. decis.351. numer.1. & in recent. decis.771. num.5. part.3. decis.135. num.3. part.4. decis.212.num.10. part.6.& decis.217.nu.1. part.7.*

Ex quibus stante irreleuantia articulorum, & quia agitur de causa beneficiali non dato
9 fumo, † prout requiritur materiæ articulatæ; meritò responsum fuit pro denegatione remissoriæ, *Buratt. decis.23. num.4. & decis.28. eodem num. & in recent. decis.584. num.8. part.4. & decis.585-nu.2. part.5. & in Cremonen. Parrochialis 15.Iunij 1646. coram R.P.D.meo Cerro.*

Et ità vtraque parte informante resolutum fuit, &c.

R. P. D. BICHIO.

Carpentoratēn Hæreditatis.

Veneris 5.Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Aduersus institutionem fiduciariam fuit in hac decisione responsum eo potissimum fundamento, quod illa non probetur ex Testibus singularibus, siue singularitas sit obstatiua, siue adminiculatiua.

SVMMARIVM.

1 *Dissipatio non præsumitur, sed debet plenè, & concludenter probari.*

2 *Institutio fiduciaria respectu vnius, ex filijs dilapidantis, quoad alios libera esse non debet.*

3 *Declaratio non applicatur vbi verba sunt clara.*

4 *Remedium,* l. fin. C. de edicto Diui Adr. toll. *non datur vbi Testatoris voluntas solum probatur Testibus.*

5 *Confessio extraiudicialis non probatur ex Testibus singularibus.*

6 *Aequitas canonica quandoque recedit à regulis iuris ciuilis.*

7 *Fiducialis institutio, vt probetur requiritur, quod Testamenti verba dubia sint.*

8 *Coniecturæ, & obseruantia præualent contrà fiducialitatem.*

Testator, qui post conditum Testamentum diù superuixit, si illud non mutauit, cum eo decedere voluisse præsumitur.

DECISIO CXCV.

FVNDAMENTIS decisionis in hac causa editæ sub die 28.Iunij anni 1647. inherendum esse Domini censuerunt non obstantibus, quæ pars aduersa in memoriali porrecto die 31. Ianuarij anni currentis contra illa deduxit.

Causam enim fiducialiter instituendi hæredem vniuersalem Claudium fratrem præbere Bernardo Testatori non potuit eius filiorum pupillaris ætas,quia tempore Testamēti ipsorum alter, nempè Franciscus erat ætate maior, cui gratis dicitur quia dissipabat noluisse Testatorem fidere hæreditatis administrationem, cum suppositum dissipationis non pro-
1 betur, † nec præsumatur, *cap.fin. vers. nos causam de success.ab intest. Mantic. de coniect.vltim. volunt. lib.2. tit.5. num.2. Grat. discept.125. num.28. Rot.decis.34.num7. part.5. recent.* Et stante,quod pupillorum indemnitati illorumque erga patruum

truum obedientiæ Testator specialiter in Testamento consuluerat, ætatis ratio seù dilapidationis timor, qui in omnibus filijs non militabat censeri non possit causa motiua instituendi hæredem fiduciarium fratrem, † ne
2 eadem institutio fiduciaria, quod ad aliquos filios, quo ad alios libera dicatur, vt per *Buratt. decis.616. sub numer. 23. & 24. aduertit 1. decis. in §. quia cum omnes, & §. seq.*

Voluntas verò Testatoris faciendi Fratrem hæredem fiduciarium tantùm, nec probatur ex verbis Testamenti, quæ imò apertissima esse pro exclusione fiduciæ comprobat prima decisio *§. at in casu, nec ex Testibus*. Primò, quia primum eorum examen est nullum ex defectu citationis, alterũ attentatum ob precedentem appellationem interpositam à decreto admissionis articulorum, quod appellabile esse meritò fuit in Signatura R.P.D. Vicelegati Auenionensis iudicatum sic suadente ordine iudicij, & ipsius decreti forma: si quidem redolet decretum diffinitiuum, & citrà declarationem
3 verborum Testamenti † non applicabilem verbis nostris penitus claris, *Castr. in l. hæredes palam, §. si quid sub num. 4. ff. Testam. Becc. cons. 3. num. 44. Rimin. Iun. cons. 131. num. 9. & cons. 200. num. 13. Surd. decis. 29. nu. 6.* Articuli ad Testes desuper examinadi præstare non poterant voluntatis probationem siue per viam vltim elogij, siue per viam pacti pertinentem ad iudicium immissionis ex remed. *l. fin. C. edict. Diu. Adr. tollen.* exaduerso petitæ cum remedium
4 huiusmodi non competat, † vbi voluntas defuncti extrà actum nuncupatiuè testandi probatur solum per Testes, vt notat *Zuccard. in l. fin. nu. 89.* vbi respondet omnibus contrarijs, *Bald. in l. generali num. 4. & 5. C. Sacrosan. Eccles. Menoch. de adipis. remed. 4. num. 107. & seqq.* & in simili *Scacc. de appellat. quæst. 17. limit. 9. sub nu. 64. uers. tamen ita Galles. de obligat. Cameral. quæst. 26. sub num. 3.*

Secundò, quia Testes non sunt septem numero, vt requiritur ad probandam vltimam voluntatem, & quamuis duo satis, duo satis essent ad probandum pactum de restituendo hæreditatem filijs Bernardi, totidem non adsunt in casu nostro qui deponant de pacto, sed aliqui conantur deponere de confessione extraiudiciali, sunt tamen singulares singula-
5 ritate, vel obstatiua, vel saltem anminiculatiua, † quæ efficit, vt confessio extraiudicialis non dicatur satis probata, *Alex. Put. & Buratt. allegati in 1. decis. §. Vndè, quibus additur, Seraphin.*
6 *decis. 1172. num. 5.* Equitas namque Canonica, quæ recedendo à regula contraria Iuris ciuilis desumpta, ex *text. in Auth. rogati C. testib. §. Et licet, Auth. eodem tit. gloss. in l. unica, uerb. soluere, Cod. confess. Alciat. in rubr. ff. uerb. oblig. num. 13. Oldr. cons. 291. num. 3.* admittit, quod confessio extraiudicialis plenè probet, exposcit, vt cautè procedatur in admittenda probatione huiusmodi confessionis, *Rot. decis. 466. num. 4. part. 3. recent.* Esto itaque, quod fiducialitas probari possit per Testes singulares, conclusio non aplicatur casui nostro quo singularitas versatur circa confessionem extraiudicialem fiducialitatis, nec de pacto, seù dispositione fidu-
7 ciali Testes deponunt, † & quod plus est verba Testamenti non sunt dubia, vt ad hunc effectum requiri dixit, *Buratt. decis. 616. numer. 16. Gratian. discept. 650. num. 24. & seqq.*

8 Tandem coniecturæ, † & obseruantia præualent contrà fiducialitatem ex ponderatis in *prima decisione §. Rursus, & seqq.* Adeò, quod nullatenus filij Claudij instituti hæredis vniuersalis in Testamento Bernardi amouendi
2 sint à possessione bonorum hæreditariorum capta à Bernardo vsque de anno 1595. & per annos 45. continuos per ipsum, & successiuè filios cõtinuata in vim dicti Testamenti, quod filijs, etiam Claudij Testatòrem suffragari voluisse deprehenditur quoque ex eo, quod post quam suscepti fuerant illud non reuocauit,
9 licet † superuixerit, signum euidens, quod voluit cum eo Testamento fauorabili Claudio, & filijs decedere, *l. 3. Cod. in off. testam. gloss. in l. tractabatur, uerb. nihil noui, ff. de testament. milit. Paris. cons. 62. num. 25. lib. 2. Dec. cons. 490. num. 7. Rot. decis. 279. num. 13. part. 4. tom. 2. recent. & in Romana Domuncularum 10. Februarij 1648. coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Et ita decisum informante solum Ioanne Fabri, & litis consortibus, altera tamen parte pluribus citationibus vocata, & expectata per quatuor, & amplius menses post concessam nouam audientiam.

R. P. D. CELSO

Posteà Eminentissimo S.R.E. CARDINALI.

Romana Dotis.

Veneris 5. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Dotis constitutio licèt aliter quam per scripturas possit probari, vbi tamen illius probatio non est, vndè quoque concludens, & solum fieri prætenditur per Testes aliquam contrarietatem habentes, & contrà quos plures dantur coniecturæ, & præsumptiones contrariæ, certũ est, quod admitti non potest ad immissionem in vim Saluiani obtinendam.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum ex remedio Saluiani cessat, cessante credito claro, & indubitato.*
2 *Dotis constitutio potest aliter quam per scripturas probari.*
3 *Dotis constitutio etiam aliter quam per scripturas probata habet tacitam hypothecam.*
4 *Testibus contrarijs nulla fides adhibetur.*
5 *Dos scutorũ quatuor millium, quod fuerit promissa à persona penitùs extranea, & quæ nullam habebat necessitatem dotandi, valdè dicitur inuerisimile.*
6 *Taciturnitas annorum decem in petendo summam maximè considerationis indebiti præsumptionem inducit.*
7 *Scripturas inita de summa maiori parit præsumptionem, quod si maior summæ fuisset promissa, de*

ea

ea quoquè scriptura fuisse procurata.
8 *Inuerisimilitudo adimit fidem Testibus.*
9 *Testibus informatis, & reddentibus bonam, & concludentem rationem sui dicti standum est.*
10 *Testator si in articulo mortis omnia eius debita, & quidem minima expressit, ex hoc arguitur ipsum non teneri ad debitum, quod plenam non habet probationem. ibidem.*
Immemor salutis æternæ nemò præsumitur. numer. 10.
11 *Exceptio firmat regulam in contrarium.*
12 *Confessio superat omnem aliam probationem.*
13 *Promissio facta à muliere etiam nomine Dotis post contractum, & perfectum matrimonium subiacet solemnitatibus Statuti.*
Mulier dotans post contractum matrimonium dicitur donare, & propterea solemnitates seruare tenetur. num. 13.
14 *Contractus in quo requiruntur solemnitates non dicitur perfectus, nisi post celebrationem Instrumenti à partibus ordinati.*
15 *Testes non possunt concurrere cùm Instrumento publico.*
Instrumentum magis attenditur quàm Testes. numer. 15.
16 *Confessio partis iurata non admittit contrariam probationem.*
17 *Saluianum non intrat vbi creditum est turbidum.*

DECISIO C.XCVI.

PROSPER Massainus, qui de anno 1630. matrimonium cum Victoria contraxit constita sibi à Iulio Smiraldo patre dote scut. 200. prætendens, quod Clarix Fossana pro dote pariter eiusdem Victoriæ alia scuta 4. mill. promisserit, introduxit post nouem annos iudiciũ Salu. contra Moniales Sancti Iosephi hæredes ex Testamento Claricis, & ab A.C. Locumtenente sententiam fauorabilem reportauit super immissione in possessionem Domus hereditariæ eiusdem Claricis: Vndè causa appellationis mihi commissa: Dubitaui, an intret Saluianum, & proposito pluries articulo illoque non resoluto tandem Domini pro Monialibus responderunt.

Dum enim non docetur de credito, & quidem
1 claro, & indubitato cessat † interdictum huiusmodi, vt tradit *Pacific. de Salu. inspect. 4. cap. 1. num. 4. & inspect. 5. cap. vnico num. 34. Rot. coram san: mem: Gregor. decis. 67. num. 1. in recent. decis. 609. num. 1. part. 4.* & in *Anconitana Saluiani interdicti vlt. Ianuarij* 1618. *coram Pirouano.*

Creditum verò scut. 4. mill. quod Massainus prætendit sibi fuisse promissum pro dote pariter eiusdem Victoriæ existimarunt Domini non releuare, nam licet Constitutio Dotis
2 possit † aliter, quam per scripturam probari, *l. cum citrà* 15. ibique *gloss. verb. probanti, C. de iur. dot. Bald. cons. 461. num. 2. lib. 4. Mascard. de probat. conclus. 568. num. 1. & seqq.*
3 Et ex huiusmodi promissione † dotis resultare tacitam hypothecam disponat *Textus in l. vnica, §. & vt plenius, C. de rei vxor. act. §. fuerat, vers. sed, & tacitam instit. de act. Neguſ. de pignor. part. 2. membr. 4. nu. 25. cum alijs per Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 19. num. 1. vers. primò itaque.*

Nihilominus Testes ad id inducti vltra exceptiones personales, & alios defectus quos patiuntur, discordant inter se in substantialibus, & sunt expressè sibimet ipsis contrarij; Nàm primus in primò examine dicit se ignorare cum quibus pactis, & conditionibus fuerit conclusum matrimonium, & deindè repetitum deponit dictum matrimoniũ tractasse, & conclusisse cum dote scut. 4. mill. soluendorum post mortem Claricis; & cum alijs pactis per eum expressis. Negat Iulium Smiraldum promisisse releuationem ad fauorem Claricis, & in minuta, quam dicit de eius ordine fuisse confectam constat apertè de contrario: Deponit, quod Clarix mandauit sibi, vt dicta minuta conficeretur ad effectum stipulandi Instrumentum. Alij verò dicunt Claricem recusasse semper Instrumentum conficere, ex quo, *la sua parola era più che Instromento publico.* Discordant ab ipsa minuta, nàm in illa debebat Clarix soluere fructus dotales Testes verò, & præsertim secundus negant Claricem quicquam voluisse soluere durante eius vita. Omnes concludunt Claricem fuisse huiusmodi promissionem ob amorem quo prosequebatur Victoriam, & sic animo donandi, & in minuta ipsa Clarix releuari debebat indemnis à Iulio Patre eiusdem Victoriæ. Vndè atten-
4 ta tali † contrarietate prædictis Testibus nulla fides adhibenda venit *cap. licet causam*, ibique *gloss. verb. contradicunt, & communiter scriben. de probat. Butr. in cap. in nostra num. 5.* vbi *Abb. nu. 3. de Testibus, Cephal. cons. 98. num. 37. Rot. coram san: mem: Gregor. decis. 298. num. 3. & decis. 510. num. 2. Buratt. decis. 367. num. 8. & decis. 498. nu. 5.* & fuit dictum in *Ianuen. Alimentorum 3. Iulij* 1645. *coram R.P.D. meo Meltio.*

Inuerisimilis etiam visa fuit DD. depositio dd. Testium, tum attenta excessiuitate summæ scut. 4. mill. quam asserunt fuisse promissam
5 à Clarice penitus extranea, † & quæ nullam habebat necessitatem dotandi, *ad text. in l. cum de indebito, ff. de probation. Mantic. de tacit. lib. 13. tit. 22. num. 8. ad fin.* cum adductis per *Rot. in decis. 69. num. 5. & 6. part. 7. in recent.*

Tum taciturnitate in petendo per spatium
6 circiter annorum † decem, *Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 91. n. 7. & seqq. Aym. cons. 148. n. 12. Gozad. cons. 8. nu. 46. in fin. Surd. decis. 105. num. 4 Rot. coram san: mem: Greg. decis. 521. num. 1. Reatina Depositi post Marches. de commiss. tom. 2. fol. 148. num. 3. & in recent. decis. 244. num. 8. part. 6.*

Tum etiam ex negligentia in conficienda, & reportanda scriptura, cum tamen de sum-
7 ma minori scut. 200. † fuerit initum Instrumentum publicum, vt benè in proposito arguit *Soccin. cons. 44. num. 4. vers. item non est verisimili, & num. seq. lib. 4. Rot. decis. 239. num. 13. par. 4. tom. 2. recent. & decis. 159. nu. 6. & decis. 290. nu. 10. part. 6.* & faciunt deducta in *Romana Pecuniaria 18. Martij* 1647. *coram R.P.D. meo Royas.*
8 Inuerisimilitudo autem facit, † vt Testibus non veniat adhibenda fides, *l. ob carmen, §. fin. de Testib. Ias. in l. si extraneus nu. 8. ff. de cond. caus. dat. Abb.*

Abb. in cap. quia verisimile nu.4. vers. nota quod contra Testes, & ibi *Felin. num.4. de præsumpt. Alex. cons.44. num.4. vers. tertia causa lib.4. Rot. coram san: mem: Gregor. decis.510. num.4. Buratt. decis.175. num.11. & 23. & in recent. decis.259. nu.13. part.6.*

Et vltrà prædicta dantur duo Testes pro Monialibus examinati, qui nedum excludunt promissionem huiusmodi, sed vlterius depónunt eamdem Victoriam pluries, & pluries conquestam fuisse, quod nec inter viuos, nec in vltima voluntate quicquã habuerit à Clarice Fossana, & quod Mater Prosperi publicè lamentabatur de modicitate dotis per filium obtentæ, quod vtique non fecisset si prætensam promissionem scut.4. mill. fuisset cõsequu-
9 tus, † quibus propterea Testibus tamquam informatis, & reddentibus bonam, & concludentem rationem sui dicti omninò est standum, vt in his terminis consuluit *Soccin. Iun. cons.12. num.21. vers. & tanto magis, & num. seq. lib.2. Surd. cons.196. num 64. Rot. decis.42. num.4. part.4. tom.2. recent. & decis.69. num.47. vers. hisque Testib. & decis.237. num.7. part.7.*

Maximè cum illorum dispositio coadiuuetur, & ex Testamento Claricis, quæ constituta in articulo mortis omnia eius debita quantumuis minima expressit, & per hæredem
10 solui mandauit, † & tamen ne verbum quidem protulit de hac dote, de qua certè mentionem fecisset, si in rei veritate se agnouisset obligatam cum nemo præsumatur immemor salutis æternæ, *ad text. in l. vlt. C. ad Iuliam repetund. Castr. cons.301. num.4. vers. quia non est verisimile lib.1. Mantic. decis.363. nu.5. Duran. decis.195. num.7. & decis.352 num.9.*

Ac etiam ex Testamento Iulij, qui mandauit Victoriæ eius filiæ, & hæredi ab eo institutæ, ne præfatas Moniales molestare permitteret, nisi pro debitis Claricis ab eo solutis, & sic omnem aliam causam exclusit ex vi ex-
11 ceptionis, quæ firmat regulam in contrarium *l. in ijs, ff. de legibus, Rot. coram Buratt. decis.391. numer.3.*

Et demum concurrit confessio vtriusque coniugis, quod huiusmodi matrimonium fuerit contractum, & consumatum cum sola dote scut. 200. consistente pro maiori parte in subsidijs Dotalibus, vt ex Instrumento sub die 27. Ianuarij 1630. ibi: *Cum sit, quod fuerit contractum matrimonium, illudque posteà consumatum cum dote scut.200. &c.* Volentes propterea pro cautela, & securitate D. Victoriæ ne tractu temporis reperiatur indotata Instrumentum conficere, &c. quæ confessio superat omnem
12 aliam † probationem, *l. cum te la seconda, C. de transact. l. generaliter, C. de non numer. pec. cum vulg.*

Et ex huiusmodi Instrumento inferebant etiam Domini prætensam promissionem scutorũ 4. mill. nullo modo sustineri posse etiam quod esset sufficienter probata, nam cum matrimonium fuerit contractum perfectum, & cõsumatum cum sola dote scut.200. quicquid
13 promissum fuit etiam si sub titulo, † & nomine dotis continet expressam donationem, & subiacet solemnitatibus Statuti cum cesset in eo ratio, *l. fin C. ad Velleian.* vt benè in proposito consuluit *Gabr. cons.10. per tot. lib.1. Casanatt. cons.54. nu.36. Rot. coram Coccino decis.433. numer.3. decis.479. num.4. & 5. & in recent. 241. num.2. part.7.*

Quod eo faciliùs venit dicen. ex quo partes ipsæ agnoscentes huiusmodi veritatem ordinarunt minutam cum insertione earumdem solemnitatum, vt patet ex lectura ipsius, ibi: *Volens modo dicta Clarix omnia, quæ verbis tractata, & conclusa fuerunt in scriptis, & in publicum Instrumentum redigere, cum ipsa sit mulier, & non ignoret huiusmodi contractum indigere solemnitatibus Statu-*
14 *tarijs*, † quo casu contractus non dicitur perfectus ex ipsarũ partium voluntate, & intentione, nisi postquam fuerit celebratum Instrumentum, quia tunc dicitur de substantia ob necessarium dd. solemnitatum interuentum, siue ex legis dispositione, siue ex earumdem partium conuentione, *Rot. decis.520. nu.4. part.2. recent. & decis.199. nu.9. & 10. part.6.* & dictum fuit in *Cæsenaten. Censuum 3. Iulij 1644. coram R.P.D. meo Corrado.*

Non obstat, quod Testes pro Prospero examinati dicant matrimoniũ fuisse tractatum,
15 & conclusum cum dote scut.4. mill. † quia illi non possunt concurrere cum Instrumento publico, *l. census 10. ff. de probat. gloss. in cap.3. loco verbo Testium. eod. tit. Rot. in Placentina beneficij 29. Maij 1648. coram me.*

Et multò minus cum confessione partis iu-
16 rata, † quæ non admittit probationem in contrarium, *Dec. in l.2. §. creditum num.18.* ibique *Ias. in fin. ff. si cert. pet. Aym. cons.171. nu.16. Cæsar de Grass. decis. 6. num.2. de Testib. Caputaq. decis.283. num.6. & 7. part.3.*

Ex quibus, vel cessat omninò creditum: vel
17 saltem remanet adeò turbidum, † itaut pro illo non possit intrare Saluianum, *Pacif. de Salu. inspect.4. cap.1. nu.4. Rot. post Marches. de commiss. tom.1. fol.1042. num.1. & in recent. decis.743. nu.9. part.3. & decis.468. num.14 part.5.*

Et ità, &c.

R. P. D. PEVTINGERO.

Bononieñ de Tossinis.

Vener. 5. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Protocollo licèt potius standum esset, quam instrumento extenso, quando instrumentum discordat à protocollo, secùs tamen esse firmatur, quandò protocollum est de errore suspectum. Beneficio inuentarij, quamuis possit gaudere, etiam maior, dummodò infrà legitima tempora inuentarium confecerit, quid tamen dicendum sit, si ipse declarauerit velle obtemperare præceptis, & voluntati Testatoris, vel simpliciter se obligauerit soluere legata, eruditè declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum publicum plenè probat diem, quamuis in protocollo sub eadem die registratum non apparet.*

2 *Notarij error, seu negligentia in protocollando, partibus nocere non debet.*

3 *Statutum Bononiense requirens registrationem instrumentorum, dicitur abiisse in desuetudinem.*

4 *Protocollo potius standum est, quàm instrumento extenso, quando instrumentum discordat à protocollo & quando secus. num. 5.*

6 *Protocollum, quando est de errore suspectum, nec ipsũ protocollum, nec instrumentum ab eo extractum probat.*

7 *Error diei malè in protocollo appositæ ex quo plenè iustificatus remaneat.*

8 *Instrumento aliundè quàm ex protocollo extracto à Notario rogato standum est, quando protocollum est de errore suspectum.*

9 *Falsitas causæ dum dubia remanet est concludenter probanda ab illo, qui contractum impugnat.*

10 *Obseruantia reddit difficiliorem rescissionem contractus.*

11 *Minor, qui priùs simpliciter adiuit hæreditatem, potest infra legitima tempora, illam non solum cum beneficio adire, sed etiam repudiare.*

12 *Inuentarij beneficio gaudere potest etiam Maior, dũmodo infra legitima tempora inuentarium cõficiat, quamuis priùs simpliciter adiuisset, intellige, vt num. 13.*

14 *Inuentarij beneficio potest quis gaudere, quamuis declarauerit se velle obtemperare præceptis, & voluntati Testatoris, & quare.*

15 *Heres beneficiatus, qui simpliciter obligauerit soluere legata, intelligitur quatenùs vires hæreditariæ suppetant.*

16 *Heres beneficiatus non tenetur cedere fideicommissis maiorum suorum, si Testator à se disposita adimplere mandauit.*

17 *Et quid si ageretur de bonis sibi à Testatore inter viuos donatis, de quibus posteà Testator in testamento disposuit.*

18 *Bona restitutioni subiecta non veniunt sub appellatione omnium bonorum Testatoris.*

19 *Legitimam non amisit hæres beneficiatus, quamuis aliquas alienationes fecerit, sed tantùm pro rata eas computare debet.*

20 *Transactio vt substineatur sufficit timor futuræ litis.*

21 *Transactio vt substineri possit, omnis interpretatio capienda est, maximè inter sanguine coniunctos. & num. 22.*

DECISIO CXCVII.

OBTENTA à Sororibus de Tostinis noua audientia contra Decisionem 2. Decẽbris 1647. * ad fauorem Alexandri Vitalis, emanatam, cui immissio vigore *l. fin. C. de edict. D. Adr. tollen.* decreta fuerat vigore testamenti Guidonis, eadem decisio hodie causa reproposita, fuit confirmata, quia totum fundamẽtum ad euertendam decisionem consistens in prætensa falsa narratiua transactionis, quod Guido videlicet non sub die 23. Iulij, vt asserebat decisio, sed sub die 27. cum prius dicta die 23. prætendatur simplicitèr acceptasse testamentum Philippi, cum beneficio leg. & Inuentarij adiuerat, ostensum fuit corruere ex facto, quia re vera Guidonem sub die 23. Iulij cum beneficio legis, & inuentarij dictam

1 hæreditem adiuisse probatur † per publicum Instrumentum à Notario rogato traditum, & insuper ex Archiuo, vbi Originale ab eodem Notario de mense Octobris subsequentis repositum furat extractum, cui fidem adhibendam esse, quamuis in protocollo sub eadem die registratum non appereat, tradit *Bald. in rubr. C. de fid. instrumen. num. 20. & 28. Seraph. decis. 1448. num. 1. Rota decis. 250. num. 1. par. 1. di-*
2 *uers. & decis. 551. num. 4. par. 4. tom. 3. recent.* † quia error, seu negligentia Notarij in protocollan-
3 do partibus nocere non debet, † prout nec nocere potest registrationis à Statuto Bononiense requisitæ omissio, quod etiam in desuetudinem abijsse dixit *Rota in Bonon. pecuniaria 27. Aprilis 1644. coram R. P. D. meo Reyas, & postea 26. Maij 1645, §. hinc informantes coram R. P. D. meo Bichio.*

4 Non obstat, † quod potius sit standum protocollo, quam instrumento extenso, vt comprobat *Surd. cons. 141. num. 8.* vbi loquitur in ipsis terminis, quando instrumentum extensum discordat à Protocollo circa diem, *Gratian. discept. 548. num. 29. & 30. Rota dec. 544. numer. 7. par. 4. tom. 3. rec.* Quia hoc non procedit,
5 quando † protocollum est de errore suspectũ,
6 quia † tunc nec ipsum protocollum, neque instrumentum ab eo extractum probat, vt est *text. in c. Venerabilis cum ibi notat de relig. dom. & in c. inter dilectos de fid. instr. tradit Ruin. cons. 215. numer. 16. & 17. lib. 1. post Castrens. cons. 230. lib. 1. & alias ibi allegat. Menoch. de arbitr. cas. 187. n. 23.*
7 In præsenti verò Casu † error protocolli circa diem aditionis est palpabilis, animaduertendo, quod in eo aditio facta dicitur eadem die, & paulò post deputationem Curatoris decretam minori adeunti, vt legitur: ibi, *Cum præsentia, & auctoritate D. Io: Baptistæ de Cattaneis specialis Curatoris dicti minoris, hodie, & paulò antè eidem dati, atque decreti ex Instrumento rogato per me Notarium infrascriptum*, sed ex instrumento rogato ab eodem Notario apparet dictum decretum deputationis Curatoris emanasse sub die 23. Iulij, cum clausula actũ, & coram testibus, de quibus in infrascripto instrumento, (quod est hoc additionis) *Sum. Vitalis n. 1.* Ergo ex hoc instrumẽto deputationis Curatoris, ad quod hæreditatis addito relationẽ habet, remanet probatus error diei malè in protocollo in additione appositæ, vt per *Curt. Iun. consil. 192. numer. 2. lib. 3. Natt. cons. 524. num. 18. vers. est etiam*
8 *Buratt. decis. 282. num. 2.* Ideòque † standum est instrumento aliundè, quàm ex protocollo originalitèr extracto à Notario rogato, & ab Archiuista, quod est verum originale, vt post *Bart. in l. sempronius ff. de leg. 2. tradit Ruin dicto consil. 215. num. 17.*

Igitur, cum ex his prætensa falsitas Causæ pœnitùs excludatur, dum apparet Guidonem hæreditatem, prout in transactione narratum fuit, cum beneficio legis, & inuentarij adiuis-
9 se, † vel saltem dubia remanet, & cum ab impugnante transactionem concludenter probanda sit, vt per *Buratt. decis. 419 & 592. nu. 1.*
10 tantò magis, † quia fuit longo tempore obseruata, quæ obseruantia eo difficiliorem reddit

dit illius rescissionem, *Decian. cons.28. num.11. vers.præterea lib.3. Rota decis. 86. num.4.& 7.p.6. recent. & in Romana de Mongellinis 30. Ianuarij 1645. §.fin. coram R.P.D.meo Otthobono*, Sorores non possunt dicere constare incontinenti de eorum bono iure, itaut habendæ sint pro legitimis contradictricibus ad impediendum immissionem ad fauorem Alexandri, vt firmatur in decisione, quæ reuidetur, §. *fin.*

Prætera, quamuis etiam hæreditas sub die
27 vt supra adita fuisset cum beneficio legis,
& inuentarij, adhuc prodesset, quia versamur
11 in additione minoris, † qui mediante restitutione in integrum denuò hæreditatem, quàm priùs simplicitèr adiuit, infrà legitima tempora cum beneficio adire non solum, sed etiam penitùs repudiare potest, *vt per Anton. Fabr. in C.lib.6. tit.12. diffinit. 10. ibi, nisi minor ætas Surd. cons. 195. num.9. & seq. Rota Bononien. diuersorũ decis.28. num.52. & decis.36. num. 15. textus est in l.Impuberibus 11. vbi gloss. in princ. & in verb.impuberibus ff.de acqu.vel dimitten.hæred.* Imò etiam
12 in maiori regulare est, † dummodò infrà legitima tempora Inuentarium conficiat, beneficio Inuentarij gaudeat, quamuis prius simplicitèr adiuisset ex allegatis in decisione, quæ reuidetur §. 1. *vers. cum ad hunc effectum*, dum-
13 modo † non appareat ipsum declarasse eam velle repudiare, vt tradit *Cin.relat.à Monticul.in tract. diuers. de Inuent. quæst.230. sub num.8. vers. quid etiam, & q. 234. num. 21.* qualis declaratio
14 hic † non legitur. nec elicitur ex verbis, se velle obtemperare præceptis, & voluntati testatoris cum ex proximè subsecutis verbis appareat ipsum cum beneficio adire voluisse benè se hæc assertio inuentarij compatitur, vt
15 sensus sit, † quod Testatoris præcepto parere velit, quatenus vires hæreditariæ suppetant, & sic reseruato beneficio inuentarij, vt in fortioribus terminis de hærede, qui simpliciter se obligauit soluere legata dixit *Rota dec.292. n.3. & seq.par.1. recent.*
16 Demum † non obstat, quod hic Testator à se disposita adimplere mandauerit, quia nõ ideò hæres beneficiatus tenetur cedere fideicommissis maiorum suorum sibi ex propria
17 persona obtentis, † quicquid dicendum esset, si ageretur de bonis sibi à testatore inter viuos donatis, & de quibus postea testator in testamento disposuit, vt declarando contraria benè distinguit, *Bellon.Iun.cons.99.nu.42. vers.2. respondeat, quem sequitur Modern. Panormitan. consil.48.num.28.& 29. lib.1. facit Thesaur.Iun.q.66. num. 6. vers. & ità est intelligenda lib. 2.* quamuis
18 hic simus extra controuersiam, † quia testator non disposuit de fideicommissis maiorum, sed de bonis suis dumtaxat: ibi, *In omnibus autem alijs suis bonis, &c.* quorum appellatione fideicommissa maiorum non continentur, *Paris. cons.98. num.14. lib.2. Surd.decis.93.num. 20. Seraphin. decis.963. num.6. Reuerendiss. Vrgellen. decis.93. num.8. & decis.119. num.1.*

Cum itaque mulieres ex supradictis frustra impugnent transactionem, & ex ipsius lectura cesset etiam obiectum, quod ex ea nihil receperit, constat enim Elisabettam ex causa tran-

sactionis recepisse Prædium, Petium terræ, Creditum Montis, ac etiam pecunias in contanti, Leonam verò tornaturas [illegible] vnius prędij æstimatas lib. 12. mil. & ad prædicta licet aliàs concurreret dispositio Philippi Testato-
19 ris, † Guido tanquam hæres Beneficiatus nullo modo tenebatur, & Guidoni competebant detractiones legitimæ, & dotis maternæ ex ipsarum mulierum confessione in transactione, quàm tamquam hæres Beneficiatus etiam aliquas alienationes faciendo non amisit, sed tantum pro rata in eas computare debet iuxta
20 *tex.in l.Marcellus 3. §. quæ ff.ad Trebell.* & † pro substinenda transactione sufficiat timor futurę litis, *l. 2. & ibi gloss. C. de transact.* ex qua sola
21 causa substinetur *l.1.C.eodem*, ac † pro ea substinen. omnem interpretationem capiendam esse sæpiùs dixerit Rota, *vt in Foroliuien.bonorum 1.Februarij 1641. coram R. P. D. meo Ghisilerio*,
22 maximè † inter sanguine coniunctos, *vt in Romana de Mongellinis 30. Ianuarij 1645. coram R.P.D.meo Ottobono*, visa sunt DD. Fundamenta decisionis optimè subsistere, vt in ea permanserunt vtraque parte Informante, &c.

Decisio ista in hac eadem causa emanata coram eodem bo.mem.Peutingero est supra in hac Par.X.Recent.in ordine, Decisio 76.

R. P. D. CORRADO,

Postea S. Romanæ Ecclesiæ CARDINALI.

Anconitana Mannæ.

Veneris 5. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Redditio rationis cum illa tria copulatiuè requirat exhibitionem nempè librorum, & calculi cum reliquatus restitutione, non potest sufficienter reddita prætendi, si aliter ex illis deficiat.

SVMMARIVM.

1 *Rationem reddere debens iustũ tenetur ponere calculũ libros exhibere, & reliquatum restituere.*
2 *Calculus non iustificatus, & confusus nullius est momenti.*
3 *Librorum exhibitio necessaria in redditione rationis.*
4 *Ratio non potest prætendi reddita ex partitis, & calculo incertis.*
5 *Reliquatus restitutio integra requiritur in redditione rationis.*
6 *Rationes distinctæ singulorum negotiorum reddi debent.*
7 *à Conuentionibus partium lege non improbatis recedendum non est.*
8 *Res ab aliquo empta eius proprio nomine, & pecunijs comparata præsumitur.*
9 *Præsumptio iuris contra eum viget, qui certam, & determinatam rationem non reddit.*
10 *Solutionis, & satisfactionis praesumptio cessat ex partitis nouiter inter socios negociatis.*

DECISIO CXCVIII.

MANDATVM A. C. contra Petrum de Petrobellis Mercatorem Anconitanum filium & hæredem Pauli decretum ad factum pro reddenda ratione Mannæ valoris conuenti ducat. 2172. monetæ Regni per Marinum de Fanis consignatæ ad effectum vendendi ex publico instrumento celebrato die 3. Decembris 1613. ac repetito die 28. Aprilis 1614. Visum fuit Dominis exequendum sub die 13. Maij 1644. rationibus adductis in decisione tunc emanata. Verum, quia idem Petrobellus obtulit se paratum, atque sategit eam reddere, ideò dilato vsque in præsentia negotio. Hodie dubitaui. An constet de sufficienti redditione. Et censuerunt non constare.

Cum enim ad hunc effectum ille teneretur iustum ponere calculum, & libros pro eius iu-
1 stificatione exhibere, † & reliqua penès eum existentia restituere, *iuxta text. in l. cum seruus, vers. nam non vtique*, ibique not. cōmunitèr *DD. ff. de cond. & demon. Bald. in rubr. C. de fid. instrum. num. 62. vers. sequitur videre, & in l. cum testamento, sub num. 4. vers. modò quærit gloss. C. de testam. manumiss. Soccin. cons. 149. sub num. 3. vers. nam vt inquit Bald. &c. lib. 1. & cons. 190. n. 4. vers. quod non fuerit sufficienter reddita ostenditur lib. 2. Rimin. iun. consil. 338. à nu. 31. vers. in contrarium tamen, & seqq. Rot. Genuen. diuers. decis. 164. sub num. 20. in fine vers. & obligatus, ac seq. Rot. penes bo. mem. Buratt. decis. 329. num. 2. vers. secundo quia, &c. & seqq. Coccin. decis. 382. sub num. 4. vers. Et cum redditio rationis, &c. & in recent. dec. 622. sub n. 4. ad fin. vers. sed non propter par. 3. & in Maceraten. reddit. ration. 13. Maij 1642. coram bon. mem. Merlino in §. fin. & alijs relatis cōprobat Munoz de ratiocin. Admin. cap. 10. sub nu. 42. vers. tunc autem, & seqq. Nihil tamen præstitit.*

Calculus enim quipam editus fuit ab ipso compositus, & imperfectus præsertim in ea parte, quæ continet pretium retractum ex vēditione alterius quantitatis mannæ antea pariter consignatæ vsque ad diē 18. Augusti 1613. quod non refertur integrum ad creditum Fani, sed solum pro parte exacta vsque in diem 28. Aprilis 1614. de qua fit mentio in instrumento tunc celebrato, cum tamen integra illius exactio spectaret ad Petrobellum vigore alterius præcedētis instrumēti sub die 3. Aprilis 1613. In reliquis autem non iustificatus, & confusus cum alijs negotijs inter partes initis;
2 ideoque † nullius est releuantię cum non fuerit ritè confectus *iux. l. si cui libertas, & d. l. cū seruus vers. sed illud. ff. de cond. & demonstr. Corn. consil. 196. sub num. 9. vers. facit quia lib. 3. Rim. iun. d. consil. 338. nu. 32. vers. item requiritur. Menoch. de arb. Iud. cas. 209. num. 20. vers. secundò obseruandum erit. Rota penes Buratt. decis. 14. à num. 22. vers. exhibita verò bilancia & seq. repetita in recent. decis. 515. à num. 14. & seqq. par. 1. cum alijs relatis per modern. Rom. discept. 429. num. 29. vers. neque in bilancijs, &c. & seq.*

Libri autem nulli fuerunt per eum exhibi-
3 ti, † vt necessarium erat, *l. qui sub conditione ff. de cond. & demonstr. l. si statu libera §. Rationem autem, ff. de statu liber. l. si ita fuerit §. fin. ff. de manumiss. testam. Bald. consil. 152. Ad euidentiam præmittendū est sub num. 1. vers. ex his igitur lib. 3. Roman. cons. 413. sub num. 3. uersic. in redditione autem rationum, &c. Soccin. dicto consil. 190. sub nu. 4. uersic. quarto ostenditur lib. 2. Rota Genuen. diuers. decis. 189. nu. 2. uers. nam qui tenetur rationē reddere, &c. Menoch. de Arb. Iud. d. cas. 209. nu. 14. uers. primum. Rot. penes Card. Seraphin. decis. 1433. sub num. 1. uers. cum neque liber. rationum, & in rec. decis. 540. sub nu. 4. uers. sed cum istud par. 1. ac decis. 242. nu. 4. uers. secundo quia par. 6.* & fuit dictum *in præcedenti decisione sub die 13. Maij 1644. in §. Non enim uisa fuit admittenda excusatio, &c. & in alia subindè coram me pariter emanata sub die 31. Iunij 1647. in §. 1. ad fin. uers. Etsi quos uerè, &c.*

Nec releuant partitæ extractæ vigore compulsorialium de anno 1633. 14. Iunij in processu productæ.

Quia concernunt alia negotia inter partes ex diuersis causis, diuersisque temporibus gesta, vt apparet ex earum lectura. Non autem hoc, de quo agitur speciali, ac distincta conuentione initum, prout constat ex prædictis duobus Instrumentis; Suntque præterea relatiuæ ad alios libros, assertosq; ordines, & literas dicti Fani, quæ neque exhibentur, neque iustificantur.

Minusque literæ illorum de Posterlis, & de Carpanis mercatorum nuper exhibitæ.

Quia (præterquod non fuerunt ritè recognitæ, neque iustificatæ) in illis tantum refertur venditio mannæ sub diebus ibi annotatis, nulla verò fit mentio temporis, quo fuit ad eos transmissa, ac per ipsos recepta, neque alię habentur circumstantiæ, ex quibus dignosci possit (vt necessarium foret) An illa esset eadem Manna, de qua nunc agitur, vel alia propria Petrobelli, siuè anteà eidem assignata pro cautione, ac satisfactione aliorum eius creditorum, de qua in alijs præcedentibus instrumentis sub die 16. Octobris 1612. & 3. Aprilis 1613. ac in eisdem partitis, & Calculo.
4 Ac † proindè nullo potest ex illis prætēdi reddita ratio. *Rot. Genuen. d. decis. 187. sub num. 2. uers. Cum d. Baptista tantum.* Nec concludens deduci probatio, cum hanc mannam necessariò non denotent, sed de alia intelligi possint *iux. Reg. l. neque Natales. C. de prob. & l. non hoc C. Vndè legitim. cap. in præsentia §. quarè cum constet extr. de prob. Surd. decision. 260. numer. 9. uersic. & probatio, ac seq. Rot. decis. 149. num. 9. uers. & ideò, & decis. 733. num. 7. uers. nam probatio dubia par. 4. diuers. & pœnes san. mem. Greg. decis. 353. num. 2. uersic. Ista possibilitas. Buratt. decis. 948. num. 3. uers. sufficit enim par. 2. & decis. 413. num. 2. uers. & propterea cum seq. par. 5. ac decis. 91. num. 8. uers. & ideò par. 6.*

Reliqua verò, quæ ex eisdem literis, ac ipso calculo exhibito constat ad manus Petrobelli peruenisse in summa, vt (asseritur) scutorum 1823. 58. monetæ Romanæ, redacta ex venditione ipsius mannæ nunc petitæ, non solum non probantur restituta Fano, nec modò restituuntur, neque offeruntur eius hæredibus, sed commiscentur cum alijs negotijs, & rationibus prædictis, eoquè pacto prætenduntur abs sumi, quod sanè impedit perfectam rationum reddi-

redditionem, quæ id præcipuum exposcit,
5 vt † reliquatus integrè prorsus, ac bona fide restituatur *l. non solum §. si liberationis uerba uers. is, qui reddere ff. de libert. legat. l. quamuis, & d. l. cum seruus in fin. ff. de cond. & dem. l. si quis ita §. seruus cōmunis uers. sed si actus eorum ff. de statu liber. Rom. d. cons. 413. sub num. 3. uers. secundò Rimin. iun. d. consil. 338. num. 33. uers. demum requiritur. Rot. Genuen. d. decis. 187. sub eodem num. 2. uers. nam qui tenetur, & decis. 209. sub num. 2. uers. nam cum reddere rationes. Menoch. de Arb. Iud. d. cas. 209. nu. 21. uers. Tertiò, ac seq. & Rot. pœnès sanct. mem. Gregor. d. dec. 554. num. 4. uers. sed hoc non obstante. Coccin. decis. 242. num. 12. uers. nam Administrator, & in recent. decis. 522. num. 3. uers. & consequenter par. 1. & decis. 370. numer. 2. uers. sed hoc non obstante par. 2. & dec. 694. num. 6. uers. Vndè cessat præsumptio par. 4. tom. 3.*

Nec obstat, quod priùs excutienda sit ratio negotiorum omnium inter dictas partes gestorum, quam Petrobellus vllius certæ summæ debitor censeri possit,

Quia non agitur in proposito casu de vna eademque negotiatione, siue administratione ex pluribus membris, & partibus constituta, quæ vnicum integrale constituant, proptereaquè insimul coarcetuari debeant ad congruā totius reliquatus veritatem dignoscendam, in quibus terminis procedit obiectio. Sed de pluribus negotijs particularibus, distinctis tē-
6 poribus, & conuentionibus gestis, † quo casu distinctæ pariter debent esse rationes, nec inuicem cōfunduntur, vel impediuntur, vt probat *tex. in d. l. si quis ità §. seruus communis uers. si duo serui ff. de statu libe. Bald. d. cons. 152. in fin. uers. ex his apparet lib. 3. Rota Genuen. diuers. decis. 148. sub num. 2. uers. Contrarium tamen fuit decisum cum seq.* & fuit dictum *in Roman. pecuniar. 17. Iunij 1647. coram me in §. Nec obstat quod Paguinus.*

Quod equidem certius est in hoc casu, in quo partes specialitèr conuenerunt (non attentis alijs negotijs, & rationibus vicissim gestis, ac respectiuè pendentibus) quod quamprimum fieri posset, venderetur hæ manna, & pretium ex ea redactum consignaretur Fano pro eius portione, vt expresè actum legitur in dicto instrumento sub die 3. Decemb. 1613. & repetitum in alio subsequenti sub die 28. Aprilis 1614. Atque ideò ab earum conuen-
7 tione legibus † non improbata recedendum non est, *l. 1. l. Iurisgentium §. Prætor ait ff. de pact. l. 1. ff. de constit. pecun. cum uulg. pœnès Surd. dec. 155. numer. 14. uers. non etiam fieri debet, & decis. 260. num. 12. vers. secnudo quia, &c. cum seq. Rota decis. 252. sub num. 1. uers. consequens est, &c. ac decis. 493. sub num. 1. uers. quæ pacta, & decis. 692. sub numer. 9. uers. neque consideratur par. 1. & decis. 299. sub num. 1. uers. Vnde par. 4. recent.*

Præterea non obstat, quod Petrobellus se non obligauerit ad consignandum Fano integrum pretium ex venditione mannæ redigēdum, sed eius partem pro rata impensi ab eo, ibi: *siano tenuti, & obligati consignare al detto Sign. Marino la sua parte per la rata del speso da lui, &c.* quæ rata non fuit hactenus per eum, vel eius hæredes liquidata.

Quia cum ex prædictis instrumentis clarè constet mannam fuisse emptam ab ipso Fano, & ab eo consignatam Petrobello, ac eius Tutori, & Curatori respectiuè, facta eius concordi æstimatione dd. Ducat. 2172. monetæ Re-
8 gni, &c. † præsumitur vtique eius proprio ære, ac impensis comparata, *iuxt. l. cum proponas ubi Bart. sub numer. 2. uers. quia tamen, & seq. C. pro soc. Bald. in l. fin. §. in computatione sub n. 2. uers. & adde, quod probato facto, &c. C. de iur. deliberand. Bec. consil. 113. num. 27. uers. & consequenter. Rota dec. 220. sub numer. 4. uers. Tum quia Regula est par. 1. & decis. 569. sub num. 2. uers. & facit quod solutio par. 4. & decis. 286. num. 3. uers. prout in dubio par. 5. recen. & in alijs relatis in præcedenti decisione sub d. die 13. Maij 1644. in §. quia cum certum sit.* Donec saltem exhibitis per Petrobellum libris, & scripturis ad huiusmodi negotium spectantibus
9 rei gestæ veritas magis distinctè, † clariusque probetur, nam intereà contra eum viget omnis præsumptio, *ut notant DD. in l. non ignorabis C. ad exhibend. Azor. in sum. eod. tit. sub numer. 20. uers. & uidetur reus facere dolo, &c. Bald. d. consil. 152. sub num. 1. uers. Vndè occultare præsumitur, & uers. Ideoq; si Codices rationum non edit. lib. 3. Crau. cons. 112. num. 16. uers. Itaq; præsumptio est, & consil. 134. num. 17. uers. Ideò præsumptio est. Bursat. cons. 39. num. 28. uers. quos libros, & seq. lib. 1. Rot in Romana Computorum 3. Octobris 1593. coram bon. mem. Card. Arigon. decis. 237. numer. 3. uers. & cum D. Prosper par. 4. diuers.*

Non obstat demùm satisfactionis præsumptio pro parte Petrobelli deducta ex eo, quod Fanus ātea recepisset ab eo, & socijs scutos mille ducentos ad effectum eos erogādi cum participatione lucri in emptionem olei, mannæ, & aliarum mercium, vt apparet ex Instrumēto inter eos celebrato die 6. Iulij 1613. Quodque etiam post factam huius, de qua modò agitur consignationem soluerit eidem Petrobello Ducat. 2379. ac fassus fuerit se debitorem de alijs scutis centum, quos pariter soluere promisit, prout legitur in dicto instrumento sub die 28. Aprilis 1644. quæ verisimiliter nō fecisset, si ratione d. mannæ iam consignatæ creditor illius extitisset.

Quia ex dictis partitis, & Calculo per ipsum Petrobellum exhibitis constat, quod ab ea die 6. Iulij 1613. qua Fanus confessus fuit recepisse scutos mille ducentos, vt dictum est erogādos, nempè mensibus Iulij, & Augusti sequētibus transmisit aliam mannæ quantitatem, oleum, vinum, ac diuersas merces valoris Ducat. 1841. monetæ Regni, reduct. in d. Calculo ad scut. 1675. & b. 31. monetæ Romanæ, quæ d. summam illi anteà solutam excedebat, ita quod illa dici non potest erogata in emptionē mannæ postea consignatæ sub die 3. Decembris, de qua nunc agitur. Alia verò summa Ducat. 2379. quæ recensetur ad creditum Fani in d. Instrumento 28. Aprilis 1614. non fuit ab eo soluta post consignatam hanc posteriorem mannæ quantitatem, sed redacta ex prædictis, & alijs effectibus per eum anteà consignatis, vt patet ex eodem Instrumento, ac etiam ex dictis partitis. Confessio autem per eum ibidem facta de scutis centum receptis, ac

ac obligatio illos restituendi, nihil prorsus repugnat veritati eius crediti ratione dictæ mãnæ tunc quidem consignatæ, sed nondum venditæ, quæ cum ex eodemmet Instrumen-
10 to iustificetur, & comprobetur, † cessat vtique præcedentis solutionis, ac satisfactionis præsumptio *l. fin. in princip. ff. quod met. caus. l. cum de indebito §. 1. ff. de Prob. Rot. decis. 64. num. 3. vers. nam præsumptioni, & decis. 582. nu. 3. vers. cum enim adsit veritas p. 1. & decis. 207. num. 22. ver. nam præsumptioni p. 4. diuers. et penès Card. Seraph. decis. 695. num. 4. vers. nam præsumptio et decis. 712. nu. 4. vers. cum præsumptio, ac sanct. mem. Greg. decis. 242. num. 7 vers. quia præsumptio, et decis. 614. num. 6. vers. præsumptio enim et Buratt. decis. 73. num. 9. vers. quia in claris & in recent. decis. 92. sub num. 4. uersic. hinc cessat &c. et decis. 754. sub num. 3. uersic. Et in claris part. 2.*

Et ita fuit resolutum vtraque parte informante &c.

R. P. D. CORRADO.
Postea S. R. E. CARDINALI.

Romana Pecuniaria.

Veneris 5. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Assumptio cambiandi, quam in se suscipit debitor, ipsum ad solutionẽ cambiorum obligat, etiam si verè non cambiauerit quam quidem obligationem euitare non potest ex eo, quod creditor non recepit ad cambium pecunias prout illi fuerat concessum.

SVMMARIVM.

1 *Cameralis obligatio non retardatur per contrapositionẽ partitarum, quas mercator apponere non poterat.*
2 *Debitor in se suscipiens onus cambiandi, si non cambiauit cambia adhuc soluere tenetur ratione damnorum, interesse.*
3 *Verba*, possa pigliare, ò far pigliare, *dicuntur mere facltatiua.*
4 *Creditore in vim pacti pecunias ad cambium non recipiente non liberatur debitor ab onere cambiandi quod suscepit.*
5 *Obligationis necessitatem importat promisso facta cũ obligatione camerali.*
6 *Verba*, & in oltre, *distinctam orationem inducunt.*
7 *Fidei mercatorum plurimum defertur super interpraetatione verborum.*
8 *Fides priuata, & extraiudicialis ex adminiculis confouetur.*
9 *Intentio partium, ex comuni vsu loquendi inter eas recepto præualet proprietati sermonis.*
10 *Verba potius verificantur in eo cui magis adaptantur, quam cui non bone conueniunt.*
11 *Compræhensio inducta in vna parte inducitur etiam in alia immediate sequenti, maxime inter easdem personas, & super eadem materia.*
12 *Interpræterito verborum, ea optima est, quæ deducitur ex obseruantia.*
13 *Interpratatio ex obseruantia deducta præfertur etiã proprietati verborum.*
14 *Debitum mercium probatur in pecunia redactum ex partita libri, & apoca inter partes confecta.*
15 *Exceptiones sufficienter sublatæ non impediunt executionem propriæ obligationis, ac mandati relaxati.*

DECISIO CLXXXXIX.

VOLVERVNT Domini iterùm audire Pagninum super exceptione compensationis cambiorum, quæ hodie tertiò discussa visa fuit non obstare. Nàm creditum Rosolini in summa scutorum 2000. certum est, ac indubitate probatum ex Apoca Camerali obligatione munita, cum assensu in mandatum executiuum ipsius Pagnini manu conscripta sub die 31. Decembris 1631. & habita pro recognita, quæ aduersus eum paratam habet executionem; Obiecta verò compensationis exceptio, vel non subsistit, vel certè non adeo liquida dici potest, vt illam diutius impedire valeat, vt fuit latè deductum in præcedentibus Decisionibus sub die 18. Iunij 1646. * & 7. Iunij 1647. * in hac causa emanatis Coram me.

Nec releuat calculus rationum inter partes currentium ab ea die citra pro faciliori tantũ instructione animi Dominorum extraiudicialiter initus, in quo facta subtractione vniuersi debiti Rosolini in summa scut. 8661. 17. ÷ ex vniuerso credito eiusdem in summa scutor. 8846. 23. ex pluribus causis, & partitis coaceruatis, videtur remanere creditor solùm de scut. 185. 5. ÷

Quoniam est aduertendum, quod in eo calculo descriptæ fuerunt ad creditum Rosolini in extinctionem d. partitæ capitalis scutorum 2000. atquè aliarum eius crediti, decem partitæ scilicet vna scut. 66. sub die 17. Aprilis 1638. Alia scut. 94. sub die 8. Maij Alia scut. 160. sub diè 18. Augusti eiusdem anni Alia scut. 200. sub die 6. Februarij 1640. Alia scut. 120 sub die 18. Ianuarij 1641. Alia scut. 80. sub die 19 Iulij 1642. Alia scut. 80. sub die 30. Martij. Et alia scut. 80. sub die 14. Septembris 1643. Alia scut. 80. sub die 14. Martij. Et alia scut. 80. sub die 4. Septembris 1644. constituentes summam scutorum mille quadraginta. Quę non fuerunt illi solutæ in computum capitalis, sed pro interesse cambiorum d. partitæ scut. 2000. (vt pars vtraque in facto conuenit, atque firmauit coram me ante subscriptionem huius dubij,) E contra veró non fuit, (vt par erat) descriptus creditor Rosolinus cambiorum in quorum causam solutæ fuerant. Prętereà detractæ fuerunt aliæ quinque ex credito eiusdem Rosolini. Vna nempe scut. 320. sub die 31. Decembris 1633. Alia scut. 320. sub die 14. Aprilis 1636. Alia scut. 160. sub die 31. Decembris eiusdem anni. Alia scut. 160. sub die 30. Decembris 1637. Et alia sut. 160. sub die 29. Decembris 1638. constituentes summã scutorum mille centum viginti. Quæ fuerant ad eius creditum iam descriptæ, pro interesse dd. cam-

dd. cambiorum in libris maioribus dicti Pagnini, & postea per eum retractatæ, siue (vt aiunt) stornatæ non citato Rosolino, nec Iudicis auctoritate. Vndè resultat euidens error præfati calculi contra expressum dd. præcedentium Decisionum tenorem, quibus firmatum fuerat non licuisse Pagnino partitas illas propria auctoritate retractare, siue stornare, vt legitur in illa sub die 18. Iunij 1646. *in §. nec releuat. & comprobat Farinac. cons. crim. 18. sub nu. 4. vers. Præterea*, quam sequitur *Rot. penès Burat. decis. 85. num. 11. vers. & ideò, &c.* Nec cambia
1 soluta ad extinctionem capitalis referrè, † eoquè prætextu restitutionem illius Camerali obligatione promissam contendere, ac retardare, vt legitur in vtraque in *§. fin.* Ac proindè attendi non debet *Bart. in l. 2. sub nu. 10. vers. posset tamen, & seq. C. de iur. fisc. lib. 10. Rot. penes eundem Burat. decis. 56. nu. 17. vers. & consequenter*. Sed correctis (vt fieri debet) erroribus prædictis insimul constituentibus scut. 2160. creditum Rosolini non solùm comprobatur in summa dd. scutorum 2000. petita, sed maiori.

Neque obstat, quod cambia prædicta non iustificentur ex litteris missiuis, ac responsiuis transmissionis pecuniarum ad Nundinas, alijsque necessarijs iuxtà stylum mercatorum, & Constitutionem sanctæ mem. Pij V. Incip. In eam pro Nostro pastorali officio curam. Dat. Kal. Februarij 1571. in ord. 118. Bullar part. 2. Ideoque cedere debeant in satisfactionem sortis.

Quia cum Pagninus in d. Apoca sub die 31. Decembris 1631. conscripta assumpserit in se onus exercendi easdem pecunias per eum debitas super cambijs, eorumquè computationes, & litteras prædictas toties, quoties creditori placuerit ostendere sub eadem obligatione conuenerit, vt in ea legitur in vers. *& in oltre promette il detto Pagnino, &c.* Non sunt modò à Rosolino exigendæ iustificationes illæ,
2 quas ipse Pagninus exhibere tenetur. † Sed esto quod d. summam super cambijs verè nō exercuerit, attamen debet illa soluere creditori, non quidem ratione lucri cambiorum, quæ non fuerunt legitimè exercita, sed ratione interesse Creditoris ob non adimpletum onus susceptum cambiandi, (quod ex iuratis Mercatorum attestationibus vsque ad summam solutam in proposito casu iustificatur) nisi ipse probauerit omnem fecisse diligentiā, nec inuenire potuisse, qui pecunias ad cambium reciperet, vel mandatum susceptum lagitimè renunciasse ad *l. idemque §. si procurator l. si verò non remunerandi, §. si mihi mandaueris, ver. dedi tibi pecuniam, &c. & l. si mandauero tibi, §. pen. ff. mand. l. ad comparandas, C. eod. cum concord. penes Surd. decis. 304. sub num. 3. vers. Amplexus tamen est Senatus, ac seq. & in his terminis fuit decisum in Roman. Cambiorum de Ruspol. 26. Octobris 1601. coram bon. mem. Card. Lencellot. Iun. & in Mediolanen. prætens. simulat. contract. 27. Ianuarij 1604. coram Ortemberg. inter crim. Farinac. impress. Taurin. dec. 168. sub num. 2. vers. nam Domini de Ruspolis, & dec. 209. sub num. 2. vers. sed Ioannes Baptista, &c. & in Anconitan. Cambiorum 21. Iunij 1638. coram Reuerendissimo D. meo Decano, in §. fin. & plenè ac doctè explicatum in Roman. seu Ianuen. pecun. 1. Iuly 1644. coram Reuerendiss. P. D. meo Bichio, in §. Nec releuat. & seqq.*

Minus obstat, quod obligatio illa Pagnini exercendi dd. pecunias super cambijs non fuerit purè, ac simpliciter concepta, sed ad præcedentem facultatem concessam Rosolino illas capiendi ad cambium subordinata, & quidem verbis solam continuationem, ac implicitam conditionem principij antecedentis præseferentibus ibi: *Et in oltre promette il detto Pagnino, &c. di continuare lui medesimo questa girata di detti cambi, &c.*

Primò quia Apoca prædicta duo verè continet in hac parte æquè principaliter, ac distincta oratione conuenta. Alterum scilièt, quo conceditur Rosolino creditori facultas capiendi super cambijs à semet ipso, vel alijs summam coæqualem cræditæ Pagnino, eoquè casu eidem creditori iniungitur onus exhibendi (prout iustum erat) litteras, ac partitas pro illorum iustificatione necessarias, in vers. *Et perche il detto Signor Girolamo non è solito, &c.* Alterum verò, quo conuenit Pagninus, ac se obligauit easdem pecunias penès se existentes continuare super cambijs, & hoc casu ipse promisit litteras, & computa edere ad omne beneplacitum creditoris, in d. vers. *Et in oltre promette il detto Pagnino, &c.* Quare licet Rosolinus creditor non fuerit vsus potestate
3 ipsi concessa vigore dicti pacti, † quod erat merè facultatiuum, vt apparet ex illis verbis, *conuengono che il detto Signor Girolomo possa pigliare, ò far pigliare, &c. l. sæpè audiui Cæsarem ibiq; gloss. in verb. necessitatem, ff. de offic. Præsid. gloss. in cap. 1. in verbo potest, de Reg. iur. in 6. Rot. decis. 329. num. 3. vers. nam verbum possint par. 2. Recent.* Non
4 ideò liberatus fuit Pagninus debitor † ab onere ipsi iniuncto pro maiori creditoris fauore *iuxt. trad. per Dec. cons. 562. viso puncto sub num. 7. in fin. vers. Vlteriùs considerandum est. cum seq. quem sequitur Rot. in Placentin. cambior. 9. Iunij 1634. coram bo. me. Merlin. in §. Tertio opponebatur.* Quod quidem necessitatem obligationis præseferebat
5 ibi, † *Et in oltre promette il detto Pagnino, &c.* & infr. *Et per osseruanza delle cose sudette il detto Pagnino promette, & s'obliga in forma Camera Apost. con tutte le solite clausule, &c. l. 1. l. Iurisgentium, §. prætor ait. ff. de pact. l sicut. C. de act. & obligat. Rot. decis. 203. nu. 15. vers. Hieronymus enim, par. 6. Rec.* Et æquè principaliter, ac distincta oratione conuentum fuerat, vt patet tàm ex ipsis ver-
6 bis, † *Et in oltre &c.* quàm ex toto illius periodi contextu casum prorsus distinctum à præcedenti continente *iux. trad. per Bero. cons. 80. sub num. 4. in fin. vers. nam, & ex mente, & seq. lib. 2. Rot. penes Card. Caualer. decis. 581. sub nu. 4. vers. responsum enim fuit, &c. ac seq. & num. 7. vers. per illam dictionem, &c. & in Recent. decis. 669. num. 9. vers. cum dictio, &c. part. 4. tom. 3. & decision. 21. sub numer. 34. in fin. versic. sed etiam conceptæ sunt, ac numer. 35. par. 5.*

Secundò quia verba illa: *promette di continuare lui medesimo questa girata di detti cambi &c.* relata ad

ta ad ipsum debitorem penes quem iam erant pecuniæ debitæ Rosolino, verè includunt, ac præseferunt non solùm progressum, sed etiam principium actus, ac totum ipsum negotium, perindè ac si dictum fuisset: *di tenere, ò girare lui medesimo questa somma sopra detti cambi, &c.* Attento præsertim stylo, & communi vsu loquendi Mercatorum Vrbis, quem plures ex eis primarij attestantur in fide exhibita, ac iu-
7 ramento firmata, † cui plurimùm est deferendum, dum agitur de interprætatione verborum Apochæ inter illos confectæ, & in mateia eorum peculiari *Rot. penes sanct. me. Greg. decis. 126. num. 2. vers. qui stylus, &c. & Reuerendiss. Vrgellen. decis. 368. num. 12. vers. quibus, & num. 37. vers. qui stylus, & decis. 416. sub num. 8. vers. quorum fidibus, &c.* vbi idem firmatur de fidibus pri-
8 uatis, & extraiudicialibus, † quæ ex alijs adminiculis confouentur (vt in hoc casu ex sequentibus patet,) & in *Recent. decis. 88. sub nu. 2. vers. & consuetudo, & decis. 458. num. 8. vers. verba enim illa, par. 4. tom. 2. & sepè in alijs.* Etiamsi recedendum esset à propria verborum signifi-
9 catione, † quia præualet intentio partium ex communi loquendi vsu inter eas recepto deducta *Rot. penès Puth. decis. 16. nu. 2. vers. ex quo mercatores dicebant, &c. & seqq. lib. 1. in Correct. & d. decis. 126. numer. 7. versic. tum quia verba mercatorum, penès sanct. mem. Gregor. & clarius decision. 156. sub numer. 19. uers. respondetur enim, & seq. par. 5. recent.*

Tertiò quia eadem partium intentio efficaciter comprobatur; Tum ex verbis eiusdem Apochæ in cuius principio facta fuit mentio de alijs pecunijs Rosolini ab eodem Pagnino exercitis super cambijs ibi: *& anco delli denari girati dal detto Pagnino sopra cambi per conto del detto Signor Girolamo, &c.* Et ideò dum inferius idem Pagninus promittit: *di continuare lui medesimo questa girata di detti cambi, &c.* videtur multo congruis referri, ac verificari posse huiusmodi continuatio etiam respectu huius sūmæ in eodem exercitio, ac ministerio cambiandi per ipsum ante gesto, & supra, licet in
10 parte remotiori relato, † quàm in pecunijs per Rosolinum accipiendis, quibus ea verba, ac reliquus illius pacti contextus, non benè conuenit, nec adaptatur *Ruin. cons. 123. sub n. 12. uers. quia ergo, lib. 3. Menoch. cons. 816. à num. 13. uer. porrò, & seqq. Surd. cons. 241. sub num. 29. uers. tùm uerò quia non conueniunt, et cons. 379. sub num. 5. uer. Et relatio, &c. et Rot. penes sanct. mem. Grego. decis. 384. num. 2. uers. sed contrarium, &c. et decis. 563. num. 8. uers. et sic cum ista conditio, &c. et seqq. et numer. 17. uers. non obstant dictiones, &c. par. 4. tom. 2. recent.* Præterea ex alijs immediatè præcedentibus, dùm post concessam Rosolino facultatē accipiendi dictas pecunias super cambijs, easquè cambiandi, & recambiandi additum fuit: *promettendo il detto Pagnino di starsene alle semplici partite, ò lettere che darà, ò farà dare il detto Signor Girolamo della detta continuatione de cambi, &c.* Quibus sicut certum est sub eo continuationis vocabulo fuisse comprehensum tàm principium, quàm progressum cambiorum, pari
11 ratione censeri debet comprehensum † in alia parte immediatè sequenti inter easdem personas, & de eadem materia disponente; *l. qui filiabus, in princip. l. si seruus plurium, §. fin. ff. de leg. 1. cum concord. penes, Mantic. de coniect. lib. 3. tit. 9. sub num. 3. uers. undè sic recipi debent, &c. Rot. penès Buratt. decis. 272. nu. 7. uers. cum etiam, &c. et in rec. decis. 231. sub nu. 13. in fin. uers. undè quemadmodùm, &c. et seq. part. 7.*

Tùm etiam ex obseruantia subsequta. Dñ Pagninus statim ex ipso tempore dictæ Apochæ anno 1631. confectæ citra vsque ad annum 1644. cambia soluit, ac respectiuè descripsit ad creditum Rosolini in eius libris, vt apparet ex partitis supra relatis, & coram me à
12 partibus concordatis, † Vndè resultat efficacissima dd. verborum interprætatio, quod scilicet onus cambiandi, & recambiandi dictas pecunias fuerit simplicitèr accollatum Pagnino, & per eum susceptum, absque eo quod Rosolinus teneretur, siue voluerit vti facultate sibi concessa, *l. sed Iulianus, §. proinde, ff. ad Macedon. Bec. cons. 101. num. 49. uers. et obseruantia. Menoch. cons. 341. sub num. 5. uers. et obseruantia, et num. 23. uers. Ità dicimus. Hended. cons. 47. num. 28. uer. et quæ fuerit contrahentium uoluntas, lib. 1. et cons. 89. num. 46. uers. obseruantia lib. 2. Rot. decis. 503. numer. 2. uers. quia bonè respondetur, par. 1. Diuers. et penes Cardin. Mantic. decis. 119. sub num. 12. uers. Et ex his, sanct. mem. Grego. decis. 502. nu. 10. uers. obseruantia enim, et decis. 511. num. 8. uers. concurrit obseruantia, &c. Buratt. d. decis. 35. num. 4. uers. quod etiam comprobatur, &c. Coccin. decis. 201. num. 3. uers. quæ obseruantia, &c. Andr. decis. 28. num. 8. uers. qua obseruantia, et in recent. decis. 261. sub num. 4. uers. et cum non contradixerit &c et decis. 301. num. 8. uers. conuenit obseruantia, &c. par. 1. et decis. 365. sub nu. 1 uers. certum est enim, &c. et decis. 680. sub nu. 7. uers. quæ obseruantia, et decis. 456. num. 8. uers. quod ea obseruantia, &c. et decis. 495. sub num. 4. uers. quæ obseruautia, par. 4. et in hac materia decis. 153. sub num. 6. uers. Domini consuerunt, et seqq. ead. part. 4. tom. 2.* Hæc quæ præfertur etiam veriori intellectui,
13 ac † proprietati verborum, *Crauet. cons. 294. col. 14. sub num. 8. uers. uigesimo primo, &c. Bec. d. cons. 101. num. 49. uers. ubi ampliùs. Honded. cons. 92. num. 30. uers. quinimò, &c. lib. 1. et cons. 35. num. 45. uers. quæ conclusio procedit. lib. 2. et probauit Rot. penes Burat. decis. 944. num. 6. uers. undè etiam si uerba concordiæ, &c.*

Prætereà non obstat, quod debitum Pagnini prouenerit ex mercibus per eum habitis ab hæredibus Boneti ad Bonetalibus debitoribus Rosolini.

Quia nec id legitmè probatur, nec quicquam releuat, nam esto quod ipse voluerit merces illas sibi emptas esse iusto pretio conuento scut. 2225. vt legitur in partita exhibita ex eius libro extra. Certum est, quod eo deinde relato in calculo vniuersali rationem inter ipsos vigentium effectus fuit debitor pro earum solidatione d. summę scut. 2000. in pe-
14 cunia, † vt constat ex Apoca prædicta, & ex partita Libri eiusdem Pagnini extracta pariter & exhibita *l. certi conditio, §. deposui. l. singularia. ff. si cert. petat. Gabr. consil. 81. per tot. lib. 1. Surd. cons. 162. nu. 24. uers. Tertiò adduco &c. & alij relati per*

modern. Neapolit. de credit. cap. 2. tit. 7. quæst. 6. sub numer. 2195. vers. Re verò meliùs considerata, &c. & seqq.

Cætera verò, quæ alias opposita fuerunt pro parte Pagnini visa fuerunt Dominis in
15 Decisionibus sufficienter sublata; † Ideòque executionem eius obligationis, ac mandati relaxati impedire non posse, vt fuit dictum in *Romana execut. laud. 2. Decembris 1613. & 2. Maij 1614. in recent. decis. 490. per tot. & dec. 540. nu. 10. vers. non obstant, alia deducta, part. 2.* & penès *Reuerendiss. Vrgellen. decis. 11. num. 24. vers. & in omnem casum,* & in *Senogallien. Prædij 11. Maij 1625.* penès *Andr. dec. 31. sub num. 2. vers. nec releuare videtur, &c.* cum alijs relatis in *Romana pecun. seù cambij coram R.P.D. meo Peutingerio 3. Aprilis 1645. in §. fin. vers. Vndè dato etiã, &c. & 19. Iunij eiusdem anni in §. fin. ac in Roman. pecuniar. 1. Iulij 1647. coram me, in §. fin.*

Atque ita fuit conclusum in vtraque parte informante.

☞ *Decisiones hic allegatæ in hac eademcausa emanatæ sub diebus 15. Iunij 1646. & 7. Iunij 1647. coram eodem Eminentiss. D. Card. Corrado, prima cum non reperiatur impressa erit infrà in fine in Miscellan. Decisionũ, altera est supra in hac part. 10. decis. 174.*

R. P. D. GHISILERIO,

Posteà Episcopo IMOLEN.

Vladislauieñ Manutentionis.

Veneris 5. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Ecclesiæ licèt competat Manutentio in bonis, quæ nullitèr, & inualidè fuerunt alteri concessa, vel alienata, atque reintegratio ad possessionem eorumdem bonorum, quamuis ab ea ceciderit ex facto sui Rectoris; attamen secùs esse firmatur quãdo probabiliter dubitari potest, an validè, vel inualidè dicta bona fuerint alienata; quia tunc manutentio debet concedi possessori, donec in iudicio ordinario pleniùs cognoscatur, & terminetur validitas, vel inualiditas alienationis.

SVMMARIVM.

1 *Possessio benè probata remanet per Testes qui dicant, Titium possedisse, licèt non reddant causam scientiæ. & quare.*
2 *Possessionis præcipuum signum est perceptio fructuum.*
3 *Manutentio denegari non potest probata possessione.*
4 *Possessio antiquior quando non attendatur.*
5 *Bona Ecclesiæ, vt validè concedantur, & alienentur, quæ requirantur.*
6 *Ecclesiæ competit manutentio, in bonis quæ nulliter, & inualidè fuerunt alteri concessa, vel alienata.*
7 *Ecclesia non amittit possessionem per cõtractum nullum, & inutilem sui Prælati. & quare.*
8 *Possessio Ecclesiæ non transfertur in alium ex contractu nullo.*
9 *Ecclesia est reintegranda ad possessionem, quamuis ab ea ceciderit facto sui Rectoris. & quare.*
10 *Ecclesiæ competit interdictum vndè vi pro rebus alienatis per Prælatum.*
11 *Sigillum est confirmatio quædam eorum, quæ in scriptura continentur, & probat consensum.*
12 *Ecclesiæ non competit manutentio in bonis alienatis per Prælatum, si probabiliter dubitari potest an sit locus extrauag. Ambitiosæ.*
13 *Manutentio debet concedi possessori, donec in iudicio ordinario plenius cognoscatur, & terminetur validitas, vel inualiditas tituli.*
14 *Consuetudo etiam scripturis probari potest.*
15 *Epistola Episcopi Diœcesani an sufficiat pro canonizanda Consuetudine illius loci.*
16 *Consuetudo specialis non requiritur, vbi agitur de iure vniuersali.*
17 *Consuetudo vniuersalis suffragatur, etiam non docto de porticulari. & quando.*
18 *Episcopi assertioni emissæ in actu remunerationis alicui factæ ab eius merita, non creditur nisi aliundè merita probentur.*
19 *Meritorum probatio requiritur inter personas probibitas alienare, seù donare, secùs in alijs.*

DECISIO CC.

COMMISSA mihi cum facultate Manutenendi quem de iure causa appellationis inpositæ pro parte Ecclesiæ, & mensæ Episcopalis Vladislauieñ à mandato de manutenendo præuia decisione *coram R. P. D. meo Meltio emanata 1. Iulij 1644.* Anselmum Raciboschi Decanum supradictæ Ecclesiæ in possessione Villæ Sitnò, & decimarum manipularium in Villis Sockolonuo, & Vpalda ei ad extrema vitæ ipsius tempora ratione suorum meritorum concessarum sub diebus 10. Ianuarij anni 1635. & 12. Iulij 1638. respectiuè à tunc temporis D. Episcopo Vladislauieñ, nunc Archiepiscopo Gnesneñ, vigore Consuetudinis immemorabilis existentis in Regno Poloniæ, & præcipuè in dicta Ciuitate Vladislauieñ supra 200. annos obseruatæ concedeñ per Episcopos de consensu Capituli, Dignitatibus, & Canonicis Ecclesiarum ob eorum merita, bona Villas, & alios redditus mensæ Episcopalis ad eorum vitam absque aliquo beneplacito Apostolico, proposito dubio ad formam dicti rescripti ad fauorem Anselmi fuit resolutum.

Quia vltrà deducta ad iustificañ illius possessionem in dicta *decisione coram R.P.D. meo Meltio,* tùm Villæ, tùm decimarum vsque ad priuationem per reuocationem concessionum factam à D. Episcopo, quæ dedit causam liti,
1 de † ea deponunt Testes, dicentes: Anselmum possedisse, quod sufficit ad probandam possessionem, licet causam scientiæ non reddant, quia possessio est actus, qui cadit sub sensu corporis, nàm Testis dicens: quod talis possedit, probat de tentationem *Abb. in cap. cum causam de Testib. Corn. cons. 6. num. 8. lib. 3.* & ex detentatidne probatur possessio, *Innoc. in cap. cum olim de priuil.* & quod probetur possessio, quando Testis ait, Titius possedit, notant *DD. in l. stipulatio ita, §. hæc quoque, ff. de verb. oblig.* vbi *Alciat.*
2 *de com. atlest. num. 9. & 10.* † & adminiculatur

pro-

probatio ex perceptione fructuum precipuum
3 signum possessionis, *consil.192. num.2.* † qua
possessione probata manutentio denegari non
potest, *vulg. §.retinendæ Instit. de interd. cum alijs
allegatis in d.decis.in hac causa in princp. & in §.quo
verò ad Villam, &c.*
4 Non obstat † antiquior possessio mensæ
Episcopalis, de qua constat ex ipsis concessio-
nibus, quas à D.Episcopo Antecessore habuit
Anselmus, *Bald. in l. quadam Mulier num.1. ff.de
rei vindic. Rota decis.1. de fid. Instrum. in antiq. &
coram sanct: mem: Gregor. XV. decis.116. numer.3.*
5 quæ cum † appareant nullæ, & inutiles, cum
ad earum validitatem requireretur solemnitas
cap.1. de reb.Eccles.non alien. & Clem.1. eodem tit.
& beneplacitum Apostolicum per *extrauag.
Ambitiosæ*, quod supplet solemnitatem, *Rot.de-
cis.160. part.2. diuers. & decis.473. num.3. part.2.*
6 *recent.* non excludunt, † quin Ecclesiæ com-
7 petat manutentio, † dum per contractum
nullum, & inutilem Prælati non amisit pos-
sessionem, eò quia Prælatus non potest preiu-
dicare Ecclesiæ, nec etiam in possessione, iuxtà
doctrinam *Bart.in l.1. §.si vir vxori n.3.ff.de acq.*
8 *poss.* vbi dicitur, † quod ex contractu nullo
possessio per Prelatum non transfertur, & se-
quitur *Verall. decis.182. num.8. part, 3. Seraphin.
decis.1417. nu.3. & Rot.coram san:mem: Greg.XV.*
9 *decis.116.* censuit † sine aliqua difficultate Ec-
clesiam esse reintegrandam ad possessionem,
licèt ab ea ceciderit facto sui Rectoris, quo-
niam Ecclesia restituitur semper, quamuis Præ-
lati facto iniusto ceciderit à possessione, *cap.ac-
cedens il primò, ut lit. non contest.* ea ratione, quia
verè possidet Ecclesia, non autem Prælatus,
10 & hinc est, quod datur interdictum, vndè vi,
Ecclesiæ pro rebus alienatis per Prælatum, vt
per *Abb.in cap.cum supra de caus.possess.& propriet.*
si quidem cum stante supradicta consuetudine
immemorabili Ecclesiæ Regni Poloniæ præ-
scripta per 200. & amplius annos concedendi
per Episcopos pro tempore Villas, & decimas,
de quibus agitur, ad vitam Canonicorum
accedente Capituli consensu, qui in casu no-
11 stro negari non potest, † cum concessiones
sint munitæ cum sigillo Capituli, quod con-
sensum probat, quia est confirmatio quædam
eorum, quæ in scriptura continentur, *Felin.in*
12 *cap. post cessionem num.9. de probat.* probabiliter
dubitari possit, an sit locus dispositioni supra-
dictæ, & præcipuè decreto irritanti apposito
in extrauag. Ambitiosæ inficien̄ titulū, & posses-
sionem, itaut possessori dari non possit manu-
tentio, vt in terminis dixit *Rota decis.215. inter*
13 *impressas apud Post,de manut.* Et quod † in sum-
marijssimo possessorio non sit discutienda va-
liditas, vel inualiditas tituli, & donec præ-
dicta ordinario iudicio plenius cognoscantur,
ac terminentur, non est deneganda manuten-
tio Anselmo, *Rot. coram Seraph.decis.1491.nu.5,
in Legionen. Beneficij 4.Iulij 1640. coram me, & in
alijs pluribus, quæ in similibus allegantur*, & nouissi-
mè declarauit *Rot.in Tolosana Territorij 30.Mar-
tij præteriti §.quare donec, &c. coram R.P.D. Otthobono*; Decisiones verò, quæ allegantur, & pos-
sunt allegari in contrariū procedunt, quando
est indubitabile intrare dispositionem *extrauag.
Ambitiosæ*, non autem, quando, prout in præ-
senti probabiliter dubitatur, cum qua distin-
ctione certum est conciliari decisiones, quæ
hinc indè in hac materia, quotiescumque sese
offert occasio, allegantur ab informantibus.
14 Consuetudo † enim prædicta, quæ etiam
scripturis probari potest, *Angel.in l.Vetustissimam
num.1. C.de iur. dom. impetr. Abb. in cap.cum nouis
nu.1. uens.Item per Instrumentū de præscript.Caput.
decis.347.num.2. part.3. bon:mem:Buratt.decis.345.
numer.8. & 9.* remanet sufficienter probata ex
pluribus concessionibus factis à diuersis Epis-
copis Regni Poloniæ ab anno 1438. vsque ad
annum 1641. & præsertim ex similibus con-
cessionibus factis à moderno Episcopo Vla-
dislauien̄ de anno 1644. necnon ex declaratio-
ne facta à Reuerendissimo Nuntio Apostoli-
co illarum partium super immemorabili Cō-
suetudine 200. annorum, & vltrà conceden̄
de consensu Capituli non adhibito beneplaci-
to Sedis Apostolicæ intuitu meritorum Præ-
lati, & Canonicis in vsumfructum quoad vi-
xerint, vel in gremio Capituli extiterint, Vil-
las, & alios redditus ad instar, & per modum
15 pensionum in Italia vsitatarum, † de qua con-
suetudine attestatus fuit quoque dictus Reue-
rendiss. Archiepiscopus Gnesnen. Primas illa-
rum partium in litteris particularibus huic
Sac.Tribunali directis sub die 7.Februar.1646.
de quibus fit mentio in *Vladislauien. Administra-
tionis 30.Iunij 1646. coram me*, quæ quatenus
non suffragarentur ad effectum firmandi, seù
canonizandi dictam Cōsuetudinem, sufficiunt
tamen ad concludendum probabiliter dubita-
ri posse, an intret decretum irritans appositum
in dicta *extrauag. Ambitiosæ*.
Nec obstat Constitutio fel.rec.Vrbani VIII.
super præseruatione Iurium Ecclesiarum edi-
ta 5. Iunij 1641. quia orta controuersia, an
d. Constitutio afficeret Capitula, & loca dicti
Regni, Sac.Congreg.Eminentissimorum Car-
dinalium Concili, Tridentini Interpretum
remissa petitione Capitulorum à S. D. N. pro
declaratione obtinenda, rescripsit eidem Nun-
tio, vt verificatis expositis declararet, Consti-
tionem prædictam non obstare, prout ad for-
mam dicti rescripti non obstare declarauit die
24.Septembris 1646.
16 Minùs releuat, † quod non fuerit probata
consuetudo in specie de hac Villa Sitnò, & de
decimis, de quibus agitur, quia cum agatur
de Iure vniuersali, sufficit probatio consuetu-
dinis respectu omnium bonorum d. Ecclesiæ
in Vniuersum per actuū frequentiam, absque
eo, quod præcisè iustificetur de vnoquoque
17 corpore; † Causa enim vniuersalis suffraga-
tur etiam non docto de particulari Consuetu-
dine harum Decimarum, cum sint eiusdem
speciei, *Felin.in cap.auditis sub nu.19.de præscript.
Butr. in cap.final. num.47. de caus.poss. & propriet.
Bald.in l.2.num 57. C.de seru. & aq. Henric.Boich.
in cap. dilectus num.9. & seq. de Cappell. Monach.
Rot. decis.386. num.10. part.5. recent.*
18 Pariter fuit dictum non obstare, † quod non
constet de seruitijs, seù meritis Anselmi, nisi
ex

ex assertione Episcopi concedentis emu là in actu concessionis, cui non creditur, nisi aliundè merita probentur, vt ex ibi allegatis, dixit *Rota decis. 591. num. 10. part. 3. recent.* dum in possessorio manutentionis sufficit reddere turbidam nullitatem, & inualiditatem concessionum per dictam Consuetudinem, & aliam probationem etiam informem, vt reiecta inspectione ad petitorium, interim Anselmus manuteneatur in possessione, seù detentatione, in qua existit quicquid sit de validitate concessionum, de qua discutien erit in iudi-
19 cio Ordinario, † & probatio meritorum requiritur inter personas prohibitas donare, & alienare, secùs in alijs, *Clar. in §. donatio quæst. 3. ex num. 2. Grat. discept. 657. num. 51. & seqq.*

Et ita vtraque parte informante, &c.

R. P. D. MELTIO,

Postea Reuerendissimo Episcopo PAPIEN.

Maceraten Redditionis rationis.

Veneris 5. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Tutor tenetur cumulare redditus Pupilli superextantes singulis annis, atque ex eis debita soluere, & non alienare bona immobilia; tamen si huiusmodi superfluitas, & abbundantia redditüum detractis expēsis necessarijs pro Pupillis, atque deductis interusurijs ratione æris alieni, non adesset, sed exitus introitum superaret, benè posset ad huiusmodi alienationem deuenire, & huius occasione abbundè tractatur, de varijs expensis factis à Tutore pro Pupillis, quarum taxationem arbitrio Iudicis, considerata qualitate patrimonij, ac honestate personarū, remittendam esse firmatur.

SVMMARIVM.

1 *Fructus Prædiorum rusticorum taxari solet ad rationem quinque pro centenario. Amplia, vt nu. 3.*
2 *Fructuum liquidatio maximè ab arbitrio Iudicis dependere solet, & quid ipse facere teneatur.*
3 *Hæredes non possunt impugnare, quod eorum authores voluerunt, & approbauerunt.*
5 *Diuisio facta inter debitores, siue hæredes, non ptest præiudicare electioni Creditori, contrà quem agere velit.*
6 *Tutoris culpæ, an, & quando imputari possit, quod pro indemnitate pupilli non egerit.*
7 *Tutor tenetur cumulare redditus pupilli superextantes singulis annis, & ex eis debita soluere, & non alienare bona immobilia, & quando secus. nu. seqq.*
8 *Interusuriæ dotis, Muliere defuncta, sunt soluendæ eius Viro.*
9 *Alimentorum taxatio pro pupillis pendet ab arbitrio Iudicis, considerata qualitate patrimonij, & honestate personarum.*
10 *Creditor non tenetur diuisas recipere solutiones.*
11 *Alienatio bonorum fideicommissariorum facta à Tutore pro soluendis debitis pupilli, cum consensu vocatorum ad fideicommissum, censetur in omnibus iustificata.*
12 *Maritus tenetur ad solutionem æris alieni, & legatorum Vxoris vsque ad concurrentem eiusdem dotis quantitatem.*
13 *Gratia quando non dicatur subreptitia, quamuis fuerit obtenta sub erronea narratiua.*
12 *Dos à Patre relicta in certa quantitate cum facultate addendi, & minuendi potest à Tutore augeri, & quando Tutor potest condemnari ex hac causa.*
15 *Bona fideicommissaria possunt alienari pro expensis occasione nuptiarum, quia sunt de appendicijs dotis.*
16 *Impensæ factæ à Tutore pro Cappellæ constructione, ex quibus iustificatæ remaneant.*
17 *Solutiones duo consequi pro eodem credito est inconueniens.*

DECISIO CCI.

SEQVENDO ordinem decisionum, quæ emanarunt in hac causa repetam creditum illorum de Ferris fuisse calculatum sub 20. Februarij 1647. ad scuta 5160. b. 70. cui decisioni cum neutra pars acquiesceret fuit sub hac die proposita causa in qua per Dominos fuit resolutum standum esse in decisis, excepta partita scut. 2850. apposita ad fauorem illorum de Amicis, vt apparet ex eadem decisione sub §. *prima enim partita, &c.* quæ venit apponenda ad creditum illorum de Ferris, & correctis erroribus calculi.

Prima enim partita respectu fructuum Prędij Collis taxatorum in summa scut. 55. singulis annis ab anno 1579. quo fuit illud alie-
1 natum † satis iustificatur ex taxatione legali, quæ solet fieri ad rationē quinque pro centenario in fructibus Prædiorum rusticorum, & in proposito casu constat dictum Prædium fuisse alienatum pretio scut. 1100. & sic applicatur dispositio, *gloss. cōmuniter receptæ in authen. præterea in fin. verb. iustam, C. de Sacros. Eccles. Corn. cons. 265. num. 1. lib. 1. Neuiz. cons. 74. num. 5. Rota in Romana vsusfructus 16. Nouembris 1612. & 26. Aprilis 1613. coram Vbaldo*. Et licet nonnulla opponantur pro parte illorum de Ferris circa quantitatem fructuum, illa tamen eliduntur
2 ex adductis pro Amicis † ex quibus magis adaptatur *d. authen.* dispositio, ac verisimilitudo, & ideò liquidatio huiusmodi certior, ac tutior DD. visa fuit maximè, quia ab eorum etiam arbitrio valdè dependere solet, vt alijs relatis probat *Natt. cons. 515. num. 6. vers. inuenio etiam, Card. Seraph. decis. 955. num. 3. vers. quia in hac materia, & seqq. & decis. 1132. num. 1. vers. cum in hac materia, & decis. 1245. num. 6. vers. quantum ad fructus, Surd. decis. 283. nu. 27. Buratt. decis. 921. num. 5. vers. cum pro liquidatione, Duran. decis. 307. num. 3. vers. & materia liquidationis, cum seq. ac in recent. decis. 727. per tot. part. 3. & decis. 718. nu. 6. vers. cum in hac materia, & seqq. part. 4. tom. 3. & decis. 522. nu. 4. vers. cum tanquam, & sequen. part. 5.*
3 Eoque magis prædicta liquidatio attendi debet, quia pretium Frumenti ex dicto Prædio recollecti, fuit iuxtà taxam Ciuitatis Maceratæ, *Cepoll. Veronen. de simulàt. contract. præsumpt. 2. num. 28. Cagnol. in l. 2. nu. 25. & 269. C. de rescind. vend. Couarr. uar. resol. cap. 9. num. 6. in fin. Valasc. cons. 43. num. 14. tom. 1. Surd. cons. 193. num. 21. &* de-

decis.2. ac decis.282.num.26. & in recent.decis.343. num.3. part.1. Mediolanen. liquidationis fructuum, & taxationis expensarum 28, Decembris 1600.coram Lancellotto, & in Bononien. de Pannolinis 28. Aprilis 1614. coram Manzanedo.

Secunda partita dictæ decisionis continet pretium Prædij della Cimarella, ac illius fructus, & ista pariter remanet iustificata. Nam ad pretium non potest Tutor condemnari, cum venditio facta fuerit ex iusta causa, nempè pro solutione magni æris alieni, quo præmebatur Pupillus sub grauibus vsuris, & cum solemnitatibus, nempè dispensatione Apostolica ad instantiam, & preces non solius Tutoris, sed Ludouici Patris, & authoris illorum de Ferris, atque aliorum interesse habentium obtenta, à quibus deindè fuit ratificata de anno 1604. die 18. Decembris, & præuia sententia executoris super eius iustificatione, & licentia dictæ venditionis specialiter prolata;

4 Vndè † non possunt hodie isti de Ferris impugnare, quod eorum authores voluerunt, & approbauerunt, *l. frater, §. qui duos, ff. de adopt. l. cum quadam, C. de administr. Tutor. l. fin. in princip. ff. de inoff. testam. gloss. in cap. si quis iusto, §. porrò, vers. nihil agat de elect. in 6. Molin. de primog. Hisp. lib.2. cap.5. num.51. & 53. Franch. decis.69. num.1. Rot. post Cenc. de censib. decis.277. num.11. vers. non obstat, & in recent. decis.78. num.4. vers. & ideò, & num.5. vers. & ex vna, part.1.* Ideòque nihil potest imputari Tutori, qui dictũ contractum legitimè celebrauit, & pretij indè redacti partem in solutionem debitorũ residuum autem in emptionem censuum iuxtà formã eiusdem Breuis, & sententiæ érogauit, vt apparet ex publicis Instrumentis exhibitis, vt demonstratum fuit in decisione, quæ reuidetur in §. *Prædium Cimarellæ.*

Non obstat, quod ex eo pretio soluta fuerint etiam debita spectantia ad præfatum Patruum pupilli.

5 † Quia cum pro illorum solutione obligatus esset insolidum ipse Marcellus, & Ioannes ipsius Pater non potuit euitari eorum solutio sub prætextu eorum diuisionis inter debitores, siue heredes eorum respectiuè factę, quæ non potuit electioni alterutrius creditoribus competenti præiudicare, *l. moschis, ff. de iure fisc. l.2. & l. exprimere, C. de duob. reis, Didac. var. resol. lib.2. cap.7. nu.7. Surd. decis.44. nu.6. & in recent. decis.373. nu.30. vers. Zamettus verè, part.4. & 431. numer.8. part.5. tom.2.* Nec

6 culpa† Marci Antonij de Amicis Tutoris potest imputari, quod aduersus Marcellum pro indemnitate pupilli non egerit, quia cum ille fuerit à creditoribus molestatus iam defuncto Patruo non soluendo inanis erat actio, quæ tamen in iudicium deducta, atque relata fuit in sententia emanata in iudicio cõcursus cum cęteris creditoribus anno 1594. die 19. Decembris, vt ex ea patet, *text. in l.2. vbi gloss. penult. & final. C. arbitr. tutel. Rot. decis.360. num.16. part.4. tom.2. recent. Duran. decis.241. numer.13. vers. in omnem casum.*

7 Minus obstat, † quod Tutor tenetur cumulare redditus pupilli superextantes singulis annis, atque ex eis debita soluere, talique pacto bonorum immobilium alienationem euitare. Quoniam asserta superflùitas, & abundantia reddituum per illos de Ferris non iustificatur ad hunc effectum sufficienter, & licet dicti fructus ascenderent ad scuta 727. tamen deductis interusurijs, quæ ratione æris alieni assignati pupillo in diuisione cum Patruo facta, quæ, vel ex persona Patris, vel etiam propria ex causa census venditi Antonio Iusto soluere

8 tenebatur, † necnon Dotis Cleriæ Matris scut. 1200, quæ soluenda erant eius secundò Viro, *Card. Seraph. decis.906. numer.2. & seqq. & decis.1413. num.2. & in recent. decis. 168. num.2. vers. debentur secundo Viro, part.2.* ad rationem scut. 7. pro centenario iuxtà stylum illarum partium, aliaque scuta 4000. auri in auro occasione dotis subindè constitutæ Barbaræ Sorori pupilli, quæ pariter soluenda erant, prout soluta fuisse probantur ex Instrumento quietantiæ factæ illis de Compagnonis emptoribus dicti Prædij per Io: Baptistam Cassinum eius Maritum die 1. Iulij 1598. inter ista connumerantur etiam alimenta, & salaria respectiuè pro seruitio Francisci pupilli ad rationem sc.60. Barbaræ Sororis vsquequo nupsit scut.50. famulæ scut.30. Pedagogi scut.40. & factori scut.45. iuxtà declarationes factas in decisione quæ reuidetur, quæ fuerunt hodie

9 per Dominos confirmatæ † à quorum arbitrio huiusmodi taxatio dependet, considerata qualitate patrimonij, & honestate personarum, iuxtà *text. in l. cum plures, §. cum Tutor, & l. sequen. in princ. ff. de administr. & pericul. Tutor, l.2. §. modus, & l.3. vbi pupill. aduers. debit. l.2. C. de aliment. pupill. præstan. Surd. de alim. tit.3. quæst.7. & tit.8. priuil.86. Paul. Montan. de Tutor. & Curat. cap.32. num.221. vers. modus autem, & sequen. Io: Guttier. de Tutel. par.3. cap.7. n.20. vers. ego addo Galganett. in simili tract. lib.2. tit.19.* ex quibus omnibus clarè constat aliquam non superfuisse quantitatem reddituum, quæ sufficere, vel cumu-

10 lari posset pro satisfaciendis creditoribus, † qui non tenebantur diuisas recipere solutiones, *l. planè, ff. famil. hercifcund. l. Tutor. §. Lucius, ff. de vsur. l. acceptam, C. eodem, Gabr. cons.115. num.19. vers. tum quia particularis solutio lib.2. Surd. dec.186. num.2. vers. at creditor non cogitur.* Quæ omnia

11 eo † magis Dominis visa fuerunt admittenda dum causa alienationis dicti Prędij non solum fuit declarata iusta, & approbata per sententiam executoris Apostolici, verum etiam per Ludouicum authorem eorumdem de Ferris, & alios vocatos ad successionem eiusdem Prędij vigore fideicommissi ordinati à dicto Ioanne, vt legitur in Instrumento celebrato sub die 18. Decembris 1604. nec credendum est, quod vllo pacto ad proprium eorum damnum, & præiudicium illa permisissent, si vera, & iustificata vndique non extitisset, vel si Tutori, quidquam imputari potuisset, *ad reg. l. cum de indebito, ff. de probat. Menoch. de præsumpt. lib.1. quæst.18. nu.13. vers. idem est, Buratt. decis.85. num.8. vers. & cum illa.*

Nec releuat prætensa obreptio Breuis Apostolici confirmantis alienationem eiusdem Prædij.

Quia

Quia ex Instrumentis per illos de Amicis exhibitis, & ex ipso processu coram Vicario Reuerendiss. Episcopi Maceraten non solum omnia exacta serie narrata Summo Pontifici iustificantur, verùm etiam formam in eadem decisione præscripta fuisse seruatam apparet. Et licet in supplicatione tunc porrecta fuerit expositum Franciscum pupillum fuisse Cleriæ Matris hæredem, qualis deindè post 40. circiter annos visus fuit Rotę legitimè non probari coram bon:mem: Merlino, hoc tamen non officit; tum quia verè fuerat institutus hæres vniuersalis, vt apparet ex Testamento condito de anno 1591. 22. Iulij exhibito, & alijs eo tempore reputabatur etiam ab eodem Ludouico authore eorumdem de Ferris de cuius ordine fuit facta dicta supplicatio, & deindè approbata; tum quia huiusmodi expositio fuit facta ad effectum ibidem expressum, scilicet comprobandi ipsum fuisse obligatum soluere æs alienum etiam à Matre cōtractum ex dote eiusdem à bonis paternis detrahenda, vt legitur, ibi: *Dictaque Cleria instituit hæredem præfatum Franciscum, quæ etiam dum vixit nonnulla debita contraxit, ac nonnulla legata reliquit ab ipso Francisco persoluenda, quæ ad præsens necesse est soluere cum dictus Franciscus sit eius hæres, eaque soluenda veniant ex dote ipsius Cleriæ, quæ venit pariter detrahenda ex bonis prædicti Ioannis*. Ideò cum idem resultet effectus, licet ille non esset Matris hæres, quia nihilominus tenebatur tanquam hæres Patris, † eoque nomine debitor
12 dictę dotis obnoxius erat solutioni æris alieni, & legatorum maternorum vsque ad concurrentem eiusdem dotis quantitatem, *l.2.C.quando fisc. vel priuat. Surd. cons.4.num.21. vers.& talia nomina debitorum, ac sequen.& decis.140.num.2. vers. cum in generali obligatione, Buratt. decis.687. num.5. vers.quorum appellationem*, vndè † data
13 etiā tali erronea narratiua non potuisset Summus Pontifex reddi difficilior in concedendo gratiam super huiusmodi alienatione, *cap. super litteris, vers. inter alias*, ibique *gloss. & Felin. num.8. & alij DD. de rescript. Rot. decis.418. nu.1. vers. in tantum part.1. & decis.5. num.4. vers. quibus accedit part.2. rec. Camerinen. pensionis 26. Iunij 1641. coram Eminentiss D. Card. Panzirolo, & in Cæsaraugustana Beneficij de Linares 27. Apr. 1644. coram R.P.D. meo Bichio*.

Quoad tertiam partem fructuum eiusdem Prædij, qui fuerunt liquidati ad rationem quinque pro centenario iuxta præsumptionē legalem concurrunt etiam pro illius iustificatione partitæ descriptæ pro nonuullis annis in quibusdam libris ipsius Tutoris, necnon Testiū depositiones idem corroborantes, & ideo Domini transiuerunt pariter circa eam cum fundamentis dictæ decisionis.

Dos verò Barbaræ Sororis pupilli constituta in summa scut.4800. monetæ pariter visa fuit apponenda ad creditum eiusdem Tutoris, vt firmatur in eadem decisione, quæ reuidetur, §. *secundò loco*, non obstante, quod Ioannes illius Pater ob eam causam filiæ legauerit
14 scut.3000. † Nam addidit, & plus, & minus, arbitrio Cleriæ Vxoris, & Marcelli Fratris, à quibus deindè fuit declarata in illa quantitate attento qualitate Viri, quem dote huiusmodi fuisse dignū Testes deponunt, ita quod nec respectu augumenti huius dotis imputari possit aliqua culpa, minusque dolus Tutori, prout necessè foret ad effectum condemnandi Matrem siue Tutorem ex hac causa, *l.cum post, §. prætereà, & §. sed is, ff. de adminiſtr. Tutor.* & confert *in l.1. in verb. Pupillo, vers. vel tertiò*, ibique *Bald. sub num.2. & Castr. sub num.7. vers. vel tertiò, C. de his quibus, vt indign. Bald. nonell. de dot. part.6. priuil.45. num.2. vers.& hoc nisi, Barbos. in l.1. part.4. n.740. in fin. vers. si verò scienter, ff. solut. matrim. & alij relati in eadem decisione dicto §. secundo loco, Rot. decis.511. num.7. part.2. recent.* & firmatur in eadem decisione, quæ reuidetur §. *secundò loco*, maximè cum posteà talis dos fuerit etiam approbata à præfato Ludouico, & alijs in dicta supplicatione de eorum ordine Summo Pontifici porrecta.

15 Expensæ † pariter factæ occasione nuptiarum in summa scut.300. ad creditum quoque eiusdem Tutoris sunt apponendæ, vt firmatur in eadem decisione §. *Fuerat., quia sunt de appendicijs dotis, & consuetæ præstari inter Nobiles*, prout etiam Testes deponunt, *dicta l. cum plures, §. cum Tutor*, ibique *gloss. in verb. solemnia, et in verb. pro declaratione, ff. de administr. et pericul. Tutor, Alex. cons.36. viso themate sub num.6. vers. & ita concludo lib.6. Gabr. cons.111. nu.3. vers. exploratum etiam est, ac seqq. lib.2. Thesaur. decis.192. nu.8. vers. neque solum, et seqq. & decis.195. num.5. uers. ea autem, Rot. decis.556. part.1. diuers. & decis.30. num.27. uers. ex eadem prorsus ratione part.7. recent.*

16 Alia impensa † scutorum 300. in constructione Cappellæ facta videtur satis iustificari ex Testamento præfati Ioannis in quo apparet expressè ordinata ex partitis per Tutorem descriptis, & ex Instrumento actualis solutionis scutorum 300. in eam causam factæ concurrente operis perfectione, iuxtà *decis. Afflict.13. nu.23. uers. est enim considerandum, & seqq. Menoch. præsump.135. num.2. uers. receditur tamen, ac sequen. & num.19. uers. octaua coniectura lib.3.*

Ad creditum illorum de Amicis sub dicta die 20. Februarij 1647. §. *prima enim partita, &c.* fuerunt apposita scut.2850. remanentia ex pretio eiusdem Prædij Cimarellæ, quæ fuerunt inuestita in tot censibus, qui hodie possidentur ab eisdem de Ferris pro cautela empotorum eiusdem Prædij Cimarellæ, ordinarunt autem hodie Domini huiusmodi scuta 2850. esse apponenda ad fauorem eorumdem de Ferris ea ratione, quia in eorumdem debitum vt apparet ex decisionibus præteritis calculatum fuit totum, & integrum pretium Prædij,
17 *della Cimarella*, consistit in scut.14341. † Vndè cum dicta scuta 2850. sint pars pretij eiusdem Prædij, *della Cimarella*, pernecessè ad fauorem eorumdem de Ferris apponi debent, alias sequeretur, quod eisdem de Amicis pro secunda vice solueretur hęc summa scut.2856. quod esset inconueniens, *ad text. in cap. bona fide de reg. iur. in 6. l. bona fides, ff. eodem tit. l. Stichum, §. dolo. ff. de solution. Surd. cons.150. num.100. & cons.413. numer.11.*

Sunt etiam apponenda ad fauorem eorumdem de Ferris scuta 1434. & baioc. 10. quia partita diminutionis pretij monetę Cimarellæ constitueñ dictam summam 1434. 10. bis calculata fuit ad debitum dd. de Ferris semel in decisione emanata sub die 17. Martij 1645. in §. *pretium autem*; Et altera vice in decisione emissa de anno 1647. in §. *Necnon*.

Ad creditum eorumdem de Ferris ponenda esse alia scut. 70. Domini censuerunt propter fructus census cum Communitate Massacij, nàm illi ascendunt ad scuta 700. sed quia dicta scuta erant monetæ Marchiæ in calculo crediti demptus fuit iulius vnus pro quolibet scuto, & constituta summa scut. 630. prout ex eadem decisione §. *Computatis igitur scutis*, vndè dicta partita apparet duplicata.

In aliis scutis 358. constituendi sunt creditores dicti de Ferris occasione erroris calculi facti sub die 23. Ianuarij 1644. circa taxationem fructuum dicti Prædij Cimarellæ, qui iuxtà taxam legalem scut. 5. pro centenario fuerunt calculati ad scut. 12548. ab anno 1579. quo suscepta fuit Tutela vsque ad annũ 1596. quo Prædium fuit distractum ad rationem scut. 717. quolibet anno, vt apparet ex eadem decisione §. *dictum verò Prædium*, & tamen debebant calculari vsque ad summam sc. 12906

Alia scut. 90. ponenda sunt ad fauorem dd. de Ferris occasione alterius erroris calculi circa taxationem fructuum Prædij Collis; Nam illi ad rationem scut. 90. pro singulo anno pro annis 65. constituunt summam scutorum 5850. non autem 5760. prout calculati fuerunt in decisione dicti anni 1645. Vndè addendo credito eorumdem de Ferris firmato in vltima decisione sub dicta die 20. Februarij 1647. in summa scut. 5167. & bai. 70. dicta scuta 2850. prouenientia ex pretio Cimarellæ, & scut. 1434. proprer duplicatam partitam decrementi monetę eiusdem Cimerellæ scut. 70 ex geminata diminutione monetæ fructuum census cum Communitate Massacij, scut. 358. occasione erroris calculi circa fructus Prædij Cimarellæ, & alia scuta 90. occasione alterius erroris calculi circa taxationem fructuum Prædij Collis, creditum illorum de Ferris remanet in scutis 9972. & ba. 70. Ex quibus tamen cum debeant detrahi scuta 1290. & b. 70. propter decrementum monetæ in fructibus Prædij Cimarellæ calculatis ad rationem monetæ Marchiæ iuliorum nouem pro quolibet scuto, creditum dd. de Ferris restat in sc. 8682. In quibus ijdem de Amicis erunt condemnandi.

Cæterarum verò partitarum, quæ longa serie hinc indè, vel ad debitum Tutoris, vel ad eius creditum fuerunt deductæ, nulla fuit habita ratio in pręsenti inspectione in qua agitur dumtaxat de compręhensis in dicta decisione. Et ideò Domini dixerunt, quod de illis particulariter videretur.

Et ita vtraque parte, &c.

R. P. D. GHISILERIO.
Postea Episcopo IMOLEN.
Arimineñ Manutentionis.
Veneris 5. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Subhastatio est ipso iure nulla, & non vuenit annullanda, si probetur, quòd bona de eo tẽpore fuissent longè maioris valoris; valor autem dictorum bonorum, benè remanet comprobatus ex locatione postmodum subsequuta ad fauorem deliberatarij, qui an possit cogi ad supplendum iustum pretium, vel teneatur reddere bona restituto pretio clarè demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Per contradictas, an, & quando procedi possit non probata prius absentia debitoris ab Vrbe, & an sit neeessaria vlterior citatio personalis.*
2 *Citatio, in qua fuit erratum in nõmine afficit, dummodò citationis scientia peruenit ad eum, qui citari debebat.*
3 *Citationis scientia, seu notitia, etiam per coniecturas probari potest.*
4 *Valor bonorum de tempore deliberationis probatur ex locatione postmodũ subsecuta, licèt duo anni intermedij fuerint.*
5 *in Stabilibus fructus calculantur ad rationem quinque pro centenario.*
6 *Subhastatio est ipso iure nulla, & non venit annullanda, si probetur, quòd bona essent longè maioris valoris.*
7 *Tempus deliberationis ad ostendendam læsionem, seu excessiuitatem, est attendendum.*
8 *Iura, quæ non sunt in actis, extra mundum extare dicuntur.*
9 *Adiudicationis rescissionem petens, non est audiendus, nisi pretio restituto.*
10 *Transactionem, ubi quis rescindere vult tenetur in prius, & antè omnia restituere, seu offerre quidquid accepit.*
11 *Ablatiuus absolutus importat conditionem.*
12 *Deliberatarius non potest cogi ad supplendum iustum pretium, sed est in eius electione, vel reddere bona restituto pretio, uel iustum pretium supplere.*
13 *Electio est in potestate emptoris, uel reddere bona restituto pretio, vel iustum pretium supplere.*
14 *Electio de iure datur conuento.*

DECISIO CCII.

EX rationibus, & fundamentis addnctis in decisione in hac causa facta sub die prima Iunij 1647. iterum fuit resolutum R. P. D. Ioanni Ghino habenti causam à Ballapanibus creditoribus Iulij Mastini in scutis 430. pro quibus ab A. C. obtinuerunt mandatum deindè exequutum super prædio controuerso, dandum esse mandatum de manutenendo in possessione d. prędij ritè, & rectè subhastati, & deliberati Ballapanibus tanquam tertis, & maioribus oblationibus postea illud vendiderunt eidẽ R. P. D.

R.P.D. Ghino possessione subsequuta, cuius ratione ei debetur manutētio in vera,& actuali possessione non obstantibus illis, quæ repetebantur pro parte dicti Iulij.

Nam quod attinet ad prætensam nullitatem processus A.C. elicitam ex defectu citationis.
1 & † quod non potuerit procedi per contradictas, nisi prius probata absentia Iulij ab Vrbe; satis, superq; remouetur ex allegatis *in decisione in §. prætensa nullitas*, vbi conuincitur, quod contra obligatum in Curia in forma Cameræ, sicut erat Iulius, possit agi per contradictas, nec sit necessaria vlterior citatio personalis, aut Domi principalis debitoris, & quidquid dicat *Gratian.cum alijs ab eo relatis discept.* 686. *num.* 28. quod ante huiusmodi processum procedere debeat aliqualis probatio absentiæ debitoris, vel non applicatur, ex quo non loquitur de obligato in forma Cameræ, vel in præsenti cessat, cum ex literis missiuis eiusdem Iulij, quarum vigore fuit susceptus terminus 30.dierum ad soluen̄ debitum satis cōstet de eius absentia, sed in hoc casu fuit etiam citatus Iulij
2 Procurator, qui in vrbe aderat, † & quamuis erratum fuerit in nomine, cum loco Iosephi fuerit citatus Stephanus Fabrettus frater, tamē ex deductis in *decisione §. Nec facit*, satis constat de identitate personæ, quodq; ad ipsum Iosephum Procuratorem peruenit citationis sciē-
3 tia, † quæ etiam cōiecturis probari potest, *Bald. consf.* 392. *num.*1. *lib.*1. *Alex.consf.*187.*num.*8.*lib.*2. *Soccin.Iun.consf.*116.*num.*47. *lib.*1.*Guidop. consf.*23. *num.*20. *Ceph.consf.*114. *num.*15. *Rota in Rom.diuisionis* 20.*Iunij* 1639.*coram R.P.D. meo Bicbio*, prēterquam quod informantes pro D. Ghino, & Ballapanibus addunt, quod nō docetur, prout debet, dictum Iosephum acceptasse mandatū procuræ Iulij in hac causa, sed tantum in alia causa diuersa, quæ de anno 1642. pendebat in Rota.

Alia nullitas in præteritis positionibus non deducta, nempè, quod deliberatio facta fuerit Ballapanibus etiam pro scutis 30. pro expensis non adhuc à Iudice taxatis, quo casu ratione illiquiditatis, & excessus prætenditur deliberationem corruere in totum, cessat ex facto, ex quo patet dd. Bellapanibus in vim prædicti mandati fuisse primo loco consignata scuta 203.70. deindè per aliud mandatum postea obtentum in vim pacti appositi in Instrumento obligationis. casu quo aliud ex bonis Iulij venderetur, ipse teneretur soluere totam summam debitam Ballapanibus fuisse consignata alia scuta 200. & demum fuisse taxatas expensas in scutis 40. ad quorum computum fuit eis consignatum residuum cedulę ascenden̄ ad scuta 27.

4 Neque potest impedire manutentionem allegata læsio, † quæ prætenditur probari ex instrumento deliberationis, ex venditione immediatè subsequenti facta D.Ghino, cum prędium fuerit deliberatum pro scutis 430.tantū, & tamen statim venditum pro scutis 840. ex locatione ad quadrienniū facta de anno 1638. quæ videtur percutere tempus deliberationis, licèt duo circitèr anni intermedij fuerint, *Rota coram Caual. decis.* 458. *num.* 4. qua constat præ-
5 dium fuisse locatum pro scutis annuis 75.† quę summa ad rationem quinque pro centenario, vt solet in stabilibus, *iux.gloss. communiter receptā in auth.præterea C.de sacr.Eccles.* constituit in proprietate valorem scut.1500. ex vēditione eiusdem prædij alijs facta de anno 1627. per DD. de Caprinis eidem Iulio pro scutis 1850. ex fide æstimatorum loci, vbi est situm prædium controuersum referentium valorem eiusdem prædij in scutis 80.pro qualibet tornatura, quę in totum constituunt summam scutorū 1800. & vltra, & demum ex epistola eiusdem Ioannis Ballapani sub die 11. Nouembris 1647. ad cuius instantiam emanauit deliberatio continens, quod reperiebatur oblatio scutorū 1100.
6 quibus † omnibus simul iunctis prætenditur probari prędium esse longè maioris valoris, vt proprerea stante læsione reddatur subhastatio ipso iure nulla, non autem annullanda *l.* 2. *C. de rescind.vendit.Thesaur.decis.*65.*num.*7.*Fontanell. decis.*64. *num.*2.*&* 3. *& decis.*66.*num.*17. *& in tit. de pact. nuptial.gloss.*2. *decis.*7. *par. num.* 59. *ad hoc tradita per Posth.de subhast.inspect.*59. *num.*5. *& per Gratian.discept.* 823, *num.* 38. *&* 39. Quia vltra quod omnia instrumenta, & locationes de partibus loquuntur de scutis monetę Romandiolæ scilicet bonon. 34. pro quolibet scuto, & quod pro parte R. P. D. Ghini docetur de instrumento locationis factæ per Iulium anno 1642.pro scutis 42. monetæ Romanæ ad quadriennium, ex qua videntur tolli antecededens
7 locationes, & extraiudicialem relationem, † cū ex illa desumatur valor de tempore deliberationis, & venditionis, quod in læsione attenditur *l. si voluntate C. de rescind.vendit. cap.cum dilecti, vbi gloss.in uerb.tunc valentis de empt.& vendi. c.ut super de reb.Eccles.non alienan.Gabr.concl.*1.*numerr.*46.*de empt.& uendit.Rot.in Roman.Casalis Iu-*
8 *liani* 19. *Iunij* 1595. *coram Litta* Instrumenta, † & iura ad proban. læsionem deducta nunquam fuerunt producta, nec facta de actis, & per cōsequens extra mundum extare dicuntur, *Rota in Placentina deuolutionis* 11. *May* 1602. *coram Penia*, & circa ea non est immorandum, sed interim donec fiant de actis, & discutiatur de eorum viribus R.P.D. Ghino est danda manutentio, præsertim, quia adhuc persistit in oblatione aliàs facta dimittendi prædium restitutis sibi scutis 840. quæ omninò restituenda sunt, cum cesserint in vtilitatem Iulij debitoris, & interim emptor est manutenen. in possessione
9 ex regula, † quod petens rescissionem contractus sui adiudicationis etiam præcedente subhastatione non est audien̄, nisi pretio restituto, *l.si ante C.de pact.inter empt. & uend.l.utere, & l. si prædium C.de præd.minor.& l.penul.§.final.ff.de reb. cor. Roland. consf.* 7. *nu.*3.*lib.*3. *Afflict. decis.*200.
10 *num.*4. vbi † quod quando quis vult agere aduersus transactionem, tenetur restituere, siuè offerre accepta in primis, & ante omnia *per tex.in l.diuersa pars.C. de transf.in princ.* ibi: *refecta*
11 *alia pecunia* † qui cum loquatur per ablatiuum absolutum facit conditionem. *Vrsill.ad Afflict. d.decis.*220.*num.*2.*ita Modern. Pisaur. de subhast. &*
12 *licit.b.*47. *num.* 25. *& quæst.*48. *in princ.* † neque potest

potest cogi ad supplendum iustum pretium, quia in eius electione est, vel restituto pretio prædium reddere, vel iustum pretium supplere *iuxta l. rem maioris C. de rescind. uendit.* in qua
13 disponitur † electionem esse emptoris ibi, vel si emptor elegerit, *ubi gloss. in eodem uerb. elegerit* quæ firmat in potestate emptoris esse, *Arr.*
14 *Pinell in d. l. rem maioris par. 3. num. 12.* iuxta† electionem, quæ de iure datur conuento, vt notat *Bart. in d. l. rem maioris, & Angel. in § si quis agẽs num. 5. uers. ultimo in ista materia instit d. action. Gomez. uar. resolut. tom. 2. cap. 2. num. 22. in princ.*

Ex quibus DD. steterunt in decisis prima Iulij 1647.

R. P. D. PEVTINGERO.

Sipontina Pensionis.

Lunæ 8. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Consignatio depositi iudicialis facta ad fauorem titularis in iudicio super nullitate pensionis introducto, dicitur executio sententię latę super nullitate prędicta, quę consignatio cum importet actum contrarium quasi possessioni eiusdem pensionis vtique per eam dicitur executa sententia, quę nullitatem inducit.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas partis, & Iudicis colligitur ex citatione, & decretio.*
2 *Executio non habet certam formam, sed sufficit quoquomodo fiat.*
3 *Negatoria colligitur ex verbis sententiæ continentibus libertatem beneficij.*
4 *Consignatio facta in executionem sententiæ dicitur conformis eidem sententiæ.*
5 *Consignatio dicitur executio sententiæ.*
6 *Pensio solui debet ab Aeconomo.*
7 *Executio sententiæ requirit factum hominis.*
8 *Executio sententiæ quando factum hominis, quando verò Iudicis factum requirat, & super nu. 7.*
Sententia quando secus dicatur trahere executionem num. 8.
9 *Consignatio requiritur vbi adest sequestrum, & depositum.*
10 *Depositum dicitur contentiosum, & iudiciale, si fuit factum auctoritate Iudicis citata parte.*
11 *Consignatio depositi iudicialis fieri nequit absque Iudicis mandato.*
12 *Depositum concernens interesse partis non potest propria auctoritate recuperari.*
13 *Consignatio ad sententiam referenda est vbi in executionem illius fuit facta.*
14 *Damna, & interesse in actione negatoria veniunt officio Iudicis*
15 *Sententia refertur ad effectus illius, etiam si de dd. effectibus nulla fuit effecta mentio.*
16 *Actio personalis contra titularem competit pensionario, & hipotecaria super fructibus.*
17 *Sententia in aliquo executa dicitur executa in totum.*
18 *Possessio unius rei in causa vniuersali trahit secum possessionem omnium aliarum rerum sub eadem causa comprahensarum.*
19 *Possessio dicitur amissa stante executione sententiæ.*
20 *Consignatio fructuum beneficij libere facta titulari dicitur actus contrarius quasi possessioni, & seruituti possessionis in eodem beneficio antea existenti.*
21 *Iniustitia tollitur ex decisionibus.*
Præsumptio stat pro decisionibus nu. 21.
22 *Sententia lata de voto Rotæ præsumitur iusta.*
23 *Clausula*, non retardata pensione, *modificatur ab alia clausula*, itaut titularis non teneatur de proprio.
24 *Suspensio petitorij non reddit sententiam in petitorio latam nullam.*
25 *Sententia præcessisse præsumitur citationi factæ eadem die qua fuit facta citatio ad sententiam.*
26 *Subreptio in Curia non admittitur propter facilem recursum ad Principem.*
27 *Clausulæ per Papam concessæ non recipiunt restrictionem per signaturam Regentis,* iustitiam faciat.
Signatura Regentis Iustitiam faciat *non collit clausulas à Pontifice concessas nu. 27.*

DECISIO CCIII.

CONCESSO D. Principi Octauiano Medices sub diebus 8. Aprilis, & prima Iulij anni præteriti mandato de manutenendo in gradu restitutionis in integrum aduersus sententiam A.C. & rem iudicatam in quasi possessione exigendi annuam pensionem scutorum 1260. monetæ Romanæ super Abbatia S. Mariæ de Pulsano Sipontinæ Diæcesis, nunc à D. Petro Columna possessa; ad eius instantiam hodie causa reproposita Domini recesserunt à decisis.

Quia cum potissima ratio dictarum decisionum fundetur in hoc, quod exequtio facta à lege non impediat manutentionem, prout eam impedit executio facta ab homine *iuxta decis. Buratt. 604. num. 16. cum alijs allegatis*; Ideò dum hodie examinaretur, an in hoc casu sententia contra Dominium Principem Pensionarium ab Auditore Cameræ de anno 1636. ad fauorem D. Abbatis Petri Columnæ titularis cum voto Rotæ lata, declarans dictam pensionem esse nullam, inualidam, & litteras Apostolicas desuper non suffragari Principi, absoluendo in futurum Dominum Abbatem à solutione pensionis, fuerit facto hominis executioni demandata, quæ manutentionem ex allegatis in decisionibus, quę reuidentur impediat; Plures circumstantiæ ponderatæ fuerunt, quæ facto hominis executioni dictam sententiam demandatam fuisse comprobant.

In primis quod specificè, & nominatim fuit à parte petita, & à Iudice concessa executio sententiæ, vt ex actis Iudicialibus relatis in *Summ. D. Abbatis num. 5.* ex quibus apparet, quod sub diebus vndecima, & decimaquinta Octobris 1638. ad instantiam ipsius fuit citatus D. Principes Octauianus ad videndum mandari exequi sententiam, & pro illius exequutione consignari omnes, & singulos fructus

ctus recollectos, seù recolligendos ex omnibus bonis,& Iuribus Abbatiæ penès Affictuarios, Custodes,& alios quoscunque à D.Principe causam habentes, existentes, et mandatū de consignando decerni et relaxari, quod fuit decretum, et relaxatum, et successiuè expeditum *vn in Summ.nu.* 6. et subinde exequutum, mediante actuali consignatione omnium fructuum tàm existentium penes Colonos, quã aliorum depositatorum penes Regiam Dohanam, vt probatur *ibidem num.* 7. itaut dubitari non possit de voluntate nec partis exequendi,
1 nec iudicis committendi exequutionem, † cū vtriusque voluntas sit expressa in citatione,et decretis iuxta petita emanatis *l. ille aut ille de leg.3.* et in nostris terminis *Bald.in l.consentaneum num.43.uers. aut fuit facta ex sententia C. quomd. & quan.Iud.Bero.cons.32.num.9.lib. 3. Rota in recent. decis.471.num.10.uers.accedit par.4. tom.2.* nequeminùs de ipsa exequutione, cum fuerit perfecta, & consumata mediante subsequuta consignatione fructuum facta per Iudicē pro exequutione dictæ sententiæ, quæ cum non habeat certam formam de sui natura determi-
2 natam, † sed nunc fiat vno modo, nunc alio, sufficit aliquid esse paratum de exequutione sententiæ,vt exequutio dicatur facta *iux.Theor. Bart.in l.is qui Reipublicæ 39.sub nu.3. vers. ad propositum ff.quib.ex caus.maior.Surd.post.Bald.& alios cons.168.nu.46.Rouit.decis.91.num.9.Mastrill.decis. 30.num.6.& 7.*

Secundo considerabant Domini, quod dicta executio,&consignatio fructuum cadit super iuribus ipsius Pensionarij, et adheret nullitati pensionis, vt supra declaratæ per sententiam in actione negatoria intentata perD.Abbatem, qui petijt,et obtinuit declarari pensionem esse nullam, et beneficium remanere liberum ab illius onere, et seruitute, nec am-
3 plius teneri pensionem soluere; † quę verba in substantia concludunt negatoriam, dum continent libertatem beneficij à pensione exaduerso prętensa, *iuxta gloss.communiter receptam in l.2.in verb.qui negat vers.sed magis sensu inspecto ff.si seru.vendic.Ias.in l.si prius num.33.circa med.ff. de oper.nou.nunc.Missinger.in §.æque nu.22.Oinotim. num.29.in fin.vers. nec refert etiamsi verbis affirmationis proponatur, & num.47.Gomes.num.20.Piccar. num.19.Ioannes Arperth.nu.2.Inst.de Act.Idem Missinger.cons.11.num.4.Dec.ad.2.Roffred.de libell.par. 2.rubr.de act.negat.num.5.& seqq.& num.22. Forcatul.in dialog.16.num.4.& seq.& præsertim num.6. in fin.Oliban.de act.par.1.lib.2.num.54.fol.109.* qui firmant in actione negatoria dici tunc prolatam sententiam, quando pronunciatur res libera respectu alicuius pretendentis in illa re ius aliquod incorporale sibi competere, quibuscunque tamen verbis id petitum fuerit; Vnde sequitur, quod dum in vim dictę sententię consignati fuerunt D. Abbati fructus
4 Abbatię,et quidem liberi à pensione,†vt consignatio dicatur conformis sententię latę super libertate beneficij,et super non solutione pensionis *Aymon.cons.135.num.13.vers.sed ipsa,& dixit Rot.coram Reuerendissimo Vrgellen.decis.285.numer.48.&in Bononien.legati de Marescottis 22.Mar-*

tij 1627.coram Merlino, vtiquè talis consignatio
5 dicitur executio sententię † tanquam facta super iuribus pensionarij ex causa eiusdem sententię, et ob eius executionem, vt benè in his terminis *Aymon.cons.10.nu.9.Cancer.var.resol.p.3 cap.17.num.422.*

Non oastat, quod in dicta sententia dictorū fructuum consignatio non sit, nec legatur compræhensa, et D:Abbas ad libitum suum eos fructus absque alicuius Iudicis ministerio, percipere potuerit,seu ab Aeconomo deputato recuperare,vt asserunt Informãtes pro Domino Principe.

Quia licet in sententia de fructibus expressa mentio facta non fuerit, nihilominuùs sine dubio in ea virtualiter, et substantialitèr fuerunt comprehensi in verbis declarantibus nullitatem pensionis, et in absolutione D. Abbatis ab eius prestatione, cuius effectus in eo cōsistebat,quod dictæ Abbatiæ fructus liberè ad Abbatem spectarent, et eidem tamquam Titulari consignaretur, nec alitèr per eum recuperari poterant, quàm ex causa finita, et in executionem dictæ sententiæ, ac de Iudicis mandato. Tùm quia illi rescriptum S.M.Vrbani Octaui lite pendente super nullitate pensionis emanatum obstabat, volentis vt ex fructibus dicto Principi satisfieret, et Abbas non teneretur de proprio ad pensionem *Summ.illius nu.1.* et cū citata parte deputatus fuerit Aeconomus penes quem fructus depositati fuerunt
6 à quo pensio quatenùs soluenda esset † solui debebat ex dictis fructibus, vt in terminis *Buratt.decis.669.per tot.* vtiquè pro executione sententię factum hominis recuperationis fructuū
7 requirebatur, † et sic iudicialis illorum consignatio pro sententię exequutione,vt fuit seruatum *iuxta Theoricam Bart.in l.miles 5.§.qui iudicati sub num.4. vers. nam aut ad vsum ff.de re iud. & sub num. 9. in fin.* vbi ait, quod quando ad vsum libertatis factum hominis non requiritur, tunc sententia lata in actione negatoria dicitur trahere secum exequutionem, quia
8 statim cessat vsus seruitutis. † Si verò factum hominis requiritur, veluti si tigna immissa haberet in domum alterius,et iudicatum fuisset illi ius non esse habere immissum, tunc requiritur executio Iudicis, et benè etiam ad propositum *Fab.in d.§.æquè numer.38.Inst.de act. Modern. Perus. de menut. obser. 106. numero 22.& Rota in calce operis decision.476. numer.7.in vltima editione.*

Tùm quia D. Abbatem precedens seque-
9 strum, † et depositum impediebat *l. si oleum, ibique notant Bart.& Bald. ff.de dolo malo, Foian.de sequestr.reg.3.sub nu.14.vers. an verò;* Et tanquā factum auctoritate Iudicis, deputato etiam ad hunc effectum Aeconomo, citato Principe,
10 tale † depositum erat contentiosum, et iudiciale *Coler.de process.exec.p.1.cap.2.num.71 .& seq. & num.135.Caroc.de sequest.par.1.q.4.princ.num.2.* proindeq; nec D. Abbas fructus pretendere,
11 neque Aeconomus, † seù depositarius illos consignare poterat absque Iudicis mandato, *Castr.in l.acceptam nu.5.in fin.C.de vsur. Rom.cons. 287.num.1.vers.Vndè sequitur Rebuf.ad Const. Reg. par.3.*

par.3.tit.de sequest.art.7.gloss.vnic.num.1.Tiraquell. de retract.conuent.§.4.gloss.9.nu.2.ad med.vers. quia idem, Caroc.de sequest.par.4.p.7. Et etiam quia Abbas ex contradictione Colonorum, et Cõductorum per conditiones in partitis depositorum per eos penes Regiam Dohanam appositas, impediebatur protestando dictos fructus non relaxari, nisi citatis, et auditis D.Principe, omnibusque alijs interesse habentibus. *vt in d.Summ.num.3. & seq. & sub num.* 10. quo casu depositum etiã respiciens interesse Prin-
12 cipis † non poterat ab Abbate propria auctoritate recuperari, vt per *Castr.cons.433.num.2.in fin.lib.1.Tiraq.de retract.conuent.§.4.glos.9 n.2.ver. Nam,& alids.* Denique quia dum Abbas viam iudiciariam elegit, voluitq; in executionem
13 sententiæ sibi fructus consignari, † hæc consignatio ad sententiam referenda est, licèt fructus etiam propria auctoritate recuperare potuisset; *Martic.de tacit. lib. 22. tit. 22. num.15. & decis.33. num.16. Negus.de pign.4.par.princ. nu.23. & 25. & fuit dictum in Romana, seu Veliterna Affictus 26. Iunij & 17.Decembris* 1646.*coram R.P.D. meo Bichio.*

Nec huiusmodi consignatio fructuum repugnabat, vt exaduerso prætenditur, naturæ iudicij intentati super nullitate pensionis, quia immò natura eiusdem iudicij cõsignationem dictorum fructuum requirebat, cum duplex detur effectus negatoriæ, vnus respiciens videlicet denegationem seruitutis contra actorẽ pro vsu seruitutis instantem, & alter effectus respiciens liberam fruitionem, & consequu-
14 tionem damni, & interesse, † quæ officio Iudicis in actione negatoria veniunt, vt probat *tex.in l.loci corpus §. 1. vers. sed & in negatoria ff. si seruitus vendicetur Bald.in l.si quid 5.numer.2.de seruit. & aqu.& tradit Io:Faber in §. æquè num. 35. & 37. ff. de act. Oliban. eodem tit.de act.par.1. lib.2. d. §. æquè num.59.in fine,& par.2.cap.12.num.31. Mising.d. cons.11.num.8. decad.2.* Qui duo effectus,
15 cum sint de natura Iudicij negatorij, vtiquè sententia rectè ad eos, etiamsi de ijs non faciat mentionem, porrigitur, *vt per Bart.& plures allegatos firmatur apud Reuerendiss. Vrgellen. dec.266. num.27. & 28.*

Neque refert, quod Princeps etiam habebat actionem personalem contra Abbatem, ideò dum contra hanc actionem nulla dicatur facta executio, eius [illegible]ore manutentionem prætendere possit. Quia cum tàm realis, quã personalis actio procedant ex eodem iure reseruationis pensionis, eo ipso, quod per sententiam fuit declaratum, pensionem esse nullam, & non deberi, remansit illud ius eradicatum per sententiam, quæ extinguit tàm personalem, quàm realem, prout vtraque pen-
16 sionario competit,† nempè personalis contrà titularem, & hypothecaria super fructibus, vt tradit *Lotter de re benef.lib.p.q.39.num.44. & seqq.* Adeòut cum sentẽtia in aliquo fuerit exequu-
17 ta, † dicitur in totum exequutio facta secundum *Bart. & alios alleg. supra*, prout etiam in simili dicimus, quod stante causa vniuersali
18 possessio † vnius rei sub vniuersalitate comprehensa trahit secum possessionem omnium aliarum, *Felin. in cap.auditis sub num.19.col.2.de præscript. Butr.in cap.fin.nu.47.de caus.poss.& prop. Bald. in l.2.num.57. vers. sed contra C. de seruit. & aq.cum alijs iu Romana hæreditatis de Fabijs 29.Apr. 1641. coram R.P.D. Bichio* & stante dicta execu-
19 tione sententẽtiæ, † omnis possessio etiam dicitur ammissa, *Innoc. in cap. cum nostris num.3. post med. uers. & si quis vellet, Butr. latissimè n.19. uers. quandocumque fertur sententia, Imol. num 33. uersic. secundo casu de concess. præb. Rot. diuers. dec. 70. num.2.par.2. Seraph.decis.1484. num. 7. Greg. decis. 582. num. 5. & 8.* Vnde colligitur, quod quamuis ius percipiendi pensionem sit realiter distinctum à iure percipiendi fructus, neq; proindè a possessione vnius ad aliud illatio fieri possit in alijs casibus, vbi sequentes circumstantiæ non interuenerunt. Hic tamen non procedere stante rescripto Papæ, quod pensio soluatur de fructibus,& fructus fuerunt depositati citata parte, emanauit sententia super nullitate pensionis, & in executionem sententiæ fructus fuerunt consignati Titulari
20 liberi à pensione declarata nulla, † quæ consignatio dicitur actus liberatus beneficij antecedenti quasi possessioni, & seruituti de directo contrarius *l. hæc autem, vbi Florian. num. 3. ff. de seru.urb.præd.Coras.in l. seruitutes la 4. n.41.versic. reqriritur secundo ff.de seruit. Rot.diuers. decis. 109. num.9. & 10.par.2. & coram Reuerendiss. Vrgellen. decis.74.num.59.*

Minusque D. Princeps pro obtinenda manutentione allegare potest iniustitiam sententiæ A.C. quia hæc tollitur ex duabns prioribus decisionibus *in hac causa coram bon.mem.Coc-*
21 *cino* † emanatis, pro quibus stat præsumptio, *vt per Greg.XV. decis.524.num.4. vers.& pro bono iure*, & ad effectum eius executionem in iudicatum transactam retractandi per viam manutentionis non sufficit suspicio iniustitiæ, vel nullitatis, sed euidens, & notoria eius probatio requiritur, maximè dum agitur de senten-
22 tia lata de voto Rotæ, † nam aliàs omnis iudiciorum ordo subuerteretur, vt egregiè fuit comprobatum *in illa Romana de Bombellis 31. Maij 1613.coram Card.Sacrato apud modern.de manut.decis.9.per tot.* quam Rota postea sequuta fuit,*& in Cæsaraugustana pensionis 11. Martij 1619 coram bon.mem. Coccino apud Fenzon.ad Stat. Vrb. decis.171.* & aliàs sæpissimè.

Deniquè nec suspensio petitorij facta à D. Principe, nec clausula commissionis causæ, (non retardata solutione pensionis) vim dictæ sententiæ infringit, quia clausulæ huius obiecti plenè fuit responsum in *decis. 8. Iulij* 1638.
23 *coram bon. memor. Coccino* † & est notandum quod hæc clausula non retardata est modificata ab alia immediatè annexa, ibi: *Ita tamen, quod Titularis non teneatur de proprio, nec quoad eius personam, sed pensionarius ex fructibus Abbatiæ pensionem consequi valeat*, vt ponderauit *Rota coram bon. mem. Coccino in hac causa 8. Iunij 1638.* Suspensio verò petitorij in hoc iudicio retinendæ non impedit prosecutionem petitorij intẽtati ab altera parte, quæ se possidere non præ-
24 tendit. † Nec ideò sententiam super petitorio latam nullam reddit, vt respondet *Rota decis.349.*

cis.349. nu.2. vers. nam licet de iure sit par.1.diuers. & Seraph.dec.1433.vers.3.non videtur,& penes Burat.decis.337. num.11. vers.hoc enim interdictum,& seq. & in Aquilana pensionis 5. Decembris 1642.coram Reuerendiss. Salamantino §.nec dicatur Iudicem non potuisse; Immò cum non appareat suspensionem petitorij ante sentētiam A.C.emanasse, quæ ipso die citationis ad sententiam facta
25 fuit,† sententia præcesisse præsumitur *Acchil. decis.37. de appell. Seraph.decis.1115. num.1. & in* omnem euentum cum pensionarius prius dedisset articulos in petitorio, nec titularis de eius possesione contenderet suspensio sentētirm in petitorio, nou retardabat, *vt fuit dictum in mox allegata Aquilana*.

Quæ dicebātur de subreptione,& obreptione commissionis Vrbani respectu dictæ clausulæ, *Ita quod Abbas non teneatur de proprio, &c.*
26 non subsistunt,† neque in Curia id admittitur propter facilem recursum ad Principem pro moderatione, & declaratione rescripti *Aegid. decis.280. Seraph.dec.594.ex n.1.*& dicta clausula
27 per Papam concessa,non videtur restricta†per Signaturam Regentis *Iustitiam faciat iuxta decis. Seraph. 932.*

Ex quibus motiuis Domini recesserunt à decisis vtraque parte informante.

R. P. D. BICHIO.

Auenionen̄ Saluiani.

Lunæ 3. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Saluianum tunc competit quando tria copulatiuè concurrunt,nempè creditum cum hypoteca,possessio debitoris de tempore obligationis, & possessio Rei conuencti, & vno ex dictis tribus requisitis deficientibus immissio denegatur. Verùm quia Saluianum cessat concurrente præscriptione,ideò in præsenti decisione, an & quando præscriptio impedire possit immissionem in vim vtilis Saluiani interdicti, eruditè tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Immissio uigore Saluiani interdicti, quando denegari non solet.*
2 *Obligatio Cameralis porrigitur etiam ad damna, & interesse.*
3 *Obligatio Cameralis includit in uentre bonorum debitoris hypotecam.*
4 *Hypoteca ex quibus uerbis in instrumentum appositis censeatur inducta.*
5 *Præscriptio inchoare non potest stante mala fide debitoris.*
6 *Præscriptio an currat contra mentecaptos.*
7 *Præscriptio non nocet fideicommissario, cui fideicommissum nondum apertum fuerat.*
8 *Præscriptio contra hæredem creditoris, ne intentare possit Saluianum, quando currere incipiat.*
9 *Præscriptio impeditur, ac interrumpitur ex sola citatione legitime executa.*
10 *Præscriptio interrumpitur ex quocumque actu, & interpellationibus etiam extraiudicialibus.*
11 *Continuationem possessionis ciuilis allegare non potest tertius,cum pendeat ab animo, & uoluntate possidentis.*
12 *Libri Officialium publicorum non probant contra tertium.*
13 *Possessio Rei conuenti probata remanet ex substentatione litis iunctis adminiculis.*

DECISIO CCIV.

NISI scuta 400. auri solis gratis sibi mutuata à Nicolao Tertulli, Franciscus de Secesłas restitueret, vt promisit infra annum vendidit ex nunc, prout ex tunc eidem creditori medietatem vnius coloniæ pro pretio, quo æstimatur ab AEstimatoribus publicis cū promissione euictionis, ac defensionis sub obligatione Camerali de anno 1574. Et quoniam nec restitutum mutuum, nec tradita Colonię venditæ, vacua possessio aliquando fuit, purificato per obitum filiorum Nicolai creditoris secutum de annò 1614. eiusdem Nicolai fideicommisso ad fauorem Francisci Tertulli, idem vigore, tàm dicti fideicommissi, quàm cessionis reportatæ ab Hectore confideicommissario iudicium mouit anno 1618. contra Gabrielem Bellum tertium possessorem Castri de Roas olim possessi à Francisco de Sceslas debitore quod prosequutum vsque ad annum 1623. cum ob varia impedimenta siluisset diù fuit reassumptum nnno 1631. atque iterum de anno 1638. ac tandem diffinitum in partibus de anno 1646. per sententiam latam ad fauorem Hectoris Belli hęrede prędicti Gabriellis absolutoriam ab impetitis saluo iure actoris rectius agendi.

Appellauit Actor ab hac sententia ad hoc Sacrum Tribunal, & commissa mihi causa appellationis petijt sibi concedi immissionem ex vtili Saluiano interdicto in possessione Castri supranominati ab Hectore aduersario nūc possessi, tàm pro sorte principali scut.400.auri quàm pro damnis, & interesse. Vndè proposui hodie dubium,An sit danda immissio,quæ
1 denegari † non solet probato debito cum hypotheca, ac possessione, tum debitoris de tempore hypothecæ, tum rei conuenti de tempore motæ litis, *Menoch. de adipisc.remed.5.nu.161. & seqq.Rota decis.491.num.6. penes san. mem. Greg. XV. decis.407. num.1. p.5. recent.& aliàs sæpissime.*

Creditum autem cum hypotheca visum est probari satis ex publico Instrumento vallato
2 obligatione Camerali, † quæ porrigitur etiam ad damna, & interesse, *Rota decis.197. num.5.decis.389. num.12.decis.549.num.6.inter impress. apud Cenc.de cens.decis.275.num.3.apud. Zacch. de oblig.*
3 *Camer.* & † includit in ventre bonorum debitoris hypothecam, *Zacch. de obligat.Cam. q.31. num.8. Barz. decis.108.num.29. Buratt. decis.905.*
4 *num. 2.* inductam † etiam explicitè ex verbis Instrumenti, ibi, *& pro obseruatione supradictorū obligauit se, & omnia eius bona præsentia, & futura, Bursatt.consil.39.num.37.Ceph.consil.41. nu.19.Rimin. sen.consil.299. num.10.& 12. lib.2.*

Neque sublata dici potest præscriptione nā sub-

subducto tempore vitæ Francisci debitoris anno 1578. defuncti, qui dum vixit Castrum pos-
5 sedit, † & cum sciret se esse debitorem præscriptionem inchoare non poterat obstante eius mala fide, *cap. vigilanti, cap. si diligenti, cap. fin. de præscript. Buratt. decis. 436. num. 5. Rota inter recen. decis. 164. num. 3. par. 2.* subducto etiam tempore vitæ filiorum Nicolai creditoris anno 1614. mortuorum contra quos cum essent mente capti currere præscriptio non potuit, quia pu-
6 pillis æquiparantur *gloss. in l. 2. uerbo ad agnatum, Cod. curat. furios. Bald. in l. fin. nu. 2. C. in quibus causis Montesperel. cons. 181. num. 2. & seqq. Odd. de restit. in integr. par. 2. quæst. 90. num. 10. Cyriac. controu. 329. num. 70. & seqq.* Et dato quod cucurrisset ea
7 non † noceret actori, cui fideicommissum creditoris nondum apertum fuerat, *Soccin. iun. consil. 52. num. 3. lib. 4. Gabr. de præscript. conclus. 13. num. 11. & 13. Fusar. de subsistit. quæst. 528. num. 4. & seqq. Caualer. decis. 213. num. 7. Reuerendiss. Vrgellen. decis. 426. num. 7. Rota inter rec. decis. 558. numer. 7. & seqq. par. 5. & in Romana de Mellinis 15. Iunij 1644. coram R. P. D. meo Cerro §. obiectum.*

Non adest tempus idoneum præscriptioni,
8 cuius † initium desumi debet ex die qua fideicommissarius sciuit bona hypothecata à tertiis possessoribus possideri iuxta opinionem, quam alijs relatis amplecta est, *Rota decis. 407. num. 17. & 18. par. 5. recent. in Spoletana saluiani 3. Iulij 1639. coram bon. mem. Merlino, in Ciuitatis Castelli saluiani 18. Februarij 1641. coram R. P. D. meo Royas in Bonon. census 4. Maij 1643. coram R. P. D. meo Ghisilerio*, & sequitur *Cancer. uariar. resolut. tom. 1. cap. 15. sub num. 55.* ex ea autem die Franciscus fideicommissarius Iudicialitèr conuenit Gabrielem, cuius Hector aduersarius, est hæres vniuersalis, & ab anno 1618. vsque ad annum 1623. multa acta iudiciaria contra eundem Gabrielem fecit Instrumentum crediti, & articulos etiam producendo crediti seriem continentes, perque saltem negari non potest quin deducta fuerit ad notitiam rei conuenti scientia crediti hypothecarij, & per consequēs
9 inducta mala fides, † quæ præscriptionem impedit, ac interrumpit, siue resultet ex sola citatione legitimè exequuta *l. sicut ibi nisi in iudicio postulatione deposita subsequuta fuerit conuentio, l. cum notissimi in princ. ibi: idest etiam per solam conuentionem C. præscr. 30. uel 40. ann. Bald. in d. l. sicut in prima lect. sub num. 5 uersic. nisi subsequuta citatione, & in add. num. 3. & in lect. noua num. 3. Bu-*
10 *ratt. decis. 8. numer. 1.* siue † ex quocunque alio actu, & interpellationibus etiam extraiudicialibus, *Felin. in cap. illud numer. 7. & 8. de præscript. Balb. eod. tract. par. 6. q. 4. nu. 36. Put. decis. 385. nu. 1. lib. 3. in corr. Coccin. decis. 362. num. 2. Burat. dec. 457. num. 3. Rota in recent. decis. 57. num. 26. & seq. decis. 94. num. 22. & seqq. decis. 191. in fin, par. 7.*

Non tamen probatur possessio debitoris de tempore contractæ obligationis nam in id affertur solum instrumentum homagij, quod ille occasione huius Castri præstitit Reu. Cam.
11 Apost. anno 1555. à quo † præsumptam possessionis ciuilis continuationem vsq; ad tempus hypothecæ contractæ de anno 1574. allegare non potest tertius qualis est actor cum pendeat ab animo, & voluntate possidentis, de qua tertius attestari non valet, *Abb. in cap. cum ad sedem num. 16. de restit. spoliat. Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 21. sub numer. 9. uersic. iudic. Menocch. eod. tract. lib. 6. præsumpt. 64. sub num. 38. vers. existimo Lotther. de re benef. lib. 3. quæst. 11. num. 87. Caual. decis. 531. num. 5. & fuit dictum in Elnen. Canonicatus 5. Maij 1603. coram Cardinali Lancellotto.*

Nec releuat ass. solutio Canonis ab eodem
12 debitore facta de anno 1575. † quia de eo non constat, nisi ex libro vice Tdesaurarij, qui non probat in præiudicium Hectoris rei conuenti habentis causam mediatè non à soluente, sed ab Alemanno eius fratre, *Menoch. de arbit. cas. 91. num. 25. & 26. seqq. lib. 2. de retin. remed. 3. sub numer. 570. Imol. consil. 96. in fine, Soccin. consil. 208. num. 2. lib. 2. Afflict. decis. 305. sub num. 3. tum alijs à moderno Patauino de script. priu. lib. 4. tit. de lib. ration. Gabell. num. 12. & seqq.*
13 Ideò licèt recens † possessio rei conuenti ex substentatione litis iunctis adminiculis probata remaneat, *Pacif. de salu. inspect. 1. cap. 9. nu. 6. & 7. Rota apud eumdem dec. 19. num. 2. dec. 26. num. 16. & apud Cenc. de censib. decis. 489. num. 2.* nihilominus ob non probatam possessionem debitoris de tempore hypothecæ, Domini censuerunt denegan. esse petitam immissionem ipso tantum actore informanto, &c.

R. P. D. GHISLERIO

Postea Episcopo IMOLEN.

Monasterieñ. Canonicatus.

Mercurij 10. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Beneficia in Germania, quæ mentis vacationis expressionem non requirunt, quam exposcant ætatem ad obtinendum Canonicatum præsens concludit decisio.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ Apostolicæ iustificatæ executionem habent paratam.*
2 *Expressio mensis, in quo vacauit beneficium an sit necessaria.*
3 *Expressio mensis non requiritur in beneficijs iuxtà concordata Germaniæ.*
4 *Beneficia in Germania intra tres menses à die vacationis notificari debent Ordinario.*
5 *Persona loquentis non venit in generali sermone.*
6 *Decretum irritans stante diuersitate non refertur ad omnia.*
7 *Aetas concludens probatur ex fide Parochi.*
8 *Assertio ætatis certorum annorum non excludit asserentem maiorem ætatem non habere.*
9 *Canonicatus non habens ordinem sacrum requirit ætatem annorum 22.*
10 *Canonicatus in Cathedrali habere debet ætatem requisitam ad Subdiaconatum.*
12 *Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 12. declaratur. & num. 9. cum seqq. ac etiam num. 13. & 14. pariter cum seqq.*

16 Sty-

15 *Stylus, & consuetudo Datariæ seruari debet.*
16 *Canonicatus Germaniæ conferuntur etiam habentibus minorem ætatem. & sup.num.antecedentibus.*
17 *Expressio ætatis non importat dispensationem.*
18 *Dispensatio non suppletur per expressionem in litteris factam. & sup.num.17.*
19 *Gratiæ nullæ non requiritur mentio.*
Nullum quod est nullum producit effectum. num.19.

DECISIO CCV.

CONCESSA noua audiētia Theodoro Plettembergh aduersus decisionem sub die 28. Nouembris 1646. confirmatoriam duarum præcedentium sub diebus 9. Decembris 1643. & 16. Ianuarij 1645. in hac noua positione fuit resolutum prout in alijs Ioanni Guilielmo Metternich prouiso à Sede Apostolica de Canonicatu, & Præbeñ. Cathedralis Ecclesię Monasterieñ. esse dandam immissionem, quia lit-
1 teræ Apostolicæ iustificatę, † ob earum reuerentiam, & auctoritatem, habent exequutionem paratam *cap. si capitulo, vbi gloss. in verb. exequatur, de concess. præben. in 6. Menoch. de adipisc. reme.l. vltim. num. 35. Mohed. decis. 13. vt lit. pend. Rot. in recen. decis. 192. num. 1. decis. 506. num. 1. & 633. num. 2. par. 1. & fuit sæpiùs decisum.*

Quod autem litteræ prouisionis Ioannis Guilielmi, etiamsi in forma dignum sint iustificatæ, benè probatur ex deductis in dictis tribus decisionibus, in quibus fuit firmatum ipsum iustificasse narrata in litteris suæ prouisionis.

Supradictæ resolutioni, non obstat, quod in dicta prouisione non fuerit facta expressio mensis Septembris, in quo obijt Adulphus Metternich, per cuius obitum vacarunt, Ca-
2 nonicatus, & Præbeñ. supradicti: † Nam quidquid sit an talis expressio sit necessaria in terminis reseruationis reg. 8. hodie 9. quæ vult fieri mentionem de mense, in quo articulo si beneficium verè vacauit in mense reseruato, negatiuam sententiam sequitur *Gonzalez super reg. 8. gloss. 42. num. 49. 51. & 53.* affirmatiuam verò amplexa fuit *Rota in Paderbonen. Canonicatus 29. Martij 1610. coram bon. memor. Coccino, quæ est decis. 79. num. 3. par. 4. recen.* vbi declarando supradictam regulam, dicitur esse intelligendam quando beneficium vacat in mense reseruato. Domini in hac propositione (vt antea in decis. sub die 28. Nouembris 1646. quæ reuidetur ex duabus responsionibus, in principio præcedentis decisionis in hac causa 16. Ianuarij 1645. §. 1. datis) obiectioni reseruationis, vnicam tantum amplectentes, consistentem in eo, quod reseruatio mensis Septembris non deducitur ex dicta regula, sed ex concordatis Germaniæ, per quæ mensis Septembris, expressè reseruatur collationi Sedis Apostolicæ, nulla facta mentione primæ responsionis ca-
3 nonizantis opinionem *Gonzalez d. gloss. 32.* † ex hac sola responsione censuerunt non obstare, quod in dictis litteris prouisionis Ioānis Guilielmi non fuerit expressus mēsis Septembris, in quo vt fuit dictum, Canonicatus, & Præbeñ. vacarunt, in quibus terminis nunquam fuit decisum, necessariam esse expressionem mensis, quare, cum reseruatio deducatur ex ipsis concordatis Germaniæ; quæ fuerunt excepta in ipsa regula reseruatoria mensium, ibi, *non tamen S.R.E. Cardinalium, aut aliorum sub concordatis &c.* non applicatur necessitas expressionis mensis ordinatæ in ipsa regula reseruatoria excipiente concordata huiusmodi, sicut ponderauit *Rota d. die 16. Ianuarij 1645. in §. quia quicquid sit vers. quæ nec etiam applicatur &c.* & in terminis de prouisione Apostolica beneficij spectante ad collationem Cardinalis, ex hac ratione exceptionis illorum in regula dixit *Rota in Burgen. Canonicatus 2. Iuny 1559. coram de Rubeis apud Garz. de benef. par. 5. cap. 1. num. 657. vers. tamen regula excipit &c.*

Minus subsistit, quod prouisio Apostolica nullius sit considerationis ex eo quod, non fuerit in partibus insinuata Ordinario, intra tres menses, iuxta dicta concordata Germaniæ, in quibus post distributionem mensium, expresse disponitur, quod ordinarij collatores, vel alij, ad quos beneficiorum dispositio pertinet de illis liberè disponere possint, quotiescumque non apparuerit intra tres menses à die notæ vacationis in loco beneficij, quod alicui de illo Apostolica auctoritate prouisum fuerit, quia intentio fel. record. Gregorij XIII. in sua Constitutione edita, de mense Nouembris 1576. relata apud Brandeñ. ad cōcordata Germaniæ fuit excitare diligentiam prouisorum Apostolicorum, & arctiùs ligare
4 manus Ordinariorum, † non autem irritare prouisiones Apostolicas, sicuti ex Mandos. & resolutione *Rotæ in Colonien. Canonicatus coram Bubal.* & Branden. super concordatis Germaniæ firmatur in decisione, quæ reuidetur in §. quia placuit responsio, & coram *bon. memor. Motmanno in Leodien. Canonicatus 2. Maij 1631. in §. non obstant deducta,* tenuit pro validitate prouisionis Apostolicæ sufficere, quod illa emanauerit intra tres menses, stante dicta Constitutione declaratoria Greg. XIII. ratio est, quia dicta concordata, & Constitutio non dant formam, nec important necessitatem publicandi, sed solum desiderant dictam publicationem ad hoc, vt inferiores collatores non prouideant de eisdem beneficijs.

Non obstat, decretum irritans appositum in fine Constitutionis, quod cum ad omnia referatur amplectitur, quidquid contra ipsam Constitutionem gestum est; Etenim placuit responsio decisionis, quæ reuidetur in dicto §. quia placuit, in fine, nempè dictum decretum cadere solum super collationibus inferiorum collatorum, ibi, *decernentes, omnes & quascumque dispositiones ab eisdem collatoribus &c.* & infra, ibi, *necnon irritum, & inane quidquid secus super his ab eisdem collatoribus, aut quibuscumque alijs scienter, vel ignoranter contigerit attentari &c.* Nam verba illa, aut quibuscumque alijs, ex regula
5 quod in generali sermone, † non venit persona loquentis, quam ad propositum adducit *Rot. decis. 206. num. 3. par. 1. diuers.* non possunt referri ad ipsum Papam, attento præsertim, quod aliā prius fuisset facta mentio, de collationi-

tionibus Papæ, & deinde inferiorum collato-
6 rum, † quodque inter vtrasque collationes militat rationis diuersitas, ob quam decretum irritans licet in fine Constitutionis appositum non refertur ad omnia præcedentia *Abb. in cap. Ecclesia vestra num. 5. de elect. & fuit dictum in Tarraconen. parochialis 10. Nouembr. 1634. coram Eminentiss. Card. Panzirolo.*

Quidquid dicitur de defectu ætatis Ioannis Guilielmi, quod de tempore suæ prouisionis sub die 7. Decembris 1641. non fuisset completæ ætatis 14. annorum, tollitur ex facto dum per fidem Parochi constat dictum Ioannem Guilielmum de tempore datæ gratiæ, iam compleuisse annum 14. qui de iure communi pro obtinendo Canonicatu sat est ex relatis in vltima decisione in §. *vnde cum sacrum Concil. &c.* nec controuerti potest, quod tunc Ioannes Guilielmus prædictus dictam ætatem com-
7 pleuerit, † attenta dicta fide, quæ concludenter probat ætatem, vt dixit *Rot. coram Seraph. decis. 1138. num. 2. coram bon. mem. Coccino inter eius impress. decis. 334. num. 2. coram bon. mem. Buratto decis. 116. num. 1. & 2. & in recent. decis. 709. num. 1. par. 2. decis. 138. num. 2. & decis. 260. num. 14. par. 6.* concurrentibus præsertim alijs in facto ponderatis, & quamuis in prouisione Canonicatus Ecclesiæ Maguntinæ, idem Ioannes Guilielmus fassus fuerit se esse constitutum in 16. anno suæ ætatis, tamen hæc confessio non excludit, quod de eo tempore maiorem ætatem non haberet, cum non coarctet negatiuam, &
8 assertio quod haberet tot annos, † non excludit de necessitate, quod non potuerit plures habere, vt post *Cuman. cons. 91. num. 2. ante finem vers. quamuis enim,* tradit *Siluan. cons. 62. num. 28. & Rota coram san. mem. Greg. XV. decis. 353. num. 3.*

Non obstat, quod iuxta dispositionem Sacri Conc. Trident. sess. 24. cap. 12. de reformat. *vers. in omnibus verò Ecclesijs &c.* Canonicatus, & portiones in Ecclesijs Cathedralibus, habeant annexum aliquem sacrum ordinem, vt propterea in Ioanne Guilielmo pro obtinendo Canonicatu, & Præbeñ. in Cathedrali Ecclesia Monasterieñ, requireretur saltem ætas 22. annorum, dum ad minus ad ordinem Subdiaconatus promoueri debebat; quia etiamsi respectu responsionis decisionis *sub die 28. Nouembris præteriti in §. quia cum in Cathedrali,* quod nec in terminis Conc. Trid. d. sess. 24. de refor.
9 cap. 12. fit necessaria ætas 22. annorum † in Canonicatibus Ecclesiarum, quarum Prębendis Episcopus particulares ordines sacros non distribuit, ad quod fuerunt allegati. *Barbos. de potest. Episc. par. 3. allegat. 60. numer. 70. vers. 2. vero casu. Monet. de conseruat. cap. 5. num. 158. vers. quod si Canonicatus, & Rota in Vercellen. Canonicatus prima Februarij 1616. coram Remboldo in §. non obstat,* & declaratio Sacræ Congregationis Eminentissimorum Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum sub die 20. Martij 1627. Domini nō fuerint concordes ea potissimum ratione, quod etsi ante distributionem ordinum dici non possit, Præbendæ annexum esse certum ordinem sacrum particularem, sit tamen annexus ordo sacer in genere; siquidem decretum Sacri Concilij continet duos actus, alterū annexionis ordinis sacri in genere, quæ sequitur statim vi ipsius decreti, alterum annexionis certi ordinis in specie, qui expectat factum Episcopi in distribuendo: vnde licet antequam Episcopus distribuat, dici non possit, quod vni magis quam alteri Præbendę sit annexus, potius hic, quam ille ordo sacer; vtiq; tamen statim annexus est in genere ordo sacer, itaut
10 prouisus de Canonicatu in Cathedrali, † debeat saltem habere ætatē requisitam ad Subdiaconatum; ita *Azor. institut. moral. par. 2. lib. 6. cap. 5. vers. verum ibi sed quicquid dicen. Lessius de instit. & iur. lib. 2. cap. 34. dub. 19. num. 106.* qui (inquit) quod sacrum Concilium sua auctorita-
11 te † annectit omnibus sacrum ordinem in genere, & si velit ab Episcopo cum consilio Capituli designari, in particulari, quis, cui connecti debeat *Garz. de benef. par. 7. cap. 4. n. 20. cum seq. vbi sub num. 28.* quod in Ecclesia, in qua nec ante Consilium, nec post fuit facta designatio, distributio, & annexio sacrorum ordinum, & sic nullus ordo sacer Canonicatui assignatus fuit, qui Canonicatum, vel portionem consequi velit, debebit esse Subdiaconus, vel saltem in ętate requisita ad Subdiaconatū,
12 nempe quod attingat 22. suę ętatis annū, † cū ad minus habeat annexum ordinem Subdiaconatus, ex decreto Concilij: & ibi refert plures declarationes Congregationis Sacri Concilij *Armender. in recopill. leg. Nauarr. lib. 1. tit. 20. l. 1. de ætat. num. 6. Quintanadauenas Ecclesiast. lib. 1. num. 11. Lotther. de re benef. lib. 2. q. 47. num. 38. & lib. 3. quæst. 27. num. 21. Barbos. in collectan. ad Concil. d. cap. 12. num. 58. & de Canon. & Dignit. cap. 13.*
13 *num. 9. vers. quod etiam, & num. 10.* vbi declarat † se idem dixisse *in tract. de potest. Episc. d. allegat. 60. num. 70. Campanil. diuersi iur. can. rubr. 7. cap. 6. sub num. 26. circa fin. vers. hæc siquidem,* vbi refert de-
14 clarationem Sacræ Congregationis † Concilij *P. Hoied. de benef. Compatibil. par. 1. cap. 24. sub num. 16. ad med. vers. si autem in Ecclesia,* eandemque sententiam amplexa fuit *Rota penes Seraph. decis. 1138. num. 1.* vbi nulla habita distinctione, an ab Episcopo fuerit certus ordo assignatus indefinitè dicitur, quod ętas ad Canonicatum obtinendum absque dispensatione, ex dispositione Sacri Concilij Tridentini requiritur nō minor 22. annorum, quia ad Subdiaconatum tot requiruntur: Conuenerunt tamen & approbbrunt DD. alteram eiusdem decisionis responsionem, quę fuit, quod ętas 22. annorum non requiritur in Canonicatibus Ger-
15 manię ex Datarię consuetudine, & stylo, † quē seruandum esse *iux. tex. in cap. porrecta, ibi, cum igitur à Cancellaria, &c. de confir. vtil. vel inutil.* dixit in his terminis *Layman. Theolog. moral. lib. 4. tract. 2. cap. 14. num. 2. vers. & circa hæc, Barbos. de potest. Episc. allegat. 60. num. 70. in fin. ibi, vbi Canonicatus solent esse, &c. Monet. de conseruat. cap. 5. sub num. 159. vers. si vero alicubi modern. Tholetan. annal. Iur. ann. 22. q. 2. num. 6.* & ex eo prouiden-
16 de Canonicatibus Germanię babentibus † minorem ętatem per collationes factas minorenibus, tollitur omnis scrupulus; *vt in decis. in §. supradictis accedit stylus, &c. & Ioannes à Çochier.* in

*in Com ment. super reg.17. alias 18. de ætate Canon. Cathedral.& Colleg.Eccles. num.10.in fin. allegatus in decis.*asserit dispositionem Concilij de ętate in Cathedralibus nō esse vsu receptam in Ciuitate Leodij, quę est pars Germanię,& quod sufficit attigisse 14.ętatis annum.

Nec contra dictum stylum potest allegari altera prouisio eiusdē Guilielmi de alio Canonicatu Cathedralis Ecclesię Maguntinę,pro cuius validitate pretenditur, ipsum expressisse suam minorem ętatem, vt inde ex scientia Papę diceretur ei concessa dispensatio, derogando Concilio Tridentino; quę expressio minoris ętatis cum non sit in prouisione Canonicatus, & Prębeñ, de quibus agitur tacita derogatio Concilij non potest ex actu contrario prodesse, quia deest scientia Papæ, in qua fundatur derogatio; cum enim in dicta prouisione narratum fuerit,quod in Ecclesia Maguntina hactenus facta, nō erat distinctio Prębendarum sacros ordines annexos habentium, iuxta formam decretorum sacri Concilij Tridentini;hinc patet narratiuam ætatis facta non fuisse, ad effectum dispensationis, sed solummodo,vt facilius Papa ei conferret intelligens annexionem sacri ordinis deficere;Vltra quod aduerteñ est solam expressionem ætatis non
17 importare dispensationem, † sed omninò requiri dispensationem explicitam, tum ex dispositione *cap.non potest, §. final. de præbend. in 6.* tum quoque ex regula Cancellariæ olim 50.
18 nunc verò 51. † quemadmodum illius tenore relato firmat *Gonzalez ad reg.8. gloss.15. num. 27.& seqq.*

Neque quidquam facit, quod Io. Guilielmus in dicta sua gratia non expresserit, quod possidebat alterum Canonicatum in Ecclesia Maguntina;quapropter ob non expressionem obtentorum iuxta regulam Cancellariæ 55. ibi alioquin gratiæ prædictæ nullæ sint &c. prouisio de Canonicatu, & Præbenda in Cathedrali Monasterieñ est nulla, quia non probātur quod prouisio Canonicatus Maguntini sit anterior prouisione Canonicatus, & Præbeñ,de quibus agitur,& quod illum possideat, prout requiritur, vt respondetur *in decis in fin.* sed quod tollit omnem difficultatem; non debuit fieri mentio d.Canonicatus Maguntini, quia illius prouisio, ob infantilem ætatem prouisi erat nnlla, & gratiæ nullæ non requi-
19 ritur mentio; † quod enim nullum est nullū producit effectum, *l.non putauit in princip. vers. non quæuis, de bonorum possess. cont. tab. Rota coram Caputaq.decis.301.num.1.& 2.in recent. decis.666. num.3.par.2.*vbi plures aliæ adducuntur *& dec. 733.num.3.par.4.*

Vnde sublatis in contrarium deductis DD. ex rationibus, de quibus supra vna cum alijs, de quibus in prædictis tribus resolutionibus in hac causa factis sub diebus 9.Decemb.1643. 16.Ianuarij 1645.& 28.Nouembris 1646.vtraque parte audita pro eodem Guilielmo Matternich à Sede Apostolica prouisio responderunt.

R. P. D. PEVTINGERO.

Romana Fructuum Dotis.

Mercurij 10.Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Clausula, si quid exequendum, licet sit iustificanda ex eisdem actis, tamen si corroborentur factæ probationes ex nouis probationibus, istæ non dicuntur nouæ probationes, sed factæ in altera instantia. Pactum appositum in instrumento dotali, vt promissor dotis, ne teneatur ad fructus durante dilatione,tacitam fructuum dilationem.

SVMMARIVM.

1 *Debiti partem soluens, eo ipso debitum dicitur agnouisse.*
2 *Negatio copiosa non est admittenda.*
3 *Clausula, si quid exequendum,quid importet.*
4 *Productio, quæ fit ad corroborationem probationis iā factæ, non dicitur noua probatio.*
Sed prioris probationis corroboratio,& ideo retrotrahitur ad tempus prioris instantiæ.
5 *Promittens aliquid soluere intra certum, illud est attendendum.*
6 *Repugnantia est euitanda in eadem oratione.*
7 *Dotis promissor. si vltra tempus dilationis, voluit teneri ad damna, & interesse, quid id importet.*
8 *Sub promissione damnorum, & interesse, veniunt fructus dotales.*
9 *Dotem promittens, dum fecit pactum vt durante dilatione conuenta non tenetur ad fructus.*
Sequitur, quod terminata dilatione, voluerit teneri ad fructus dotales. & num.10.
10 *Ad tempus prohibitum, post tempus censetur permissum.*
11 *Fructus dotales, vt debeantur, quid sufficiat.*
12 *pro Dotalibus fructibus debetur prioritas, quæ concessa reperitur ipsi Doti.*
Priuilegium, quod competit sorti, competit etiam fructibus. num.12.
13 *Hypotheca expressa pro fructibus dotalibus, incipit ab ipsa die contractus.*
14 *Hypotheca expressa pro fructibus dotalibus promissis post certum tempus, adueniente tempore. Ipsa hypotheca retrotrahitur vsque ad diem contractus constitutionis dotis. & verior opinio.*
15 *Quidquid sit dicendum quoad hypothecam tacitam.*
17 *Obligatio Cameralis porrigitur ad omnia, & singula etiam enunciatiuè apposita in instrumento.*
Quod procedit quoque etiam si accessoriè aliquod sit promissum. num.17.
18 *Hypotheca expressa extenditur ad omnia, & singula expressa in instrumento dictæ hypothecæ.*
19 *Hypotheca legalis quoad solutionem fructuum dotis, quoad anterioritatem, incipit à die moræ.*
Anterioritas, quoad fructus dotales, attenditur de Iure à die moræ. num.19.
20 *Fructus dotales possunt taxari ad rationem septem cum dimidio, per statutum.*
21 *Pacta ad diuersa non sunt extendenda.*

DECISIO CCVI.

CVM A.C. contra Prosperum, & alios de
Ricijs postetiores creditores bon. memor.
Ducis Alexandri Sfortiæ, qui nonnullas pe-
cuniarum summas cum solita obligatione de
restituendo prioribus,& potioribus,& ad om-
ne mandatum, Domini receperant pro fru-
ctibus dotalibus scut.10.millia ab anno 1622.
vsque annum 1637. necnõ pro fructibus alio-
rum scut. 5000. vigore decisionis Rotalis co-
ram Reuerendissimo Salamantino sub die
27.Maij 1641. escecutiuum mandatum relaxa-
uerit ad instantiam D. Ducissæ Strozziæ tan-
quam filiæ, & hæredis q. Ducis Balneoli eius
Patris creditoris anterioris dicti Ducis Alexã-
dri causa appellationis mihi commissa, Do-
mini hodie responderunt mandatum esse exe-
quendum. Quia nullitas contra dictum man-
datum apposita non productionis Instrumen-
ti obligationis, seù promissioni dotis cessat ex
facto dum mandatum originaliter relaxatum
cõtra Ducem Sfortiam iustificatur ex Instru-
mento tunc in eiusdẽ Notarij, qui erat actua-
rius causæ actis producto. Et aliud mandatum
contra Riccios relaxatum non opus habebat
productionem Instrumẽti,cum sufficeret pro-
ductio dicti primi mandati, stante stylo Tri-
bunalis A.C. qui maximè locum habet,quan-
1 do reus conuentus, vt hic, † soluendo partem
debiti eo ipso debitum agnouit *l.si cui res,ff.leg.
2.l.siquidem,vers.si verò certum,C.de transact. Dec.
cons.618.num.2.Grat.discep.524.num.38.& duobus
seqq. Reuerendiss.Vrgellen.decis.324. numer.4. & 5.*
Quo facto productioni Instrumenti remisisse
videtur; vnde quatenus in secunda instantia
2 debitum † negetur,negatio talis est captiosa,
& sufficeret tunc produci Instrumentum ad
effectum exequendi mãdatum iam relaxatum
licet ab eo causa appellationis commissa fue-
rit cum clausula, *si quid exequendi*, quæ iu-
stificationem ex eisdem actis requirit, quia
3 productio, quę fit ad † corroborationem pro-
bationis iam antea factæ non dicitur noua,sed
4 retrotrahitur ad acta prioris instantię,†& sem-
per attenditur. *Cæsar de Grass.decis.20.num.11.de
probat. Rota decis.272.num.6.coram Gregor.XV. &
ibi Add.num.9.& coram Reuerendiss. Vrgellen.decis.
172.num.7.ac in Tiburtina Pratorum 5. Iulij 1638.
coram bon.mem. Buccabella, & in Ariminen Molen-
dini 1. Iulij 1640.coram R.P.D. meo Bichio.*

Iustitia verò dicti mandati resultat ex ipso
instrumẽto promissionis dotis, in quo D.Dux
Sfortia dicta scut. 10. mil. necnon alia scuta
5000. expresse promisit infra decennium sol-
5 uere † quod tempus decennij intelligẽdum est
respectu totius summæ, vt interim tamẽ quo-
6 libet anno soluantur scut. 500. ne † in eadem
oratione repugnantia contineatur, *l.ubi repu-
gnãtia ff.de reg.iur.*& promissor dotis vltra tem-
7 pus dilationis voluit teneri ad † fructus, dum
promisit damna, & interesse cõtenta sub clau-
la *aliàs, &c.* in forma obligationis Cameralis.
*Rota dec.187. num.12.dec.549. sub nu.6.apud Cenc.
de censib. dec.140.num.2.dec.275.num.3.apud Zacc.*
8 *de oblig. Camerali,* sub qua † promissione dam-
norum,& interesse venire fructus dotales plu-
ribus allegatis dixit in puncto *Rota in Romana
pecuniaria 4. Iulij 1618. coram bon. mem.Card. Fa-
britio Verospio impressa apud Zacch.de oblig.Camer.
decis.244. num.4. secundum vltimam impressionem.*
9 nam ipsum pactum ne † ad fructus teneatur,
durante dilatione, tacitam fructuum promis-
sionem includit post dilationem expiratã du-
cto augumento à limitatione temporis, quæ
10 operatur, vt prohibitum ad tempus post † il-
lud censeatur permissum, *vt per Menoch.consil.
151. num.49. vers.non obstat quartum, Surd.dec.75.
num. 2. & seq. Rot. in Romana, seu Perusina Census
12. Decembris 1644. §. prout coram R. P. D. meo
Bichio*, ex quibus luculenter patet quod etiam
11 ex ipsius Ducis promittentis † mente com-
prehensiua promissio dotis includat fructus
lapso tempore dilationis, & interesse dotis,
quod sufficit, vt ad propositum *Ioannes Fran-
cisc. de Ponte decis. 34. sub numer. 38. & magis in
puncto Gratian. discept.53.num.7.* Pro quibus fru-
12 ctibus, quia petuntur ex contractu, † & obli-
gatione promissoris dotis competit eadem
prioritas temporis, quam dabat ipse cõtractus
pro sorte, vt probat *text. in l.Lucius, ff.qui potior.
in pign.habeantur.Nagus. de pignor. par.5. memb.1.
sub num.14. Io. Francisc. à Ponte cons.76. num. 22.
lib.1.Mastrill.decis.119.num.11.Capic. Latro decis.
16.nu.1. Rota in Romana Saluiani 2.Ianuarij 1645.
§.pen.coram R.P. D. meo Bichio,* horumque fru-
ctuum expressa hypotheca incepit ab ipso die
cõtractus, itaut creditor ex ea die sit anterior,
& præferri debeat alijs creditoribus postea
13 creatis, non † solùm respectu sortis principa-
lis, sed etiam respectu fructuum dotalium,
quamuis illi promissi fuerint in diem, & in
casum non solutionis sortis, nam die adue-
14 niente hypotheca expressa retrotrahitur † ad
primam diem contractus, vt in terminis pro-
missionis fructuum, seu vsurarum in diem,&
in casum non solutionis sortis tradit *Negus. de
pignor. 1.membr.5.par.num.14.vers.ex quibus, Feli-
cian.de Censib.tom.1.lib.3.cap.5.nu.18.& 19.Man-*
15 *tic.de tacit.lib.14.tit.46.num.9.* quicquid sit † in
hypotheca tacita, in qua contrarium tenet
*Soccin.dicto cons.41.reprobatus à Nagus. loco cit. te-
stans de communi,& Felician.dicto num.18.vers.ve-*
16 *rius,* dicit hanc opinionem esse veriorem, &
receptiorem, sicut enim obligatio Cameralis
17 in † Instrumento dotali contenta porrigitur
ad omnia,& singula etiam enunciatiuè appo-
sita, & accessoriè promissa. *Rota decis.270. n.3.
decis.273. num.7. apud Zacch.* ita etiam expressa
18 hypotheca in eodem † instrumento, & obli-
gat.Camer.contenta comprehendit. *Barz.dec.
108.num.29.Buratt.decis.905.num.2. Rot. in Rom.
Saluiani 3.Iunij 1641.coram R.P.D. meo Verospio.*
Et contraria procedunt quando fructus, seù
vsuræ dotis non debentur ex conuentione,sed
ex dispositione iuris ob moram non soluen-
19 tis, tunc enim earum anterioritas † incipit à
die moræ, qua deberi inceperunt, vt benè
vtrumque casum distinguendo declarat *Man-
tic.de tacit.lib.14.tit.46. sub num.9.vers. sed hoc sa-
nè.* Hic verò obligatio ad fructus dotales non
desumitur per dictam Ducissam à statuto, seù
lege

legē, sed ex supradicta promissione Ducis Alexandri, licet quantitas ad rationem septem
20 cum † dimidio à Statuto desumatur, *Rota decis.773.num.6. part.1. diuers. decis.146.numer.10. decis.255. num.3. part.1. recent. decis.137. num.5. coraam bon: mem: Coccino*. Cui taxæ non obstat pactum soluendi fructus ad rationem scut.5. respectu scut.5. mil. in limine dispositionis,
21 soluendorum, † vel aliorum 10.mil. à socru soluere promissorum, quia hoc pactum non extenditur ad reliquum dotis à D. Duce promissum, vt satis abundè omnibus contrarijs denuò recantatis respondendo comprobat *decis.sequuta in hac eadem causa sub die 27.May 1641 coram Reuerendiss. Salamantino §.sextò, quæ quidem, cum duobus seqq.*

Quare cum supradictum mandatum A. C. ab obiectis contra eius validitatem, & iustitiam fuerit defensum DD. censuerunt illud esse exequendum vtraque parte, &c.

R. P. D. MELTIO,
Posteà Reuerendissimo Episcopo PAPIEN.

Romana Societatis Lignorum,
Mercurij 10. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Praxis Notariorum A.C. Auditoris Cameræ in adnotandis scripturis partibus accomodatis in quodam peculiari libro cum receptione quietantiæ eius, cui accomodatio fit, remanet in hac decisione probata, adhoc, vt Notarius, qui eam adnotationem facere omissit, & dicatur in dolo, & ad exhibitionem earumdem scripturarum teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Exhibere libros ille tenetur apud quem eorum probatur existentia docto de interesse petentis.*
2 *Restitutio probatur per accomodationem eiusdem rei alteri factam.*
Priuatio præsupponit habitum. num.2.
3 *Notarius scripturas partibus accomodans ipse tenetur eorum restitutionem procurare.*
4 *Restitutio in parte probata, verificatur in totum si nunquam residuum fuit à parte petitum, neque altera pars ad illius restitutionem conuenta.*
5 *Notarius non præsumitur officium suum neglexisse.*
6 *Notarius partibus scripturas accomodans earū quietantiam in particulari libro adnotasse præsumitur.*
Notarius omittens adnotare in libro scripturas partibus accomodatas dicitur in dolo. num.6.
7 *Probatio efficax illa dicitur contra quam stat præsumptio iuris.*
8 *Præsumptio iuris transfert onus probandi contrarium, & quidem concludenter in Aduersarium.*
9 *Relatio Periti censetur facta ex sola inspectione librorum in ea specificatorum, non autem ex libris qui veniunt ex mera interpretatione, & sub generalitate verborum.*

DECISIO CCVII.

IN hac causa sub 31.Ianuarij præteriti fuit resolutum Augustinū Theulum teneri ad exhibitionem librorum de quibus agitur dum illorum existentia apud ipsum probata fuit ex productione in eius officio facta sub die 28.Februarij 1622. Interesse illorum de Lercarijs petentium talem exhibitionem nec fuit controuersum. Huic tamen resolutioni minimè acquiescente Theulo, fuit illi concessa noua audiētia, & repropositа sub hac die causa, fundamenta decisionis DD. confirmarunt. Quod autem Theulus teneatur dd. libros exhibere
1 docto de existentia apud ipsum, † & de interesse petentiū huiusmodi exhibitionem vltrà allegatos in dicta decisione firmauit, *Rot. decis.97.num.1. post 2.volum. cons.Farinac. decis.370. eodem num.* penes eumdem, *& in Assisien.pecuniaria 11.Martij 1613. coram Manzanedo.*

Neque obstare visum fuit, quod post exhibitionem in dicto officio eorumdem librorum, illi peruenerint ad manus Io: Vincentij Lercarij, qui illos accōmodauit Oddo 28.Ianuarij 1637. à quo fuerunt deindè ipsi Lercario sub die 26. Martij eiusdem anni restituti, vt apparet ex Apoca relata in *Summar. Theuli numer.1.*

Quia cum appareat, quod posteà de anno 1641. sub die 2. Aprilis vnus ex eisdem libris fuerit à Theulo accommodatus Lercario ex apoca relata in dicto eius *Summ.num.5.* hinc certa resultat probatio restitutionis ab ipso
2 Lercario factæ Notario, † qui dictum librum cōmodare non potuisset nisi prius præcessisset illius restitutio, *l.traditio, ff.de acq.rer.dom. l.filius, C.de donat. Bero. cons.207.num.63. lib.3. Surd.consil.94. num.23. Rot.decis.271.nu.3. vers.quia restitutio, & in recent. decis.209. num.22. part.4. tom.2.* quæ sanè restitutio præsumitur, vt ex integro facta fuerit, scilicet de omnibus libris anteà commodatis Lercario. Tùm quia ille tenebatur omnes restituere; Tùm quia Theulus ex propria obligatione tenebatur illos omnes
3 repetere, † eorumque integram restitutionem procurare iuxtà expressam dispositionem Cōstitutionis *san:mem: Pauli V. super reform. Tribun. Vrb. Bullar. nou. par.3. in ordine 31. fol.mihi 277. sub rub.1.de Notarijs, §.34. Custodiant Notarij diligenter scripturas omnes, &c.* pro qua recuperatione eo accuratius idem Theulus insistere debebat, nam libri non fuerant à Lercario producti, sed ab Oddo eius Aduersario, vt constat ex actis, *dicto Summ.Lercarij num.1.* & dum ab eo tempore citrà Theulus nullos vnquam
4 alios libros à Lercario repetijt, † nec ad eorum restitutionem illum conuenit, ex his sanè resultat legitima præsumptio integræ restitutionis, *Becc. cons.168. num.8. vers.ex hac autem obseruantia, & plur. seqq. Mascard. de probat. conclus.1318. numer.26. vers. quintò probatur, & seq. Menoch.præsumpt.135. lib.3.Surd.decis.105.nu.10.* maximè cum non sit præsumendum Notarium officium suum negligere voluisse illud-
4 que † fecisse, quod de iure per ipsum faciendum erat ad *tradit. per Bart. in l.damni la prima, §.Sa-*

§. Sabini sententia, ff. de damn. infect. Crauett. cons. 22. num. 5. & 149. nbm. 12. Cephal. cons. 9. num. 16. lib. 1. & cons. 359. num. 71. & seqq. lib. 3. Turrett. cons. 15. num. 5. 6. & 24.

Confirmantur supradicta ex perpetuò, & inueterato stylo Notariorum describendi in particulari libro nuncupato, *Accommodatorum*, omnes scripturas, atque libros quoscumque apud eorum acta existētes cum receptionibus eorū, qui accōmodantur, in quo pariter adnotātur restitutiones, quæ de illis fiunt, vt testantur omnes Curiales ex fide exhibita per ipsum Theulum in eius *Summ. num. 9.* vndè cum dicti libri fuerint sæpiùs eidem Lercario accommodati, vt ex eius *Summ. nu. 3. & Theuli nu. 10.*
6 inde † resultat, vel quod Theulus idem quoque seruauerit cum Lercario, dum illi dictos librus accommodauit, vel si id facere omissit, vt contra eum Iuris præsumptio vigeat, *l. dodus, l. si procuratorem, §. dolo, ff. mandati, Crauett. cons. 97. nn. 6. vers. tertiò dico, & seqq. Surd. dec. 598. num. 16. vers. culpa autem, & decis. 221. numer. 20. uers. & dicitur in dolo, Afflict. decis. 13. num. 17. uersic. quinta coniectura est, Cyriac. cent. 84. numer. 11. uers. sed solitum omittens, & seqq.* quæ dicitur effi-
7 cax † probatio, *l. licet Imperator,* vbi not. *DD. ff. de deleg. l. si Tutor* vbi *gloss. & DD. C. de pericul. Tutor, Afflict. d. decis. 13. num. 23. uers. & probationes, Surd. decis. 170. numer. 8. uers. & quod dicitur.* & transfert in ipsum Theolum contrariæ,
8 & † quidem concludentis probationis onus; *l. generaliter, §. si petitum in fin. ff. de fideicom. libert. l. fin. in fin. princ. ff. quod met. caus. l. si Chirographum, l. cum de indebito in princ. ff. de probat. Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 33. numer. 2. uers. secundus est casus, Grat. cons. 13. num. 39. uers. quæ præsumptio lib. 1. Cyriac. d. cent. 84. nu. 12. uers. cum præsumptio.*

Non obstat, quod libri fuerint ex decreto Signaturæ ad domum R.P.D. Fisci causæ Ponentis pro concordando facto asportati de anno 1637. quia terminata de anno 1640. eiusdē causæ discussione in illo tribunali, vt apparet ex *Summ. Theuli num. 1.* credendum est ipsum fuisse deindè sollicitum pro illorum recuperatione, quæ in effectu facta probatur ex accommodatione vnius ex dd. libris per eumdem Theolum posteà facta sub die 2. Aprilis 1641. ipsimet Lercario.

Minus releuat prætensio Theoli deducta ex relatione Philippi de Aste vltimi Periti, in cuius quarta; & vltima partita ista præcisa leguntur verba: *E così dico, e dichiaro, &c.* & paulò inferiùs, *sopra li libri di detto negotio*, ex quibus infertur, quod de anno 1636. omnes libri ad societatem spectantes fuerint cōsignati eidem Philippo ad effectum reuidendi, aliàs peritorum præcedentes relationes, quia ex eadem relatione optimè colligitur eidem Philippo fuisse tantumodo consignatos libros in hoc tribunali exhibitos, videlicet *Libro Mastro H. vers. la partita prima Libro I. e Libro de ricordi vers. la seconda partita.* inter quos cum non reperiantur libri controuersi ex quorum defectu tàm relatio præfati Philippi, quàm aliorum peritorum non fuerunt adhuc visæ perfectæ. Vndè cum dicta relatio Philippi nullam prorsus mentionem faciat de libris con-
6 trouersis, & amissis † censendum est illius relationem fuisse factam ex sola inspectione librorum in ea specificatorum, non autem ex libris, qui veniunt ex mera interpretatione, & sub generalitate verborum, *l. qui liberis, §. hæc verba, ff. de vulg.* vbi *Bart. circ. fin. & Alex. nu. 11. Imol. in l. si quis filium, §. final. ff. de acq. hæred. Surd. cons. 417. num. 2. Alex. cons. 173. num. 6. lib. 5.*

Et ita vtraque parte, &c.

R. P. D. CELSO.

Posteà Eminentiss. D. CARDINALI.

Auenionen̄ Attentatorum.

Mercurij 10. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Magistralis est decisio ad intellectum rescripti Signaturæ habentis causam pro appellabili ad hoc, vt acta medio tempore gesta dicantur attentata, quod nempè hoc intelligatur vbi appellatio fuit simpliciter admissa, secus si cum clausula suspensiua executionis.

SVMMARIVM.

1 *Attentata dicuntur omnia gesta post appellationem.*
2 *Sententia lata in possessorio non recipit appellationem suspensiuam.*
Egidiana habet locum etiam in Ciuitate Auenionensi. num. 2.
3 *Causa simpliciter per Signaturam commissa efficit omnia medio tempore gesta esse attentata.*
4 *Causa simpliciter per Signaturam commissa intelligitur ad vtrumque effectum deuolutiuum. nempè, & suspensiuum.*
5 *Protestatio facta cùm clausula*, citrà consensum in iurisdictionem, *non inducit recessum ab appellatione.*
6 *Actus qui non sonat in agere, sed tantùm in pati non importat renunciationem appellationis.*
7 *Commissio simpliciter operatur causam fuisse appellabilem.*
8 *Possessio in præiudicium appellationis capi non potest, nec quidquam in causa innouari.*
9 *Clausula*, cum facultate manutenendi quem de iure, *non facit causam appellabilem.*
Clausula, cum facultate manutenendi quem de iure, *impedit executionem faciendam, factam autem non retractat. num. 9.*
10 *Clausula,* si quid exequendum, *non facit causam appellabilem. & num. 9. pro intelligentia.*
Clausula, si quid exequendum, *impedit executionem faciendam, non tamen reuocat factam. num. 9. & 10.*
11 *Clausula*, alteri qui ad legitimam, *non facit appellabilem. & super num. 9. pro intelligentia.*
Clausula, alteri qui ad legitimam, *executionem fieri vetat, factam autem non reuocat. num. 9. 10. & 11.*
12 *Manutentio conceditur pro purgatione attentatorum.*
11 *Attentatorum reuocatio habet vim retinendæ possessionis.*

DE-

DECISIO CCVIII.

POSSESSIONEM captam per Isabellam, vnàcum omnibus indè sequutis, censuerunt Domini esse attentatam; & ideò Thomæ dandam esse manutentionem; Nàm, cum omnia prędicta gesta fuerint post diem 21. Iunij 1647. qua die per eumdem Thomam appellatio in-
1 terposita fuerat, † à vitio attentatorum nullo modo excusari possunt, *l. vnica in princ. ff. nihil. innou. appell. interpret. l. sciendum, ff. de appellation. recipien. l. appellatione, C. de appellatio. cap. dilectis 55. vbi etiã gloss. verb. exequendam, & cap. ex parte 67. eodem tit. Rot. decis. 691. num. 1. part. 3. recent. & in Vrbeuetana bonorũ 26. Ianuarij 1624. coram Vbaldo.*

Non obstat, quod dicta sententia, tanquam lata in possessorio, non esset appellabilis ratio-
2 ne Constitutiouis Egidianæ, † quam habere locum in Ciuitate Auenionensi, firmauit *Rot. coram Verallo, decis. 226. part. 1.* & testantur *Add. ad Moed. decis. 5. aliàs 47. lit. A. vers. Item Ciuitatem Auenionen. de Constit. Pontan. de spol. lib. 4. cap. 3. nu. 42. in fin. uers. Ideòque porrectæ, Scacc. de appeltio. lib. 3. cap. 2. quæst. 7. limit. 6. membr. 3. nu. 9. Pacif. de Salu. insp. 4. cap. 2. num. 24. Marchesau. de Commissio appellat. in possess. Salu. part. 1. §. 2. numer. 5. fol. 997.*

Nam, quicquid sit de prædicta opinione, quàm acriter impugnat *Contard. de moment. poss. verb. Egidiana. quæst. 3. num. 6. & seqq.* Cessat difficultas in præsenti casu, ex quo Signatura censuit, causam esse appellabilèm, dum illam
3 simpliciter mihi commisit. † Vndè retrotrahitur ad diem grauaminis, perindè, ac si ab initio admissa fuisset, & omnia medio tempore gesta dicuntur nulla, & attentata, *Card. in Clem. 1. col. 4. quæst. 8. vers. sic etiam de sent. & re iudicat. Lancellott. de attentat. part. 2. cap. 12. limit. 6. nu. 36. & seqq. & præsertim nu. 44. & part. 3. cap. 24. quæst. 31. num. 9. & 10. Rot. coram Durano decis. 96. num. 4. decis. 191. num. 5. & 6. & decis. 240. num. 3. Melcuitana Marescialłatus 10. Ianuary 1643. coram Reuerendiss. D. meo Decauo; Viterbien. fideicommissi, seù attentatorum 13. Maij 1644. coram R.P.D. meo Crreo, & in Verulana beneficiorum 3. Ianuar. 1646. & Bononien. attentatorum 18. Iuny eiusdem anni coram eodem, Toletana matrimonij 20. Innij 1642. coram R.P.D. mea Corrado, & in Astoricen. Parrochialis 26. Iunij 1647. coram R.P.D. Arguellcs.*

Nec facit, quod rescripta Signaturæ sint intelligenda prout de iure; Nàm, dum causa fuit commissa simpliciter, debet intelligi ad
4 vtrumque effectum † suspensiuum scilicet, & deuolutiuum; itaut, attento effectu suspensiuo, quicquid actum fuit, dicatur attentatum, *not. in Vrbeuetana bonorum 27. Marty 1624. coram Vbaldo. in Mantuana inrispascendi 28. duny 1628. coram Virili, & in Maguntina hæredit. 1. Aprilis 1639. coram R.P.D. Carillo,* & penes *Posth. de manutenen. decis. 246. num. 8. & 9.*

Prætensio verò, quod fuerit ab appellatione recessum, mediaute protestatione de mense Aprilis præteriti, nullo modo videtur subsi-
5 stere; † Tum quia fuit facta cum clausula præseruatiua; Citrà consensum in Iurisdictionem. *cap. Sollicitudinem in fin. vers. sed si verbo; ibique Franch. num. 5. 16. & seqq. de appellatio; Alex. cons. 130. nu. 14. vers. quia respondeo, & numer. seqq. lib. 4. Surd. cons. 35. nu. 11. & 12. modern. Cæsenaten. de Citation. cap. 6. nu. 149. & cap. 9. nu. 136.* dixit *Rot. decis. 500. num. 7. & 8. part. 1. in recent.*

Tum etiam, quia non continet; nisi simplicem electionem domicilij, ad quod citationes transmitti deberent, quatenus contingeret ipsum citari, & sic cum actus non sonet in
6 agere, † sed tantum in pati, non potest importare renunciationem appellationis, neque consensum in Iurisdictionem, *Soccin. cons. 104. num. 25. lib. 4. Add. ad Capvellam Tholos. dec. 194. nu. 4. vers. vndecimo fallit, Gabr. de appellat. concl. 2. num. 23. Scacc. eodem tractat. quæst. 17. limit. 2. sub num. 27. & seqq.*

Non vrgent decisiones in cõtrarium adductæ, quia non loquuntur, quando appellatio fuit admissa simpliciter; sed solum quando Signatura transtulit executionem, rescribendo cum clausulis suspensiuis, nempe *cum facultate manutenendi quem de iure, vel si quid*
7 *exequendum*, & similibus, † qui termini sunt valdè diuersi. Nam in primò casu habet causam pro appellabili, vt notat *Imol. in cap. sua nobis num. 4. vers. secus videretur de appellation. Alex. cons. 77. eodem num. vers. principali fundamento lib. 2. Rot. penes Posth. de manutenen. decis. 522. num. 10.*

Et ideò in præiudicium appellationis inter-
8 positæ non poterat † capi possessio, aut quicquam innouari, *cap. venientes 19. de iureiur. Bero. cons. 116. num. 10. lib. 3. Grat. cons. 123. nu. 9. lib. 1. Rot. coram san. mem. Gregor. decis. 336. num. 6. & in recent. decis. 503. num. 2. part. 1. & decis. 210. num. 4. & 397. num. 1. part. 4. tom. 2.*

In secundò verò casu non facit causam ap-
9 pellabilem; † sed tantum suspicatur de validitate executionis, & propterea impedit executionem faciendam, non autem factam reuocat, vel retractat, prout de clausula cum facultate manutenendi quem de iure, firmauit *Rot. dec. 305. nu. 15. & seqq. par. 6. rec.* Et de clau-
10 sula, *si quid exequendum*, † conciliando decisiones in contrarium allegatas, dictnm fuit in *Ariminen. domus 7. Maij 1635. coram Reuerendissimo D. meo Decano*, cum alijs per *Add. ad Buratt. decis. 231. num. 6. & 7.* & per *Marchesau. de Commiss.*
11 *tom. 1. fol. 706. num. 146.* † Et de clausula, *alteri qui ad legitimam*, in *Romana Dotis 2. Iuny 1636. coram R.P.D. meo Ghisilerio.*

Firmatis attentatis, pro illorum reuocatio-
12 ne venit concedendum † mandatum de manutenendo, iuxtà praxim in Rota receptam, vt in *decis. 15. nu. 5.* post *Pacif. de Salu. Baren. seù nullius pecuniaria 24. Ianuarij 1646. coram R.P.D. meo Cerro, & in Oriolen. Decanatus 25. Iunij 1646. coram R. P. D. Corrado*; Cum talis reuocatio
13 habeat † vim retinendæ possessionis, vt benè per *Oldrad. cons. 206. num. 4. vers. nunc autem, Rot. in Perusina domus 23. Ianuarij 1612 coram Coccino, cũ alijs in Taurinensi. Parochialis 20. Decemb. 1647. coram me.*

Et ita decisum fuit vtraq; parte informante.

REVERENDISS. P. D. CERRO.
Sacræ Rotæ DECANO.
Caietana Bonorum.
Mercurij 10. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Emphiteusis Ecclesiastica concessa *pro se, heredibus, & successoribus* quandò restringatur tantūmodo ad heredes sanguinis, et descendentes ab inuestitis, ita vt nec minus possit deueniri ad manus Monasterij pro sola fructuum commoditate durante vita Monachi, quamuis esset capax bonorum in communi, et quando dicatur transitoria ad extraneos, non minus fusè, quam clarè explicatur.

SVMMARIVM.

1 *Emphiteusis Ecclesiastica, finita generatione ad Ecclesiam reuertitur, nec transit ad extraneos licet sit concepta pro hæredibus, & successoribus, & quando secus num. 6. & 7.*

2 *Emphiteusis Ecclesiastica concessa pro hæredibus, & successoribus, restringitur ad hæredibus sanguinis & descendentes ab inuestitis.*

3 *in Emphiteusi Ecclesiastica, pactum renouandi, & clausulæ* ad habeñ ac in perpetuum &c. *non tribuunt facultatem renouandi, nec alienandi in extraneos.*

4 *Clausulæ* ad habendum ac in perpetuum &c. *in Emphiteusi Ecclesiastica appositæ quandò non possint extendere concessionem vltra personas expressas.*

5 *Beneplacitum Apostolicum non præsumitur obtentum ex lapsu triginta annorum, nisi simul concurrat obseruantia concessionis.*

9 *Emphiteusis Ecclesiastica concessa Clerico, pro se hæredibus, & successoribus, non restringitur ad hæredes sanguinis, sed transit ad extraneos.*

10 *Et quid si recepta fuerit etiam pro fratre qui vti laicus habere poterat descendentes.*

11 *Emphiteusis non dicitur deuoluta ob lineam finitam, si adhuc extaret aliqua femina Montalis, & commoditas bonorum remaneret penes Monasterium intellige vt num. 12.*

13 *Emphiteussis Ecclesiastica non transitoria ad extraneos non potest retineri à Monasterio pro sola fructuum commoditate, durante vita Monachi etiam si esset capax bonorum in communi amplia vt numer. 14.*

15 *Bona Emphiteotica, quando à Monasterio acquiri non possint, nec minus ad effectum vendendi personæ habili, & æstimationem conseruandi.*

16 *in Emphiteusi Ecclesiastica prohibitio alienandi, comprehendit non solum alienationem per contractum sed etiam per vltimam voluntatem.*

17 *Bona Emphiteotica dicuntur deuoluta si fuerunt relicta Ecclesiæ.*

18 *Bona emphiteotica benè dicuntur deuoluta ob lineam finitam, si Monasterium nec minùs durante vita Monachi, potest illa retinère.*

19 *Linea dicitur finita si vltimus ex ea emiserit professionem in aliqua Religione.*

20 *Sententia intelligitur, & declaratur secundum libellum, & petitionem agentis.*

21 *Deuolutio bonorum emphiteuticorum petita ex duplici causa si Iudex in sententia vnam tantum expresserit, in dubio, alteram quoque præsumitur declarasse.*

22 *Clausula* omni meliori modo *comphæhendit omnem modum meliorem etiam non expressum, quo actus sustineri potest.*

DECISIO CCIX.

DECISIONEM sub die 3. *Decembris* 1646. coram me * emissam in præsenti disputatione DD. confirmarunt. Quia omissa validitate sententię non amplius ab altera parte in dubium reuocata, iustitia patet repetito
1 quod† agitur de emphireusi Ecclesiastica, quę finita generatione ad Ecclesiam reuertitur, nec ad extraneos transit licet concessa pro he-
2 redibus, & successoribus, † cum in hac materia verba huiusmodi extendantur solum ad heredes sanguinis, & descendentes ab eisdem inuestitis ex latè deductis in 1. *decis. vers. Iustitia verò est euidens.*

3 Nec contrarium † suadent pactum renouādi de 29. in 29. annos, & clausulę, *ad habendum, ac in perpetuum*; Quia vt pariter responsum fuit in dicta decisione intelliguntur iuxta naturam contractus cui adijciuntur, indeque in emphiteusi Ecclesiastica nō tribuunt facultatem renouandi, nec alienandi in extraneos, *vt latè deducitur in Mediolaneñ Bonorum 30. Maij 1633. coram bon. me. Merlino quæ est decis. 211. à num. 7. cum pluribus seq. par. 6. recent. cum alijs relatis in 1. decis.* vbi vlterius fuit animaduersum
4 prefata facilius admittenda, † cum nec solemnia fuerat adhibita, nec impetratum Beneplacitum Apostolicum sine quibus huiusmodi clausulę non possunt extendere concessionem vltra personas expressas, *ex authoritatibus ibidem comulatis.*

5 Presumptio autem† Beneplaciti Apostolici non oritur ex lapsu 30. annorum dum non probantur factę alienationes in extraneos, & prefato tempore obseruatę. Receptum enim est solum cursum temporis non inducere presumptionem Beneplaciti, aliarumque solemnitatum nisi simul concurrat obseruantia cōcessionis, *vt respondit Rota apud Put. decis. 7. d. præsum. coram bon. mem. Coccino decis. 301. nu. 2. & 3. cum alijs in Perusina Reintegrationis 13. Iunij 1644. coram B. P. D. meo Royas, & in Compostellana Parochialis 10. Feb. 1645. coram R. P. D. meo Verospio vers. quia cum ex tit. circa fin.*

Et proinde non applicantur decisiones in contrarium adductę. Decisio enim 294. *par. 2*
6 *rec. repet. par. 3. in ord. 286.* † Loquitur de concessione habente explicitam facultatem alienandi in extraneos quę multum mouit Do-
7 minos *vt ibidem n. 6.* † in altera vero 548. *par. 8. recent.* aderat Beneplacitum Apostolicum, & ostendebantur alienationes factę extraneis, *vt numer. 11. 16. & 17.* Decisio vero *Cardin. Caual.*
8 293. loquitur † in inuestitura nullam habente probationem, quę concurrit in casu nostro, & ener-

eneruat vires præcedentium clausularum, *ut respondit Rota in Fero sempronien. emphiteusis coram b. mem. Merlino, quæ est decis. 74. num. 8. cum seq. par. 6. rec. cum alijs in 1. decis. vers. quod sine difficultate cum vers. seqq.*

Minus vrgent duæ coniecturæ ponderatæ in contrarium. Prima enim quod bona de quibus agitur, deuenerint in Flaminium, & Fabritium successione cuiusdem Marij Velloni cum permissione, & consensu eiusdem Monasterij Cassinensis directi Domini, cessat ex facto, cum Monasterium non approbauerit Marij successionem sed de nouo locauerit, & concesserit, ibi, *hodie præfatus D. Germanus Procurator locauit, & de nouo concessit præfato &c. ac ibi, & titulo locationis, ac de nouo concessionis præfatæ &c.* Secundo vero ex ex eo, † quod concessio stipulata fuerit à Flaminio pro se, suisque hæredibus, & successoribus, qui tamen cum esset clericus descendentes habere non

10 poterat sed solos hæredes extraneos† nihil releuat dum inuestitura fuit ab eodem Flaminio recepta etiam pro Fabritio fratre qui vti Laycus habere potuit Descendentes. Adducta autem præsumptio foret efficax si solum in extraneis concessio verificari posset, *vt tradunt Clar. in §. feudum q. 74. num. 4. Card. de nomin. emphi. lib. 2. q. 20. num. 37. & plures alij relati per Fusar. de substit. q. 339. num. 42. & 44.*

11 Demum † nihil obstat quod Fabritius decesserit relicta vnica filia fæmina Moniali Capoccina, qua existente declarari non potuit esse factum locum deuolutioni ob lineam finitam cum saltem eius vita durante commoditas bonorum, de quibus agitur remaneret penes Monasterium, *vt trad. Bald. in cap. post cessionem numer. 14. de probat. Anchar. consil. 420. numer. 1. & seqq. Bursatt. consil. 60. numer. 34. Sanchez. in præcept. decalog. tom. 2. lib. 7. capit. 15. num. 34.*

Quia omisso an sufficienter probetur existentia dictæ filiæ, & an obstet dispositio *S. Con. Trid. sess. 25. cap. 3. de regul.* Loquentis tantum de Capuccinis, non autem de Monialibus.

12 Placuit responsio † quod obiectum procedit, vel in emphiteusi priuatorum, *vt tradit Ias. in l. 2. num. 400. C. de iur. emph.* vel in emphiteusi Ecclesiastica concessa etiam pro extraneis, & cum solemnitaibus requisitis, in quibus terminis loquntur supra allegati, & præter illos primus omnium tradit *Bald. in auth. ingress. in 2. lect. num. 37. uers. quæro ergo C. de sacr. sanct. Eccles. alijq. relati per Corbul. de emphiteu. tit. de caus. priu. ob mort. ciuil. num. 6. cum plurib. seqq. Rota in rec. dec. 261. nu. 7. par. 1. & coram bo. me. Burat. dec. 394. n. 5.*

13 Secus † verò emphiteusi Ecclesiastica non transitoria ad extraneos, & in qua, prout hic, deficiunt solemnitates requisitæ, & Beneplacitum Apostolicum, Hoc enim casu etiam si Monasterium esset capax bonorum in communi, nihilominus bona in ea comprætensa ab ipso nec prætendi, nec minus retineri possunt pro sola fructuum commoditate durante vita Monachi, vt secundum veriorem, & cõmuniorem sententiam firmant *Odeffre. in d. auth ingressi sub n. 10. C. de sacr. sanct. Eccl.* ibique *Alber. & Castr. nu.* 54. quos refert, & sequitur in punctualibus terminis pro veritate respondens, *Bursatt. cons. 199. a num. 8. vsque in fin. lib. 2.* eumdeq; approbarunt *Cerbul. vbi supra sub numer. 4. vers. Bursattus tamen, & Fulgin. de iure emph. tit. de success. in bon. emph. q. 14. num. 3. uers. & licet,* ac sic distinguendo responsum fuit in *Bonon. bonorum 7. Iunij 1647. coram R. P. D. meo Meltio, §. nec releuat quod saltem, & 27. Martij præteriti corvm R. P. D. meo Verospio.*

Quæ nullam in proposito recipiunt dubietatem, quo vltra legalem per relationem ad

14 antiquas inuestituras, † adest etiam explicita contrahentium prohibitio ne bona relinquantur, & deueniant ad aliam Ecclesiam ex vi enim huiusmodi duplicis prohibitionis fuit penitùs interdicta omnis, & quæcũque potentia alienandi dicta bona vsque ab initio, ita vt nullo vnquam tempore, & ad nullum effectũ illa à Monasterio possint acquiri, & apud ipsũ retineri *§. Sanctissimus Auth. de alien. emph. Imol. in §. filius fam. §. diui, uers. extra glos. & ibi Alex. nu. 2. circa med. ff. de legat. 1. Simon. de Præt. cons. 54. n. 45. & 6. Bursatt. d. cons. 199. num. 11. uers. non puto. & num. 48. uers. 3. Doctores, alijsque relatis firmatur in d. Bononien. Bonorum coram R. P. D. meo Meltio uers.*

15 *qua prohibitio,* Nec minus † ad effectum vendendi personæ habili, & æstimationem consequendi, cum huiusmodi pactum, & contrahentium prohibitio resitat principio acquisitionis, *ut distinguendo opinionem Specul. tit. de locat. §. nunc aliqua num.* 143. firmauit *Rota apud S. me. Gregor. decis. 529. num. 10. in recent. d. dec. 211. nu. 31 cum plurib. seqq. par. 6. & in alijs in d. decis. relatis §. Immo cum in antiquis.* Nullatenus subsistente,

16 quod† per huiusmodi prohibitionem censeatur duntaxat prohibita alienatio per contractum non autem per vltimam voluntatem, seu hæredis institutionem, quia verior, & cõmunior est opinio, quod in emphiteusi Ecclesiastica prohibitio omnem casum alienationis comprehendat etiam hæreditariæ institutionis, alteriusque vltimæ voluntatis, vt in terminis consulendo firmat *Aldobra. d. cons. 40. sub n. 9. uer. cum igitur lib. 1.*

Hinc igitur subsistit pariter alterum decisio-

17 nis fundamentum † quod scilicet deuolutio sit omnino clara, & ineuitabilis, ex quo bona de quibus agitur fuerunt relicta Ecclesiæ in quam vti manus mortuas bona Ecclesiastica deueniri non possunt, nedum attenta iuris dispositione, ad not. *in cap. 1. de alien. feud.* sed etiam ob prædictam contrahentium prohibitionem *ex deductis ibidem §. sed ulterius, cum seq.*

Ideoque non refragatur quod sententia de Partibus declaret esse locum deuolutioni ob

18 lineam finitam. † Quia dum Monasterium non potuit hæc bona retinere, nec minus durante vita Monialis propter naturam emphiteusis Ecclesiasticæ ad extraneos non transitoriæ ex superius deductis. Vtique linea dicitur

19 finita, † quia filia Fabritij habetur pro naturaliter mortua, cum hoc casu mors ciuilis ob emissam professionem æquiparatur naturali, secundum *Barth. in auth. si qua mulier C. de sacros. Eccl. DD. communiter in cap. in præsentia de probat. Alex.*

Alex.cons.13.num.1.lib.3.Paris.cons.65.num.7. lib. 2.Corbul.vbi supra d.tit.de caus priuat. ob mort. ciuil.num.1.

Tamen ex duplici capite in prima instantia fuit petita deuolutio bonorũ, de quibus agitur, primo scilicet ob lineam finitam, secundo ex quo bona peruenerunt ad manus mor-
20 tuas. *Sum.Monasterij præteritæ positionis n.2.*† Vnde cum sententia intelligatur, & declaretur secundum libellum, & petitionem Agentis, *ad trad.per Aym.cons.188.num.1.Cresc.dec.6.nu.2. de sent.& re iudic.Card.Seraph. decis.640. numer.1.*
21 Licet † Iudex in corpore ipsius sententiæ expresserit dumtaxat causam lineæ finitæ, nihilominus censeri debet declarasse deuolutionẽ etiam ex secundo capite petitionis, vt illi sententiam conformaret, prout in dubio præsumitur, per ea, quæ tradunt *Aym.& Card.Seraph.*
22 *in locis sup.allegatis*: Accedente præsertim † clausula, *omni meliori modo*, ibidem apposita, quæ compræhendit omnem modum meliorem, quo sententiæ sustineri potest etiam non expressum. *Ruin.cons.9.nu.9.lib.5. Acchil.decis.vnic. de verb. signific.Rota in recent. decis.553. numer.20. par.1.& in Senogallien.Prædij 28.Iunij 1645. coram R.P.D.meo Merlino,vers.Attendi etiam.*

Et ita vtraque, &c.

☞ *Decisio ista emanata sub die 3.Decemb. 1646. coram eodem Reuerendissimo Cerro Decano. est decis. 427.part.9.tom.2.recent.*

R. P. D. CELSO,
Postea Eminentiss. CARDINALI

Placentina Beneficij.

Lunæ 15.Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Beneficium præsumitur liberæ collationis, & illius status, an possit dici immutatus ex prouisione de illo facta à Capitulo cum confirmatione Vicarij, & possessione subsecuta, erudite resoluitur. Valor beneficij in literis Apostolicis expressus per non excessum, ex quibus remaneat iustificatus, clarè demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium præsumitur liberæ collationis.*
2 *Beneficium probatur esse liberæ collationis ex visitationibus factis,*
3 *Beneficij status, & qualitas probatur ex collationibus factis tam per Sedem Apostolicam, quam per Ordinarios.*
4 *Beneficij status quando non possit dici immutatus per collationem de eo factam à Capitulo cum subsecuta possessione.*
5 *Collatio beneficij, quæ non apparet effectuata nihil operatur.*
6 *Laudum, quod non iustificatur ex actis, & habet contra se obseruantiam contrariam, non est habendum in consideratione.*
7 *Episcopus non potest sine auctoritate Apostolica declarare de Iurepatronatus beneficium, quod erat liberum.*
8 *Litteræ Apostolicæ quando apparent iustificatæ habet executionem paratam, & prouiso competit immissio ad instar l.fin.C.de ædict.diu.Adr.tollen.*
9 *Obitus optimè probatur ex partita Libri Mortuorum per Parochum formiter extracta.*
10 *Valor beneficij per non excessum in litteris Apostolicis expressus, quando iustificatus remanet per testium depositinnes.*
11 *Valor beneficij adminiculatur ex locationibus bonorum dicti beneficij, percutientibus tempus vacationis.*
12 *Valor beneficij iustificatur ex narratiua eiusdem valoris facta in aliis præcedentibus prouisionibus Apostolicis.*
13 *Beneficium, quod sit grauatum annua pensione, iustificatur ex qualicumque probatione.*

DECISIO CCX.

DENEGATA ex capite irreleuantiæ D.Dominico Nicellio petita remissoria, vt tandẽ Reuerendissimus Episcopus iam senio penè confectus possit post longam litem peruenire ad terminationem causæ, dubium proposui, An sententia Rotalis esset cõfirmanda, vel infirmanda, & Domini sine difficultate transierunt in affirmatiuam, cum validitas sententiæ non possit controuerti, & iustitia euidentèr appareat ex decisionibus in causa factis, in quibus firmatum fuit, beneficium controuersum Hospitalis S.Lazari esse eidem Episcopo adiudicandum, litterasque Apostolicas suæ prouisionis tamquam iustificatas esse exequendas.

1 Etenim, † non solum pro libertate beneficij, ac statu eius collatiuo viget præsumptio iuris, *de qua in cap.omnes Basilicæ, & cap.nullus, 16. quæst.7.*
2 † Verum etiam probatio facti deducta, & ex pluribus Visitationibus, nempè de anno 1482.1579.& 1617. *Rot.coram Seraph. decis.780. num.1. & 2.coram Duran. decis.24. num.5.* & fuit dictum *in Mediolanen.decimarum 7.Decemb.1618. coram Andrea.*

3 Et † ex collationibus, & prouisionibus vti de libero per spatium 200. & vltra annorum, tam per Sedem Apostolicam, quam per Ordinarios pro tempore factis, & effectum sortitis Sum.Episcopi *à num.14. per totum num.28.* Ex quibus probari qualitatem, & statum beneficij *notat Felin.in cap. in nostra, num. 43. de rescript. Aretin.cons.63.num.5. vers. sed tamen, Rota decis. 22. de probat. in antiq. Put.decis. 413. num.7. lib.1.Seraphin.decis.950.num.2. & decis.1227.n.3. & fuit dictum in Lucana Iurispatr. de Podiis 20.Nouembris 1620.coram Coccino, & in recent. decis.57. num 9.& seqq.par.6.*

4 Neque † ex prouisione facta de anno 1597. à Capitulo Florentiolæ in personam Abbatis Vrsij cum confirmatione Vicarij Placentini, & possessione subsequuta potest dici mutatus huiusmodi status; nam illa non solum dedit causam liti, sed etiã postea de anno 1598. prouisus fuit de dicto beneficio ex eadem vacatione tamquam de libero Cardinalis Sannesius

ſius tunc Prælatus, qui illud poſſedit vſque ad obitum, vt plenè deductum fuit in deciſionibus in cauſa factis, & vltimo loco in diſputatione remiſſoriæ ſub die 29. Maij præteriti corā me, *& in Vrgellen. Parochialis 13. Ianuar. 1606. coram Marcomontio.*

5 Aliæ † verò prætenſæ electiones vel loquūtur de Hoſpitali Florentiolæ, non autem de Hoſpitali S. Lazari Ciuitatis Placentiæ, vel nullo modo docentur effectuatæ, & ſic non veniunt attendendæ. *Rota coram Put. deciſ. 136. lib. 3. Mantic. deciſ. 322. num. 8. Durand. deciſ. 226. in fine, & in recent. deciſ. 39. num. 8. & deciſ. 124. num. 5. par. 3.*

6 Nec † releuat laudum latum ab Epiſcopo Placentino de anno 1438. & per Capitulum acceptatum; Nam cum illud non iuſtificetur ex actis, & habeat contra ſe obſeruantiam cōtrariam non eſt habendum in conſideratione. *Rota coram Duran. deciſ. 56. num. 6. & latè firmatum fuit coram R.P.D. meo Ghiſilerio 23. Ianuarii 1647. §. neque poteſt, & coram R.P.D. meo Arguelles 11. Decembris eiuſdem anni, §. prout nec releuat.*

7 Maximè † quia non potuit Epiſcopus ſine licentia, & auctoritate Papæ præiudicare Eccleſiæ declarando de Iurepatronatus beneficium, quod erat liberum, vt notat *Calder. conſ. vlt. de Iurepatr. Garz. de benefic. par. 5. cap. 9. n. 129. Caputaq. dec. 128. num. 4. par. 2. & in recent. dec. 421. num. 3. in fin. par. 2. & deciſ. 27. num. 5. par. 4. tom. 2.*

Vndè ceſſat ex prædictis iure eligendi prætenſo à Capitulo, rectè pronunciatum fuit ad fauorem Reuerendiſſimi Epiſcopi pro execu-
8 tione litterarum Apoſtolicarum; † Nam quando illæ apparent iuſtificatæ, executionem paratam habent, & prouiſo competit immiſſio ad inſtar *l. final. C. de edict. Diu. Adr. toll. Mohed. deciſ. 13. ante finem, vt lit. pend. Buratt. deciſ. 435. nu. 1. & in recent. deciſ. 585. num. 18. par. 5.* & latè deductum fuit *in Bonon. Archipresbyteratus 23. Martii præteriti coram R.P.D. meo Corrado.*

Iuſtificatio autem euidentèr apparet ex deductis in deciſionibus factis in præſenti cau-
9 ſa, † ſiquidem vacatio beneficij per obitum Alexandri vltimi poſſeſſoris extrà Romanam Curiam ſequutum de mēſe Decembris 1641. probatur nedum ex teſtibus, & ex confeſſione partis, ſed etiam ex partita libri mortuorum per Parochum formiter extracta, quę optimè probat *Modern. de re benef. lib. 3. quæſt. 10. num. 45. Rota coram ſanct. mem. Greg. deciſ. 78. num. 2. ibique Add. littera A. Buratt. deciſ. 563. num. 1. Illerden. Canonicatus 4. Decembris 1623. coram Pirouano, & dec. 700. num. 4. par. 1. in recent.*

10 Valor ducatorum 150. † per non exceſſum remanet iuſtificatus ex teſtibus formiter examinatis, quorum quartus, quintus, & vltimus rectè deponunt per modum negatiuum expreſſum in eiſdem litteris, & reddunt rationem ſui dicti, & vti informati. *Seraphin. deciſ. 974. num. 1. & in recent. deciſ. 160. num. 3. par. 2. & deciſ. 583. num. 7. & ſeq. par. 4. tom. 3.*

11 Et eorum † depoſitio adminiculatur ex locationibus bonorum eiuſdem beneficij percutientibus tempus vacationis. *Buratt. dec. 411.*
12 *num. 3.* † & ex narratiua eiuſdem valoris facta in duabus præcedentibus prouiſionibus Apoſtolicis. *Cæſar de Graſſ. deciſ. 3. num. 2. & ſeqq. de probat. Mantic. deciſ. 81. num. 2.*

13 Quod † beneficium ſit grauatum annua penſione ſcut. 150. ad fauorem R.P.D. Caſtellani deponunt quatuor teſtes ſeruatis ſeruandis examinati, & ex iiſdem probatur etiam, quod obtenta non excedant ducata 24. de Camera, Penſiones verò 90. cum tamen ad dictum effectū ſufficiat qualis qualis probatio. *Rota dec. 572. num. 4. par. 1. recent. & dec. 10. num. 5. par. 2. & penès ſanct. mem. Greg. d. deciſ. 84. n. 3. & 4.*

Et ex his, & aliis rationibus deductis in deciſionibus factis in cauſa, quæ etiam hodie Dominis placuerunt, Epiſcopo ſolo informante, reſolutum fuit pro confirmatione Sententiæ Rotalis.

REVERENDISS. P. D. CERRO.

Sacræ Rotæ DECANO.

Romana Reſidui dotis.

Lunæ 15. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Hæres ſi habet ſcientiam creditorum ſicuti poſterioribus ſoluere non poteſt, ita prohibetur eius tutor, qui ſoluendo poſterioribus tenetur de proprio. Creditor anterior quando poſſit pecuniam poſteriori creditori ſolutam ab eo reuocare.

SVMMARIVM.

1 *Tutor habens ſcientiam anteriorum creditorum, ſi ſoluit poſterioribus ſine cautione de reſtituendo tenetur de proprio.*
2 *Scientia creditorum probatur ex inuentario. Inuentarium contra conficientem, illiuſque hæredes plenè probat num. 2.*
3 *Scientia creditorum probatur leuioribus probationibus. & num. 4. in fine.*
4 *Epiſtola deducta ad probandam obligationem requiritur quod contineat explicitam promiſſionem.*
5 *Creditor poſterior exigens à ſuo debitore, quando teneatur anteriori reſtituere, & quando non. num. 15.*
6 *Emptor ſoluens creditoribus ſibi in liſta aſſignatis, poſſitne moleſtari per alios.*
7 *Anteriorum creditorum ſola ſufficit ſuſpicio, vt hæres non poſſit poſterioribus perſoluere.*
8 *Creditor anterior licet in diem, vel ſub conditione præfertur poſteriori puro, & libero.*
9 *Obligatio in diem non tribuit actionem antè aduentum diei.*
10 *Creditor in diem rectè agit, vt adueniente die ſibi ſoluatur.*
11 *Creditor in diem petit aſſecurationem bonorum ſtante timore occupationis eorumdem bonorum per poſteriorem creditorem.*
12 *Fructus per tutorem exacti penès ipſum extare præſumuntur.*
13 *Mandatum contrà bona debitoris relaxatum executioni demandatur contrà tutorem rationem non reddentem.*

14 *Pe-*

14 *Pecunia in hæreditate existente non suffragatur indicatio bonorum ad hoc, vt creditores ex illis satisfiant.*

Creditor non cogitur recipere stabilia vbi pecunia in hæreditate existit. num. 14.

16 *Creditor posterior recipiens à debitore pecunias, illas anteriori creditori priuilegiato restituere tenetur. & de materia vid. sup. num. 5. 15. & infra n. 17.*

17 *Creditores duo priuilegiati, si vnus exegit alteri restituere non tenetur, quamuis anteriori.*

Priuilegia conquassantur inter paritèr priuilegiatos. num. 17.

DECISIO CCXI.

ANNO 1634. R.P.D. meus Bichius tunc A.C. in Ciuilibus Locumtenens relaxauit mandatum executiuum contra bona hæreditaria q. Alexandri Morelli, ad fauorem DD. Marcelli Gherardi, & Agnetis de Rosis pro scutis 2. mill. iisdem debitis occasione residui Dotis q. Beatricis Morellæ ipsorum communis matris, sed cum vlteriùs petijssent illud exequi contra bona propria Francisci, & Margharitæ filiorum, & hæredum dicti Alexandri debitoris, huiusmodi exequatur denegauit, facta tamen per ipsos hæredes ad fauorem dictorum creditorum cessione iurium contra R.P.D. Carolum Perbenedictum eorum tutorem, qua cessione facta R.P.D. Argelus anno 1639. illos per sententiam diffinitiuam absoluit. Vndè cum creditores obtinuerint cōmitti mihi causam tam contra dictum D. Tutorem, quam contra D. Catharinam eius sororem omni appellatione remota, Dubitaui, An præfatum mandatum esset exequendum contra dictos Tutorem, & Catharinam, & in tertia propositione resolutum fuit esse exequen. contra R.P.D. Perbenedictum tantum.

Moti fuerunt Domini duplici fundamento; Primo scilicet, quia D. Perbenedictus habens certam scientiam huius crediti anterioris Marcelli, & Agnetis, nihilominus persoluit dictæ D. Catharinæ creditrici posteriori *scuta* 3800. non procurata solita cautione de
1 restituendo prioribus, † & potioribus, stante enim dicta scientia liberè soluens posterioribus in præiudiciū anteriorum habetur perindè ac si non soluisset, & tenetur de proprio, *ex theoric. Bart. in l. fin. §. & si præfatam num. 1. vbi etiā Castr. num. 4. vers. glossa tamen, cæterique DD. C. de iur. delib. Thesaur. iur. quæst. for. lib. 2. quæst. 16. n. 17. Grat. discept. for. cap. 532. num. 6. & 7. Card. Seraph. decis. 1311. num. 3.* & in similibus terminis alijs congestis responsum fuit *in Romana quarti dotalis 19. Iunij 1645. coram me, §. non obstat, vers. tum quia Anticij.*

Scientia autem visa fuit concludenter probari, tum ex inuentario bonorum hæreditariorum Alexandri per ipsum confecto, vbi illos descripsit creditores hæreditatis pro dicta
2 dote scutorum 5. mill. † quod contra conficientem, illiusque hæredes plenam facit probationem *l. fin. vers. sin autem, C. arbitr. tutel. Bald. cons. 407. num. 6. lib. 1. Roman. cons. 102. sub num. 3. vers. cum itaque, Rota in Romana legatorum de Columna 37. Ianuarij 1614. coram bon. mem. Sacrato; penès Merlin. de legitim. decis. 18. num. 6. in recen. decis. 96. num. 2. par. 7. & in Romana prætensi fideicommissi de Fuschis, 18. May 1643. coram Reuerendiss. D. meo Decano, §. quo verò.* Tum enim ex inhibitione illi personaliter præsentata *die 3. Nouembris* 1627. ad instantiam Beatricis, & Matthiæ Gherardi eius secundi viri, ne auderet bona hæreditaria Alexandri distrahere, vendere, vel alienare in ipsorum prędiudicium *summ.* Creditorum primæ positionis *num. 4.* Et licet huiusmodi inhibitio tamquam impetrata de consensu vtriusque partis non arctet ad pœnam contrauentionis, adhuc tamen ex ea resultat concludens probatio scientiæ huius cre-
3 diti anterioris † (ad quem effectum hodie deducitur) cum hæc probetur etiam leuioribus probàtionibus, *vt tradit Grat. dicto cap. 532. num* 8. & punctualiter dictum fuit *in d. Romana quarti dotalis coram me, §. scientiam autem, circa fin.* Et denique fortiùs ex epistolis scriptis ab ipsomet Tutore, & transmissis Matthiæ, in quibus explicitè fassus fuit hoc creditum esse anterius, illique promisit nihil se soluturum alijs creditoribus, vt ex epistola sub die 8. *Septembris eiusdem anni* 1627. ibi, *Tanto più non hò d'hauer dubbio, che altri creditori siano per mouergli, essendo lei anteriore*; & infra, ibi, *Io non hò altra premura solo che lei sia sodisfatta, poi mi aiuterò anco io per recuperare quello si deue à mia sorella, &c.* ac clariùs ex alia *sub die* 10. *Octobris sequentis*, ibi, *Mi scriue il Sig. Benedetto, che li creditori del Vitelleschi, doue è sicurtà il Sig. Alessandro bon mem. fanno instantia per il pagamento, &c. hò risposto, ch'io non voglio pagare vn giuliaccio, perche vi è l'Anteriorità di V. Sig. per cinque mila scudi, che assorbe ogni cosa, &c. d. summ. num. 5.*

Idque etiamsi dicta verba videantur potiùs vrbana, ad captandam scilicet gratiam Matthiæ, ne contra pupillos debitores irrueret, quam verè obligatoria: quia creditores hodie non petunt exequi dictum mandatum contra D. Perbenedictum vigore præfatarum episto-
4 larum, † quasi quod ex illis desumatur eius obligatio, quo casu opus esset, vt explicitam promissionem continerent, *ex firmatis per Rotam in recent. decis. 227. num. 3. par. 5.* sed illas deducunt ad effectum dumtaxat probandi eius scientiam huius crediti, illumque inducendi in malam fidem, ad quem sanè effectum siue verba illarum sint obligatoria, siue vrbana, & Curialia sufficiunt.

Nec obstat, quod nisi hæreditas succubuisset in quadam lite cum DD. de Verospijs creditoribus q. Morelli de Morellis patris Alexādri omnibus potuisset satisfieri, indeque tutor excusari debeat si soluit posteriori, non exacta cautione de restituendo prioribus. Placuit enim responsio, quod dum de tempore dictæ solutionis factæ in manibus Catharinæ, vltra certam scientiam crediti anterioris, de quo agitur, aderat etiam dicta lis cum DD. de Verospijs, & pendebat dubius illius futurus euētus, tutor eo magis præcauere debebat, & fortius ab ipsa exigere tenebatur dictam cautionem, ne in casu succumbentiæ (prout postmodum

modum euenit) creditores anteriores remanerent elusi non habentes vnde satisfieri.

Ideoque non applicantur deducta *per Thesaur.iun.dict.quæst.16.num.13.& per Rot. decis.443. num.6.par.4.rec.*

*Thesaur.*enim defendit creditorem posterio-
5 rem, † qui exegit à suo debitore,& pecuniam consumpsit, non teneri illam restituere anterioribus, nisi probetur ipsum habuisse certam scientiam ipsorum crediti anterioris,& copulatiuè etiam,quod debitor non esset soluendo, cum alias mala fides in ipso considerari non possit.

6 In dicta verò *decis.* 443. † agebatur in casu, quo tertio emptori demandatum fuerat, vt solueret pretium creditoribus descriptis in quadam notula sibi tradita ascendentibus precisè ad summam pecuniarum penès ipsum existentem, cum assertione venditoris, quod non aderant alij creditores, & sic in casu, quo emptor non habebat scientiam anteriorum, vnde liberè potuit soluere posterioribus sibi demandatis, adeout anteriores ibidem non descripti cōtra ipsum nullam haberent actionem. In casu autem nostro agitur contra Tutorem hæredis debitoris, qui habens certam scientiam creditoris anterioris, & lite pendente super maiori parte bonorum hæreditariorum liberè persoluit posteriori, quibus concurrentibus tenetur de proprio *ex iuribus*
7 *superiùs adductis*, & in fortioribus, † quod sola etiam suspicio anteriorum sufficiat ad hunc effectum probant omnes adducti *per Grat. dicto cap.532.num.6.& in dicta Romana quarti dotalis coram me*. Eoque magis in proposito, quo verisimiliter suspicari potest ipsum D. Perbenedictum agnoscendo hæreditatem non esse soluendo omnibus creditoribus, gratificare voluisse suæ sorori in damnum, & præiudicium huius crediti, cuius anterioritatem ipse certò sciebat.

Minùs releuat, quod creditum,de quo agitur non esset purum,sed in diem,post mortem scilicet Victoriæ Valleranæ.

Dies enim nō impedit ortum obligationis, & creditor anterior licet in diem,vel sub con-
8 ditione † præfertur posteriori puro; & libero ex clara dispositione *tex.in l.qui balneum,& in l. potior.ff.qui potior.in pign.habean. Felician.de censib. tom.1.lib.3.cap.3. sub num.21. vers. planè creditor*. Et quamuis obligatio in diem non tribuat
9 actionem † ad effectum exactionis ante euentum diei, *l.non potest [illegible] quemadmodum,ff.de indic.* Operatur tamen, quod creditor possit age-
10 re † contra debitorem, vt soluat die adueniēte. *l. cedere diem,ibique gloss.& Alciat.num.10.ff.de verb.obligat.Osasch.decis.130.num.9. Afflict. decis. 279.num.5.ibique Vrsill.num.1.Surd.dec.120.n.13.* Ac interim donec dies adueniat potest petere
11 bonorum assecurationem † (prout factum fuit in casu nostro) si adsit timor, quod creditor posterior illa occupet, vel dilapidet. *l. quæsitum,14.ff.de pign.Negus. hoc tractat. in 4. par. num.16. Felician.vbi supra d.cap.5. sub dicto nu.21. vers.quoniam interueniente*. Et consequenter eo prætextu solutio in manibus posterioris liberè fieri non poterat *ex iuribus supra allegatis*.

Secundum fundamentum resolutionis fuit, quia nullam reddit rationem de fructibus bo-
12 norum hæreditariorum; † cum enim præsumatur penès ipsum extare. *Surd. cons.4. nu.43. circa med.Rota decis.304.num.8. part.5. recent.* nisi
13 de illis integram rationem reddat, † contra ipsum executioni demandari debet mādatum relaxatum contra bona hæreditaria debitoris, vt docet *Bald.in l.1.C.quand. fisc.vel priuat. quem sequuntur Parlador.rer.quotid.lib.2. cap.fin. part.4, §.3. sub num.1. vers. quamquam si bona, Guttier. de tutel.par.2.quæst.23.num.2.Felician. vbi supra. to.2. lib.2.cap.3.num.10.vers.tunc enim*.

Nec obstat, quod ex indicatione bonorum nuperrimè per ipsū facta in actis Notarij causæ, appareat adesse in dicta hæreditate decem, & tria corpora stabiliū, ex quibus creditores commodè possunt sibi ipsis de eorum creditis satisfieri.

Quia præter quod bona indicata sunt illa eadem, quæ subhastata fuerunt ad instantiam DD.de Verospijs, vt in vltimo *summario* Creditorum *num.2.& 3.* Prætensio, quod creditores sibi satisfiant ex stabilibus forsan locum haberēt pecunia hæreditaria non extante, vel vel non suppetente;secus autem vbi,prout hic extat pecunia ex fructibus hæreditarijs ab ipso
14 perceptis, & penès eum existentibus; † tunc enim indicatio stabilium non suffragatur, nec ipse liberatur dimittendo bona hæreditaria, sed debet in pecunia creditoribus satisfacere, *vt sequendo Bursatt.cons.9. num.30. & 31. tradunt Cyriac.controu.forens.cap.24.num.19.cum seqq.vsq; ad 26.Surd.decis.30.num.13.vers.secundo motus fuit Senatus, & num. 14. firmauit Rota coram Reuerendiss.Vrgellen.decis.1. per tot. & signanter num.29.& 30.& in sæpius allegata Romana quarti dotalis,§. secundo quia,vsque ad fin.*

Quod nō euitatur prætextu quod Matthias in quadam epistola transmissa D. Perbenedicto sub *die* 20.*Nouembris* 1627.reseruauerit sibi cautionem, & securitatem pro satisfactione dictorum scutorum bis mille super stabilibus.

Omisso enim, an ipse exinde præiudicare potuerit Beatrici, eiusque filijs principalibus creditoribus absque speciali mandato: licet ibidem ordinauerit præsentari inhibitionem super stabilibus, ibi, *& si presenti, l'inhibitione per li scudi due mila sopra li stabili*; inferiùs tamen expresè declarauit nihil soluendum esse alijs creditoribus, nisi præstita prius dicta cautione de restituendo prioribus, ad effectum, vt adueniente die exactionis huius residui, posset pecunias persolutas repetere, ibi, *A me pareria fosse il douere dessero sicurtà di restituire a' creditori anteriori, perche li scudi 2.mila io hoggi non posso domandarli, ma è necessario, che chi piglierà detta moneta, per li miei due mila scudi dia sicurtà à suo tempo,&c.* Hinc enim clarè dignoscitur elegisse stabilia tantummodo pro maiori securitate, non autem taxatiuè liberando scilicet illorum fructus, aliaque bona hæreditaria.

Contra Catherinam verò dixerunt Domini mandatum non esse exequendum, quia cum ipsa

ipsa iustò titulo exegerit dicta scuta 3800. illaque
15 † bona fide consumpserit, pulsari nequit ab alijs creditoribus licet anterioribus, *ut text. apert. cum l. si alieni nummi, ff. de solut. Dec. in l. singulari num. 6.* ibique *Ias. numer. 73. ff. si cert. petat. Menoch. consil. 300. num. 32. Surd. consil. 4. num. 10. cons. 528. nu. 29. & decis. 60. num. 9. Gratian. discept, forens. cap. 304. nu. 1. cum seqq. Rot. decis. 77. nu. 30. & 31. part. 7. recentior.* & in his terminis procedunt deducta per *Thesaur. d. quæst. 16. num. 10. superius ponderata.*

16 Et licet hæc conclusio soleat limitari † quãdo creditores anteriores sunt priuilegiati, & signanter ex causa Dotis, vt in casu nostro, ex allegatis per *Capyc. decis. 78. num. 5. Anr. de Amat. uar. resol. lib. 2. resol. 51. num. 24. Cyriac. contr. 339. num. 15. & seqq.* Limitatio tamen admittitur vbi creditor posterior, qui pecunias exegit, & consumpsit non est pariter priuilegiatus, secùs
17 autem è contrà, † tunc enim priuilegia conquassantur, alijsque creditoribus etiam si anterioribus, & priuilegiatis auocatoria non competit, per ea, quæ tradunt *Thesaur. Inn. d. qu. 16. num. 6. Gait. de credit. cap. 4. quæst. 11. num. 1314. & Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. gloss. 8. part. 6. nu. 31.*

Atque ita conclusum fuit omnibus informantibus.

R. P. D. CELSO,

Posteà Eminentiss. D. CARDINALI.

Toletana Decimarum.

Lunæ 15. Iunij 1643.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo in exactione Dicimarum, pendente iudicio super negocio principali, denegari non solet, quando constat de possessione illas exigendi; præterea, an, & quando Priuilegia Apostolica concedentia exemptionem, & libertatem decimas non soluendi manutentio concedi possit clarè explicatur.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio exigendi decimas concedenda est existenti in possessione illas percipiendi. Amplia, vt numer. 4.*

2 *Possessio exigendi decimas ex fructibus quorundam bonorum contrà authorem acquisita, suffragatur etiam contrà successores omnes in illis bonis. & quare. num. 3.*

4 *Episcopus est vniuersalis decimator totius diœcesis.*

5 *Decimas si quis numquam soluerit, dicitur existere in quasi possessione exemptionis, & libertatis eas non soluendi.*

6 *Decimarum non solutio, vt probata remaneat per Testes quid sit necessarium. & num. 7.*

8 *Quasi possessio exemptionis, & libertatis non soluendo decimas, acquiri non potest sine scientia, & patientia Parochi.*

9 *Ecclesiæ præiudicare non potest Officialium negligentia.*

10 *Possessio exigendi decimas ex quibus non possit dici dimissa, sed potius animo retenta.*

11 *Possessio vniuersalis non soluendi decimas non releuat in concursu particularis possessionis exigendi decimas in aliquo prædio, à Porocho acquisitæ.*

12 *Priuilegia, & exemptionis non soluendi decimas, dum sunt discutienda, an veniant attendenda, nec ne non possunt retardare manutentionem, & illorum discussio ad petitorium reyci debet.*

13 *Priuilegium non soluendi decimas non impedit quin concedatur manutentio si non continet derogationem,* cap. nuper de decimis, *secùs è contrà. num. 15.*

12 Cap. nuper de decimis, *tamquam conciliare specificam, & indiuiduam derogationem requirit.*

DECISIO CCXII.

RECVSANTIBVS Commendatore, & Fratribus S. Catherinæ Martyris Toletañ Ordinis Redemptionis Captiuorum soluere Decimas pro bonis ad eos obuentis, tàm ex Testamento Mariæ Ortiz, quàm ex dispositione Ludouici Nunez, fuit illis sub die 16. Martij præteriti concessa Remissoria ad probandam articulatam immemorabilem, cui resolutioni, quamuis Eminentissimus Archiepiscopus vnà cum Parochis acquieuerit, institit tamen interim pro mandato de manutenendo in exactione earumdem Decimarum; Vndè dato dubio, cui nam esset concedendum mandatum de manutenendo, An scilicet Archiepiscopo, & Parochis in huiusmodi exactione, vel potius Fratribus in possessione prætensæ exemptionis, ac libertatis non soluendi, fuit illud ad fauorem Archiepiscopi, & litis consortium resolutum.

1 Etenim † possessio exigendi redditur indubitata ex sex Testibus formiter examinatis deponentibus, Eminentissium Archiepiscopũ, & Parochos pro tempore per spatium annorum 40. & vltrà, & vsque ad obitum dd. Mariæ, & Ludouici semper exegisse Decimas ex fructibus eorumdem bonorum, in qua possessione propterea debent omninò manuteneri, *§. retinendæ instit. de interdict. l. 1. ff. vti possid. Rota in Beneuentana Decimarum 16. Martij 1597. coram Litta, & in Ciuitaten. Decimarum 26. Martij 1618. coram bo: mem; Cardinali Verospio.*

2 Et licet † huiusmodi possessio fuerit acquisita tantummodo contra Mariam, & Ludouicum, nihilominus suffragatur etiam contra successores omnes in dicto prædio, iuxtà *decis. Guidopap. 629, per tot. vbi sub nu. 2.* reddit rationem,
3 † quia ex mutatione personæ, contra quam possidetur, non variatur, nec alteratur ius ex parte possidentis, sed semper remanet idem, quam decisionem sequitur *Gigas de pension. quæst. 47. num. 10. vers. quintò sciendum.* aliique adducti per *modern. Romanũ discept. forens. cap. 113 num. 16. & seqq.* & in terminis decimarum, *Rota decis. 341. nu. 1. & decis. 562. eodem num. part. 1. recent. & decis. 189. num. 3. part. 2. & penes Posth. de manut. decis. 455. num. 2.*

4 Maximè † cum talis possessio habeat etiam assistentiam Iuris ex quo Archiepiscopus est vni-

vniuersalis decimator totius dioecesis, *cap.conquærente de offic.ordin. cap.quoniam, & cap.cum contingat*, ibique *gloss. de decim.* & ibidem *Ioannes Andr. in princ. Hostien. circa med. vers. nec obstat*, idem *Hostien. in cap.dudum. col.2. vers. & sic euidenter de decimis, Rebuff. eodem tract. quæst.7.nu.11.* & in puncto de Archiepiscopo Toletano, firmauit *Rota in Toletana decimarum de Daymiel coram Caual.decis.487.num.1.& seqq. & in eadem coram Sacrato decis.402. num.1. part.2. recent.*

5 Non obstat, † quod Fratres à die, quo bona peruenerunt ad eorum manus prætendant, nunquam soluisse decimas, & sic existere in quasi possessione exemptionis, & libertatis eas non soluendi, ex latè deductis in *Bonon. exemptionis*, apud *Posth.de manutenen.dec.139.*& in alijs;

6 Nam, vltrà quod † Testes deponunt per verba, *Non interfui, non vidi, non audiui*, & similia excludētia sensum ab actu, non autem actum ipsum à sensu, prout est necesse, cum solui potuerint prædictæ decimæ, etiam quod ipsi non interfuerint, non viderint, nec audiuerint, *Bart. in l.1. §.hoc interdicto num.8. de itinere actuque priuat.* & benè ratiocinatur, *Bald.in rubr. C.de bon. possess. secund.tab.num.7. vers.& aduerte, Alex. cons.108. sub num.10. vers. & licet dicat, & cons.136.nu.20. vers.item dictus Iacobus lib.2. Rota in Corduben.decimarum 8.Martij 1610. coram Sanctiss. D.N.Innocentio X.& coram san. mem. Gregor. decis.325.num.5. & decis.510.nu.1.& in Hispalen. decimarum 15.Februarij 1647. coram R. P. D. meo Meltio, & in recentior. decis.277.numer.24. & seq. part.6.*

7 Vlterius, † nec percutiunt tempus antè motam litem, *Bart.in l.Celsus num.27.ff.de vsucap.& vsurpat.Rot.in Corduben.decimarum 10.Maij 1604. coram Ottembergo, & in Vercellen.decimarū 13.Nouembris 1645. coram R. P. D. meo Cerro.* Nec

8 concludunt † scientiam, & patientiam Archiepiscopi, & Parochorum, sine qua nulla prædictis Fratribus potuit acquiri quasi possessio, *l.quoties, §.vlt.ff.de seruit. l.2.C.de seruitut.& aqua, Innocent.in cap.quærelam num.3.* ibique *Abb.nu.2. & Butr. num.12.de elect. Alexan.cons.136.num.19. vers. item requirebatur lib.2. Seraphin. decis.1102. nu.8. Buratt.decis.172.nu.12.& in recent. dec.667. num.5.part.4.& decis.23.num.5. part.6.* cum alijs per *modern.Perusin.de manuten. obseru.10. nu.101.*

9 Præsertim in præiudicium Ecclesiæ, † cui Arrendatorum, seù aliorum Officialium negligentia non valuit præiudicare, *Bart. in l.1. §.si vir uxori nu.3. uers.uel aliter, ff.de acquir.poss. Ripa in cap.cum Ecclesia Sutrina numer.65. de caus. possess.& propriet. Seraphin.decis.1417. num.3.* & latè deductum fuit in *Hispalen.decimarū 27.Iunij 1644. coram R.P.D. meo Corrado.*

10 Immò, non solum probatur huiusmodi acquiescentia, † quinimò ex parte Archiepiscopi, & Parochorum illa manifestè excluditur, dum, sequuta denegatione, apparet, statim litem fuisse introductam, & Fratres duas sententias contrarias reportasse, à quarum vltima pendet appellatio in Rota, & sic possessionem nunquam voluisse dimittere, sed eam animo retinere, *Rot. in Hispalen.decimarum de Baraona 12. Ianuarij 1646. coram R. P. D. meo Cerro, & in decis.42.num.6. part.7. in recent. & in Hispalen.decimarum 27.Iunij 1644. coram R.P.D. Corrado.*

11 Possessio † verò vniuersalis deducta pro parte Fratrum in alijs bonis parum releuat in concursu particularis acquisitæ ab Archiepiscopo, & litis consortibus in bonis, de quibus agitur, *Seraph.decis.18.num.3.& decis.1380.nu.2. Marescott. uariar. resol.lib.1.cap.11.nu.28. modern. Perusin.de manuten. obseruat.73.num.172.& 174.*

12 Non obstant † Priuilegia Nicolai IV. Ioannis XXII. & Vrbani VIII. quia plures patiuntur difficultates, & dum discutitur, an veniant attendenda, nec nè, non potest interim retartardari manutentio, sed illorum discussio ad petitorium reijci debet, *Rota coram Seraphin.decis1380.num.3. & in recent. decis.42. in fin. part.7.* & penes *Posth. de manuten.decis.157.num.5.& decis.455. num.3. & in d.Hispalen. decimarum de Baraona 12.Ianuarij 1646. coram R. P. D.meo Cerro,* & in alia *Hispalen.decimarum 15.Februarij 1647. coram R.P.D. meo Meltio.*

13 Et sufficeret † ad hunc effectum, quod non contineant derogationem, *cap.nuper de decimis,*

14 quod † tanquam conciliare, specificam, & indiuiduam derogationem acquirit, *Archidiac. in cap.1. num.2. uers.uel dic planius de constitut. in 6. Rebuff.de decim.quæst.14.num.56.Caualer.decis.101 sub nu.2.& decis.247.num.9. Coccin.decis.279.nu.2. Buratt. decis.704. num.13. & in recent. decis.103. nu.2. part.7. & in Vercellen.decimarum 14.Nouembris 1645. & 15.Ianuarij 1646. coram R.P.D.Cerro,* & in alia *Vercellen. decimarum 31. Maij 1647. coram R.P.D. meo Royas.*

15 Vndè ex prædictis patet, † non applicari decisionem *Durani 215. & decisionem 44. part.7. recent.* aliasque in contrarium adductas, quia læquuntur de Priuilegijs claris, & indubitatis canonizatis per decisiones, & sententias Rotales habentibus expressam, & indiuiduam derogationem, *d. cap.nuper de decimis*, qualia non sunt priuilegia Fratrum, vt benè explicant, & declarant eædem met decisiones, & dictum fuit in *d. Hispalen. Decimarum 27.Iunij 1644. coram R.P.D.Corrado.*

Et ita vtraque parte informante decisum fuit.

R. P. D. MELTIO,

Postea Reuerendiss. Episcopo PAPIEN.

Romana Reintegrationis.

Lunæ 15.Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Accollatio operatur, vt accollans efficiatur verus, & principalis debitor, maximè concurrentibus adminiculis, quorum nonnulla ponderantur in præsenti decisione. Relatum, & non referens licet semper attendi debeat, tamen quando referens non stat simpliciter relatiuè, sed continet orationem perfectam, probat etiam absque relato.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Retentio competit creditori anteriori in bonis debitoris.*
2 *Confessio superat aliam quamcumque probationem.*
3 *Accollatio operatur, vt accolans sit verus, & principalis debitor.*
4 *Mori cum defraudatione alterius, & per consequens in peccato nemo præsumitur.*
5 *Solutio fructuum, seu expensarum inducit obligationem.*
6 *Relatum, & non referens attendi debet.*
7 *Referens probat etiam sine relato, & quando non stat simpliciter relatiuè, sed continet orationem perfectam.*
8 *Dictio, Come, quando dicatur stare causatiuè, & non conditionaliter.*
9 *Procurator vbi quis fuit constitutus cum verbis amplis, & efficacibus, perindè est, ac si haberet mandatum procuræ speciale.*
10 *Pensiones domus præsumuntur exactæ pro eo tempore quo quis domum possedit.*
11 *Expensæ factæ pro reparatione, seu restauratione domus, sunt detrahendæ in calculanda pensione percepta.*

DECISIO CCXIII.

CAESAR Sansonius, & Antonius Burius occasione societatis inter eos initæ in solidum diuersa debita contraxerunt, in quorum diuisione facta de anno 1599. die 20. Maij obuenit Sansonio census scutorum duorum millium in sorte ad rationem septem cum dimidio pro centennario impositi ad fauorem Aurelij, & Sciarræ de Sciarris de Rignano sub die 26. Aprilis 1594. *Summ. Monialium num. 1.* De anno 1602. Burtius in se reassumpsit medietatem eiusdem census eo quia in contanti habuerat scuta mille à Cæsare per Bancum DD. de Iustinianis, mediante Fabritio eius fratre, & Procuratore, *d. Summ. num. 3.* quam ratam census idem Antonius posteà sub die 7. Iulij 1608. extinxit soluendo eamdem summam scut. 1000. per Bancum DD. de Ruspolis, *dict. Summ. num. 5.*

De anno autem 1611. sub die 21. Maii, mortuo iam Cæsare idem Antonius fecit calculũ generalem de datis, & acceptis cũ Horatio Sabello, Tutore Mariæ Cherubinæ filiæ, & hæredis eiusdem Cæsaris, in qua solidatione idẽ Antonius debitor remansit in scutis mille, centum, & quatuor, & bonon. decem, & nonem, vt apparet ex eodem *Summ. num. 2.*

Mortuo deindè etiam Antonio, factoque concursu creditorum illi, qui habebant obligatum Sansonium, vrgebant contra D. Mariam Cherubinam eius filiam, & hæredem respectiuè Monialem in Monasterio S. Ambrosij, quæ pro varijs censibus Antonio obuentis in dicta diuisione facta de anno 1599. occasione fructuum soluit scuta mille ducentum sexaginta octo bonon. quadraginta quinque, *dicto Summ. num. 6.* & alia scuta 230. bonon. 13. pro fructibus eorumdem censuum, quæ soluta fuerunt in actu acquisitionis. Præterea cum inter eosdem fructus, vt supra calculatos comprehenderetur summa, quam soluerat dicta Monialis Cherubina vsque ad ann. 1621. Ioanni Tardito filio, & hæredi Barbaræ Restoræ, ad cuius fauorem à q. Antonio Burio cum fideiussione dicti Cæsaris fuit impositus vsque de anno 1601. census in sorte scut. 300. super quadam Domo, & Apothecis existentibus in Foro Piscium dictæ solutionis vigore eadem Monialis cessionem Iurium, possessionemque dd. Domus, & Apothecarum, quam dictus Tarditus iudicialiter acquisiuerat, reportauit ab eodem Tardito, & illius virtute, nè dum ipsa eo tempore quo vixit, verum etiam dictum Monasterium S. Ambrosi possiderunt dd. Domum, & Apothecas censui suppositas, illarumque pensiones exegerunt. Sed prætendentibus Burijs Monasterium fuisse satisfactũ moto iudicio coram A.C. obtinuerunt die 2. Septembris 1639. sententiam, seù reintegrationem, causa per appellationem commissa Reuerendiss. D. meo Episcopo Patauino, & disputato dubio super illius executione sub dies 23. Iunij 1642. in decisione firmatus fuit calculus crediti, & debiti. Subrogato deindè Reuerendiss. D. meo Episcopo Salamantino sub die 22. Iunij 1643. in debitum Monialium fuit in decisione coram dicto D. Salamantino extensa addita supradicta partita scut. 1000. quam Fabritius Burius frater, & Procurator Antonij in se reassumserat, & declaratum pro dicta rata fuisse factam compensationem ipso Iure à die solutionis cum tot censibus à Burio debitis, & à Monialibus acquisitis, & confirmata, coram R. P. D. meo Peutingerio sub die 10. Maij 1645. fuit illis concessa reintegratio ad Domum, & Apothecas supradictas, causa deindè mihi per appellationem cõmissa cum facultate manutenendi quem de iure fuit sub die 28. Maij 1646. propositum dubium super manutentione. quo non resoluto ordinarunt DD. vt videretur de bono iure partium, illoque sub hodierno die discusso, ad fauorem Monialium fuit responsum.

1 Ex calculo enim † pro eorum parte exhibito constare visum fuit, illas adhuc remanere creditrices ex causis anterioribus credito Ancne autricis fratrum de Burijs, quibus propterea cómpetit retentio bonorum, de quibus agitur, ad *text. in l. reg. qui prior de reg. iur. in 6.* ex deductis per *Surd. consil. 4. num. 41. lib. 1. Rota decis. 307. num. 29. part. 7. recent.*

Nec obstat, quod fratres de Burijs dicant, intrare compensationem pro scutis 1000. solutis ab Antonio Sciarræ de Sciarris de Rignano pro extinctione medietatis cẽsus scut. duorum millium, qui assignatus fuerat in prędicta diuisione debitorum eidem Sansonio.

Quia nulla intrare potest compensatio quoad dicta scuta 1000. ad fauorem dd. fratrum de Burijs, eo quia Antonius proprium extinxit debitum, non obstante quod census fuisset assignatus integer in diuisione Sansonio, dum posta idem Antonius sibi accollauit illius extinctionem pro medietate, scilicet pro scutis mille, vt benè iustificatum apparet, tum ex pro-

propria confessione eiusdem Antonij de Burrijs, emissa in actu extinctionis, vbi declaratur, medietatem dicti census ad ipsum Antonium Burium spectare, alteram verò medietatem ad Cæsarem Sansonium, vt colligitur ex eodem Summ. num. 5. ibi, *in conto d'vn censo di scudi due milla, mille de quali si deuono pagar dall' hæredi di Cesare Sansonio, & altri mille deuo*
2 *pagar io*, † quæ confessio superat aliam quamcumque probationem *vulg. l. cum te la 2. C. de transact. l. generaliter C. de non numerat. pecun. Grat. discept. for. cap. 274. num. 11. & cap. 339. num. 10. Alex. cons. 34. num. 3. Roland. cons. 75. num. 23. lib. 2. Rot. decis. 71. num. 3. part. 1. diuers. & in recent. decis. 245. num. 3. & 4. par. 7.* Tum etiam in accollatione per eundem Burium postea facta mediāte exbursatione scut. mille, quæ idem Sansonius ex causa d. accollationis persoluit Fabritio Fratri, & Procuratori ipsius Antonij, vt colligitur ex ordine directo Banco DD. de Iustinianis, dato sub die 22. Martij 1602. atque ex partita solutionis in executionem illius factæ nec non ex receputa eiusdem Fabritij sub die 25. sequenti, quæ omnia fuerunt extracta ex libris, & scripturis Banchi dd. DD. de Iustinianis, ac relata in sum. Monialium nu. 3.
3 huiusmodi † autem accollatio vt operetur dictum Antonium fuisse verum, & principalem debitorem firmauit *Rot. decis. 386. num. 1. vers. & licet etiam vbi Add. coram Gregor. XV. & in recent. decis. 490. num. 20. & 13. par. 4. tom. 1. Maceraten. seu Camerinen. cessionis 17. Martij 1632. §. quoniam uers. in terminis coram bo. me. Merlino*, idem firmatum in hac eadem causa *coram Illustris. D. M. Pataunino sub die 23. Iunij 1642. §. sed vltra voluerunt DD.*

Et ad magis fundandam intentionem Monialium concurrunt non solum adminicula deducta ex notula, & partita extracta ex libro conscripto ab eod. Sansonio pro sui memoria in quo se creauit debitorem præd. partitæ scutor. mille tantum, quæ nil refert, vt descripta appareat ab ipso, nam cùm correspondeat, & in summa, & in tempore, tàm instrumento impositionis census, quàm ordini directo dd. DD. de Iustinianis, ac ipse paulo post obierit non modicam coniecturā, & præsumptionem
4 facit, † quia nemo præsumitur mori velle cùm defraudatione alterius, & per consequens in peccato, vt benè animaduertit, *Bald. in l. admonendi num. 27. ff. de iur. iur. Castrens. cons. 301. num. 5. lib. 1. Surd. cons. 489. num. 19. Rot. decis. vlt. num. 8. par. 1. diuers. & in recent. dec. 311. num. 2. & 3. par. 3* & fuit & firmatum, *in Rom. pecun. de Astallis 4. Iulij 1624. coram bo. mem. Buccabella*. Verum etiam obseruantia, nam idem Burius constituit se debitorem in scutis 204. ex causa fructuum per Sansonium solutorum pro d. rata sc. mille per totam diem 22. Martij, & in scutis 50. 60. pro alijs decursis per totam diē 22. Decembris 1607. & sic habito respectu ad diē accollationis expressum in dicto ord. directo bāco DD. de Iustinianis sub die 22. Decembris 1602. vt patet ex calculo, & solidatione facta cùm hæredibus Cæsaris Sansonij de an. 1611. insertè in instrumento dationis in solutum, confecto sub die 21. Maij eiusdem Anni, cum huiusmodi narratiua d. sum. num. 2. quod Antonius erat debitor dicti census pro rata scut.
5 mille, † qui fructus, & expensas non soluisset, nec pro illis dedisset bona in solutum, quatenus obligatus non fuisset, *Tex. in l. Paulus ff. rem ratam haberi Burat. decis. 9. num. 5. & decis. 10. n. 23. & decis. 905. num. 5. Rot. in Romana census 11. Ianuarij 1585. in ord. 143. num. 2. Rom. annuæ responsionis 30. Octobris 1602. Coram Iusto in ordine 151. nu. 6. Rom. fructuum census 23. Ianuarij 1599. coram Litta in ordine 178. Romana census, seu Dotis 11. Februarij 2585. coram Cantuccio ordine 285. num. 9 omnes post tract. de censibus*, prout etiam fuit dictum *in Maceraten, seu Camerinen cessionis 7. Iunij 1634. caram R. P. D. Merlino*, & fuit latè probatum in *Cesenaten census 3. Iunij 1644. in §. si quidem obiectus mandati defectu, & 9. Iunij 1645. §. minus obstat, quod Marchio Carolus coram R. P. D meo Corrado.*

Vnde non obstat, quod in dicta partita fiat mentio apocæ confectæ super dicta accollatione, & asseratur, illam existere pænes eumdem Sansonium, vt colligitur ex proprijs ipsiusmet Sansonij verbis ibi, *e perche per mezzo del Banco de' Giustiniani hanno hauuto da me Cesare scudi 1000 e s'hanno accollato, & reconoscono la bona fede de' scudi mille delli sudetti scudi due mila di Sciarra, come costa per loro Poliza appresso di me*, itaut nunc
6 teneantur. † Moniales hæredes Sansonij dictā Apocam exhibere alia partita relatiua ad illam nil probat, quia de relata Apoca nullibi constat, quæ solum attendi debet, non autem scriptura referens, *Dec. in auth. si quis in aliquo num. 34. vbi Alciat. nu. 6. C. de edend. Surd. cons. 313 num. 50. Rota diuers. decis. 27. num. 3. & dec. 40. nn. 7 par. 2. & in recen. 189. num. 7. par. 5. Gregor. XV. decis. 439. num. 1.*

Nam respondetur, quod obiectū procederet quatenus accollatio deduceretur solum ex dicto libro memoriali Cæsaris, qui affertur tantummodo pro adminiculo, & dicta accollatio præsertim probatur ex confessionibus reiteratis eiusdem Burrij, mediante solutione scut. mille ei à Sansonio facta, vt supra iam fuit de-
7 monstratum. † Addi etiam posse videtur, quod huiusmodi partita non stet simplex relatiue, quia continet orationem, perfectam, quo casu, vt probet etiam sine relato, declarat *Bart. in extrauag. ad reprimen. in verb. prout num. 2. Speculat. in tit. de instrument. edit. §. nunc autem Oldrad. cons. 121. num. 12. vers. ad 2. quæst. Aretin. cons. 176. num. 5. vers. quibus præmissis benè Surd. cons. 540. n. 7 Mohedan. decis. 1. de confess. Rot. in Rom. Casalis Turris vergatæ 20. Martij 1623. coram bon. mem. Piro-*
8 *uano*, vbi enim † præcedens dispositio continet actum certum, & Orationem perfectam, tunc verba sequentia non stant conditionaliter, sed causatiuè, & sic illa verba, *come costa per loro Poliza &c.* exponuntur perinde, ac si dictum fuisset, *perche costa per loro Poliza*, vt in terminis *Natt. cons. 40. num. 5. vers. ad hoc faciliter.*
9 Nihilque refert, † quod accollatio non fuerit facta per Antonium, sed per Fabritium, eius fratrem, quia cùm D. Fabritius fuerit ab eo cōstitutus Procurator, verbis valde amplis, & efficacibus, ista fuerūt sufficientia ad huius-

modi accollationem acceptandam, vt fuit firmatum in dd. *Decis. coram Reuerendiss. Patauino in §. neque obstat*, quod Fabritius non haberet mandatum, *& coram Reuerendiss. D. Salamantino sub dicta die 22. Iunij 1643. §. subsistere quoque visa fuit accollatio.*

Et ex supradictis cum appareat de veritate partitæ, de ea amplius non est ambigendum & proinde ad Monialium fauorem dixerunt DD. apponendas esse infrascriptas partitas, videlicet ex scutor. trecentor. pro annuo censu scutor. 22. b. 50. illis cesso à Ioanne Tardito de Anno 1623. extractu A. C. fol. 259. vna cum fructibus a dicto tempore vsque ad sententiam A. C. latam de Anno 1649. decursis, qui ascendunt ad scuta 270.

Alia scuta quingenta ex causa census Piccardi annui redditus scutor. 37. 50. qui obuenit Antonio Burrio in subscripta diuisione, emanata de Anno 1599. vt apparet ex summar. Monialium num. 1. quem pariter acquisiuerunt Moniales die 20. Aprilis 1635. ex tract. A. C. fol. 259. & fructus decursi à die acquisitionis vsque ad sententiam constituunt alia scuta 165.

Soluta fuerunt etiam scuta ducentum pro alio annuo censu scut. 16. cum hæredibus Io. Baptistæ Testæ pariter assignato in eadem diuisione dicto Antonio d. nu. 1. qui census fuit pariter cessus ad fauorem Monialium die 4. Ianuarij 1621. dicto extract. fol. 202. & fructus à dicta die reportatæ cessionis vsque ad tempus latæ sententiæ sunt in summa scutor. 288.

Constat de solutione etiam scutor. 150. occasione alterius census in summa scutor. 300. cum eisdem de Testis, cuius tamen medietas spectabat ad Burrium, contra quem dictam medietatem cesserunt dictis Monialibus dicta die 4. Ianuarij 1621. vt ex eodem extract. fol. 226. & fructus, vt supra decursi ascendunt ad alia scut. 216.

Adduntur scuta 1498. b. 70. quæ fuerunt soluta occasione fructuum decursorum de tempore acquisitionis dd. censuum, vt ex instrumentis earundem acquisitionum, factarum per hæredes dicti Sansonij, & Moniales respectiuè, & ex quietantijs productis in extractu, & relatis in earum sum. num. 6.

Nec non alia scuta 200. occasione census in sorte scutorum 400. impositi de Anno 1592. ab Antonio Burrio ad fauorem Hieronimi Tragliæ qui medietatem dicti census in suo testamento reliquit PP. Santi Stephani de Cacco, & dicta rata cessa à dictis PP. ad fauorem Annæ Proidæ fuit deinde vigore iuris offerendi extincta à Ioanne Tardito, à quo cessionem reportarunt Moniales, vt ex instrumento dictę cessionis ex tract. fol. 303.

Et demum scuta centum decem, & nouem soluta per easdem Moniales Michaeli Burrio, vt apparet ex calculis ab ipsismet Burrijs initis & productis in extractu A. C. fol. 58. nec non ex alio calculo Periti eodem extract. fol. 62.

Quæ partitæ simul iunctæ constituunt summam scut. 4006. ex quibus tamen detrahen-
10 da sunt 1890. † quæ præsumuntur exacta à Monialibus ex pensionibus Domus, & Apothecarum à die 6. Iulij 1623. tempore possessionis adeptæ vsque ad realem reintegrationē concessam Burrijs iuxta calculum firmatum in antecedentibus Decisionibus in hac causa emanatis, quæ pro nunc agentes pro Monialibus non impugnant vnde de tempore sententiæ A. C. Moniales non erant satisfactæ, sed remanebant illę adhuc creditrices occasione fructuum solutorum ante tempus acquisitionis, & decursorum post acquisitionem, nec non partitarum solutarum dictæ Annæ Proidæ & Michaeli Burrio in summa scutorum 866. vltra sortem principalem censuum ascenden. ad scuta 1250. quibus adden. erunt fructus eorundem censuum decursorum à die sententiæ vsque ad præsens, nec non detrahenda erit à debito Monialium illa summa, quæ per easdem Moniales probabitur erogata in reparatione
11 & restauratione, tàm eiusdem Domus, quàm Apothecarum, & quæ probabitur exacta à Burrijs, vel ab alijs, vt alias fuit resolutum in hac causa coram Reuerendiss. D. meo Salamantino sub die 22. Iunij 1643.

Et ita vtraque parte informante, &c.

R. P. D. GHISILERIO,

Posteà Episcopo IMOLEN.

Bononien̄ fideicommissi Bartholomæi.

Lunæ 15. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Qualitas legitimitatis expressa in institutione probari debet cùm ipsa filiatione, quomodo autem illa probetur ex subsecuto inter parentes matrimonio in præsenti decisione videbis, vbi quod si de tempore conceptionis, seu partus atque contracti matrimonij illud inter contrahentes adesse non poterat hæc qualitas probata non dicitur.

SVMMARIVM.

1 *Filiatio quomodo probetur in iudicio decisorio, & quomodo iudicio præparatorio, seù prouisionali.*
2 *Tractatus, reputatio, atque institutio quandò probent filiationem.*
3 *Filiatio probari debet cùm qualitate legitimitatis, quando sub hac qualitate fuit facta institutio.*
4 *Matrimonium non contrahitur cùm muliere iam maritata, & num. 6.*
5 *Legitimari, vt possint filij per subsequens matrimonium quid requiratur.*
6 *Vxori non licet duos habere viros, & super num. 4.*
7 *Matrimonium consistere non potest inter eos, qui non sunt soluti.*
8 *Identitas duobus probatur demonstrationibus, & numer. seq.*
9 *Demonstratio vna generalis, & altera specialis probant identitatem, & num. 8.*
10 *Personæ identitas probatur ex identitate patris, & patriæ.*
11 *Testes cum scripturis ad effectum concordandi qualibet*

bet interpretatio est sumenda.
12 *Enunciatiuæ non probant dùm principaliter dubitatur de enunciato.*
13 *Enunciatiua moderna nihil probat.*
14 *Enunciatiua quando reputetur antiqua.*
15 *Matrimonij validitatem ad impugnandam, quæ requiratur probatio Matrimonium leuioribus probationibus probatur inualidum vbi agitur ad effectum successionis num. 15.*
16 *Testium numerus ne dùm eorum supplet defectus, sed facit illos omni esse exceptione maiores.*
17 *Testes vbi sunt vltra tres admittuntur etiam, quod singuli patiantur exceptiones.*

DECISIO CCXIV.

DOMINI existimantes non constare de sufficienti legitimatione Maximiliani de Bologninis per subsequens matrimonium contractum à Cæsare patre cum Gilia de Bertis, quæ suffragari posset Thadæo, & Bartholomeo iuniori filijs legitimis, & naturalibus Maximiliani, & de legitimo matrimonio natis; resoluerunt reuocan. decisionem ad fauorem dd. Bartholomæi iunioris, & Thadæi factam 12. *Maij* 1645. *coram me*.

Nam licet vera sit conclusio firmata in *d. decisione* 12. *Maij* 1645. §. *quia eum non agatur &c.* filiationem, quæ regulariter respectu patris directè, & præcise probari nequit, ex conie-
1 cturis, ac præsumptionibus iustificari, † vbi tamen agitur ex fideicommisso ad effectum auocandi bona à tertijs possessoribus, & sic de magno, & perpetuo præiuditio, requiruntur efficaces probationes, nec admittuntur in iudicijs decisorijs omnis præsumptio, & coniectura, vt in iudicijs præparatorijs, & prouisionalibus. *l. si quis à liberis §. si vel parens, & l. si neget ff. de lib. agnosc. Rot. in rec. decis. 289. sub num. 1 vers. & licet ad effectum par. 1. decis. 164. sub num. 9. uers. atque hæc eo magis procedunt part. 3. decis. 314. sub num. 19. uers. tunc enim par. 6. in Romana de Bonellis 29. Nouembris 1613. & 28. Nouembris 1614. coram Vbaldo in Romana filiationis 1. Iulij 1639. §. 1. coram R.P.D. Carillo in Romana fideicommissi de Arron. 23. Iunij 1642. coram R.P.D. meo Bicho §. casui nostro, uers. præsertim quia non agitur, & plenissimè discusso articulo firmauit Rota in Farfen. Bonorum 9. Decembris 1644. in §. quia non probat vers. & quidem coram R.P.D. meo Corrado, & in eadem coram eodem 23. Ianuarij 1647. §. hæc tamen, &c.* Vnde cùm supradicti filij legitimi, & naturales prætendant euenisse casum substitutionis factæ à Bartholomæo de Bologninis deficiente linea masculina Ioannis Mariæ de Bologninis ad fauorem proximiorum masculorū de sua parentela, & agnatione legitimorum, & naturalium, & ex legitimo matrimonio natorum debent probare filiationem Maximiliani, à quo descendunt ex Cæsare, & Gilia plenè, &
2 concludenter, † cùm non sufficiat tractus, reputatio, atque institutio de illo facta à Cæsare tanquam tali: illa enim illum constituerunt in quasi possessione filiationis respectu ipsius Cæsaris, & quatenus ageretur de illius hæreditate secus autem respectu tertij, & quando agitur de fideicommisso Maiorum; prout in præsenti, vt distinguendo firmauit, *Rota pluribus allegatis, decis. 409. nu. 33. uers. decisiones uerò decis. 597 sub num. 6. & seq. uers. quo uerò ad coniecturas, & sub num. 11. uers. quoniam assertio par. 5. rec.* quoniam aliunde comprobari debet filiatio cum qualitate legitimitatis, & de legitimo matrimonio quia vbi aliquid profertur cum aliqua qualitate, vt factum fuit in substitutione facta à Bar-
3 tholomæo, † in qua deficiente linea masculorum Io: Marię substituit proximiones masculos de parentela, & agnatione sua legitimos, & naturales, & ex legitimo matrimonio natos vtrumque probari debet *ad l. Prætor. ait. §. hoc autem edicto. ff. de ui bon. rapt. Bartol. in l. 1. §. 1. sub num. 1. uers. ieem nota. ff. ne quid in flum. publ. & in l. Falcinus §. cum hoc num. 2. uers. quando lex. ff. ex quibus caus. in possess. eat. Bursat. cons. 88. sub nu. 5. Nat. cons. 421. sub num. 1. & seq. & cons. 473. à nu. 30. & seq. uers. post hæc Decian. cons. 24. num. 54. & seq. uers. 3. dico lib. 1.* Ita quod, cùm strictè quæratur, an legitimatio per subsequens matrimonium suffragetur, quasi possessio legitimtatis non releuat, & omnia deducta circa illam sunt extra dubium, in quo requiritur cōcludens probatio eiusdem matrimonij.

Talis autem probatio non concurrit, sed penitus contraria, cum de mense Octobris anni 1572. quo supponitur per Sacristam Cathedralis Ecclesiæ S. Petri fuisse prædictos Cęsarem, & Giliam coniunctos in matrimonium per verba de præsenti, & annuali subharrationem, viueret Sebastianus q; Dominici de Piccininis de MonteCaualloroComitatus Bono-
4 niæ primus maritus Gilię, † cum qua vti maritata nedum nō potuit validè contrahi aliud matrimonium à Cæsare. *cap. Domin. de secund. nupt.* sed nec ex tali matrimonio nulliter cōtracto sequi valida filiorum legitimatio. Nam ad hoc, vt per matrimonium subsequens legitimentur filij, requiritur, quod duobus temporibus validè matrimonium contrahi potuerit, nampe conceptionis, seu partus filij, &
5 in tempore contracti matrimonij; † adeoquod si matrimonium vno, vel altero tempore inter parentes consistere non possit, proles antea suscepta non legitimatur per subsequens matrimonium *Abb. inc tanta, num. 14. qui filij sint legit. Socc. iun. cons. 31. nu. 40. lib. 2. Pereg. de fideic. art. 24. num. 49. & 60. Fusar. de substit. q. 108. sub n. 108. Rot. inter impres. post cons. Farinac. decis. 64. sub numer. 10. lib. 2.*

Qod autem anno 1560. & 1569. d. Sebastianus Piccininus esset maritus Giliæ de Bertis probatur ex duplici assertione ipsius Cæsaris in instrumentis de dictis duobus annis, in quorum primo Cæsar dedit, & manualiter exbursauit Giliæ filiæ Cæsaris de Bertis vxori Sebastianiq; Dominici de Piccininis de Monte Caualloro libras 200. in satisfactionem, &c. quo libras eadem Gilia soluit d. eius marito præsenti, &c & hoc in dotem, & pro dote Gilię & pro matrimonio inter eam, & d. eius maritum contracto, & carnali copula consumato. In secundo idem Cęsar dedit, vendidit, & tradidit Gilię q. Cæsaris de Bertis vxori Sebastiani de

ni de Piccininis de Monte Cavalloro absentis vt dixit, à ciuitate, & territorio Bononiæ presenti, & ementi quintam partem vnius apothecæ, & quod de anno 1572. mense Iulij adhuc duraret matrimonium, probatur ex testamento d. Sebastiani, in quo die 23. Iulij 1572. in omnibus suis bonis hæredem vniuersalem instituit, exore proprio nominauit Giliam eius vxorem absentem. Deinde ex testibus vigore remissoriè formiter examinatis in partibus constat, quod Sebastianus de Monte Caualloro; qui fuerat primus maritus Giliæ de Bertis illi superuixit, & quod post Giliæ obitum duxit aliam vxorem, & demum quod vixit vsque ad annum 1606. Vnde sequitur, aut matrimonium nullatenus constitisse inter Cæsarem, & Giliam, aut fuisse ineuitabiliter
6 nullum, † cum non licet vxori habere duos viros *ad text. in c. gaudemus de diuortijs l. 2. C. de incest. nupt. Socc. iun. cons. 31. num. 44. lib. 2.* & matri-
7 monium non posset consistere inter eos † qui non sunt soluti, latè *Sanchez. de matrim. lib. 7. disput. 80. num. 4. & per tot.*

Non obstat, quod d. testes loquantur de Sebastiano q. Dominici de Piccinellis, cuius persona pretenditur diuersa à Sebastiano q. Dominici de Piccininis marito Giliæ, quia sola diuersitas in desinentia cognominis non conuincit diuersitatem personæ dum pro identitate concorrunt plures aliæ demonstrationes, videlicet nominis proprij nominis genitoris, patriæ, & coniugis, & tamen in quacumque
8 materia ad probandam identitatem † duæ demonstrationes sufficiunt ex theorica Barto. communiter approbata *in l. demonstratio falsa num. 14. ff. de cond. & demonstr.* etiamsi vna sit par-
9 ticularis, † alia generalis *Roland. cons. 67. num. 17. lib. 4. Decian. cons. 12. num. 2. lib. 3.* & in puncto, quod identitas personæ probetur ex identitate
10 patris, & patriæ, † etiam si aliæ demonstrationes non concurrunt, firmauit *Alex. cons. 108. numero 3. versic. sed ita est lib. 7. & sequuta fuit Rota decision. 614. numero 20. & seqq. tom. 3. parte 4. recent.*

Nec facit, quod testes deponant in communi, seu villa Cauallori reperiri solum familiã de Piccinellis, non autem de Piccininis, cum tamen constet publicis instrumentis, quod aliqui denominabantur de Piccininis; quia tollitur penitus difficultas, eo quod aliqui denominabantur de Piccininis; quia tollitur penitus difficultas, eo quod testes dicunt in Monte Caualloro cognomen Piccinini, & Piccinelli esse idem, & sic familiam de Piccininis, & Piccinellis esse eandem, dum autem negant reperiri, familiam de Piccininis, intelligunt de familia diuersa ab illa de Piccinellis vnde stant simul, quod aliqui denominentur de Piccininis, & tamen sint de familia de Piccinellis, & hic omnisque alius intellectus est capien-
11 dus † ad euitan. contrarietatem testium cum scripturis *Alex. cons. 185. nu. 4. & seq. lib. 7. Rot. dec. 167. num. 3. par. 1. rec.*

Denique censuerunt DD. nõ obstare, quod in instrumento presenti Matrimonij sub die prima Ottobris 1572. non solum Gilia dicatur vidua, & vxor olim ex primo Matrimonio Sebastiani, sed vlterius dicatur, Vicarium habuisse informationem de premissis, quia vltra quod instrumentum ex pluribus redditur de falso suspectum, nam non reperitur in protocollo Notarij rogati, neque matrimonium est descriptum in libro matrimoniorum parochiæ S. Petri, sub qua supponitur contractum, minusque reperitur adnotatum in libris parochiarum Cesaris, & Giliæ, non releuat enuntiatiuã eiusdem instrumenti Matrimonij
12 dum † hodie principaliter dubitatur de viduitate enuntiata *auth. si quis in aliquo vbi DD. C. de edend. Caphal. cons. 540. num. 34. Rot. coram Seraph. decis. 1278. num. 2. in rec. decis. 119. num. 14. par. 5. & decis. 203. num. 9. par. 7.* & multo minus, cum
13 non sit antiqua † sed moderna, eoquod ista lis mota fuit de anno 1625. *Aymon. de antiq. tempor. par. 1. num. 1. §. 1. nu. 7. & 9. Rot. decis. 160. num. 9. & decis. 432. num. 4. par. 2. recen.* cum ad istum effe-
14 ctum non reputetur antiqua, † nisi sit centum annorum *Rot. coram bon. mem. Burat. decis. 178. numer. 12. & decis. 633. num. 21. par. 4. tom. 3. recent.* & semper verum est dicere, presumptionem resultantem ex allegato instrumento presenti Matrimonij cedere veritati probare per testes, quam tunc partes Ordinario celarunt: quoad informationem Vicarij nullibi apparet, quod illam ceperit super morte Sebastiani primi viri, & si de ea apparet, probaretur falsa, cum ex testibus fuerit probatum, quod Sebastianus viuebat de anno 1572. quod post Giliæ obitum duxit aliam vxorem, & quod vixit vsque ad annum 1606. qui testes pro maiori parte erant affines dicti Sebastiani.

Pariter non obstat, quod ad impugnandam validitatem matrimonij iam contracti in facie Ecclesiæ requiruntur testes omni exceptione maiores, quia hic agitur de nullitate matrimonij non ad finem illud dissoluendi, exquo post mortem iam fuit dissolutum, sed ad
15 effectum successionis, † quo casu non intrat supradicta conclusio, quod requiratur probatio per testes omni exceptione maiores, cum sufficiat probatio ordinaria, etiamsi talis probatio in consequentiam tendat ad ostenden. matrimonij nullitatem *Socc. sen. cons. 31. num. 16. & 17. lib. 3. Rot. in Toletana Matrimonij 26. Iunij 1619. coram Card. sacrato, & coram bo. mem. Burat. decis. 530. num. 13.* & quatenus testes aliqualem paterentur difficultatem, numerus, nedum
16 supplet defectus, † sed eos facit reputari, ac si essent omni exceptione maiores *Rot. corã S. M. Greg. XV. decis. 340. num. 6. & seq. decis. 351. num. 4. & decis. 471. num. 11.* quod procedit etiamsi sin-
17 guli exceptiones paterentur, † cum sint vltra tres, *ut in dicta decis. 451. nu. 5.*

Sublato autem Matrimonio cessat subiectum legitimationis, & propterea illegittimitas obstat Tadeo, & Bartholomeo iuniori; ex quo DD. dixerunt esse recedend. à decisione ad eorum fauorem facta 12. Maij 1645. coram me.

R.P.D.

R. P. D. CELSO;
Postea S. Romanæ Ecclesiæ CARDINALI.
Alexandrina pensionis.
Veneris 19. *Iunij* 1648.

ARGVMENTVM.

Pensionarium constitui in quasi possessione exigendi pensionem, non modo ex vnica solutione integræ pensionis, verùm etiam ex perceptione medietatis illius in præsenti decisione constanter firmatur, ideoque manutenendum esse in sua possessione, dùm discutitur de validitate, vel inualiditate eius tituli, etiam si esset lata sententia super nullitate d. pensionis, dummodò fuerit per appellationem suspensa, animosè resoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Quasi possessio exigendi pensionem iustificata ex cōfessione iudiciali titularis, sufficit ad effectum reportandi manutentionem.*
2 *in Quasi possessione exigendi pensionem, constituitur Pensionarius, etiam ex vnica solutione.*
3 *Amplia etiamsi non totam, sed partem tantùm pensionis habuerit, & quare.*
4 *Quasi possessio exigendæ pensionis, quando faciliùs inducatur ex solutione partis pensionis.*
5 *Clericus coniugatus potest retinere pensionem cum indulto Apostolico.*
6 *Clericus coniugatus cum indulto Apostolico remanet habilis ad retinendam pensionem perinde ac si numquam duxisset vxorem.*
7 *Exceptiones turbidæ in iudicio possessorio, non attenduntur, sed reijciuntur ad petitorium.*
8 *Manutentio in quasi possessione exigendi cōpetit Pensionario dum discutitur de validitate, vel inualiditate tituli.*
Amplia, etiamsi esset lata sententia super nullitate pensionis; dummodò illa per appellationem fuerit suspensa. num. 10.
9 *Manutentio pendet à possessione, non à titulo.*
11 *Iudicatum non dicitur quando fuit appellatum.*

DECISIO CCXV.

DIXERVNT Domini, dandum esse mandatum de manutenendo D. Marcello Arnutio, quia vltra exactiones factas ab Archidiacono antecessore, constat de quasi possessione illius exigendi pēsionem etiam à D. Michaele Collio successore in eodem Archidiaconatu.
1 † Tam ex confessione iudiciali eiusdem Michaelis sub die 11. Aprilis 1647. *Summ. Marcell. num.* 6. quæ sufficit ad hunc effectum, *Rot. in Cæsaraugustana pensionum 4. Iuny* 1608. *coram Manzanedo, & dec.* 429. *num.* 4. *& dec.* 460. *n.* 1. *& per tot. par.* 3. *rec.*

2 Quam etiam ex solutione actuali facta sub die 13. Iunij 1619. de duplis duodecim cū dimidia, quæ licet vnica constituit pensionarium in quasi possessione exigendi, vt notat *Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina num.* 53. *ibiq; Abb. num.* 23. *de caus. possess. & prop.* quos in terminis pensionis sequitur *Roman. cons.* 311. *num.* 7. *Rota coram Seraph. decis.* 436. *num.* 1. *& decis.* 1411. *nu.* 2. *& coram Buratt. decis.* 542. *num.* 1. *Regien. pensionis apud Marches. par.* 1. *fol.* 563. *num.* 2. *& penès Posth. de manutenen. decis.* 143. *num.* 1. *decis.* 163. *num.* 12. *& decis.* 318. *num.* 1. *& in recent. decis.* 538. *eodem num. par.* 4.

3 Et quamis † pensio reseruata fuerit in scutis 50. auri in auro; Solutio verò non doceatur facta, nisi pro medietate; Nihilominus non attenditur actus exactionis particularis; sed causa exigendi, quæ, cum sit vniuersalis, per illam pensionarius dicitur constitutus in quasi possessione exigendi totam pensionem, licet partem tantum habuerit *l. si cui res,* 60. *ibique Bart. de leg.* 1. & optimè firmauit *Rot.* in his terminis *in Calaguritana pensionis* 17. *Iuny* 1624. *coram Manzanedo apud Posth. decis.* 188. *num.* 4. *& & seqq. & in rec. decis.* 460. *num.* 6. *par.* 3. *& in Sipontina pensionis* 8. *Aprilis* 1647. *coram R. P. D. meo Peutingero,* cum pluribus adductis per *Lotther. de re benef. lib.* 1. *quæst.* 38. *num.* 123. *& seqq. & per add. ad Greg. decis.* 557. *num.* 11.

4 Quæ † conclusio eo facilius procedit in præsenti casu, ex quo constat de reseruatione pensionis, & sic possessio est titulata, *cap. licet causam de probatio. Bart. in l. si duo num.* 4. *vers. sed si vterque, ff. vti possidet. Bald. cons.* 420. *num.* 8. *lib.* 1. *Menoch. de retinenda remed.* 3. *num.* 733. & in terminis pensionis *Rot. d. decis.* 460. *num.* 6. *par.* 3. *rec.*

5 Non obstat, † quod Marcellus resignauerit officiū Militis Lauretani, cuius vigore, etiam si vxoratus esset poterat retinere pensionem, quia, attento alio indulto S. mem. Vrbani, cessat huiusmodi defectus, vt dixit *Rot. coram Buratt. decis.* 791. *num.* 1. *& in Ferrarien. pensionis* 14.
6 *Iuny* 1624. *coram Remboldo,* † & ipse remansit habilis perindè ac si numquam duxisset vxorem. *Ancharan. cons.* 404. *num.* 4. *vers. dispensatio enim. Dec. cons.* 542. *eod. num. vers. vnde satis. Rot. dec.* 50. *num.* 11. *& seqq. par.* 5. *recent.*

7 Exceptio verò, † quod dictum Indultum non sit merè gratiosum, illudque indigeat iustificatione, quæ deficit in præsenti casu, visa fuit Dominis adò turbida, vt reijciēda veniat ad petitorium. *Rota apud Posth. de manutenen. decis.* 113. *num.* 17. *& seqq. decisc.* 157. *num.* 5. *& decis.* 482. *num.* 3.

8 Et dum † discutitur de validitate, vel inualiditate tituli debet interim pensionarius manuteneri in sua possessione, ex adductis per *Garz. de benef. par.* 1. *cap.* 5. *num.* 549. *& seq. Modern. Roman. discept. forens. cap.* 113. *num.* 28. *Caputaq. decis.* 321. *par.* 1. *& decis.* 317. *par.* 2. *& dictum fuit in Romana Subcollectoriæ* 17. *Martij* 1645. *coram R. P. D. meo Bichio.*

9 Manutentio † enim pendet à possessione, non autem ab Indulto. *Bald. in l. Ordinarij nu.* 7. *vers. in possessorio, C. de rei vendicat. Innocent. in cap. bonæ memoriæ nu.* 4. *de postulat. prælator.* vltra plures adductos *in Hispalen. Decimarū* 27. *Iun.* 1644. *coram R. P. D. meo Corrado.*

10 Nec releuat † sententia lata à Vicario Mediolaneñ. quia illa fuit suspensa per appellationem, *cap. cum teneamur, ibique DD. de appellatio. Scapuccin. de Salu. lib.* 3. *quæst.* 7. *nu.* 4. *&* 5. *Garz.*

de benef. par. 1. cap. 5. num. 351. & seq. vbi quod non dicitur iudicatum, quando fuit appellatum. *Rota coram Greg. decis. 313. num. 4. & in Calaguritana pensionis apud Marches. de Comm. fol. 521. num. 1. & 2.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit, &c.

R. P. D. CORRADO.

Postea Eminentiss. D. CARDINALI.

Pampiloneñ. Capellaniæ.

Veneris 19. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Conuentio super præsentatione beneficij potest fieri à Compatronis ex iusta causa, dummodò non sit contraria voluntati fundatoris, & sit à Superiore approbata, quæ seruanda venit nec sub prætextu nullitatis impugnari non valet.

SVMMARIVM.

1 *Conuentio facta à compatronis super beneficio approbata ab Episcopo, & non contraria præcepto fundatoris est seruanda.*

2 *Professio intelligenda venit illa trium votorum.*

3 *Professus trium votorum non est capax retinendi Capellanias perpetuas.*

4 *Pontifex derogare non solet conuentionibus ex iusta causa à compatronis factis; præsertim in præiudicium tertij.*

5 *Alternatio præsentationis conuenta inter compatronos ad euitandas dissensiones pro faciliori deputatione Capellani valet.*

Et nominatio, ac præsentatio in executionem dictæ conuentionis facta, censetur ac si ab omnibus coniunctim facta fuisset. num. 6.

7 *Intentio testatricis declaratur à successiuis verbis testamenti, iuncta præsertim obseruantia.*

8 *Conuentio super Capellania quæ magis declaret voluntatem fundatoris potest fieri à Compatronis.*

Imò etiam ab executoribus testamentarijs.

10 *Conuentio super beneficio facta concorditer à Compatronis cum decreto Superioris, & ob iustam causam, non potest impugnari sub prætextu nullitatis.*

11 *Conuentio respiciens futuras nominationes cōprehendit etiam nominationem de recenti iam factā, quæ tamen suum effectum non obtinuerat.*

Maximè vigente in vtroque tempore eadem identitate rationis. num. 12.

13 *Tempus præteriti imperfecti subiunctiui comprehendit præteritum nondum perfectè completum.*

14 *Testes examinati in partibus absque remissione coadiuuant probationem, præsertim si sint recepti parte citata.*

15 *Persona loquentis non continetur sub generali sermone.*

Fallit quando militat eadem ratio respectu loquentis, quam aliorum. num. 16. & 17.

18 *Sæcularis mediante professione mutat statum, & de sæculari fit regularis, & religiosus.*

DECISIO CCXVI.

PLACVERVNT Dominis fundamenta Decisionis in hac causa emanatæ sub die 25. Maij 1646. coram me in ea parte, in qua firmatur Cappellaniam, de qua agitur in Ecclesia Parochiali S. Saturnini Ciuitat. Pampilon. per q. Isabellam de Beleunze in eius Testamēto institutam non esse Beneficium Ecclesiasticum, sed opus pium vnius Missæ quotidianæ adimplendum per Sacerdotem à personis per ipsam nominatis iuxta eius dispositionem deputandum. Verùm ex alijs modo deductis censuerunt illam non esse adiudicandam Michaeli. Ideòque recedendum à resolutione tunc facta.

Quoniam producta fuit cōuentio inter eosdem Deputatos Compatronos inita die 7. Iunij anni 1643. qua fuit determinatum, quod si quo tempore d. Capellania conferretur Vicario, vel alteri ministranti in eadem Ecclesia illi quidem liceret eam retinere donec ibi inseruierit; cessante autem seruitio, vel per assecutionem Beneficij in alio loco, vel aliter, ipso iure vacaret, & alteri conferri deberet, ita quod nullo tempore illam habere valeat, qui dictæ Ecclesiæ non inseruiat, sed extra eam existat; Eamq; successiuè confirmauit Reuerendiss. Episcopus Pampiloneñ. attẽrata tenuitate redditūum præfatæ Parochialis Ecclesiæ, vt apparet ex eius Decreto. Quare cum dictus Michael pendente hoc iudicio adeptus fuerit Canonicatum Regularem in Ecclesia Cathedrali dictæ Ciuitatis, ac solemnem emiserit Professionem sub Regula Sācti Augustini die 4. Augusti 1645. non potest vtique obtinere Capellaniam controuersam stante conuētione prædicta, quæ cum sit iuri, ac honestati, eiusdemque Ecclesiæ seruitio apprimè consona, neq; aduersetur expresso Fundatricis præcepto, fueritque vnanimi Patronorum con-
1 sensu, † Episcopique etiam auctoritate firmata omninò seruari debet. *iuxt. reg. l. 1. l. iurisgentium, § Prætor ait, ff. de pact. l. 1. ff. de Constit. pecun. & cap. 1. cap. qualiter, extra de pact. Clem. plures, vbi gloss. in verb. liberè, de iur. patr. gloss. in cap. ex multiplici, in verb. eandem conuentionem, de Decim. Abb. in cap. cum accessissent, sub num. 4. vers. ego limitarem, & ibi Felin. sub num. 19. vers. secundo restringitur, ac seq. de constitut.* & post longum discursum concludit *Lambert. de iur. patr. par. 1. lib. 2. quæst. 7. art. 30. sub num. 27. vers. aut fundator non est vsus verbis prohibitiuis, & num. 31. vers. ad aliud etiam est aduertendum, fol. mihi 70. & lib. 3. quæst. 5. art. 3. sub num. 28. & 9. vers. si verò istæ qualitates, fol. mihi 17. Alfons. Perez de Larea in tract. de Anniuers. & Capellan. lib. 2. cap. 5. sub num. 30. vers. conditio namque. M. Antonin. resol. 3. num. 14. vers. cæterum lib. 1.* Eoque magis in proposito casu, cum dictus Michael post emissam per eum tamquam Canonicum Regularem in dicta Ecclesia Cathe-
2 drali professionem († quæ intelligitur de solemni trium votorum. *Card. Seraphin. dec. 121. num. 8. vers. accedat etiam*) effectus fuerit incapax
3 retinendi huiusmodi † Capellanias perpetuas, *per text. in cap. Monachi, 16. quæst. 1. & in cap. in nova*

na actione ead. cauf. quæst. 7. cap. super eo, vbi gloff. in verb. ne contra votum, de stat. Monach. Neque præsumitur dispensatus cõtra tenorem huiusmodi conuentionis ex iusta, honestaque cau-
4 sa initæ, † cui Summus Pontifex derogare non solet, præsertim in præiudicium alterius. d. cap. ex multiplici, ibique gloff. in verb. intentionis, vers. item argum. quod Papa, &c. Butr. sub num. 6. in vlt. not. Abq. sub num. 5. vers. item nota, cum seqq. Anchar. sub num. 4. in v. not. de decim. gloff. fin. in cap. 1. verb. si autem, de pact. in 6. Rot. decis. 614. n. 4. vers. nullum verò, & seq. par. 1. diuers. & penès san. mem. Gregor. decis. 109. num. 9. vers. nec habet locum, &c. et Buratt. decis. 435. sub num. 4. vers. quibus non præsumitur Princeps, &c.

Nec releuat obiecta nullitas eiusdem conuentionis ex eo deducta, quod alteret tenorẽ fundationis tàm in præcedenti parte, in qua partes concordarunt Capellanum alternis vicibus deputare, quem inter omnes, (& sic quasi coniunctim ac simultaneo cõsensu) iusserat eligi Testatrix; quàm in hac, quæ illius retentionem permittit Vicario, & alijs in dicta Ecclesia ministrantibus, ac inseruientibus durante eiusmodi ministerio, ac seruitio tantum, tum tamen etiam ad alia beneficia promoti eã licitè retinere posse viderentur, onusque in ea celebrandi à Fundatrice iniunctum adimplere per alium, dum non fuit specialiter additum, quod per se ipsos celebrarent.

Nec alternatio præsentationis, ac Turni diuisio conuenta ad euitandas dissensiones, ac
5 pro faciliori Capellani deputatione, † illiusq; pij operis adimplemento iure fieri potuit, iux. text. in d. Clem. plures, & §. & ne facilius, vbi gloff. in verb. alternis vicibus, Imol. Cardin. & Anchar. n. 13. vers. quarto nota, &c. Bonifac. de Vitalin. sub num. 1. & seqq. & alij de iur. patr. Gonzal. ad Reg. 8. gloff. 45. §. 1. num. 58. vers. pro affirmatiua, &c. Rot. penès Buratt. decis. 540. num. 6. vers. & ius præsentandi. Et nominatio, ac deputatio in eius executione
6 facta perindè censetur, † ac si ab omnibus coniunctim processisset. gloff. in cap. fin. in verb. Capituli, de præb. in 6. Rot. penès Card. Seraph. dec. 980. num. 11. vers. vnde collatio, &c. & Reuerendiss. Vrgellen. decis. 275. sub num. 5. vers. cum autem prouisio, &c. & in Bononien. parochiali 26. Nouemb. 1646. coram R.P.D. meo Otthobono in §. stante enim diuisione, &c. in fin.

Altera verò pars minus repugnat voluntati Testatricis, quæ licèt non expresserit Capellanum teneri per se ipsum celebrare, tamen ex alijs testamenti verbis per informantes põderatis, iuncta præsertim obseruantia subsequuta, & longo tempore continuata (de qua
7 testes deponunt) † talis probari videtur illius intentio, vt fuit dictum in Pampilonen. Capellan. 30. Ianuar. 1623. coram bo. me. Buratt. inter. impress. decis. 680. sub num. 3. vers. nec dubitarunt Domini, et seqq. vsque ad fin. & in recent. decis. 216. sub num. 2. vers. præterea, par. 2. & penès Coccin. decis. 487. nu. 1. vers. verba enim dubia, &c. ac in alijs. Atque ideo conuentio prædicta realiter non aduersatur fundationi, sed magis declarat verba, & vo-
8 luntatem ipsius Fundatricis, quod validè fieri potest non solùm à patronis (quales fuerunt relicti prædicti) Rot. penès eundem Buratt. decis. 183. num. 14. vers. adeout, & decis. 755. num. 14. vers.
9 & declarationi, &c. Sed etiam † ab executoribus testamentarijs. Bald. cons. 159. super primo puncto lib. 4. Anchar. cons. 329. Dubitationem facit dispositio Testatoris sub num. 2. vers. primo moueor, & seqq. Alciat. cons. 62. num. 13. vers. qui cum sit executor, lib. 9. Mantic. de coniect. lib. 3. tit. 1. num. 20. vers. quod si alteri, &c.

Cùm itaque iuri non sit contraria, sed concordi Patronorum consensu, iustaque causa inita, & superioris auctoritate, ac Decreto fir-
10 mata fuerit (vt dictum est) † non potest vtique nullitatis prætextu impugnari, Lambert. de iur. patr. par. 1. libri primi quæst. 9 art. 2. sub num. 18. vers. confirmantur omnia prædicta fol. mihi 74. & in alijs locis supracitat. Calderin. cons. 19. sub num. 1. vers. & etiam possunt patroni, de iur. patr. Rot. penès Card. Seraph. decis. 1414. num. 1. vers. nec difficultatem, &c. & in recent. decis. 593. num. 5. vers. quia tunc demum, par. 5. cum cæteris præallegatis.

Minùs obstat, quod illa respiciat futuras nominationes Vicariorum, siue aliorum Ministrorum dictæ Ecclesiæ ad ipsam Capellaniam fiendæ, non autem hanc de persona Michaelis iam antea factam præcedenti mense Februarij eiusdem anni 1643.

Quia (prætermissis alijs) placuit responsio,
11 quod licèt præcessisset nominatio † Michaelis, non tamen adhuc plenum obtinuerat effectum, quandoquidem à Ioanne Azpilcueta altero nominato fuerat controuersa, ac in iudicium hactenùs non terminatum deducta, itaut effectuatio illius ex Iudicis sententia penderet, ideoque rectè potuit sub eadem cõuentione comprehendi. l. pen. C. de vsur. & habetur in Auth. de filijs ant. dotal. instr. nat. §. 1. Felyn. in cap. fin. num. 11. vers. fallit quinto, de constit. Cephal. cons. 644. num. 15. vers. secundo considerato, & seqq. & num. 39. vers. postremò, vbi considerat etiã
12 identitatem rationis vigentem † in vtroque tempore (vt in hoc casu) & sub numer. 49. vers. quibus extat responsio, cum seqq. Rot. penès Card. Seraph. decis. 920. num. 5. vers. & ante lapsum, & decis. 1001. num. 3. vers. nihilominus, & in Romana cens. de Caffarell. 9. Decembr. 1587. corã Gyps. apud modern. Perusin. de Cens. decis. 230. num. 5. vers. noui enim statuti dispositio, & penès Buratt. decis. 939. nu. 11. vers. & his stantibus, & seq.

Quod etiam suadent tam verba Apochæ Hispano sermone conscripta, y en caso algun tempo succediere el caso darse la dicha Capellania à los Vicarios, &c. in tempus præteriti imperfecti
13 subiunctiui sonantia, † quod præterita quoque nondum perfectè completa sua natura complectitur. Bart. in l. verbum oportebit, sub n. 1. in fin. vers. quodam est præteritum partim finitum, & partim non finitum, ff. de verb. signif. Peregrin. de fideicomm. art. 46. sub num. 29. vers. quia est verbum. Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 3. sub num. 15. vers. sed si dicam, Rot. penès Buratt. decis. 124. num. 9. vers. quia ponitur verbum, &c. & Coccin. decis. 48. num. 7. vers. verba enim, &c. Quam depositiones testium pro parte dicti Ioannis inductorum, qui in illa interuenerunt, hancque partium fuisse voluntatem explicitè contestantur. Et licèt coram

Iudicibus de partibus examinati absque litteris Remissorialibus Rotę coram qua iudicium
14 agitur, † benè coadiuuant interpretationem prædictam, cum præsertim fuerint citata parte recepti *iux. Theor. Bart. in l. 2. sub num. 25. vers. nam testis ff. de appellat. recipien. Rota penes Verall. decis. 208. num. 6. vers. testis etiam nulliter examinatus par. 2. Buratt. decis. 266. num. 5. vers. quæ præstant, & in recent. decis. 277. nu. 14. vers. vnde super eorum dicto par. 6. & decis. 160. num. 9. vers. ex quibus testibus par. 7. & in Aquilana Cappellan. 13. Nouembr. 1643. coram Reuerendiss. Salamant. in §. quarto vers. qui quidem testes &c.*

Præterea non obstat quod neque referri possit ad personas ipsorum Patronorum à quibus inita fuit, nec proindè d. Michaelis, qui tunc
15 Vicarius Ecclesiæ præfatæ † vnus erat ex eis, *ex reg. l. inquisitio vbi not. gloss. & DD. C. de solut. & cap. petitio de iur. iur.* Quia cum eadem ratio tenuitatis reddituum Ecclesiæ, ob quam consenserunt Patroni quod hæc Capellania assignari posset Vicario, vel alteri ex Ministris illius, vt aucto emolumento vtilius vacare possent seruitio eiusdem, cuius contemplatione inita fuit huiusmodi conuentio, æquè vigeret respectu personæ di Michaelis tunc Vicarij, ac
16 alterius cuiuscunque futuri successoris.† Proinde iuri consonum est quod ipse quoque censeatur sub ea comprehensus *l. Paulus §. fin. vbi gloss. in verb. ipsum quoque & Bart. in fin. ff. de pignor. Salycet. in d. l. inquisitio sub nu. 1. vers. vel dic. & sub num. 2. vers. aut dubitatur ff. de transact. Abb. in d. cap. petitio in fin. vers. vltimo de iur. iur.* dicens quod non potest de hoc dari certa doctrina,
17 sed secundum† varietatem casuum vario modo determinandū *Gabr. Com. Concl. lib. 6. de verb. sign. concl. 9. num. 8. vers. quarto limita &c. Menoch. præsumpt. 44. num. 27. vers. declaratur tertio & tribus seqq. lib. 3. Rot. penes san. mem. Gregor. decis. 576. sub num. 9. vers. ad illud, & in alijs.* Prout etiam partes ipsas tunc intendisse prædicti Testes affirmant.

Postremò non aduersatur quod nonnullis annis ante dictam conuentionem, scilicet anno 1638. idem Michael fuisset in dicta Ecclesia Regulari acceptatus.

Quia (præter quod non constat id cæteris Compatronis tunc innotuisse) sufficiens visa fuit responsio, quod nondum erat in ea professus, neque hanc S. Saturnini dimiserat, vel ab ea exierat; Ideoque non erat incapax retentionis, prout postea effectus fuit secuta dicta
18 Professione,† qua mediante contigit mutatio eius status sæcularis in Regularem, & Religiosus effectus fuit *cap. Ad Apostolicum vers. ideoque de Regular. cap. beneficium ibique gloss. in verb. probationis annum eod. tit. in 6. gloss. in cap. 1. in verb. dedicanda de Religios. domib. Gemin. cons. 66. pro declaratione primi dubij sub num. 8. vers. appellatione Monachi, & seq. Menoch. præsumpt. 83. num. 74. vers. ea est ratio lib. 4. Roderic. quæst. Regular. tom. 3. qu. 63. artic. in princ. vers. alterum est mutatio status &c. alijs relatis per modern. Roman. discept. 481. num. 7. vers. quasi antè professionem &c.* Atque Canonicatum cum effectu obtinuit, primamque Ecclesiam dimisit, & in hanc posteriorem se contulit, ex quibus equidem iustificatur vndique præfatæ conuentionis tenor.

Et ita fuit resolutum &c. Vtraque parte informante &c.

R. P. D. PEVTINGERO,

Anconitana Census.

Veneris 19. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Ratificatio census nullitèr impositi, ad hoc vt censeatur inducta ex fructuum solutione, & accollatione, non solùm requiritur actus positiuus, ex quo talis nullitas resultet, sed etiam necessaria est in debitore census scientia explicita tàm facti, quàm iuris, aliàs ratificatio intelligi debet cum supposito, quòd contractus validus esset.

SVMMARIVM.

1 *Ratificatio census nulliter impositi deducitur ex accollatione, non secùs ac ex fructuum solutione.*
2 *ad Ratificationem contractus nulli quid requiratur.*
3 *Ratificatio census nulliter impositi, non inducitur ex fructuum solutione, neque ex accollatione sine scientia explicita huiusmodi nullitatis in soluente, seù accollante, & quare.*
4 *Ratificatio census nulliter impositi, inducta ex fructuum solutione, seù accollatione, absque scientia nullitatis in soluente, quommodo sit intelligenda.*
5 *Productio scripturararum, cum protestatione,* sine prędiudicio nullitatis, *præseruat ius dicendi de nullitate.*
6 *Conditione non purificata, quidquid sub illa oblatum seù promissum fuerit, euanuit.*
7 *Exceptio de iure tertij quando competere non possit.*

DECISIO CCXVII.

INFORMATIONES hodiè datas pro Cesarano contrà decisionē in hac causa sub die 27. Martij anni præteriti editam Domini censuerunt non obstare resolutioni captę ad fauorem Ven. Societatis Sanctissimi Corporis Christi, in Ciuitate Ancona, ideoque in decisis permanserunt. Quia vnica responsione tollitur tota vis contra decisionem, quæ consistit in triplici ratificatione census nulliter à Tutrice impositi. Primo quod fructus eiusdem Census soluti fuerunt ab Aloysio Ferretto debitore, vt probatur ex quietantia de anno 1612. Sum. Cęsarani num. 1. Secundo quod Procurator eiusdem Aloisij instrumentum Census, & alia iura produxit Sum. eodem num. 2. & 3. Tertio quod idem Aloysius eundem Censum in diuisione facta cum Hieronymo suo fratre in se as-
1 sumpsit, † ex qua assumptione vulgò accollatione ratificationem deduci non secus ac ex fructuum Census solutione *dixit Rota decis. 19. numer. 3. apud Cenc. de Censib.*

Optimè enim aduertit decisio, quæ reuide-
2 tur † quod ad ratificationem contractus nulli non solum requiritur actus positiuus, ex quo ta-

talis nullitas resultet, sed necessaria est etiam in agente scientia explicita nullitatis tam facti, quam iuris, vt præter allegatos *in decis. dixit*
3 *Rot. decis. 535. num. 22. par. 1. recent.* † Adeò quod sine huiusmodi scientia neque fructuum solutio *Rot. decis. 260. num. 11. & 12. par. 6. recent.* nec accollatio ratificationem inducat, quia scilicet si debitor nullitates Census sciuisset, fortè fructus non soluisset, neque Censum inse assumpsisset, & ratificatio intelligi potest cum supposito quod contractus validus esset *Valenz. cons. 177. num. 53.*

Et scientia nullitatis ex productione instrumenti Census a Procuratore facta, & ex vnico
4 teste examinato deducta retorquetur, † quia productio facta fuit cum expressa protestatione nullitatis, ibi, *sine præiudicio nullitatis, & nullitatum instrumenti*, quæ cautela quatenùs contractus sit nullus, omninò præseruat ius dicendi de nullitate. *Cancer. var. resol. lib. 1. cap. 8. num. 139. & seq. Rota decis. 419. num. 3. par. 1. recent. dec. 805. nu. 6. coram Buratto.* Testis verò vltra quod est vnicus deponit de anno 1625. & sic longè post accollationem, & prætensam fructuum
5 ab Aloysio factam solutionem, † ex eiusque dicto dignoscitur Aloysium, conditione si sequeretur concordia, obtulisse fructus non obstañ. nullitatibus census soluere. Attamen cũ concordia secuta non fuerit, eius oblatio euanuit, vt in simillimis terminis dictum fuit in *Volaterana Prioratus 16. Martij 1646. §. alterum pariter coram R.P.D. meo Bichio.*

Imò neque creditor census allegare potest, quod sic Aloysius accollator pinguiorẽ portionem in diuisione consecutus fuerit, quàm Hierony mus frater, quia iste hodie non agit, nec creditor Census tamquam tertius, & actor potest dare de iure Hieronymi. *Pacian. de probat. lib. 1. cap. 7. num. 70. & seq. Surd. cons. 1. num. 84. Rota decis. 415. coram Greg. XV. vbi Adden. num. 6. & decis. 22 num. 8. par. 1. diuers. versic. ideò, dec. 277. num. 7. par. 1. recent.*

Ex quibus motiuis Domini non recedeñ. etiam à fundamento defectus numerationis pecuniæ in actu subhastationis steterunt in decisis. Vtraque parte informante, &c.

R. P. D. ARGVELLES.

Faneñ. Bonorum.

Veneris 19. Iunij 1648.

ARGVMENTVM

Legitimæ dicitur filius renunciasse, si acceptauit testamentum Patris, in quo cum famigerata cautela Soccini Iunioris legitimæ detractio erat prohibita; an autem sufficiat approbatio testamenti in genere non facta specifica mentione legitimæ, primo loco discutitur. Deindè an sub huiusmodi Patris dispositione censeantur etiam comprehensa bona emphiteotica concessa Patri, & filijs nomine proprio, latissimè tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Legitimæ detractionem, an, & quomodo Pater possit prohibere.*
2 *Fideicommissario quibus concurrentibus danda sit immissio.*
3 *Trebellianica, potest etiam prohiberi filijs primi gradus.*
4 *Legitimæ detractio, cum qua cautela prohiberi possit.*
5 *Legitimam non potest filius detrahere, si adiuit hæreditatem Patris, qui cum cautela,* Soccini Iun. *huiusmodi detractionem prohibuit.*
6 *Legitimæ dicitur filius renunciasse, si acceptauit testamentum Patris, in quo cum cautela,* Soccini Iun. *legitimæ detractio erat prohibita.*
7 *Et an sufficiat approbatio testamenti in genere, non facta specifica mentione legitimæ.*
8 *Verba testamenti quando sunt clara, non est vlteriùs inuestigandum.*
9 *Acceptatio testamenti facta cum clausula in omnibus & per omnia habet vim specialis expressionis.*
10 *Et se extenditur ad expressam renunciationem legitimæ, & ad acceptationem omnium qualitatum in testamento appositarum.*
11 *Legitimæ renunciatio habetur pro expressa, quando renunciatio generalis in alio non potest verificari.*
12 *Hæres non potest impugnare factum defuncti, amplia vt num. 13.*
14 *Identitas bonorum, ex quibus probata remaneat.*
15 *Confessio superat quamcumque probationem contra confitentem.*
16 *Protestatio contraria facto non meretur attendi.*
17 *Et censetur ab ea recessum per actus aduersatiuos subsecutos.*
18 *Protestatio quando referenda sit ad non expressa, non autem ad ea, quæ veniunt ex dispositione iuris.*
19 *Legitimæ dicitur renunciatum ex dispositione iuris, quando concurrunt prohibitio Testatoris cũ cautela* Soccini Iun. *& acceptio hæredis.*
20 *Bona fideicommissaria possunt alienari pro restitutione dotis, etiam inuito testatore.*
21 *Pater an possit præiudicare filijs in emphiteusi ex causa onerosa quæsita etiam filijs nomine proprio.*
22 *Filius si sit hæres Patris, & illius testamentum approbauerit non potest contrauenire eius dispositioni, nedum in feudo, vel emphiteusi ex pacto, & prouidentia, amplia vt num. 25.*
24 *Et quid si minus esset in hæreditate.*
25 *Bona emphiteotica an veniant in fideicommissi restitutione, quando in eis non est positum expresè grauamen.*
26 *Bona emphiteotica veniunt in restitutione fideicommissi, licèt in illis non fuerit expresè impositum grauamen, & quid sufficiat.*
27 *Fideicommissum in re emphiteotica, quando sustineatur.*
28 *Bona emphiteotica, an possit pater fideicommisso supponere, si filius quoque dici posset primus acquirens.*
29 *Testator si expresè limitauit suam dispositionem ad ea, de quibus posset disponere, non censetur voluisse comprehendere id, quod eius morte finiebatur.*
30 *in Emphiteusi stipulata pro patre, & filijs, vno eorum decedente, intrat ius accrescendi.*
31 *Fideicommisso non censetur renunciatum per diuisionem*

sionem factam cum clausula, ad habendum, *nisi fuerit data facultas alienandi*.

DECISIO CCXVIII.

CESSIT ab humanis Mense Februarij Anni 1647. Camillus Galantarius scriptis sibi hæredibus tribus filijs ex duobus matrimonijs procreatis, scilicet D. Antonio ex primo, & DD. Andrea, & Gabriele ex secundo, eosque in casu obitus sine filijs legitimis, & naturalibus ad inuicem substituit, & eorum descen-
1 dentes similiter in perpetuum, † quibus omnibus prohibuit etiam detractionem legitimæ, trebellianicæ, & cuiusuis alterius, iussitque approbationem huius suæ dispositionis cum omnibus his conditionibus, & non approbantes priuauit successione, & perceptione fructuum, & in sola legitima instituit, iuxta cautelam *Soccin. Iun. cons.* 122. *num.* 8. *& seqq. & cons.* 159. *lib.* 1. *Dec. cons.* 687. *num.* 2. *passim per Rotã amplexam, vt in decis.* 479. *num.* 8. *decis.* 653. *nu.* 13. *par.* 1. *recent. & in Reatina successionis* 21. *Maij* 1642 *coram R. P. D. meo Peutingero vbi aliæ*.

Sub die 13. Aprilis eiusdem anni, prenominati Antonius, Andreas, & Gabriel testamentum paternum iuxtà præceptum Camilli Patris approbarunt, & successiuè 26. Iunij subsequentis bona hæreditaria eiusdem in capita inter se diuiserunt, & de mense Octobris proximè elapsi obijt etiam Andreas instituto sibi hærede Gabriele, qui cum omnia occupasset dedit causam liti, vndè consului Dominos, An Antonio sit danda immissio super medietate omnium bonorum fideicõmisso Camilli subiectorum, & ab Andrea relictorũ, & dan-
2 dam esse responderunt. † Siquidem exhibitum fuit testamentum illius validum non abolitũ, neç in aliqua sui parte cancellatum, in quo legitur expressum fideicommissum, vt supra; Purificatio verò liquet ex obitu Andreæ sine filijs, & demum identitas bonorum, nec controuertitur, nec est controuertibilis, quibus concurrentibus denegari non valet immissio fideicommisario, vel ex remedio *l. final. C. de edict. Diu. Adrian. tollen.* vel ex vtili saluiano interdicto, *vt ex l. prima, C. commun. de legat.* vt passim *Rota* respondit, *& signanter in decis.* 131. *n.* 1. *par.* 1. *decis.* 472. *num. eod. part.* 3. *recent.* 167. *num.* 2. *coram Coccino, in Parmen. status* 14. *Decembris* 1629 *coram eod. & alijs congestis in Auximana fideicomm.* 13. *Iunij* 1640. §. *quibus tamen coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Tiburtina fideicom.* 24. *Aprilis huius anni coram me*.

Nec attenta fuerunt ea, quæ dicebantur super detractionibus trebellianicæ, & legitimæ
3 ab informantibus pro Gabriele, † Quia trebellianica legitur expresè prohibita à Camillo Testatore, ibi, *Prohibisco, che detti miei figli, e descendenti non possino detrahere qualsiuoglia trebellianica*, & prohiberi posse etiã filijs primi gradus non est hæsitandum, *Cassador. decis.* 4. *de testam. Crescent. decis.* 2. *eod. tit. Simonct. decis.* 86. *incipit in vna Romana Gratian. cum pluribus discept. forens. cap.* 245. *num.* 17. *Ciriac. controu.* 263. *num.* 45. *cum alijs in decis.* 67. *num.* 2. *& decis.* 318. *num.* 3. *vers. Secus autem trebellianica par.* 1. *recent. & in d. Reatina successionis* 21. *Maij* 1642. *coram R. P. D. meo Peutingero*.

4 Legitima verò † pariformiter prohibita fuit, ibi, *Estendendo tal prohibitione etiam alla lor legitima, i quali quando non volessero approuar tal prohibitione, adesso, e per all'hora li priua della sua heredità, e gl'instituisce nella sua legitima solamente. Volendo, che detti suoi heredi, e descendenti in infinito siano obligati approuare per instrumento il presente suo testamento in ogni, e singoli suoi membri, e che non faccino i frutti suoi prima di detta approuatione, e non l'approuando come sopra, vuole, che la sua heredità si deuolui à gl'altri heredi sostituiti osseruanti, &c.* quæ prohibitio cum ista cautela concepta procul dubio tenet, & valet, *ex Soccin. Dec. & alijs in principio allegatis*.

5 Et procul dubio † præiudicat Gabrieli hæredi Andreæ, tum quia iste adiuit paternam hæreditatem vigore huius dispositionis pro tertia rata sibi delatam, quod sufficit ad hoc, vt excludatur à detractione legitimæ. *Soccin. Iun. d. cons.* 122. *num.* 9. *& seq. & num.* 20. *vers. Vnde cum legata, lib.* 1. *Odd. cons.* 63. *sub num.* 25. *Menoch. consil.* 533. *num.* 15. *Eugen. cons.* 38. *nu.* 7. *lib.* 1. *cons.* 95. *num.* 65. *&* 66. *lib.* 2. *Surd. de Alim. tit.* 2. *quæst.* 15. *num.* 181. *& seq. Bellon. iun. cons.* 65. *num.* 42. *vers. sexto, & seq. Fusar. de substit. quæst.* 296. *num.* 61. *& seq. & signanter num.* 70. *Merlin. de legit. lib.* 3. *tit.* 2. *quæst.* 10. *num.* 14. *&* 15. *Adden. ad sanct. mem. Gregor. XV. decis.* 489. *num.* 27. *cum alijs in d. Reatina successionis coram R. P. D. Peutingero, & in Romana fideicommissi de Ceulis* 26. *Nouembris* 1639. §. *Moti ex eo, coram Reuerendissimo D. meo Carillo Præside Vallisoletano*.

6 Tum etiam, quia approbauit, † & acceptauit paternum testamentum, vt ex Instrumento dato in Sum. Antonij *num.* 2. quod exuberat ad hoc, vt dicatur facta expressa renunciatio legitimæ, vt in his terminis declarat idem *Soccin. Iun. d. cons.* 122. *num.* 21. *& seq. lib.* 1. *Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.* 7. *tit.* 3. *num.* 11. *Odd. consil.* 63. *num.* 25. *Merlin. de legit. lib.* 3. *tit.* 20. *quæst.* 10. *nu.* 27. *Bellon. iun. d. cons.* 65. *nu.* 42. *& seq. Fusar. de substit. d. q.* 296. *num.* 58. & fuit dictum *in præcitata Romana fideicom. de Ceulis* 16. *Maij* 1642. §. *nam primo non obstat, coram Reuerendiss. Carillo, & in Bononien. legitimæ* 8. *Februarij* 1647. *coram R. P. D. meo Ottobono*.

7 Nec dicatur † Camillum iniunxisse onus acceptandi prohibitionem detractionis legitimæ, ibi, *quali quando non volessero approuare tal prohibitione*: Vndè non videtur sufficiens approbatio testamenti in genere non facta specifica mentione legitimæ.

Quia ex verbis subsequentibus, *siano obligati approuare per Instrumento il presente suo testamen-*
8 *to, &c.* deducitur † voluntas testatoris non coarctata ad approbationem solius prohibitionis legitimæ, sed ad totum testamentum, quæ verba cum sint clara, non est vlterius inuestigandum, *l. licet Imperator, ff. de leg.* 1. *Abb. cons.* 97. *num.* 1. *vers. & primo quia lib.* 1. *Seraphin. decis.* 762. *num.* 1.

9 Vltra quod † cum in Instrumento sit extensus totus tenor Testamenti Camilli, & illi tres fratres

fratres illud approbent, & acceptent *In omnibus, & singulis eius membris, & partibus cum oneribus, & alijs de quibus in eo, & iuxtà intentionem, mentem, & voluntatem eorum Genitoris*, vt sunt verba præcisa dicti Instrumenti dati *nu.3.* proculdio Andreas sibi præiudicauit in legitima, vt in similibus termnis de acceptatione facta cum clausula, *in omnibus, & omnia*, tradit *Rum. consil.56. n.6.& 12. lib.2. & ex cap.vt circa §.1. de elect. in 6.& Ias.in l.Titia,§.final. ff.de verb. oblig.* aduertunt in specie, *Surd. cons.412. num 27. Peregr. de fideicomm. art.36. num.89. Fusar.de substit. d.q.296.n.93.& 94.Merlin.de legitim.lib.3.tit.2.q.9 num.8.& alij*, quos refert, & sequitur *d.Romana fideicomm.de Ceulis 26.Nouembris 1639. d.§.Moti ex eo, & §. Attamen ex voluntate, &c. 14.Ianuarij eiusdem anni d.§.primo eo eo,&c. & 16.Maij 1642. §.quoniam. in dicta, &c. coram Reuerendiss. D. meo*
10 *Carillo*, vbi ex vi † clausulæ *in omnibus, & per omnia*, deciditur, transactionem se extendere ad expressam renunciationem legitimæ, & ad acceptationem omnium qualitatum appositarum in Testamento quod approbatur per hæredes transigentes.

11 Et iure meritò, † quia etiam dispositio generalis, quæ non potest habere locum in alio, quam in legitima, comprehendit legitimam etiam absque illius specificatione, vt firmant *Soccin. Iun. consil.136.num.18. lib.1. Franc. Becc. cons.34.num.13. in fin. & num.14. Surd. cons.212. num.13. & in tract. de alim.tit.9.quæst.15.num.16. Gallerat.de renunc. centur.1. renunc.47.nu.9. ad fin. versic.Hincque est Honded. cons.63.num.89. & seq. lib.1.& alij per eos allegat.*

12 Attentis præsertim† clausulis amplissimis in fine eiusdem Instrumenti appositis, & signanter promissione non contrafaciendi quouis prætextu iuramento vallata, quæ impugnari non potest à Gabriele hærede Andreæ, *l.cum à Matre, C.de rei vindic. Mantic.decis.106. numer.4. Rota decis.649.num.1. part.3.& decis.176.num.47.*
13 *part.5. recent.* & multò minus † cum ipsemet Gabriel in eodem Instrumento eodem modò se obligauerit in forma Cameræ, *Rota dec.415. num.3. part.1.recent. cum vulgar.*

Minus attenta fuit exceptio identitatis bo-
14 norum; † Quia ex Instrumento diuisionis inito 26. Iunij anni præteriti statim post mortem Testatoris de bonis hæreditarijs eiusdem, inter quæ leguntur ista de quibus agitur, obuenta Andreæ, abundè probata remanet identitas inter ipsos fratres, & cohæredes diuidentes, *Soccin.cons.46.in princ. lib.3. Peregrin. de fideicomm. art.44..num.4. & seq. Rot. decis.398.num.7. post tract. modern.Perusin.de manuten.dec.706.nu.2. part.2.recent.decis.42.nu.1. part.5. cum alijs in Ariminen. fideicomm. 14.Martij 1640. coram R.P. D. meo Cerro, in Bononien. fideicomm. 16.Maij eiusdem anni coram R.P.D. meo Bichio, & in Romana fideicomm.de Fuschis 19. Decembris eiusdem anni coram Reuerendiss. D.meo Decano*, & maximè quia diuidentes specificarunt bona illa hæreditaria Camilli, ibi: *Bonorum communiter relictorum in*
13 *hæreditate dicti q.Camilli communis Patris*, † quæ confessio superat quascumque probationes contrà Andream,& Gabrielem eius hæredem confitentes, *l.cum te,la seconda,C.de transact. l.generaliter, C.de non numer. pecun. Rota decis.71.nu.3. part.1.diuers. cum similibus.*

Minus releuat clausula præseruatiua quorumcumque Iurium ipsis hæredibus competeñ facta in eodem Instrumento approbationis Testamenti 13. Aprilis anni præteriti.

16 Quia † vel tanquam contraria facto non meretur attendi, *l.cum plures, §.locatum, ff.locat. cap. gratum de offic. de legat. cap. sollicitudinem de appellat. Bart.in l.non solum, §.morte num.13. ff.de*
17 *oper.nou. nunc.* vel † censetur ab ea recessum per actus aduersatiuos subsecutos hæreditario nomine gestos, *Card. Caual. decis.349. numer.3.*
18 *vers.nam per talem consensum, &c.* † vel referenda est ad non expressa, *Thomat. decis.Maceraten. 12.num.25.& 26. Rota decis.155.nu.2. & dec.222.*
18 *num.26. part.6. recent.* † non autem ad ea, quæ veniunt ex dispositione iuris, *cap.cum M.de constit.Surd.cons.383.nu.18.lib.3.Pignatell.controu.28.*
19 *num.18.* † prout venit renunciatio legitimæ, quando concurrit prohibitio Testatoris cum cautela *Soccini*, & acceptatione hæredis ex supra allegatis; & signanter *Rom. fideicommiss. de Ceulis coram Reuerendiss. Carrillo*, vbi fusè, & doctè disputatur. Et posset tentari, quod Camillus non cogitauit de restitutione dotium iam receptarum, sed de dotibus in futurum; permittit enim alienationem pro constitutione dotium, & sic certum est loqui de dotibus constituendis in futurum,& ad eas ipsas vide-
20 tur referen, quod dixit de restitutione † ad quam dubitarunt nonnulli Doctores an extenderetur, *Auth. res quæ,& Facchin. lib.4. controu. cap.47. & multi alij cilati à Fusar. de substit.q.532. num.2.* cum quibus videtur se voluisse conformare Testatorem, licet contraria verior sit, & sequenda etiam eo inuito, vt pluries tenuit Rota.

Demum nil releuans visa fuit exceptio Emphyteusis super bonis Roncitelli Senogal-
21 lieñ. † Nam quicquid sit an Pater possit filijs præiudicare in emphyteusi ex causa onerosa quæsita, si tamen fuit concessa Patri, & filijs nomine proprio (vt ista videtur) ex allegatis *à Caualer. decis.119. numer.9.* & multis alijs per *Moder.Fulginaten.de iure emphit. de cõtract.emphit. quæst.24. num.20. ante med. & num.28.* & omisso etiam an dicatur emphyteusis quæsita ex causa onerosa, quando non propter authoritatem concedentis, vel ab ipso concedente onus imponitur, sed à cedente, & donante, vt in no-
22 stro casu; † sufficit pro Antonio, quod Gabriel, & Andreas approbauerunt Patris Testamentum, *ex vulg. text. in l.cum à Matre, C.de rei vendic. cum multis alijs per Rot.in magistrali dec.50. nu.penult. part.5. recent. & d.Modern.Fulginaten.5. numer.33.* etiam in feudo, vel emphyteusi ex pacto, & prouidentia, vt ex relatis ab eodem *tit. de renunc. quæst.10.num.5. vers.contrariam, vbi*
23 *plurimos congerit.*† Maximè cum plus eis obuenerit ex bonis defuncti, quam sint bona emhhyteotica, *l.cum Pater 33. §.cum Pater, ff. de legat.2. Caldas.de iure emphit.lib.3.cap.17.numer.24.*
24 Sed, † & si minus esset in hæreditate id forsan posset assecurari ex pulchris verbis in *l.Imperator*

tor 70. ff. de legat. 2. ibi: *Enim verò si pecunia accepta rogatus sit rem propriam (quamquam maioris extimaretur) restituere, non est audiendus legatarius legato percepto si velit computare, text. in l. sed si non tenuit 36. ff. ad l. falcid. & in l. generaliter 24. §. si quis alienum, ff. de fideicomm. libert. Caldas. multis citatis vbi supra num. 22. & num. 24. Modern. Fulgin. supra tit. de success. in bon. emphit. quæst. eorum. 15.*

25 Et ideò † difficultas dumtaxat consisteret An supradicta doctrina procedat quando non est positum expresè grauamen in bonis emphyteoticis ad *tradit. per Fusar. quæst. 630. nu. 14. & quæst. 631. nu. 7. Surd. dec. 21. nu. 17. vers. Respondetur, & nu. 18. & 19. & alios d. Fulgin. vbi proximè quæst. 3. num. 38.*

26 Sed hanc difficultatem (substulit, *Caldas. de iur. emphit. d. lib. 3. cap. 17. num. 24.* vbi nil interesse expresè fuerit impositum An non, si ex coniecturis possit colligi eos voluisse grauare in re emphyteotica, *& num. 25.* Et id tenuere vbi reliquit omnia bona sua, *ex l. à Procuratore, C. mand. Bart. & multis alijs,* idem *Caldas. num. 23. Surd. cons. 357. num. 27. vers. quantum quoque, Natt. cons. 159. num. 25. in fin.* & melius *Rot. apud Card. Caualer. decis. 219. num. 13. ad fin. vers. & eadem ratione, & decis. 587. num. 11. vers. Demum vltra prædicta, & decis. 87. nu. 9.* penes *Buratt. & decis. 294. num. 1. part. 1. recent.* Eò magis, quia verbis amplissimis, & quæ necessariò continet etiam bona emphyteotica Camillus disposuit, ibi: *In tutti li miei beni, mobili, stabili, ragioni, attioni presenti, e futuri in qualsiuoglia luogo essistenti, Summar. Antonij num. 1.*

27 Quæ omnia fortius procedunt, † quia Camillus disposuit æqualiter ad fauorem omniũ filiorum comprehensorum in Inuestitura, vt potuisse facere dixerunt, *Fusar. per eũ citati dict. q. 630. n. 11. & d. q. 631. d. n. 7. & alij per eum allegat. d. q. 3. n. 16. & nu. 20. Rot. in Bonon. fideicom. seù Domus 4. Decembris 1647. coram R. P. D. meo Bichio, §. & per consequens,* & idem disposuit quod veniebat ex lege Inuestituræ ex infrà dicendis.

28 Et vrget dilemma; nam, † aut Camillus potuit fideicõmisso reciproco grauare filios, & in tuto res est, aut non potuit, & tunc multò minus nõ potuit illis prejudicare Andreas, quicquid sit An iste posset etiam dici primus acquirens, ex traditis *à Rota d. dec. s. 219. num. 9. Coram Caual. & à d. Fulginaten. d. quæst. 24. num. 20. & 27.* Certum quidem est non plus ei fuisse permisum quam Camillo Patri: de quo non potest disputari, quod non sit primus acqui-

29 rens. Eò magis, † quia Andreas expresè limitauit suam dispositionem ad ea, de quibus posset disponere, nec potest videri voluisse disponere de iure, quod eius morte finiebatur, *text. in l. quod in rerum 24. S. Vsumfructum, ff. de legat. 1. l. Vxor Patrui 20. C. de legat. Surd. d. dec. 21. num. final. uers. 4. procedere, Osasch. decis. 119. nu. 26. & alij per Menoch. cons. 151. nu. 53. plures per alleg. Fulginaten. d. quæst. 24. numer. 10. cum duobus seqq.* Nec in Andrea procedit eadem ratio, quæ in Camillo Patre, nam iste instituit heredes quos voluit grauare, ille non instituit Antonium,

30 & † optimè aiebat vnus ex Dominis in Emphyteusi pro Patre, & filijs stipulata vno eorum decedente intrare ius accrescendi, *Caldas. Pereira de iur. emphit. lib. 3. cap. 13. num. 46. & lib. 4. cap. 1. nu. 11. & 12. & plurimi citati ab allegato Fulginaten. de contract. emphit. quæst. 34. num. 21. & de success. in bon. emphit. quæst. 20. num. 2. & 3.*

31 Denique nil obstat, † quod diuisio facta fuerit cum clausula, *ad habendum, &c.* quia communior sententia est per istam clasulam non censeri renunciatum fideicommisso, nisi expresè data fuerit facultas alienandi, vt declarando pugnantes opiniones, dixit *Fusar. de substit. quæst. 593. num. 17.* & in fortioribus *Bart. Alex. & plerumq; omnes scribentes in l. qui Romæ 122 §. Duo fratres, ff. de verb. obligat.* & ibi *Donell. nu. 3;* qui cum supradictis asserit sententiam Iudicis in eo Text. fuisse iniustam; & rectè explicat, quod in præsenti omni caret scrupulo, cum ipsi dicant facere diuisionem iuxtà formam, & dispositionem Testamenti.

Et ex his DD. censuerunt Antonio dandam immissionem pro medietate omnium supradictorum bonorum Camilli Patris ab Andrea communi Fratre relictum, vtraque parte audita.

R. P. D. CORRADO,

Posteà Eminentiss. CARDINALI.

Tiburtina Affictus.

Veneris 19. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Manutentio conceditur Locatori stante possessione rei locatæ etiam aduersus alium locatorem habentem locationem nullam contra formam *Extrauagantis Ambitiosæ de reb. Eccl. non alien.* & ius prælationis in eadem locatione habere præcedentem, cum stante nullitate locationis prædictæ, nulla prælatio possit considerari.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio datur possidenti.*
2 *Locatio bonorum Ecclesiæ facta ultrà triennium nullius est roboris, uel momenti.*
3 *Possessio bonorum Ecclesiæ obtenta cõtrà* Extrauag. Ambitiosæ de reb. Eccles. non alienañ, *dicitur infecta, & non manutenibilis.*
4 *Præsumptio beneplaciti Apostolici in locatione bonorum Ecclesiæ ex quibus excludatur.*
5 *Præsumptio beneplaciti Apostolici ex cursu annorum 30. deducta in alienatione bonorum Ecclesiæ hodie cessat mediante* Constitutione san: me: Vrbani VIII.
6 *Dispositio* Extrauagantis Ambitiosæ de rebus Eccles. non alienañ, *non habet locum in locatione Casalium existentium in Vrbis districtu, intel lige, ut num. seqq.*
7 *in Bonis, quorum fructus non nisi de triennio in triennium percipiuntur, singulum triennium reputatur pro uno anno;*
9 *Nullitas alienationis bonorum Ecclesiæ allegari potest à conductore habente ius ab eadem Ecclesia.*

10 *Lo-*

10 *Locatio bonorum Ecclesiæ quando successorem non ligat.*
11 *Ecclesia non ligatur locatione nec eius nomine, neque in ipsius facta vtilitatem.*
12 *Pensio debetur pro tempore quo quis in locatione permansit etiam stante nullitate d. locationis.*
13 *Pensionis receptio pro tempore præterito, non inducit ratificationem locationis nullæ pro tempore futuro*
14 *Conductor si in locatione permansit, & pro integro anno fecit expensas, pro eo tempore in ea remanere debet.*
15 *Relocatio tacita in quibus fructus dietim percipiuntur restringitur ad solum tempus continuatæ locationis.*
16 *Relocatio tacita non admittitur stante nullitate locationis.*
17 *Locatio perpetua deducitur ex uniformi solutione pensionis annis 30. continuata.*
18 *Locatio perpetua excluditur ex pacto recondutionis ad tempus in locatione apposito.*
19 *Possessio antiqua quando sine titulo sufficiat ad effectum manutentionis, & quando non. & numeris seqq.*
22 *Conductor bonorum Ecclesiæ an habeat prælationem aduersus, nouum conductorem. & num. seq.*
24 *Prælatio in locatione non conceditur stante nullitate illius.*
25 *Melioramenta facta pro maiori commoditate, ac utilitate conductoris non sunt reficienda.*
26 *Inspectio loci, ac peritorum electio iudicialiter facta, suffragatur pro assignatione termini ad probandum melioramenta.*
27 *Melioramentorum exceptio non retardat manutentionem stante prouisione capta mediante cautione, & quando.*

DECISIO CCXIX.

CENSVERVNT Domini Appianum esse manutenendum, quia constat illum fuisse in possessione Fornacum Calcariarum, & bonorum de quibus agitur tempore litis motæ; non solùm ex Instrumento locationis ei factæ à Procuratore Eminentissimi Dñi Cardinalis Commendatarij Abbatiæ Sancti Laurentij legetimum habente mandatum rogatum per Iacobum Simoncellum publicum Notarium die 29. Aprilis 1642. & inductionis in possessionem sub die 12. Iunij, & 28. Iulij 1645. & ex alio Instrumento manutentionis sub die 8. Nouembris 1646. vigore Decreti A. C. sub die 10. Iulij præcedentis emanati, & Perto intimari sub die 12. eiusdem mensis, ac deindè causa cognita confirmati, & executi de mandato Eminentissimi D. Cardinalis Procamerarij sub die 24. Octobris. Verùm etiam ex Te-
1 stibus pro aduersario examinatis. † Ideòque in ea manuteneri debet officio Iudicis; *Rot. dec-s. 641. num. 8. vers. præterea,* & priùs *à num. 1. & seqq. par. 1. diuers.* & penes *Card. Caualer. dec. 182. num. 1. & 2. & in Romana locat. 25. Iunij 1635. coram Eminentiss. D. meo Cardinali Verospio*, penes *modern. Perusin. de manuten. dec. 632. nu. 1. vers. Domini pro Luca responderunt, ac seq. & nu. 6. vers. tamen ea detentatio, cum seq.* & *in alijs*;

Nec obstat anterior possessio Perti cessionarij hæredis q. Ioann. Pauli Philippini cui fuerunt eadem sublocata per assertum quendam Arrendatarium bonorum dictæ Abbatiæ ad sexennium de anno 1614. 12. Martij, & deindè per alium Arrendatarium ad quatrennium de anno 1624. 23. Martij cum pacto reconductionis in casu non factæ disdictæ, vt apparet ex publicis Instrumentis pro eius parte exhibitis.

Primò, quia locationes illæ bonorum Ecclesiæ vltrà triennium contrà dispositionem, *Extrauag. Ambitiosæ de reb. Eccles. non alienand.* ha-
2 bentis Decretum irritans, † nullius omninò roboris fuerunt, quippè contrà formam à lege præscriptam, quæ indiuidua est, vt habetur in *eod. text. in §. si quis autem*, ibi: *Alienatio, Hypotheca, Concessio, Locatio, Conductio, & Infeudatio huiusmodi nullius omninò sint roboris, vel momenti, &c.* & probatur in *Clem. 1. in fin. princip.* ibi: *Nec ex concessione ipsius recipienti ius aliquod acquiratur, eod. tit. & in Auth. de alienand. aut permut. in §. emphyteusim, in fin.* ibi: *Neque quod sit habere aliquod penitus robur sinimus, &c. Ias. in Auth. qui rem sub numer. 21. vers. ego teneo, C. de Sacrosanct. Eccles. Lap. alleg. 80. quæris cum locatio sub num. 3. vers. pro parte altera, &c. vsque in fin. Alex. cons. 17. viso Instrumento locationis sub nu. 10. vers. nec etiam obstat si dicatur lib. 4. Didac. resol. 10. nu. 4. vers. cæterum, & sub num. 5. vers. sed quod locatio, & seqq. lib. 2. Rodoan. de reb. Eccles. non alienand. quæst. 58. num. 34. vers. verum istis sic deductis non obstantibus, ac seqq. Becc. cons. 92. sub n. 15. uers. quibus tamen non obstantibus cum seqq. per tot. & cons. 178. à n. 1. vers. nam supponitur, & seqq. Marescott. resol. 25. sub nu. 8. vers. secundò extenditur, & seqq lib. 2.* & hanc sententiam, sequitur *Rot. vt habetur in Brixien. locat. 5. Octobr. 1595. corã Penia in recent. decis. 30. per tot. part. 1. & dec. 435. sub nu. 3. vers. nec placuit Dominis, & seqq. par. 3. in quibus alia concord. referuntur.*

Ac proindè infecta penitus est possessio, si-
3 ue † detentio ex ea causa proueniens, & non manutenibilis, sed habetur pro vacua, *Rot. penes Card. Mant. decis. 40. sub num. 7. vers. neque huic, & seq. ac decis. 177. nu. 3. vers. quo fit, part. 4. diuers. Coccin. decis. 51. num. 4. vers. vndè fuit conclusum, & decis. 48. num. 3. uers. & non sit habenda cum seqq. par. 5. recent. & in Mediolanen. Cimiliarcat. 15. Maij 1645. coram R. P. D. meo Peutingero, in §. non igitur obstat, & 8. Febr. 1647. coram R. P. D. meo Celso,* & in his terminis in *Romana Affict. 27. Ianuarij 1627. coram bon. mem. Pirouano, penes eumdem modern. Perusin. de manuten. decis. 215. per tot.*

Neque prodesse potest allegata præsumptio Apostolicæ confirmationis ex cursu annorum triginta cum obseruantia subsecuta. Tùm quia à posteriori locatione facta de anno 1624. vsque ad litem institutã de an. 1645.
4 non sunt elapsi. † Ab illa verò priùs facta anno 1614. computari non possunt, quia expirauit, & alia inita fuit cum diuersa persona, & ad aliud tempus, *Bald. in l. 4. n. 2. uers. nota, &c.* & ibi *Alex. num. 9. uers. hoc tamen est verum, ff. de damn. infect. Rot. penes Card. Seraphin. decis. 1362. sub nu 3. uers. & primò, & decis. 1490. nu. 7. uers. sed difficultatem tollit, & decis. 435. sub nu. 10. uers. hoc autem secundum Instrumentum, part. 1. recent.* cum alijs

alijs relatis per *modern.Roman.discept.913.nu.20. vers.quæ nunquam,& discept.927.num.16.vers.cum etiam, & seq.* Tum quia refugium hoc hodiè cessat ob Constitutionem sanct. me. Vrban.
5 VIII.† qua eiusmodi præsumptæ confirmationes, & beneplacita Apostolica ex temporis cursu deducta iure optimo fuerunt reiecta, & reprobata, vt in ea legitur incip. *Romanus Pontifex in Sacra B.Petri Sede constitutus, publicata de anno 1641. die 5. Iunij,& fuit dictum in Barchinon exemptionis 13. Iunij 1646. coram me.in §. tum quia repetita. versicul. & demum præsumptionem hanc &c.*

Minùs obstat quod dispositio *d. Extrauag.* nō
6 habeat locum in locationibus† Casalium existentium in districtu Vrbis, vt fuit dictum in *Roman.rescission.contract.28.Nouembris 1580.coram san.me.Clemen.VIII.& in Romana affict.8. Februarij 1593.coram Gypsio decis.727.sub.num. 3. versic. præterea quod sterilitas vnius anni par.4.diuers. & in Nepesina affict. 14. Maij 1601. coram Iusto in §. & tollit difficultatem.*

Quia dictæ Decisiones procedunt in illis bonis, quorū redditus singulis dumtaxat triennijs, vel quinquennijs percipiuntur. Ea enim non quidem negantur, sed ita intelliguntur sub eadem Constitutione comprehensa vt pro tribus integris recolectis lacari possint, itaut, quod de alijs statuitur ad trienium de illis ad nouenium, vel quindenium ex Pontificis in-
7 tentione censetur statutum † cum ad hunc effectum singula trienia, vel quinquenia habeatur pro vno anno *ex gloss.fin.in l.item quæritur,§. qui impleto. propè fin.vers. item quod si in rusticis, & ibi Bart.sub nu.10.vers.ex hac ratione infero.ff.locat. Bal.in l.legem.sub num.5.vers. item dico, vbi Salyc. sub num.3.vers.& hac ratione,& Angel.num.3.vers. & ideo.C.locat.Rodoan.d.quæst.58.à num.41. versic. Extrauag.autem ambitiosæ,& seqq.Didac.d.resol.16. num.6.vers.tertio, lib.2.Gabr.cons.68.num.2.versic. pari modo, & seq.lib.1. Mantic.de tacit. lib.5. tit.3. nu.22.vers. præterea.* Itaque non applicatur ad ea, quorum redditus singulis annis, imò singulis diebus (qualia sunt hæc) percipiuntur,
8 vt † benè in eisdem Decisionibus explicatur, *& in d.Romana seu Terracinen affict.coram bon.mem. Pirouano d.decis.215.num.14.vers.nec replicatio vrgere debet.*

Nec etiam releuat quod eiusmodi nullitas ab ipsa tantùm Ecclesia, & Prælato opponi possit, cuius fauore quatenùs ipsi expediat su-
9 stinetur, non autem à tertio, † Quia præter quod Appianus, qui causam habet ab ipsa Ecclesia, & Prælato mediante locatione prædicta non censetur tertius, sed eiusdem iuribus, & exceptionibus pro sui defensione, ac interesse vti potest *iux.tex.in l.emptori.C.de euict. Ruin.cons.40.nu.8.vers.tertius autem, lib.5.Bursatt. cons.82.num.11.vers.secus tamen.Cepb.cons.133.numer.125.vers.& propterea &c.Rot.in Cremon.aquarum 9.Maij 1594.coram bon.mem.Cardin.Arigon.in §.& non obstat alienationem fuisse vtilem Ecclesiæ, vers. & præsertim.* cum alijs relatis per *modern. Roman.discept.691.à num.15.vers.accedat. cum seq.* Cessat omnis difficultas cum ipse Prælatus illi assistat, & in causa interueniat, vt legitur in processu extracto ex officio Teuli.

Secundò quia licet velidè factæ fuissent, nō tamen afficerent Eminentissimum Commen-
10 datarium modernum.† Sed extincto per mortem illorum Abbatum omni eorum iure terminarunt *ad l.si quis domum.§.1.ff.locat.* Quippè
11 nec Ecclesiæ nomine, nec in eius vtilitatem initæ fuerunt *gloss.in cap.fin.in verb. statutum terminum.extr.ne Prælat.vic.suas,ibique Ioan.de Anan. sub num.8.vers. si verò sit Clericus, & sub num. 15. vers.verùm. Abb.sub num.6.vers.si vero sit Clericus. & num.7.Boich.num.7.uers.aut non nomine Ecclesiæ Soccin.sub num.30. uers. aut locauit nomine Ecclesiæ, Castr.consil.2. uisis omnibus suprascriptis, sub num.3. uers.sed si quæritur,& seq.lib.1.Ias.consil.94.Pro D. Galeatio num.1.uers.clarum est.& seq. lib.1. Soccin. cons.32 sub n.9.uers.sed quando.lib.1. Alb.cons.108. nu.1.uers.nam quando fit successio, & seq.per tot.Didac.resol.15.sub num.6. uers. secundum etiam lib. 2. Mantic.de tacit.dict.lib.5.tit.13.sub num.16. uers.ex his ergo apparet.ac seq.& tit.14.sub num.10. uers.& in his locum obtinent.Surd.decis.33.num.6. uers.contraria temen sententia. & seq.Gutierez.canon.q.lib.1 cap.36.num.14.uers. nihilominus, &c. & Marescot. resolut.18.num.5.uers.tertia affertur limitatio.& seq. lib.1.Rot.decis.1.sub num.1. uers. & si Prælatus, & num.2.uers.iuxta præmissam conclusionem,de locat.in nou.penes Card.Mantic.decis.186. num. 1.uers. quia quando Prælatus. & seqq. & in Auximana locationis 14.Ianuarij 1590. coram Orano penes Statil. de Saluian. decis. 210.* vbi firmatur conclusio etiam quoad primum annum. *Marescot.dict. resolut. 18.num.7.uers.Item procedit lib.1.*& alij relati per *modern.Roman.discept.606.sub num.1.& seq.* Quinimo nec ab ipsis Commendatarijs, sed ab eorum asserris Arrendatarijs (quorum ius nullibi iustificatur) rem propriam satagentibus, vt ex dictis Instrumentis, & præsertim ex posteriori apparet.

Neque subsistit obiecta ratificatio dicti cōtractus deducta ex solutione scut.112.& baio. 50. facta per dictum Pertum eidem Procuratori, ac Domus Eminentissimi Commendatarij Præfecto sub die 29. Iulij 1645.

Quia (prætermissis alijs) solutio dictarum pecuniarum facta fuit pro eo tantum tempore, quo ipse Pertus exercuerat dictas Calcarias per totum Mensem Maij antecedentis, vt
12 legitur in Apocha per ipsum exhibita, † ac proindè debita erat pensio etiam stante nullitate locationis *iuxta text.in dicta l. si quis domum uersicul. sed an ex locato teneatur conductor. ff. locat. Rota penes Cresceņ.dec.1.de locat.& conduct.Rodoan. de Reb.Eccles.non alienand.q.85. sub num.55.uersic. quia conductor rei Ecclesiasticæ;* Ideoque nullam
13 præsefert approbationem,† & ratificationem pro tempore futuro, vt benè declarat *Ioan. de Anan.in d.cap.fin.sub num.15.uersic. considera extr. Nè Prælat.uices suas, Rota penes Puth.decis.175.sub num. 2.uers.nam uidetur tantum, & per tot. lib. 1.in correct.Redoan.in dicto tract.q.57.num.8. uersic.facit Decisio.Molin.de Primogenit.lib.1.cap.21.nu.7.uers. censebitur autem,* & latè probat *Surd. d. decis.33. num.9.uersic. Et in specie cum seq.per tot.* Eoque minus cum fuisset iam priùs die 12. Iunij præcedentis Appiano facta noua locatio per trien-

nium

nium inceptum die 15. eiusdem Mensis, vt constat ex Instrumento locationis rogato per acta Cesij.

Nec item officit quod saltem pro anno tacitæ reconductionis incepto die 1. Aprilis precedentis Pertus continuare deberet, cum res non esset integra ob expensas ab eo factas pro exercitio totius anni.

Tùm quia nec id iustificatur, nec benè congruit, cum non agatur de agris cultis, & satis
14 opera, & impensa Coloni, † quorum futurā expectare messem Iuris, ac æquitatis postulat ratio, in quibus terminis loquitur *Bald. in l. emptorem sub num. 11. uers. sed pone Colonus C. locat. Osasc. decis. Pedemontan. 82. sub num. 10. uers. ex his fundamentis. & alij.* Sed de rebus fructuum
15 suum in dies reddentibus, † in quibus tacita etiam reconductio restringitur ad solum tempus quo locator passus fuit conductorem in eis permanere *iux. glos. fin. in l. item quæritur §. qui impleto uersus fin. uers. Responde quia esset utile, ac ibi declarat Bart. sub num. 10. uers. Item ex hoc dico ff. locat. Mantic. de tacit. dicto lib. 5. tit. 15. sub nu. 8. uers. Tertiò deducitur.* Tum quia non procedit ob-
16 iectio quando locatio est nulla, † quia tunc nullum potest legitimum producere effectū, vt in his terminis declarat *Surd. sic iudicatum affirmans in eo Senatu decis. 40. sub nu. 4. uers. Ad decis. Bald. &c. & seqq.*

Præterea non obstat exceptio perpetualis
17 concessionis, seu coloniæ † annis triginta, quibus fuit vniformis soluta pensio præscriptæ *iux. theor. Bald. in l. malè agitur in prima lect. sub numer. 4. uers. Si uerò conductio fuit ad modicum tempus C. de præscr. 30. uel 40. annor.*

Quia præterquod deficit temporis cursus, atque potestas, vt supra dictum est in versic. Neque prodesse potest adducta præsumptio Apostolicæ confirmationis &c. Excluditur prorsus ex dictis Instrumētis locationum precedentium cum pacto reconductionis ad tem-
18 pus, † quæ cū fuerint ab ipso Perto producta elidunt sanè obiectæ perpetuæ coloniæ præsumptionem, vt explicat in specie *Ruin. cons. 75. num. 4. uers. Secundo uerò casu lib. 1. Balb. de præscript. in 4. part. quart. part. princip. quæst. 11. sub numer. 1. & 2. Crauett. de Antiq. temp. p. 4. in sect. Incip. Materia ista singularitatis testium à num. 100. uers. ex præmissis, & plur. seq. fol. mihi 217. pag. 2. & seq. Anguisol. cons. 71. num. 20. uers. Ratio autem, & seq. Anchar. iun. q. 24. à num. 10. uers. ad secundum uerò quæsitum, & seq. lib. 1. Valasch. de iur. emphit. lib. 1. q. 20. sub num. 10. cum seq. & sub num. 12. uers. nec sequeretur Franc. Cald. in simil. tract. lib. 1. q. 15. à num. 41. uers. porro, & seq. usque ad fin. & probauit Rota decis. 164. sub num. 1. & seqq. par. 2. & decis. 14. sub num. 1. uers. quod maximè, & sub nu. 3. uers. præterea par. 3. Recent.* & in specie *in Placentina Decimarum 20. Maij 1646. coram Reuerend. P. D. meo Meltio in §. Non obstat, quod per auctores Mentuati, & seqq.*

Et hinc patet responsio ad obiectas *Decis. 534. sub num. 7. uers. ultra quod, & decis. 595. num. 3. uers. quoniam respondetur, & seq. par. 1. diuers. & in recent. decision. 685. sub num. 3. uersic. & licet hæc conclusio, &c. par. 1. & dec. 397. n. 4. uers. minus obstat part. 2.*

Quia in eis dicta procedunt, quod ex lon-
20 gæua possessione † deduci potest præsumptio tituli illam corroborans aduersus vehementem Iuris communis resistentiam, *ut per Didac. PP. q. cap. 17. sub nu. 6. uers. Secundo oportet animaduertere, & uers. quarto non sic respondendum erit, & declarat eadem Rota dicta decisio. 595. dicto nu. 3. uersic. quoniam respondetur, & num. 4. par. 1. diuersor. et decis. 685. dicto num. 3. uers. attamen par. prima. et decis. 397. sub dicto num. 4.* ibi, *quia stante dicta antiquitate titulus præsumitur par. 2. recent. et in dicta Roman. seu Terracinen. Afflictus. post. tract. de manutenen. decis. 215. nu. 26. uers. et similiter* ibi, *quod solet niti præsumptione tituli &c.* Secus est autem, quādo ex titulo per instantem ipsum exhibito ex-
21 cluditur omne ius, ac possessio illius manutenibilis, atque alterius melioris præsumptio *Rota penes Cardin. Seraph. decis. 1235. sub numer. 4. uers. nec obstat quod ex lapsu temporis. et in Recentior. decis. 164. num. 2. uers. neque obstat par. 2. et d. decisio. 14. sub num. 1. uers. quod maximè par. 3. et dec. 94. sub nu. 38. uers. At hodie quoad hunc titulum præsumptum, et seq. par. 7.*

Deindè nō obstat exceptio prælationis prætensæ ad fauorem antiqui Conductoris in bonis Ecclesiæ.

Quia præterquod opinionem contrariam (extra terminos *cap. Ad aures de Reb. Ecclesiast.*
22 *non alienand.* † qui non conueniunt casui proposito, vt probatur ex traditis per *Bursat. in consil. 330. à num. 136. uersicul. Secundo illa conclusio ac seq. et Honded. cons. 85. sub num. 42. uers. Tum etiam*
23 *quia lib. 1.*) † tanquam, & magis consonam libertati Ecclesiæ probant, sic iudicatum attestantes *Franch. decis. 406. à num. 3. uers. Pro secundis Conductoribus, et seq. usque ad fin. et Mastril. decision. 309. à num. 17. uers. sed Vincent. de Franch. et seq. per tot. et Gizarel. decis. 5. sub num. 24. uers. sed ad rem redeundo. Marc. Anton. Genuen. Practicabil. Eccles. q. 421. sub num. 4. uers. nihilominus contraria opinio est uerior. et aly.* cessare videtur omnis difficultas stante nullitate dictæ locationis, quæ impedit
24 omnem Iuris effectum, † ac proindè huiusmodi prælationem indè deductam, vt dictum est, *Bec. dicto cons. 178. nu. 2. uers. quia actus, et seq.* & in his terminis respondit *Rota in Romana Relocat. Dom. 20. Iunij 1594. & 13. Martij 1595. coram bon. mem. Gypsio penes Pich. ad statut. Vrbis decis. 38. sub num. 5. uers. Insuper non displicebat Dominis, et seq.* Prædicta tamen instantibus partibus in vlteriori etiam ordinario iudicio pleniùs discutientur.

Postremò non obstat exceptio retentionis ob melioramenta ab auctoribus dicti Perti facta, quæ prætenduntur saltem in genere iustificata per testes examinatos.

Tum quia non adhuc probantur eiusmodi,
25 quæ refici debeant, † cum pro maiori commoditate, ac vtilitate Conductoris potiùs facta videantur ex eisdem depositionibus *ad d. l. si quis domum §. 1. uers. Item quærit et l. colonus ff. locat. Bart. in l. in fundo à num. 6. uers. quæro primo, & seq. ff. de rei uendic. Caualcan. decis. 44. num. 57. uersic. tamen puto esse distinguendum, & seq. part. 1. Rodoan. de reb. Ecclesiast. non alienand. quæst. 72. cap. 11. Car. de Locat. par. 4. tit. de meliorament. q. 2. & 3. Rota penes*

nes Buratt.decision.834.sub num.10. vers. tertio opponebatur.& seq.& in rec.decis. 7. par.1.ac in Rom. Dom. 4.Decembris 1619.coram bon.mem.Vbald.penes d.Modern.Perusin.de manuten.decis.149. sub numer.8. vers. Addebant, & seq. Tum quia repugnare videntur verba pacti specialiter conuēti in dictis Instrumentis locationum concedētis illorum ammotionem Conductori quatenus non fuerint illi soluta. Eo etiam addito, quod teneretur conseruare Casale vetus in statu, in quo tunc reperiebatur.

Quare cum nec dum fuerint ad anno 1645. citra quo hæc lis pendet liquidara, non obstante inspectione loci, & electione peritorum
26 iudicialiter factis, † quæ in huiusmodi iudicijs æquiualent formali assignationi termini ad probandum (qui nec aliter fuit petitus) *iux. decis.Puth.461.vers. non obstant rationes, & seq. & in fin.vers. Dixerunt Domini.& dec.464.ad fin.vers. & licet Domini tenuerint lib.2.& Reueren.Vrgellen. decis.153.num.14.vers.Vndè iuxtà Rota stylum &c. ibi, Si non fuisset actum executiuè.* Visum fuit Dominis satis prouisum mediante cautione,
27 nec † ideò retardandam esse manutentionem Appiani, vt fuit dictum *coram Cardin. Caualer. decis.52.num.3. versic. Ideo consulendo vtrique parti &c.& decis.54.sub num.1.vers.Verum quia Domini &c.Buratt.dicta decis.834.sub num. 12. vers. Et demum dicebant. Domini &c. & in Romana Domorum de Carcan.15.Decembris 1617.coram bon.me. Remboldo penes d.Modern.de manuten.decis.140.à nu.10. vers.quia vltrà quod, & seq. ac in recent. decis.604. sub nu.4.vers. Et cum nulla, & decis.695.sub nu.3. versic. Alia, & potissima ratione part.3. ac sepè in alijs.*

Et ita fuit conclusum vtraque parte informante &c.

R. P. D. MELTIO.

Postea Episcopo PAPIEN.

Hispalen. Decimarum.

Veneris 19. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Declaratoria deneganda non est, vbi apparet de non paritione, & aperta contradictione partis, & illius relaxatio, an, & quando retardari possit per oblationem factam à Procuratore de parendo executorialibus, e per exceptionem incertitudinis summæ debitæ, ac illius liquidationis, ac per oppositionem excessiuitatis mandati relaxati, minùs eruditè, quàm clarè demonstratur.

Decimarum exemptio, seù libertas illas non soluendi contra Parochum, quomodo acquiri possit; & quid si per sententiam fuerit obtentum mandatum de manutenendo in possessione exemptionis, seù libertatis non soluendi decimas, an pendente appellatione intentari possit summarijssimum manutentionis iudicium absque reuocatione præcedentis mandati, perbellè tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria de stylo Rotæ semper concedi solet ob non paritionem.*

2 *Declaratoria denegari non debet quando constat de expressa contradictione partis.*

3 *Immemorabilis vbi per testes probari debet, quæ requirantur ad effectum, vt eorum depositio releuaret.*

4 *Immemorabilis circa exemptionem decimarum donec melius probata fuerit, Parocho concedenda est manutentio.*

5 *Decimarum exemptio acquiri non potest, nisi data scientia, & patientia Parochi de non solutione huiusmodi decimarum. & nu.9.*

Et huiusmodi acquiescentia esse debuisset decennalis.num.10.

6 *Mandatum de manutenendo dicitur nullum, si præcedens mandatum alteri concessum non fuerit reuocatum.declara vt num.8.*

7 *Sententia contra sententiam non valet, nisi reuocata sententia præcedenti.*

11 *Iudicium manutentionis benè intentari potest appellatione pendente à sententia prolata in iudicio petitorio, ac possessorio simul complicatis.*

12 *Et illius effectus durabit lite pendente.*

13 *Declaratoria relaxari non potest, quando per Procuratorem fuit facta oblatio de parendo executorialibus, intellige vt num.14.*

15 *Mandatum procuræ speciale semper requiritur pro declaratione eorum, quæ latent in animo principalium.*

16 *Declaratoria impediri non potest per oblationem de parendo facta à Procuratore nō habente ad id speciale mandatum procuræ.*

17 *Declaratoria quando retardari non possit per exceptionem incertitudinis summæ debitæ, ac illius liquidationis.*

18 *Declaratoria ad hoc, vt retardari possit per exceptionē liquidationis summæ debitæ quid requiratur.*

19 *Declaratoria vigore mandati, an sit concedenda, si mandatum est excessiuum.*

20 *Fructus non debentur, nisi à die petitæ manutentionis, quando geritur res ipsa principaliter, & fructus veniunt ex quadam consequentia; secùs è contrà num.seq.*

Et id firmatur etiam procedere in pensionibus, censibus, & alijs similibus annuis præstationibus. num.22.

21 *Decimæ vbi petuntur tamquam sors, & non vti aliquid accessorium, veniunt etiam decimæ decursæ ante motam litem.*

23 *Declaratoria conceditur à Rota cum aliqua dilatione ad effectum inspiciendi intentionem partis parere recusantis.*

DECISIO CCXX.

CONCESSO mandato de manutenendo sub die 15.Februar.1647.Decano, Capitulo Hispaleñ.in exactione decimarum bonorū nuncupatorum de Buena Esperanza prouenientiū ex hæreditate Ferdinandi Enriquqz, & acquisitorū à Patribus Prædicatoribus S. Pauli Ciuitatis Hispaleñ.in vim dicti mandati expeditæ fuerunt litterę executoriales de parēdo sub com-

comminatione censurarum summ. Capituli *num.* 2. quæ capitulariter dictis Patribus intimatæ, d.summ. *num.*4. atque in actis legitimè reproductæ, & seruari quatuor termini seruari soliti *num.*7. cum per dictos Patres nedum necessaria paritio non fuerit præstita, sed apertè recusata, fuit sub hac die contra illos resolutum pro relaxatione declaratoriæ, † quæ deneganda non erat nō solum ob non partitionem iuxtà stylum huius Tribunalis, de quo testatur *Vestr.in prax.lib.8.cap.vlt.num.*19.*Abb.in cap.*1.*num.*10.*de iudic.Mohed.decis.*1.*de sentent. excom. Achill.decis.*5.*num.*2.*eod. tit. Buratt. decis.* 17. *num.*1.*& in rec.decis.*445.*num.*4.*par.*2.254.*num.*1. *par.*6.*&* 299.*num.pariter* 1. *par.*7.*& fuit firmatum in Dertusen.decimarum* 11.*Maij* 1609. *coram Marquemontio apud Marches.par.*1. *fol.*675. *Bouen. Abbatia* 10. *Nouembris* 1645. §. *moti fuerunt coram R.P. D. Arguelles, Toletana Canonicatus* 18. *Iunij* 1646.*coram R.P. D.meo Otthobono, Cæsaraugustana distributionum* 25.*Maij eiusdem anni coram R.P.*

2 *D.meo Cerro;* verum etiam † ex asserta expressa contradictione, quæ colligitur ex responsione data per Sindicum Conuentus allegantem nullitatem, & iniustitiam dicti mandati Rotalis, d.sum.*num.*6.vt fuit ponderatum in eadē *Bouen.*§.*& præsertim,& in d. Toletana canonicatus,* §.*imò quod peius est. Tridentina Decanatus* 27. *Maij* 1642,*& in Barchinonen. Canonicatus* 26. *Februarij* 1646.*coram.R.P.D.meo Royas,Buratt.dec.*825.*n.*2. *vers.& ex responsione.*

Non obstat prætensa immemorabilis per dictos Patres circa exemptionem decimarum deducta ad effectum euitandi talem declaratoriam.† Quià cum Testes ad illam probandam examinati non deponant per verbum fuit, & est,& careant alijs requisitis recensitis *per glos. in cap.*1.*in verb.memoria,de præscript.in* 6.illorum dispositio non releuat, *Seraph. decis.*454. *num.*4. 1102.*num.*2.*vers.aut ex testibus,Greg.XV.dec.*449. *num.*9.*vers.nam quoad immemorabilem, & dec.*101.

4 *num.*8. *par.*4. *tom.*2. *rec.* Et isto † interim donec talis immemorabils melius probata fuerit, nō est retardanda manutentio Capitulo, *iuxta tex. in cap.cum persona,*§.*fin.de priuileg. in* 6. *& fuit resolutum in decis.* 1380. *numer.* 1. *vers. his tamen non obstantibus coram Seraphin. Dertusen. decimarum* 1.*Iulij* 1620. *coram Sacrato, & in recen. decis.*341.*&* 562.*par.*1. 189.*&* 205.*par.*2.*Hispalen. decimarum* 27.*Iunij* 1644.§. *nec aduersantur decisiones coram R.P.D.meo Corrado.*

Nec releuat, quod Patres à Nuncio Hispaniarum mandatum de manutenedo obtinuerint in possessione exemptionis, seu libertatis non soluendi has decimas, & per consequens ex hoc eorum possessio probata remaneat, & excludatur possessio Capituli. Quia Patrum possessio contra Capitulum absque illius sciētia, atque patientia non potuit acquiri; quod autem ab eodem Capitulo nulla fuerit habita scientia, & præstita patientia, elicitur ex arrendamentis decimarum per istos Ministros factis singulis annis cum expressa reseruatione exigendi decimas à renuentibus, & immunitatem prætendentibus, vt deponunt Testes in

5 summ. præcedentis positionis *num.* 7. † & sic corruit possessio dd.Patrum, ex quo illa ab ipsis alias acquiri non potuit, nisi data prædicta scientia, & patientia eiusdem Capituli, de quibus non doceatur, vt in his proprijs terminis benè respondit *Rot.in Hispalen.decimarum* 27.*Iunij* 1644.*coram R.P.D.meo Corrado,*§.*nec visa fuerunt subsistere. Verulana decimarum* 13. *Nouemb.*1645.*coram R.P.D.meo Cerro,*§.*minus etiam, & in Hispalen. decimarum de Burata* 12. *Ianuarij*

6 1646.§.*quicquid ad finem coram eod.* Et ex † hoc reijcitur etiam obiectum factum super nullitate mandati de manutenendo concessi d. Capitulo, deductum ex eo, quod in illo non reperiatur reuocatum d.precedens mandatum de manutenendo Patribus concessum à Nuncio Hispaniarum in possessione exemptionis, seu libertatis non soluendi, quam reuocationem necessariam esse declarat *Modern. Perus. de*

7 *manut.obser.*108.*num.*40. cum regulariter † Iudices procedere non possint, non reuocata sententia præcedenti, ne detur sententia contra sententiam, *iuxta text.in l.*1.*C.quand.reuoc.non est necess.Felin.in cap.inter monasterium,num.*15.*& seq. de sent.& re iud.* & declarat *Gabr. cons.*54. *num.*8.

8 *lib.*1. Nam † prædicta procedunt in casu, quo primum mandatum nō reperitur notoriè iniustum, data enim notoria iniustitia, vt illud non indigeat aliqua reuocatione declarat idē *Modern.de manut.d.obseru.*108.*n.*42. *alios allegans.*

9 De tali autem † iniustitia hic non est hæsitandum, eo quia Patres concludenter nō docuerunt de eorum prætensa possessione exemptiua, cum scientia, & patientia Capituli, vt supra deductum fuit, & latè etiam firmatum apparet in decisione in hac eadem causa emanata coram me *sub* 15.*Febr.*1647.§.*& dum,&c.*

10 imò talis acquiescentia † aduersarius esse debuisset decennalis, iuxtà mentem Rotæ declaratam in *Sipontina pensionis* 8.*Aprilis* 1647.*coram R.P.D.meo Peutingerio.*

11 Vlterius etiam † fuit per DD.ponderatum, quod sententia Nuncii Hispaniarum ad fauorem Patrum prolata emanauit diffinitiuè in iudicio ordinario petitorio, ac possessorio simul complicatis, vt colligitur ex illius lectura summ.Patrum *num.*1. quapropter cū adhuc ab illa pendeat appellatio, bene potuit Capitulum intentare summarijssimum manuten-

12 tionis remedium, † atque in eo per decretum pronunciari, cuius effectus durabit lite ipsa pendente, *Seraph.decis.*299.*num.*1.*& seq. & nu.*9. *vers.quarto non obstat,cum seq.Gregor.XV.dec.*275. *num.*13.*vers.quia aut volumus.*

13 Nihilque facit, † quod per Mangellū Procuratorem dd.Patrū fuerit facta oblatio, eosdē esse paratos, & promptos parere mandato de manutenendo, & executorialibus facta tamen prius liquidatione d.summ.*num.*8. quæ cum vsque adhuc facta non appareat, vtique ad relaxationem declaratoriæ deueniri nequeat.

14 Nam † similis oblatio Patribus non suffragatur tamquam facta à dicto Mangello carēte speciali mandato ad hunc actum necessa-

15 rio, & quod semper requiritur pro declaratione eorum, quæ latent in animo principalium. *Angel.in l.si quis intentione ambigua, ff.de iudic.*

dic. Bart. in l. 1. §. 1. col. 1. ff. de liber. agnosc. Alex. cons. 18. num. 14. vers. sed ita est lib. 5. Paris. cons. 31. num. 113. par. 1. Seraph. decis. 1100. num. 7. & in rec. decis. 525. num. 1. par. 4. tom. 2. Vicen. pensionum 4. Decéb. 1641. §. res coram Reuerendiss. D. meo Decano; atque
16 ista † oblatio vti verbalis non est sufficiens ad impediendam declaratoriam ob non paritionem, vt fuit firmatum *in Colonien. monasterij 4. Aprilis, & 7. Maij 1629. coram Vbaldo, & in Leodien. Abbatissatus 1. Iulij 1644. coram R. P. D. meo Ghisilerio*.

17 Obiecta incertitudo † summæ debitæ, ac illius omissa liquidatio minusque Patribus suffragantur, dum ipsi non comparuerunt; nec insteterunt, vt tales fieret liquidatio, prout tenebantur *Milis in repertorio verb. excommunicatus iustè, Rot. decis. 5. de re iud. in nou. Achill. decis. 1. in princip. de sent. excom. & in rec. decis. 254. nu. 8. par. 6. & fuit dictum in Vicen. pensionum 18. Martij 1639.*
18 *coram Reuerendiss. D. meo Decano*. Imò † etiamsi per eos petita fuisset liquidatio, vlterius debuissent Patres aliquid quantumuis modicū soluere, facta per eos obligatione de soluendo residuo post factam liquidationem, vt dixit *Rot. in præallegata Dertusen. decimarum*, & plenius *in d. Vicen. pensionum 18. Mart. 1639. §. non obstat, & 4. Decemb. 1641. §. non eorum eod. Reuerendiss. D. meo Decano, d. Moder. Perus. d. obseru. 104. num. 2. & seq.*

19 Tandem † non obstat prætensus excessus mandati contra Patres relaxati, cum illud cōtineat decimas ante motam litem decursas, & per consequens declaratoriā vigore d. mandati non sit concedenda.

20 Quia † quando agitur de manutentione super aliqua re fructifera, & geritur res ipsa principaliter, fructus etiam veniunt ex quadam consequentia, & non debentur, nisi à die petitę manutentionis, & in his terminis loquuntur decisiones, *Seraph. 1168. num. 3. vers. decisiones in contrarium allegatae, Tirasonen. decimarum 5. Maij 1608. coram Marquemontio penes Marches. de commiss. par. 1. fol. 1262. d. moder. Perus. obseru. 74.*
21 *num. 11. §. sed est quidem aduertendum* † secus autē est quando principaliter fuit actum super ipso facto exactionis decimarum, vt in præsenti casu, & decimæ petuntur tanquam sors, & non vti aliquid accessorium, & sic veniunt etiam decimæ debitę ante motam litem iuxta opinionem huius Tribunalis, *vt in decis. 589. par. 3. lib. 3. & decis. 176. num. 6. par. 4. diuers. Bisignet. decis. vlt. in fine de restit. spol. Mediolanen. pensionis 19. Ianuarij 1635. coram Merlino in recen. dec. 3. nu. 6. uers. prima est, & n. 18. uers. sicq; semper p. 7. confirmata sub 31. Ianuarij et 27. Iunii 1646. coram R. P. D. meo Bichio d. modern. Perus. obseru. 74. nu-*
22 *mer. 11. vers. secus uerò, etc.* † firmando id procedere etiam in pensionibus, censibus, & alijs
23 similibus annuis præstationibus. † Verum Domini benigniùs agendo ordinarunt, & mandarunt, quod declaratoria concedatur expectato prius spatio temporis vnius mensis, quo videri possit, si verè Patres mandato contra illos relaxato parere velint, vt aliàs fuit obseruatum, & signanter *in Theatina Iurisdictionis Sancti Ioannis in Venere 10. Iunii 1621. coram bon. mem. Coccino, quae est decisio 290. n. 6. p. 4. rec. tom. 2.*
Et ita vtraque parte, &c.

Decisio ista emanata sub die 15. Feb. 1647. corā eod. Reuerēdiss. Papien. est supra in hac par. 10. rec. dec. 22

R. P. D. CORRADO
Postea Eminentiss. D. CARDINALI.
Hispaleñ Decimarum.
Lunæ 29. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Pro concessione remissoriæ probatur, non ita sophisticè, & subtilitèr examinari debet, sed sufficit sola releuantia cum exclusione suspicionis calumniæ reijciendo meliorem discussionem ad merita causæ, negotijq; conclusionē.

SVMMARIVM.

1 *Releuantia articulorū exclusiua suspicionis calumniæ sufficit ad obtinendam remissoriam.*
Probationes coarctari non debent, sed in conclusione negotij rei veritas venit examinanda. num. 1.
2 *Tempus instituti iudicij attenditur.*
3 *Assertio, quæ repugnat, tum rationi, tum legum dispositione reijcienda est.*
4 *Verba vniuersalia, ac geminata totum comprahendunt.*
5 *Possessio à quadraginta, & pluribus annis citra longè differt à præscriptione.*
6 *Probatio noua, quandò impediatur ex præcedenti probatione iam facta.*
7 *Memorabilem ad probandam quomodo cōcludere debeant articuli, & testes.*
8 *Probatio, quæ releuans esse potest admittitur reijciendo illius effectus ad merita causæ.*

DECISIO CCXXI.

AVDITIS iterum informantibus pro Venerab. Capitulo Cathedralis Ecclesiæ Hispaleñ super resolutione facta die 26. Iunij 1647. coram me. Domini steterunt in decisis.

Quia releuantia materiæ articulatę pro Collegijs visa fuit satis probari ex adductis in eadē decisione. Ea verò, quæ pro Capitulo repetuntur altiorem exposcere discussionem, quā propositæ disquisitionis exigit ratio, ac proin-
1 dè ad merita causæ referenda. † Nam ad effectum, de quo agitur sufficeret etiam releuantia probabilis exclusiua suspicionis calumniæ, cum non agatur de ipsius causæ definitione, sed de probationum admissione, quæ durè nimis coarctari non debet, sed fauorabilitèr adiuuari, vt in conclusione negotij rei veritas plenius excussa clarior elucescat, *l. quoniam multi in fin. C. de hæret. & Manich. l. Iudices. cum auth. seq. C. de fid. instr. cap. fin. 30. q. 5. Surd. decis. 43. num. 5. vers. quinimò, & decis. 153. num. 25. vers. Et hæc pars. Rot. penes Veral. decis. 59. num. 1. & decis. 61. sub nu. 1. vers. sed hoc iudicari debet par. 3. & san. mem. Gregor. decis. 124. ac decis. 523. num. 2. vers. non obstat prætensa calumnia, & in recent. decis. 503. sub num. 2. vers. & Rota, &c. & decis. 720. sub num. 3. vers.*

verſ. ad prædicta enim fuit reſponſum, &c. (vbi hoc benè explicatur) *par. 2. & deciſ. 277. ſub num. 3. verſ. ſicut etiam viſum fuit . par. 3. & fuit dictum in Fauentin. benefic. 27. Iunij 1644. coram R.P.D. meo Cerro in fin. princ. verſ. non enim, & in Maceraten. pecuniar. 27. Ianuarij 1645. corã R.P.D. meo Otthobono, & in Piſaureñ donation. 26. Iunij 1647. corã eod. in §. & quamuis in præſenti caſu . veſ. ſufficit autem.* ac nuper *in Toletana decimarum 16. Martij huius anni coram R.P.D. meo Celſo in §. & videtur. verſ. licet de praedictis.*

Neque vrget replicata obiectio improbabilitatis articulatæ immemorabilis ob lites cœptas de anno 1602.

Quia (præter quod in illis litibus non fuit deducta, nec actum de ea,) omnes fuerunt prorſus extinctæ per ſanct. mem. Leonem XI. vt apparet ex eius literis, Dat. die 23. Aprilis anno 1605. in verſ. Nos qui inter Eccleſiaſticas perſonas, &c. ibi: *Nec non quaſcumque lites, & cauſas praemiſſorum occaſione hactenus inter Venerabiles fratres Archiepiſcopos, &c. & quaſuis Metropolitanas Cathedrales, & alias Eccleſias, &c. & Eccleſiaſticas perſonas dictorum Regnorum ex una, & dictã Societatem, & quaſuis illius domos, &c. necnon Collegia, etc. et alia loca quaecumque ex altera parte coram quibuſcumque Iudicibus. etc. et in quacunque inſtantia tàm coniunctim, quàm diuiſim pendentes, etc. quorum ſtatum, et merita, etc. praeſentibus pro expreſſis haberi volumus in eiſdem ſtatu, et terminis, in quibus reperiuntur ad Nos harum ſerie auocantes, illaſque penitus extinguentes etc. ac perpetuum partibus ipſis ſuper praemiſſis omnibus, et ſingulis ſilentium imponentes, etc. Motu proprio ſtatuimus, etc.* Ideoque tempus illud ad hunc effectum conſiderari nõ
2 debet, † ſed dumtaxat præſentis iudicij inſtituti anno 1625. vt fuit in præcedenti deciſione reſponſum in §. *Deinde non obſtat, quod praedicta conſuetudo ſit improbabilis.*

Minus releuat, quod huiuſmodi extinctio cenſeri debeat reſtricta quoad priuilegia Societatis, non autem quoad alios effectus.

3 Quoniam aſſertio hæc maifeſtè repugnat tũ rationi, aut legum diſpoſitioni, vt habetur *in cap. 1. extr. de tranſact. in l. non minorem, et l. ſub praetextu ſpecierum. C. eod tit. Rot. pœnes Mohed. deciſ. 3. de tranſact. et ſan. mem. Grego. deciſ. 354. ſub num. 8. verſ. non dubitarunt Domini, etc. et ſeqq. Sarnenſ. ad reg. de non tollend. iur. quaeſit. quaeſt. 7. uerſic. tamen praedictis non obſtantibus, at in fin. uerſ. aut uerò Papa, etc.* tum verbis earumdem literarum vniuerſalibus, ac geminatis, ibi: *quaſcumque lites, et cauſas praemiſſorum occaſione, etc. penitus ex-*
4 *tinguentes, etc.* † quæ omnimodam, ac totalem præſeferunt extinctionem, *ut not. Archid. et alii DD. in cap. 1. in uerb. penitus etc. de ſupplend. negligent. Praelat. in 6. Surd. conſ. 267. num. 16. uerſ. quia dictio* (penitus) *Rot. penes Card. Seraph. deciſ. 447. ſub num. 4. uerſ. ponderanda eſt etiam dictio* (penitus) *et in rec. dec. 270. num. 3. uerſ. et dictio* (prorſus) *et dec. 291. n. 20. verſic. et ceſſat hoc caſu difficultas p. 4. tom. 2. et dec. 305. num. 14. uerſ. iuxta propriam naturam, et importantiam illius dictionis* (penitus) *par. 7.*

Præterea non obſtat, quod eadem immemorabilis fuerit pro Collegijs deducta in hac ipſa cauſa in partibus tunc vertente, & ſuper ea plurimi teſtes examinati, eorumque dicidicita teſtificata.

Quia, vt in eadem deciſione reſponſum fuit in §, *Non obſtat demum, etc.* non fuit in illis articulis deducta immemorabilis, ſed tantùm longiſſimi temporis poſſeſſio, ſiue præſcriptio à quadraginta, & pluribus annis citrà, vt legitur in quarto, & quinto, in ipſo proceſſu
5 fol. 552. & ſeqq. † Quæ ſanè longè differt ab immemorabili modo articulata cum neceſſarijs requiſitis *iuxta gloſſ. communitèr receptam in cap. fin. in uerb. memoria, uerſic ſed quomodo probabitur de praeſcrip. in 6.* Ac proindè quicquid circa
6 prædicta fuerit actum impedire non † poteſt nouas probationes ſuper articulis nunc exhibitis aliam, ſeu magis explicitam in ſubſtantia materiam continentibus, vt fuit deciſum penes *ſan. mem. Greg. dec. 191. Burat. dec. 392. Coccin. dec. 23.* & in alijs relatis *in Camerinen. penſion. 4. Maii 1640. coram R.P.D. meo Bichio, et in dicta Fauentina benef. 27. Iunij 1644. coram R.P.D. meo Cerro in §. praeterea uerſ. immo cum negari non poſſit, &c.* & in his terminis *in Toletana decimarum 4. Decemb. 1615. coram bon. mem. Seleucien. in recent. deciſ. 715. par. 3. & in Toletana decimarum de Verceal. 14. Martij 1616. coram Burat. deciſ. 163.* & nuper *in d. Toletana decimarum 16. Martii huius anni coram R.P.D. meo Celſo, in §. nec dicatur, quod ſuper èiſdem articulis, &c.*

Nec aduerſatur, quod in illis etiam fuerit deducta quadragenaria, & auditus à maioribus, quodque nec illi, nec viuentes quicquã in contrarium viderint, nec audiuerint, ac etiã publica vox, & fama.

Quia cũ prædicta fuerint articulata ad corroborandam probationem ſolius quadragenariæ in ipſis articulis ſpecialiter deductę, nullius ſunt releuantiæ quoad immemorabilem nullatenus in eis comprehenſam, de cuius probatione dum agitur principaliter neceſſarium
7 eſt, † quod articuli, ac teſtes ſuper illa præcisè concludant cum ſuis requiſitis iuxta gloſſam præcitatam, vt reſpondit *Rot. in Pacen. decimarũ coram Card. Seraphin. deciſ. 1102. num. 2. verſ. aut ex teſtibus cum ſeq. & in Hiſpalen. decimarum coram Card. Mantic. deciſ. 289. ſub num. 4. verſ. neq; enim agitur, ac in Marianen. decimarum coram ſan. mem. Gregor. dec. 449. num. 9. verſ. nam quoad immemorabilem, &c. & in d. Toletana decimarum de Verceal. coram Burat. deciſ. 163. num. 8. verſic. nec poteſt dici immemorabilem fuiſſe articulatam, &c.*

Non obſtat demum, quod agatur de executione litterarum Apoſtolicarum.

Quia literæ prædictæ non impugnantur, ſed cum indigeant interpretatione non ſolum quoad ſpecies fructuum decimalium, (vt aſſerunt informantes pro Capitulo) verum etiam quoad ipſas Eccleſias, quibus (circumſcriptis priuilegijs particularibus Societatis) decimæ ſolui debent, vt in eis legitur in *verſ. Motu proprio, &c. ſtatuimus, &c.* ibi, *loco decimae vigeſimam, etc. eorum fructuum, etc. de quibus de iure, uel conſuetudine decimari ſolet Eccleſijs, quibus alioquin circumſcriptis dictis priuilegijs decima perſolui deberet, perſoluere teneatur, et obligati exiſtant, etc.* Prætenditur enim

enim pro Collegijs, quod circumscriptis etiã priuilegijs peculiaribus Societatis in eisdem litteris expressis, non tamen soluenda sit decima petita per Capitulum stante dicta consuetudine immemorabili ad fauorem vniuersi Ordinis Mendicantium vigente, quia non fuerint in dictis litteris expressa, nec à Summo Pontifice obrogata. Ideò reijci non potest
8 illius probatio † (cuius effectus ad merita, vt præmissum est, plenius discutietur) *Rot. penes Card. Seraph. decis. 980. sub nu. 12. uers. non obstat, quod dicitur, & in recentior. decis. 348. sub num. 2. uers. uerum dato part. 3.* & comprobatur ex *Mantic. decis. 194. num. 9. uers. diuersum est, &c. Caualer. decis. 404. sub numer. 1. uers. cum autem, & Coccin. decis. 122. sub nu. 3. uers. quia non agitur,* & ex allis adductis in præcedenti decisione in §. *Postremò non obstat, &c.*

Et ita fuit resolutum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. CELSO,

Postea Eminentiss. D. CARDINALI.

Gandauen Exemptionis.

Lunæ 22. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Declaratoria, cuius Brachio vtitur Ecclesia, vt quis tandem ab inobedientia resipiscat, & debitum iustitiæ præstet obsequium, tunc conceditur quando constat de comminatione censurarum, earumque intimatione, & reproductione, ac seruatos fuisse quatuor terminos de stylo Curiæ seruari solitos.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria conceditur reseruatis terminis seruari solitis non docto de paritione.*
2 *Contumacia, & inobedientia probatur, vbi altera pars non docet se paruisse.*
3 *Recusatio probatur ex protestationibus.*
4 *Episcopus non tenetur seruare præcepta Curiæ Secularis.*
5 *Impedimenta ab eo præsumuntur procurata, de cuius agitur interesse.*
6 *Recurrens ad Iudices Laicos incidit in excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini.*
Contrauentio, & inobedientia expressa probatur per recursus habitos ad Iudices Laicos. num. 6.
7 *Declaratoria stante recursu ad Iudices Laicos facilius conceditur.*
8 *Declaratoria ideò datur, vt quis tandem resipiscat, & debitum iustitiæ præstet obsequium.*
9 *Mandata Rotalia propriè Apostolica dicuntur.*
Mandata Apostolica indecenter sperni, & contemni non debent. num. 9.
10 *Episcopus interdicitur, alij verò excommunicantur.*

DECISIO CCXXII.

POST quàm per sententiam Rotalem, quæ transitum fecit in iudicatum declaratum fuit, Monasteria Fratrum, & Monialium Sanctissimi Saluatoris Ordinis S. Birgittæ in oppido Teneramundano, esse omninò exempta, & libera à Iurisdictione Ordinarij Gandauen, relaxatæ fuerunt litteræ Executoriales contrà Reuerendissimum Episcopum, & Odiliam Vander Burght assertam Abbatissam eiusdem Monasterij; qui, cùm non solùm parere recusauerint; quin immò expresè sese opposuerit; ideò contrà eosdem censuerunt DD. dandam esse declaratoriam.

Siquidem ex iuribus in actis productis constat de relaxatione litterarum Executorialium cum censurarum comminatione, de illarum intimatione personaliter executa, & legitimè reproducta; necnon fuisse seruatos quatuor terminos seruari solitos, quibus stantibus, non
1 docto de paritione, † declaratoria concedi debet, iuxta notorium, & inueteratum stylum huius sacri Tribunalis, de quo testatur *Felin. noster in cap. ad probandum nu. 6. de sent. & re iudic. Vestr. in prax. lib. 3. cap. ult. nu. 19. Achilles decis. 5. de sent. excomm. Mantic. decis. 74. num. 1. Duran. decis. 149. decis. 311. ubi in specie contrà Episcopum, & decis. 367. & in recent. decis. 478. part. 2. quæ est, inter impress. Buratt. decis. 17. per tot. & decis. 631. num. 1. & seqq. part. 4. tom. 3. & decis. 254. num. 1. & seqq. part. 6.*

Contumacia, & inobedientia in parendo remanet de per se sufficienter iustificata, dum,
2 reproductis † Executorialibus, non docetur vllo modo de paritione, ad notat. per *DD. in cap. 1. de sent. excomm. in 6. Rot. coram Seraph. decis. 1113. num. 3. & in Calaguritana pensionis 4. Decembris 1624. coram Manzanedo,* penes *Posth. de manuten. decis. 193. num. 1. & in recent. decis. 631. num. 3. & 4. & decis. 735. num. 3. part. 4. tom. 3.*

Et nihilominus positiuè probatur ex protestationibus, tam ab Episcopo, quam ab Odilia factis, de quibus in *Summ. num. 2. & 3.* per
3 quas † constat de expressa recusatione parendi, *Rot. coram Andr. decis. 107. num. 1. in Mediolanen. bonorum 4. Aprilis 1642. coram bon. mem. Merlino, Impurien. seu Ciuitanen. conuocationis ad Synodum 13. Febr. 1645. coram R. P. D. Meltio, & in Leodien. Scalastria 1. Iulij 1647. coram R. P. D. meo Verospio*

Nec releuat respectu Episcopi causa per ipsum expressa, nempe, quod erat inhibitus parere, attentis præceptis Curiæ Secularis;
4 Nàm † ex debito sui officij illa nullo modo seruare tenebatur, *cap. non minus, & cap. aduersus de immunitat. Eccles. Nauarr. in Manuali cap. 17. num. 201. uers. quando demirari, cum alijs per Surd. decis. 129. num. 4. & seqq.*

Immo patet, prædicta impedimenta fuisse ab eodem procurata, & affectatà ad confouen-
5 dam propriam contumaciam, † prout in dubio etiam præsumerentur, ex quo agitur de interesse ipsius, *Rot. coram Seraphin. decis. 1094. num. 1. & seq.* & penes *Posth. de manutenen. dec. 337. num. 4. & 5. Buratt. decis. 335. num. 4. & in recent. decis. 529. num. 4. part. 1. & decis. 407. nu. 9 part. 4. tom. 2.*

Et ideò ex huiusmodi recursibus habitis ad Iudices Laicos pro impedienda vlteriori executione dictarũ litterarum incidit in excommuni-

municationem comminatam in Bulla Cœnæ Domini de qua in *Bull.nouo tom.3.& Constit.63.*
6 *§.13.* † Et probatur, non solum contumacia; sed etiam expressa inobedientia, & contrauentio, *Rot. d.decis.407.nu.3. & per tot. part.4.tom.2. recent. & decis.735. num.5. & seqq. part.4. tom.3.*
7 qua stante, † faciliùs venit concedenda declaratoria, vt fuit dictũ in *Leodien. decimarum 3.Iunij* 1647. *coram R. P. D. meo Cerro*, vt tandem
8 resipiscat, & † debitum iustitiæ præstet obsequium, *cap.1. uersic. vt ex hoc de except. in 6. & cap.1. de sent. excomm. eodem lib. gloss. in cap. duo sunt, uerb. uidebatur 96. dist. Rot. in Iuuenacen. & Melphiten bonorum 1.Iulij 1647. coram R.P.D.meo Corrado.*

Nam, si contumacia, & inobedientia damnanda, & detestanda venit in Laicis, & personis Secularibus, multò magis in Prælato, & persona in dignitate Ecclesiastica constituta. Vndè in simili valdè dolendum esse exclama-
9 uit Rota, † quod mandata ipsius, quæ verius Apostolica dici possunt, ita indecenter spernantur, & contemnantur, vt in *decis. Toletana Canonicatus 31. Ianuarij 1611. coram Lancell. post secundum uolum. consil.Farinacc. decis.308. num.1. & in alia Toletana Canonicatus 18. Iunij 1646. coram R.P.D.meo Otthobono.*

Ex quibus declaratoriam contrà Odiliam,
10 contrà † Episcopum verò interdictum ab ingressu Ecclesiæ concedendum esse, censuerunt Domini, iuxtà *decis.Durani 311. numer.1. & in recent. decis.535. per tot. & præsertim num.8. part.4. tom.3.*

Et ita decisum fuit Altera tantum parte informante.

R. P. D. MELTIO,

Posteà Reuerendiss. Episcopo PAPIEN.

Neapolitana Pecuniaria.

Lunæ 22.Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Posse Procuratorem ad vendendum constituto pro certo, & determinato pretio, pro se ipso emere in hac decisione firmatur, in qua etiam plura de probatione valoris habebis.

SVMMARIVM.

1 *ad Validitatem sententiæ quæ requirantur.*
2 *pro Validitate sententiæ præsumi debet.*
3 *Procurator ad uendendum pro certo pretio potest pro se ipso emere.*
Bona fides resultat ex iustitia pretij. num.3.
Emere nemò pro se ipso prohibetur stante iustitia pretij. num.3.
4 *Probationis releuantia pendet ab arbitrio Iudicis.*
5 *Testes deponentes de re uerisimi li, ac de eorum peritia probant ualorem.*
6 *Officialis in re ad eius officium spectante fides adhibetur.*
7 *Valor probatur ex fidibus adminiculatis à depositionibus Testium.*
8 *Testes Caldararij non dicuntur uiles.*
Testes de facto proprio deponentes plenam faciunt probationem. num.8.
9 *Testes licet aliqui examinati sint sine interrogatorijs, vbi tamen remanent duo formiter examinati reputatur sufficiens.*
Testes duo probant in omni materia. num.9.
10 *Testes probant etiam sine interrogatorijs vbi pars citata ad dandum interrogatoria, illa dare neglexit.*
11 Procurator *pro certo pretio ad vendendum constitutus, si dictum pretium soluit propriæ satisfecit obligationi, nec ad aliud tenetur.*
12 *Instrumenta publica faciunt rem probatam.*
13 *Probationes simul iungi debent ad perfectam faciendum probationem.*
14 Dominus *rei contentus esse debet solutione veri, & communis pretij.*
15 *Correspectiuorum natura ea est, vt vnus contractus, alteri inesse debeat.*
16 *Contractus ad inuicem facti vnus contemplatione alterius dicuntur correspectiui, quamuis diuerso tempore facti.*
17 *pro Correspectiuitate contractuum in dubio iudicandum est.*
18 *Pretium diminuitur ex difficultate exactionis, alijsque periculis.*
19 *Dominus onerari non debet expensis factis à procuratore contemplatione sui ipsius.*
20 *Commodum qui sentit, ille incommodum sentire tenetur.*
21 *Aequitas semper seruatur à Sac.Rota.*
22 *Aequitas vim legis habet vbi versamur in casu in quo lex non prospexit.*

DECISIO CCXXIII.

IOANNES Plattus Mercator Venetus de mense Octobris, & Decembris anni 1633. transmisit ad Ciuitatem Neapolis cantaria 70. æris Cyprij, vt aiunt de prima Vena Marco Aurelio Massarengo ad effectum illa vendendi pro ipsomet Platto pretio quo reperiretur, sed tamen per contanti; Adhibita diligentia per Massarenghum pro tali venditione, nec reperto aliquo emptore, qui illud soluere vellet maiori pretio granorum 14. pro qualibet libra, quo tunc temporis in dicta Ciuitate Neapolis communiter vendebatur, de huiusmodi pretio illũ certiorauit, qui illi rescripsit, vt pretio granorum 15. vendi posset pro qualibet libra per contanti, vt apparet ex litteris datis in *Summ. Massarenghi num. 1. & 2.* Cum autem idem Massarenghus emerit pro se ipso tale æs Cyprium ad prædictam rationem granorũ 15. ac huiusmodi pretium per Plattum fuerit approbatum, vt ex alijs eius litteris datis eodem *Summ. num.3.* quod etiam solutum ei fuit in termino cõuento; Illud posteà Massarenghus vendidit Regiæ Cameræ Neapolis ad rationem granorum viginti vnius, de quo habita notitia per eundem Plattum post silentium septem annorum prętendere cœpit supplementum pretij vsque ad prædictam summam granorum viginti vnius, & introducto iudicio coram A. C. fuit à Reuerendissimo D.Argelo Massarenghus ab impetitis absolutus,

tus, à cuius sententia per Plattum interposita appellatione, & mihi commissa causa Dubitaui an dicta sententia A.C. sit confirmanda, vel infirmanda. Et sub hac die pro quarta vice causa reproposita, ac omnibus maturè discussis fuit resolutum illam esse reformandam.

De illius validitate nihil fuit dubitatum, nam ex reuolutione processus constat de omnibus, quæ dicuntur solemnia Iudicij, & re-
1 quiri solent ex stylo huius Tribunalis † ad validitatem sententiæ nempè de citatione ad ipsam sententiam, de iurisdictione Iudicis, ac de mandato vtriusque partis, iuxtà *decis. Verall. part. 2.* & quatenus etiam aliqua adesset dubi-
2 tatio, † nihilominus pro illius validitate præsumi deberet, *gloss. in l. si post, Cod. de iur. & fact. ignor. Menoch. conf. 110. nu. 6. lib. 2. & præsumpt. 67. num. 1. & seqq. lib. 2. vbi latè.*

Iustitia etiam eiusdem sententiæ visa fuit satis probari, quia cũ Dominus Marcus Aurelius Massarenghus mandatum habuerit à Domino Platto ad vendendum æs Cyprium ad rationem granorum quindecim pro qualibet libra, qui erat maior communi valore, vt infrà demonstrabitur, potuit illud pro se ipso
3 emere; † Nam concurrit bona fides quæ resultat ex iustitia pretij, qua stante nemo prohibetur sibi ipsi emere, *ad tex. in l. Pupillus, §. vltimo,* & ibi *Bart. num. 4. vers. aut emit bona fide, ff. de tut. l. cum ipse, C. de contrahend. empt. & vendit. Ias. in l. 1. §. fuit quæsitum nu. 19. vers. immò secundum DD. ff. ad Trebell. Alex. in l. singularia nu. 5.* vbi etiam *Ias. num. 17. & Cagnol. num. 75. vers. sed non est recedendũ, ff. si cert. pet. Soccin. Sen. conf. 87. num. 5. vol. 1. Ruin. conf. 142. num. 9. vol. 1. Menoch. conf. 296. num. 18. vol. 3. & de Arbitrar. Iudic. lib. 2. casu 459. num. 9. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 23. nu. 15. & 19. Guttierez de tutel. part. 2. cap. 15. num. 5. Rot. coram Papa Gregor. XV. decis. 356. nu. 9. vers. & facit.*

Quod autem communis valor, & iustum pretium æris Cyprij esset ad summam granorum 14. pro qualibet libra de annis 1633. & 1634. de quo tempore emit Massarenghus illud de quo agitur ad rationem granorũ 15. probatur ex depositionibus quatuor Testium, *Summar. eiusdem Massarenghi num. 6.* quorum nonnulli testantur etiam se ipsos emisse illud ad tale pretium, & quod pluris non vendebatur, immò quod etiam vendebatur ad rationem granorum 12. dum pretium soluebatur in pecunia numerata; Quapropter cum Do-
4 minorum arbitrio maximè cõmissa † sit huiusmodi probationum releuantia, *l. 3. §. ideòque Diuus, ff. de testibus, Dec. conf. 463. num. 23. Castr. conf. 380. num. 1. lib. 1. Honded. conf. 15. num. 6. lib. 1.* ac isti testes deponant super re valdè verisimi-
5 li, † atque ad eorum peritiam spectante optimè probant huiusmodi valorem, ad trad. per *Bald. in l. 2. num. 25. C. de rescinden. vendit. Alex. in l. pretia rerum num. 9. circa finem, ff. ad l. falcid. Seraph. decis. 836. num. 1. Rot. in Anconitana Rescissionis Contractus 4. Maij 1583. coram Card. Blanchetto.*

Pro maiori etiam comprobatione prædicti iusti valoris concurrit fides facta per Consulem artis Calderariorum in Ciuitate Neapolis, ex qua apparet in dictis annis 1633. & 1634 æs Cyprium emptum non fuisse maiori pretio granorum 14. pro qualibet libra vnciarum 12. *Summ. Massarenghi num. 3.* nec non alia fides Credenzerii totius pecuniæ Regiæ Dohanæ Neapolis, ex qua hoc ipsum colligitur, vt eodem *Summar. num. 16.* quæ quidem fides
6 tanquam factæ ab Officialibus † super re ad eorum officium prorsus spectante valdè attendi solent, *Rot. penes Buratt. decis. 706. numer. 2. vers. cui tanquam attestanti, & in recent. decis. 525. sub num. 5. vers. quæ fides part. 2. & decis. 26. nu. 11. vers. vt patet ex fide par. 7.* cum alijs satis copiosè relatis in *Oriolen. Decanatus 1. Iulij huius anni coram R. P. D. meo Corrado in §. verum etiam ex fide.* Et quamuis etiam huiusmodi fides non essent publicorum officialium, sed simplices, & ex-
7 traiudiciales, † cum tamen ex alijs reperiantur adminiculatę scilicet ex dictis testium probant huiusmodi iustum valorem, *Rot. in recent. decis. 122. sub num. 7. uers. quæ fides part. 1. & apud consil. Farinacc. lib. 2. decis. 323. nu. 2. uers. cui attestationi.* & fuit etiam resolutum in *Caetana Beneficiorum 9. Febr. 1618. coram bonsme: Buratto.*

Admissæ neque fuerunt exceptiones contrà dd. testes à Platto datæ nempè vt sint personæ viles, & quod duo ex illis fuerint examinati absque interrogatorijs. Quia cum ipsi exerceant artem Calderariorum dici non possunt
8 viles, † vt sint repellendi immò tanquam practici de simili merce, atque de factu proprio deponentes plenam fidem faciant, itaut eorum dictis standum sit, *Felin. in cap. ne innitaris ad finem de Constit. cap. licet causa, uers. ex præmissis de probat. Surd. conf. 7. num. 45. & conf. 132. nu. 1. Crauet. conf. 178. n. 7. Cæsar. de Graff. decis. 2. in fin. de empt. & vendit. Greg. decis. 351. n. 11. & in rec. dec. 147. n. 15. par. 1.* Quod autem duo ex illis fuerint examinati absque interrogatorijs parũ
9 refert, † cum remaneant nihilominus alij duo, qui numerus ad faciendam plenam probationem in omni materia sufficit, *l. vbi numerus, ff. de testibus, Egid. decis. 674. Rota decis. 245. nu. 1. & 4. part. 1. diuers. & decis. 377. num. 15. part. 6. rec.* Quamuis etiam illi examinati absque interrogatorijs in hoc casu dicuntur probare, nam hoc processit ex mera contumacia partis, quæ
10 citata interrogatoria dare neglexit, † & ista contumacia operatur, vt etiam absque interrogatorijs validè ad eorum examen deueniri potuerit, *Alex. conf. 172. nu. 6. lib. 2. Mant. dec. 9. nu. 6. Rot. apud Gregor. decis. 351. num. 46. vbi Add. num. 51. sub littera E. & in recent. decis. 147. nu. 32. & seqq. part. 1.* & penes *Farinacc. post secundum volum. consil. Criminal. decis. 249. num. 27.*

Cum igitur ex prędictis pateat pretium cõmune æris Cyprij fuisse in Ciuitate Neapolis de annis 1633. & 1634. granorum quatuordecim circiter in singulas libras, ac Plattus ordinem dederit Massarengho illud vendendi granis quindecim, vt apparet ex eius litteris datis sub die 10. Decembris 1633. & 13. Martij 1634 necnon idem Plattus fuerit certioratus de venditionibus respectiuè factis 13. Ianuarij, & 4. Aprilis eiusdem anni 1634. qui dilata solutione preti ad duos menses illas approbauit, vt

vt colligitur ex alijs literis datis sub diebus 9. Martij 1634. & 7. Aprilis 1635. Vtique cum Massarenghus iam soluerit pretium iam integrum prefati æris ad dictam rationem granorũ
11 quindecim, † propriæ satisfecit obligationi, atque ab ea fuit omnino liberatus, ita vt amplius aliqua molestia affici non possit *l. soluendo ff. de neg. gest. l. solutionem ff. de solut. instit. quibus modis tollatur obligatio in princ. Surd. decis. 113. nu. 2. uers. nam solutione cum sequent. Mant. decis. 146. numer. 1. §. neque obstat uers. nam solutione eius Buratt. decis. 283. sub num. 1. uers. & sic solutione debiti Duran. dec. 176. sub nu. 1. uersic. unde succedit. & sequen. & in recent. decis. 536. sub nu. 2. uersic. & Domini censuerunt par. 1. & dec. 291. num. 4. uersic. adeo ut par. 7.*

Nil releuat, quod tale ęs Cyprium fuerit postea venditum à Massarengho Regiæ Cameræ Mensibus Februarij, & Aprilis 1634. ad rationem granorũ 21. pro qualibet libra Sum. Platti primæ positionis *num. 5.* qui Plattus nunc pretendit totum sibi esse soluendum tanquam Domino æris, cum in eius præiudicium non licuerit Massarengo Procuratori constituto ad illud vendendum illam eius partem lucrifacere, *l. ex mandato 20. ff. mandat. cum concordantibus ibi per gloss. alleg. l. ad comparandas, & l. in re mandata C. mandat. & dicit. in §. mandatum instit. eodem tit.*

Quia pretium illud minimè solutum fuit ratione solius æris, quod communiter vendebatur tantum granis 14. circitèr, vt iam dictum est, sed etiam ratione alterius contractus per ipsum Massarengum cum eadem Regia Camera initi, à qua emit nonnullus redditus fiscales super Gabellis vini dictæ Ciuitatis Neapolis pro ducatis supra 20000. ad quorum cõputum non recusarunt Ministri Regij accepto ferre æs Cyprium prędictum ad rationem granorum viginti vnius sub hac tamen conditione, quod Massarengus solueret Ducatos circitèr sexdecim mille in pecunia numerata pro residuo, vt colligitur nedum ex eisdem instru-
12 mentis publicis, † quæ faciunt rem certam, & manifestam *Bart. in l. 1. in princ. num. 8. ff. de nou. oper. nunciat. Bald. in l. interest in vlt. notab. C. de solut. Dec. cons. 36. num. 2. Ruin. cons. 128. numer. 1. lib. 4.* Verum etiam ex attestatione facta per massiminum Passerum Præsidem Regiæ Cameræ della Sommaria, atque ex alia fide facta de ordine Antonij Caraccioli Regentis eiusdem Regiæ Cameræ, necnon ex depositionibus quatuor aliorum testium ex quibus omnibus elicitur, quod si Massarengus non emisset dictos redditus fiscales, atque assertam pecuniam non exbursasset, non fuisset illi solutum æs Cyprium ad rationem granorum viginti vnius Summario ipsius Massarenghi *num. 18. & seqq.* & quamuis etiam aliqua ex dictis probationi-
13 bus minus perfecta dici potest, † coniungi tamen omnes possunt ad constituendam veram, & concludentem probationem *iuxta reg. de qua in cap. cum causam il primo de probat. gloss. in l. 2. in uerb. legitimis ff. de excusat. Tut. cum alys adductis per Gabriel. conclus. 1. num. 1. de prob. Rot. decis. 197. num. 12. par. 7. recent.* Quapropter quidquid vltra pretium commune cõpensatum fuit Massarengo, dici non potest, vt processerit ex ipso ære, sed causa, & contemplatione contractus ab eo gesti, & notabilis pecuniarum summæ ab ipso de proprio solutæ, necnon periculi, difficultatis, & incommodi, quibus emendo prædictos redditus se subiecit ideò inde sequitur, quod eius peculiari commodo cedere debet, non autem Platti, qui sicuti nullum passus fuit incommodum ex solutione dictarum pecuniarum Regiæ Cameræ facta, nullumque dictorum redditũum subijt periculũ, ità consequi nequit vllum commodum indè
14 prouenìens, † sed solutione veri pretij communis contentus esse debet respectu eius æris, vt probant *Nauarr. in Manual. cap. 23. nu. 97. vers. contrarium verò in fine Graff. in eius decis. par. 1. lib. 2 cap. 116. sub num. 16. vers. decima in fine P. Molin. de contract. disput. 363. sub num. 1. in fine. Rebell. de obligat iuram. part 2. lib. 2. quæst. vlt. sub num. 36. versic. vnde si vltra industriam Less. de iust. & iur. lib. 2. cap. 23, dubit. 6. sub num. 58. Salas de contract. tit. de emption. & vendit. dub. 45. numer. 5. Molses. de contract. cap. 5. numer. 212. Eminentiss. D. Cardin. de Lugo disput. 26. num. 150. versic. quarto si maiore.*

Minusquè refert, quod ad excludẽdam horum cõtractuum correspectiuitatem pro parte Platti dicatur illos fuisse factos non vno, ac
15 eodem tempore, sed diuerso † quod operatur vt vnus alteri inesse nõ possit, quæ videtur esse natura correspectiuorum *ad tradit. per Bald. in l. petens n. 49. C. de pactis cum alys adduct. per Mant. decis. 238. num. 4.* quia cum isti contractus initi fuerint tali modo, vt ad eundem finem tendant, & quasi pro vno solo contractu a contrahentibus fuerint habiti non debent diuerso iure censeri, adeò vt vnus censeatur prorsus factus intuitus, & contentemplatione alterius
16 & † consequenter licet diuerso tempore celebrati fuerint reputandi sunt omninò correspectiui *iuxta Doctrinam Anchar. cons. 734. incipit ex narratis num. 3. vers. præterea aduertendum Crauett. cons. 153. incip. vltra iam scripta num. 8. vers. idem si non incontinenti* sed esto etiam, quod hæc ma-
17 teria dubia posset dici, † vt pro correspectiuitate iudicandum nihilominus esset firmauit *Rot. decis. 527. numer. 1. vers. vnde nedum debet indicari par. 2. recent.*

Obesse neque videtur, quod eodem ferè tẽpore per quosdam de Buzzacarenis eidẽ Regiæ Cameræ vendita fuerit alia quantitas dictę æris Cyprij ad eamdem rationem granorum viginti vnius. Quia ex hoc minus inferri potest, quod iste esset communis valor, nam illud dictis de Buzzacarenis neque fuit solutum in pecunia numerata, prout solutum fuit Platto, sed fuit conuentum, vt solueretur in tot assignamentis fiendis in Prouincijs Regni, quæ cum pariter paterẽtur difficultates supra enarratas, ac multis periculis onnoxia reperirentur
18 certum est, quod † dictum pretium notabiliter veniebat diminuendum *iuxt. text. in l. fundi partem ibique gloss. ff. de contrab. empt. Rot. decis. 422. num. 7. vers. accedit par. 3. recent. Cyriac. controu. 170. per tot. Bonaccin. de contract. disput. 3. qu. 2. punct. 4. num. 17. & seqq. fol. mihi 368.*

In hoc tamen DD. censuerunt sententiam esse

esse reformandam, vt cum Massarenghus ex pretio granorum 15. retinuerit quasdam pecunias pro sua duplicata prouisione, Gabellis, Proxenetis, ac alijs similibus, pro quibus omnibus creauit Plattum debitorem in calculo ei transmisso; teneatur illas omninò ei restituere quia apparet contractus cum Regia Camera factos non fuisse celebratos intuitu eiusdem Platti, sed tanquam proprium ipsius Massarenghi negotium, ac ratione sui interesse, qua-
19 re nulla patitur iustitia, † vt prædictis expensis Plattus oneratus remaneat. *l. ex parte in princ. ibique Fulgos. num. 2. vers. vltimo nota ff. famil hercis. l. Creditor* §. 1. *ff. mandat. Bàld. in l. 1. sub num. 5. vers. vltimo adde C. de negot. gest. Crauett. cons. 933. sub num. 20. vers. secundo respondetur*, & huic casui
20 benè applicatur vulgata regula, † vt qui commodum habuit, incommodum quoque sentire debeat. *cap. qui sentit de regul. iur. in 6. & l. naturaliter cum seqq. ff. eodem*.

Pro qua sanè restitutione magis facit, quia dum tale æs Cyprium venditum fuit Regiæ Cameræ præsupponendum est, quod ratione illius aliqua non fuerit soluta Gabella, & cum Massarenghus nullum subierit periculum nominis debitoris (per stare, vt aiunt, del credere) quia ipsimet fuit verè debitor, & in eodem contractu beneficium reportauit remissionis viginti quinque pro centenario valoris dictorum redditum pro allogio nuncupato, vt colligitur ex prædictis instrumentis, vtique ex prædictis omnibus etiam in prædictis expensis Plattum non esse grauandum quęcum-
21 que suadet æquitas, † quam semper Rota sequi solet, *vt in recent. decis. 60. num. 2. par. 2.* quia vim legis habet, & pro lege allegari potest
22 quotiescumque versamur in casu, † in quo lex non prospexit, vt in puncto aduertunt *Fachin. controu. iur. lib. 12. cap. 61. circa fin. versic. ideò non obstat Castill. de coniect. vltim. volunt. cap. 61. sub numer. 53. vers. & non obstare, quod lex, & uers. cuius etiam ratione Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 28. num. 7. & sequent. Rota in Romana dotis 14. Martij 1635. coram bon. mem. Merlino*.

Et ita conclusum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. CORRADO.
Postea S. R. E. CARDINALI.

Comeñ Dismembrationis.

Lunæ 22. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Beneficiorum diuisio, seu dismembratio quia sacris canonibus est odiosa, non est permittenda, nisi talis vrgeat necessitas, cui aliter congrue prouideri non possit; vnde in pręsenti decisione eruditè tractatur de requisitis ad valide, & iustè peragendam dismembrationem, & si fuerit facta ob magnam locorum distantiam, an, & quando dicatur valide, & rectè facta, & demum an Episcopus etiam si fuisset Sedis Apostolicę delegatus possit prętermittere necessarias probationes, ac interesse habentium citationes, ad illam ritè, & rectè peragendum.

SVMMARIVM.

1 *Dismembratio præsupponit anteriorem possessionem, sicut priuatio habitum.*
2 *Possessio appræhensa vigore decreti nulli, & iniusti, nullum ius tribuit accipienti in præiudicium manutentionis anterioris possessoris.*
3 *Manutentio nomine Ecclesiæ peti potest ab eodem Rectore, qui habuit se pro spoliato.*
4 *Dismembratio Ecclesiarum seu beneficiorum vt iuste, & valide facta fuerit, quæ requirantur, & num. 9.*
5 *Dismembratio Ecclesiæ præsefert perpetuam alienationem iurium illius.*
6 *Dismembratio facta ob magnam locorum distantiam, an, & quando dicatur valide, & rectè facta, & qualis distantia requiratur num. 8.*
7 *Dismembratio, qua de causa facta fuerit non iustificatur ex Ordinarij ipsorumque Parochianorum assertione, sed aliundè probari debet.*
10 *Citatio est necessaria contra illum, de cuius interesse agitur saltem connexe.*
11 *Citationis necessitas contra proprietarium non tollitur ex eo, quod alicui fuerit reseruatus vsusfructus.*
12 *Citationis necessitas contra Ecclesiam non cessat, ex quo redditus fuerint reseruati Rectori, & quare.*
13 *in Dismembratione Ecclesiæ facta ab Episcopo tamquam Sedis Apostolicæ delegato, nulla requiritur solemnitas.*
14 *Episcopus tamquam Sedis Apostolicæ delegatus potest nouam Ecclesiam constituere, inuito etiam Rectore Parochialis antiquæ.*
15 *Episcopus, quamuis procedat tamquam Sedis Apostolicæ delegatus, quando tamen necessarias probationes, ac interesse habentium citationes prætermittere non possit.*
16 *Beneficiorum diuisio seu dismembratio à Sacris Canonibus regulariter est prohibita.*
17 *Beneficiorum diuisio seu dismembratio nō est admittenda, nisi talis vrgeat necessitas, cui aliter congruè prouideri non possit, & nu. 19.*
18 *Dismembrationis necessitas cessat quando aliter prouideri potest.*
20 *Dismembrationis necessitas, & iusta causa, vt à Rota approbetur, debet ex ipso Processu iustificari.*
21 *Manutentio est concedenda Præposito, qui per dismembrationem nulliter factam, non fuit sua anteriori possessione priuatus.*

DECISIO CCXXIV.

PRAEPOSITVM censuerunt Domini manutenendum. Quia possessio illius anterior probatur ex ipso Decreto Dismembrationis facto sub die 27. Aprilis 1645. ac illius execu-
1 tione, aliisque in Processus deductis. † Nam dismembratio pręsupponit anteriorem possessionem Ecclesię, sicut priuatio habitum *vulg. l. decem ff. de verb. obligat. l. Titio vsusfructus in prin. ff. de cond. & demon. Bald. in l. licet sub num. 2. in fin. vers. quia carentia sunt habentium. C. locat.* & fuit dictum

ctum *in Bonon. Dismembrat. 5. Iunij 1606. coram Sanctiss. D.N. in Recent. decis. 119. num. 4. vers. concurrit etiam dismembratio, & in Mediolanen. Decim. coram eodem Sanctiss. decis. 371. sub nu. 1. vers. etiam quia par. 1. & in Algaren. Dismemb. 29. Aprilis 1619. coram bon. mem. Remboldo, & 16. Decembris eiusdem anni coram bon. me. Sacrat. decis. 110. nu. 1. vers. nam dismembratio, & seq. & decis. 161. num. 1. vers. quia de primo extremo par. 4. tom. 2. earumd. & in Bonon. Dismembrat 14. Iunij coram R.P.D. meo Ghisilerio decis. 291. sub num. 1. vers. sed etiam ex Decreto dismembrationis par. 6. & in Squillacen. Dismembrat. 3. Iunij 1644. corã R.P.D. meo Otthobono in §. 1. & prius in Gerunden. Beneficij 23. Martij 1609. coram Manzanedo apud modern. Perusin. de manutenend. decision. 115. num. 4. vers. Item eadem possessio probatur ac seq.*

Nec visa fuit considerabilis possessio Tode-
2 schin. † Quia cum fuerit apprehensa vigore dicti Decreti nulliter, ac iniustè prolati, nullum illi tribuit ius manutentionis in præiudicium anterioris possessoris, qui non habuit se pro spoliato *ad tex. in cap. licet Episcopus de Præb. in 6. gloss. in l. Iustè possidet in princ. ff. de acquir. posse. Rot. decis. 802. sub num. 7. vers. quia pro responsione dicitur par. 1. diuers. & penes sanct. mem. Greg. decisio. 555. nu. 6. vers. At D. Antonium, ac Burat. decis. 185. num. 5. et 6. vers. atque ita &c. & decis. 746. num. 3. vers. non obstat Reuerendiss. Vrgellen decis. 220. nu. 4. vers. neque obstat ac seq.* & in specie fuit dictum *in Cæsaraugustan. Dismembrat. 25. Iunij 1607. confirmata 16. Iuny 1608. coram bon. mem. Card. Sacrat. in Recent. decis. 187. par. 3.* Eoque minus ipsius Ec-
3 clesię † cuius etiam nomine manutentio legitimè peti, atque concedi potest eidem Præposito *Rot. penes bon. mem. Card. Seraph. decis. 1417. vers. neque releuat cum alijs relatis in decis. 78. nu. 2. vers. Indubitatum est enim & decis. 226. sub num. 12. vers. Hoc posito & plur. seqq. & decis. 275. n. 16. vers. cum igitur &c. ac seq. par. 6. recent.* & in his terminis fuit resolutum *in d. Bononien. Dismembrat. dec. 291. num. 3. vers. non obstat quod per d. dismembrationem, & seqq. per tot. eod. part. 6. & in d. Squillacen. dismembrat. in §. Neque vllo modo possessionem abstulit.*

Nullitas verò, ac iniustitia d. Decreti ex eo
4 resultat, † quod cũ agatur de dismẽbrandis Ecclesijs seu beneficij S. Mariæ, & S. Laurẽtij Loci Orini cum earum redditibus ab Ecclesia Collegiata Matrice Sancti Laurentij Vallis Crucij requirebatur ad iustitiam, & validitatem actus iusta causa necessitatis nempè, vel euidentis, vtilitatis, atque solemnitas eodem modo,
5 quo in alienatione bonorum Ecclesiæ, † nam & dismembratio perpetuam pręsefert alienationem iurium Ecclesiæ *Abb. in cap. Ad audientiam il primo sub num. 2. vers. est enim ista alienatio De Eccles. Aedificand. P. Rebuff. in compend. alienat. rer. Eccles. nu. 68. vers. Idem in dismembratione Rota decis. Vnic. de reb. Eccles. non alienan. in Nou. & apud Achil. decis. Vnic. eod. tit. & in Marsican. Dismembrat. 14. Februarij & 20. Martij 1594. coram rec. memor. Card. Pamphil. & in Totetana Parochial. de Madrid. 16. Nouembris 1601. coram bon. mem. Corduba relatis per Garz. de Benefic. par. 12. cap. 3. sub nu. 4. ac 5. & 7. vbi nu. 3. vers. In dismembratione &c. alios congerit, & penes Card. Seraph. decis. 1062. num. 1. ver. quia Episcopus, & Sanct. mem. Gregor. decis. 504. numer. 4. vers. Et cum sit alienatio ac seq. vbi Add. & in Recent. d. decis. 119. num. 12. vers. nec est dubium ac decis. 239. num. 1. & seq. par. 1. & decis. 223. num. 1. vers Ratio resolutionis fuit uc seq. et decis. 315. nu. 3. vers. cum tamen ad sustinendã dismembrationem par. 6. & decis. 6. num. 1. vers. quia ex deductis ac seqq. & dec. 68. à n. 1. et seq. par. 7. & in d. Squillacen. Dismembrat. in §. Quod autem Episcopus nulliter, ac iniustè processerit &c.*

In proposito autem casu non constat de iu-
6 sta causa, † quæ licet deducta fuerit ex necessitate ob magnam locorum distantiam iuxta Constitutionem san. memor. Alexandri III. *in d. cap. Ad audientiam il primo extr. de Eccles. ædificand. repetitam per S. Concil. sess. 21. de Reform, cap. 4 vers. In his verò &c.* Non fuit tamen iustificata nec iustificatur, vt necessarium erat; Cum nec quælibet distantia iustam præbeat huiusmodi dismembrationis causam; Sed illa demùm, quæ difficilem admodum, atque incommodum reddit Parochianorum accessum ad suscipienda Sacramenta, diuinaque officia audienda, eorumdeque illis in extremis vitæ constitutis ministrationem, ità quod indè resultent animarum pericula, quibus occurrere
7 necesse sit; † Nec eiusdem causæ iustificatio ex Ordinarij, minusque ipsorum Parochianorum assertione satis percipitur, sed aliunde probari debet *iux. cons. Oldrad. 261. in Vnione sub num. 2. vers. Episcopo autem et seqq. per tot. Franc. in cap. 1. sub num. 4. vers. quarto nota &c. et sub num. 5. vers. Vndè dicebat Rota de Reb. Eccles. non alienand. in 6. Paris. cons. 36. num. 11. uers. similiter lib. 4. P. Rebuff. in Prax. Benef. tit. de Erection. in Curat. et Parochial. sub num. 2. uers. primo debet inquirere Menoch. cons. 477. num. 5. uers. quarto quod separatio et uersic. sexto corruit separatio hæc &c. Rota in d. Toletana Parochial. coram Corduba 19. Nouembris 1601. penes Garz. de cap. 3. sub num. 7. ad fin. uers. nec d. illa apparebat et in d. decis. 239. sub num. 2. uers. deficit enim iusta causa et decis. 484. sub n. 2. uers. et quamuis*
8 *cum seq.* vbi explicatur † qualis ad hunc effectum requiratur distantia *part. 1. recentioru. et in d. Squillacen. Dismembrat. in §. Iusta uerò causa &c. et seq.*

9 Præterea deficit etiam solemnitas. † Quia nec interuenit consensus Præpositi, nec eius citatio in prolatione dicti Decreti, licet ab initio duos circiter menses antea intimatus contradixerit, ac protestatus fuerit; Neque Capituli eiusdem Collegiatæ prout requirebatur, & idem Prępositus specialiter opposuerat, cũ Ecclesiæ prædictæ eidem essent vnitæ, fuerint que ab ipsa separatæ, vt legitur in d. Decreto
10 ità † quod agebatur etiam de interesse Capituli saltem connexo cum d. Pręposito, ideoque necessaria erat vtriusque citatio *iux. gloss. in cap. Causã quæ in uerb. assensu uers. sic et Prælatus ibique Hostiens. uers. nam sine assensu extr. de Iudic. Rota decis. Vnic. ad fin. uers. Tamen si dismembratur. De his quæ fiunt à Prælat. et decis. Vnic. De Reb. Eccles. non alien. in Nou. Menoch. dicto cons. 477. num. 6. uer. erat enim necesse &c. dicens sub n. 7. uer. nec obstat*
11 *&c.* huiusmodi citationis necessitatem † non ideò

ideò cessare, quod redditus fuerint reseruati eidem Rectori, donec vixerit quia non consideratur tantum eius persona, sed Ius Ecclesię & successorum de quo erat legitimè cognoscendum *Rota in d. Toletan. Parochial. 19. Nouembris 1601. et 1. Februarij 1602. apud Garz. d. cap. 3. sub num. 7. et 8.* In quarum posteriori dicitur
12 hanc † citationem respicere formam inductã ad rigorem Iuris obseruandum, ne Ecclesiæ depauperentur, *et in d. Bononien. Dismembrat. dec. 68. numero 3. uersicul. Et illius uocatio part. 7. recentior. et in præcitata Squillacen. in §. In hoc autem casu &c.*
13 Nec obstat, † quod dum Episcopus in pręmissis procedit tanquam Sedis Apostolicę de-
14 legatus, nulla requiratur solemnitas, † quippè inuito etiam Rectore Parochialis antiquæ Nouam constituere potest.

Quia non ideo debitam causæ cognitionẽ,
15 necessariasque probationes, ac interesse habentium citationes prętermittere potest pręsertim quando procedit ad instantiam partis, nam hęc concernunt defensionem alterius, quę nunquam intelligitur sublata *iux. Clem. sæpè §. non sic tamen de uerb. sign. Bart. in Extrauag. ad Reprimend. in glos. super uerb. et figura &c. sub nu. 12. uers. item an debeant dari dilationes et seq. ac in specie not. Innocent. in cap. 1. sub num. 6. uers. sed cum dignitas non uacat. Vt Eccles. benef. sine aliqua diminut. confer. Lapp. Alleg. 66. Quodam Monasterium sub num. 3. uers. debèt tamen requiri. Menoch. d. cons. 477. sub d. num. 5. et seq. Card. Seraph. d. dec. 1062. sub n. 1. ad fin. uers. quare hoc casu opus est docere.* Ex hac enim discussione negotij, ac processu ipso veritas magis clarescit, & necessitas dismembrationis vel iustificatur, vel excluditur, seù aliud interdum manifestatur remedium, quo ęquè
16 consultum sit † absque eo, quod deueniatur ad Beneficiorũ diuisionem sacris Canonibus odiosam, atque prohibitam regulariter *capit.*
17 *maioribus et cap. uacante de Prob.* ideoque † non admittendam, nisi talis vrgeat necessitas, cui aliter congruè prouideri non possit *Lapp. d. Alleg. 66. sub num. 6. vers. sed nunquid alio modo posset Episcopus prouidere, Rot. d. dec. 239. sub num. 4. uers. quod maximè suadetur et dec. 484. sub num. 4* vbi di-
18 citur, † quod si aliundè prouideri potest, deficit necessitas, quę est causa dismembrationis, & alienationis partis beneficij *par. 1. rec. et d. dec.*
19 *223. num. 10. uersic. Vndè ac seq.* vbi dicitur † dispositionem *d. cap. Ad. audientiam*, & Decretum S. Concil. procedere quando aliter prouideri non potest necessitati, quam mediante dis-
20 membratione &c. *part. 6. earundem*. † Huiusmodi verò iustas, & necessarias causas Domini arbitrari, vel approbare non possunt nisi ex ipso Processu iustificentur *iux. tex. in cap. quoniã contra ibique glos. in uerb. extraordinario, et in fin. in uerb. præsumatur &c. extr. de probat.* ac habetur in pręcitatis Decisionibus, & explicat *Garz. d. cap. 3. sub nu. 10. uer. Rota tamen &c.*
21 Cum itaque † ex actibus prędictis non fuerit Ecclesia, nec Prępositus anteriori possessione priuatus concedenda est illi manutentio, vt in his terminis fuit resolutum *in prædictis Cæsaraugustan. Dismembrat. coram bo. me. Card. Sacrat. et Bonon. Dismembrat. coram R. P. D. meo Ghislerio, et Squillacen. Dismembrat. coram R. P. D. meo Otthobono 3. Iunij 1644.*

Et ita fuit conclusum vtraque parte informante &c.

R. P. D. MELTIO,

Posteà Reuerendissimo Episcopo PAPIEN.

Romana Pensionis Palatij.

Lunæ 22. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Liber priuatus, licèt regularitèr non probet ad fauorem scribentis, tamen secùs esse firmatur si scribens fuerit persona qualificata, aliaque concurrant adminicula, de quibus in præsenti decisione latissimè tractatur. Solutio, seu satisfactio, ex quibus sufficientèr probata remanet, & quando præsumendum sit fuisse iam factam, plenè discutitur; Demùm, an, & quando subscriptio apocæ continentis tàm fauorabilia, quàm odiosa præiudicare possit subscribenti, maximè si esset mulier, clarè explicatur.

SVMMARIVM.

1 *Liber priuatus fauore scribentium non probat, & quando secùs num. 2. & 3.*
3 *Scripturæ veritas conualidatur ex morte scribentis, & quare num. 4.*
5 *Liber priuatus probat ad fauorem scribentis, si scribens fuerit persona qualificata.*
6 *Liber priuatus probat ad fauorem scribentis, sic partitæ in eo descriptæ verificarentur pro maiori parte, & quare.*
8 *Libri mercatorum probant etiam contra tertium concurrentibus adminiculis.*
9 *Liber priuatus præsumitur verus quoad omnes partitas in illo descriptas, si multæ ex eis iustificatæ fuerunt.*
10 *Dos compræhenditur sub generali dispositione* l. benè à Zenone, C. de quadrienn. præscr.
11 *Dos, quæ in parte probatur soluta, præsumitur soluta in totum.*
12 *Solutio præsumitur, quando debitor est locuples, & solitus promptè satisfacere creditoribus, & creditor non multum affluit diuitijs.*
13 *Mulieres non præsumuntur habere præter dotem.*
14 *Solutio præsumitur facta tempore debito, si creditor non erat valdè diues, maximè si erat fœmina.*
15 *Fœminarum sexus dicitur auarissimus.*
16 *Solutio facta præsumitur, si apud debitorem fuerit repertum mandatum contra ipsum obtentum.*
17 *Solutio facta præsumitur, si debitor in iudicio contra ipsum intentatum excepit de satisfactione, & creditor in iudicium non fuit prosecutus.*
18 *Iudicium fugiens, præsumitur de sua iustitia diffidere.*
19 *Solutio, ex quibus sufficienter probata remaneat.*
20 *Præsentia cum taciturnitate in iudicio consensum inducit.*
21 *Solutionis oblatio licèt verbalitèr facta, multum tamen attendi debet, si emanauit in iudicio.*

22 *Statuti*

22 *Statuti dispositio non comprehendit actus iuratos.*
23 *Iuramentum numquam cadit sub generali dispositione, nisi de illo fiat clara, & expressa mentio.*
24 *Præscriptio statutaria, vt remaneat interrupta, sufficit quæcumque instantia, protestatio, & extraiudiciais interpellatio.*
25 *Enunciatiua non probat quando emanauit ad instantiam personæ interessatæ.*
26 *ex Subscriptione apocæ non potest inferri approbatio omnium in illa contentorum, absque alia maiori iustificatione.*
27 *Subscriptio apocæ potest trahi tantum ad negocium, cuius ratione fuit inita apoca, non autem ad ea, quæ fuerunt incidenter enunciata.*
28 *Subscriptio apocæ continentis tàm fauorabilia, quàm odiosa, quando præiudicare possit subscribenti, & quando secus.*
29 *Mulier an, & quando per subscriptionem apocæ absq; solemnitatibus statutarijs, obligata remaneat.*
30 *Animus contrahentium, qualis fuerit in stipulatione contractus, ex subsequentibus gestis optimè declaratur.*
31 *Expensæ factæ pro reaptatione domus sunt deducendæ ab illius pensionibus. intellige vt num. 32.*
33 *à Pacto inter partes conuento recedi non potest.*
34 *Locator quando promisit totalem reaptationem domus, aliàs voluit fieri excomputationem aliquam conductori, non satisfecit si in parte restaurauit.*
35 *Verbum,* omnia, *nihil excludit etiam si minimum.*
36 *Argumentum pensionis domus, pro expensis in ea factis, debet calculari ad rationem quinque pro centenario.*
37 *ex Pretij quantitate, & qualitate optimè dignoscitur quid contrahentes senserint, & quid in contractu comprehendere voluerint.*
38 *Obseruantia subsecuta declarat omnem dubietatem.*
36 *Clausula,* sine præiudicio omnium, & quorumcumque iurium, *quid importet.*
40 *Et quid si in scriptura fuerit apposita ex diuersa causa.*
41 *Illatio de vno ad aliud, non valet in diuersis.*

DECISIO CCXXV.

POST emanatam coram me in hac causa decisionem sub die 27. Ianuarij 1645. in qua firmatum fuit dispositionem *l. quicumque, C. de apoc. publ. lib.* 10. deductam ab hæredibus q. D. Antonij Manfroni, ad effectum probandi bo. mem. Cardinalem Saulium non defecisse in solutionibus pensionum Palatij per eum inhabitati de ànno 1615. eo quia probatæ fuerunt tres vltimæ solutiones factæ per ipsum de anno 1621. 22. & 23. non afficere q. D. Marchionissam Hieronymā Pallauicinam, à qua causam habet Alma huius Vrbis Lauretana Domus Nationis Picenæ, petita fuit noua audiētia ab ipsis DD. de Manfronis, qua illis concessa, & sub hac die proposita causa, resolutum fuit constare de satisfactione pro summa in decisione exprimenda, eo quia noua fuerunt ab illis deducta iura, ex quibus apparet de solutionibus pro maiori parte per eundem Cardinalem Saulium factis.

Et primò quoad partitam scutorum 21685. 62. cum ea probetur ex libro memoriali diligēter, ac ordinata serie descripto ab ipso Cardinali, censuerunt Domini, quod controuerti
1 non possit. † Nam licet liber priuatus fauore scribentis no probet *ad tex. in l. exemplo, C. de probation. l. admonendi, ff. de iure iurand;* locum non habet huiusmodi conclusio, quando prout in
2 præsenti casu † concurrunt adminicula, ex quibus illius fides remanet corroborata. *l. instrumenta, cum ibi not. C. de probat. Bart. in d. l. admonendi sub num. 27. vers. in casu tamen, & Castr. sub numer. 43. vers. Baldus autem, ff. de iure iurand. Rota decis. 776. num. 3. & 813. nu. 1. par. 1. diuers. latè Surd. decis. 105. num. 5. & sequen. & decis. 199. num. 10. & sequen. Rota decis. 650. num. 4. par. 1. recent. Buratt. decis. 344. sub num. 9. & decis. 603. num. 6. Greg. XV. decis. 537. num. 1. & seq.*
3 Adminicula autem, † & coniecturæ in hoc casu sumuntur ex morte Cardinalis scribentis, quæ multum facit pro veritate scripturæ, seu libri *ad text. in l. rationes, C. de probat.* quia
4 non † est verisimile, quod fuerit immemor suæ salutis, *l. fin. C. ad l. Iul. repetund. Castren. cons. 301. lib. 1. nu. 1. cum alijs cumulatis per Crauett. cons. 158. num. 7. & Becc. cons. 47. num. 12. & 13.* ex illius
5 etiam † qualitate cum valde conspicuus fuerit non solum ob eminentem dignitatē Cardinalatus; sed etiam propter eius integritatē, bonam famam, ac nobilitatem, *Soc. cons. 160. num. 3. lib. 2. Boer. decis. 105. num. 60. Becc. vbi supra num. 13. Mantic. decis. 363. num. 4. Gregor. XV. decis. 537. sub num. 1. Buratt. dicta decis. 344. num. 9. Duran. decis. 49. num.* 10. Demum ex verificatione
6 partitarum dicti libri, † quæ etiam si iustificarentur pro maiori parte tantum, istæ facerent præsumere verum librum, quoad omnes partitas in illo descriptas. *Gabr. de præsumpt. concl. 5. num. 1. Menoch. lib. 3. præsumpt. 73. in princ. & consil. 508. num. 21. Surd. cons. 543. num. 4. & d. decis. 199. num. 3. cum alys cumul. per Adden. ad Buratt. dec. 79. num. 7.* At reuera omnes partitæ dicti libri re-
7 manent realiter iustificatæ, † stante confrontatione librorum plurium Mercatorum Vrbis, quibus mediantibus factæ fuerunt solutiones ab anno 1588. quo tempore Cardinalis conduxit Palatium vsque ad annum 1610. & ab anno 1615. vsque ad eius obitum secutum de anno 1624. quorum partitæ legitimæ extractæ in aliquo non discrepant, sed penitus concordant cūm descriptis in libro ipsius Cardinalis, atque ita tamquam desumptæ ex libris publicorum Mercatorum probant huiusmodi solutiones factas præsente pecunia. *Scac. de camb. §. 7. gloss. 3. nu. 33. Grat. discept. for. cap. 37.*
8 *& sequen.* † etiam cōtra tertium, maximè quia concurrunt iam ponderata adminicula, *Rot. decis. 375. num. 2. par. 1. diuers. & in recent. decis. 650. num. 4. par. 5. Grego. XV. decis. 302. num. 4. & sequen. Mantic. decis. 144. num.* 2. cum alijs congestis per *Adden. ad Buratt. decis. 719. num. 10. vers. iunctis tamen adminiculis.*

Nihil refert, quod ab anno 1610. vsque ad annum 1615. non reperiātur in libro Memoriali D. Cardinalis enunciati libri Mercatorū per quorum manus pensiones dd. annorum
9 solutæ appareant. † Quia cum per tam lōgam seriem annorum tam antecedentium, quam subsequentium dicti libri memorialis partitæ ad

ad vnguem ſint verificatæ, pari modo præſu-
mendæ ſunt etiam veræ illę reſpectu dd.anno-
rum. *Caſtr.conſ.301.num.4.verſ.potiſsimè lib.1.&*
conſ.51. ſub num.2.verſ.nec etiam obſtat, lib.2. Iaſ.
in repetit.l.admonendi,num.128.verſ.5. principaliter
limita,ff.de iur.iuran.Ang.in §.act.18.q. inſtit. de act.
Menoch.præſumpt.36. ſub num.3 lib.1.Rot.dec.543.
num.8.& 9.par.4.recent. tom.3.& deciſ.24. num.9.
10 *par.7.rec.* vbi declaratur, † quod etiam in ma-
teria dotis non venientis ſub generali diſpoſi-
tione adnotata *in l.benè à Zenone, C. de quadrien.*
11 *præſcript.Menoch. conſ.242. num.6.* † probata ſo-
lutione in parte vera, in totum illa vera præ-
ſumitur, & multæ cumulantur auctoritates,
cum alijs iam ſupra citatis concurrunt etiam
12 aliæ duæ vrgentiſſimæ coniecturæ,† nempè,
quod conſtat D.Cardinalem debitorem pen-
ſionum Palatij fuiſſe valdè locupletem, & in-
genuum, qui pacta die promptè ſoluere con-
ſueuerat quod debebat,& hoc faciebat abſque
vllo eius incõmodo, quod pro prę́ſumptione
veræ, ac realis ſolutionis vti valdè conſidera-
bile ponderat *Pariſ.conſ.83.num.29.vol.1.* cum
alijs allegatis per *Surd. deciſ.105. ſub num.1.* &
13 vice verſa † DD.Hieronyma,& Magdalena
ſorores de Pallauicinis, ac earum mater, quæ
pro interuſurijs dotalibus, ac earum alimen-
tis exigebant penſiones dicti Palatij, non af-
14 fluebant valdè diuitijs, † cum maximè præ-
ſumendum ſit aliud eas non habuiſſe præter
dotem, quæ proprium illarum fuit patrimo-
nium. *l.ſi inſtituta,§. de inofficio, ff. de inofficioſ. te-*
ſtam.Afſl.deciſ.11.Biſegnett. deciſ.2. de iudic.cũ alijs
relatis per Rotam in Romana de Ceulis 3.Decembris
1584.coram ſan.mem.Clem.VIII.& deciſ.418.n.4.
15 *par.4.recent.tom.2.* Vnde† credendum non eſt,
quod circa exactionem, quæ illis competebat
per ſpatium quinquennij negligentes fuerint.
Surd.d.deciſ.105.num.2.& ſeq. Tãto magis,quia
vti fœminæ dici poterant auariſſimi ſexus,
iuxt.gloſſ.in l.Neſennius verb.è contrario, ff.de negoc.
geſt.l.ſed ſi ego,ff.ad Sen.conſ.Velleian.Alex.conſ.42.
num.2.ad fin.lib.1.latè Tiraquel.de leg.connub.leg.9.
num.4.& ſeqq.
16 Pro coniectura etiam valdè facit, † quod
apud eundem Cardinalem reperta fuerunt
mandata iudicialia, quæ ſingulis ſemeſtribus
obtinuerunt dd.ſorores, quorum virtute ſa-
tisfactionẽ reportarunt ab ipſo Cardinali me-
dietate ſolutione penſionum Palatij, & ſic il-
larum ſolutio magis comprobata remanet.
Nam mandata ſemper ſolent retineri à credi-
toribus donec ſequatur ſolutio, ac eorum ſa-
tisfactio, qua ſecuta, ſtatim debitori conſi-
gnantur, *iuxta doctr.Ruin.conſ.44. ſub num.3. lib.*
1.& conſ.73. ſub num.1.& ſequen.lib.4. Natt. con-
ſil.102.num.1.

Adducitur etiam ad coniecturandam ſolu-
17 tionem dicti temporis, † vt cum ex parte
Cardinalis fuerit de anno 1615.ſub diebus 17.
Februarij, & 11. Martij allegatum ſolutiones
fuiſſe ab ipſo factas pro præcedentibus annis
nulla alia fuerit contra eum proſequuta in-
ſtantia ab ipſis ſororibus, durante vita illius,
ſed ſolum poſt eius obitum, nempè de menſe
Aprilis 1624. quo tempore reaſſumpta fuit
cauſa. Vnde arguitur, quod ideò non ege-
runt, quia tunc temporis poterat probari ſa-
18 tisfactio, & ſic patefiebat earum † iniuſtitia,
præſumitur enim iudicium fugiens de ſua iu-
ſtitia diffidere. *cap.nullus de præſumpt.cum alijs al-*
leg.per Afſl.deciſ.12.vertitur dubium num. 21. vnde
arguitur,& ſequen.Rot. apud Fenzon. deciſ. 152. §.
quarta denique.
19 Remanet igitur † ex prædictis ſufficienter
probata ſatisfactio omnium partitarum de-
ſcriptarum in lib.D.Cardinalis,& extractarum
ex alijs libris publicis Mercatorũ Vrbis, *iuxta*
d.deciſ.Surd.105.num.9.& ſequen. Rot. deciſ. 650.
num.7.par.1.rec.& fuit reſolutum in Romana pecu-
niaria de Aſtallis 1.Februarij 1613.coram bon.mem.
Coccino.

Prædictæ ſummæ ſcutorum 21685. 62. ad-
denda ſunt alia ſcuta 2880.ſoluta Marchioniſ-
ſæ Montoriæ per banchum Coſtagutis, quæ
nec etiam controuertuntur ab informantibus
pro Alma Domo Lauretana hæredes dictæ
Marchioniſſæ, vnde tota difficultas reducitur
ad ſummam ſcutorum 4234. 38. cum omnes
penſiones debitæ à Cardinali per totum tem-
pus, quo inhabitauit palatium aſcendant ad
ſummam ſcut.28800.

Reſpectu igitur huius ſummæ à DD. de
Manfronis deductæ fuerunt tres partitæ, ex
quibus in totum eam extinctam remanere
præſupponunt; prima namque eſt ſcutorum
936.quę dicuntur ſoluta ab ipſo Cardinali Io.
Auguſtino Iuſtiniano pro rata penſionum ſu-
per eodem Palatio ad eum ſpectãtium ab an-
no 1606.vſque ad annum 1615.qui pariter il-
lud locauit de anno 1588.pro rata eius crediti
iuxta tenorẽ inſtrumenti relati in primo ſum.
eorundem DD.de Manfronis *num.14.* Secun-
da eſt ſcut.2285.prętenſorum ex cauſa impen-
ſarum, quæ factæ fuerunt pro reaptatione di-
cti Palatij. Tertia autem eſt ſcut.1080.quæ di-
cuntur excomputanda eo quia à locatrice
ſtabulum non fuit redactum ad formam veri
ſtabuli, itaut D. Cardinalis illo vti potuerit
iuxta tenorem pacti in inſtrumento locatio-
nis conuenti, quod datur in ſecundo ſumm.
DD.de Manfronis ſub *nu.7.* in quo legitur lo-
catricem conſenſum præſtitiſſe,vt defalcaren-
tur D.Card.conductore ſcut.30. quolibet an-
no à ſumma ſc. 800. quæ ſoluebantur pro in-
tegra penſione palatij donec conficeretur ſta-
bulum.

Quoad primam cenſuerunt DD. non eſſe
illam detrahendam ex debito cõductoris,nam
ex lectura ſententiæ,ac mandati de immitten-
do relaxati ad fauorẽ D.Marchioniſſæ, ac eius
auctorum ſub die 22.Auguſti 1614.pro tribus
partibus d.Palatij, vt in ſumm.Almæ Domus
Lauretanæ d.Marchioniſſæ hæredis *nu.4.& 5.*
colligitur totum Palatium in illis fuiſſe com-
præhenſum, & vlterius etiam penſiones om-
nes tam decurſas,& non ſolutas,quàm ſoluen-
das, quę propterea ex illo tempore factæ fue-
runt, verum creditorem eiuſdem Marchio-
niſſæ, & conſortum; eoque magis, quia idem
D.Cardinalis eas recognouit vti DD.iuxta te-
norem dicti mandati, vt legitur in eodẽ ſum.

Almæ Domus *d.num.* 5. ibi, *præsente d. Illustriss.*
20 *D.Card. Saulio, in quibus d. Palatijs;* † præsentia enim cum taciturnitate in iudicijs consensum inducit *secundum Grat.decis.* 54.*num.*6. *Rot. decis.* 61.*num* 8. *inter impress. apud Pic. ad Stat. Vrb. & coram Buratt. decis.* 566. *num.* 19. Et vlterius sub die 17. Februarij 1615. nomine ipsius Cardinalis oblata fuit eisdē mulieribus solutio cuiuscumque summæ ex ea causa debitæ, quatenus factis calculis, debitor appareret, vt legi-
21 tur in eodem summ. Almæ Domus *n.*6.† quæ quidem oblatio licet verbaliter facta multum attendi debet eò quia emanauit in iudicio. *Achill.decis.* 2.*sub num.*6.*de locat.& conduct.Rot.decis.*48 3.*num.*3.*par.*3.*rec.*

Et sic prorsus destruitur fundamentum obiectæ præscriptionis, vel præsumptæ solutionis deductum tam ex Statuto Vrbis cap. 159.lib.1. admittente præscriptionem decem annorum, quam ex apoca per Marchionem subscripta sub die 29. Ianuarij 1615. data in nouo Summ. DD. de Manfronis *nu.*9. nā quoad
22 Statutum, † illius dispositio non benè applicatur huic casui, in quo interuenit iuramentum, cum actus iurati sub illo non cōprehendantur, vt declarat *Grat.discept.for.cap.*460.*nu.*5. quam opinionem secuta fuit etiam *Rot. decis.* 199. *sub num.*1.*par.*4.*diu. vbi sub num.*2. assigna-
23 tur ratio, quæ est, † vt iuramentum nunquam cadat sub generali dispositione, nisi de illo fiat clara, & expressa mentio. Accedit etiam, quod d. statutum declarat, vt pensiones, canones, census peti possint solum pro decē annis proximis, & pro reliquis vltra decem annos satisfactio præsumi debeat, nisi de interpellatione iudiciali, aut præscriptionis interruptione legitimè doceatur; interpellatio autem hic satis clarè apparet, dum pensiones prædictæ decursæ à Marchione petitæ fuerunt sub die 1. Februarij 1615. vt legitur in Summ. Almæ Domus Lauretanæ *num.*6. & eo tempore dici minimè poterat lapsum decennium ab anno 1606. Vnde ex tunc, prout etiam ex dicta subsequenti oblatione facta nomine Cardinalis interrupta remansit quæcumquæ præscrip-
24 tio, † ad effectum enim interrumpendi statutariam præscriptionem sufficit quæcumque instantia, protestatio, atque etiam extraiudicialis interpellatio. *ad text.in l.cum notissimi, ibique gloss.in verb. solam conuentionem, C.de præscrip.* 30.*annorum, Bart.in l.*2. §. *si rem sub num.*2. *ff. pro emptore, Bou. de statutar. Vrb. præscript. gloss.*16. *num.*6.& *gloss.*21.*num.*1. & 16. *Buratt.decis.*8.*n.*1. & *decis.*451.*num.*3. *Rot.in recent.decis.*519. *nu.*16. *par.*4.*recent. tom.*3. *cum alijs relatis in annot. ad decis.*6. *sub num.*35.*par.*3.*recent.*

Quod autem ad apocam, nec ea obesse videtur, quia non fuit super hoc confecta, sed tantum pro cautione Cardinalis conductoris respectu pecuniarum per eum soluendarum ipsi Marchionissæ, ac consortibus in vim, atque executionem sententiæ, atq; mandati Rotalis, vt in ea legitur, ibi, *& hauendo poi le dette Signore Girolama, e Madalena Pallauicina ottenuta sentenza dalla Rota, &c.*

Nec obstat, vt dicatur Marchionissam fuisse in ea confessam, quòd à Cardinali conductore solutæ fuerint omnes pensiones per antea decursæ ad Ioannem Augustinum Iustinianum spectantes, quia de tali confessione in eadem apoca non apparet, sed solummodo enunciatur assertio ipsius Cardinalis, ibi, *e perche del fitto di detta casa per tutto il tempo decorso dice il Sig. Cardinale hauer pagato al detto Sig. Gio.*
25 *Agostino, ò a' suoi Procuratori,* † quæ enunciatiua non probat, cum emanauerit instante persona d. Cardinalis, qui interessatus erat, & ita asserebat *Aret.in cap.cum causa, num.*22. *de probat. Rot.*
26 *decis.*170.*num.*4.*vers.& emanauit par.*3. *rec.*† nec potest inferri ex subscriptione d. apocæ facta à Marchionissa, quod approbauerit omnia in illa contenta, itaut ea maiori non indigeat iustificatione, *iuxt.text.in l. emptor, §. Lutius, ff. de pact.l.sicut, §.non inducitur, ff.quib.mod.pign. vel hypoth. soluit, Dec.cons.*115.*col.penult.Gabr.conclus.*3.
27 *de præsumpt.* Nam † huiusmodi simplex subscriptio potest trahi tantum ad negocium, cuius ratione fuit inita apoca, non autem ad ea, quæ fuerunt incidenter enunciata in scriptura ad tradita *per Bart.in l.emptor, §.Lutius sub num.*3.*ff.de pact.Rot.Genuen.decis.*72.*numer.*9. *vers. subscriptio simplex;* vltra quod cum d. apoca sub-
28 scripta † contineat aliqua separabilia ad fauorem ipsius Marchionissæ subscribentis, & aliqua in eius odium, subscriptio generalis non nocet respectu præiudicialium, & tantum præiudicaret, quatenus contineret connexa, & indiuisibilia, quæ respicerent tam commodum, & vtilitatem subscribentis, quam illius incōmodum, atque præiudicium, vt optimè distinguendo explicat *Cast.cons.*216. *nu.*3.*vers.ipse tamen Bartolus loquitur eo casu.*

Addi etiam potest, quod agitur de apocha,
29 atq; illius subscriptione facta a muliere, † quæ propterea non est attendenda tamquam facta sine solemnitatibus requisitis per Statut. Vrbis cap.151. *Rot.decis.*98.*num.*29. *par.*6. *rec. Buratt.decis.*274.*num.*11. quæ loquitur in terminis confessionis factæ à muliere, & tantò minus considerabilis est, quantò non est adminiculata alijs scripturis, & instrumentis, quo casu fortasse, etiam sine solemnibus, præiudicare posse secundum *Acchill.decis.*1.*de confess.Seraph. decis.*1134.*num.*3.& 1443.*num.*1.
30 Er quod † in d. apocha non fuerit firmata integra solutio optimè conijcitur etiam ex eo quod paucis elapsis diebus ab illius confectione fuit vocatus in iudicium D. Cardinalis cōductor pro solutione pensionum iam decursarum, vnde fuit facta oblatio iudicialis eius nomine, quæ demonstrant, quam solutionem contineri voluerint partes in dicta antecedenti apocha, *iuxt.tex.in l.quædam sunt, ff.de reb. dub. Ias.in l.*1. *sub num.*10. *vers.intellige tamen, C. qui testam. fac.poss.Mant.de tacit.lib.*6.*tit.*11.*numer.*32. qui dicit ex eo, quod postea agitur optimè declarari, quid retrò fuerit factum.
31 Expensæ † prætensæ à DD. de Manfronis pro reaptatione domus, certum est, quod deducendę sunt ab eis ex illius pensionibus, *iuxta*
32 *decis.Seraphin.* 952. *num.*5. sed cum † habenda sit ratio illarum tantum, quæ fuerunt merè necess-

necessariæ, prout est de stylo, & consuetudine Vrbis, ac continet expresse pactum factum super illarum retentione in instrumento locationis relatum in d.Sum. nouo DD. de Man-
33 fronis *sub num.* 4. † à quo recedi non potuit *l.iurisgentium,§.prætor ait, ff.de pact. Surd. dec.*182. *num.*2.*decis.*248.*num.*1.*& decis.* 260. *num.*12. *Rot. decis.*250.*num.*9.*par.*6.*recent.* vtique cum fuerint benè ponderatæ à DD.dictę expensæ, quarum nonnullæ repertæ fuerunt bis descriptæ in computis datis, ac aliæ non fuerunt factæ pro reparationibus necessarijs ad vsum, atque habitationem Palatij, sed in alias causas, atque pro commodo, ac seruitio q.D.Antonij Mãfroni, vt benè colligitur ex Summ. Almæ Domus *sub num.*10. & 11. ideò illarum summa redacta fuit ad scut.1905. 70.

Remanet nunc tertia partita scut.1080. prętensa ob non factam reaptationem stabuli. Et hanc ad creditum dd.de Manfronis ex integro ponendam esse dixerunt Domini. Quia licet testes examinati ad instantiam Marchionissæ Montorio Auctricis Almæ Domus Lauretanæ conentur probare, huiusmodi stabulum fuisse reaptatum de anno 1596. itaut illo ad vsum stabuli perfrui potuerit conductor, imo quod illo ad talem formam redacto vsus fuerit, & vlterius dicatur etiam reaptationem illius remanere probatam ex computis, & receptis datis in Summ. Almæ Domus *num.*9. ex quibus constat soluta fuisse Io: Baptistæ Gessio Cementario *scuta* 22. Existimatum tamen fuit, dd. Testes non concludere talem reaptationem fuisse peractam ad formam in instrumento conuentam, sed potius contrarium deponere, dum testantur stabulum potius inseruijsse pro remissa curruum, atque bigarum, & quamuis dicant in eo etiam fuisse aliquando appositos æquos, tamen declarant de equis forensibus, ac pauci valoris, ac alijs animalibus, & hoc factum fuisse in casu
34 necessitatis tantum; † Vnde bene colligitur, quod illud inseruire non potuit stabulo ad vsũ equorum nobilium Cardinalis, & sic locatrix cum teneretur ad totalem reaptationem stabuli non satisfecit si in aliqua parte illud tantummodo restaurauit, cum in totum adimplere deberet, & sufficit eam in Modico defecisse, vt hæredes Cardinalis bonum ius fouere dicantur circa excomputationẽ dd. scut. 30. annuorũ *Caroc. de locat.par.*4.*tit. de euict.numer.*34.*Bero.cons.*15.*num.* 14.*lib.* 3. ponderando
35 verbum, † omnia, appositum *in text.in l.quæro §. inter locat. ff. de location.* quod nihil excludit, & sic etiam minimum *Rolan. consil.*69.*num.*41. *lib.* 4.

Dicta autem scut. 22. impensa pro reaptatione eiusdem stabuli nec releuant, quia apparet ea fuisse soluta tantum Cementario pro quibusdam laborerijs ab ipso factis, quæ non sufficiebant pro reducendo loco ad vsum veri stabuli æquorum, cum illud requireret ex-
36 pensam, valdè maiorem, vt patet, † ex quo ratione istius reductionis, pensio erat augenda ad alia scut. 30. & sic expensa proportionata augumento saltem esse debeat scu.600.calculando ad rationem quinque pro quolibet centenario, iuxta dispositionem *Authen.perpe-*
37 *tua. C. de sacros. Eccles.* ex qualitate enim, † & quantitate pretij optimè dignoscitur, quid contrahentes senserint, & quid in contractu comprehendere voluerint, *Crauett. consil.* 234. *num.*3.*vers.*4.*an aliquid dicatur. Rol. cons.*82.*nu.*52. *lib.*2.*Surd.cons.*13.*num.*37.*Menoch.cons.*395.*nu.*15. *& seq.Rot.coram Buratto decis.*697.*nu.*5. *& fuit resolutum in Romana domus* 8. *Martij* 1646. *coram R.P.D.meo Otthobono.*
38 Sed circa † hoc remouet quamcumque difficultatem obseruantia subsequuta, dum locatrix recepit semper suas pensiones cum diminutione dd. scut. 30. debitorum pro stabulo, absque vlla replicatione, & controuersia, si enim ea existimasset reaptationem fuisse sufficientem, & iuxta modum conuentum, certè non permisisset per Cardinalem retineri in subsequentibus annis prædictam summam scut.30. ex traditis *per Bertazzol. consil. criminal.* 522.*num.*1.*Becc.cons.*202.*num.*11.*in fin.Ciriac.controu.*62.*num.* 29.
39 Minusque obstare, † quod in receputis factis adsit clausula *sine præindicio, omnium, & quorumcumque iurium suorum*, quæ inducit conditionem, & præseruationem cuiuscumque iuris, quod ei competebat, itaut nullum præiudicium illi inferri potuerit, *ad text.in l.testamento centurio,* §.1. *ff.de manumiss. test. Put. decis.*32.*lib.*2.*Rota in vna Pampilonen. Sepulturæ* 15. *Decembris* 1604. *coram Sanctissimo D.N. & decis.* 728.*num.*21.*part.*4.*recent. tom.*3. quia huiusmo-
40 di iurium præseruatio † non respicit prætensionem retentionis scutorum 30.sed fuit facta ex diuersa causa, vt legitur in vltima decisione in hac causa emanata *sub §.& tanto magis.* Vn-
41 de † ex diuersis non potest fieri aliqua illatio, *l. fin. ff. de calumniat. l.neque natales, C. de probat. Rot.in recent.decis.*427.*num.*3. *par.*2. *& decis.* 557. *num.*6.*ac decis.*722. *num.*13. *par.*4. *tom.*3. *cum alijs vulgar.*

Et ita fuit resolutum vtraque parte informante, &c.

REVERENDISS. P. D. CERRO Sacræ Rotæ DECANO.

Luceorieñ attentatorum.

Veneris 26. *Iunij* 1648.

ARGVMENTVM.

Inhibitio an causet attentata, quamuis in actis Notarij causæ non fuerit legitimo tempore reproducta, eruditissimè resoluitur. Iudex à quo an licitè possit suam sententiam executione demandare, quando appellatio in curia reperitur commissa, licèt postmodum fuerit effecta deserta, clarè demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio, siuè iusta, siuè iniusta semper causat attentata.*

Amplia

2 *Amplia etiamsi non fuerit actualiter Iudici præsentata, quia sufficit intimatam fuisse parti colligitanti.*

3 *Inhibitio causat attentata, quamuis non fuerit reproducta, si Procurator Aduersarius protestatus fuerit nihil fieri nisi ipso citato in quolibet actu.*

4 *Litispendentia regulariter non inducitur, nisi citatio seù monitorium infra annum, uel biennium reproducatur.*

5 *Attentata ob spretum litis pendentiæ non inducuntur, nisi citatio, seù monitorium intra legitima tempora fuerint reproducta.*

6 *Attentata in spretum inhibitionis, ut commissa dicantur, non requiritur reproductio inhibitionis, sed solum attenditur personalis præsentatio illius.*

7 *Attentata quamuis non essent reuocanda ad instantiã partis ob non reproductionem monitorij ueniunt tamen reuocanda officio Iudicis ob spretum eius Iudicis ob spretum eius Iurisdictionis.*

8 *Appellatio efficitur deserta lapsis fatalibus, & causa ad primum Iudicem redit.*

9 *Index à quo licitè potest suam sententiam executioni demandare, quando causa fuit effecta deserta.*

10 *Intellige sequta prius desertionis declaratione per Iudicem ad quem.*

11 *Iudex appellationis, ipse solus potest cognoscre de desertione causæ, quando desertio non est clara sed dubia.*

12 *Appellatio commissa in Curia aufert à Iudice, à quo omnem facultatem se amplius intromittendi in huiusmodi causâ.*

13 *Causa effecta curialis à Curia extrahi, & ad partes reuerti non potest absque rescripto Pontificis, quacumque desertione non obstante.*

14 *Appellatio in Curia commissa, licèt fuisset effecta deserta, an tamen sententia sit exequenda, in Curia agnosci debet.*

DECISIO CCXXVI.

ORDINARIVS Luccorieñ anno 1642. 27. Augusti per diffinitiuam sententiam pronunciauit bona, de quibus agitur spectare ad Præpositum Kodieñ eius *Sum.num.* 1. A qua cum appellassent infra legitima tempora fratres S. Augustini loci Bestreñ, & causam eorum appellationis committi curassent in Rota sub die 5. Decembris eiusdem anni, expedita subindè solita citatione cum inhibitione, eam personaliter præsentare fecerũt eidem Præposito die 16. Aprilis 1643. eorum *Sum.nu.*6. Verum quia ãno præterito idem Ordinarius Luccorieñ supponens elapsa fuisse fatalia ob non prosequutam vlterius appellationem, declarauit causam esse desertam, suamque sententiam transitum fecisse in rem iudicatam, & deindè illam executioni demandauit imponẽ-
1 do fratribus perpetuum silentium;† Ideò proposito dubio resolutũ fuit, constare de attentatis, quæ veniunt reuocanda, cum hæc omnia gesta fuerint in spretum inhibitionis Rotalis antea personaliter præsentatæ, quæ siuè iusta, siue iniusta erat timenda, iuxta inueteratam sententiam huius Sacri Tribunalis millies in diuersis, ac pluribus causis quotidiè firmitam, & præcipuè alijs omissis *in Cæsaraugustana Distributionum, seu Attentatorum* 15. *Febr.* 1645. *& in Bononien. Attentatorum* 18. *Iunii* 1646. *coram*
2 *me.* † Idque etiamsi non fuerint actualitèr Iudici præsentata, quia ad effectum attentatorũ sufficit intimatum fuisse parti collitiganti, *vt declarauit Rota coram sanct. mem. Gregor. decis.*360. *num.*2. *in recent. decis.* 296. *num.* 7. *&* 8. *par.* 6. *& decis.*296. *num.*7. *&* 8. *par.*6. *& decis.*311. *numer.*2. *par.*8.

3 Non obstat, † quod in actis Notarij causæ tempore legitimo reproducta non fuerit.

Tum quia defectus reproductionis sanatus omninò fuit per comparitionem Procuratoris Præpositi, qui exhibito mandato Procuræ sub die 10. Iunij eiusdem anni 1643. protestatus fuit nihil fieri nisi ipso citato in quolibet actu, *vt in process. fol.*41. *&* 52. *à tergo* ex traditis ad propositum *per Vestr. in prax.lib.*4. *cap.* 4. *sub num.*2. *versic. altera vtilitas est, Modern. de Citation. tom.* 3. *cap.*16. *num.* 63. *in fin. vers. nisi tamen. Sanct. mem. Greg. decis.*27. *num.*3.

Tum etiam, quia reproductio foret necessaria, si prætenderetur reuocatio attẽtatorum
4 ob spretum litis pendentiæ, † quæ regulariter non inducitur, nisi citatio, seu monitorium reproducatur infra annum, vel biennium, cũ tunc remaneat circumductum, in quibus terminis loquũtur *Mandos. in reg. de Annal. quæst.*35. *per tot. Afflict. decis.*366. *num.* 14. *Grat. discept. for. cap.*715. *num.* 1. *cum seq. bon. mem. Buratt. dec.*652.
5 *num.*2. *cum cæteris ab altera parte allegatis*, † Minusuè attentata operetur, vt dixit *Rota in recent.*
6 *decis.*454. *num.*5. *par.*1. † Secus autem dum, prout hic dicta reuocatio petitur ob spretum Inhibitionis, hoc enim casu non requiritur illius reproductio, sed attenditur tantummodo personalis præsentatio, *vt perpetuò tenuit* Rota, quando sic gesta reuocauit per viam attentatorum, & signanter *in d. decis.*311. *numer.* 1. *par.*8. *recent. & in dictis Cæsaraugustana, & Bononien. supra*
7 *allegatis.* † Vltra quod vbi etiam præfata non essent reuocanda ad instantiam partis ob non factam reproductionẽ, essent tamen reuocanda officio Iudicis ob spretum Iurisdictionis Rotalis, cuius Maiestas læsa fuit, per ea, quæ in similibus terminis dicta fuerunt *in Messanen. Decanatus* 13. *Februar.* 1645. §. *Minus facit in fine, & in Colonien. Optionis* 3. *Iunii eiusdem Anni* §. *fin. coram R. P. D. meo Ghisilerio.*

8 Minus obstat, † quod lapsis fatalibus appellatio fuerit deserta, & causa ad primum Iudicem redierit *ex notat. in l. eos la prima C. de appell.*
9 Ideòquè licite ipse potuerit suam sententiam executioni demandare, *Lancell. de attent. appell. pend. ampl.*1. *num.*34. *cum pluribus seqq. Card. Put. decis.* 2. *de appell.*

10 Conclusio † enim non procedit simpliciter. sed sequuta priùs desertionis declaratione per Iudicem ad quem, *vt explicat Rebuff. ad Constit. Reg. tit. de euocat. artic.*1. *numer.* 97. *Cardin. Seraphin. decis.* 555. *numer.* 9. *Cardin. Caual. decis.* 333. *num.* 3. quæ præsertim requiritur vbi, prout hic, desertio non erat clara, sed admodum dubia ob impedimenta, aliasque rationes
11 deductas ab Informantibus pro fratribus. † Ex huius-

huiusmodi enim dubietate poterat de eadem desertione cognoscere solus Iudex appellationis, vt declarauit *Rota in Beneuentana Attentatorum 26. Iunii 1634. coram Eminentissimo D. Cardin. Verospio in recent. d. decis. 296. num. 4. & 5. par. 7.*

12 Idque † sine difficultate cum agatur de appellatione commissa in Curia, per quam aufertur à Iudice à quo omnis facultas se amplius intromittendi in huiusmodi negotio *Rota decis. 10. nu. 2. & 3. vt lit pend. in nou.*
13 † Et causa efficitur Curialis, ita vt à Curia extrahi, & ad partes reuerti nequeat absque rescripto Pōtificis quacumque desertione non obstante, *Vestr. in prax. lib. 3. cap. 9. num. 12. Marches. de Commiss. par. 3. tit. de Comm. deuol. caus. ad Rom. Cur. cap. 1 §. 1. num. 17. & 18. fol. 364. Rot. dec. 17. de appell. in nou. Papaz. ad decis. 23. num. 5. de rescript. par. in nou. & dictum fuit in Toletana fructuum 16. Maii 1586. coram recol. mem. Cardinali Hieronymo Pamphilio*
14 *penes eumdem Marches. par. 2. fol. 80. num. 3.* † Et consequenter articulus executionis remanebat in Curia, licet appellatio fuisset deserta, vt optimè respondit *Rota in Toletana fructuum numer. 6.* Quod idem agnouit ipsemet præpositus, dum non obstante sententia Ordinarij super desertione cum subsequuta exequutione impetrauit commissionem exequutorialem mihi directam, quæ tamen non fuisset necessaria, si causa fuisset reuersa ad eundem Ordinarium.

Atq; ita conclusum fuit vtraque parte informante.

R. P. D. MELTIO,

Posteà Episcopo PAPIEN.

Ampurieñ, & Ciuitateñ Electionis Vicarij.

Veneris 26 Iunij 1647.

ARGVMENTVM

Declaratoria concedenda est ob non paritionem mandati de manutenendo, vbi seruatis solitis quatuor terminis non docetur de paritione: & quid si mandatum contineret factum, ad quod precisè deueniri non potuit, an relaxanda sit declaratoria ob non paritionem verbalem, eruditè resoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria concedenda est ob non paritionem post seruatos quatuor terminos ad docendum de paritione.*

2 *ad Declaratoriam de stylo Rotæ deuenitur vbi seruatis quatuor terminis non docetur de paritione.*

3 *Amplia etiāsi ageretur de mandato de manutenendo.*

4 *Declaratoria quando ageretur contrà Capitulum, & Canonicos, quommodo sit concedenda.*

5 *Declaratoria dari non potest cessantibus mora, & contumacia.*

6 *Declaratoria concedenda est ob non paritionem verbalem, licèt mandatum contineat factum, ad quod præcisè deueniri non potuit.*

7 *Declaratoria non denegatur, quando apparet de contumacia.*

8 *Declaratoria, vt concedatur sufficit quæcumque responsio denotans animum non parendi.*

9 *Declaratoria euitari non potest sub prætextu, quòd mandatum relaxatum sit iniustum.*

DECISIO CCXXVII.

CAPITVLVM Ampurieñ, & Ciuitateñ post obtentam manutentionem contrà Canonicos Ecclesiæ Collegiatæ Villæ de Tempio, sub die 19. Ianuarij 1646. coram me in deputatione Vicarij Capitularis, Sede Episcopali vacante, mandatum expediuit, illudque præsentari curauit ipsis Canonicis sub die 20. Aprilis dicti anni 1646. dum insimul fuerunt conuocati, & congregati, *Summario Capituli Ampurien. num. 1.* quibus etiam dimissa fuit illius co-
1 pia. † Eo deinde in actis producto, & seruatis quatuor terminis seruari solitis ad doceñ ipsos paruisse, nec docto de aliqua paritione, fuit sub hac die dubitatum, an sit concedenda declaratoria, & per DD. affirmatiuè fuit responsum, ex quo Canonici dictæ Collegiatæ de Tempio non paruerunt, prout tenebantur mandato Rotali, *Rota decis. 503. numer. 4. part. 3.*
2 *recent.* † & quod notorius sit stylus Rotæ, vt seruatis quatuor terminis, & non docto de paritione ad declaratoriam deueniatur, declarat *Felin. in cap. ad probandum nu. 6. de re iudic. Cassad. decis. 6. num. 10. de caus. possess. & propriet. Mohed. decis. prima in princ. de sentent. excommun.*
3 quem † stylum, vt Rota seruet etiam in mandato de manutenendo, resolutum fuit in causa *Vincentina Prioratus 19. Martij 1610. coram Sanctiss. D. N. Britorien. Clericatus 26. Ianuarij 1598. coram Orano, Alerien. Beneficij 17. Ianuarij 1509. pariter coram Sanctiss. D. N. & in Cremonen. Pen-*
4 *sionis 28. Maij 1612. coram Vbaldo Seniore;* † Circa hoc tamen, cum hac distinctione procedendum esse censuerunt Domini, vt contra singulos Canonicos promulganda sit excommunicatio contra verò Capitulum relaxari debeat Interdictum, vt resolutum fuit in alia *Ampurien. seu Ciuitaten. Conuocationis ad Synodum inter easdem partes emanata 13. Februarij 1645. coram me.*

5 Non obstat vnicum fundamentum Collegiatæ, † scilicet, quod non sit locus declaratoriæ, quia non dum casus venit vacationis Sedis Episcopalis, nec Canonici actū aliquem vsque adhuc fecerunt, ex quo argui potest de eorum contemptu, & contumacia in non parendo prædicto mandato Rotali, & propterea cessantibus mora, & contumacia declaratoria dari nequeat. *Rota decis. 7. in fin. de sent. excomm. in nou. Bisign. decis. 2. num. 3. & 4. de lit. contest.*

6 Quia licet vsque adhuc † non accesserit casus Sedis vacantis, poterant tamen Canonici Collegiatæ aliquam oblationem verbalem facere de parendo, eueniente tali casu, quæ oblatio verbalis in isto casu sufficiens fuisset, cum mandatum contineat factum, ad quod præcisè pro nunc deueniri non potest, vt benè declarat *Rot. decis. 276. nu. 4. cum duob. seqq. par. 4. recent.* & quod requiratur paritio verbalis, *Rota decis. 303. num. 6. part. 6. recent. & decis. 90. nu. 5. part. 7.*

part.7. Seraph.decis.754. num.1.

7 Sed † quod magis vrgere videtur, dicti Canonici Collegiatæ de Tempio, ne dum aliquam verbalem oblationem facere noluerũt, sed petierunt, vt ipsis daretur copia dicti mandati de manutenendo, prout illis data fuit, & deindè institerunt pro noua audientia super decisione, cuius virtute Capitulo Ampurieñ, & Ciuitateñ datum fuit mandatum de manutenendo, quæ sanè Instantia magis in apertum deducit eorum contumaciam, propter quam, vt dixit declaratoria non denegatur, *cap. Venerabilis, §. porrò de sent. excom. in 6. Serap. dec. 551.*
8 *numer. 4.* † & ad istum effectum, vt sufficiat quęcumque responsio denotans animum non parendi, declarat *Abb. in cap. reprahensibilis nu. 1. de appellat. & cap. 1. nu. 1. de Iud. Mil. in suo repert. in verb. excommunicatus iustè, Rota decis. 407. nu. 7. par. 4. tom. 2. decis. 596. nu. 2. §. quia in negotio par. 2. decis. 254. num. 8. part. 6. recent.* & fuit resolutum in *Calaguritana Pensionis 4. Decembris 1634. coram Manzanedo, quæ est decis. 193. inter impress. post modern. de manut. num. 7. Buratt. decis. 825. numer. 2. vers. & ex responsione, Bononien. Abbatiæ 10. Nouembris 1645. §. præsertim circa medium coram Reu. P. D. Arguelles.*

Cessat pariter obiectum factum per Canonicos eiusdem Collegiatæ de Tempio, scilicet quod mandatum manutentionis concessum Capitulo Ampurieñ sit iniustum. Eo quia talis manutentio ipsis debeatur, ad quem effectum propterea petierunt nouam audientiam, quia talis prætextus sufficiens non est ad euitandam paritionem, nam alias hoc esset dare modum, & apperiri viam contendendi, atque eludendi mandata Rotalia, iam relaxata, *vt Rota iam firmauit in Toletana augumenti seruitij 27. Iunij 1640. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Barchinonen. Decimarum 27. Iunij 1646. coram R. P. D. meo Peutingerio.*

Et ita Capitulo Ampurieñ, & Ciuitateñ tantum informantem fuit resolutum, &c.

R. P. D. GHISILERIO,

Posteà Episcopo IMOLEN.

Romana Successionis de Comitibus.

Veneris 16. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

De Transactione facta super fideicõmisso quando successoribus præiudicet in hac decisione tractatur, ac etiam quod transactio facta ad euitandas lites extinctionem omniũ, & quarumcumque litium comprehendat itaut non sufficiat, quod vnam tantum extinxerit, & terminauerit.

SVMMARIVM.

1 *Transactio facta ad euitandas lites dicitur facta ad euitaadas omnes, & quascumque lites, non autem vnam in particulari casu.*
2 *Instantiæ factæ pro consecutione bonorum hæreditario nomine supponunt fideicommissum fuisse expiratũ.*
3 *Immissionem petens* vig. l. fin. *præceteris probare debet bona fuisse in bonis Testatoris.*
4 *Expressio facta cum dictione*, tàm, & quàm, *denotant illam principaliter fuisse factam.*
5 *Dictiones*, tàm, & quàm, *cuius sint naturæ. & num. 4.*
6 *Tituli hæreditarij expressio necessaria in iudicio*, l. final.
7 *Immissio* vig. l. final. *datur hæredi grauato ne dum in bonis fideicommissarij.*
8 *Immissio*, vig. l. final. *non datur hæredi sine possessione defuncti.*
9 *Natus, vel conceptus ex damnato coitu, & de iure punibili, nullam habet successionem neque actiuam, neque passiuam.*
10 *Suspensio de sui natura non excludit, nec extinguit, sed supponit existentiam eius quod ad tempus suspenditur. & num. seq.*
11 *Suspensio impedit actum exercitij non tamen eradicat substantiam. & sup. num. 10.*
12 *Successor fideicommissi ex propria persona non tenetur ad debita prædecessoris.*
13 *Facultas alienandi in transactione concessa non compatitur cum iure fideicommissi, sed illius renunciationem importat.*
14 *Clausula sublata, & decretum irritans non operantur nisi certum sit dispositionem intrare.*
15 *Transactio facta super fideicommisso quãdo successoribus præiudicet. & num. seqq.*
16 *Transactio facta bona fide successoribus præiudicat. & supra, num. 15.*

DECISIO CCXXVIII.

IN decisione in hac causa facta 26. Iunij 1647. duo fuerunt firmata. Primum concordiam initam de anno 1572. 23. Aprilis inter Ioannem, & Balthassarem de Comitibus, & Hieronymum, & Federicum pariter de Comitibus obstare Annæ Mariæ, & Lucretiæ Sororibus filiabus, & hæredibus Ducis Camilli, quoad Castrum Gurgæ; Secundum eandem concordiam non obstare quoad Rubra 300. Terreni existentia in Territorio Turriculæ, tanquam non comprehensa in dicta concordia, addito vlteriùs non esse comprehensa in donatione Leonis X. Reproposita causa super eisdem confirmata fuit decisio in ea parte, in qua fuit firmatum, cõcordiam obstare quoad Castrum Gurgæ, non autem quoad dicta rubra 360. existentia in Territorio Turriculæ, relicta in suspenso ea parte, in qua fuit firmatum, non esse comprehensa in donatione Leonis X. cum respiciat inspectionem in decisione reseruatam; An scilicet super eis sit danda immissio vigore dictæ donationis Leonis.

Nam non subsistit principale fundamentum Annæ Mariæ, & Lucretiæ contrà decisionem, quod fuerit inter Actores tàm suos, quàm germanæ Sororis Balthassaris Iunioris de Comitibus, & commitissæ Corneliæ Auiæ paternæ eiusdem Balthassaris transactum super sola controuersia, quæ circa prælationem inter legitimos, & illegitimos vertebatur occasione fideicommissi Leonis X. & non super iure fideicõmissi conditionalis de futuro purificandi, & illius expiratione per obitum Hercu-

Herculis. Quia ex quo legitimi non prætendebant excludere illegitimos ex eo solum, quod essent ante illos vocati, sed ex eo, quod illegitimi nullatenus essent vocati, tanquam non essent Agnati; Illegitimi verò prætendebant excludere legitimos ex eo, quod non essent de eadem domo Cardinalis Francisci de Comitibus, prout Leo disposuerat, sed extranei in donatione non comprehensi, vt clarè deducitur ex actibus, & decisionibus inter eos emanatis, licet lites, & controuersiæ subortæ inter dictos legitimos, & illegitimos, & disputatæ coram Cotta, Sarmiento, & Lancellotto prima facie percuterent articulum vocationis, & prælationis; in effectu tamen continebant etiam expirationem fideicommissi: talis enim prætensio comprehendit etiam expirationem fideicommissi, quia si fuisset firmatũ, Iacobum Antonium patrem Herculis esse vocatum, vt prætendebatur; vtique fideicommissum expirasset per mortem Herculis sine descendentibus, quia vna sola linea erat vocata, & sic exclusio non erat futura temporalis, sed perpetuà; dum ergo transactum fuit super his prætensionibus, perperam dicitur fuisse transactum super sola prælatione, dum partes sese ad inuicem, & earum lineas non solùm temporaliter, sed perpetuò volebant excludere à fideicommisso.

Hoc idem fassi fuerunt ijdem transigentes in proœmio concordiæ, quæ legitur non ad vnicam causam, vel caput restricta, sed generalissimis verbis concepta sub expressione, quod plures inter transigentes ortæ fuerunt lites, & controuersiæ occasione donationis Leonis, diùque litigatum super bonis, & hæreditate huiusmodi cũ disputatione plurium dubiorum in Rota, ex quorum multiplicitate, & perplexitate Rota mandauit concordari. Quod pariter comprobat declaratio facta in ipsa dispositiua, quod scilicet transigentes volebant se ab vlterioribus litibus eximere,
1 & † sic non solum à lite super prælatione, sed etiam à lite super expiratione, ex adductis per *Rot. dec. 629. n. 2. in fin. par. 4. rec.* vbi quod transigens ad euitãdas lites presumitur voluisse tollere omnem occasionẽ litigãdi in quocumq; casu, non autem in vno tantum particulari.

Quod clarius conuincitur ex productione Testamenti Herculis ab Euandro, & eius filijs cum subsequuta Commissione impetrata hæreditario nomine Herculis; petitio enim
2 facta hæreditario nomine † supponit prætensionem expirari fideicommissi, sine qua non potuissent Euander, & filij aspirare ad bona donata medio Testamento Herculis, neque ex illo capite prætendere immissionem, si fuisset clarum adhuc perdurasse anterius fideicommissum in bonis prædictis, *Seraphin. decis. 83. numer. 1. Caual. decis. 485. num. 1.* cum ad effectum, vt possit obtineri, præcipuè requira-
3 tur, † vt bona super quibus petitur immissio, sint in bonis Testatoris, *Rota coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 321. num. 2. & decis. 358. numer. 2.* Ex resultatione facta à Rota anno 1564. An Ioannes Cæsar, ac Balthassar filij Euandri venirent, tanquam habentes causam ab Hercule, An verò ex propria persona, vndè cum hæc reseruatio contrà distinguat ius ex Testamento à iure ex propria persona, negari non potest; quin fuerit dubitatum de extinctione fideicommissi, cum aliàs non potuerit dubitari, an veniant ex persona Herculis, cum in Motu proprio Leonis, non sint vocati, nisi descendentes masculi proximioris agnati, neque Euander à præfato Hercule descenderet, ex sentẽtia Cottæ tribuente eisdem immissionem tàm vti filijs, & heredibus Euandri, quàm aliàs quomodocumque, & qualitercumque vigore donationis Leonis, & licet immissio non sit restricta ad titulum hæreditarium, quia tamen expressus fuit cum dictione, *tàm,*
4 *& quàm,* † censetur æquè principaliter in iudicium deductus, & approbatus, non secùs, ac titulus donationis, *l. sancimus, C. de testament. Grat. consil. 9. num. 99. Surd. cons. 317. num. 16.* ex
5 quo dictiones ille, *tàm, & quàm,* † diuisiuæ actũ tribuunt equaliter cuilibet enunciato, *Menoch. cons. 400. num. 9. Surd. cons. 317. num. 16.* & sic illis vti heredibus Herculis datur immissio omniũ bonorum, ac etiam nominibus proprijs vti vocatis propter illas dictiones, *quomodocumque, & qualitercumque,* vigore donationis Leonis, quæ sunt ampliatiuæ, & comprehendunt omnes alios casus, qui excogitari possunt.

Nec dicatur, expressionem tituli hæreditarij
6 fuisse necessariam pro obtinenda † immissione in remedio, *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen.* quod datur hæredi grauati, nedum in bonis
7 defuncti, † sed etiam in bonis fideicommissarij, *Rota coram Caual. decis. 518. num. 2. quia dictum remedium l. fin.* non poterat vllatenùs competere ex defectu possessionis Herculis, & suorum Authorum, sine qua non datur hoc re-
8 medium; † Obiectum autem potuisset procedere, quando Hercules obijsset in possessione bonorum, sed cum nunquam possedisset, nec potuisset possidere ob præcedentem auocationem factam à Clemente VII. immissionem poterat competere hæredi deficiente primò extremo necessariò in hoc iudicio adnotata ibidem communiter per *Doct. Reuerendiss. Argel. de acquir. possess. quæst. 10. num. 125.* neque poterat competere immissio Euandro vti hæredi Herculis hæredis Iacobi Antonij, quia non probatur assumptum, quod Iacobus Antonius fuerit heres ab intestato donatariorum, sed certum est, quod non fuit, nec esse poterat, cum dicti donatarij vti concepti ex dam-
9 nato † coitu punibili de iure non habebant successionem neque actiuam, neque passiuam, vt resoluit *Rota coram Cotta sub die 2. Iunij 1563.* neque dictus Iacobus Antonius vti legitimatus poterat esset hæres illorum, tum quia Stephanus sub die prima Iunij 1554. Guidobono, obtinuit declarari legitimationem Iacobi Antonij nullam, tum quia semper obstabat, quod ipsi donatarij non habebant successionem passiuam, quare expressio tituli hereditarij videtur facta ad seruanda iura cõsequendi bona donata ex dispositione Herculis tanquam per eius obitum sine filijs, & descen-

descendentibus liberata fuerint ab vlteriori fideicommisso, & remanserint sub eius libera dispositione.

Ea verò, quæ dicuntur de suspensione petitorij, de disputationibus habitis, ac de sententijs latis tantummodo in possessorio, non excludunt quæstionem expirationis fideicommissi, sed solum quod super eo non fuerit in petitorio agnitum, nec iudicatum, interim quod de possessorio dubitabatur, quinimò suspensio petitorij conuincit partes cogitasse de expiratione, quia suspensio sui natura non
10 excludit, † nec extinguit, sed supponit existentiam eius, quod ad tempus suspenditur, *cap.1. ibi, reuocare, & suspendere valeant de verb. signif. in 6.* Ideò suspendendo petitorium declaratur existentia cõtrouersiæ super eo, quod interim suspensione pendente dormit; suspen-
11 sio enim impedit actum exercitij, † sed nõn eradicat substantiam, vt aduertit *Flor. de S. Pet. in l. tradendis, §. interpositis, ff. commun. præd. Bald. in cap. ad hæc quoniam nu. 4. de appell. & in cap. cum inter ciues num. 1. de consuet.* dum ergo per concordiam omnes lites, & causæ fuerunt sopitæ, nondum transactum fuit super possessorio, quod actualiter agebatur, sed etiam super petitorio, quod interim fuerat suspensum.

Minùs facit, quod illegitimi coniunctim cum ipsis legitimis iudicialiter, & acerrimè defenderint adfuisse fideicommissum perpetuum contra extraneum ad illud aspirantem, & decisiones etiam fauorabiles reportauerint, cum hoc interesset tàm legitimis, quàm illegitimis, & se tueri aduersus extraneum prætendentem se vocatum. Quoad decisiones nũquam fuit decisum fideicommissum fuisse perpetuum successiuũ, tàm in linea legitimorum, quàm illegitimorũ, itaut vna succederet alteri, sed quod in vna tãtũ linea esset successiuũ, quod non repugnat extincta in Hercule linea Iacobi Antonij proximioris fuisse expiratã.

Cæterum, vt fuit dictum supra fuisse deductum in litem expirationem fideicommissi declaratur ex obseruantia subsequuta, cum descendentes Stephani Authoris supradictarum Annæ Mariæ, & Lucretiæ post factam transactionem emerint de anno 1583. à Ioanne Cæsare de Comitibus altero trãsigentium nonam partem sibi in transactione obuentam ad æstimationem Peritorum pro se hæredibus, & successoribus quibuscunq; Hieronymus verò transigẽtes imposuerũt de ãno 1586. cẽsũ super bonis prætẽso fideicõmisso subiectis cũ assertione, quod esset exẽpta ab omni fideicõmisso purificato, seu purificãdo, & successiuè sub eadẽ assertione libertatis bonorum fuerũt impositi alij census tùm à Ioanne, & Balthassare de Comitibus, tum ab Euandro; tum à Duce Camillo de Comitibus Patre supradictorum, & ipse Dux Camillus fructus census, vt supra impositi à Hieronymo, & Federico successiuè soluit, nec verè soluisset, nisi bona libera fuissent; quia alioquin ipse vti succedens in fidei-
12 commisso † ex propria persona non tenebatur ad debita prædecessorum, *vt per Fusar. de substit. quæst. 542. per tot.* neque contraria obseruantia probatur ex actibus recensitis in contrarium, videlicet ex derogatione fideicommissi petita per Ducem Camillum ex descriptione ab eodem facta de Castro Carpineti, & alijs tanquam de subiectis fideicommisso, vt ex illius enunciatiua facta in testamento, cum referri possint ad aliud fideicommissum super his bonis constitutũ à Federico de anno 1583. eodem modo, & ad instar fideicommissi antiqui Leonis X. sublati per transactionem; Põderando verba Testamenti, ibi: *Inter quos voluit seruari perpetuum fideicommissum eo modo, iure, & dispositione, quo, & quibus reperitur factum in statu de Comitibus, & non dicitur tunc extare, vt in decis. in §. non obstat.*

Neque ex resolutione coram Lancellotto cessat dicta dubietas, cum resolutio emanauerit reseruatis coniecturis, quæ vrgebant pro illegitimis, vt ex voto Seraphini, & ideo Rota mandauit partes concordari præscripto modo.

Demum tollitur omnis difficultas ex pactis & promissionibus appositis in concordia, ex quibus clarè dignoscitur, voluisse transigentes huic prætenso fideicommisso renunciare, dum portiones fuerunt assignatæ cuilibet ex transigentibus liberè etiam pro hæredibus, & sic absque onere fideicommissi, dum fuit data facultas transigentibus, eiusq; hæredibus alienandi, & ad libitum disponendi, & dum adest mutua promissio in perpetuum, & nullo vnquam tempore litem inferendi cum cæterata stipulatione pro hæredibus, & successoribus
13 quibuscumque, † quæ omnia non compatiũtur cum vinculo fideicommissi, sed per necessariũ antecedens supponunt illius renunciationem ex latè deductis *in Bononien. fideicommissi de Vizanis 15. Iunii 1643. & 15. Ianuarii 1644. coram R.P.D. meo Bichio relatis in decis. in hac causa facta §. neque censuerunt, &c.*

Nihil releuat Decretũ irritãs, & clausula sublata, quia cum fideicõmissũ post obitum donatariorum non esset clarum, sed admodum du-
14 bium, & controuersum inter partes, † vulgaris enim est responsio non operari, nisi sit certum, dispositionem intrare ad tradita per *Gonzal. super reg. 8. gloss. 31. num. 14. Rota in Legionen beneficii 4. Iulii 1640. coram me, in Gerunden. Cappellaniæ 27. Ianuarii, & 20. Martii 1645. coram R.P.D. meo Bichio*, vbi quod sufficit, negotium esse aliqualiter dubium, ad hoc, vt cesset virtus, & efficacia decreti irritantis; Quantum autem fuerit incerta dispositio Leonis, patet ex supra deductis, & ex eo, quod Rota nunquam decidit articulos vocationis ad fauorem huius, vel alterius lineæ.

Firmato, quod inter transigentes orta etiam fuisset contentio super expiratione fideicommissi, restringi non potest efficacia concordiæ ad solos hæredes transigentium, dum facta fuit bona fide, ad quam in-
15 ducendam sufficeret, † quod lis fuisset solum super fideicommisso purificato, & illius pertinentia, ad hoc vt data dubietate, & incertitudine opinionum, An fideicommissum sit apertum transigi potuerit super fideicommisso futuro, & conditionali in præiudicium succes-

cessorum etiam non hæredum *ex Peregr. Fusar. Mantic. & aliis alleg. in decis. in §. de potestate.* Nec substitutio quod existente solum lite super cõprehensione pertinentia, & prælatione inter vocatos, cesset bona fides transigentium in præiudicando vocatis quoad futurum fideicõmissum, qui ex tali remissione fideicommissi læderentur, cum remaneant exclusi à spe reuersionis finita linea aliorum. Quia supposita dubietate super comprehensione, & vocatione huius, vel illius ex comprehensis, sequi-
16 tur bona fides, & facultas remittendi etiam futurum fideicommissum in præiudicium vocatorũ sine spe reuersionis finita linea Acquisitoris, ita decidit *Cyriac. in controu. 3. nu. 30. 34. & seq. & melius controu. 4. sub num. 47. cũ seq.* nec cõtrarium dicit *Fusar. cons. 139. num. 5. Cephal. et alii per ipsum relati cons. 346. nu. 19.* cum loquantur in transactione facta de re, quæ non erat dubia, cum iam super ea sequutum esset iudicium, quod secus est in casu nostro, cum esset valdè dubium, an legitimi essent vocati sub appellatione proximiorum de eadem familia, cum neque essent proximiores, nec gestarent eadem insignia.

Et ita remanet exclusus defectus potestatis transigentium, cum sufficeret, quod esset res dubia solum respectu vocationis lineæ, Multò magis, dum etiam fuit dubitatum de extinctione fideicommissi, vt fuit comprobatum ex supra deductis. Data autem facultate transigendi propter dubium super comprehensione fideicõmissi futuri in præiudicium successorum sine spe dictæ reuersionis, finita linea Acquisitorum ex pluribus, de quibus supra elicitis ex tenore concordiæ, & alijs deductis in d. decisione in hac causa in *§. neque censuerũt, etc.* satis patet voluntatem transigentium fuisse remittedi futurum fideicommissum etiam in præiudicium vocatorum.

Ex quibus (auditis partibus, & causa pluries proposita) confirmata fuit decisio, quod concordia obstet supradictis Annæ Mariæ, & Lucretiæ sororibus quoad Castrum Gurgæ, suspensa pro nunc secunda parte, in qua fuit dictum, illam nõ obstare quoad Rubra 300. Terreni existentia in Territorio Turriculæ, de cuius veritate videbitur in disputatione reseruata in eadẽ decisione. An super eis sit danda immisio vigore dictę donationis Leonis X.

R. P. D. MELTIO.

Postea Episcopo PAPIEN.

Faneñ, seu Senogalieñ Bonorum.

Veneris 26. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Solam filiationis materiam præsens compræhendit decisio ad cuius probationem plurimum deferre dicitur nominationem vtriusque parentis iuncta præsertim institutione. Legitimitas quomodo dicatur probata in eadem decisione videbis.

SVMMARIVM.

1 *Filiatio, & descendentia plene probatur ex nominatione iuncta cum institutione.*
2 *Filiationis ad probationem multum confert dictum patris, & matris.*
3 *Filiatio, & descendentia probata remanet ex monumentis antiquis ac inscriptionibus factis in lapidibus.*
4 *Liber Baptisimatis iunctis adminiculis filiationem probat, & nu. 6.*
5 *Auctori approbato est credendum.*
Historici assertioni stare debemus nu. 5.
7 *Baptismus est actus spectans ad parentes.*
Professio fidei quæ fit in baptismo fit in fide parentum num. 7.
8 *Filiatio probatur ex libro memoriali à parente conscripto.*
9 *Descendentia, & filiatio ex pluribus simul iunctis optime probata remanet.*
10 *Probationes leuiores, imo etiam coniecturæ, & adminicula recipiuntur in antiquis.*
11 *Legitimitas probata remanet ex nominatione parentum iuncto institutionis vniuersalis actu.*
12 *Filius admissus vt emphiteuta ad solutiouem canonis Ecclesiastici ex hoc probatur legitimus.*
13 *Legitimitas probatur ex sola dignitate Episcopali.*
Dignitas Episcopalis requirit Episcopum esse de legitimo matrimonio natum num. 13.
14 *Testes plures examinati ad perpetuam rei memoriam tempore non suspecto probant descendentiam aut saltem faciunt adminiculum.*
15 *Testes examinati in alio iudicio faciunt adminiculum.*
16 *Testes ad perpetuam rei memoriam examinati vbi sunt mortui probant semi plene.*
17 *Legitimitas probata filiatione leuioribus probatur probationibus.*

DECISIO CCXXIX.

FVIT sub hac die in præsenti causa dubitatũ An constet de descendentia Reuerendiss. D. Alexandri Castracani Episcopi Faneñ à Iacobo Rodulfi de Castracanibus, qui fuit renouatus, & inuestitus vna cum Carolo, de Castro Leone vsque de anno 1463. 19. Augusti à bo. mem. Cardinali de Saxoferrato Abbate tunc temporis S. Laurentij in Campo, pro se, & suis, ac cuiuslibet ipsorum hæredibus, & successoribus, vsque in ipsorum Caroli, & Iacobi tertiam generationem cõpletam, & finitam ita quod præmorientis portio ad superuiuentes semper deueniat, vt ex Instrumento inuestituræ producto *summario Episcopi num. 1.* quæ renouatio fuit deinde ratificata per Abbatem Regularem eiusdem Abbatiæ de anno 1466. 12. Aprilis, vt ex instrumento ratificationis pariter exibito *dicto sum. nu. 2.* & affirmatiuè per Dominos fuit responsum.

Quod enim Iacobus ex se procreauerit Castruccium; colligitur ex testamento per ipsum condito de anno 1505. 17. Maij, in quo illum tanquam legitimum, & naturalem, cum cæteris eius filijs instituit hæredem vniuersalem *eodem summ. num. 3.* Nominatio enim iuncta cũ insti-

1 institutione, filiationi valde appropriata, † descendentiã ac filiationem plenè probat *arg. tex. in l. quidã cum filiũ, ff. de verb. oblig. Bald. in cap. ex transmissa num. 4. ibique Butr. nu. 10. de restit. spoliat. Felin. in cap. per tuas de probat. Mascard. de probat. conclus. 397. per tot. Peregr. de fideic. art. 43. num. 77. Surd. cons. 1. num. 50. Caphal. consil. 48. num. 18. lib. 1. Rot. decis. 349. nu. 5. & ibi Adden. num. 8. coram Papa Greg. XV. & in Placẽtina Capellaniæ 14. Martij 1614 corã Coccino, Romana de Bellonis 3. Februarij 1617. coram Vbaldo, Romana de Nocchiellis 17. Iunij 1622 coram eodem, Bononien. fideicommissi de Raimundinis 15. Februarij 1636. coram R.P.D. meo Ghisilerio, & in Bononien. de Tanis 17. Maij 1641. coram R.P.D. meo Bichio, Farfen. bonorum 9. Decembris 1644. corã R.P.D. meo Corrado.* Cui institutioni paternæ, accedit etiam institutio matris in testamento per eam condito de anno 1513. 27. Septembris in quo eundem Castruccium ex Iacobo Rodulfi eius viro, vt supra renouato, filium legitimum, & naturalem nominauit ibi num. 4.

2 Ad probationem enim filiationis † multum confert dictum patris, & matris *Anchar. consil. 225. columm. final. vers. accedit his, Surd. decis. 83. n. 7* idemq; firmat etiã *Alciat. Pereg. iur. lib. 1. cap. 12. circa finem, Thes. decis. 3. nu. 6. Rota in Romana filiationis 23. Iunij 1610. coram Manzanedo.*

Præterea huiusmodi filiatio probata etiam remanet ex duplici inscriptione in quodam Tumulo Sepulchrali incisa, & facta de anno de anno 1557. qui tumulus existit in Ecclesia Sancti Francisci Ciuitatis Fani ad Capellam, & Altare Sancti Thomæ, & est familiæ de Castracanis, quarum vna posita reperitur subtus frontispicium ornamenti marmorei, ibi: *Ex Legato Iacobi Castracani Lucensis, Catherina coniux pudicissima, Rodulphus, & Castruccius filij pientissimi, sacellum Sancti Thomæ dicatum facere.* Altera verò subtus depositum, ibi: *Castruccio Castracanio secundo Iacobi Castri Leonis Comitis filio, tum generis, tum suarum virtutum luce claro, caroque omnibus, Balionia Gentilis vxor, & filij dicto Summ. num. 4.*

3 Et † monumenta antiqua, ac inscriptiones factæ in lapidibus, ad istum effectum sufficiunt, *vt est tex. in l. monumentorum, C. de religios. & sump. funer. Abb. in cap. cum causam vers. dico ergo de probat. Bart. in l. 1. in fine de bon. poss. secund. tabul. Bald. cons. 310. an Patronatus num. 1. vers. in contrarium, vol. 5. Paris. cons. 149. num. 26. ibi,* vt indicant inscriptiones *lib. 1. Gratian. discept. for. cap. 893. n. 31. & 918. num. 8. Rota decis. 472. numer. 5. par. 1. recent. Comen. habitus 9. Iunij 1610. coram bon. mem. Pirouano in ordine post 2. volum. cons. Farinac. 290. num. 8.*

Et ex Castruccio ortum habuit Vincentius, vt probatur ex partita Sacri Fontis sub die 27.

4 Iulij 1533. ibidem num. 12. † quæ licet de per se non sufficiat, tamen probat iunctis adminiculis. *Rota in Romana hæreditatis 27. Aprilis 1610. coram eodem bon. me. Pirouano in ordine 285. num. 2. in fine, vers. quæ etsi pro dicta, post dictum volum. consil. Farinacc. & in recenti decis. 132. num. 2. ibi, quæ concurrentibus, &c. par. 1. Auximana sepulturæ 14. Martij 1646. coram Reuerendiss. meo Decano Pacific. de Saluian. decis. 184. num. 3.*

Adminicula hic non desunt. Primum enim desumitur ex publico instrumento celebrato de anno 1558. 9. Februarij, in quo idem Vincentius vna cum alijs eius Fratribus filijs dicti Castrucci soluit partem dotis D. Catherinæ eorum sorori, nuptæ Franciscæ Marcolino; prout etiam residuum omnes soluere promiserunt *dicto Sum. num. 5.* Item ex instrumento renouationis inuestituræ cuiusdã domus Emphiteuticæ Episcopatus Faneñ omnibus dictis fratribus factæ tanquam filijs, & hæredibus dicti Castruccij; Necnon ex alio instrumento quietantiæ annuorum censuũ decursorũ pro dicta domo, celebrato die 11. Nouemb. 1581. *Sum. num. 6. lit. C. & D.* & ex alio instrumento emptionis petij terræ, factæ à Vincentio pro se, & fratribus vti filijs Castrucci celebrato sub die 29. Decembris 1563. ibidem num. 7.

Corroborationem prædictã accipiũt ex Historia Aldi Manutij super actionibus di Castruccio Castracani de gli Antelminelli Signore di Lucca, con la genealogia della famiglia: in qua sub fol. 117. & 118. legitur descẽdentia ex Iacobo de dicto Castro renouato, tã Castruccij, quàm Vincentij, & filiorum, vsq; ad Alexãdrum modernum Episcopum Faneñ de cuius descendentia agitur *dicto Summ. num. 8.*

5 Cui authori vti approbato est credendum, † & illius assertio probat *iuxt. tex. in l. 1. ibi* à quibusdam scriptoribus conditum est *ff. de off. Præf. & in l. 1. circa medium ff. de off. quæst. Bald. in l. ex quodam colum. 4. in fin. C. de accusat. Vasqu. controu. lib. 2. cap. 84. num. 16. circa med. in verb. historia. Grat. discept. forens. cap. 892. num. 7. Rot. in Sabinen. Montis Rotundi 21. Iunij 1627. coram Coccino. Corduben. decimarum de Lucerna 5. Iulij 1638. coram Reuerendissimo D. Salamantino, Toletana decimarum de Capillo 4. Iulij 1640. coram Eminentiss. Card. Verospio, Posnonien. Abbatiæ 1. Iulii 1647. coram R.P.D. meo Celso:* necnon ex instrumento solutionis canonum factæ per Vincentium vti filium Castrucci, Abbatiæ Sancti Paterniani *Summ. numer. 14.*

Alexandrum verò modernum Episcopum Faneñ fuisse dicti Vincẽtij Filium, probat par-

6 tita libri Sacri Fontis Baptismatis, † quæ descripta apparet sub die 6. Iunij 1583. & quòd ista iuncto adminiculo plenam fidem faciat declarat *Caual. decis. 128. num. 2. Buratt. decis. 155. num. 7. & 709. num. 5. Rot. in recent. decis. 641. nu. 2. §. maximè, & decis. 409. num. 5. par. 5.* Baptismus

7 enim est actus, qui ad parentes spectat, † & professio illa fidei fit in fide ipsorum parentum. *cap. maiores de Baptism. cap. quæuis de consecrat. distinct. 4. Bero. cons. 162. num. 9. vers. quæ omnia vol. 2. Surd. cons. 1. nu. 45. vers. quia Baptismus Rot. decis. 409. num. 6. par. 5. recent. Buratt. dec. 155. num. 8.*

Pro adminiculo autem deseruit adnotatio per ipsum Vincentium facta in quodam eius libro memoriali, in quo sub die 3. eiusdem mensis Iunij, declarat natum illi fuisse Alexãdrum decimum eius filium *dicto Summ. num. 10.*

8 Licet ista de † per se sufficeret ad probationem huiusmodi filiationis *Bald. in l. neque natales num. 6. vers. vel aliquando ipsimet pater C. de probat. Salic. in l. etiam in princ. ff. eodem, Paris. conf. 10. nu. 54. vers. talis memoria par. 2. Bero. dicto consil. 162. eodem nu. 9.*

num. 9. vers. scripsit super libro suo. Surd. dicto consil. 1. num. 52. vers. vbi inquit, Caputaq. decis. 314. num. 3. par. 1. Caual. decis. 128. nu. 1. Item emptio locorum Mõtis Pij Recuperati facta per Vincentium pro Alexandro eius Filio, vt ex fide Secretarij eiusdem Montis. *Summ. num. 11.*

Ex quibus simul iunctis negari non potest,
9 quin optimè probata remaneat † descendentia & filiatio prædictorum omnium *iux. tex. in cap. per tuas de probat. cap. Michael de fil. Presbyt. Menoch. de arbitr. cas. 89. num. 66. Alex. cons. 88. num. 7. vol. 7. Surd. d. cons. 1. num. 53. Buratt. d. decis. 709. num. 9.* sed quia versamur etiam in re antiqua non tam exacta requiritur probatio, cum le-
10 uiores quoque probationes † adminicula, & coniecturæ vndique collectæ coniungi, & recipi soleant in similibus casibus, vt fuit dictum *in Regien. Cappellaniæ 22. Maij 1623. penes Buratt. decis. 709. per tot. Duran. decis. 438. num. 3. vers. quibus libris, & instrumentis, & in recent. decis. 511. num. 12. par. 5.*

Non obstat, quod dicatur non satis constare de prædictorũ legitimitate, quæ tamen necessario, & concludenter est probãda, dum renouatio inuestituræ concessa fuit dd. Iacobo Rodulfi, ac Carolo Iacobi, pro se, ac suis, ac cuiuslibet eorum hæredibus, & successoribus, filijs, & nepotibus masculis tantum, ex eis, vel eorum altero descendentibus legitimè, vsque in ipsorum tertiam generationem.

Obiectum enim huiusmodi destruitur, ex
11 quo legitimitas † Castrucci probatur non solum ex præfata concordi nominatione parentum facta in institutionis vniuersalis actu, valdè congruo filio legitimo, & naturali *secund. text. in cap. per tuas, ibique gloss. in verb. filium appellauit, &c. extr. qui filij sint legitimi. Rot. penes Cæsar de Crass. decis. 18. sub num. 3. & seqq. de probat. & in Veneta legitimit. 26. Aprilis 1602 coram clar. memor. Card. Hieronymo Pamphilio, & penes Cardin. Caual. decis. 46. num. 3. vers. & per talem nominationem, Buratt. dicta decis. 709. num. 1. vers. quæ deducebantur, & seqq.* Verum etiam ex eo quod ille admissus, & acceptatus fuit pro emphiteuta, & ab eo recepti fuerunt annui canones dictæ domus sub directo Ecclesiæ dominio, quæ Iacobo eius Patri antea conessa fuerat, vt apparet ex partita libri receptorum mensæ Episcopalis sub die 2. Martij 1513. *dicto Summ. num. 6. littera A. C. & B.* ac etiam soluit alios canones pro nonnullis bonis ad Abbatiam spectantibus quoad directum dominium, vt colligitur ex
12 quietantijs, de quibus *eodem Sum. 13.* † ad quos sanè actus admissus non fuisset Castruccius à Prælatis Ecclesiarum, si verè, & realitèr non fuisset legitimus, *Menoch. præsumpt. 54. numer. 38. lib. 6. Bero. cons. 19. nu. 7. lib. 2. Paris. consil. 10. lib. 2. Gozad. cons. 13. nu. 33. Caual. decis. 123. n. 3. vers. accedebant, & num. 4. Rota in valentina prætensæ illegitimitatis 16. Martij 1612. coram S. D. N. in ordine post 2. volum. cons. Farinacc. 354. num. 2. vers. Iustitia verò sententiæ Rotalis, Gregor. XV. decis. 247. numer. 17. vers. validissima etiam præsumptio, &c. & in recent. decis. 434. num. 7. vers. & præsertim par. 1. & decis. 511. num. 3. versic. & pro hac descendentia par. 5.*

Legitimitas quoque Vincentij eadem ratione probatur, nempe ex instrumentis renouationis inuestituræ prædictæ domus de directo dominio Episcopatus factæ sub die 30. Augusti 1571. nedum ad illius fauorem, verum etiã eius fratrum, & hæredum dicti Castruccij dicto *Summ. num. 6. lit. C.* prout ex publicis quietantijs receptorum canonum ratione eiusdem domus sub die 13. Nouembris 1581. ibidem *lit. D:* ac etiam dictorum aliorum bonorum ad Abbatiam S. Paterniani Faneñ in proprietate pertinentium, *Sum. num. 14.*

Quo autem ad legitimitatem Reuerendiss. Episcopi, illa cominus in dubium reuocanda venit, cum ad illius concludentem probatio-
13 nem sufficiat sola dignitas Episcopalis, † quæ requirit Episcopum de legitimo matrimonio esse natum, *ad tex. in cap. cum in cunctis de elect. & in cap. innotuit eod. tit.* & ita sancitum etiam habemus per *Sac. Trident. Synod. sess. 7. de reformat. cap. 1. Vgolin. de off. & potest. Episc. par. 1. cap. 1. §. 1. num. 5. vers. quare.*

Et tantò magis, quia cõstat ex fide Baptismi ipsum esse filium Vincentij, & Corneliæ eius vxoris; prout etiam constat alios maiores omnes habuisse vxores, videlicet Iacobum Catherinam, vt in Testamento Catherinæ, & Castruccium Gentilem Baleoniam, vt ex supradictis inscriptionibus sacelli familiæ.

Sed vlterius, adsunt etiã quinque testes examinati ad perpetuam rei memoriam tempore non suspecto, qui per singulos gradus descen-
14 dentiã probant, † & quod isti saltẽ adminiculum faciant declarat *Buratt. decis. 648. num. 6. & in recent. decis. 643. num. 5. par. 5. tom. 2. & dec. 294. num. 19. par. 7.* quod procederet, etiamsi fuis-
15 sent † examinati in alio iudicio. *l. ingenuum cum ibi notatis, ff. stat. homin. Alex. cons. 61. num. 9. lib. 2. Caual. decis. 575. num. 8.* & quia iam illi sũt
16 mortui, † t semiplenam faciant probationem *trad. Bart. in l. admonendi num. 45. & ibi latè Ias. numer. 98. ff. de iur. iur. Surd. decis. num. 22. Gregor. decis. 434. num. 5. et ibi Adden. num. 18.* Eoque magis cum agatur de materia antiqua, in qua
17 probata descendentia, & filiatione, † legitimitas non tam exactas probationes exposcit, sed etiam leuioribus iustificatur *iux. cons. Gemin. 27. num. 3. et seqq. Seraph. dec. 1099. num. 1. uers. ad quem effectum, etc. Greg. XV. decis. 247. num. 19. uersic ex quibus; et decis. 248. num. 2. uers. quæ quidem, et seqq. Rot. decis. 511. num. 12. vers. vnde prædicta, etc. par. 5. recent.*

Et ita vtraque parte fuit resolutum.

R. P. D. BICHIO.

Bononieñ. Manutentionis.

Veneris 26. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Possessionis commoditas, quæ est quid facti recipit contradistinctionem ab ipsa possessione, prout iuris est, ad interpretationem statuti, per quod licet ipsa possessio naturalis auferri non possit, potest tamen effectus ipsius possessionis

nis, qualis est manutentio, penitus euelli, & remoueri.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria denegatur propter releuantiam materiæ articulatæ.*
2 *Possessio capta contra formam statuti non est manutenibilis.*
3 *Manutentio venit sub commodo possessionis.*
4 *Manutentio dicitur prohibita, vbi est prohibita manutentio.*
Manutentio nihil aliud est, quàm retentio, & conseruatio possessionis. num. 4.
5 *Statutum efficere potest, quod possessio de facto capta, habeatur pro non capta.*
6 *Statutum priuare potest possessorem effectu iuris, qualis est manutentio.*
Manutentio dicitur effectus iuris. num. 6.
7 *Decretum irritans num tollat detentionem, & insistentiam facti.*
8 *Possessio postquam fuit, in esse producta ius quoddam esse dicitur.*
9 *Possessionis commoditas est à iure eiusdem possessionis contradistincta.*
10 *Legitima antequam detrahatur, detrahendum est æs alienum.*
Legitima non est quota hæreditatis, sed bonorum. num. 9.
Legitimæ quantitas dicitur illiquida quoties expectatur liquidatio æris alieni num. 10.

DECISIO CCXXX.

PETITA à Dominis de Herculanis filiis, & hæredibus Isottæ remissoria ad probandam anterioritatem possessionis captæ ab Isotta, an sit concedenda fuit hodie dubitatum, & negatiuè resolutum propter irreleuantiam ma-
1 teriæ articulatæ, † ne partes inutili dispendio, ac litis diuturnitate prægrauentur, iuxta regulam *tex. in l. ad probationem la prima, C. probat. Cassad. decis. 2. num. 1. de dilat. Caputaq. decis. 32. num. 5. par. 2. Rot. decis. 647. numer. 3. par. 3. diuers. & alias sæpissimè.*

Siquidem esto, quod possessio, quam Isotta tamquam hæres ab intestato non seruata forma Statuti Bononiensis lib. 2. tit. quod nullus occupet, cæpit esse anterior, non tamen manuteneri posset in concursu possessionis captæ à Domina Marchionissa Elephantutia de Spadis hærede testamentaria Claræ Margharitæ auiæ, ac Senatoris Federici Elephantucij aui, cum dictum Statutum contrauenientem formæ ibidem præscriptæ priuet omni iure, & commodo possessionis, ibi, *& si quis contrafecerit ipso iure, & facto cadat ab omni iure, & commodo ipsius possessionis*; & quando resistentia Sta-
2 tuti est vehemens, & clara † non sit manutenibilis possessio, nisi docto de legitimo titulo, *cap. cum persona, de priuil. in 6. Couarr. pract. quæst. lib. 3. quæst. 19. num. 11. Grat. discept. 870. numer. 15. & seqq. add. ad san. mem. Greg. XV. decis. 370. sub nu. 10. Rot. decis. 646. num. 9. apud Modern. de manut. & in Montis Casinen. parrochialis 17. Februarij prox. præt. coram me,* & in ipsissimis terminis fuit decisum *in Bononien. bonorum 3. Aprilis 1645. §. hic autem, & §. seq. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Eo magis, quia Statutũ nedum resistit præcipiendo, ne aliter capiatur possessio, sed vltro vtitur verbis exclusiuis manutentionis qualia sunt tum mox adducta eo quod vniuersaliter priuant possessorem omni possessio-
3 nis commodo, † cuius nomine venit etiam manutentio. *Grat. discept. 113. sub num. 30. vers. quia si non meretur, & discept. 384. num. 21. Rot. Maceraten. apud Thomat. decis. 41. num. 28. Rota nostra decis. 883. sub num. 1. vers. nisi enim, par. 4. diuers.* vt aduersantium turbationes remoueantur. *Couarr. pract. quæst. cap. 17. in princ. Contard. de momen. poss. in ratione deciden. nu. 7. Christoph. Paz de tenut. cap. 9. num. 1. Laderch. cons. 95. nnmer. 1. & 3. Peregr. cons. 84. sub num. 7. lib. 6. Rot. decis. 471. num. 5. apud moder. de manut.*

Tum verba præcedentia post initium Statuti posita, ibi, *nemini liceat, &c. bona sua authoritate, &c. occupare ingredi, vel inualidare, vel occupata, vel ingressa, seu inuasa retinere*; prohibita enim
4 retentione dicitur prohibita manutẽtio, † quæ nil aliud est, quàm retentio, & conseruatio possessionis in statu primæuo. *Surd. cons. 121. num. 25. Menoch. de retin. in prælud. n. 3. & 18. Barz. decis. 47. num. 2.* alijque relati *à Modern. de manut. obser. 2. sub num. 19.* & regulatur ad instar interdicti retinendæ, *Caputaq. decis. 200. par. 2. Rot. decis. 19. num. 9. apud Moder. de manuten.* nec dubitandum est quin Statuto tolli potuerit possessionis retentio, & commodum iuris communis beneficio competens possessori cum Statutũ
5 quoad effectum iuris efficere valeat, † quod possessio de facto capta habeatur pro non capta, *Bart. in l. 1. §. si vir in princ. ff. acq. poss. Dec. cons. 467. num. 18. Alex. cons. 83. num. 3. in fin. lib. 2.*

Hinc non obstat *decis. 201. Caputap. par. 2.* quia ibi non agebatur principaliter de manutenẽdo eum, qui contra formam Statuti possessionem ingressus fuerat; sed de excludẽdo à manutentione aduersarium, qui possessionem actualiter non apprehenderat, & in se translatam, seu continuatam prætendebat vigore huius Statuti; imò eadem decisio num. 3. admittit, quod Statutum priuat possessionem
6 effectus iuris, † qualis est manutentio, vt præter supra allegatos dixit *Rot. in Romana, seu Terracinen. affictus 27. Ianuarij 1627. coram bon. mem. Pirouano impress. apud moder. de manut. decis. 215. num. 18.* & quatenus adducendo simile decreti irritantis decisio *Caputaq.* subdit *num. 4.* quod statutum non tollit possessionem naturalem antea captam per alium, neque impedit quin capiens eam habeat, & retineat, intelligenda est in casu, quo dubium sit an intret statutum, prout in eodem casu decretum irritans manutentionem possessoris non impedit; vtique tamen impedit quando, vt in casu nostro euidens est locum esse statuto, vel decreto irritãti, quia etsi aliquando Rota dixerit per decretum irritans non tolli detentionem, & insi-
7 stentiã facti, † declarauit deinde hoc procedere, dònec dubitatur, an sit locus decreto, at si clarum sit contrarium sententiam amplexa fuit, quia esto quod decretum non tolla- insi-

stentiam facti, illam tamen priuat omni iuris effectu, itaut possessio habeatur pro vacua ad effectum manutentionis, sic distinguendo fuit decisum in supracitata *Romana, seu Terracinen. affictus impress. apud moder. de manut. decis. 15. nu. 18. & 19. in Brixien. optionis 15. Iunij 1620. coram Patriarcha Manzanedo in Vicen. cappellaniæ maioris 7. Nouembris 1629. coram bon. mem. Pirouano, in Legionen. Beneficij 4. Iulij 1640. coram R. P. D. meo Ghislerio, in Gerunden. cappellaniæ 27. Ianuarij 1645. coram me, in Mediolanen. Cimiliarcatus 15. Maij eiusdē anni coram R. P. D. meo Peutingero in decis. 40. nu. 8. penes Mant. decis. 51. num. 4. penes Coccin. decis. 48. num. 2. & seqq. par. 5. recent.* & tradit *Lotther. de re benef. lib. 2. quæst. 46. num. 64. & seq.*

Quod fortius militat in terminis nostri statuti prohibentis in verbis retentionem, & declarantis possessorem cadere ab omni iure, & commodo possessionis, ponderando præsertim, quod discretiuè loquendo de iure, & cōmodo possessionis videtur ne verba sint superflua appellatione iuris sensisse de possessione, prout habet iuris effectum, † & fomentū,
8 vtq; postquam fuit in esse producta ius quoddam esse dicit *Bart. in l. 1. num. 6. ff. acq. poss. Couar. in regula possessor in initio 2. par. num. 3. vers. ab ha Fontanell. decis. 324. num. 9.* commodi verò de
9 ipsa possessione vt facti est, † & à iure contradistincta, quod significari solet per verbum commodum, seu commoditas, vt notat *Imol. in l. vsufructu 58. num. 3. ff. sol. matr. Franc. Aret. in l. filius à patre sub num. 3. col. 5. post princ. vers. confirmatur, ff. liber. & posth. Gomes var. resol. tom. 2. cap. 15. sub num. 17. vers. 2. limita. Castell. de vsufruct. cap. 69. num. 7. Sanch. in præcep. decal. lib. 7. cap. 13. sub num. 17. Aym. cons. 222. num. 9. in fin.*

Tandem non obstat prætensa detractio legitimè, quia vt ponderat prima decisio huius causæ coram me edita 19. Iunij 1647. Statutū prohibet retentionem ex quouis quæsito colore, & antequam ad legitimæ detractionem
10 deueniatur, detrahedum est æs alienum † cum legitima non sit quota hæreditatis, sed bonorum, & illiquida dicatur eius quantita, donec expectatur liquidatio æris alieni, *Surd. plenè cons. 248. num. 17. Vincen. de Franch. decis. 127. num. 1 Mastrill. decis. 64. num. 7. Rot. in Ciuitatis castelli supplementi legitimæ 30. Aprilis 1632. coram bo. mem. Pirouano impress. apud Moder. Monacum Vallis Vmbrosæ post tract. de Iur. Abbatissar. decis. 10. nu. 2. & seq. & num. 7. & seq.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

REVERENDISS. P. D. CERRO.

Sacræ Rotæ DECANO.

Romana, seu Ianueñ. Locorum Montium.

Veneris 26. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Conditum in Ecclesia testamentum subiaceat ne statuto laicorum circa solemnitates illius. Clerici licèt possint in fauorabilibus vti statutis laicorum, in ijs tamen, quæ in eisdem statutis contra libertatem ecclesiasticam repeRiuntur, vti nullo modo possunt etiā volētes.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum conditum cum solis quinque testibus est nullum.*
2 *Teste vno deficiente in testamento corruit testamentū.*
3 *Immissio conceditur hæredi, qui exhibet testamentum non abolitum, neque in aliqua parte cancellatum.*
4 *Statutum potest minuere numerum testium in testamento requisitum.*
Statutum Ianuæ sub rubr. de testamentis solum numerum quinque testium, exposcit in illis. num. 4.
5 *Testamentum conditum in Ecclesia subiaceat ne statuto laicorum circa numerum testium. & nu. seqq.*
6 *Statutum requirens maiores solemnitates, quam requirantur de iure ciuili in testamentis dicitur odiosum.*
Statutum dicitur fauorabile si solemnitates iuris ciuilis in testamento diminuit. num. 6.
8 *Statutum contra libertatem ecclesiasticam est ipso iure nullum. & num. 16.*
9 *Statutum etiam clericis, & Ecclesiæ fauorabile conditum à laicis est ipso iure nullum.*
10 *Statutum laicale vt nullius sit roboris, & momenti sufficit, quod etiam virtualitèr, & indirectè clericos tangat, & lædat.*
11 *Laici non possunt neque directè, neque indirectè de personis ecclesiasticis, eorumque bonis disponere.*
12 *Clerici vti possunt per modum priuilegij statutis laicorum in quantum faciunt pro se ipsis, & non acceptare, sed reijcere id, quod facit contra se.*
13 *Clericus vtens statutis laicorum cogitur eis vti cum omnibus suis qualitatibus.*
Limita vt num. seqq.
14 *Conditiones, & qualitates vti sunt diuersæ, & separatæ ex acceptatione vnius, non cogitur quis acceptare alias.*
17 *Clericus licèt acceptare possit statutum in fauorabilibus, quatenùs tamen facit contra se etiam volens acceptare non potest.*
18 *Clerici abstinere tenentur à negotijs laicorum.*
19 *Laici statuere nequeunt super re spirituali.*
20 *Dispositio concernens fauorem salutis æternæ, & animæ subleuamentum dicitur ad pias causas.*
21 *Dispositio ad pias causas substinetur cum solo numero duorum testium.*

DECISIO CCXXXI.

INter cętera bona hæreditaria q. Antoniæ Spinolæ reperta fuerunt quamplura loca Montium, hodie detenta per D. Franchum Spinolam illius fratrem, tamquam eius hæredem ab intestato: Ideo D. Ioannes Baptista de Franchis hæres scriptus in testamento, introducta causa coram me, petijt super immissionem, quam fore denegādam idem D. Franchus duplici medio tuebatur.

Et primo, quia Testamentum caret legitimo numero Testium tamquam conditum
1 cum solis quinque testibus, † licèt de iure septem omninò requirantur. § *final. instit. de te-*
2 *stam.* ita vt vno deficiente † testamentum corruat, *l. si vnus, C. eodem.*

Secun-

Secundo, quia ex statuto Ianuæ *in rubric. de testam. & vltim. volunt. lib.1. cap.12.* prohibetur subditis relinquere Sacerdotem, vel Clericum executorem testamentarium, vel fideicommissarium, sub pœna quoad hoc nullitatis testamenti, vnde cum Io. Baptista sit Clericus, testamētum quoad ipsum est nullius roboris.

His tamen non obstantibus resolutum fuit eidem dandam esse immissionem, quia non controuertitur loca Montium, de quibus agitur esse hæreditaria Antoniæ, & exhibetur te-
3 stamentum non abolitum, † neque cancellatum, nec in aliqua parte suspectum, *iuxta dispositionem l.final.C.de edict.Diu.Adr.toll.*

Primum autem obiectum visum fuit cessare, ex dispositione eiusdem Statuti sub eadē *rubrica de testam.& vlt.volunt.* qua cauetur testamentum, seu vltimam voluntatem probatam publico Instrumento, in quo descripti sint quinque Testes idonei firmam esse, & validā. Vnde dum in testamēto, de quo agitur quinque Testes fuerunt adhibiti, prout ibidem disponitur, vtique illius validitas, & subsistentia
4 impugnari non valet, † cum Statutum possit minuere numerum testium à iure requisitū: *ex theoric.Bart.in l.cunctos populos num.21. cū seqq. Cod.de Summ. Trinit. quem sequuti fuerunt Angel. cons.233.num.1.vers.& secundum formam, Vasquez de success.creat.lib.1.tit.de testam.poten.§.1.num.20.* firmans *in vers quid dicendum,* hanc sententiam veriorem esse, & sequendam, prout etiam alijs relatis comprobat *Crass.de success.§.testamētum,q.55.num.23.* & firmauit *Rota in Perusina releuationis testamenti 7.Maij 1632.coram bon.memor. Pirouano, quæ est decis. 126. num.17.& 18. part.7. recent.*

Nec obstat, quod cum fuerit conditum in Ecclesia Societatis IESVS à iurisdictione sta-
5 tuentium † exempta iuuari non possit huiusmodi statutaria dispositione, *vt dictum fuit in Viterbien.hæreditatis 4.Martij 1641.§.præterea, & 28.Martij 1642. §.placuit etiam coram R.P.D. meo Ghisilerio,& 1.Iunij 1643. §. ex altero etiam coram R.P.D.meo Verospio.*

Hoc enim procederet, si ageretur de statuto odioso requirente maiores solemnitates, quam requirantur de iure Ciuili, in quibus terminis loquuntur *omnes Auctoritates* in contrarium allegatæ, & ipsæmet decisiones *in di-*
6 *cta Viterbien.hæreditatis.* † Secus autem vbi agitur, prout hic, de statuto fauorabile, cum ex eo minuantur solennitates iuris, *vt post Bart. in d.l.cunctos populos num 23.& Bald. in l. si cum speciali sub num.5.C.de testam. respondit Rota in Senen.Spoliorum 5.Iunij 1595.coram recol.mem.Card. Hieronymo Pamphilio,§.non obstat;* Tunc enim si nullam mētionem faciat, vt in proposito de Ecclesijs, & Ecclesiasticis personis, ipsæmet Ecclesiæ, & ad eas recurrentes, siue in ipsarum claustris suas vltimas voluntates peragentes,
7 & etiam Clerici, † vti possunt, & iuuantur eius fauorabili dispositione per modum priuilegij, tamquam merè priuilegiatiua, *vt probat Abb. in cap.Ecclesia Sanctæ Mariæ num.37. ibique Felin. num.81.& Dec.num.276.de Constit. Bald.in cap.cū venisset num.6. vers. oppono, extra de eo qui mitt. in possess. Bursatt.cons.93.num.22.lib.1.Surd.cons.301. num.24.Carpan.in prælud.ad Stat.Mediol.num.612. Capr.conclus.15.num.32.& 33.Alderan.Mascard.de general.stat.interpetr.concl.1.num.192.cum seqq.Carol.de Grass.de effect.Cler. effect.2. num.43. Ciarliu. contr.for.cap.45.num.5.& 6.Sperel.decis.for.Eccles. 10.num.35.Rot.decis.438.num.7.& 50.par.8.recen. & in alijs relatis per Adden.ad sanct.memor.Gregor. decis. 279. num.24.* idemque admisit *in Senogallien. fructuum Census 10.Iunij 1644.§. denique non obstat,vers. & sic supradicta conclusio coram R.P.D. meo Ghisilerio.*

Corruit pariter secundum obiectum, quia cum Statutum in ea parte adimit Clericis facultatem, ipsis compotentem ex dispositione iuris tam ciuilis *in l.Deo nobis, §.hoc etiam cognitum,C.de Episc.& Cleric.* quàm Canonici *in cap. quia nos,& in cap.Ioannes, de testam.* & loquuntur verbis arctatiuis, præscriptiuis, & prohibitiuis directis in personas, expressam mētionem faciendo de Clericis, ibi, *Nullusque Testator possit constituere, vel ordinare aliquem Clericum conditionis præfatæ fideicommissarium, vel executorem te-*
8 *stamentarium, &c.* † Tamquam contra libertatem Ecclesiasticam est nullum ipso facto, & iure ex defectu potestatis Laycorum statuentium. vt de Statuto tollente Clericis, quod ipsis à iure conceditur decidit *text. in cap. eos de immun.Eccles.& in Auth.cassa, & irrita, vbi Bart. C.de sent.excomm.Felin.in d. cap. Ecclesia S. Mariæ num.61.de Const.Innoc.in cap.nouerit,de sent.excom. Alex.cons.210.numer.12.lib.2.Socc. Sen. cons. 241. num.3.lib.3. Riminal. sen. cons.483. num. 10. vers. fortificantur prædicta lib.3. Anchar.cons.61. num.2. vers. item si Statutum, Rimin. Iun.con.85. num.29. lib.1.Ruin.cons.23.numer.16.lib.2. Honded. cons.3. num.13.cum seqq.lib.1.Surd.cons.2.num.22.Carpan. vbi supra num.578.num.583.Marant. disp.8. nu.2. & 3.Mart.de iurisdict.part.4.cent.1. cas.5.num.43. cas.55.num.6.& 7.& cas.62.num.9.Carol. de Grass. d.effect.2.num.68.Bellett.disquis.Cler.tit.de exempt. Cler.à stat.sæcul. §.1.num.9.* De Statuto præceptiuo, arctatiuo, & prohibitiuo probant *Imol. in cap. constitutus num.7. de restit.in integr. Abb. in cap.à nobis num.1.& 4.cum seqq. de sent.excomm.& in d.cap.Ecclesia S.Mariæ num.4.Alex. d. cons.210. sub num.1.in fin.vers.siue statutum lib.2.Bursatt. d. cons.93.num.45.Honded.d.cons.3. num.23.lib.1.& cons.20.num.18.lib.2.Lap.allegat.101. nu.14. vers. quod aut sunt.Marant.d.disput.8. num.8. vsq; ad 12. Mart.d.cent.1.cas.21.num.11.& 12.Sperell.d.decis. 10. num.20.* Et denique de Statuto expressam
9 mentionem faciente de Clericis, † vel Ecclesijs quantumuis fauorabile, & priuilegiatiuo est *text. apertus in d.cap. Ecclesia S. Mariæ, vbi Abb. num.5.& 14.in fin. Fælin. num.76. aliyque Scribent. de constit.Bald.in d.l.cunctos populos num. 10. C. de Summ.Trinit.Bart.in l.fin.num.18.C.de Sacrosanct. Eccles.Butr.in cap.quod Clericus de for.compet. Surdus cons.301.num.13.& 14.Neuizan. cons.39. sub num.9.vers. sed respondetur,Menoch. de recuper. remed.14.num.56.Gail.pract.obseru. lib.2. obseru.32. num.2.cum alijs pluribus pleno calamo congestis per Carol.de Grass.d.effect.2.num.45. & 46.& 488. & 489.Bellett.d.tit.de exempt.Cler.à stat.sæcul.§.4.n.6 Sperell.d.decis.10.num.30.& 32.*

Idque etiam si dicta verba actiua, & prohibitiua non videantur directa in personas Clericorum, sed tantummodo Testatoris Laici; Quia præter quod satis dicitur contra libertatem Ecclesiasticam dum tollit Clericis beneficium ipsis de iure competens, vel dum de eis expressam mentionem facit, *ex iuribus allegatis*, sufficit quod virtualiter, & indirectè prohibendo exequutoriam in personas Cleri-
10 corum illos tangat, & lædat,† vt inde nullius sit roboris, & firmitatis, *iuxta distinctionem magistraliter traditam per Rimin. sen. d. cons. 483. nu. 10. vers. & bene facit lib. 3. Soccin. iun. cons. 1. num. 11. vers. quoniam licet lib. 2. quam egregiè expendit Marant. d. disput. 8. sub num. 44. vers. ad septimum respondeo, sequitur Mart. vbi supra d. cent. 1. d. cas. 62. num. 10. Carol. de Grass. d. effect. 2. num. 11. & melius omnium Castropal. oper. moral. par. 2. tit. de reuer. deb. Eccles. disput. vnic. punct. 8. num. 7.* Laici enim non possunt in specie statuere de personis Ecclesiasticis, neque de ipsorum bonis directè, aut
11 indirectè † cum illorum iurisdictioni non subsint, vt articulo maturè discusso responsum fuit *in Rauennaten. hæreditatis 5. huius coram R. P. D. meo Otthobono, & signanter in §. cuius verissima.*

Nec ex eo, quod Io. Baptista vtitur dispositione huius statuti in ea parte, qua mandat validum esse testamentum cum quinque Testibus, intrat obligatio illud acceptandi etiam in altera parte, qua disponit Clericos non posse constitui fideicommissarios, nec executores
12 Testamentarios. † Quia speciale est in Ecclesijs, & personis Ecclesiasticis posse vti per modum Priuilegij, Statutis, & Constitutionibus Laicorum, generalibus tamen, nullamque mentionem de ipsis facientibus, in quantum faciunt pro se ipsis, & concernunt eorum cōmodum, & fauorem, & non acceptare, sed reijcere in quantum faciunt contra ipsos, & sunt eis præiudiciales, vt notat *gloss. in cap. nouit, verb. quicumque, vers. quod Ecclesia de iudic. Abb. in d. cap. constit. num. 4. de integr. restit. & in cap. ex litteris num. 6. & 7. de vit. & honest. Cler. Soccin. Sen. consil. 71. num. 19. lib. 4. Affl. de iure prothom. §. 9. num. 17. P. Diana resol. moral. tract. 1. tit. de immun. Eccles. resol. 43. per tot. tom. 3. Mart. vbi supra d. cent. 1. cas. 5. numer. 44. & 45. Bellett. pariter vbi supra §. 2. num. 37.*

Minusue applicatur limitatio, quod Cleri-
13 cus volens vti huiusmodi Statutis † cogatur illis vti cum omnibus suis qualitatibus, clausulis, & conditionibus, *vt tradit Bald. in l. venditiones, num. 9. C. de contrahen. empt. & in l. omni nouatione sub num. 9. C. de Sacros. Eccles. cum alijs relatis per Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloss. 13. num. 6. & 7.*

Quia præterquod non procedit in qualita-
14 tibus, & conditionibus, diuersis,† & separatis, quarum vna non tendit ad limitandum, extēdendum, seu qualificandum alteram, vt doctè consulendo distinguit *Honded. cons. 78. num. 111. cum quatuor seqq. lib. 2.* Prout in effectu sunt in casu nostro, cum Paragraphus minuens numerum testiũm sit omninò diuersus, & separatus à Paragropho prohibente executoriam, tam respectu materiæ, quarum vna nihil habet commune cum altera, quam etiam respectu ordinis, & scripturæ, ex quo licèt vterque contineatur sub eadem rubrica; Paragraphi tamen sunt prorsus separati, & vnus valde distat ab alio cum intermedio aliorũ quatuor-
15 decim differentis materiæ: † Admitti potest in qualitatibus, conditionibus, seu clausulis validis, iustis, & subsistentibus, atque generaliter fauorabilibus tam Clericis, quàm Laicis pro communi omnium Ciuium vtilitate, in quibus terminis loquuntur *Bald. loco allegato, cæterique adducti per Tiraq. vt ipsemet se explicat sub d. num. 7. vers. neque enim hic diutius, idemque probat Seraph. de priuil. iuram. priuil. 77. numer. 26. vers. sed certè his non obstantibus.* Secus autem quando, prout hic, qualitas Statuti est nulla, iniusta, & odiosa, tendens expressè in damnũ,
16 & odium Clericorum. † Ista enim tamquam principaliter cōtra libertatem Ecclesiasticam, & expressam mentionem faciens de Clericis, habetur perinde, ac si facta, & apposita non fuisset, *vt ratiocinatur Socc. Sen. cons. 122. sub n. 6. vers. secunda quia prima pars lib. 1. Castropal. vbi supra par. 1. tit. de leg. in comm. & eius caus. tract. 3. disput. 1. punct. 24. §. 6. num. 1. Carol. de Grass. d. effect. 2 num. 28. vers. tunc enim;* Et consequenter acceptata parte valida, & fauorabili, tantum abest,
17 quod Clericus vti debeat † dicta parte nulla, & odiosa, quod immo etiam volens illa vti non potest, *vt concludit Sperell. decis. 11. num. 30.*

Et pro iustitia resolutionis duo alterius Domini ponderabant; Alterum, quod Statutum excludit tantummodo Clericos ab executoria firmo manente in reliquis Testamento, ideoque extendi non debet ad casum nostrum, quo Io. Baptista fuit hæres institutus, nec alias corruat etiam ipsum Testamentum contra mentem statuentium: Alterum quod ipsi statuentes intellexerunt de executore dando in prohanis, ne Clerici se immisceant in nego-
18 cijs Laicorum,† à quibus etiam de iure abstinere tenentur, *vt in cap. 1. & per tot. 88. distinct. & in cap. te quidem 11. q. 1.* Non autem de executore, prout hic, operis pijs, & relicto pro exoneranda conscientia defuncti, metiendo
19 voluntatem à potestate † cum Laici statuere nequeant super re spirituali, *cap. tua de ordin. cognat. cap. lator, qui fil. sint legit. Socc. Sen. cons. 35. num. 1. lib. 1. Carol. de Grass. alleg. effect. 2. num. 81.*

Cęterum dum Antonia Testatrix hęredem instituit Io. Baptistam sub fide, quod exoneraret conscientiã suam, vt legitur in ipsomet Testamento, ibi, *Et hà eletto la persona di d. Sig. Gio. Battista, perche è certa, che per l'attinenza del sangue, e grado, che hà di Sacerdote vserà ogni diligēza, acciò la coscienza di d. Testatrice, della quale è in questa parte intieramente informato, resti pienamente sodisfatta:* Censetur principaliter contemplasse fauorem salutis æternæ, & animæ sub-
20 leuamentum,† proindeque dispositio dicitur ad pias causas *ex theor. Bald. in auth. similiter, nu. 2. vers. & dicitur, C. ad falcid. Bart. in repetit. l. 1. nu. 33. C. de Sacros. Eccles. Florian. de S. Petr. in l. cum quidã, §. dies, num. 2. vers. dicitur autem, ff. de vsur. Ang. in l. precibus num. 5. vers. idem, C. de impub. & alys substit.* benè

benè Iaſ.conſ.110.num.7.lib.1.Crot.conſ.194.nu.4. lib.2.Io.Baptiſta de theor. in addit. ad Tiraquell. de priuil.piæ cauſ.in præfat. verſ. item relictum pro incertis cum ſeq.Rot. deciſ.245. num.29. par.7. recent.

21 Quæ ſubſtinetur † cum duobus ſolis Teſtibus *cap.relatum de teſtament.Rot.diuerſor. deciſ.74. num.12.cum ſeqq.par.2.*

Et ita concluſum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. PEVTINGERO.

Maceratẽ Saluiani.

Veneris 26. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Cenſus per minorem diſtractus potius retrouenditus, quam ceſſus præſumitur. Fideiuſſor, qui ſoluit cenſum licet acquirere poſſit ceſſionẽ à debitore, vbi tamen per viam extinctionis proceſſit, ſolam actionem negotiorum geſtorum reportat.

SVMMARIVM.

1 *Immiſſio in Saluiano non impeditur per exceptionem requirentem altiorem indaginem.*
2 *Cenſus retrouenditus cùm caſſatione, & annulatione instrumenti habetur ac ſi nunquam fuiſſet impoſitus.*
3 *Pupillus non poteſt alienare cenſum abſque ſolemnitate, & vtilitate.*
4 *Detretum iudicis præſumitur interpoſitum per viam retrouenditionis, non autem ceſſionis vbi agitur de cenſu ad pupillos ſpectante.*
5 *Retrouenditio cenſus in minore non requirit ſolemnitates.*
6 *Obſeruantia declarat dubietatem inſtrumenti.*
7 *Prius, & poſterius non dantur in vno eodemque inſtrumento.*
8 *Retrouenditio, non autem ceſſio intelligenda eſt ad euitandum contrarietatem.*
9 *Contrarietatem ad euitandam omnis interpretatio ſumenda eſt.*
10 *Caſſatio & annullatio inſtrumenti incompatibilis eſt cum ceſſione.*
11 *Sortis reſtitutio in cenſu promitti non poteſt.*
12 *Cenſu extincto ceſſat hypoteca.*
13 *Fideiuſſor cenſus ſi ſoluit acquirere poteſt ius obtinendi ceſſionem à cenſuario.*
Si tamen cenſum extinguit vtilem ſolam actionem negotiorum geſtorum habet ibidem, & ſupra ante num.11.
14 *Subhaſtatio dicitur nulla, & ſpoliatiua ſi parti fuit reintegratio conceſſa.*
15 *Moleſtiæ nullitates dicuntur intimatæ contra aſſertũ procuratorem d.d.c. & non expreſſa cauſa & lite.*
16 *Cenſus remanet firmus etiã facta ſubhaſtatione fundi, ſi ſubhaſtatio emanauit pro ſumma eiuſdem cenſus capace.*
17 *Hypoteca cenſetur remiſſa per conſenſum præſtitum venditioni.*
Conſenſus etiam ex ſolutione fructuum deducitur num.17. & 19.
18 *Solutio decennalis debet eſſe facta ſingulis annis, nec ſufficit, & quando num.ſeq.*
20 *Hypotecæ remiſſio non eſt donatio, & ideo non venit ſub ſtatuto de donatione loquente.*
Hypotecæ remiſſio non requirit inſinuationem iuxtà Conſtitutionem Marchiæ num.20.
21 *Hypoteca ſuper cenſu præſcribitur per decennium.*
22 *Præſcriptio decennalis ſufficit interpræſentes.*
inter Præſentes eſſe dicimur vbi quis degit in Ciuitate, alter in Terra Ciuitati ſubiecta num.22.
23 *Fundamentum ſuæ intentionis quilibet probare debet*
24 *Cenſum retinere, & fundum cenſuatum poſſidere ſunt inter ſe diuerſa.*
Cenſus differt à fundo cenſito num.24.

DECISIO CCXXXII.

NON acquieſcentibus informantibus pro Franciſca Cota, & Laurentio Guidono tribus deciſionibus in ſaluiano pro Ludouico Vliſſe coram me emanatis Cauſa hodie pro quarta vice propoſita DD. in ijſdem deciſionibus permanſerunt, quia cum non reuocentur in dubium extrema neceſſaria in hoc iudicio rectè fuit conceſſa Immiſſio Vliſſi per ſententiam A.C. ac poſtmodum per ſententiam Rotalem confirmata ex plenè adductis *in deciſione coram R. P. D. meo Otthobono 27. Iunij 1646. in princ.*

Neque denuò obſtare viſum fuit vnicum obiectum deductum ex prætenſa retentione reſpectu alterius cenſus per Pellicanum impoſiti ad fauorem illorum de Angelellis, à quibus Guidono ceſſum fuiſſe prætenditur ante factam ceſſionem cenſus, de quo agitur, per eumdem Pellicanum ad fauorem Vliſſis, quia licet ſufficeret huiuſmodi obiectum require-
1 re altiorem indaginem † ad hoc ne Immiſſionem impedire poſſet in iudicio ſaluiani, vt dixit *Rota coram Gregor.dcciſ.254.nu.4.deciſ.89.n.9. poſt Pacif.de ſalu. cum alijs adductis in fine primæ deciſionis coram me emanatæ*, adhuc tamen ceſſat difficultas ex eo quia Cenſus prædictus non fuit ceſſus vt prætenditur, ſed verè retrouenditus cum caſſatione, & annullatione Inſtrumenti, & quidem ampla & abſoluta adiecta
2 clauſula *Omni meliori modo*,† itaut habeatur acſi nunquam Inſtrumentum fuiſſet celebratum *Giurb.deciſ.24.num.10. Rot.deciſ.374.nu.17.& 18. par.5.recent.& deciſ.528.num.10. poſt Cenc.de Cenſib.* & fuit etiam dictum in hac cauſa *prima Iulij 1647. coram me.*

Idque apertè comprobatur regulando voluntatem a poteſtate; Pupilli enim non poterant alienare voluntariè Cenſum abſque Iudicis decreto, & Cauſa neceſſitatis vel euiden-
3 tis vtilitatis † cum hæc copulatiue requirantur *iux.tex. in l. magis puto §. non paſſim ff. de reb. eor.l.ob æs C. de præd.min. Rota deciſ.543.num.1.& ſeq.poſt Cenc. de Cenſib.* Et Iudex in decreto nullo vſus fuit verbo Ceſſionis, ſed ſemper loquutus fuit de retrouenditione; Vndè hinc reſultat, quod ipſe intellexerit ſuper retrouen-
4 tione, non autem ſuper ceſſione decretum interponere, vt firmatum fuit *in duabus deciſionibus relatis in prima deciſione in princ. coram me, &*

per

per Pic. ad stat. Vrb. glos. 7. num. 132. Causa verò suberat non pro cessione, quæ vti voluntaria 5 omninò requirebat solemnitates, † sed pro retrouenditione, quæ est necessaria, in quibus terminis illas non requiri, *firmat decis.* 526. *num.* 2. *coram Buratt.* per informantes pro Guidono alleg.

Vlterius hoc idem comprobatur ex diuturna obseruantia deducta ex eo quia non constat Guidonum vnquam exigisse fructus d. Census, licet è contrà constet ipsum soluisse fructus Census, de quo agitur, huiusmodi enim obseruantia benè deseruit ad declarãdam du- 6 bietatem Instrumenti, † quatenus aliqua adesset, vt retrouenditionem non cessionem Census demonstret *Rot. decis.* 69. *num.* 8. *par.* 4. *to.* 3 *recen.* & in hac materia *decis.* 268. *nu.* 4. *post Cenc. de Cens.*

Nec facit quod Instrumentum contineat in primis cessionem iurium, nam intelligitur de Iuribus Census retrouendendi, & cassandi 7 prout retrouenditur, & cassatur, † nec in eodem Instrumento datur prius & posterius *Bald. in l. penul. §. mulier in fin. ff. sol. matr. cum alijs per Gratian. discep.* 175. *num.* 7. *& seq. Pacif. de salu. insp.* 3. *cap.* 3. *nu.* 26. *&* 27. Vnde etiam dum Instrumentum infra loquitur de cessione, præcedit semper verbum; Retrouendide- 8 runt, † atque ideo retrouenditio non autem cessio censenda est ad euitandam contrarietatem, vt in his terminis *dixit Rota decis.* 369. *nu.* 1. *post Cenc. de censib.* & regulariter ad excluden- 9 dam contrarietatẽ † semper omnia interpretatio sumenda est *Alex. cons.* 141. *nu.* 6. *lib.* 2. *Dec. cons.* 341. *num.* 7. *Rota post eundem Cenc. de Censib. decis.* 560. *num.* 2.

Hinc nec releuant clausulæ, *Ponens &c.* & aliæ ponderatæ per informantes pro Guidono quia dum non adest clausula Constituti, aliæ benè apponi potuerunt in retrouenditione ad significandum actum retrosimilem in omnibus, itaut nihil remaneret penès censuarium ac dum aptè referri possunt ad effectum extinguendi huiusmodi intellectus recipiendus est cum magis inseruiat menti contrahentium clarè deductæ ex cassatione, & annullatione 10 Instrumenti quæ incompatibilis est, † cum prætensa cessione *Rota decis.* 368. *nu.* 2. *post Cenc. de censib.*

Nec visa fuit releuare replicatio quod admissa etiam retrouenditione quæ negari non potest ex supradictis Guidono saltim competat retentio sortis dicti census. Vel ex *Roderic. de ann. reddit. lib.* 2. *quæst.* 16. *ex num.* 11. Vel ex eo quod Angelelli potuissent sortem repetere à Pellicano & Guidono propter fundi censuati subhastationem subsequutam ad instantiam Berardæ Creditricis d. Pellicani anterioris dicto Censu. Quo enim ad Rodericum illa firmat solum competere fideiussori Ius obtinennendi cessionem à Censuario, non autem cõpetere eidem hypothecam pro restitutione sortis, ideò cum Censuarius cassauerit Instrustrumentum nec in illo promissa fuerit sortis 11 restitutio, † nec promitti potuerit resistente Bulla Pij V. *Rot. decis.* 498. *num.* 10. *post Cenc. de*
12 *Censib.* † Cessat hypotheca *Bald. in cap.* 1. *§. fin. nu.* 8. *per quos fiat inuestit. Bou. de stat. Vrb. præscrip.* 13 *glos.* 25. *num.* 5. † solaque actio vtilis negotiorũ gestorum competit *Cenc. de Censib. quæst.* 104. *num.* 7. *vers. sed posset Duard. eod. tract. §.* 5. *quæst.* 14. *sub num.* 4. *vers. Immo.*

Quo vero ad d. subhastationem illa fuit implicitè nulla, & spoliatiua declarata per sententiam reintegratoriam d. Pellicani non citati, 14 quæ etiam † fuit exequutioni demandata, & reintegratio fuit approbata *per Rot. in Maceraten. Spolij* 4. *Iulij* 1610. *coram bo. me. Manzanedo, & decis.* 464. *par.* 2. *recen.* Neque Guidonus aliquo modo iuuari potest prætensa intimatione super prætensis molestijs sibi illatis ab Ange- 15 lellis Creditoribus, quia illa nullius est releuantiæ tanquam executa contra assertum Procuratorem d. d. c. & facta non expressa causa, & lite mota, ex qua prætensæ molestiæ orirentur *Surd. decis.* 240. *num.* 10. *& seq. Rota coram Reuerendiss. Vrgellen. decis.* 300. *num.* 9. *&* 10. *& in Rom. seu Lateranen. pensionis* 19. *Aprilis* 1619. *coram Franc. Vbaldo Gratian. discep.* 715. *nu.* 15. præterquam, quod fundus fuit subhastatus pro summa ex qua constat fuisse capacem etiam Census eorum de Angelellis, qui propterea 16 firmus † remanebat *Rota post Cenc. de Cens. decis.* 56. 64. *&* 66. *Adden. ad sanct. mem. Greg. decis.* 505. *num.* 10. atque ideo locus esse non poterat sortis repetitionis ex supradictis.

Cæterùm DD. attentiùs perpẽdebant quod quatenus competijsset Guidono hypotheca super bonis Pellicani illa tamen competere non potest super Censu a Pellicano vendito Vlissi anno 1598. quia cum Guidonus d. venditioni consenserit mediante solutione fructuum per eum facta Vlissi Cessionario per decem annos 17 & vltra † vtique remissa censetur ex huiusmodi consensu, quælibet hypotheca quatenus aliqua super d. Censu competijsset *l. si debitor quarta §. primo ff. quib. mod. pign. vel hypot. sol. cum alijs alleg. per Menoch. Buratt. & alios*, de quibus in decisionibus contra quæ non faciunt pro Guidono deducta tanquam non excludentia remissionem hypothecæ, sed solam remissionem crediti.

Non obstat, quod solutio decennalis debeat 18 esse facta singulis annis † non semel nec sufficiat præsumptiua probatio *Menoch. præsum.* 121 *num.* 84. *& seqq. lib.* 3. Quia datur solutio facta anno 1605. alia facta anno 1610. pro residuo, & annuatim deinde factæ per totum annum 1617. *& Menoch. & per eum alleg.* loquuntur quando agitur de inducendo titulum, & obligationem soluendi in futurum; Vnde non applicantur dum agitur de præsumendo con- 19 sensu cessioni † Census resultante ex cursu temporis cum actibus approbatiuis per decennium, *vt per Menoch. & Buratt. approbat. in decisionibus, & allegat. per eas & per Mascard. de prob. concl.* 417. *num.* 1. *&* 2.

Nec visa fuit applicari Constitutio Marchiæ requirens insinuationem in donatione facta à maiore † cum talis remissio hypothecæ super aliqua re non sit donatio, nec veniat sub statuto de donatione loquente *l. si pignus ff. quæ in fraud.*

fraud. credit. & tradit. Tiraquell. in l. si vnquam in verbo donatione largitur nu.209. Natt.cons.101.n.9. Gallerat. de renunc.Cent.1.renunc.57.num.5.

Præterea cum Vlisses possederit Censum de quo agitur, per decennium, vt supra dictum est, sciente Guidono antè & post prætensam cessionem sibi factam alterius Census ex qua poterat retinere vel agere, & nihilominus soluit fructus Vlissi intrat ex lapsu tanti temporis
21 præscriptio hypothecæ † Guidono super Cẽsu competentis *l.2.C. si aduers.cred.præscr. oppon. Mantic.dec.291.num.5. cum alleg. in decis.* nam cũ Guidonus esset de Terra Montis Vlmi subiecta Gubernio Maceratæ, vbi Vlisses degit, sufficit possessio decennalis ad præscribeñ † cum
22 dicamur † esse inter præsentes *l. fin. in princ.C. de præscr.long.temp.* vbi præsertim *Salic.n.4.vers. & est ratio Balb.de præscript.par.4.princ.partis 5.q. 4.num.5.* Replicatio vero quod Gidonus vigore dictæ prætensæ cessionis non retinuerit, nec egerit ex quo sibi soluebantur fructus sui Cẽsus à Pellicano, non releuat, cum non probe-
23 tur, vt necessarium foret † tanquam fundamentum suæ intentionis *l.ci quì dicit ff.de prob. Natt.consil.569.num.1.Rota decis.286.num.1.par.1. recentior.*

Demũ obiectũ quod præscriptio nõ intraret contra Gidonum possessorem non applicatur ex quo Guidonus non retinebat Censũ
24 translatum in Vlissem, † sed fundum censuatum, quæ sunt diuersa, *vt in Interamnen.manutentionis 3. Aprilis 1620. coram Francisco Vbaldo.* Ideò dum soluit Censum Vlissi Emptori rectè hic præscripsit per decennium hypothecam super illo soluenti competentem.

Et ita pro quarta vice ex superabundanti benignitate DD. audita parte persiterunt in decisis vtraque parte &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Postea Episcopo TERRACINEN.

Tulleñ Matrimonij.

Veneris 26. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Matrimonium licèt probari debeat ex libro Parochi, qui sub pœna peccati mortalis obligatur retinere librum in quo describat matrimonia, tamen an possit probari per testes, & an concedenda sit remissoria ad hunc effectum, etiam nõ data verisimili eiusdem libri deperditione in præsenti decisione latissimè discutitur, & resolutio est affirmatiua, in contrarium adductis clarè, & plenè respendendo.

Matrimonium contractum coram Episcopo, & Testibus de iure substinetur, quamuis in dispensatione Apastolica demandatum esset, vt contrahentur coram Parocho, & testibus, & quid si matrimonium fuisset celebratum in loco exempto à Iurisdictione ipsius Episcopi an requiratur licentia Parochi, vel eius præsentia, & assistentia? & eruditè demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria vt cõcedatur an sit necessarius fumus probationis.*
2 *Aequalitas in iudicijs seruanda est, & si vnus fuit admissus ad probandum, alter quoquè admitti debet.*
3 *Actor, & Reus ad imparia non debent iudicari.*
4 *Remissoriam quando Rota numquam soleat denegare, & num. seq.*
7 *Probationes de stylo Rotæ coangustari non debent.*
8 *Matrimonium contractum ante dispensationem ob impedimentum consanguinitatis, est nullum, & an, & quomodò conualidari possit.*
9 *Consanguinitatis impedimentum dirimens matrimonium, remanet sublatum ex dispensatione obtenta.*
10 *Parochus est obligatus sub pœna peccati mortalis retinere librum, in quo describat matrimonia.*
11 *Remissoria non potest concedi ad probandum matrimonium, saltem donec probetur deperditio libri Parochi ad hunc effectum retenti.*
12 *Matrimonium licet probari debeat per librum Parochi ad hunc effectum retenti, benè tamen probari potest etiam per testes.*
13 *Probatio, quæ etiam de facili haberi potest per testes, quando non sit coangustanda ad scripturas.*
14 *Remissoria ad hoc vt concedatur super eo quod de facili per scripturam probari potest, quid sufficiat.*
15 *Probationes per testes admittuntur etiam super eo, quod in scripturis continetur.*
16 *Matrimonij præsumptio coadiuuatur ex longeua cohabitatione coniugum.*
17 *Matrimoninm etiam probatur solummodo per depositiones testium.*
18 *Decisio indiuidualis excludit omnem disputationem super regulis vniuersalibus.*
19 *Leges, & authoritates in specie dum adsunt, absurdum est ab eis discedere propter regulas generales.*
20 *Episcopus non arctatur à Sacro Concilio tenere librum in quo describat matrimonia coram ipso contracta.*
21 *Matrimonium probari debet per exhibitionem libri Parochialis, & si in eo non fuerit adnotatum, probari postest per testes.*
22 *Parochi incuria non debet præiudicium inferre coniungibus.*
23 *Matrimonium licèt non sit adnotatum in libro Parochi, non per hoc est inualidum, & ideò benè probari potest per testes.*
24 *Matrimonium contractum coram Episcopo, & testibus de iure substinetur. quamuis in dispensatione Apostolica demandatum esset, vt contraheretur coram Parocho, & testibus nu. 31.*
25 *Episcopus in sua Diœcesi est Ordinarius, & interuenire potest matrimonio vt Parochus.*
26 *Episcopus quilibet in sua dœcesi dicitur Parochus.*
27 *Episcopus in celebratione matrimonij habetur loco Parochi, & nu.31.*
28 *Matrimonium celebratum coram Episcopo etiamsi non fuit à Paroco descriptam in libro, nihilominus remanet validum, & potest probari per testes.*
29 *Matrimonium celebratum coram Episcopo in loco exem-*

exempto ab ipsius Iurisdictione, an pro illius validitate, requiratur licentia Parochi vel eius assistentia.

30 *Priuilegium Apostolicum eximens aliquem locum à Iurisdictione Ordinariorum, & illum subiciens Sedi Apostolicæ, sub tali exemptione non venit cura animarum.*

31 *Metus reuerentialis in materia matrimonij, censetur exclusus ex longa cohabitatione coniugum.*

DECISIO CCXXXIII.

PLACVIT Dominis attenta releuantia materiæ articulatæ concedere Remissoriam Serenis. D. Nicoleæ Ducissæ Lotharingiæ ad probandam validitatem matrimonij contracti cum Serenis. D. Carolo Lotharingiæ Duce, & ad redden̄ nullum successiuum matrimonium eiusdem Serenis. Ducis cum Excellentis. D. Beatrice Cantacroa admissa ad causam verten̄ inter supradictos Serenis. Duces pro suo interesse in statu, & terminis, quia versamur in profanis, & causa matrimonij etiamsi sit Spiritualis; & fori Ecclesiastici, ad effectum Remissoriæ reputatur profana iuxta opinionē,
1 quam Rota seruat, † & concurrit fumus probationis ex attestationibus super matrimonio nouiter contracto post dispensationem, ac ex fide, & attestatione Vicarij Generalis Episcopatus Tullen̄ super dicto matrimonio, licet fumus non sit necessarius ex allegatis in decisione in hac eadē causa pro Serenissimo Du-
2 ce sub die 18. Martij superioris anni, † & quēadmodum Serenissimo Duci fuit concessa Remissoria, vt seruetur æqualitas in iudicijs, venit pariter conceden̄ Serenissimæ Ducissæ ex titulo, quod quisq; iuris, *Rot. decis. 529. n. 3. par. 2. recent. & coram san. me. Gregor. XV. decis. 581. num. 1. & seq.* vbi in terminis, quod si vnus fuit admissus ad proban̄ non potest idem alteri
3 denegari, ibiq; *add. nu. 7.* nam † Actor, & Reus ad imparia non debent iudicari *cap. in iudicijs de reg. iur. in 6. Rot. d. decis. 581. num. 2. & 3. Gonzal. super peg. 8. glos. 6. num. 166.* quibus † stantibus Rota numquam solet denegare Remissoriam, *vt in decis. 163. num. 1. vbi add. num. 10. coram san. me. Greg. XV. decis. 562. nu. 4. ibique add. nu. 6. coram eodem in decisionibus Ferrarien. pensionis 4. Iul. 1646. Romana societ. de Rotignis 15. Nouemb. eiusdem anni, & Capritana decimarum 26. Iunij 1647. coram me* ad quod faciunt in simili, allegata in eadem causa *Tullen. nullitatis matrimonij dicta die 18. Martij 1647.* & alibi passim Rursus ea venit conceden. quia Sanctiss. D. N. causam commisit appellatione remota; ne alias sequatur damnum
7 irreparabile ex defectu probationum, † quæ iuxta stylum coangustari non debent ex ijsdē rationibus adductis in dicta decisione 18. Martij 1647. *§. constito.*

Releuantia articulorum resultat ex eo, quia Serenissima Ducissa inter alia intendit probare quod post obtentam, & hilari animo à coniugibus receptam dispensationem Apostolicam propter impedimentum consanguinitatis impeditiuum matrimonij fuit celebratum solemne matrimonium in faciem Ecclesiæ in eodem Palatio Ducali per manus D. Episcopi Tullen. in præsentia multorum Procerum, & aliorum, non reclamante Rectore Ecclesiæ Sancti Georgij proprio Parocho Palatij Du-
8 calis, quo probato, † etsi matrimonium ante dispensationem contractum ob impedimentū consanguinitatis esset nullum, validum fuit, vt ex nunc, ex nouo consensu post dispensationem in faciem Ecclesiæ præstito, & exclusa remanet nullitas dicti matrimonij per Sere-
9 nissimum Ducem prætensa, † cum remaneat sublatum impedimentum cōsanguinitatis dirimens matrimonium ex dispensatione obtēta, vt notant *DD. in cap. super eo. de cond. appos. vbi Abb. num. 8. Gutier. canon. quæst. lib. 1. cap. 22. num. 17. & seq. Rot. coram Mantic. decis. 201. num. 4. coram bo. mem. Buratt. decis. 203. num. 7.* cum alijs adductis *in Hispalen sponsalium 6. Martij 1637. coram bo. me. Coccino, & 11. Februarij 1639. coram Eminentissimo Card. Panzirolo.*

Non obstat, quod cum matrimonium in vim dispensationis Apostolicæ contractum
10 possit probari per scripturas, † quoniam ex dispositione Sac. Concilij Tridentini cap. 1. sess. 24. de reformat. Parochus obligatur retinere librum, in quo describat matrimonium, & quidem sub pœna peccati mortalis, *Barbos. su-*
11 *per eodem cap. numer. 163.* non † potest concedi Remissoria, saltem donec probetur verisimilis eiusdem libri deperditio *iuxta decis. Put. 356. num. 4. lib. 2. in correct. & decis. Rot. in Barchinonen. Parochialis, seu Vicariæ 13. Iunij 1644. corā R. P. D.*
12 *Corrado in §. præterea, & in §. vel si vera*; † Quia licet Parochus sub pœna peccati mortalis teneatur retinere librum, & in eo annotare matrimonia, *Gutier. de matrim. lib. 3. disput 15. nu. 22.* non inde tamen sequitur, matrimonium probari non posse per Testes, prout de iure probari potest *cap. super eo il 2. vbi DD. de testib. Caputaq. decis. 205. par. 2. Seraphin. decis. 1099. num. 2.*
13 & cessante † calumnia in materia præsertim tàm graui, & præiudiciali *iuxta decis. in Turritana bonorum coram Francisco Vbaldo*, de qua per *add. ad san. mem. Gregor. XV. decis. 253. num. 3. & in Leodien. Castrorum 17. Maij 1630. coram bon. mem. Motman.* iustificatio, quæ etiam per Testes haberi potest, non est coangustanda ad scriptu-
14 ras, † & ad hoc, vt Remissoria concedatur etiam super eo, quod de facili per scripturam probari potest, sufficit, quod aliqui ex articulis datis, non nisi per Testes probari possint, *Rot. in Leodien. Abbatissatus 4. Iulij 1642. coram me*;
15 neque est nouum in Rota, † quod admittantur probationes per Testes super eo, quod in scripturis continetur vt in *dicta Leodien. Abbatissatus coram me. Rot. apud Cæsar de Graff. decis. 1. in fin. de dilat. & decis. 196. num. 5. & 6. par. 6. recentior.*
16 Cessat autem omnis suspicio calumniæ, † cum ex supradeductis detur maximus fumus materiæ articulatæ iuncta longæua cohabitatione vbique notoria coniungum, quæ multum coadiuuat præsumptionē matrimonij in vim dispensetionis contracti, *Cæsar. de Graff. decis. 1. num. 4. qui filij sint legitimi. Rot. decis. 71. nu. 5. & seq.*
17 *p. 1. rec.* sed quod † tollit omnem difficultatem, *Rot. in alia Tullen. matrimonij 14. Nouembris 1575. coram*

coram fel.record.Clemen.VIII.decis.26.par.1. diuer. in puncto matrimonij admisit solummodo
18 probationem per depositiones Testium,†quę decisio,cum sit indiuidualis, quia agebatur de matrimonio contracto in alia Telleñ excludit omnem disputationem super regulis generalibus iuxta dictum *Rot.in decis.543. num. 1. in fin.*
19 *par.1. diuers.* quod cum † habeamus leges, & auctoritates in specie est absurdum ex regulis generalibus discedere.

20 Vltra quod † Sacrum Concilium Tridentinum loquitur de matrimonijs contractis coram Parocho, hoc verò contractum fuit corã Episcopo, qui non arctatur à Sacr. Concilio
21 tenere librum,†&;sicuti posset matrimonium probari per exhibitionem libri Parochialis si in eo adnotatum fuisset, ita esto, quod non
22 fuerit adnotatum, probari potest per † Testes cum incuria Parochi non debeat præiudicium inferre coniugibus,vt in præcisis terminis tradit *Grat.discept.653.num. 63. & seq.* nec Sacrum
23 Concilium, † inualidat matrimonium, sed simpliciter disponit,quod Parochus habeat librum,in quo describat matrimonia,prout cõtrahuuntur cum die, & mense, anno, testibus, & loco contractus, ideoque non est deneganda probatio per Testes ex allegatis.

24 Minus facit, † quod in dispensatione Apostolica demandatum fuerit, quod matrimonium de nouo contrahetur publicè, vel secreto coram Parocho, & Testibus. Quia illa verba, coram Parocho, non excludunt, quin ipsius loco celebrari potuerit matrimonium coram Episcopo,cum verba rescripti recipiãt
25 interpretationem à iure, & de iure sufficiat assistentia Episcopi. Nam Episcopus in sua Diœcesi est Ordinarius, & interuenire potest matrimonio,vt Parochus,*Spin.in Specul.testam. gloss.15.num.38.Cened.quæst.30.num.45.Sanch.vbi supra lib.3.disput.28.per tot.*quem sequitur *Gutie.*
26 *eod.tract. de matrim. cap. 66. per tot.* quilibet in Diœcesi dicitur Parochianus Episcopi, *San-*
27 *chez.eod.tract.d.disput.28.num.1.*ita quod † cum dicta celebratio facta fuerit per D.Episcopum Tullen.qui vti Parochus habetur in hoc actu, ac est Parocho Superior, quia regit totum
28 Diœcesim,†vt firmat *Sanchez.*potest esse,quod matrimonium,de quo agitur,descriptum non fuerit in libro, quem Parochus tenere debet, & nihilominus remaneat validum, possitq; probari per Testes.

Non obstat, quod dispensatio Apostolica non probetur per Testes,quia non articulatur qualitas, & substantia dispensationis, quæ exhibita fuit in actis à Procuratore Serenissimi Ducis, sed articulatur vsus, & acceptatio dispensationis, & matrimonium subsequutum, & consumatum in vim illius, quod bene potest probari per Testes ex supra deductis.

29 Nec facit, † quod cum Ecclesia S. Georgij, Cappella,& Parochia Palatij Ducalis esset exempta à iurisdictione dicti Episcopi Tulleñ ad validitatem matrimonij esset necessaria,vel licentia Parochi dicti Palatij,vel eius præsentia, & assistentia, eo quia appellatione Parochi nõ potuit venire Episcopus,cum nullam haberet
30 iurisdictionem in loco exempto, † quia ponderato priuilegio Ioannis dato Constantiæ 14. kalen. Aprilis sui Pontificatus anno quinto, apparet exempta Ecclesia S. Georgij, in qua progenitores Caroli tunc Ducis Lotharingæ, & quamplures alij Proceres sui Ducatus elegerunt sepulcrum, & Præpositus, Canonici, Vicarij perpetui, Cappellani, & Clerici, necnon bona, res, iura, & pertinentia eximuntur ab omni iurisdictione, dominio, potestate, correctione, visitatione Archiepiscopi Treuereñ, Episcopi Tulleñ, & aliorum quorumcũque Ordinariorum, Iudicum, & immediatè subijciuntur Sedi Apostolicæ, sub tali exemptione non venit cura Animarum, & multo minus Populus sub eadem Ecclesia, & Parochia degens de quo priuilegium non loquitur ad *Text.in cap.cum Cappella, vers.quo circa de priuil.Lap.allegat.139.nu.12.& 13.* & tradit *Calder. in cons.post dictam allegationem, Lap.num.20. vsque ad finem,* cum alijs pluribus cumulatis per *Rot. decis.324.num.6.par.1.recent.& in Rossanen. exemptionis 7.Iunij 1641.§.final.coram R.P.D. meo Ca-*
31 *rillo*, & quamuis † matrimonium non fuerit contractum coram Parocho iuxta formam dictæ dispensationis,sat est pro validitate, fuis-
32 se contractum coram Oridinario,†qui ex supra allegatis pro Parocho habetur, & est Parocho superior,& ex scientia,& patientia eiusdem Parochi articulata in tertio articulo inducitur consensus ipsius,quatenus esset necessarius.

Posita itaque releuantia tertij articuli, conceden.est Remissoria super omnibus articulis, quia primus,& secundus continent,quod matrimonium non fuit consumatum per copulam ante dispensationem Apostolicam. Testius cõtinet implementum conditionis, quod matrimonium fuerit solemniter de nouo cõtractum in faciem Ecclesiæ per manus Domini Episcopi Tulleñ in præsentia multorum Procerum, & aliorum. Quartus denique concernit,quod post secundam solemnitatem, & celebrationem dicti matrimonij supradicti Serenissimi Ducis insimul steterunt,vixerunt, & ad consumationem, & copulam carnalem simul deuenerunt ex qua longa cohabitatione prætendetur exclusus metus reuerentialis à Serenissimo Duce articulatus, *Rot. coram.bo. me.Buratt.decis.623.num.7.*

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum pro cencessione Remissoriæ.

R. P. D. MELTIO,

Posteà Episcopo PAPIEÑ.

Faneñ, seu Senogallieñ Bonorum.

Veneris 26.Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Filiatio, & descendentia ex quibus plenè, & perfectè iustificata remaneat latissimè tractatur,& quamplurimæ adducuntur coniecturæ, & adminicula, quæ licèt de per se non sufficerent

rent, tamen simul iuncta, filiationem, & descendentiam plenè, & concludenter probare firmatur.

Verùm, quia non sufficit filiatio, sed requiritur etiam legitimitas, quando, vt in præsenti decisione agitur de renouatione Inuestituræ cõcessæ alicui pro se, & suis descendentibus legitimè vsque in ipsius tertiam generationem, ideò legitimitas prolis, & quibus probata remaneat, eruditissimè demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Descendentia, ac filiatio, ex quibus probata remaneat. & num.10.*

2 *ad Filiationem probandam, multum confert nominatio Parentum.*

3 *Filiationem benè probata remanet ex antiquis inscriptionibus factis in lapidibus sepulcralibus.*

4 *Filiato probatur etiã ex fide Baptismi iunctis adminiculis.*

5 *Fides Baptismi, cum quibus adminiculis iuncta probet filiationem.*

6 *Authoris approbati assertio plenè probat.*

7 *Fides Baptismi iuncto adminiculo filiationem benè probat.*

8 *Baptismus est actus, qui ad parentes spectat, & illa professio fidei, fit in fide ipsorum parentum.*

9 *Filiatio p robatur ex libro in quo Pater manu propria scripsit diem natalis filij.*

10 *Probatio exacta non requiritur in re antiqua, sed leuiores probationes, adminicula, & coniecturæ vndique collectæ coniungi, & recipi solent.*

12 *Legitimitas est plenè, & concludenter probanda ad effectum obtinendi renouationem Inuestituræ.*

13 *Legitimitas plenè probatur ex nominatione parentum facta cum institutione.*

14 *Legitimitas ex quibus actibus probata remaneat. & num.15.*

16 *Legitimitas probatur ex sola dignitate Episcopali. amplia num.18.*

17 *Episcopus debet esse de legitimo matrimonio natus.*

19 *Testes examinati ad perpetuam rei memoriam tempore non suspecto saltem adminiculum faciunt. amplia, vt num.20.*

21 *Testes mortui examinati ad perpetuam rei memoriam semiplenam probationem faciunt.*

22 *Legitimitas prolis quando non tam exactas probationes exponat, sed leuioribus iustificetur.*

DECISIO CCXXXIV.

FVIT sub hac die in præsenti causa dubitatatum An constet de descendentia Reuerendiss. D. Alexandri Castracani Episcopi Faneñ à Iacobo Rodulphi de Castracanibus, qui fuit renouatus, & inuestitus vnà cum Carolo, de Castro Leone vsque de anno 1463. 19. Augusti à bon:me: Cardinali de Saxoferrato Abbate tunc temporis S. Laurentij in Campo, pro se, & suis, ac cuiuslibet ipsorum hæredibus, & successoribus, vsque in ipsorum Caroli, & Iacobi tertiam generationem completam, & finitam, ita quod præmorientis portio ad superuiuentes semper deueniat, vt ex Instrumento Inuestituræ producto, *Sum. Episcopi n.1.* quæ renouatio fuit deindè ratificata per Abbatem Regularem eiusdem Abbatiæ de anno 1466. 12. Aprilis, vt ex Instrumento ratificationis pariter exhibito, *dicto Summar. num.2.* & affirmatiuè per Dominos fuit responsum.

Quod enim Iacobus ex se procreauerit Castrucciũ; colligitur ex Testamento per ipsum condito de anno 1505. 17. Maij, in quo illum
1 tanquam legitimum, & naturalem, cum cæteris eius filijs instituit hæredem vniuersalem, *eodem Summ. num.3.* † Nominatio enim iuncta cum institutione, filiationi valdè appropriata, descendentiam, ac filiationem, plenè probat *arg. text. in l. quidam cum filium, ff. de verbor. obligat. Bald. in cap. ex transmissa nu.4.* ibique *Butr. nu.10. de restitut. spoliat. Felin. in cap. per tuas de probat. Mascard. de probat. conclus.397. per tot. Peregr. de fideicom. art.43. nu.77. Surd. cons.1. nu.50. Cephal. cons.48. num.18. lib.1. Rot. decis.349. num. 5.* & ibi *Adden. num.8. coram Papa Gregor. XV. & in Placentina Cappellaniæ 14. Martij 1614. coram Coccino, Romana de Bellonis 3. Februarij 1617. coram Vbaldo, Romana de Nocchiellis 17. Iunij 1622. coram eodem, Bononien. fideicõmissi de Raimundinis 15. Februarij 1636. coram R. P. D. meo Ghisilerio, & in Bononien. de Tanis 17. Maij 1641. corã R. P. D. meo Bicchio, Farfen. bonorum 9. Decembris 1644. coram R. P. D. meo Corrado.* Cui institutioni paternæ, accedit etiam institutio matris in Testamento per eam cõdito de anno 1513. 27. Septembris,
2 in † quo eundem Castruccium ex Iacobo Rodulphi eius viro, vt supra renouato, filium legitimum, & naturalem nominauit ibi *nu.4.* Ad probationem enim filiationis multum confert dictũ patris, & matris, *Anchar. cons.225. columnn. final. vers. accedit his, Surd. decis.83. num.7.* idemque firmat etiam *Alciat. Peregr. iur. lib.1. cap.12. circa finem, Thes. decis.3. num.6. Rot. in Romana filiationis 23. Iunij 1610. coram Manzanedo.*

Præterea huiusmodi filiatio probata etiam remanet ex duplici inscriptione in quodam Tumulo Sepulchrali incisa, & facta de anno 1557. qui tumulus existit in Ecclesia Sancti Francisci Ciuitatis Fani ad Cappellam, & Altare Sancti Thomæ, & est Familiæ de Castracanis quarũ vna posita reperitur subtus frontispicium ornamenti marmorei, ibi: *Ex Legato Iacobi Castracani Lucensis, Catherina coniux pudicissima, Rodulphus, & Castruccius filij pientissimi Sacellum Sancti Thomæ dicatum facere.* Altera verò subtus depositum, ibi: *Castruccio Castracanio secundo Iacobi Castri Leonis Comitis filio tum generis, tum suarum virtutum luce claro, caroque omnibus, Balionia Gentilis vxor, & filij, dicto Summar.*
3 *num.4.* † Et monumenta antiqua, ac inscriptiones factæ in lapidibus, ad istum effectum sufficiunt, vt est *text. in l. monumentorum, C. de religios. & sumpt. funer. Abb. in cap. cum causam, versic. dico ergo de probat. Bart. in l.1. in fin. de bon. poss. secund. tabul. Bald. cons.310. an Patronatus num.1. vers. in contrarium, vol.5. Paris. cons.149. num.26.* ibi vt indicant inscriptiones *lib.1. Grat. discept. for. cap.893. num.31. & 918. num.8. Rot. decis.472. num.5. part.1. recent. Comen. habitus 9. Iunij 1610. coram bon:me: Pirouano in ordine post 2. volum. consil. Farinacc. 290. num.8.*

Et

Et ex Castruccio ortum habuit Vincentius,
4 vt † probatur ex partita libri Sacri Fontis sub die 27.Iulij 1533. *ibidem num.*12. quæ licet de per se nō sufficiat, tamen probat iunctis adminiculis, *Rot.in Romana hæreditatis* 27.*Aprilis* 1610 *coram eodem bon:mem:Pirouano in ordinė* 285.*nu.*2. *in fin. verſ.quæ etſi pro dicta, poſt dictum volum.conſil.Farinacc. & in recent. deciſ.*132. *num.*2. *ibi quæ concurrentibus, &c. part.*1. *Auximana ſepulturæ* 14. *Martij* 1646. *coram Reuerendiſſ.D.meo Decano, Pacific. de Saluian.deciſ.*184.*num.*3.

5 Adminicula hic non desunt. † Primum enim desumitur ex publico Instrumento celebrato de anno 1558. 9. Februarij, in quo idem Vincentius vna cum alijs eius Fratribus filijs dicti Castrucci soluit partem dotis D.Catherinæ eorum Sorori, nuptæ Francisco Marcolino; prout etiam residuum omnes soluere promisserunt, *dicto Summar. num.*5. Item ex Instrumento renouationis Inuestiturę cuiusdā domus emphyteuticę Episcopatus Faneñ omnibus dictis Fratribus factæ tanquam filijs, & hæredibus dicti Castruccij; Necnon ex alio Instrumento quietantiæ annuorum censuum decursorum pro dicta domo, celebrato die 11. Nouembris 1581. *Summar.num.*6. *litt. C. & D.* & ex alio Instrumento emptionis petij Terræ, factæ à Vincentio pro se, & Fratribus vti filijs Castrucci celebrato sub die 29.Decemb.1563. *ibidem num.*7.

Corroborationem prædicta accipiunt ex Historia Aldi Manutij super actionibus *di Castruccio Castracani de gli Antelminelli Signore di Lucca, con la geneologia della Famiglia:* in qua sub fol.117. & 118. legitur descendentia ex Iacobo de dicto Castro renouato, tam Castruccij, quam Vincentij, & filiorum, vsque ad Alexandrum modernum Episcopum Faneñ de cuius descendentia agitur, *dicto Summar.num.*8.
6 Cui † authori vti approbato est credendum, & illius assertio probat *iuxtà text. in leg.*1. ibi à quibusdam scriptoribus conditum est, *ff.de off. Præf. & in l.*1.*circa med. ff.de off.quæſt. Bald.in l.ex quodam colum.*4.*in fin. C.de accuſat. Vaſqu. controu. lib.*2. *cap.*84. *num.*16. *circa med. in verb.Hiſtoria, Grat.diſcept. forenſ.cap.*892.*num.*7. *Rot.in Sabinen. Montis Rotundi* 21.*Iunij* 1627.*coram Coccino, Corduben. Decimarum de Lucerna* 5.*Iulij* 1638. *coram Reuerendiſſ. D. Salamantino, Toletana decimarum de Capillo* 4.*Iulij* 1640. *coram Eminentiſſ.Cardinali Verospio, Poſnonien. Abbatiæ* 1. *Iulii* 1647. *coram R.P.D. meo Celſo*; necnon ex Instrumento solutionis canonum factæ per Vincentium vti filium Castrucci, Abbatiæ Sancti Paterniani, *Summ. num.*14.
7 Alexandrum verò modernum † Episcopum Faneñ fuisse dicti Vincentij filium, probat partita libri sacri fontis Baptismatis, quæ descripta apparet sub die 6.Iunij 1583.& quod ista iuncto adminiculo plenam fidem faciat, declarat *Caual.deciſ.*128.*num* 2. *Buratt.deciſ.*155. *num.*7. 709.*num.*5. *Rot. in recent. deciſ.*641.*num.*2. *§.maximè, & deciſ.*409.*num.*5.*part.*5. Baptismus
8 enim† est actus qui ad parentes spectat,& professio illa fidei fit in fide ipsorum parentum, *cap.maiores de Baptiſm. cap. quæ vis de conſecrat. diſtinct.*4. *Bero.conſ.*162.*nu.*9.*verſ.quæ omnia vol.*2 *Surd. conſil.*1.*num.*45. *verſ.quia Baptiſmus, Rot.deciſ.*409.*numer.*6.*part.*5. *recentior. Buratt.deciſ.*155. *num.*8.

9 Pro adminiculo autem deseruit † adnotatio per ipsum Vincentium facta in quodam eius libro memoriali, in quo sub die 3. eiusdem mensis Iunij, declarat natū illi fuisse Alexandrum demum decimum eius filium, *d.Summ. num.*10. Licet ista de per se sufficeret ad probationem huiusmodi filiationis, *Bald.in l.neque nateles num.*6. *verſ.vel aliquando ipſimet pater, C.de probat. Salicet.in l.etiam in princip. ff.eodem, Pariſ. conſ.*10.*nu.*54. *verſ.talis memoria part.*2. *Bero.dicto conſ.*162.*eodem num.*9. *verſ. ſcripſit ſuper libro ſuo, Surd.dicto conſ.*1.*num.*52. *verſ.vbi inquit, Caputaq. deciſ.*314. *num.*3. *part.*1. *Caual. deciſ.*128.*num.*1. Item emptio locorum Montis Pij Recuperati facta per Vincentium pro Alexandro eius filio, vt ex fide Secretarij eiusdem Montis, *Summ.num.*11.

10 Ex † quibus simul iunctis, negari non potest quin optimè probata remaneat descendentia, & filiatio prædictorum omnium, *iuxt. text. in cap. per tuas de probat. cap. Michael de fil. Presbyt. Menoch.de arbitr. caſ.*89.*nu.*66. *Alex.conſ.*88.*nu.*7. *vol.*7. *Surd. d.conſ.*1.*num.*53. *Buratt.dicta dec.*709.
11 *num.*9. sed † quia versamur etiam in re antiqua non tam exacta requiritur probatio, cum leuiores quoque probationes, adminicula, & coniecturæ vndique collectæ coniuugi, & recipi soleant in similibus casibus, vt fuit dictum in *Regien.Cappellaniæ* 22.*Maij* 1623. penes *Buratt. deciſ.*709. *per tot. Duran. deciſ.*438. *num.*3. *verſ. quibus libris, & Inſtrumentis, & in recent. deciſ.*311.*num.*12.*part.*5.
12 Non obstat, † quod dicatur non satis constare de prædictorum legitimitate, quæ tamen necessariò,& concludenter est probanda, dum renouatio Iuuestituræ concessa fuit dd. Iacobo Rodulphi, ac Carolo Iacobi, pro se ac suis, ac cuiuslibet eorum hæredibus, & successoribus, filijs, & nepotibus masculis tantum, ex eis, vel eorum altero descendentibus legitimè, vsque in ipsorum tertiam generationem.
13 Obiectum enim † huiusmodi destruitur, ex quo legitimitas Castrucci probatur non solum ex præfata concordi nominatione parentum facta in institutionis vniuersalis actu, valdè congruò filio legitimo, & naturali, *ſecund. text.in cap.per tuas, ibique gloſſ.in verb.filium appellauit, &c. extr. qui filij ſint legitimi, Rot. penes Cæſar de Craſſ.deciſ.*18.*ſub num.*3.*& ſeqq.de probat. & in Veneta legitimit.*26.*Aprilis* 1602. *coram clar. mem. Card.Hieronymo Pamphilio*, & penes *Card. Caual.deciſ.*46.*num.*3. *verſ.& per talem nominationem, Buratt. dicta dec.ſ.*709.*num.*1. *verſ.quæ dedu-*
14 *cebantur, & ſeqq.* Verùm etiam, † ex eo, quod ille admissus, & acceptatus fuit pro emphyteuta, & ab eo recepti fuerunt annui canones dictæ Domns sub directo Ecclesiæ dominio, quæ Iacobo eius patri antea concessa fuerat, vt apparet ex partita libri receptorum mensæ Episcopalis sub die 2.Martij 1513. *dicto Summ. num.*6. *littera A, C, & B*, ac etiam soluit alios canones pro nonnullis bonis ad Abbatiam spectan-

spectantibus quoad directum dominium, vt colligitur ex quietantijs, de quibus eodem *Summ. nu.* 13. ad quos sanè actus admissus non fuisset Castruccius à Prælatis Ecclesiarum, si verè, & realiter non fuisset legitimus, *Menoch. præsumpt.* 54. *num.* 38. *lib.* 6. *Bero. cons.* 19. *nu.* 7. *lib.* 2. *Paris. cons.* 10. *lib.* 2. *Gozad. cons.* 13. *num.* 33. *Caual. decis.* 123. *num.* 3. *vers. accedebant, & num.* 4. *Rota in Valentina prætensæ illegitimitatis* 16. *Martij* 1612. *coram S.D.N. in ordine post* 2. *vol. consil. Farinacc.* 354. *num.* 2. *uers. iustitia verò sententiæ Rotalis, Gregor. XV. decis.* 247. *numer.* 17. *uers. validissima etiam præsumptio, &c. & in recent. decis.* 434. *num.* 7. *uers. & præsertim part.* 1. *& decis.* 511. *num.* 3. *uers. & pro hac descendentia part.* 5.

15 Legitimitas quoque Vincentij eadem ratione probatur, † nempè ex Instrumentis renouationis Inuestituræ prædictæ domus de directo dominio Episcopatus factæ sub die 30. Augusti 1571. nedum ad illius fauorem, verum etiam eius fratrum, & hæredum dicti Castrucci, *dicto Summ. num.* 6. *litt. C*, prout ex publicis quietantijs receptorũ canonum ratione eiusdem domus sub die 13. Nouembris 1581. *ibidem litt. D.*, ac etiam dictorum aliorum bonorum ad Abbatiam S. Paterniani Fanẽ in proprietate pertinentium, *Summ. num.* 14.

16 Quo autem † ad legitimitatem Reuerendiss. Episcopi, illa eo minus in dubium reuocanda venit, cum ad illius concludentem probationem sufficiat sola dignitas Episcopalis,

17 quæ † requirit Episcopum de legitimo matrimonio esse natum, *ad text. in cap. cũ in cunctis de elect. in & cap. innotuit eodem tit.* & ita sancitum etiam habemus per *Sac. Trident. Synod. sess.* 7. *de reformat. cap.* 1. *Vgolin. de off. & potest. Episc. part.* 1. *cap.* 1. *§.* 1. *num.* 5. *vers. quare.*

18 Et tanto magis, † quia constat ex fide Baptismi ipsum esse filium Vincentij, & Corneliæ eius vxoris, prout etiam constat alios maiores omnes habuisse vxores, videlicet Iacobum Catherinam, vt in Testamento Catherinæ, & Castruccium Gentilem Baleoniam, vt ex supradictis inscriptionibus sacelli Familiæ.

19 Sed vlterius, adsunt etiam † quinque testes examinati ad perpetuam rei memoriam tempore non suspecto, qui per singulos gradus descendentiam probant, & quod isti saltem adminiculum faciant, declarat *Buratt. dec.* 684. *num.* 6. *& in recent. decis.* 643. *num.* 5. *part.* 5. *tom.* 2.

20 *& decis.* 294. *num.* 19. *part.* 7. quod † procederet etiamsi fuissent examinati in alio iudicio, *l. ingenuum cum ibi notatis, ff. de stat. homin. Alex. consil.* 61. *num.* 9. *lib.* 2. *Caual. decis.* 575. *num.* 8. & quia

21 iam † illi sunt mortui, vt semiplenam faciant probationem, *trad. Bart. in l. admonendi num.* 45. & ibi latè *Ias. num.* 98. *ff. de iur. iur. Surd. dec.* 103. *num.* 22. *Gregor. decis.* 434. *numer.* 5. & ibi *Adden. num.* 18. Eoque magis cum agatur de materia antiqua, in qua probata descendentia, & filia-

22 tione, † legitimitas non tam exactas probationes exposcit, sed etiam leuioribus iustificatur, *iuxt. cons. Gemin.* 27. *num.* 8. *& seqq. Seraphin. decis.* 1099. *num.* 1. *vers. ad quem effectum, &c. Gregor. XV. decis.* 247. *num.* 19. *vers. ex quibus, & decis.* 248. *nu.* 2. *vers. quæ quidem, & seqq. Rot. dec.* 511. *num.* 12. *uers. undè prædicta, &c. part.* 5. *recent.*

Et ita vtraque parte fuit resolutum.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Maceratẽ Attentatorum.

Veneris 26. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Appellationis commissio postmodum à Signatura impetrata, causat attentata omnia medio tempore gesta, quamuis causa ex propria natura appellationem non admitteret; verum quia attentatis tacitè renunciari potest in præsenti decisione discutitur an renunciatum dicatur per Depositum factum post relaxationem mandati.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio per signaturam simpliciter admissa causat attentata omnia medio tempore gesta, quamuis causa ex propria natura appellationem non admitteret.*

2 *Appellatio per Signaturam admissa, si causa inappellabilis prætenditur, adiri debet signatura pro reformatione commissionis,*

3 *Attentatis an tacitè renunciasse dicatur si appellatio intra tempus legitimum non fuit interposita, vel si post relaxatum mandatum, fuit factum depositum.*

4 *Appellationis commissio postmodum impetrata, idem operatur quod appellatio.*

5 *Dpositum factum cum præseruatione iurium competentium, tamquam conditionale non nocet deponenti.*

6 *Executio ex capite attentatorum, an, et quando reuocari non possit, et quando secus. num.* 7.

DECISIO CCXXXV.

DISSOLVTO per obitum Pauli matrimonio inter ipsum, ac Faustinam antea contracto, hæc pro dotis restitutione instituto Iudicio contra Viri hæredes coram A.C. mandatum obtinuit relaxari primo pro scutis 2364. b. 60. ab ipsismet Hæredibus præuio deposito approbatum pro alijs deindè scutis 362. b. 60. à Signatura Iustitiæ cum clausula *sine præiudicio* legitimè executionis canonizatum, Alterum demum pro consequendis vestibus Vxori legatis à Viro, quod pariter ab eadem Signatura sub prædicta clausula *sine præiudicio* fuit comprobatum.

Cum verò Hæredes Pauli his omnibus decretis, & grauaminibus inde resultantibus expositis, appellationis causam simpliciter ab eadem Signatura mihi committi obtinuissent præterquam in vestibus pro quibus sine præiudicio rescripsit: Et pro reuocatione idcircò Attentatorum instetissent coram me super his

1 dubium proposui affirmatiuè resolutũ, † quia èx ea appellationis commissione simpliciter signata omnia medio tempore gesta attentatorum

torum vitio subiecta censentur, quamuis causa ex propria natura appellationem nō admitteret, vt pluries respondit *Rota coram Burat. dec. 902. num. 2. coram Reuerendissimo Vrgell. dec. 46. numer. 4. et in Meleuitana Maresciellatus 10. Ianuarij 1642. coram Reuerendissimo D. meo Decano, et in Viterbien. fideicommissi, seu attentatorū 13. Maij 1644. coram R. P. D. meo Cerro*, & in pluribus alijs relatis *in Albiganen. Attentatorum 1. Februarii 1647.*
2 *coram me*. Cum eadem Signatura, quæ causam agnouit, & declarauit appellabilem pro reformatione commissionis adiri debuisset, si inappellabilis contendebatur, vt ponderauit *Rota in dicta Viterbien. fideicommissi coram R. P. D. meo Cerro, et in Bituntina Iuris Patronatus 26. Februarii, et 7. Maii 1646. coram R. P. D. meo Arguelles*.

Neque reuocationem Attentatorum poterit impedire, siuè appellatio intra tempus legitimum, non interposita, siuè Depositum scut. 2364. b. 60., post relaxationem mandati factum per hæredes, qui idcircò illud approbando attentatis tacitè videntur renunciasse, prout fieri posse pluribus probat *Lancell. de attent. 2. par. cap. 4. limit. 15. num. 3. cum seq. et numer. 20.*

4 Quia † appellationis commissio postmodū impetrata, de stylo appellationis loco succedit, ac idem operatur, quod appellatio, vt aduertit *Franc. in cap. dilecto num. 168. de appell.* quem refert, & sequitur *Rota coram Seraph. dec. 972. nu-*
5 *mer. 15.* Deposita verò † mandatorum metu facta ostenduntur, & sub præseruatione iuriū competentium, & competiturorum, adeoque tanquam conditionalia deponentis cōsensum operari non valent, & nihil inesse deducunt, ex notatis in *l. si Testamento Centurio §. 1. ff. de manumiss. testamanto, & in l. qui hæredi ff. de cond. & demonstr. Alex. cons. 190. ad fin. lib. 2. Rot. coram Verall. decis. 330. num. 2. lib. 2. & coram Put. decis. 34. nu. 1. & 4. lib. 2.*

6 Hæc † quoque attentatorum purgatio euitari nō valet ex desertione causæ ob non prosequutam intra biennium appellationem exaduerso suppositа post expeditas præsertim super desertione, ac reiudicata executoriales, quo casu dictam executionem ex capite attētatorum reuouati non posse, respondit *Rota in Gerunden. Beneficij 16. Martij 1643. in §. & licet, & in §. nec prædictis obstat coram R. P. D. meo Cerro, & in Romana fideicom. de Capiteferro 10. Iunij 1644. coram R. P. D. meo Corrado*, ubi tamen contrariū
7 firmatur † in executione obliqua, prædictæ enim decisiones transeunt, cum supposito rei iudicatæ & desertionis causæ, quę tamen cessat in proposito casu, dū in termino executorialium Heredibus præfixo pro transportandis actis eadem Actorum transportatio præcessit.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. CORRADO

Postea Eminentiss. D. CARDINALI.

Romana Vineæ de Granuella.

Veneris 26. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Simulationis exceptio aduersus rem iudicatam opposita, si eius non impedit executionem, neque restitutionem in integrum operatur, quoties coniecturæ ad eam probandam adductæ non subsistunt, quomodo autem coniecturæ reijciantur ex ipsa decisione videbis.

SVMMARIVM.

1 *Sententia transit in iudicatum causa non prosequuta, neque obtenta prorogatione fatalium.*
2 *Restitutio in integrum aduersus rem iudicatam non conceditur, nisi clarè constet de iniustitia.*
3 *Instrumentum publicum perfectam facit probationem.*
4 *Restitutio in integrum excluditur stante iustitia sententiarum.*
5 *Confessio facta præsente parte, ab eaque acceptata probat contra confitentem, & eius hæredes.*
6 *Confessio eo magis probat contra confitentem vbi est geminata, & iuramento firmata.*
7 *Actus, qui ex iusta, & vera causa fieri potuit ex ea potius, quam ex ficta, & simulata præsumitur celebratus.*
8 *Simulatio fortius excluditur contra ipsos contrahentes, eiusque hæredes.*
9 *Creditores præsumuntur solliciti in exactione suorū creditorum.*
10 *Simulatio ex coniecturis eliditur.*
11 *Simulationem ad probandam causa requiritur probabilis, ac verisimilis. & num. 20.*
12 *Creditoribus confessio, & declaratio partis non præiudicat.*
13 *Inuerisimilitudo etiam sola reputatur sufficiens ad excludendam simulationem.*
14 *Simulandi coniecturæ vbi non concurrunt, non inducitur simulatio.*
Sanguinis coniunctio de per se non est sufficiens coniectura pro inducenda simulatione. num. 14.
15 *Animorum dissensio inter legitimos, & illegitimos esse solet.*
Lites, & differentiæ simulationem excludunt. n. 15.
16 *Simulationis præsumptio ex tacito consensu, & tolerantia prorsus excluditur stante contradictione.*
17 *Creditore satisfacto debitorem bona recuperare iustum, & æquum est.*
18 *Simulationis probatio plenior requiritur stante aliqua præsumptione in contrarium.*
19 *Possessio stante simulatione est nulla ipso iure.*
21 *Res iudicata, eiusq; executio non impeditur sub prætextu crediti illiquidi, & controuersi.*
22 *Creditum vt dicatur liquidum requiritur quod sit adeò clarum, & certum, vt controuerti non possit.*

DECISIO CCXXXVI.

CVM peteretur pro parte Excellentiss. D. Principissæ vigore specialis commissionis exe-

executio iudicati per sententiam Rotalem, qua fuit declaratum Vineam, de qua agitur, ad eam spectare tamquam Matrem, & hæredem Leopoldi Eugenij filij, ac hęredis Comitis Francisci Thomæ Perenoti de Granuella, nullumque ius competere D. Francisco Thomæ filio q. Io. Gilberti, ac insuper concessa eidem D. Principissę manutentio in possessione illius. Opposita fuit exceptio iniustitiæ ex nouis fundamentis adductis per Informantes pro ipso Francisco Thoma. Quæ hodie discussa visa fuerunt Dominis irreleuantia. Ac proindè constare de re iudicata, non autem de causis restitutionis in integrum responderunt.

Cum enim appellatio fuerit interposita, & successiuè præsentata commissio die 15. Octobris 1644. nec ab eo tempore citrà prosecu-
1 ta, † & terminata, neque obtenta prorogatio fatalium certum est, quod sententia transiuit in iudicatum. *cap. Cum si Romana, de appell. Clem. sicut, & ibi gloss. & DD. eod. tit. l. fin. §. Illud etiam, & Auth. ei qui, C. de tempor. & reparat. appellat. Rot. penès Cassador. decis. 6. num. 8. vers. sciendum, de appellat. Card. Seraph. decis. 457. num. 1. & Card. Mantic. decis. 92. num. 3. vers. secundo, ac seq. & Caualer. decis. 282. sub num. 1. in fin. vers. non enim controuertebatur, cum seq. Buratt. decis. 240. num. 1. vers. quia non docetur de prosequutione, & in recent. decis. 601. num. 1. vers. certum est enim, ac seq. & decis. 666. n. 1. vers. & cum non doceatur cum seq. par. 4. tom. 3. & decis. 69. num. 2. vers. nec intra biennium par. 6.*

Restitutio autem in integrum aduersus rem
2 iudicatam non conceditur, † nisi clarè, ac cõcludenter appareat de Iniustitia: Vnde deducitur læsio, *iux. Thor. Innoc. in cap. cum ex litteris sub nu. 7. vers. ego non credo, de in integr. restit.* quam latè comprobauit *Rota in Pistorien. Benefic. 11. Maij 1618. coram bon. mem. Buratt. decis. 323. nu. 4. vers. Tamen necessariæ sunt probationes, ac seq. & decis. 664. sub num. 1. vers. Quo verò ad iustitiam, par. 3. Recent.* Cuius sanè iustificatio non solum deficit in proposito casu, sed contraria plenè resultat ex publico Instrumento celebrato die 17. Augusti 1621. in quo d. Io. Gilbertus declarauit sibi fuisse aliundè satisfactum de omnibus eius prætensionibus in hæreditate bon. mem. Cardinalis Perenoti de Granuella; Ideoque liberè, ac pleno iure restituit, ac renunciauit dicto Com. Frãcisco Thomæ illius hæredi Vineam prædictam, in cuius possessione iam anteà fuerat immissus anno 1602. in executione sententiæ ex eisdem causis pro eo latę in Ciuitate Neapolis. Et ex alio celebrato die 8. Februarij 1623. in quo defuncto iam dicto Comite denuò cõfirmauit dictum Instrumentum, ac reuocauit mandatum aliàs factũ in persona Gregorij Piscatoris, & alios consti-
3 tuit Procuratores, vt in eis legitur; † quæ certam, ac manifestam præseferunt probationẽ, *cap. cum olim in fin. de Cens. l. cum precibus, ibiq; glos. fin. C. de prob. Rip. in l. admonendi sub num. 143. vers. publica scriptura, & cæteri DD. ff. de iur. iur. Crauet. cons. 317. nu. 1. vers. ideò dici potest, Rota penès Cardin. Mantic. decis. 24. num. 6. vers. præsertim, & decis. 302. nu. 1. vers. nam quod scriptum est, &c.* & in hac materia *in Beneuentan. cens. 16. Decembris 1594. coram rec. mem. Card. Pamphilio inter Crim. Farinac. decis. 89. sub num. 1. vers. nam quod scriptum est in publico Instrumento, &c. cum seq. & in Romana Cens. 8. Martij 1610. coram sanct. mem. Gregor. decis. 459. num. 3. vers, Bonum ius autem, & in Anconitana Cens. 26. Nouembris 1615. coram bon. mem. Card. Sacrat. in recent. decis. 344. sub num. 1. vers. vt patet ex Instrumento par. 4.* Atque etiam ex præcedenti Decisione coram R. P. D. meo Rojas sub die 27. Iunij 1644. in qua eiusdem sententiæ iustitia doctè, ac perspicuè demonstratur, *iuxta tradita per Comitul. decis. 137. num. 1. vers. cuius iustitiam, &c. sanct. mem. Gregor. decis. 524. num. 4. vers. & pro bono iure, & in recent. decis. 647. num. 2. vers. iustitia verò, par. 1. & decis. 678. sub num. 1. vers. quinimò, par. 3. & decis. 223. sub num. 2. vers. & ex Decisioni-*
4 *bus par. 5.* Quare prorsus † excluditur prætensa in integrum restitutio, *l. pen. ibique gloss. in verb. necessarium, C. si aduers. rem indicat. Rot. decis. 1. in princ. de restit. in integr. in Nou. & penès Cardin. Seraph. decis. 1238. num. 1. vers. nam nunquam datur restitutio, Buratt. decis. 130. à num. 1. & seq. per tot. & decis. 323. num. 1. vers. Et ideò ac seq. & in recent. decis. 132. num. 1. & seq. per tot. par. 1. & decis. 234. sub num. 1. vers. Nam ex donationibus par. 4. & in alijs relatis in Sarsinaten. Feudi 3. Iulij 1641. coram bo. me. Pirouano, in §. Indubitatæ enim sunt Iuris conclusiones.*

Neque subsistit excitata modò dictorum Instrumentorum simulationis obiectio.

Primò, quia celebrata fuerunt ex iusta, & necessaria causa, cũ scilicet Gilbertus aliundè fuisset integrè satisfactus de omnibus eius prætensionibus in hæreditate præfati Cardinalis bon. mem. Ideòque Iure meritò teneretur hanc Vineam, cuius possessionem ex eisdem causis apprehenderat, restituere. Hæc enim confessio, ac declaratio Gilberti præsen-
5 te parte emanata, † & acceptata non solum probat contra illum, sed contra eius hæredes, ac successores. *l. si Creditoribus, C. de seru. pignor. dat. manumiss. vbi glos. fin. allegat concordantes, Ruin. cons. 50. numer. 13. vers. & talis confessio, lib. 1. Soccin. cons. 13. num. 5. vers. non possunt enim hæredes, ac seq. lib. 3. Surd. cons. 151. num. 38. uers. & confessio, ac seq. ac decis. 72. sub numer. 8. vers. Addo cum seq. Rota penes Sanct. mem. Gregor. decis. 172. nu. 1. vers. sed etiã, Buratt. decis. 799. num. 3. uers. confessio, Coccin. decis. 184. num. 1. vers. quæ assertiones Reuerendiss. Vrgellen. decis. 188. nu. 1. vers. quæ confessio, ac seq. & decis. 211. num. 2. vers. quæ confessio, & in Recent. dec. 207. sub nnm. 2. uers. quæ confessio, par. 4. & decis. 220. n. 3. uers. Illaque, & decis. 261. num. 7. uers. quam confessionem par. 7.* Eoque magis cum fuerit gemi-
6 nata, † ac iuramento firmata, *Roman. cons. 304. sub num. 4. vers. Sed ad hoc respondetur, Decian. cons. 46. sub num. 36. uers. quartò confirmatur, & seq. lib. 2. Rot. in Romana Dotis 4. Decembris 1601. coram bon. mem. Cardin. Sacrat. inter Crim. Farinac. decis. 170. num. 5. vers. Item quia adsunt tria Instrumenta, & in alijs.* Et elidit prorsùs præsumptam simula-
7 tionem illius actus, † qui dum potuit verè, ac realitèr fieri ex iusta, & necessaria causa præcedenti, censetur vtique potius ex ea, quam ex ficta, & simulata celebratus: *l. qui autem, in princ.*

princ.uerſ.ſed & illud probandum eſt,ff.quæ in fraud. Credit.Surd.conſ.160.num.26.uerſ.ubi ergo,& ſeq. & deciſ.30.numer.38. uerſ.& non dicitur factum in fraudem,ac ſeq.Honded.conſ.41.num.29. uerſicul. & quando lib.2.Rota penès Cardin.Seraphin.deciſ.339. num.5.uerſ. Actus enim,Sanct.mem.Gregor. deciſ.92. num.7.uerſic.quia cum præſumptio ſit, deciſ.195. nu. 10.verſ.quia cum re uera,& ſeq.& deciſ.459.num.7. uerſic.præexiſtens autem cauſa, ac ſeq. Præſertim
8 quoad ipſum † Gilbertum, & eius hæredes. *Alex.conſ.36.Viſo Themate, ſub num.1. uerſic. Tamen reſpectu ipſius cedentis lib.2.Rota deciſ.373.ſub num.3.uerſ.& quamuis ſit difficultas par.4.recent.*

Idque faciliùs procedit quando cauſa eiuſmodi expoſita veriſimilis omninò eſt; Siquidem cum Gilbertus obtinuiſſet decretũ prouiſionis alimentorum à Regio Conſilio contra bona,& hæredes Cardinalis in ſumma ducatorum octingentorum ſingulis annis, ab omni veriſimilitudine alienum eſt,quod voluerit pro eius ſatisfactione eligere hanc Vineam annui redditus ſcutorum ſexaginta, vel ſeptuaginta, ac in ea dumtaxat executionem fieri; Quodque ab anno 1602. quo illam apprehendit vigore prædicti mandati A.C. citrà non curauerit eam ſubhaſtari, ac pretium in eius ſatisfactionem conuerti. Solent enim, ac præſumuntur creditores in exactione credito-
9 rum ſuorum eſſe ſolliciti,† omnemq; adhibere ſolertiam, *ad l.cum de indebito, ff. de Prob. Roman.conſ.481.num.9.verſ. tum etiam, Menoch. præſumpt.77.num.3.uerſ.& huius ſententiæ ea eſt ratio, lib.6;Rota penès Cardin.Seraphin. deciſ.1397. nu.4. uerſ.cum nemo,& ſanct.mem.Gregor.deciſ.521. n.1. uerſic.& longè diſtat à veriſimili, & deciſ.130.nu.6. uerſ.cum nemo in his,par.2.diuerſ.& in recent. deciſ. 144.ſub num.7.uerſ.Tertia pariter,& ſeq.par.6.* Atque ideò non eſt credendum, quod is, qui pauper erat, propriaque alimenta quærebat, negligens adeò fuiſſet, ac ſupinus, ſed veriſimile profectò eſt, quod ex alijs bonis, & effectibus hæreditarijs ſatisfactus fuerit(vt in prędictis Inſtrumentis declarauit.) Vndè meritò
10 corroboratur illius confeſſio, † ac ſimulationis præſumptio refellitur. *Cravett.conſ.75. num. 24.uerſ.ueriſimilitudo enim,Menoch.de præſumpt.lib. 1.quæſt.30.num.3.verſ.ſic quoque dicimus,*& in ſpecie *Rota penès Card.Seraph.deciſ.12. ſub num.1. & deciſ.37.num.9.uerſ.Octauò mouebat Dominos,par.2 diuerſ.& in recent.deciſ.344. ſub num.2. uerſ. Cum maximè par.4.*

Secundò, quia cauſa ſimulationis ex eo deducta, quod partes voluerint eiuſmodi molitione Vineam eximere è manibus Georgij Piſcatoris, ac aliorum creditorum Gilberti,quibus fuerat priùs hypothecata; Non eſt proba-
11 bilis, † nec veriſimilis, qualis ad hunc effectũ requiritur;*iux.Theor.Bart.in l.poſt contractum ſub num.2.uerſ.dico tu debes probare cum ſeq.ff.de donat. & in conſ.65.Factum tale eſt,Petrus Nicolæ,ſub n.3. uerſ.Tertio modo,ac ſeqq.lib.1. Bertazol. conſ. crim. 230. ſub num.6.uerſ.Primum eſt,lib.1.Honded.conſ. 41.numer.28.uerſ.Verum quia,lib.2. Rota in Bonon. Bonor.30.Martij 1607.coram bon.mem. Penia. in §. Quoniam autem,in uerſ.neque enim ſufficit,ac ſeq. & in Venet.Cenſ.14.Martij 1611.coram Lugdunen. inter crim.Farinac.deciſ.317.ſub num.3. uerſ.& quidem regulare eſt, & in Rom.Donat.14. Febr. 1620. coram bo.mem.Card.Sacrat.in recent.deciſ.179.nu.3 verſ.Quod autem fuerit ſimulata,par.4. tom.2. ac in alijs relatis per Add.ad deciſ.Buratt.99.num.3.uerſ. & cauſa debet eſſe rationabilis, &c. Mareſcott. reſol. 133.num.5. verſ. præterea, lib.2.* Tum quia contraria manifeſtè probatur earundem partium voluntas ex d.Inſtrumento diei 8.Febr. 1623. in quo conſtituti fuerunt Procuratores ſpecialiter ad illud intimandum præfato Piſcatori, ac cum eo concordandum ſuper prætenſo eius credito; quod planè conuincit partes noluiſſe illum fraudare, nec clandeſtinè agere; ſed bona fide. Tùm quia nec poterant illi, nec alijs anterioribus Creditoribus hypothecarijs
12 ea † confeſſione, ac declaratione mediante præiudicare.*l.facta.§.ſi hæres,ibique Bart.& DD. ff.ad S.C.Trebell.l.Debitorum,C.de pact.Bero. conſ. 187.nu.5.uerſ. pro reſponſione lib.1.Rot.penès ſanct. mem.Gregor.dec.157.numer.8. uerſ.confeſſio illa, & ſeq.ac deciſ.311.num.13.uerſ.& propterea,Card.Caualer.deciſ.241.numer.4.verſ.Tamen, & deciſ.422. num.3.verſ. & conceſſiones,& in recent. deciſ. 413. ſub nu.4.uerſ.Tum quia eorum confeſſio, & dec.460. ſub num.2. uerſ. quia confeſſio debitoris par.2.* Et in ſpecie fuit dictum *in Rom.Donat.de Cang. 18.Ianuar.1604.coram bo.mem.Card.Lancell. inter Crim. Farinac.deciſ.408. ſub num.1. uerſ. reſpectu creditorum præcedentium,& ſeq.* Ac demum quia reſiſtit maxima inueriſimilitudo, quod ſcilicet Gilbertus, vt eximeret Vineam modici valoris, ac nullius ferè redditus à Creditoribus prædictis, voluerit moliri tàm graue ſibimet ipſi præiudicium confitendo, & declarando reiteratis vicibus, ac iuramẽto ſatisfactionem omnium eius prætenſionum in hęreditate Cardinalis,quę vſque in eam diem ex cauſa tantum iudicati ſuper alimentis conſtituebant ſummam ducatorum quindecim milliũ, & vltrà, longè nimis excedentem aſſerta eius debita,
13 quæ ſola † inueriſimilitudinis ratio ſufficiens eſt ad reijciẽdam huiuſmodi adductam ſimulationis cauſam. *Alb.conſ.9.ſub num.9.in fin.uerſ. præſertim in huiuſmodi caſibus,&c.*& in ſpecie fuit concluſum *in d.deciſ.344. ſub numer.2. non obſtat quod & verſ.Tum maximè,ac ſeq.par.4.Recent.*

Tertio, quia nullæ vigent legitimæ ſimu-
14 lationis coniecturæ;†Nam ſanguinis coniunctio ſola non eſt ſufficiens. *Bald.in l.quod autem, §.ſi tibi maritus ſub num. 1. verſ. nota quod quilibet contractus,ff.de donat.int.vir. & vxor.Mantic. de tacit.lib.13.tit.35. ſub num.8. uerſ.quod locum habet, &c.Rot.penès Buratt.deciſ.365.num.6. uerſ. ſecunda autem,& deciſ.776.num.2.verſ. & hinc quoque, & ſeq.par.4.diuerſ.* Et eò minùs in hoc caſu,in quo diſparitas conditionis,& animorum diſſenſio, quæ inter legitimos, ac illegitimos facilis eſſe
15 ſolet;† Liteſque,ac differentiæ inter eos acriter actæ præſumptam elidebant confidentiam ex qua prodit obiecta præſumptio, vt tradit *Bald.conſ.70.Apparent quædam Inſtrumenta,ſub n.1 uerſ.Nam ratio naturalis ſuadet,& uerſ.maximè cum confidimus,lib.1.Gabr.com.concl.lib.1. tit. de Teſtib. concl.13.num.4.uerſ. Secundo limita. Peregr. de Iur. fiſc.lib.5.tit.1.ſub nu.159.uerſ.Præmiſſa tamen, &c.*

Farinac.de testib.quæst.54.num.62.uersic. limita vndecimo.

Altera ex continuatione possessionis Gil-
berti nullius est momenti. Quoniã illa penès
ipsũ non erat, sed penès præfatum Georgium
Piscatorem eã occupantem, à quo, vt auocare-
tur factũ ab eo fuit dictum mandatũ die 8. Fe-
bruar. 1623. Ac deindè institutũ cũ interuentu
etiã prefati Com. Francisci Thome corã Rota
iudicium, in quo emanarunt Decisiones corã
Reuerendiss. D. meo Decano sub diebus 14.
Iunij 1628. & 14. Maij 1629. hactenus conti-
nuatum. Itaque stantibus diligentijs factis ex
parte eiusdem Comitis, ac eius successorum
ad effectum eam consequendi, & impedimẽ-
tis huiusmodi præstitis, nulla hinc certè potest
aduersus eos inferri simulationis præsumptio
16 aliàs ex tacito consensu, ac tolerantia † resul-
tans; Quia non solùm deficit in proposito, sed
constat ex prædictis de contradictione, ac dis-
sensu; *iux.Theor.Bart.in d.l. post contractũ sub n.5.*
uers. sed quanto tempore, ff.de donat. Bald. in d. cons.
70.num.4.uers.ex quo habemus, & seq. lib.1.Menoch.
cons.88.num.38.uers.Tertio mirum in modum urget.
& de Arbitr.Iud.cas.39.sub num.18.uers.Ita quoque
lib.1.Mascard.de Prob.concl.558.num.12.uers.Ter-
tio intellige, ac seq.

Altera denique ex eo, quod inuerisimile
sit Com. Franciscum Thomam hæredem bo.
me. Cardinalis voluisse soluere ducatos quin-
decim mille circiter Gilberto debitos ex cau-
sa alimentorum pro tempore tunc decurso,
vt dictam Vineam parui valoris, ac nullius fe-
rè redditus recuperaret; Nihil releuat, quia
non soluit eam summam, vt Vineam redime-
ret, sed quoniam Gilbertus iam fuerat in alijs
bonis integrè satifactus illam ab eo recupera-
17 re curauit, † vt iustum, & æquum erat *cap.cũ*
contra de Pignor.l.1.& 2.C.de pignorat. act. l.si do-
minium, C.de pignor.l.2.C.si pign.pignor.dat. sit, Ne-
gus.de Pignor.par.5.memb.5.num.3.uers. Tertio am-
plia, &c Rot.penès Buratt.d.decis.240.sub num.1. &
2.uers.& sic eo ipso iustificatur, ac seq.

Minus releuat alia præcedens simulatio in-
ter easdem partes enunciata in d.Instrumento
17. Augusti 1621. Tum quia non constat fuis-
se factam cũ Com. Francisco Thoma, vel ipso
sciente, seu mandante nec ab eo ratificatam,
quinimò fuit reuocata in dicto posteriori In-
strumento. Tum quia pro illa tamquam vti-
li ipsi Gilberto vigebat verisimilitudinis ra-
tio repugnans electioni dictæ Vineæ pro con-
secutione crediti magnæ summæ supra pon-
derata *in §.Primo quia celebrata fuerunt in uersicul.*
Idque facilius procedit, &c. Quæ huic tamquam
ipsi nimis damnosæ, ac præiudiciali penitus
aduersatur, vt paritèr dictum est *in §. Secundo*
quia causa simulationis ex eo deducta, in uers. & de-
18 *mum quia resistit maxima inuerisimilitudo, &c.* † Ac
propterea plenior requireretur probatio, vt
respondit *Alex.con.28.in causa, & lite, sub num.12.*
uers.Præterea, ac num.13.uers. & ideo, & infr. lib.5.
Et denique si illa, prout in dicto Instrumento
narratur admitti deberet excluderetur æquè
Ius Gilberti, ac eius successorum deductum
ex eius immissione in possessionem huius Vi-
19 neæ anno 1602. † Quæ (presupposita simula-
tione ibi enunciata) nulla fuit ipso iure. *l.nuda*
ff.de contrab. empt.l.1. uers. quod si quis, C.de Præd.
Decur.sin.Decret.non alienan.lib.10.gloss.in l.emptor
in verb.simulata, ff.de Aqu.pluu.arcen. Bart. in dicta
l.post contractum, sub num.4.uers. Sed isto casu, ff. de
Donat.& d.cons.65. factum tale est, Petrus Nicolæ,
sub num.3.uers.Tertio modo, &c.lib.1.Becc. cons.52.
sub num.35.vers.Tertia conclusio, ac seq.& sub num.
106.uers.minus obstat, cum seq.Honded. cons.46.sub
num.7.uers.Altera uerò, & num.10.uers. Et hæc spe-
cies, & num.35.nec iuramentum, & seq.lib.1.Rot.de-
cis.179.numer.1.uers. quo casu, & seq. par.4. tom.2.
Recent.

Præterea singulæ prædictæ, ac aliæ quæuis
huiusmodi coniecturæ nihil operantur, neque
attenduntur quoties nulla viget probabilis,
20 nec verisimilis causa, † ob quam partes intẽ-
derint actum simulatum componere (quæ vt
dictum est in proposito casu non apparet.)
l.si quis post hac, §.si quid etiam, C.de bon. præscript.
seu damnat.& ibi gloss.in verb. præscriptionem, & in
uerb.reatus, Bart.in d.l.post contractum sub numer.3.
uers.& ibi dicitur etiam, ff.de donat.& c.cons.65.sub
num.4.uers.nam non ponitur, Alex.d. cons.28. nu.12.
uers.& qui opponit, ac seq.lib.5.Natt.cons.628.n.17.
uers.illa etiam est tutissima responsio, &c.& seq.Becc.
cons.52.num.26. uers. Planiora etiam cum seq. Ma-
scard.de prob.concl.439.num.13.uers.& ideò non ap-
parente causa, & seq.Mantic.de tacit.lib.13. d.tit.35.
sub num.6.uers. & ad probandum speciem simulatio-
nis, & tit.39. sub numer.2. uers. sed aduertendum est
primo, &c.Rot. decis.776. sub num.1.uers. Denique,
& num.5.uers.Maximè par.4.Diuers. & penès Sãct.
mem.Gregor.decis.157. num.21. uers. Et non proba-
tur prout debet, &c.Buratt.d.decis.365. num.3. vers.
non obstat exceptio simulationis, &c. & inter Crim.
Farinac.dec.118.sub num.2.in fin.uers. Tertio quia,
& decis.237. sub num.3.uers. Quoniam autem, ac in
recent. decis. 672. sub num. 5. uers. Vnde applicatur
conclusio, par.2.& decis.308. num.16. uers. Secundo,
par.5.recent.Peregr.de Iur.fisc.lib.5.tit.1.sub d.num.
159.uers.ubi autem, & uers. sed ad hoc, & sub num.
160.uers.Intellige tamen, &c.& alijs relatis compro-
bat Modern.Roman.discept.255.num.8.uers. Intellige
quando, ac seq.

Postremò non obstat exceptio retentionis
ob creditum præfati Gilberti ex causa dicto-
rum alimentorum.

Quia si agitur de decursis in eius vita, obstãt
Instrumenta prædicta, in quibus declarauit si-
bi fuisse de omnibus eius prætensionibus in
hæreditate bon.mem. Cardinalis, & specialiter
de hac integrè satisfactum; Si autem de alijs à
Domino Francisco Thoma eius filio ex pro-
pria persona prætensis; Ea certè non fuerunt
adhuc iustificata, nec liquidata. Ideoque non
21 potest impugnari res iudicata; † minusque im-
pediri executio illius sub prætextu crediti illi-
quidi, vel controuersi, *ad l.fin.C.de compens.Ro-*
ta penès Card.Mantic.decis.349.num.6.vers.quæ au-
tem, & Sanct.mem.Greg.decis.220.num.5.vers.Inte-
rim non est differenda executio, & decis.254. num.3.
vers.Sed tamen non procedit, & Buratt.dec.805.n.9.
vers.Et prædicta, ac Reuerendiss.Vrgellen. decis.113.
num.7.vers.quia quicquid sit, & decis.197. numer.1.
vers.

vers. quia ad hoc, &c. vbi quod creditum ad hoc
22 vt dici possit liquidum, debet esse adeò clarum, & certum, vt controuerti nullo modo possit; *& in Recent. decis. 679. sub num. 5. vers. Et denique par. 1. et decis. 411. num. 24. vers. neque creditum, par. 5. et in Interamnen. Cens. 14. Maij 1621. coram bo. mem. Pirouan. penès Modern. Perusin. de Manut. decis. 487. num. 9. et 10. vers. Tamen in hoc omnes conueniunt, &c.*

Quare fuit ita conclusum, &c. Vtraque parte informante, &c.

R. P. D. BICHIO.

Bononieñ. Hæreditatis.

Veneris 26. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Præsens decisio latè differit quæstionem, an sub possessione domus cõtineatur etiam possessio mobilium in ea existentium, ad differentiam inter duos hæredes, quorum alter, licèt tempore posteriori, præcisam cum domo, mobili non cœperit possessionem.

SVMMARIVM.

1 *Possessio domus importat etiam possessionem mobiliũ, quæ sunt domui infixa.*
Mobilia domui infixa pars domus dicuntur nu. 1.
2 *Mobilia in domo apposita, vt ibi perpetuò sint, veniunt cum possessione domus.*
3 *Possessionem domus, qui tribuit quandoque mobilium inibi existentium possessionem tradere censetur.*
4 *Thesaurus in domo absconditus non venit cum possessione domus.*
5 *Possessio domus tradita de voluntate possessoris importat possessionem mobiliũ, secus si possessio fuerit data de ordine iudicis.*
6 *Mobilium possessio non censetur apprehensa ex possessione domus capta de mandato iudicis.*
7 *Factum iudicis, seu executoris in tradenda possessione non est tantæ potentiæ sicut factum partis.*
8 *Mobilia perpetuo domus vsui non destinata dicuntur parata ad vsum personæ, non autem ipsius domus.*
9 *Possessio in rebus de sui natura diuiduis non extenditur de re ad rem.*
10 *Possessio domus non est vera possessio mobilium, & ideo non sufficit ad manutentionem.*
11 *Interdictum l. p. ff. vtrobi, datur ad instar retinendæ.*
11 *Possessionem singularitèr de singulis mobilibus capiendi certus modus à iure præscriptus non requiritur.*
Possessione capta de domo censetur etiam capta possessio mobilium, quæ in ea continentur. num. 11. et per totam decis.
12 *Continentis possessio includit possessionem contenti.*
13 *Totum vniuersale distinguitur à toto integrale, & toto continentiæ.*
14 *Possessio domus importat etiam possessionem supellectilium.*
15 *Aedes qui possidet possidet etiam singulas res, quæ in ipsis ædibus sunt, & quomodo.*
16 *Immissus in possessionem domus, censetur etiam immissus in possessionem mobilium, si talis erat intentio Iudicis, & partis.*
17 *Mandatum de immittendo hæredi vniuersali concessum domus & mobilium possessionem importat.*
18 *Possessio regulatur à mandato, in cuius executionem fuit concessa.*
19 *Declaratio executoriæ circa executionem iam factã, & quæ aliquam dubietatẽ continet, attendi debet. Declaratio dicitur inesse actui, qui declaratur, & potest quandocumque fieri. num. 19.*
20 *Domo vendita non veniunt nisi domui affixa, aut perpetuò ibi destinata.*
21 *Diuersi sunt titulus venditionis, & hæreditarius.*
22 *Mobilium possessio venit sub vniuersalitate tituli hæreditarij, & mandati de immittendo hæredi concessi.*

DECISIO CCXXXVII.

Citra controuersiam est apud partes litigantes, quod Laurentius de Anselmis vnicum se esse hæredem vniuersalem ab intestato Dominici Mariæ de Cauazzonis prætendens, obtinuit à Iudice sub die 12. Septembris mandatum de immittẽdo in possessionem omnium & quorumcumque bonorum mobilium, & immobilium à defuncto tempore mortis possessorum, quodque eadem die prædicti mandati vigore executor illum immisit in realẽ, & corporalem possessionem domus magnæ positæ Bononiæ, quam defunctus dum vixit habitabat.

Sed quoniam in relatione executoris dicitur tradita possessio domus, nec fit specifica mentio mobilium ibidem existentium, quorum vna cum domo nominatim possessionẽ appræhenderunt die sequenti Barbara, & Sorores de Cauazzonis simili titulo successionis ab intestato; orta est quæstio super manutentione in possessione eorumdem mobilium, allegantibus sororibus se licet posteriores in appræhensione domus, mobilia tamen ibidem existentia reperijsse vacantia, quippe non illorum fuerat pridie ante ab Anselmo capta pos-
1 sessio, sed domus, † cum qua censentur quidẽ appræhensa mobilia, quæ sunt domi infixa, quia eius pars dicuntur, *Contard. in l. vnica, C. si de moment. poss. limit. 1. num. 73. Boccac. de iterd. vti possid. cap. 2. nu. 15. Boer. dec. 229. num. 2. Cesar Ma-*
2 *nen. decis. 55. num. 8.* vel quæ sunt ibi † apposita, vt perpetò sint *l. cert. 1, §. hoc Senatusconsultum il 2. ff. leg. 1. Neguf. in sylua respons. q. 322. num. 1. & seqq. Rot. decis. 822. col. 2. uers. non obstat il primo, part. 3. diuers.* Siue amplius omnia mobilia quãdo domus possessio acquiritur de voluntate prioris
3 possessoris, † eo quod tradẽdo domum omnia quoque mobilia ibi contenta, quæ sunt sub eius custodia tradere voluisse præsumitur, in quibus terminis loquitur *tex. in l. clauibus 74. ff. contrah. empt. in l. si ego, 10. §. Cæterum, vers. quid enim interest, ff. Iur. dot.* vt notat *Socc. in l. 3. §. Neratius sub num. 5.* vbi hoc limitat in thesauro
4 abscondito, † quia à nemine possidebatur, *ff. acq. poss. Gomes in l. Thauri, 45. sub num. 60. Purpur. cons. 498. num. 54.* vbi distinguit inter possessio-
5 nem traditãm † de volũtate possessoris, & captam de mandato Iudicis *lib. 2.*

At

At omnia mobilia capta videri per immis-
6 sionem in domum facto executoris † negabat informantes pro sororibus, *ex tex. in l. qui vniuersas 30. ibi, qui vniuersas ædes possedit singulas res, quæ in ædificio sunt non videtur possedisse, ff. acq. poss. l. eum qui 23. in princ. ff. vsucap. l. naue 36. ff. euict.* nam factum Iudicis, seu executoris in tradenda
7 possessione, † non tanti est momenti, quanti voluntas, & factum possessoris, vt benè distinguit *Bart. in l. 1. num. 23. ff. acq. possess. Purpur. loco mox alleg. Giurb. decis. 64. num. 10. aliijque relati à Gomes. in l. 45. Thauri num. 54.* Et mobilia perpetuo domus vsui non destinata cum sint parata
8 ad vsum personæ † potius ipsam personam, quàm domum, vel situm, cui adhærent concernere dixit *Alex. cons. 31. numer. 5. lib. 1. Cephal. cons. 278. num. 105. Rebuff. in tract. de donat. insinuan. art. primo, gloss. 1. num. 29. vers. & quia, Senatus Dolanus apud Cribell. dec. 82. num. 29.* nec in rebus
9 sui natura diuiduis † possessio extenditur de re ad rem: *Innoc. in cap. in præsentia num. 2. de probat. Gomes. in l. 45. Thauri sub nu. 39. Surd. cons. 135. num. 65. Menoch. de retin. remed. 3. num. 281. Rot. decis. 403. num. 3. par. 4. diuers.* Vel in omnem euentum cum appræhensio mobilium veniat in consequentiam tenutæ domus ex dispositione
10 iuris, quia appræhensio domus † non est vera appræhensio mobilium non videtur sufficiens ad manutentionem, vt in proximis terminis voluit *Barz. decis. 47. numer. 18. & 3. seqq. Fontanell. decis. 185. num. 15. & seqq.* vbi signanter *num. 19.* dicit rationem, quia in interdicto retinendæ solum inspicitur, quod re vera possidetur, non quod ius vult me possidere, nec illud, in quo ius vult operari, vt dicatur quis possidere.

His tamen non obstantibus anterior possessio Anselmi quo ad domum visa est suffragari etiam quoad mobilia siue perpetuo, siue temporaliter in domo mansura, itaut super eis quoque Anselmo sit danda manutentio ex interdicto, *leg. 2. ff. vti possid. Burat. decis. 609. num. 3.* quod procedit ad instar interdicti retinendæ: *Menoch. de retin. remed. 3. num. 283. Boccac. de interd. vti possid. cap. 2. num. 15. in fin. Rota decis. 475. n. 10. & 11. inter impress. apud Moden. de manut.* Neque enim hic agitur de extendendo ex dispositione iuris possessionem partis ad totum, in quibus terminis loquuntur *Barz. & Fontanell. mox allegati*; aut de appræhensione possessionis per modum fictum, puta per aspectum, quo casu inter factum Iudicis, & possessoris distinguit *Bart. & alij allegati in obiecto*, sed Anselmus innititur actuali possessioni.

Quam realiter, & per modum verum de manu executoris capiendo quoad domum, cepit quoque quoad mobilia etiam non infi-
11 xa, aut perpetuo vsui destinata, † cum non sit præscriptus certus modus capiendi singulariter possessionem mobilium huiusmodi, *Valasc. consul. 191. num. 32.* & possessio continen-
12 tis † includat contenta, vt in puncto tradit *Bald. in l. de his 11. num. 2. C. seru. corrup.* quem sequitur *Alex. in l. 3. num. 27. ff. acquir. poss. Ias. ibidē num. 33. Zasius num. 28. uers. vnde si aliquis, & clarius in l. cum hæredes num. 10.* vbi distinguit inter
13 totum vniuersale, † integrale, & continentię, *ff. eod. Peregr. de fideicomm. art. 48. num. 75. Anchar. familiar. quæst. lib. 1. quæst. 7. num. 5. Regens Galeott. contr. Iur. lib. 1. contr. 23. sub num. 9. vers. idemque,*
14 qui † omnes loquuntur in specie de supellectilibus, facit *Natt. cons. 446. num. 2. & 3. Milanen. decis. 14. num. 77. lib. 1. Ant. Monac. decis. Lucensi 14. num. 4. & seqq. vsque ad 10.*

Neque obstat *tex. in l. qui vniuersas, ff. acq. possess. cum alijs ex aduerso adductis.* Primò, quia dum ibi Iurisconsultus negat eum, qui ædes possi-
15 det † possidere singulas res, quæ in ædificio sunt loquitur de possessione singulari, nempè quod non possidet singulas res singulariter, sed benè possidet in concreto cum ipsa domo, vt egregiè explicat *Ang. in d. l. qui vniuersas vers. sed responde*, quem refert, & sequitur *ibid. Alex. sub nu. 3. vers. quia loquitur, & prius in l. 3. sub n. 27. uers. responderi potest, Ias. in d. l. 3. num. 33. uers. nisi respondeas*, & hanc distinctionem comprobat *tex. in l. nam origo, 8. ff. quod vi, aut clam*, vt aduertit *Imol. in d. l. qui vniuersas sub num. 1. uers. & facit.*

Secundo respondetur contraria non procedere quando animum tradendi quoque mobilium possessionem habuit Iudex, & immis-
16 sus capiendi, † quia vbi deuentum fuit ad actū facti in tota domo, an solius domus, an verò etiam mobilium sit capta possessio pendet ex animo acquirentis, cum eatenus acquirat, quatenus acquirere intendit, vt in puncto *Soc. cōs. 131. sub num. 9. vers. sed hæc obiectio lib. 1. Barz. decis. 47. num. 20. Fontanell. decis. 185. numer. 17. Ant. Monac. decis. Lucen. 14. num. 12.* animus verò Iudicis, & immissi circa possessionem mobilium euidens est in casu nostro, quo Anselmus tanquàm hæres vniuersalis petijt, & Iudex con-
17 cessit mandatum de immittendo † in possessionem omnium bonorum, & nominatim mobilium, vt in his terminis ponderat *Pontan. de spolio lib. 2. cap. 14. nu. 123. circa fin. uers. ac quemmodum, & uers. nisi fuisset relat. à Moder. Perus. de manut. obseru. 22. num. 15. post Soccin. d. cons. 131. sub num. 9.* actus enim subsecutæ possessionis regu-
18 latur † à mandato, in cuius executionē emanauit *Surd. cons. 418. num. 11. & decis. 93. num. 25. Rota decis. 114. num. 4. par. 1. recent. & in Bononien. Legati de Maresrottis 22. Martij 1627. cora bo. mem. Merlino*, & magis in specie *Ant. Monac. decis. Bononien. 29. num. 59. uers. quia homines, & num. 60.* vbi ponderat, quod possessio capta in vim rescripti compræhendit omnia, de quibus in rescripto facta est mentio. Quo magis, quia vltro ipse Nuncius, siue Executor possessionem mobilium vna cum domo tradidisse declara-
19 uit, † & hæc declaratio quamuis de actu prę terito valde meretur attendi, qúatenus res esset dubia, quia inesse dicitur primæ relationi, & potest quandocumque fieri; *Castr. in l. hæredes palam. 21. §. si quis sub num. 4. ff. testam. Alex. consil. 130. num. 3. lib. 1. Ciriac. contr. 295. num. 32. Surd. decis. 29. num. 1. Rot. in Bononien. Successionis 4. Maij 1646. coram me.*

His itaq; concurrentibus cessat omnis difficultas, & gratis obijcitur simile venditionis
20 domus, † qua videlicet vendita non veniunt, nisi mobilia affixa, aut perpetuo ibi destinata;

Mant.

Mant.de tacit.lib.4.tit.15.nu.1.& seqq. per tot. quia
21 longè diuersa est ratio inter † titulum venditionis, qui particularis est, & hæreditarium, qui est vniuersalis; *vt per Ias.in l.1.§.veteres,n.3. ff.acq.poss.* Cumque pro apprahensione mobilium militet, vt dicebam apertissima voluntas, tum Iudicis, tum partis, tum Executoris, sumus in claris, quod immissus cæpit cum domo possessionem omniũ mobilium cuiuscumque generis,& qualitatis, † quæ sub vniuersalitate tituli hæreditarij, & verborũ mandati de immittendo, ibi, *omnium,& quorumcumque bonorum mobilium,&c.cuiuscumque sint qualitatis, generis, & speciei, &c.* comprehenduntur, *Dec.cons.472.num.1.& seq.Curt.Iun.cons.183.n.4. Menoch.cons.407.sub num.9. uers. sexto amplia, Peregr.cons.37.sub num.19.lib.2.& decis.Patauina 32. num.7.Vrsill.ad Afflict.decis.106.sub num.10. vers. nisi fuisset,Lauren.decis.Auenionem.14.num.4.*

22

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. BICHIO.

Fesulana Beneficij, seu Oratorij.

Veneris 26. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Ius Patronatus nõ posse extraneo donari absque consensu Ordinarij, vel eius Vicarij cum speciali tamen ipsius Episcopi mandato, quod etiam in filio donatoris procedere in hac decisione firmatur.

SVMMARIVM.

1 *Donatio iuris patronatus ad fauorem non compatroni requirit consensum Ordinarij.*

2 *Vicarius non potest consentire donationi iuris patronatus ad fauorem extranei sine speciali mandato Episcopi, & num.1.*

Iura Episcopalia non sunt annexa officio Vicariatus num. 2.

3 *Facultas confirmandi ius patronatus ab Episcopo Vicario concessa probari debet cum non præsumatur.*

4 *Præsumptio melioris tituli cessat stante productione tituli inualidi.*

5 *Iudex qui caret facultate instituendi institutionem remittere debet ad Ordinarium.*

6 *Actus factus ex necessitate officij, & obligationis non inducit consensum ex iure proprio.*

7 *Actus tribuitur ordinanti,non exequenti.*

Executio sententiæ tribuitur Iudici pronuncianti, non autem illam exequenti nu.7.

8 *Donatio iuris patronatus facta per patrem ad fauorẽ filij requirit consensum Ordinarij.*

Filius viuente patre in iure patronatus hæreditario non dicitur compatronus,sed extraneus nu.8.

9 *Clementina Auditor de rescriptis habet locum solum in Auditoribus Romanæ Curiæ.*

10 *Verba intelligenda sunt ad exclusionem noui oneris.*

DECISIO CCXXXVIII.

SVPERVIVENTIAE Leandri habentis ex donatione facta à Baldino de anno 1594.Iuspatronatus plenum, & ex alia, quam fecit Io: Franciscus Cassiuolus de anno 1622. ius præsentandi vita durante, vnicè innititur postrema decisio restringendo onus præsentationis faciendæ de aliquo ex familia de Lutis iniunctum in d.donatione anni 1622.ad alios donatarios, & per consequens institutioni Antonij Fossij à Leandro causam ducentis annuendo. Quoniam vero restrictionem hanc, de qua nullum verbum in precedẽtibus decisionibus repugnare donationis verbis asserentes informantes pro Bartolomeo iterum audiri supplicarunt, placuitque Dominis indulgere, reassumpta hodie fuit ex integro discussio dubij originalis, quis nempe ex duobus præsentatis sit instituendus,& pro eodem Antonio Fossio confirmata resolutio, cuius fundamentum aliqui ex Dominis in nullitate d. donationis anni 1622.alij in oneris ibidem appositi restrictione, & Leandri vita posuerunt.

Nullitas donationis resultat ex defectu consensus Ordinarij, siue eius Vicarij ad id speciali mandato suffulti, quod omnino † requiri
1 in donationibus Iurispatronatus erga non cõpatronos præter allegatos in secũda decisione huius causæ §.1.& seq.probat *Garz.de benef.p.5. cap.9.num.75.& seqq.Lotther.de re benef. lib.2.q.7. nu.2.& seqq.Rot.in Florentina Iurispatr.11. Martij 1644.coram R.P.D.meo Royas.* Neque enim, vt in præcedenti disputatione exaduerso supponebatur,vis fieri potest in tacito cõsensu Laurentij Capponij tunc Vicarij Ordinarij Fesulani elicito ex instrtutione,quam concessit Philippo de anno 1631. præsentato ab vno ex donatarijs: nam obstant duo nouiter deducta, & ex actis probata.

Primum,quod donatio appareat confirmata dispositiuè, & expresè de anno 1623. a Pandolfino tunc Ordinarij Fesulani Vicario,
2 cui † potestas confirmandi deerat, quia non competit nisi habenti iura Episcopalia, quæ non sunt annexa officio Vicariatus *cap.2.& cap. fin.de offic.Vicar.in 6.*& in specie *Ferret. cons.327. num.5.Rot.in Gerunden.Beneficij 18.Iunij 1640.§.1. coram R.P.D. meo Royas.* Datam vero fuisse ab Episcopo mediãte speciali mãdato exaduerso
3 probandum esset,†quia non præsumitur *Imol. cons.91.num.1.Dec.cons.510.num.2.Marsil.singular. 471.num.2.& in rubr.C.de probat. num. 309. Grat. discept.498.nu.15.* & stante insufficientia huius
4 confirmationis à donatario procuratæ, & productæ cessat præsumptio melioris antea vel postea obtentæ *Aym. cons. 134. sub nu.44. Egid. cons.10.num.20.vers.item, & aliter Caputaq.decisio. 304.num.1.p.3.Rota coram S.M.Greg.XV.dec.467. nu.7.& in Cremouen.Pensionis 21.May 1607.coram Cardin. Sacrato,* & in his terminis fuit dictum *in decis.555.sub num.2.vers.quia id procederet par.3 recent.*

Secundum quod tantum abest quod Vicarius Capponius instituendo Philippum de anno 1631.præsentatum à donatario voluerit tacite

citè, & in necessarium antecedens donationē confirmare, quod imo prima vice donationē & præsumptionem reiecit denegando præsentato institutionem, & licet de anno 1633. postquam in gradu appellationis à d. denegatione interpositæ tres alij Iudices extra Curiam in diuersis instantijs pronunciauerant præsentatum à donatario esse instituendum eorumq; sententiæ in iudicatum transierant, idem Vicarius Capponius in executionem rei iudicatæ eumdem præsentatum instituerit, ex inde educi non potest illius consensus in donationem, quia institutio illa tanquam facta in executionem rei iudicatæ, & sic ex necessitate officij, & obligationis exequendi sententias alio-
5 rum Iudicum, † qui cum carerent facultate instituendi, institutionem remittere debuerunt ad Ordinariũ *cad. super eo de off. deleg. Rot. penes Mant. decis. 231. num. 3. & in Mediolanen. Parrochialis 16. Martij 1588. coram Platto impress. apud*
6 *Marches. de commiss. par. 1. fol. 310. num. 5.* † non includit consensum ex iure proprio ipsius Capponij, vt ex doctrina *Innoc. in cap. inter dilectos, sub num. 3. verb. inter alios, de fid. instr. Butr. in cap. suborta nu. 5. de sent. & re iudic.* dixit in proximis terminis *Rota in Montisalti beneficij 18. Maij 1646. §. nec facit coram me*; sed tribuenda est ipsis Iu-
7 dicibus, qui institutionem fieri mandarunt, & confirmandi donationem ius non habebant potius, quam Capponio exequenti, *iuxt. text. in l. si hæres testamento, ff. de act. empt. Surd. cons. 422. num. 7. aliosque relatos in decis. 167. numer. 5. & seq. par. 2. diuers.*

Attento præsertim, quod Capponius antequam rei iudicatæ executione cogeretur, donationem, & præsentationem, vt supra dicebam, reiecerat; quodque nec ipse præsentatus quippe qui confirmationem expressam à Vicario Pandolfino obtentam satis esse censebat, voluit à Capponio tacitam petere. Quapropter remota ab actu institutionis ex intentione tum præsentatis, tum instituentis qualitate tacitę confirmationis donationis, eadem donatio vti carens lęgitimi superioris consensu neque transtulit ius aliquod in donatarios authores Bartholomæi aduersarij, neque onus præsentandi vnum de familia de Lutis iniecit Leandro donatoris filio, cui ibidem ius præsentandi reseruatur, quia consensus Ordinarij requiritur etiam in donatione, quam pater
8 facit filio, † cum is viuente patre, vbi vt in casu nostro Iuspatronatus est hæreditarium, non dicatur Compatronus, & ad hunc effectũ tamquam extraneus habeatur, vt in puncto *Grat. discept. 577. num. 38. Caputaq. decis. 132. nu. 3. par. 2. facit Rocc. de Curt. de Iurepatr. verb. competens num. 19. Lambert. eod. tract. lib. 1. par. 2. q. 2. ar. 13 num. 3. alijque relati à Modern. Pisano in prax. Iurispat. lib. 5. cap. 2. num. 10.*

Potuit itaque Leander Iuspatronatus plenum, quod sibi ex alia donatione Baldini cōpetebat donare Antonio Fossio, idemque Antonius quamuis non sit de familia de Lutis supplicare, vt sibi beneficium conferatur, quē propterea meritò Domini instituendum cen-
9 suerunt vigore *Clem. Auditor, de rescr.* † cuius dispositionem in Auditoribus tantum Romanæ Curiæ locum habere dixit *Rota penès Mantic. decis. 231. num. 3.*

Quod ipsum competere etiam supposita validitate donationis anni 1622. aliqui ex Dominis censuerunt restringendo ad alios donatarios præter Leandrum legem ibi adiectam præsentandi vnum de familia de Lutis, cum vt ponderat vltima decisio verisimile non sit quod donans voluerit sibi, & filijs liberum ius habentibus legem huiusmodi dicere, & postrema verba donationis exaduerso ponderata congruam recipere possint interpretationem in alijs donatarijs præter donatoris filios,
10 quæ† etiam in dubio recipianda est ad exclusionem noui oneris *Bald. consil. 343. in princ. lib. 1. Gabr. consil. 95. numer. 14. liber. 2. Fusar. consil. 42. nu. 8. & 32. Hier. Leo dec. 60. nu. 34. lib. 1.*

Et ita dectsum vtraque parte informante.

R. P. D. CORRADO.
Posteà Eminentiss. D. CARDINALI.

Romana Pecuniaria.

Veneris 26. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Restituere dotem in pecunia tenetur Maritus, qui fundum dotalem etiam vxore consentiente alienauit, quæ ab illius consecutione non remouetur ex eo, quod pretium exindè retractum vxori, & marito fuerit consignatum, cum ad manus solius mariti illud peruenisse præsumatur.

SVMMARIVM.

1 *Cedens non prohibetur agere uirtute actionis directæ penès eum existentis.*
2 *Cedens magis potest agere uirtute actionis directæ, quo cessionarius non contradicit, sed consentit.*
3 *Pretium fundi dotalis per maritum etiam uxore consentiente uenditi, matrimonio soluto uenit uxori restituendum.*
4 *Mulier pro consecutione pretij ex uenditione fundi dotalis retracti, agere potest contra hæredes mariti, qui illud recepit.*
5 *Fundo dotali per maritum alienato, subintrat obligatio ipsius mariti ad pretium.*
6 *Mulier agere potest cōtra uirum alienantem fundum dotalem pro pretio, etiam si ille ad restitutionem dotis non se obligasset.*
7 *Mulier pro restitutione dotis agit executiuè contra uirum eiusque hæredes etiam nulla præcedente obligatione.*
8 *Pecunia pluribus consignata unicuique pro dimidia præsumitur soluta.*
9 *Vxor, & Maritus simul uendentes, & pretium recipientes, non omnes, sed maritus solus pretium recepisse præsumitur.*
10 *Pecunia redacta ex uenditione rei dotalis, ut pecunia dotalis penès maritum extare dicitur.*
11 *Domo dotali vendita maritus ad illius pretium vxori tonetur, etiam si illa denuo in dominium reineidisset. & num. 10.*

12 *Fru-*

12 *Fructus dotis matrimonio constante spectant ad Maritum.*

13 *Fructus dotis non ad maritum, sed ad uxorem pertinent etiam constante matrimonio, si ille onera matrimonij non constituit.*

Compensatio non inducitur de summa quæ non erat debita. num. 13.

14 *Maritus onera matrimonij non substinens tenetur vxori soluere fructus dotis penès eum existentis.*

15 *Dotis restitutio retardari non potest per exceptiones illiquidas.*

DECISIO CCXXXIX.

MANDATVM A.C. pro summa scut. septingentorum relaxatum contra D. Victorium hæredem Io. Hieronymi Coxiari pro restitutione partis dotis D. Cassandræ illius vxoris censuerunt Domini esse exequendum.

Nàm eius validitas, quæ impugnabatur ex defectu mandati Procuratoris eiusdem Dominæ iustificatur ex ipso Registro, in quo legitur cum ratificatione omnium actorum sub die 4. Decembris 1646. fol. 119. D. autem Victorius, qui eo nomine causam illam, & alias quotidie etiam hoc sacro Tribunali defendit mediante eodem Procuratore, qui in præsenti quoque interuenit, neutrius legitimationem iustè contendere potest; Minusque opponere deficientiam actionis D. Casandræ eo, quod cesserit hoc creditum Dotem secundò viro,
1 quia nec id probatur, nec releuat; † cum illi adhuc licuisset regulariter agere virtute actionis directæ, penès eam existentis ante quam aliquid intercesserit ex his, quæ habentur in *l. 3. C. de Nouat.* vt in his terminis disputata quæstione probat *Osasch. decis. 62. per tot.* vbi in fine sic attestatur in illo Senatu decisum, & generaliter *Surd. cons. 359. num. 13. vers. quinto, & seqq. Rot. penès san. mem. Gregor. decis. 121. nu. 5. vers. quia nihilominus, & in recent. decis. 13. num. 38. vers. non obstat, quod Carolus cesserit, &c. & seq. part. 5.*

Eoque magis ipso secundò viro non solum
2 non aduersante, sed consentiente, † & adhærente, vt in eisdem terminis tradit alijs relatis *Carol. Bardellon. cons. 2. num. 11. vers. Addatur, ex theor. Bart. in l. Procuratori sub num. 2. vers. intellige, ff. de cond. caus. dat. Rot. in Roman. fruct. Dotis de Luragh. 19. Ianuarij 1600. coram bon. mem. Iusto,* penes *Fenzon. ad Statut. Vrbis decis. 87. ad fin. §. neque obstat, vers. si quidem vir ratum habet, &c.*

Iustitia verò euidens est; Quia cum in Instrumento constitutionis Dotis celebrato anno 1626. die 16. Aprilis consignata fuisset Io: Nieronymo Domus pro fundo dotali, quam ille deindè cum vxore vendidit die 14. Augusti eiusdem anni RR. PP. Ministris Infirmorum pretio scut. termille septingentorum receptis eodem tempore scut. septingentis in pecunia numerata, vt apparet ex Instrumento coram A. C. producto. Tenetur vtique
3 eius heres matrimonio soluto † eamdem summam restituere vxori cui Dos restitui debet, *l. 2. l. si constante, ff. solut. matrim. l. Dotis actione, & l. fin. C. eod. Bald. in l. non solum, vers. vltimo, ff. de Iur. Dot. Bero. cens. 38. nu. 28. vers. quoad vltimum lib. 1. Rim. Iun. cons. 115. num. 23. vers. nam soluto matrimonio, &c. cum alijs per Aldouin. cons. 86. à num. 1. vers. primò si quidem, &c. ac seq. & num. 14. vers. à die verò soluti matrimonij.*

Non obstat, quod eidem vxori competeret vendicatio Domus dotalis, non autem repetitio pretij ab hæredibus viri.

Quia cum fuerit per ipsam vna cum viro alienata, & quidem vtiliter, vt narratur in Instrumento, & cum renuntiationibus iuramento firmatis, ac Iudicis decreto, cæterisque solemnitatibus, non poterat vendicari, sed
4 agendũ erat (prout rectè factum fuit) † aduersus hæredem viri pro consecutione pretij ex eà venditione redacti per *text. in l. si ex lapidicinis, ff de Iur. Dot. Gabr. consil. 37. num. 3. uers. solum dicunt, quod communiter receptum est, & seqq. lib. 1. Surd. cons. 330. sub num. 9. vers. & in terminis nostris, ac seq. Honded. cons. 77. sub num. 16. vers. tertiò cum vt dixi lib. 2.* & firmauit *Rot. in S. Seuerin. Dotis 16. Decembris 1619. coram bon. me. Vbald. in recent. decis. 159. num. 4. vers. vndè quod istos, & numer. 11. uers. ex quibus Domini concludebant part. 4. tom. 2.* & alij relati per *Moder. Cathalan. de pact. dotal. claus. 7 gloss. 2. part. 4. num. 20. uers. & ex consequenti certum est, &c. & seq.*

Nec releuat, quod nulla facta fuerit per Io: Hieronymũ obligatio restituendi d. summam vxori, sed dumtaxat pro conseruatione, ac restitutione Dotis ei constitutæ, vt legitur in d. Instrumento dotali in *vers. qui quidem D. Hieronymus, &c.*

Quia cum dotalis fundus fuerit deindè per ipsos Coniuges alienatus subintrat eiusdem
5 stipulationis vigore † obligatio viri pro restitutione pretij ex eo redacti succedentis in effectu in locum fundi alienati, vt pluribus rationibus, probat *Bart. in cons. 124. Punctus quæstionis talis est num. 2. uers. secundò examinandum est lib. 1.* quem sequitur *Gutier. de iuram. cõfirmator. par. 1. cap. 1. sub num. 14. ad fin. uers. & pretium, quod peruenit, &c. Petr. Barbos. in l. Diuortio, §. si vir. sub num. 11. uers. cum igitur, ff. sol. matrim. & pluries iudicatum,* refert idem *Modern. d. gloss. 2. part. 4. numer. 25. uers. & fuit etiam, &c. ac seq.* Quinimò si omnis prorsus deficeret stipulatio conuentionalis pro restitutione Dotis, ac fundi, seu
6 pretij illius vigeret tamen legalis; † cuius vigore nihilominus mulier agere potuit, *l. Vnic. in princ. uers. rei uxoriæ itaque actione sublata, & §. & vt plenius, C. de rei uxor. act.* Et eisdem quidem
7 remedijs executionis virtute expressæ † competentibus, ex dispositione *Statut. Vrbis lib. 1. cap. 85. uel aliter, per text. optimum in l. si duo Patroni, §. Marcellus, uers. sed, & illud,* ibique *gloss. & Ias. nu. 1. uers. & ultra ea, quæ dicuntur, & alij, ff. de iur. iur. Bart. in l. 1. sub num. 3. uers. tertiò nota,* ac ibid. *Bald. sub num. 9. uers. item facit ad istam quæstionem, Angel. nu. 4. uers. & facit ad quæstionem. &c. & Imol. sub num. 6. uers. extra, gloss. tangit hic Bartol. &c. ff. de his quæ in testam. delent. Alex. cons. 126. Repetitus (alias requisitus) in causa Andreæ de Armis. sub nu. 6. uers. & per hoc infert Ang. &c. & seq. lib. 6. Surd. cons. 254. num. 39. uers. ubi infert,* & fuit. dictum in *Assisien. Dot. 22. Iunij 1640. coram Reu.*

P.D.meo Royas in §.quo uerò ad iustitiam, uers.ultra quod uenit ex iuris dispositione, &c. & comprobat *Modern. Rom.discept.115.à nu.27. uers.quemadmodum, & seq. ac discept.852. sub num.33. uers. quare maritus, &c. & seq.*

Minus obstat, quod iu Instrumento d.venditionis legatur dictos scut.septingentos fuisse numeratos præfatis coniugibus, nempè Ioan. Hieronymo, & Cassandræ, ideòque ab eius
8 hærede integrè repeti nequeant; † sed dumtaxat pro dimidia, *iuxtà l.Reos. §.cum tabuli, ff.de duob. Reis.* & sensit *Bart.in dicto cons.124. num.1. uers.in quæstione istn.&c. quem alij sequuntur.*

Quia contraria opinio verior est, ac receptior; Nàm expressio illa pro maiori cautione emptoris facta, pecuniæ autem integrè peruenisse censentur ad virum, vt latè probant *Crau. cons.91. sub nu.1. uers.quibus tamen non obstantibus, & seqq. per tot. Rol. cons.64.nu.4.vers.quibus tamen non obstantibus, & seqq.per tot.lib.1. Afflict.dec.209. nu.2. uers.fuit pariter, & unanimiter uotatū, ac seq.* & plenè prosequitur *Menoch.Præs.22.d.n.1.& seqq. lib.3. Surd.d.cons.330.nu.10. uers.in quo tamen, &c. Honded.cons.45.nu.26. uers.neque uerum est, ac seq. lib.1. Gutier. de iuram. confirmator d. part.1. cap.1. sub num.14. uers.sed adhuc, &c.* & firmauit *Rot. in Roman. de Sirtulis 26.Iunij 1613. coram Sanctiss. D.N. in §.nec subsistere*, ac penès *Reuerendiss.Vrgellen. decis.409. num.10. uers. nihilominus, & seq.* cùm alijs relatis per *Modern.Rom. discept.498. à num.1. uers.cum enim uir, & uxor. ac seqq.*

Præterea non obstat, quod eadem Domus fuerit post modum à præfatis Emptoribus restituta D. Cassandræ, ac per eam modò possideatur, ita vt iniusta prorsus videatur prætensa illius pretij repetitio.

Quia nō fuit ei restituta ex ea causa, & titulo fundi dotalis; qualis ob præcedentem validam alienationem esse desierat, ita quod eo nomine vendicari non poterat, vt dictum est. Sed ex causa transactionis initæ cum emptoribus super iudicio rescissorio contractus ratione prætensæ læsionis per eos instituto, in quo emanassent aduersus eos plures Decisiones, & sententia Rotalis reuocatoria præcedentis R.P.D.Vicesgerentis Eminentiss.D.Cardinalis Vicarij, tandem post longam litem, & graues expensas cesserunt Domum Cassandræ in satisfactionem residui pretij per eos debiti in summa scut. triumillium, & fructuum, aliarumque prætensionū; Eique pariter cesserunt Iura pro consecutioue dd.scutorum septingentorum iàm solutorum ad computum. & pro parte eiusdem pretij d. Io; Hieronymo ipsius verò, & alia, vt legitur in Instrumento celebrato die 8. Iunij 1640. in *uersic. deindè autem*, & in *uersic.item dimisit quoque, ac seq.* præuio assensu, ac declaratione eiusdem viri, quod omne commodum, & incommodum ex eo contractu proueniens solius vxoris beneficio, vel damno cederet, prout constat ex alio Instrumento sub die 5. Ianuarij præcedentis. Quare nullum hinc paratur impedimentum præfatæ Dominæ nunc repetenti ab hærede viri aliam partem dicti pretij antea illi soluti,
10 quæ † cum ex re dotali mulieris voluntate redacta penès illum esset tanquam pecunia dotalis, vt respondit *I.C.in d.l.si ex lapidicinis, ff.de iur.Dot.* & probat. *Bart. & alij supra citati in uersic.nec releuat quod nulla facta fuerit, &c.* Non potuit ab eo lucri fieri in præiudicium vxoris, etiam si Domus ei cessa iustum valorem,
11 integrumque † pretium in venditione conuentum æquaret, ita vt pars hæc superesset, atque exuberaret, *iuxt. text. in l.quoties*, vbi *Odofred.uers.& illud quod assequar, & Iacob.de S.Georg. sub num.3. uers.Hic colligitis. & in l.non solum, ff.de iur.Dot.* & comprobatur ex adductis per *Honded. d.consil.77. à num.12. uers.secundò confirmatur hæc conclusio, & seqq. lib.2.* Eoque magis concurrente voluntate emptorum, qui eidem ex conuentione cesserunt vtrumque nempè Domum, ac pretij partem prius solutam, & prædicta viri declaratione quod commodum, ac incommodum indè proueniens ad eam prorsus spectaret.

Postremò non obstat, quod in omnem casum compensari debeant cum dictis scut. septingentis pensiones d.Domus, seu fructus correspectiui illius pretij per dd. PP. debiti, ac successiuè multiplicandi, qui fuerunt in dicta Transactione comprehensi, ac eius vigore in
12 effectu per D. Cassandram exacti † cum matrimonio constante spectarent ad Virum, *iuxtà l.Dotis fructum, ff.de iur.dot.& l.pro oneribus, C.eod.*

Quia cum ille non sustinuerit (vt par erat) onera Matrimonij, sed vxor ab eo diuertere, ac ad paternam Domum se conferre coacta fuerit, & subindè iudiciali sentētia anno 1629. ab eodem D.Vicesgerente prolata, & in processu producta, declaratum nō teneri ad eum redire nisi adimpletis priùs conditionibus in ea præscriptis. Vtique fructus prædicti non spectabant ad eum, sed ad ipsam Vxorem pro
13 eius condecenti sustentatione. † Ac proindè inanis est illorum compensationis exceptio, vt deciditur in *l.in Insulam, §.usuras, ff.solut. matrim.* & in terminis respondit *Rot. penès Cardin. Mantic. decis.26.num.2. uers.non obstat, &c. & decis.151.sub nu.2. uers.& in puncto, ac seq.* & comprobatur per *Surd.de alim. tit.1. q.42. sub nu.30. uers.Hæc conclusio, &c. & plur. seqq. & decis.211. sub num.26. uers.Respondetur etiam, ac seq. Rot. decis.10. sub num.6. uers.nam cum uxori, & decis.105. nu.12. uers.certè, &c. part.4, tom.2. recent.* & alios relatos per *Modern.Cathalan.de pact.dotali claus.6. gloss.2.par.1.sub nu.10.uers.in tantum est uerum, &c.*
14 *ac infrà.* Immò tenebatur Maritus † supplere ex parte Dotis exactæ, ac penès eum existentis, vt pluribus relatis probant *Surd.de alim. d.tit.1. quæst.32.nu.17. uers.quintò procedit, ac seq. & fuit in eodem Articulo contrà eum resolutum coram bon. mem. Motmanuo in Romana Alimentorum die 25.Iunij 1632. confirmata die 3.Iulij 1634.*

Nec refert, quod ei deberentur saltem pro tempore, quo cum vxore habitauit, matrimonijque on era sustinuit.

Quia cum non constet pro quo tempore matrimonij onera sustinuerit, quiduè, ac quantum pro eo vxor exegerit, quod ipsa negat. Visum fuit Dominis restitutionem dictæ par-
15 tis Dotis † per illum exactæ iam liquidæ, ac certæ

certæ per eiusmodi exceptionem retardari nõ posse *iux.l.fin.C. de compensat. & respondit Rot. penès Card. Seraphin.decis.1455.num.3. vers. secundo quia & in Recent.d.decis.159. à num.7.vers. nec refragatur, & seq.par.4.tom.2. & decis.254. sub n.1. vers. fuit benè responsum ac seq. par. 5. & sæpè in alys.*

Atque ita fuit conclusum vtraque parte informante &c.

R. P. D. BICHIO.

Maioricen̄ Beneficij.

Lunæ 27. Iuny 1648.

ARGVMENTVM.

Præsentatio ab altero ex compatronis facta ius aliorum licèt præseruare dicatur, illud tamen non præseruat vbi priuatiuè quoad alios fuit facta; Quando autem præsentatio dicatur facta priuatiuè, vel non, ex præsenti decisione colligito.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium de iure patronatus ad obtinendum, quæ debeat iustificare, qui eius petit adiudicationem.*
2 *Beneficium essè de iure patronatus probant confessiones partium dùm Ordinarius non est in lite.*
3 *Status vltimus, & quasi possessio præsentandi attenditur inter præsentatos à diuersis patronis.*
4 *Præsentatis dicitur effectum sortita ex subsecuta possessione capta à præsentato.*
5 *Præsentatio effectuata probatur ex vacatione succedente per obitum Præsentati.*
6 *Præsentandi quasi possessio etiam vnico actu acquiritur.*
7 *Compatroni vnica præsentatio aliorum compatronorum possessionem non tollit intellige vt num. seq.*
8 *Compatroni consentire censentur præsentationi factæ ab altero compatrono, eo ipso quod non præsentarunt cùm possent.*
9 *Possessio, quæ non est præseruari non potest.*
10 *Ius patronatus cadit sub fideicommisso vbi constat de voluntate testatoris, ei forma primæ acquisitionis non repugnat.*
11 *Verbum*, hæres, *porrigitur etiam ad ius patronatus; Iuspatronatus ex hæreditate est num.11.*
12 *Verbum*, insolidum, *denotat totalem translationem iurium hæreditariorum absque aliqua diminutione.*
13 *Verba vniuersalia geminata compræhendunt totum nulla facta exceptuatione.*
14 *Obseruantia multum attenditur pro interpretatione verborum testamenti.*
15 *Præscriptio quadragenaria sufficit contra Compatronum.*
16 *Præscriptio contra compatronos requirit præsentationes factas priuatiuè cùm scientia compatronorum.*
17 *Præsentatio quandò dicatur facta priuatiuè quoad cõpatronos, & num.seq.*
18 *Præsentatio ab altero compatrono facta habente diuersum ius, dicitur facta priuatiuè quoad alium.*
19 *Scientia compatroni præsumitur ex diuturnitate temporis, & multiplicatione præsentationum.*
20 *bona Fides præsumitur ex titulo.*
21 *Lis inducit malam fidem, sed limita num. seq. Præscriptio interrumpitur per litem nu. 21. & 22. vbi limita.*
22 *Lis in qua quis succubuit non inducit, malam fidem, nec præscriptionem interrumpit.*
23 *Sententia lata inter hæredes non nocet fideicommissarijs.*
24 *Sententia lata contrà vnum nocet etiam illius hæredi.*
25 *Status vltimus præsentandi attenditur, quamuis etiã status antecedeus esset difformis.*

DECISIO CCXL.

DE Beneficio simplici in Ecclesia Parochiali Sancti Iacobi Ciuitatis Maioricensis vacãte per obitum Matthiæ Galli contendentibus duobus præsentatis nempè Petro Andrea Iosepho Rosignol quem præsentauit Nicolaus pater, & Ioanne Ginart præsentato à Polisena Serra Alberti, Vicarius generelis Reuerendiss. Episcopi Maioricen̄ pronunciauit vtriq; præsentato æqualiter competere Iuspatronatus, ac propterea locum esse gratificationi. Delata autem per appellationem causa ad Rotam mihique commissa dubitaui hodie, cui sit adiudicandum beneficium, & Domini cẽsuerunt adiudicandum esse Petro Andreæ Iosepho Rosignol cum docuerit de vacatione beneficij, de Iurepatronatus eiusque pertinentia ad Nicolaum, seque fuisse præsentatum in
1 tempore, & idoneum beneficio, † quæ sunt requisita pro obtinenda illius adiudicatione *cap. Monasterium 16.quæst.7.cap. cum Bertoldus, vbi Abb.num.12. de re iudic. Rot.decis.337.num.1.par.2 recent.decis.100.num.1. coram Reuerendiss. Vrgellen.*

Vacatio siquidem & seruitus beneficij est in confesso apud partes, nec vlteriori proba-
2 tione eget † dum ordinarius non est in causa, sed agitur solum de præiudicio confitentium, *Card.Mantic.decis.318.num.1. & seq. Mart. Andr. decis.5. sub nu.3. & 4. Add. ad Greg.XV.decis.452 num.22.* Habilitas pariter præsentati, ac tempus opportunæ præsentationis non impugnatur pertinentia verò Iurispatronatus in qua dumtaxat disceptatio resedit, visa est abundè probari priuatiuè ad Polisenam auctricem aduersarij.

3 Siue attendatur vltimus status, † & quasi possessio præsentandi, vt debet inter plures præsentatos à diuersis patronis *cap. consultationibus de inrepatr. cap. querelam de elect. cap. cum olim de caus.poss. & propr. Feder. de Senis cons. 334. sub num.3. Rot.decis.13.num.19. & 20.par.6.recent. decis.280. num.3. coram Reuerendiss. Vrgellen.* & in alijs relatis *ab adden. ad Buratt.decis.776. uum.11.* in vltima enim vacatione secuta de an. 1637. præsentauit solus Nicolaus, & præsentatio ap-
4 ret sortita effectum, † ex subsecuta possessione capta à Matthia Galli tunc præsentato *iuxta cons. Calder.12. de iurepatr. Gonz. ad regulam 8. Cancell.glos.18.num.85. Buratt.decis.11. nu.8.* tum
5 ex quo beneficium hodie † vacat per obitum eiusdem Galli, *Oldr.cons.229. Seraphin.decis.337. num.1. & 2.decis.1141.num.1. Caualer.625.num.2. & seq.*

& seq. Greg. XV. decis. 215. num. 1. ibique add. nu. 8.

Adeo quod ex vltimo statu solus Nicolaus
6 est in quasi possessione præsentandi, † quæ etiam vnico actu acquiritur *Rip. in cap. cum Eccles. Sutrina num. 91. de caus. poss. & propr. Roman. cons. 311. num. 7. Oldr. cons. 312. num. 2. Dec. cons. 117 sub num. 2. Garz. de benef. par. 5. cap. 5. num. 59.* Neque hic applicari potest receptissima conclusio, quod per præsentationem vnius ex pluribus patronis aliorum patronorum possessio
7 præseruatur, nec eorum possessioni sit præiucium ex quo semel non præsentauerint, *Garz. de benef. d. cap. 5. num. 115.* aliique quos refert, & sequitur *Rot. in Neapolitana Iurispatronatus 27. Ianuarij 1644. coram R. P. D. meo Otthobono impress. apud moder. Pisanum de Iurepatr. decis. 136. num. 11. & 2. seq.* vbi vltro ponderatur, quod alij patroni potuerunt separatim præsentare, aut consentire præsentationi cõpatroni, quod
8 censentur fecisse eo ipso quod non † præsentauerunt cum possent *Acchill. decis. 4. num. 14. de præben. Cavaler. decis. 197. num. 5.*

Quia factum separatæ præsentationis exaduerso probandum esset cumque non constet, quod Polisena aduersaria aliquando fuerit in quasi possessione præsentandi prout constabat in casu supra allegatę decisionis coram D. meo Otthobono, non militat motiuum præiudi-
9 cij, aut præseruationis, † præseruari namque non potest possessio, quæ non est vt bene declarauit *Rot. in Placentina Cappellaniæ 30. Octobris 1615. coram recol. mem. Coccino Decano relata ab Add. ad sanct. mem. Greg. XV. decis. 417. sub n. 15 vers. item.*

Siue ipsius Iurispatronatus proprietas, & pertinentia altius repetatur vtraque enim pars illam desumit ex testamento Petri Ioannis Alberti, qui de anno 1532. instituit quidem hædes vniuersales ęquis portionibus Ioannettam sororem, & Eleonoram Albertinam, cuius Polisena mediatè est hæres, sed adiecit conditionem, quod post obitum dictarum Ioannettæ, & Eleonoræ omnia bona deueniant ad filios Andreæ Rosignol; Vnde purificata dicta conditione per mortem hæredum institutorum deuenit integrum Iuspatronatus ad filios, & descendentes Andreæ qualis est Nicolaus à testatore substitutos per fideicommissũ
10 sub quo cadit † etiam Iuspatronatus quando ita suadet præsumpta voluntas testatoris, & forma primæuæ acquisitionis non repugnat *Phanucc. inter tract. diuers. de inuent. quæst. 243. n. 6. vers. ego autem Alphonsus de Leo de off. cappell. prax 3. quæst. 4. num. 67. Ricc. de Iurepatronatus resol. 179. num. 2. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 18. sub nu. 8. vers. posteriori Rot. in Florentina Cappellaniæ 29. Maij 1634. coram Reuerendiss. D. meo Dunozet Decano in Ariminen. Iurispatronatus 16. Nouembris 1635. coram bon. mem. Pirouano, & in Bononien. Iurispatronatus 23. Ianuarij 1640. coram me impress. apud moder. Pisan. de Iurepatr. decis. 121. num. 4. secun. vlt. impress.*

Prout suadet in casu nostro quo in primo gradu substitutionis fideicommissarię vna videlicet ex hæredibus institutis decedente sine liberis voluit testator alteram esse hæredem insolidum ibi, *ac quæ remaneat, aut remanebit superstes sit hæres insolidum ad omnimodas suas voluntates*, ponderando tum verbum, *hæres*, quod
11 ex vi † propriè significationis porrigitur etiã ad Iuspatronatus, quia ex hæreditate est, vt notat *Bald. in l. final. nu. 60. Cod. de edict. Diu. Adr. tollen.* & post eum *Phanucc. de inuent. inter tract. diuers. quæst. 243. num. 61. Rot. d. decis. 121. num. 8. apud moder. de Iurepatr.* tum verbum, *insolidum*,
12 denotans totalem † translationem Iurium hęreditariorum absque aliqua diminutione *Authen. hoc itaque Cod. de duob. reis Maceraten. var. resol. lib. 2. resol. lib. 2. resol. 8. num. 30. Barbos. claus. 72. num. 9. Menoch. cons. 272. num. 79.* Tum tertio, quod nedum agitur de fideicommisso vniuersali, sed vlterius verba vniuersalia sunt gemi-
13 nata † cum vltra mox ponderata infra dicatur quod. *decedente vtraque hærede omnia deueniãt ad substitutos*, vt in terminis ponderat *Lotther. de re benef. lib. 2. quæst. 11. num. 38. & 39. Rot. d. decis. 121. num. 9. & 10.* Accedit quod substituti sunt nepotes ex sorore germana testatoris ad quos verisimile est voluisse testatorem Iuspatronatus transire potiusquam ad hæredes Eleonorę vlterius ex hæredibus institutis nullo sibi sanguinis vinculo coniunctos, ac pœnitus extraneos quodque ab anno 1582. quoties venit casus vacationis fideicommissarij quater pręsentarunt eorumque præsentatio dumtaxat fuit
14 admissa, † multum enim attenditur obseruantia pro interpretatione verborum testamenti, *Aym. cons. 101. num. 3. Buratt. decis. 129. n. 5 Rot. inter recent. decis. 169. num. 1. par. 1. & in puncto d. decis. 121. sub num. 15. vers. tandem apud moder. de iurepatr.*

Imò cum talis obseruantia excedat 50. annos nedum inseruit pro interpretatione substitutionis fideicommissariæ, & compræhensione Iuspatronatus ad fauorem substitutorũ, sed illis quatenus opus sit tribuit etiam titulũ
15 præscriptionis, † quæ contra compatronum quadragennario cursu completur etiam sine titulo quicquid dicendum esset si ageretur de præscribendo Iurispatronatus aduersus Ecclesiam se liberam esse prætendentem *Couar. in reg. possessor. par. 2. §. 10. num. 8. Lambert. de iurepat. lib. 1. par. 2. quæst. 11. art. 5. num. 1. Rot. decis. 229. n. 1. decis. 407. num. 1. par. 1. diuers. decis. 125. num. 6. coram Reuerendiss. Vrgellen. & in Sulmonen. beneficij 23. Ianuarij 1647. coram R. P. D. meo Peutingero.*

Neque hic desunt duo illa ad hunc effectũ
16 requisita scilicet, quod præsentationes sint factæ priuatiuè ad compatronos, & ipsi hoc sciuerint *Ruin. cons. 50. num. 9. & seq. lib. 5. Rot. decis. 452. num. 9. & seq. coram san. mem. Greg. XV. decis. 145. num. 13. inter impress. apud moder. Pisan. de iurepatron.* Nam primum apparet ex quo sub-
17 stituti præsentarunt † vti possidentes vniuersam hæreditatem Petri Ioannis Alberti vnici patroni, vt signanter legitur in præsentatione anni 1582. & ponderat *Garz. de benef. par. 5. c. 5. num. 117.* necnon ex quo illi in Iurepatronatus successerunt titulo fideicommissi Petro Ioanni Alberti, asserti vero compatroni veniunt ex titulo hæreditario Eleonoræ, & sic ex di-
18 uerso iure, † quo casu præsentatio vnius cense-

fetur facta priuatiuè ad alium, *Rota decis. 229. num. 5. & 6. part. 1. diuers. & in dicta Sulmonen. beneficij, §. minusque coram R. P. D. meo Peutingero*, ac tertiò, quia in vacatione secuta de anno 1616. diuersæ hinc inde personæ fuerunt præsentatæ, & præsentatio hæredũ Eleonoræ fuit reiecta per sententiam diffinitiuam in iudicatum transactam instituendo præsentatum à fideicommissario vti habente integrum Iuspatronatus. Alterum requisitum hoc est scientia
19 hæredum Eleonoræ præsumitur † ex diuturnitate temporis, & præsentationum multiplicatione, *Garz. de benef. d. cap. 5. num. 129. & seq. Seraphin. decis. 306. num. 5. & 7. Rot. decis. 166. num. 4. par. 1. diuers. decis. 332. num. 4. apud modern. Perusin. de manut. & in dicta Sulmonen. beneficij, §. Tabassio verò in fin. coram D. meo Peutingero*.
20 Minus deest bona fides præsentantiũ, † cum præsumatur accedente præsertim titulo sæpè memorati fideicommissi, *l. penult. Cod. de euict. Bart. in l. Celsus, num. 17. ff. de vsucap. Abb. in cap. si diligenti, num. 14. & seq. de præscrip.* Et quamuis de anno 1616. mota fuerit lis contra præsenta-
21 tum à fideicommissarijs † quæ regulariter inducere solet malam fidem, & interrumpere præscriptionem, *l. cum notissimi, vbi gloss. verb. solam conuentionem, C. de præscr. 30. annorum, Bart. in l. ex hoc edicto num. 4. ff. eo per quod factum erit, Burat. decis. 8. num. 1.* quia tamen in ea lite aduersarij succubuerunt, & acquieuerunt sententiæ in iudicatum transactæ, de cuius iustitia, aut nul-
22 litate non constat, † nec mala fides inducta, nec interrupta fuit præscriptio, *iux. Theoricam Felin. in cap. illud nu. 17. de præscript.* quam passim sequuta est *Rota decis. 534. num. 6. par. 1. diuers. decis. 1027. num. 11. decis. 1273. num. 3. decis. 1459. numer. 15. penes Seraphin. decis. 467. num. 1. penes Gregor. XV. decis. 172. num. 16. penes Buratt. decis. 285. num. 1. par. 2. recent.*

Non obstat, quod de anno 1569. præsentauerint hæredes Ioannæ, & Eleonoræ Albertinæ æquis portionibus, ac emanauerit sententia declarans eisdem hæredibus hoc nomine Iuspatronatus competere pro virili, quia ex prædictis probatur vtrumq; fuisse erroneum, cum Iuspatronatus non ad hæredes Ioannæ, & Eleonoræ, sed ad fideicommissarios Petri Ioannis Alberti transierit, & ea sententia lata inter
23 hæredes dictarum fœminarum † non nocet fideicommissarijs Petri Ioannis ibi non citatis *Dec. cons. 445. nu. 41. Soccin. Iun. cons. 181. num. 85. lib. 1. Menoch. cons. 688. numer. 40. Fusar. de subst. quæst. 622. num. 37.* E conuerso autem sententia lata de anno 1616. citato Francisco Puigderfi-
24 la nocet † Polisenæ aduersariæ illius hæredi, *l. si à te, §. vlt. l. exceptio, ff. except. rei indic. Alex. in l. sæpè num. 6. ff. de re iudic. Fusar. de substit. quæst. 502. num. 4. & cons. 39. num. 7.* semperque vrget præscriptio cœpta saltem de anno 1582 & vltistatus quasi possessionis præsentandi, in qua existit Nicolaus, qui præsentauit Petrum Andream Iosephum Rosignol qui-
25 que solus sufficit, † vt eidem præsentato beneficium adiudicetur quatenus etiam status antecedens esset difformis, & varius, *iuxta textum in cap. consultationibus, de iure patronatus*, cum alijs supra allegatis.

Et ita decisum vtraque parte informante.

R. P. D. CORRADO.

Postea S. R. E. CARDINALI.

Iuuenacen. & Melfiten. Bonorum.

Mercurij 1. Iulij 1648.

ARGVMENTVM.

Declaratoria concessa, eaque legitimè executa si pars non curat Rotalibus parere mandatis proceditur ad Aggrauatoriam, à qua non admittitur appellatio, cum illa dicatur pars executionis, & pro ea relaxetur.

SVMMARIVM.

1 *Aggrauatoria conceditur vbi quis declaratoriæ non paruit, sicque in contumacia persistit. & numeris seqq.*
2 *Contumacia cumulat pœnam.*
3 *Contumax grauari debet vt tandem resipiscat, & superiorum procurent parere mandatis. & num. 1. ac per totam.*
4 *Contumacia in non parendo non admittitur ex iustitia ab Aduersario prætensa, quoties ea cognita fuit contra illam, & decisum, & pronunciatum.*
5 *Pertinax dicitur vbi quis ratione non prætensæ iustitiæ, à iudicante reiectæ parere recusat.*
6 *Appellatio non datur ab aggrauatoria, & processu censurarum in executionem rei iudicatæ relaxatarum.*
Aggrauatoria, & censuræ dicuntur pars executionis, & pro ea relaxantur. num. 6.
ab Executione non appellatur. num. 6.
Aggrauatoriæ, & censuræ num suspendantur per decretum Signaturæ. num. 6. & sup. nu. 4. in princ. vbi vide.
7 *Citationis executio non probatur ex attestatione Notarij.*
Relatio executionis citationis probatur à Notario attestante. num. 7.
Relatio executoriæ refertur inter acta iudicialia. num. 7.
8 *Intimatio remanet comprobata; quinimò eius scientia conuincitur ex contradictione, & oppositione.*

DECISIO CCXXXXI.

IN hac causa per Sanctiss. D. N. Rotæ cõmissa instante Io. Maria de Luca appellante à Decreto A. C. contra eum emanato fuit resolutum die 15. Ianuarij 1646. vtraque parte sedulo informante dandam esse manutentionem in possessione bonorũ, de quibus agitur Francisco Antonio de Luca, & litis consortibus. Deindè, re auditis eius Aduocatis, & Procuratoribus, omnibusque vtrinque deductis iterum exactè perpensis confirmata fuit præcedens Resolutio die 8. Iunij eiusdem anni, vt apparet ex duabus Decisionibus sub eisdem diebus emanatis coram me. Et successiuè iuxtà earum tenorem decretum mandatum de manutenendo, à quo interposita pro parte eius-

eiusdem Io.Mariæ appellatione, causa denuò discussa fuit coram Signatura Iustitiæ, quæ rescripsit sine præiudicio mandati de manutenendo. Illo itaque relaxato cum comminatione censurarum, ac personaliter intimato ipsi Io.Mariæ die 27.Octobris anni prædicti, eoque non parente processum fuit seruatis terminis solitis, præuiaque alia Decisione sub die 1.Iulij 1647.ad Declaratoriam earumdem censurarum. Verum quia licet hæc quoque fuerit ipsi personaliter intimata cum dimissione copiæ autenticæ die 25.Septembris anni præteriti 1647. non tamen paruit, nec ab eo tempore citra humaniter expectatus parere curat. Ideò repetitis partis instantijs, Reque maturè pensata. Hodie Domini concesserunt Aggrauatoriam.

Quia crescente in dies detestabilius eius cōtumacia grauiora oportet adhibere remedia,
1 vt demum resipiscat, & reuertatur ad cor humiliter parere festinans monitis superiorum: *cap.quoniam in plerisq; ad fin.vers. vnde si quis extr. de offic.ordin.cap.fin.§.vlt.ibique gloss.in verb. ad alteram,Vt lit.non contestat.cap. Veritatis, vbi gloss. in verb.excommunicationis sententiam de dol.& contum. cap.1.in princip.vers.Vt ex hoc, ibique gloss.& DD. de Except.in 6.Abb.in cap.2.sub nu.9 vers. in gloss. in verb.obseruandum,de Cleric.excom.&c. ministrat. & habetur in l.Relegati ad fin.* ibi, contumacia
2 eius † cumulat pœnam,&c.*ff.de Pœn.* Ideoque
3 in huiusmodi † casibus hoc ipsum vsu receptum est, vt per *Socc.in cap. Perpendimus sub nu. 248.uers.quæro trigesimo,& seqq.de sent.excomm. & Vestr.in prax.lib.8.cap.fin. sub num.19.uers.lata denique declaratoria,Marches. de Commiss. par.1. fol. mihi 215.à num.212.uers. praxis autem in hoc ita se habet,& seqq.& per Rot. in Pampilonen. Benefic. de Taffalla 27.Martij 1623.coram bon.mem. Rembold. in princip.in Hispalen.Canonicat.22.Maij 1623. coram bon.mem.Buratt.decis.710. in Vallisoletan. Pēsion.26.Nouembris 1624. coram bon. mem. Merlino in princip.in Legionen.Canonicat.14.Maij 1625. coram bon.mem.Manzaned.in Arimin.legator.17.Martij 1627.coram eod.inter recent.dec.732.per tot.par.4 tom.3.in Bracharen.Archidiaconat.31. Martij 1628. coram bon.mem.Coccin.penes modern.Perusin.de manuten.decis.234.num.7.uers. quantum uerò attinet ad Capitulum,& in Cæsaraugustan.Distribution.15.Ianuarij 1635.coram eod.in §.quare, & nuper in eadem 13.Nouembr.1647.coram R.P.D. meo Cerro*, in qua aliæ referuntur.

Neque excusari potest sub prætextu prætēsæ iustæ possessionis, ac alijs per eum iactatis.

Quia cum ea omnia fuerint per Rotam iam plenè cognita, discussa, atque reiecta rationibus latè deductis in prædictis Decisionibus sub die 15.Ianuarij,& 8. 1646. ac subinde deducta coram Signatura, quæ illis non obstantibus rescripsit sine præiudicio d.mandati de manutenendo, &c.non debent modo attendi, nec suffragari ad impediendem illius exequutionem sacri huius Tribunali Decreto cōcessam, ac Principis rescripto comprobatam;
4 aliàs † enim nullus vnquam esset litium finis, & mandatorum Rotalium, aliorumque Tribunalium executio facili negotio illuderetur contra *l.post rem iudicatam,ff.de re iudicat.l.2. & l. sub specie,C.eod.l.si vt proponis,& l.pen.C. de Execut.Rei iud.& in his terminis fuit responsum in Astoricen.Præstimonior.13.Iunij 1622. coram bon. mem. Vbald.in §.quæ dicebantur contra iustitiam mandati Rotalis, & contra Decisiones, &c. & in d. Vallisoletan.Pension.Nouembris 1624.coram bon.mem. Merlin.in §.nec obstat mandatum fuisse iniustum.* Quini-
5 mò damnabilior † hind redditur eius pertinacia, vt fuit dictum *in Toletan.Canonicat. 31. Ianuarij 1611.coram b.m.Card.Lancellott. inter Crim. Farinac.decis.308. sub num.4.uers.hinc etiam sequitur,&c.& in Colonien.Monaster.7.Maij 1629.coram bo.me.Card.Vbald.dec.276.sub num.3.uers. & dum postea,ac seq.par.5.recent.*

Minùs etiam illi prodesse potest asserta nullitatis dictio, & appellatio; Quia neque iustificatur; neque suspendere potest Declaratoriam, & aggrauatoriam,ac processum Censu-
6 rarum in eodem mandato † comminatarum, cum sint pars executionis illius, & pro ea relaxentur, quæ ex Decreto Signaturæ suspendi non debet, *l.ab executione,C.quor.appellat. & pluribus adductis probat Felin in cap. quoad consultationem sub num.14.vers.in contrarium,de sent. & re iudic Paseth.cons.193.sub num.3.in fin.vers.facit quia, quando executio,& seqq. & in specie ex sententia Rotæ Contard.in l.vnic.lim.19.sub nu.20.uers.& ideò à declaratoria Censurarum,&c.C.si de moment.possess. Lancellott.de Attentat.par.2.cap.12.lim. 21. à nu.7. uers.regula,& plur. seqq.& num.32. uers.tertio, & vtiliter Scacc.de appellat.q.17.lim.22. num.1. & 4. uers.infero primo,&c. ac seq.& num.7. vers. extende secundo,&c.& num.44.uers.restringe primo,&c.*

Præterea non subsistit obiectus defectus intimationis eiusdem declaratoriæ.

Quoniam illa facta probatur sub d.die 25. Septembris 1647. eidem Io.Mariæ personaliter cum dimissione copiæ autenticæ coram duobus testibus nominatis per Carolum Marianum Sacerdotem Baren. in eius relatione distinctè descripta penes acta Notarij Honofrij Boccasini coram Rota legitimè reproducta. Nam licet ex attestatione Notarij(cessante stylo locali) non probetur executio, ac in-
7 timatio citationis, † tamquam actus extraiudicialis sine testibus (quæ in proposito casu ex relatione prædicta iustificatur) probatur tamen ipsa relatio, quæ inter acta iudicialia refertur ad *l.in donationibus in princip.vbi DD. C. de donat.Cyn.in l.si quis Decurio sub num.4.uers. sed iuxta hoc,& infr.uers.quid dicemus,C.ad l.Cornel. de fals.Felin.in cap. quoniam contra sub num. 12. uers. glossa in verb.viros,extr. de probat. Corn. cons. 141. sub num.1.vers.vnde cum de dicto Coctumo lib.3.Rota decis.405.sub num.4.in fin.vers.etenim testes p.3. & decis.43.sub num.5. uers.nec placuit, par. 4. rec.* Eoque magis concurrente expressa oppositione, ac contradictione ipsius Io.Mariæ præfatę Declaratoriæ cum substantiali relatione eius
8 tenoris facta sub die 25.Octobris † sequentis, quæ pręcedentem comprobat intimationem, ac illius notitiam conuincit *Rot. penes Aegid. decis.364.& Verall.decis.112. par.1.& sanct. mem. Gregor.decis.94.num.6.uers. quia vltra quod, & Buratt.decis.727.num.1. uers. nec potest dubitari, vbi Add.*

Add.sub num.8. alias referunt,& decis.887. numer.7. uers.cum præsumatur, & in recent.decis.736. sub n.1. uers.nec refert par.2. Vant.de nullit.tit. fin. sub num. 115. uers. nam eo casu, Lancellott.de Attentat.part.2. cap.4. in Præfat.sub.num.128. uers. primo nisi,& seq. Et manifestam præsefert contumaciam, *iuxta not.in cap.2.de dol.& contum. in 6. Oldrad. cons.65. hic agitur de duobus sub num.3. uers. uenio ad secundum, Io.de Imol. cons.126. in casu præmisso sub nu.2. uers.& quod Bartholomeus, Rot. penes eumdem Buratt.decis.825. sub nu.2.uers.& ex responsione, ac in Tridentin.Decanat.23. Maij 1642. coram R.P.D. meo Royas in fin.princip.uers.quæ impugnatio, & in Toletan.Canonicat.18. Iunij 1646. in §. Immo quod peius est coram R.P.D.meo Otthobono.*

Et ita fuit conclusum, &c.

R. P. D. BICHIO.

Romana Census.

Mercurij 1. Iulij 1648.

ARGVMENTVM.

Bona fideicommissaria, quemadmodum non extantibus bonis liberis validè alienari possunt occasione dotis; ita pariter in subsidium, eadem de causa validè super eos potest imponi census, qui est species alienationis, cui autem incumbat onus probandi non adesse bona libera, secundo quando dos à Patre constituta in bonis fideicommissi non sit excessiua, sed potiùs congrua dici debeat, tertio quando pecuniæ censuales dicantur versæ in causam dotis, plenè, ac eruditè demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Bona fideicommissaria tunc solùm fauore dotis distrahi, ac obligari possunt, quando alia bona libera non existerent.*
Et quid si adessent bona libera, puta Societates officij.num.9.
Et onus probandi existentiam bonorum liberorum cui incumbat.num.3.& 5.

2 *Dos quod præsumatur congruè constituta militat inter Patrem, qui dotem constituit, & filiam; non autem in præiudicium fideicommissarij.*

3 *Actor in iudicio, an & quando teneatur suam intentionem probare, & quando secus.& num.5.*

4 *Reus tenetur plenè probare suam exceptionem postquam Actor suam intentionem fundauit, & quare.*

6 *Fideicommissarius quando teneatur probare existentiam bonorum liberorum pro soluenda dote.*

7 *Bona fideicommissaria præsumuntur validè alienata pro soluenda dote, donec contrarium ex aduerso probetur, amplia vt num.8.*

10 *Bona fideicommissaria, etiam pro acconcio alienari possunt, quia est de appendice dotis.*

11 *Dos constituta ex bonis fideicommissarijs, si assorbit totum fideicommissum. debet probari non excessus, & quare.*

12 *Dos congrua vt dicatur constituta, quæ sint aspicienda.*

13 *Dotes quotidie auctæ fuerunt, & in dies augentur.*

14 *Dos constituta, non præsumitur excessiua, etiam contra fideicommissarium, nisi contrarium probetur.*

15 *Versio pecuniarum etiam coniecturis probari potest.*

16 *Versio pecuniarum in causam dotis, ex quo probata remaneat.*

17 *Associatio ad fundum censitum, quando impediri non possit ex credito anteriori, etiam causa dotis.*

DECISIO CCXXXXII.

CVI domus censualis subest fideicommissum, pro exclusione hypothecæ, vel alterius iuris aduersus R.P.D.Amadeum,& Felicem eius fratrẽ associationem, seu immissionem ex vtili saluiano interdicto ad eamdem domum petentes obiecerunt iterum informantes pro Atauante reo conuento; non attento, quod Census dicatur impositus, vt solueretur pars dotis Faustinæ neptæ fideicommittentis, quia ad hunc effectum ab actoribus

1 probari debuisset. † Primò, quod alia bona libera non existerent, cum solum in eum casũ bona fideicommissi fauore dotis distrahi, ac obligari possint, vt notant *Doct. omnes in Auth.res quæ,C.fideic.* nec ab onere probandi illos releuet possessio bonorum fideicommissi aut ordo Iudicij, prout quando fideicommissarius est actor, in quibus terminis loquuntur Doctores *in prima dec.adducti,§.conueniunt,* quia immo fideicommissarius non agit, sed conuenitur & bona fideicommissi ex aduerso petita ipse possidet. Secundò, quod dos à patre constituta ex bonis fideicommissi non sit ex-

2 cessiua: † nam præsumptio congruitatis militat quidem inter patrem, qui dotem constituit, sed non in præiudicium fideicommissarij, vt benè distinguit *Card.Mant.decis.329. n.2. & 3.* & secuta est *Rot.in Romana hæreditatis 14. Decembris 1646. §.& licet vers.qualitas autem coram R.P.D.meo Arguelles.* Tertiò quod pecuniẹ censuales fuerint versæ in causam dotis.

Verum his non obstantibus Domini steterunt in decisis sub die 26.Iunij anni præteriti, causa super eisdem hodie à me proposita; quo

3 enim ad primum obiectum, † quæstio cui incumbat onus probandi soluitur, ne dum ex qualitate personæ, quam quis in iudicio sustinet, nempè an sit actor, vel reus, aut ratione possessionis rei petitæ; sed vltro quando actor negatiuam, reus autem affirmatiuam existentiẹ aliorum bonorum allegat, attenditur vtrum actoris intentio sit fundata, necne, & primo casu ad reum spectat probare affirmatiuam, quia est fundamentum suẹ excep-

4 tionis, † quod postquam actor suam intentionem fundauit probare plenè tenetur cum in sua exceptione vicem actoris substineat, *l. in*

5 *exceptionibus, ff.probat.l.1. ff. except.* † secus verò secundo casu, quia is, qui primo dicit, & sic petitor siue affirmet, siue neget quod dicit probet necesse est, & reus nonnisi post fundatam actoris intentionem probationis onere grauatur, *vt ex tex.in l.siquidem, Cod.except. notat Salyc.& Bald.in l. frustra in princ, C.probat. Angel. in l.actor sub num.3. vers.& scias, C.eod.tit. Alex. de Meuo in rubr.de except. num.5. vers.alio modo, & num.7.*

num.7.vers.aduerte tamen Pacian.de probat. libr. 1. cap.57.nu.37.& cap.68.nu.46.& 53.Ciriac.contr.5. sub num.131.vers. exemplum, & num. 133.& seq. vsque ad 142.

Aplicando receptissimam hanc distinctio-
6 nem ad casum nostrum, † Attauantis rei conuenti partes esse docere de existentia aliorum bonorum dicendum est, quia actoris negatiuam allegantis intentio satis est fundata, tum in præsūptione iuris exclusiua pluralitatis bonorum, tum in alienatione bonorum fideicommissi per Census cuius vigore agitur impositionem iamdiu facta pro soluenda dote:
7 præsumitur siquidem pro validitate alienationis, donec contrarium exaduerso probetur, *l.quoties la 2.ff.reb.dub.l.3.ff.milit.testam. gloss.in l.si post diuisionē verb.non posse C.Iur.& fact. ignor.Menoch.præsumpt.4.num.1.& seqq.lib.6. Ciriac.d.Con. 5.num.115.& seqq.* & in puncto *Gabr. consil.138. num.12.& 13.lib.2.Bardellon.cons.179. num.13.& seqq.Rauden.dec.Pisana 29.nu.177.Hieron. Leo dec. Valentiæ 171. sub num. 9.* ibi non mulieri agenti *& num.11.lib.2.Seraph.in simili decis. 609. num.6.*
8 *& 7.* Quo magis† quia Censuarius est in quasi possessione exigendi fructus Census, vt in puncto ponderauit *Rot. in Romana Census 18. Maij 1646.§.primo versicul.& dum vbi allegantur concordantes coram Reuerendiss. Patr. Domin. meo Meltio.*

Quatenus verò alia bona libera extitisse probatum dicitur eo quod aderant plures societates officij, & mobilia valoris scutorum 400. quæ pater filiæ nuptæ donauit, respondetur neutro excludi necessitatem impon. Cē-
9 sum super bonis fideicommissi: † nam societates officij, vt Plerumque solet exigibiles nō erant, & alias aduersarius qui illarum instrumenta penes se retinuit semper, & forsan exegit, potest ex pecunijs exinde retractis, vel retrahendis reintegrare fideicommissum: de mobilibus autem ratio habenda non est, quia donata fuerunt pro acconcio, quod de con-
10 suetudine vltra dotem est necessarium, † & pro quo etiam bona fideicommissi potuissent alienari *Gabr.cons.111.num.4.& seqq.& cons.153. num.2.& per tot.lib.2.Peregr.de fideic.art.42.nu.80. Fusar.de subst.q.531.num.39.Rot. dec. 556. num.2.* vbi dicitur ratio quia est de apendicijs dotis, *par.1.diuers.& in Bononien.fideic.de Formigliaris 4. Nouembris 1588.coram clar.mem.Card. Hieronymo Pamphilio relat.per Giouag.respon.22.num.21.lib.2. cum alijs allegatis à Modern.Siculo de donat.contempl.matrimon. tom. 2. tract. 2. discurs. 1.special. 18. num. 10.*

11 Quoad secundum† quicquid sit vbi dos cōstituta totum fideicommissum absorbuit in quibus terminis quia præsumitur id factum animo fideicommissi euertendi in fraudem fideicommissariorum, non excessum dotis esse probandum *dixit Rot. in decisionibus exaduerso allegatis*, sane in casu nostro quo e scutis 4500. in dotem datis solum scuta 450. detrahuntur
12 ex pingui fideicommisso, † & concurrit ex parte viri nobilitas, & diuitiæ, ac vltro ex parte mulieris solitum familiæ cum eius mater scuta 3300.habuerit in dotem de anno 1606.à quo tempore vsque ad tempus nuptiarum filiæ, quod inspiciendum est pro liquidanda congruitate dotis *l.quæro ff.iur.dot.Pereg.cons.14.*
13 *n.14.& 15.lib.2.Rot.dec.28.n.19.par.5.rec.*† quotidie dotes auctas fuisse, & in dies augeri *tradit Menoch.de arbitr.cas.149.num.39.& seqq.Thesaur. dec.192.num.6.Grat.dec.March.19.nu.37.Rot.decis. 28.num.18,decis.88.nu.2.par.5. recent.* nullo modo videri potest excessiua dos scutorum 4500. constituta de anno 1625. (de reliquis enim scutis 1500. partes conuenerunt ad pompam) eoque minus censeri promissa animo euerten-
14 di fideicommissum, † sed militat etiam contra fideicommissarium præsumptio non excessus, nisi contrarium probet *Rot. decision.28. numer. 16. part. 5. recentior. & in Romana Casalis Aguzani 27.Iunij 1640.§.minus.obstat corā R.P.D. meo Royas.*

15 Versio tandem † pecuniarum censualium in causam dotis, quæ etiam coniecturis probari potest *Bald.cons.125.sub num.2. vers. item si esset lib.5.Castr.cons.337.num.2. vers. si vero lib.1. Menoch.cons.375.num.12.Duran.decis.256. num.6.* plenè probata visa est ex deductis *in prima dec.*
16 *§. penult.* animaduertendo † quod verè in instrumento census ante clausulam actum, fuit expressum pecunias censuales accipi pro soluenda parte dotis ibi, *successiuè coram eodem Notario, & testibus eodem die, & anno d.D. Dominicus declarauit dicta scuta 500. monetæ vt supra accepisse ad effectum soluendi partem dotis D. Faustinæ eius filiæ &c.* quodque ex tenore capitulorum matrimonialium totidem soluendæ erant tempore effectuationis matrimonij, licèt in eisdem Capitulis legatur collata solutio in diem celebrationis instrumenti dotalis: cum enim spōsus iuxta capitula matrimonialia non teneretur effectuare matrimonium, nisi prius adimpletis omnibus sibi à Socero promissis, & sic solutis etiam scutis 500.de quibus agitur, exinde apparet partes cogitasse, quod instrumē-tum dotale celebraretur (vt passim fit) ante effectuationem matrimonij; vnde confessio sponsi de receptis scutis 500. quamuis post mensem emissa referenda est ad solutionem factam tempore effectuati matrimonij quo solutio fieri debuit; maxime quia eadem confessio includit simul traditionem Vetij margaritarum pro ornatu sponsæ promissi, quod dicto tempore traditum fuisse nemo negauerit cum tunc præcipuè destinata ornatui spōsæ deesse non soleant. Verum itaque est dicere quod biduum tantum intercessit à die impositionis Cēsus ad diem solutionis factę spōso, quia biduo post censum fuit effectuatum matrimonium.

17 Et per consequens † associationi Censuarij vigore clausulæ constituti in instrumento Cēsus appositę, vel immissioni in vim hypothecæ non obstat fideicommissum: prout neque obstat creditum anterius aduersarij scutorum 3300. ex causa dotis maternę, quia cum ille possideat alia quoque bona fideicommissi valoris scutorum 9000. & amplius doti sororis non obligata habeatque propterea aliunde quomodo suum creditum detrahat, impedire non

non debet immissionem actoribus in fundũ censualem ipsis specialiter hypothecatum iuxta dispositionem textus *in l. 2. C. pignor.* quæ procedit etiam in dote *Roman. cons. 187. num. 2. vers. secundo quia. Aym. cons. 77. num. 16. Aldobr. cons. 51. numer. 20. lib. 1. Gabr. consil. 41. num. 5. lib. 2. Surd. consil. 495. numer. 9. versicul. & procedit. Couar. variar. resol. lib. 3. cap. 18. num. 3. vers. sic sane constat.*

Et ita decisum vtraque patre informante.

R. P. D. MELTIO,

Posteà Episcopo PAPIEN.

Montis Politiani Bonorum.

Mencurij 1. Iulij 1648.

ARGVMENTVM.

Manutentio, quæ datur possidenti de tempore motæ litis impediri non potest ex Iudicis sentẽtia concedente immissionem, seù associationem alteri parti, quoties ille nulliter, & iniustè processit; nullitas autem in præsenti probata remanet ex iudicio contrà pupillum agitato sine curatoris deputatione, quod parit exceptionem nullitatis etiam quoad alios; iniustitia autem ex eo dicitur iustificata quod fuerit petita caducitas ob non petitam renouationem, quæ solũ obligat emphyteutam ad eam accipiendam, secùs autem quod ob non petitionem illius, res in cõmissum cecidisse dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Possessio rei conuenti probatur ex confessione actoris petentis associationem.*

2 *Manutentio nunquam denegatur possidenti de tempore motæ litis.*

3 *Iudex nulliter, & iniustè procedens partes sua possessione non priuat.*

4 *Manutentio semper conceditur possidenti donec caducitas à Domino petita non est adeò clara, vt de ea dubitari non possit.*

5 *Mandatum contrà plures relaxatum si alter eorum esset pupillus dicitur nullum etiam si ad curatoris deputationem non fuit deuentum.*

6 *Iudicium nullum respectu pupilli est etiam nullum respectu maioris pro indiuiso bona possidentis.*

7 *Caducitas petita ob canonem non solutum vbi apparet de solutione illius dicitur iniustè petita.*

Solutio canonis quomodo probetur. num. 7.

8 *Emphyteusi concessa cum pacto renouandi, potest quidem emphyteuta cogi ad accipiendam renouationem.*

Non tamen, vt, & non petita ille dicatur incurrere caducitatem.

9 *Caducitas propter litem excusatur.*

10 *Confessione propria nulla datur maior probatio.*

11 *Via executiua per sententiam vulnerata ordinariè est agendum.*

DECISIO CCXLIII.

BONA, de quibus agitur, vsque de anno 1598. sub die decima Aprilis fuerunt ab Episcopo Montis Politiani in emphyteusim concessa quibusdam de Bruschis pro eis, eorumque filijs, & descendentibus masculis, & per lineam masculinam in perpetuum, cum pacto tamen renouandi 29. in 29. annos, vt legitur in *Summario Dominici, & Ioannis de Bruschis num. 8.* Modernus Episcopus sub prętextu non solutionis Canonum, nec petitæ renouationis conuentæ de 29. in 29. annis coram Vicario Aretino institit pro mandato de associando ad eadem bona. Illi autem de Bruschis docto de solutione fuerunt manutenti in eorumdem bonorum possessione, & ab obseruatione iudicij absoluti, reseruatis iuribus vtrique parti in petitorio, *dicto Summario num. 1.* fuit postea per Episcopum supradictum appellatio interposita à dicta sententia, *dicto Summ. num. 2.* & aliud iudicium associationis coram suo Vicario ad tertiam partem dictorum bonorum intentatum, & non obstante quod ijdem de Bruschis, iterum eamdem solutionem Canonum demonstrauerint, mandatum de associando fuit illi concessum, in cuius vim possessionem dictæ tertiæ partis bonorum accepit. Delata deindè causa ad Rotam sub hac die fuit dubitatum, cui nam esset dandum mandatum de manutenendo, & per Dominos fuit responsum ad fauorem illorum de Bruschis, quia de eorum anteriori possessione constat ex cõ-
1 fessione eiusdem Episcopi, † dum iudicialiter petijt, & obtinuit contra eos associationem, quæ præsupponit eosdem de Bruschis possidere, *Roland. cons. 32. num. 57. lib. 4. Rota decis. 402. num. 1. 458. num. 2. coram Papa Gregor. XV. Romana Domus 16. February 1632. coram bon. mem. Pirouano §. quia de naturali, Neapolitana sequestri, seù donationis 18. Martij 1643. coram R. P. D. meo Royas Ariminen. bonorum 26. Iuny 1645. coram R. P. D. meo Verospio.* Tum quia illa etiam probatur de
2 tempore litis motæ, † ex qua manutentio numquam possidenti denegatur vulgato *§. retinendæ inst. de interdict. Menoch. de retinend. remed. 3. num. 556. & remed. vlt. nu. 34. Seraphin. dec. 1106. num. 1. Gregor. XV. decis. 438. num. 2. & decis. 502. num. 1.* Neque ea ijdem de Bruschis remanserunt spoliati ex mãdato obtento per eumdem Episcopũ à suo Vicario de associando ex causa caducitatis, incursæ ob non solutionem Ca-
3 nonum ab illis factam.† Quia nulliter, & iniustè contrà eos processum fuit, *l. prædia, ff. de acquir. possess. Rota decis. 46. num. 3. & decis. 105. numer. 22. vers. nec est vis facienda coram Papa Gregorio XV. Vrgellen. Canonicatus 6. Nouembris 1634. coram bon. mem. Pirouano, & in Calaguritana beneficij de Cornago 3. Iunij 1644. coram Eminentissimo Cardinali Cecchino.* Emphyteutæ enim semper
4 concedi debet manutentio, † quotiescumque caducitas à Domino directo prætensa non est adeò clara, vt de ea dubitari non possit, *Rota decis. 359. num. 4. & 5. part. 5. recent. Romana Saluiani 8. Fearuarij 1648. coram R. P. D. meo Royas, & in Romana Domus eiusdem anni coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Nulli-

Nullitas dicti mandati Vicarij Montis Politiani manifestè probatur, quia illud relaxatum fuit contra eosdem de Bruschis, † nullo dato Tutore Dominico Pupillo, à quo legitimè defendi posset, *l. penult. Cod. si aduersus rem iudicatam, Rot. in Romana spolij 13. Februarij 1615. coram Seleucien. in recent. decis. 269. nu. 2. vers. Nec existimarunt Domini par. 4. Callien. bonorum 8. Aprilis 1647. §. Nullitas enim, coram me,* vbi referuntur aliæ authoritates, quæ sanè nullitas, † vt operetur etiam respectu Ioannis eadem bona cum ipso possidentis pro indiuiso, ac vno eodem contextu cum eo conuenti, & condemnauit, firmauit *Rota in Romana Spolij Domus decima Martij, & vigesima Nouembris 1624. coram Manzanedo apud Modern. Perusin. de manuten. dec. 44 num. 3. vers. non obstat sententia, & seqq. & dec. 192. num. 3. vers. Nullitas autem, & seq.*

Iniustitia enim dicti mandati Dominis visa fuit satis manifesta, quia caducitas pro parte Episcopi intentata fuit ex duplici causa, nempè non factæ Canonum solutionis, ac non petitæ renouationis de 29. in 29. annos iuxtà contenta in dicto Instrumento inuestituræ, & tamen neutra subsistit, nam prima ex facto tol-
7 litur, † quia constat de solutionibus factis ex partitis relatis in eodem *Summ. nu. 6. l. nulla, C. de solut. l. pro eo. ff. eod. Surd. cons. 82. n. 1. & cons. 221. num. 58. Duran. decis. 11. num. 2. & decis. 176. nu. 1.* Altera verò non habet locũ stante concessione facta personis inuestitis non quidem ad certũ, ac limitatum tempus, sed pro eis eorumq; filijs, descendẽtibus masculis, & per lineam mascu-
8 linam in perpetuum, † pacto tamen adiecto renouandi de 29. in 29. annos, nam hoc casu possunt quidem emphyteutæ cogi ad accipiendam renouationem. Verum ea non temen petita non incurrunt caducitatem, vt benè distinguendo, respondit *Rot. decis. 438. nu. 3. vers. quia fuit responsum part. 1. recent. & decis. 381. num. 14. part. 5. Duran. decis. 402. num. 6. vers. quia etiam emphyteusis numer. 7. versic. quandoquidem.* Et in omnem casum dicti de Bruschis remanent excusati à prætensa caducitate ex causa non petitæ renouationis stante lite, quæ iam hoc Tribunali super eadem caducitate vertebat, vt apparet ex commissione restitutionis in integrum obtenta per Authores eorumdem de Bruschis vsque de anno 1608. sub die 17. Octobris, quæ datur in eorum *Summ. num. 10.* aduersus concessionem anni 1598. Vndè, quatenus huiusmodi renouationẽ petijssent fuis-
9 set in maximum eorum præiudicium, † quæ sanẽ causa tamquam legitima excusat à caducitate, cum sufficiens etiam esset quæuis alia causa, *iuxtà text. in l. igitur, §. potest, ff. de lib. caus. Rota penès Gregor. decis. 388. num. 4. vers. ex quibus fuit conclusum, &c. & in recent. decis. 261. num. 5. vers. & ideò excusatur par. 1.*

Non obstat, quod solutiones factæ per illos de Bruschis cantent tantũmodo pro starijs 54 frumenti, cum tamen ex forma Inuestituræ, & concessionis factæ de dicto anno 1598. deberent esse de starijs 80. Nam cum à dictis de Bruschis fuerint factę diuersę alienationes mediante consensu Episcoporum pro tempore huiusmodi Canones passi fuerunt diminutionem, vt apparet ex propria confessione Epi-
10 scopi, *dicto Summ. num. 7.* † qua nulla maior probatio dari potest, *l. cum te, la seconda, Cod. de transaction. l. generaliter, C. de non numer. pecun. Gabriel. de confess. conclus. 4. num. 1. Colonien. Præcedentiæ 9. Iunij 1627. coram Vbaldo post Modern. Perusin. de manutenend. decis. 32. num. 3.*

Eoque magis Iniustitia mãdati prædicti per Vicarium relaxati detegitur, quia dum fratres de Bruschis iam reportauerant sententiam absolutoriam ab Ordinario Aretino aduersus Episcopum super prætensa ab eo caducitate, non amplius licuit dicto Vicario exequutiuè procedere per relaxatiocem mandati de associando, nam via exequutiua fuerat iam per
11 sententiam vulnerata, † vndè ordinariè agendum erat, *ad trad. per Bald. in l. final. nu. 43. in fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen. Rota decis. 152. num. 1. part. 2. diuersorum, Coccin. decis. 78. num. 1.* cum alijs copiosè cumulatis *in Romana Domus, seù Apparamentis de Capranica 17. Decembris 1635. coram Reuerendiss. D. meo Decano sub §. Cæterum, quia Balsanetti.*

Et ita illis de Bruschis tantum informantibus fuit resolutum, &c.

REVERENDISS. P. D. CERRO.

S. Rot. Rom. DECANO.

Romana, seù Ianueñ locorum Montium.

Mercurij 1. Iulij 1648.

ARGVMENTVM.

Loca Montium ab eo probantur possessa in cuius fauorem sunt descripta, sicque illi in eis debetur manutentio, quæ non retardatur per exceptiones nullitatis, & falsitatis, cum istæ ad petitorium remittantur.

SVMMARIVM.

1 *Possessionem probans tempore motæ litis manuteneri debet.*
2 *Possessio locorum Montium probatur ex descriptione facta in libris Montium.*
Manutentio conceditur illi in cuius fauorem loca Montium reperiuntur descripta. num. 2.
3 *Exactio fructuum locorum Montium probat illorum possessionem.*
Manutentio conceditur etiam per exactionem ex vnico tantum actu probatam. num. 3.
4 *Statutum non habet locum in bonis sitis extrà Territorium.*
5 *Statutum siue loquatur in rem, siuè in personam nunquam comprehendit bona extrà Territorium.*
6 *Possessio transfertur etiam ex contractu nullo. & num. seq. vbi vide.*
7 *Nullitas contractus proueniens non ex defectu consensus, sed solemnitatum non inficit possessionem.*
8 *Nullitatis exceptio reijcitur ad petitorium.*
9 *Ratificatio æquiparatur mandato, & illius tollit nullitates.*
10 *Ratificatio remouet nullitates mãdati etiam vbi illud speciale requiritur.*

11 Con-

11 *Consensus præstitus in ratificatione perindè habetur, ac si in principio interuenisset.*
12 *Falsitatis exceptio non admittitur in iudicio manutentionis.*

DECISIO CCXLIV.

POSTQVAM contendentibus DD. Barbara Spinola, & Marchione ab Auria coniugibus bis resolutum fuerat esse remouenda impedimenta à locis 50. Montis fidei de quibus agitur, D. Comes Io: Baptista communis filius exhibuit Commissionem admissionis ad causam, ideò proposito dubio: An constaret de ipsius interesse sub die prima Iulij superioris anni 1647. fuit affirmatiuè resolutum. Vndè suscepta hodie disputatione inter Matrem, & Filium, cui esset dandum mandatum de manutenendo in possessione dd. locorum Montium, & exactionis fructuum, ad fauorem eiusdem Barbaræ Matris, DD. responderunt quia probat suam possessionem de tempore
1 motæ litis, † quæ consequenter est manutenenda, *vulg. §. Retinendæ instit. de interd.*

Probat siquidem suam possessionem. Tum ex descriptione facta in libris Montis per Secretarium retentis eius, *Summ. num.* 10. quam proficuam esse ad effectum concedendi ma-
2 nutentionem † illi ad cuius fauorem loca montium reperiuntur descripta pluries tenuit Rota, & præsertim *in Romana hæreditatis de Cincijs* 15. *Decembris* 1626. *coram bon. mem. Pirouano post Modern. Perusin. de manut. decis.* 179. *ante nu.* 1. *in Romana, seù Ianuen. locorũ montium* 4. *Iulij* 1635. *coram bon. mem. Buccabella in recent. decis.* 70. *sub num.* 1. *vers. de illa enim constat part.* 7. *in Romana, seù Albiganen. Bonorum* 14. *Decembris* 1646. *coram me, §. quo verò.*

Tùm etiam ex partitis extractis ex libris Depositariorum continentibus exactiones fructuum eorumdem locorum Montium, *dicto*
3 *Summar. num.* 2. † quæ exactiones probant sine scrupulo possessionem exigentis, licet ad effectum, de quo agitur vnica tantum sufficeret, ad tradita *per Rotam in his præcisis terminis in dicta Romana hæreditatis de Cincijs num.* 1. *in Romana locorum Montium* 14. *Maij* 1629. *coram bon. mem. Cardinali Virili post eumdem de manut. decis.* 725. *nu.* 10. *in dicta Romana, seù Ianuen. locorum Montium nu.* 3. *& in dicta Romana, seù Albiganen. Bonorum §. Tùm ex partitis.*

Nec visæ fuerunt attendendæ nullitates oppositæ contra cessionem dd. locorum Montiũ ad fauorem Barbaræ factam. Prima enim desumpta ex *Statuto Ianuæ lib.* 4. *cap.* 20. *§. masculi maiores, & §. vltimò disponente, quod masculi maiores* 25. *annis existentes in Patris, vel Aui paterni potestate non possint se obligare contrahere, nec in iudicio comparere nisi de consensu Patris, vel Aui, in cuius potestate fuerint quodque si in aliquo huiusmodi solemnitas defecerit consensus, & obligationes non valeant, sed sint ipso iure iritæ, & nullæ, ac præsumantur simulatæ etiam quod interuenerint iuramenta, & solemnitates*; Euitatur facili responsione. Quia omissò an dictum Statutum habeat locum in bonis extantibus extrà Territorium Statuentium, prout sunt loca montium, de quibus
4 agitur, † cuius contrarium Magistraliter resoluit Rota in *Narnien. successionis* 22. *Maij* 1628. *coram bon. mem. Merlino in recent. decis.* 177. *per tot. part.* 5. *vbi sub numer.* 13. reijcitur, & refutatur distinctio *Bart. in l. cunctos populos num.* 33. *C. de*
5 *Summ. Trinit.* vlterius † an Statutum loquatur in rem, siuè in personam, quæ decisio comprobata fuit in *Romana Supplementi legitimæ* 18. *May* 1640. *coram me, §. sed etiam quatenus.* Attamen hoc prætextu non potest Barbaræ denegari manutentio, cum possessio etiã ex Con-
6 tractu nullo transferatur, † quando prout hic deuentũ est ad actualem traditionem, & executionem facti, per *text. in l.* 1. *§. si vir Vxori*, vbi communiter *DD. ff. de acquir. poss. Hond. cons.* 20. *num.* 40. *lib.* 1. *Giuag. cons.* 14. *sub nu.* 17. *vers. vltra quod lib.* 1. *Vrsil. ad Afflict. decis.* 331. *sub numer.* 4. *vers. & tandem, Tiraq. de iur. const.* 6. *part.* 3. *limit.* 3. *num.* 11. *Rot. diuers. decis.* 612. *num.* 2. *part.* 1. *coram san. mem. Gregor decis.* 194. *num.* 23. ibique *Add. num.* 28. *in recent. decis.* 92. *num.* 5. *part.* 1. *decis.* 768. *sub num.* 9. *vers. præsertim secuta part.* 2. *decis.* 291. *num.* 4. *part.* 6. *& decis.* 60. *num.* 8. *part.* 7. *& coram Card. Caualerio decis.* 473. *num.* 5. *vers. nam etiam.* Quæ indubitanter procedunt in proposito, quo nullitas non prouenit ex defectu consen-
7 sus, † sed dùm taxat solemnitatuum iuxta distinctionem quampluries approbauit Rota, & præcipuè *coram Achill. decis.* 15. *num.* 4. *&* 5. *de restit. Spol. decis.* 92. *num.* 1. *cum seqq. part.* 2. *diuersor. coram Card. Puteo decis.* 276. *num.* 5. *lib.* 3. *incorrectis coram Card. Seraph. decis.* 638. *num.* 3. *in recent. dicta decis.* 768. *num.* 9. *vers. Immò nec etiam par.* 2. *& coram Card. Caualerio decis.* 503. *numer.* 2. Discussio
8 verò præfatæ nullitatis reijci debet † ad petitorium, vt in similibus terminis responsum fuit *in Romana fideicõmissi de Epis* 15. *Aprilis* 1631 *coram Eminentiss. Card. Verospio Iuniore in recent. decis.* 35. *num.* 15. *part.* 6. alijsque relatis ad in *Papien pensionis* 11. *Maij præteriti, coram me*,

Secunda verò deducta ex defectu mandati procuræ in personam illius, qui dictam Cessionem perfecit, tollitur ex facto cũ ex lectura eiusdem mandati transmissi in Calce responsionis pro Barbara, appareat Procuratotem plenam habuisse facultatem, illa cedendi; Et cessat omnis difficultas ex subsecuta ratificatione ipsiusmet Io: Baptistæ, qui die 30. Decembris 1645. habita notitia de dicta Cessione, & de ea ad plenum certioratus, per Instrumentum publicũ illam, omniaque in ea contenta de verbo ad verbum ratificauit, approbauit, & emologauit, promisitque semper, & perpetuò habere ratam, gratam, & firmam contraque non facere, nec venire, &c. *Summ. Barbaræ num.* 3. Ratificatio enim tollit quemcumque defectum mandati, ipsique mandato æquiparatur, *cap. ratihabitionem, vbi DD. de reg. iur. in* 6. *gloss. l. si quis mihi bona, §. iussum. ff. de acqu. poss. Tiraq. de retract. lignag. §.* 1. *gloss.* 10. *num.* 64. *san. mem. Gregor. decis.* 295. *num.* 4. *& decis.* 525. *pariter num.* 4. *vbi numer. sequenti*, firmat hoc pro-
10 cedere etiam † vbi speciale mandatum requiritur, *per text. in l. quod si speciali, ff. de minor. Rot. in recent. decis.* 194. *nu.* 8. *part.* 6. *& decis.* 78. *nu.* 12.

par.7. Ac operatur, vt consensus ex interuallo
11 præstitus, † perindè habeatur, ac si ab initio interuenisset, *cap.cura*, & ibi *gloss. in verb. Consensum de iure Patron. l.fin. C. ad Maceden. l.licet*, §. *de Iudic.* & dixit *Rot. in Cremonen. Præpositura 15. Decembris 1631. coram Motmanno, quæ est decis.82.num.6. & 7. part.6. recent.*

Nec fuit habita in consideratione falsitas apposita contrà præfatum Instrumentum ratificationis, Quia cum agatur in summarijssimo manutentionis nec ab altera parte ostendatur euidens probatio prætensæ falsitatis,
12 illius † exceptio non est apta impedire manutentionem Parbaræ possidenti, ita concludunt *Giouagn. d.consil.14.num.13. lib.1. Menoch. de retin. rem.vlt.nu.43. Roderic.de Ann.reddit.lib.1.quæst.17. num.37. vers.vltimò,* quæ diximus quos refert, & sequitur *Modern. Perusin.dicta obseruat.68. numer.3. & 4.*

Alia verò longa serie deducta pro D. Ioan. Baptista, & D.Marchione eius Patre dixerunt Domini non esse præsentis inspectionis ideò illa noluerunt attendere.

Et ita resolutum vtraque, &c.

REVERENDISS. P. D. CERRO,

Sacræ Rotæ Romanæ DECANO.

Romana, seù Albiganeñ Bonorum.

Mercurij 1. Iulij 1648.

ARGVMENTVM.

Tutor, qui non procurat, vt pupillus debita cum reuerentia mandatis Rotalibus obediat, ipse non autem pupillus declaratur excõmunicatus seruatis tamen ad hanc materiam seruari solitis, & hæc excommunicatio eo magis conceditur, vbi constat de recursu ad Iudices Laicos.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria conceditur vbi post comminatiionem censurarum, illarum intimatione, reproductione, ac seruatis terminis non docetur de paritione.*
Declaratoria quarè concedatur. num.1.
2 *Declaratoria datur contrà Tutores.*
Tutor curare debet, vt pupillus sine fraude obediat præcepto iudicis. num.2.
Pupillo non obediente præcepto Iudicis Tutor delinquere dicitur. num.2.
3 *per Edictum, vt possit procedi constare debet de non tuto accessu.*
4 *Accessus minus tutus probatur ex testibus etiam singularibus.*
5 *Intimatio declaratoriæ vbi non tuto constat accessu non personalis, sed per affixionem fieri potest,*
6 *Paritio quæ requiratur in mandato de manutenendo.*
7 *Recursus ad Iudices Laicos paritionem excludit, & detestabilem contumaciam ostendit. & num. seq.*
8 *Pertinacia probatur per recursus ad Iudices Laicos.*
9 *Protestatio etiam sola de recurrendo ad Iudices Laicos sufficit pro obtinenda declaratoria.*

DECISIO CCXLV.

CONTRA Mariam Hieronymam Iustinianam, Stephanum Balbum Lepidum Inuream, & Ioannem Baptistam Iustinianum assertos Tutores Mariç Septimiæ Pasquç, censuerunt Domini dandam esse declaratoriam, cùm constet de relaxatione mandati Rotalis de manutenendo relaxati præuia decisione sub die 15. *Decembris 1646. coram me,* continentis comminationem censurarum, de illius intimatione, ac reproductione in actis Notarij causæ cum præfixione termini ad parendum, & demum de seruatione quatuor terminorum ad docendum se paruisse, *Summ. informatis num.1. 3. 6. & 7.* quibus omnibus concurrentibus dùm non constat de paritione, quinimmò de apertissima, & inexcusabili contumacia deueniri solet ad relaxationem
1 declaratoriæ, † vt propriæ contumaciæ culpam attentius agnoscentes, humili paritione protinùs emendari festinent, per *text. in cap.si inimicus, vers. vt vnusquisque, 93. distinct. in cap.1. vers.ex hoc de except.in 6. & in cap.1. in fin. vt lite non contest. Rota in Ampurien. seù Ciuitaten. Conuocationis ad Synodum 13. Februarij 1645. coram Reu. P.D.meo Meltio, in Leodien. Decimarum 23. Ianuarij eiusdem anni, & in Cæsaraugustana Distributionum 25. May 1646. coram me, in Toletana Canonicatus 18. Iunij eiusdem anni coram R.P.D.meo Otthobono, & in Toletana Matrimonij 1. Iulij 1647. coram R.P. D.meo Corrado.* Idque etiam si præfati Ioannes Baptista, & alij contumaces sint Tutores, quia & contrà ipsos Declaratoria conceditur cum
2 nomine † Pupillæ litem substineant, & bona occupent, Tutor enim curare debet, vt Pupillus sine fraude obediat præcepto Iudicis, aliàs non Pupillus, sed ipse deliquisse censetur, per ea, quæ in proximis terminis declaratoriam relaxando, dixit *Rota in Mediolanen. Bonorum 18. Februarij 1630. coram recol. memoriæ Coccino sacræ Rotæ tunc temporis Decano apud Modern. Perusin.de manuten. decis.272. per tot. & præsertim num.7.*

Nec obstat, quod dictum mandatum de manutenendo non fuerit personaliter intimatum, sed dumtaxat per Edictum.

Quia cum in cõmissioue huius causæ adsit expressa facultas procedendi per Edictum cõstito de non tuto accessu, *dicto Summario nu.5.*
3 quç † ex dispositione sacrorum Canonum necessariò requiritur, vt habetur in *extrauag. Vnic. ibi, id nobis specialiter, & ex certa scientia iubentibus,* vbi etiam *gloss. verb. in Albo Prætoris de dol. & contum. & in Clem.1. ibi, ipso Papa specialiter, & ex certa scientia hoc mandante,* vbi pariter *gloss. in verb. ex certa scientia, ac DD. de Iudic. Rota in Ianuen. separationis thori 8. Martij 1627. §. quantum enim attinet, & 16. Ianuarij 1632. coram eodem recol.mem.Coccino in recent. decis.104.nu.2. vers.attamen de iure Canonico part.6. & in Mechlinien. nullitatis matrimonij 16. Aprilis 1646. coram R.P.D.meo Corrado §. nàm ex ipsa.* Non tutus verò accessus probetur ex Testibus coram me examinatis, *eodem Summario numer.2.* quorum depositiones
4 exuberant † cum ad istum effectum sufficiant etiam

etiam testes singulares ex deductis ad propositum *in dicta Ianuen. separationis thori 8. Martij 1627. §. & satis probatur, ac in dicta Mechlinien. nullitatis matrimonij, §. iusta verò causa.* Non fuit necessaria prædicti mādati personalis intimatio, sed exequi, & notificari potuit præuia affixio-
5 ne ad loca solita,† prout factum fuit *Summario num. 6.* ac per Edictum procedi, vt fuit seruatū *in dicta Ianuen. separationis thori, & probatur per Add. ad bon. mem. Buratt. decis. 943. num. 7. cum seqq. ac in d. Mechlinien. nullitatis matrimonij.*

Minusque non obstat, quod mandatum de manutenendo nil certi contineat, in quo sit parendum, & proinde sola patientia sufficiat. Fuit enim responsum hoc procedere posse, quando vna cum patientia concurreret etiam
6 oblatio verbalis de parēdo,† ac actualiter obediendo, vt distinguendo inter rem corporalē, prout in casu nostro, & incorporalem, declarauit *Rota decis. 649. num. 2. par. 4. recent, & in supradicta Mediolanen. bonorum num. 3.* Hic autem tantum abest, quod constet de huiusmodi patientia vnà cum præfata verbali oblatione, quinimmò apertissimè docetur de contrario, cum Ioannes Baptista tradito sibi, mediante quodam Clerico, mandato Rotali illud in terram proiecit *Summario num. 3.* & deinde ipse vnà cum alijs Contutoribus præuio Procuratore adiuit Senatum Genuæ, & ab eo nouā suæ occupationis bonorum, de quibus agitur cōfirmationem extorsit *eod. Sum. num. 4.* Ex hac igitur proiectione, & recursu ad Iudices Laicos resultat manifesta, & inexcusabilis contra-
7 dictio,† quæ quamlibet paritionem excludit, & detestabilem contumaciam ostendit, *ad tex. in l. contumaciam, vers. Contumaces non videtur, ff. de re iudic.* quem in terminis optimè expendit *Rota in dicta Mediolanen. Bonorum num. 4.*

Et hinc etiam eo faciliùs in hanc sententiā
8 iuerunt Domini, quia ob dictum † recursum euidentior conuincitur illorū pertinaciæ probatio, vt dixit *Rota coram bo. me. Buratto dec. 825. num. 5. vers. Immò non solum par. 1. & in alijs relatis in supra allegata Toletana matrimonij §. fin.* Proindeque libentiùs declaratoria venit conceden-
9 da,† licet ad hunc effectum sola etiam protestatio de ibidem recurrendo sufficiat, *vt resolutum fuit in Vlixbonen. Beneficij 10. Aprilis 1617. coram bo. me. Vbaldo, & in dicta Leodien. Decimarum 23. Ianuarij 1645. coram me, §. vltimo.*

Et ita resolutum fuit vnica tantum; Altera verò parte sæpiùs citata, & intimata, &c.

R. P. D. GHISILERIO;

Posteà Episcopo IMOLEN.

Meleuitana Census.

Mercurij 1. Iulij 1648.

ARGVMENTVM.

Regia Pragmatica Regni Siciliæ tribuit creditori census facultatem agendi executiuè pro fructibus etiam contra tertium, quæ quidem facultas competit adhuc vbi in instrumento adest pactum illud exequendi, & in persona, & in bonis.

SVMMARIVM.

1 *Pro Fructibus census executiuè proceditur cōtra tertium vigore pragmaticæ Siciliæ.*
2 *Pactum in instrumento census appositum, quod illud exequatur in persona, & bonis, dat viam executiuam etiam contra tertium.*
3 *Decretum interlocutorium non tangens substantiam obligationis viam non vulnerat executiuam.*
4 *Executiuè etiam in gradu appellationis proceditur, vbi à decreto interlocutorio fuit appellatum.*
5 *Fructus præsumuntur à possessore percepti.*
Fructus fundi censiti coæquales præsumuntur cum fructibus census, num. 5.
6 *Retentio datur ratione legitimæ.*
7 *Retentio pro legitima non datur in præiudicium creditoris.*
9 *Hæres cum benef. l. & inuentarij consequitur censum, quod ei à defuncto debebatur.*
10 *Debitor fideicommittentis præiudicare non potest hypothecæ, & electioni creditoris.*
11 *Bona libera extitisse tempore contracti census occasione dotis probare debet illius nullitatem allegans.*
12 *Bona libera si erat insufficientia ad solutionem debiti dotis poterat pro eo imponi census super bonis fideicommissi.*
13 *Contractus mulieris factus pro soluendo ære alieno testatoris non requirit solemnitates.*

DECISIO CCXXXXVI.

DECISIO in hac causa facta 14. Februarij præteriti conformis duabus prioribus decisionibus sub diebus 12. Iunij 1645. & 13. Aprilis 1646. decernit mādatum executiuum esse relaxandum, tam actione personali, quam reali contra Mariam, & Barbaricam, & contra Angelum Hieronymum Manducam cōdemnans supradictas ad solutionem fructuū Census, de quo agitur, eo quia possederunt feudum censuatum ab anno 1639. vsq; ad mēsem Aprilis 1646. Angelum Hieronymum verò eò, quia fundum de præsenti possidet, ex possessione contra omnes supradictos resultat præsumptio perceptionis fructuum ex vulgari regula, quod siquis possideat, fructus percipit, & cum fundamenta decisionis inconcussa remaneant, nec tollantur ex hodie deductis, quæ sunt ferè illamet iam deducta in præteritis, DD. steterunt in decisis; ex quo cōpetit via exequutiua ratione Regiæ Pragma-
1 ticæ Siciliæ, † quæ dat executionem in actione personali pro fructibus census contra tertios possessores fundi censuati, iuxta deducta *in decis. in §. finali*, necnon pacti in Instrumen-
2 to census appositi, quod illud exequatur in persona, & bonis, vt per *Zacch. de oblig. Cam. quæst. 2. num. 16. Rota in Baren. seu nullius Pecuniaria 26. Maij 1645. coram R. P. D. meo Cerro*, quæ non potest dici vulnerata per appellationem interpositam à decreto de partibus; quia decretum fuit interlocutorium, nec emanauit super

super substantia obligationis, vel super via
3 exequutiua, † intra quos casus illam sententia non vulnerat, vt fuit dictum in *Esina Pecuniaria 26. Iunij 1647. coram R. P. D. meo Peutigerio.* Vnde Rota in gradu appellationis à decreto interloquutorio prosequendo iudicium exequutiuum inchoatū in partibus potest omisso
4 articulo appellationis, † exequutiuè procedere super negotio principali etiam inuito appellato, stante quod primus Iudex detulit appellationi, vt notat *Franc. in cap. 1. num. 9. vers. secundo limita, de appel. in 6. & ibid. Lap. Abb. sub num. 8. vers. secus quando defertur. Panorm. in cap. vt debitus sub num. 35. vers. nisi Iudex, de appellat. Rota in Gebennen. pensionis 12. Decembris 1644. §. quia forsan in fine coram R. P. D. meo Peutingerio.*

Quod verò Maria, & Barbarica ab anno 1639. vsque ad mensem Aprilis 1646. possederint fundum censuatum benè probatur ex deductis in decisione, quæ reuidetur in principio ex locatione per ipsas facta effectum sortita, necnon ex diuturna litis substentatione contra Angelum Hieronymum prætendētem se anteriorem possessorem.

Non obstat, quod Angelus Manduca de anno 1621. obtinuit sententiam immissionis, & manutentionem super tenuta, de qua agitur, eamque de anno 1638. tam nomine suo proprio, quàm nomine, & pro parte Angeli Hieronymi filij, pro quo de rato locauerit per annos 4. incipien. à die 15. Augusti anni 1639. quia dicta sententia fuit suspensa per appellationem, & non potuit appræhendi possessio tenutæ, nisi sub die 4. Aprilis 1646. vigore mandati Rotalis, & locatio nullum habuit effectum; quia dictæ Maria, & Barbarica, ea non obstante de ordine Reuerendiss. Inquisitoris Melitæ locarunt tenutam, & pensiones exegerunt; Hæc autem secunda locatio, vti effectuata debet attendi. Firmata igitur possessione exindè resultat irrefragabilis conclusio, quod eædem Maria, & Barbarica fructus
5 receperint, † quodque illi coæquales præsumantur fructibus census, vt firmat eadem *decisio in §. quia respectu temporis, vers. semper enim vrget consequentia.*

Neque releuat, quod supradictis debeatur legitima ex persona Franciscæ filiæ Io. Pauli, & Catharinæ super ijsdem bonis, pro quasi nō
6 competeret compensatio, † saltem daretur retentio, *Franc. Becc. cons. 127. num. 1. lib. 2.* quę etiam
7 exclusa compensatione conceditur, † quando creditum est liquidū, ex cumulatis per *Crass. except. 16. num. 8. & seq.* quia placuit responsio, quod census debitus cumulo venit soluendus à Io. Paulo fideicommittente, tamquam creatus pro extinguendo ęre alieno fideicommittentis, quod ante legitimam venit detrahen-
8 dum, † & sic nulla competit retentio in præiudicium creditoris, *Surd. decis. 233. num. 14. vbi allegat concordantes.*

Minus facit, quod cum cumulus hæres institutus à P. Paulo Manduca vno ex filijs dicti Ioannis Pauli Manducæ, qui cum Catharina matre censum imposuit, & in solidum se obligauit soluere fructus, hæreditatem simpliciter adiuerit, & bona hæreditaria possederit, pro hac rata sēper conuincatur excessus mandati, cum actio, & passio nō cadant in eodem subiecto. Quia hoc non iustificatur, cum iura ad probandum exhibita non sint in forma probanti, & quatenus iustificaretur tamen ex iuribus datis apparet, Cumulum non fuisse hæredem, nisi pro sexta parte tantum, hæreditatemq; acceptasse cum beneficio legis, & in-
9 uentarij, † quo casu separatæ sunt actiones, & benè potest consequi creditum census, quod à defuncto debebatur, *l. fin. §. in computatione, §. si verò, vbi Bald. num. 3. Alex. num. 6. C. de iur. delib. Rot. decis. 528. nu. 1. par. 2. rec.* & quod tollit omnem difficultatem, fructus cēsus impositi pro debito fideicommittentis debent solui ab hęredibus fideicommissarijs Io: Pauli, nō autem à dicto Petro Paulo filio grauato, qui non tenetur de proprio, neq; minus cumulus etiam, quod sit eius hæres, dum nihil possidet de bonis fideicommissarijs, & obligatio Petri Pauli in solidum facta est fauore Creditoris census, in cuius odium non debet retorqueri quominus valeat fructus consequi à fideicōmissariis, & successoribus fideicommittentis, & ex fundo censito spectañ. ad Ioannem Paulū principalem debitorem, pro cuius liberatione fuit census impositus.

Nec vrgent ea, quæ denuò pro vtraq; parte deducuntur pro infirmanda decisione, quod census non possit sustineri, vti impositus super re alienari prohibita, quamuis de tempore impositionis constet adesse alia bona libera, quibus stantibus excluditur necessitas in decisionibus considerata. Siquidem cum dictus census fuit impositus pro soluendo ęre alieno contracto occasione præcedentis Donationis per Io. Paulum alienationem prohibentem factæ inter viuos Angelo ante fideicommisū, prohibitio non est attendenda ad effectum inualiditatis census, cum illa fieri non potuerit in præiudicium creditorum dicti Ioānis Pauli, vt firmatur in decisione, quia debitor fideicommittentis præiudicare non potest hipo-
10 thecæ, & liberæ electioni, † quam eius creditor habebat procurañ. satisfactionem ex quibuscumque bonis debitoris, vt notat *Bart. in l. Marcellus, §. resque in prima oppositione, ff. ad Trebell. Rimin. sen. con. 131. num. 2. lib. 1. Natt. cons. 100. Becc. cons. 100. num. 6. & dixit Rota in Romana fideicommissi de Zuccaris 14. Nouembr. 1639. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Florentina Horti 4. Iulij 1642. coram R. P. D. meo Bichio.*

Nec facit replicatio, quod extantibus bonis liberis, debebat super illis imponi census, non autem super prædio particulari fideicommisso subiecto, tum quia non probatur extitisse alia bona libera, prout probandum esset, cum
11 non agatur de consensu imponendo, † sed de impositione iam facta, quæ est species alienationis, vt in puncto ponderauit *Rota in Romana census 26. Iunij 1647. coram R. P. D. meo Bichio;* tum quia ex inuentario dato pro probanda
12 dicta existentia non constat, † bona fide libera fuisse sufficientia ad soluendum dictum debitū, vt ex allegatis *in decis. in §. neque existentia.*

De-

Demum in contrarium non facit, quod census fuit impositus sine solemnitatibus requisitis in contractibus minorum, quia tunc temporis impositores erant maiores, & pro-
13 pterea solemnitates non requirebantur,† præsertim stante causa necessaria solutionis æris alieni testatoris, vt in terminis contractus mulieris dixit *Rota decis. 241. num. 11. & seq. part. 7. recent.* nec fideicommissarij possunt impugnare impositionem census, ex qua prædium fideicommisso subiectum liberatum fuit à precedenti datione in solutum quatenus illa valida fuerit, vel saltem si valida non fuit ab hipotheca Angeli Donatarij, & ex hac causa creditoris ipsius Ioannis Pauli fideicommittentis, vt aduertit *3. decisio in §. minus releuat, in fin.* & ita non cessat, quod esset in electione Ioannis Pauli Donatoris soluere scuta 8000. residui scutorũ 12000. in pecunia numerata, vel in bonis, quia semper erit verum dicere, quod ex legitima causa liberationis, & extinctionis huius debiti fideicõmittentis fuit data in solutum tenuta, & validè super ea impositus census, ex deductis in duabus præteritis decisionibus.

Ideo cum ex supradictis firma remaneant fundamenta decisionum, DD. vt in tertia sub die 14. Februarij preteriti censuerunt relaxandum mandatum modo, quo supra, tam personale contra dictas Mariam, & Barbaricam pro fructibus decursis ab anno 1639. vsque ad mensem Aprilis 1646. quam contra Angelũ Hieronymum modernum possessorem à die 4. Aprilis 1646. qua vigore mandati Rotalis adeptus fuit possessionem fundi, de quo agitur, quam etiam reale super dicta Tenuta ad effectum consequendi fructus census pro toto dicto tempore, & in antea decursos, & suo loco, & tempore decurrendos ratione hipothecæ, & clausulæ Constituti in Instrumento cẽsus appositæ ex deductis in decisionibus.

R. P. D. CORRADO,
Posteà Eminentiss. CARDINALI.
Orioleñ Decanatus.

Mercurij 1. Iulij 1648.

ARGVMENTVM

Attentatam, qui cœpit possessionem illam certum est quod dimittere tenetur vna cum fructibus ex d. possessione perceptis, quorum appellatione licèt regulariter quotidianæ non veniant distributiones, hoc tamen fallit in materia attentatorum, in qua etiam distributiones prædictæ sunt restituendæ.

SVMMARIVM.

1 *Attentata purgare valens restituere tenetur nedum possessionem attentate captam, sed etiam fructus ab eo perceptos.*
2 *Distributiones quotidianæ licèt regulariter non veniant appellatione fructuum sunt tamen restituendæ in purgatione attentatorum.*
3 *Fructus à possessore præsumuntur percepti.*
4 *Fides canonici, & Archiuistæ super perceptione fructuum attendi debet, ampl. vt num. seq.*
5 *Fides adminiculata ex depositionibus testium plenè probat.*
6 *Liquidatio fructuum leuiores requirit probationes.*
7 *Summa minor semper attenditur.*
Probationes illæ recipiuntur, quæ pro minori summa concordant num. 7.
Testes de minori summa deponentes, & in ea conuenientes admittendi sunt num. 7.

DECISIO CCXLVII.

ATTENTATA visa fuit Dominis possessio Decanatus per Vincentium Frances apprehensa lite pendente. Atque ideò manutentio concessa Vincentio Carbonel Aduersario anteriori possessori, vt apparet ex decisione sub die 26. Iunij 1646. coram me. Hodie vero instante eodem Carbonel pro restitutione fructuum. Dubitaui. An, & à quo tempore, & pro qua summa teneatur Frances. Et fuit cõclusum teneri ad restitutionem perceptorum à die occupationis 19. Decembris 1645. vsque ad diem dimissionis 18. eiusdem mensis anni sequentis 1646. in summa libr. tercentarum octuaginta monetæ Regni Valentiæ.

Quia cum ille apprehenderit dictam possessionem pendente lite in partibus ab ipsomet instituta contra Carbonel super iustificatione litterarum Apostolicæ prouisionis per ipsum obtentæ, coram Executore in illis deputato, ac deinde ipso pariter instante per Signaturã Iustitiæ præuia moderatione alterius commissionis Aduersarij ad eumdem Iudicem remissa; Et parte opponente, protestante, & appellante ad Sanctiss. D. N. Ac proinde cum manifesto attentatorum vitio, & mala fide, vt
1 fuit probatum in præcedenti decisione, † tenetur vtique restituere pro eorum purgatione non solum possessionem, sed etiam fructus inde perceptos toto tempore, quo eam detinuit, & occupauit *iux. tex. in cap. grauis extr. de rest. spoliat. Rot. decis. 4. & 5. eod. tit. in nou. & penes bon. me. Burat. decis. 642. num. 4. vers. quos, & seq. & Reuerendiss. Vrgellen. decis. 305. sub num. 1. vers. ad primam dubij partem, & in recent. decis. 269. sub nu. 1. vers. nam licet respectu possessionis par. 1.* cum alijs relatis per *Lancellot. de attentat. par. 3. cap. 31. n. 25 vers. ragula quod attentans, & num. 72. vers. quinto amplia & seq.* Comprehensis etiam quotidianis distributionibus, quæ licèt alias regulariter fructuum appellatione nõ comprehendantur,
2 in his † tamen casibus restitui debent, etiam nulla facta protestatione, quæ respectu perceptarum non requiritur, ne alias vitiosus occupator ex propria culpa, & delicto commodum sentiat, & cum iactura legitimi possessoris, (qui facto illius iniusto fuit ab earum perceptione exclusus) locupletetur contra Iuris, & æquitatis rationem, *Rot. penes Cassador. dec. 6 sub num. 3. vers. item si parti teneretur de præbend. Mohed. decis. 6. eod. tit. Put. decis. 3. de fructib. & decis. 618. par. 1. diuers. & in Maiori cen. canonicat. 2. Maij*

Maij 1594. coram bon. mem. Card. Mellin. relata per *Garz. de benefic. par. 6. cap. 3. sub num. 117. ver. non obstat quod non fuit facta protestatio (qui n. 116. vers. vnde intrusus &c.* alios refert) *& penes And. decis. 76. num. 5. vers. cum alias de iure Gonzalez ad reg. 8. §. 7. proœm. sub num. 161. vers. tertio contra attentantem & vers. quarto limita &c.*

Perceptio autem probatur non solum ex eo, quod eodem tempore, quo Decanatum possedit, siue occupauit censetur quoque fructus illius percepisse, † non docto de alio pos-
3 sessore, vel impedimento. Quam conclusionem in hac materia solet Rota passim recipere, *vt in decis. 25. vers. quia si habuit possessionem de præbend. in nou. & apud Bellamer. decis. 703. Card. Seraph. decis. 1245. num. 6. vers. quantum ad fructus &c. san. mem. Gregor. decis. 50. num. 2. vers. de perceptione autem fructuum vbi Add.* alias referunt *Buratt. decis. 173. num. 3. vers. ex qua possessione, & Card. Caualer. decis. 138. num. 2. vnde ex tali possessione &c. & decis. 586. sub num. 1. vers. & quidem &c. ac Reuerendiss. Vrgellen. d. decis. 305. num. 3. vers. quia cum stet præsumptio &c. & decis. 307. num. 2. vers. tum enim, & decis. 384. num. 1. vers. vnde intrat præsumptio, & in recent. d. decis. 269. nu. 2. vers. & placuit par. 1. & decis. 571. sub num. 1. vers. ex qua possessione par. 3.* cum alijs relatis per *Garz. de benefic. par. 6. d. cap. 3. sub num. 139. vers. circa liquidationem autem &c.*

Verum etiam ex fide Canonici eiusdem Ecclesiæ Archiuistæ, & Officialis ad hoc deputati, qui singulis partitis distinctè relatis attestatur illum percepisse de redditibus ordinarijs libr. ducentas quinquaginta, & solid. sex d. monetæ, vltra distributiones quotidianas,
4 Quæ sanè attendi debet, cum ea concernat, quæ spectant ad officium ipsius Archiuistæ, vt testes examinati deponunt *Rot. penes Buratt. decis. 706. num. 2. vers. cui tanquam attestanti &c. & in recent. decis. 525. sub num. 5. vers. quæ fides, ac decis. 583. num. 10. vers. demum par. 4. tom. 3. & sæpè in alijs.* Et comprobetur, atque adminiculetur ex eorundem depositionibus de perceptione
5 omnium fructuum tàm certorum, † quàm incertorum per d. Frances eo tempore facta contestantium, *Rot. decis. 813. sub num. 2. vers. priuata enim scriptura ac seqq. par. 1. diuers. & in recent. decis. 122. sub num. 7. vers. quæ fides licet sit extraiudicialis par. 1. & decis. 175. sub num. 2. vers. ista enim fides par. 3. & decis. 497. sub num. 4. vers. quæ simplices fides par. 4. & decis. 243. sub num. 7. vers. quorum dicta ac seqq. par. 6. & penes Reuerendiss. Vrgellen. decis. 416. num. 8. vers. quorum fidibus &c.*

Quantitas verò vsque ad dictas libr. 380. iustificatur tam ex eadem fide Canonici Archiuistæ quoad redditus certos, quam ex depositionibus dd. testium omnes fructus tam certos, quam incertos comprehendentibus, quorum alter ad libras annuas quadringentas circiter d. monetæ (detractis pensionibus) alter verò ad libras tercentas octuaginta attestantur ascendere ex publico, & notorio, publicaque voce, ac fama; Quæ omnia visa fuerunt Dominis sufficientia in proposito casu pro liqui-
6 datione dd. fructuum, † ad quem effectum leuiores probationes Iudicis arbitrio congruẽtes admitti solent *Bald. in l. 1. sub num. 22. vers. adde quod fructus probantur, C. de fruct. & lit. expens. Natt. cons. 510. sub num. 6. vers. inuenio etiam, ac seq. Rot. penes Card. Seraph. decis. 955. nu. 3. vers. quia in hac materia, ac seq. & decis. 1132. num. 1. vers. cum in hac materia & d. decis. 1245. nu. 6. vers. quantum ad fructus Caualer. d. decis. 586. nu. 2. vers. vnde etiam Burat. d. decis. 173. num. 6. vers. qui testes, ac seq. & decis. 921. num. 5. vers. cum pro liquidatione, & Reuerendiss. Vrgellen. d. decis. 305. num. 4. vers. cum enim & decis. 307. nu. 3. vers. & materia liquidationis, cum seq. & in recent. decis. 343. num. 5. vers. non obstat par. 1. & decis. 727. per tot. & decis. 767. num. 3. vers. qui testes par. 3. & decis. 370. n. 2. vers. iustitia verò par. 4.* & latiùs *decis. 718. num. 6. vers. cum in hac materia & seq. ead. par. 4. tom. 3. & decis. 522. num. 14. vers. cum tanquam, ac seqq. par. 5.*

Et quoniam testes prædicti de illa minori summa nempè libr. tercentarum octuaginta
7 conueniunt. † In ea ideo conclusa fuit liquidatio fructuum per Frances restituendorum iux. *theor. Imol. in l. inter pares sub num. 2. vers. item iuxta prædicta, & vers. & eadem ratione &c. vbi Alex. sub num. 10. vers. & magis vera conclusio ff. de re iudicat.* quam Rota sequi solet, vt per *Verall. decis. 299. par. 3. Seraph. decis. 1399. Caualer. dec. 370 num. 2. vers. & hæc est minor summa &c. & d. decis. 586. nu. 3. vers. in qua summa Reuerendiss. Vrgellen. decis. 384. num. 2. vers. & cum secundum Rotæ stylum &c.* vbi aliæ referuntur, *& in recent. decis. 320. sub nu. 7. vers. respectu autem liquidationis fructuum par. 2. & alibi.*

Atque ita fuit decisum informante tantùm Vincentio Carbonel, pluries tamen citato, & diù expectato Frances &c.

REVERENDISS. P. D. CERRO, Sacræ Rotæ DECANO.

Romana seu Albinganeñ bonorum.

Mercurij 1. Iulij 1648.

ARGVMENTVM.

Declaratoriam ob non petitionem mandati de manutenendo relaxandam esse etiam contra Tutores firmatur; idque ampliatur procedere etiamsi mandatum, ob non tutum accessum fuisset relaxatum per contradictas, seù affixionem ad loca solita.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria, quandò sit relaxanda.*
2 *Declaratoria relaxatur etiam contra Tutores.*
3 *Facultas procedendi per ædictum constito de non tuto accessu, ex dispositione sacrorum canonum necessario requiritur in Iudicibus.*
4 *Accessus non tutus probatur etiam per testes singulares.*
6 *Accessus non tutus probatus per testes, benè potest deinde procedi per affixionem ad loca solita.*
6 *Declaratoria ob non paritionem mandati de manutenendo euitatur per solam patientiam, iuncta oblatione verbali de parendo.*

7 Con-

7 *Contradictio quamlibet paritionem excludit, & detestabilem contumaciam ostendit.*
8 *Declaratoria relaxanda est, quandò pars recurrit ad Iudices laicos.*
9 *Amplia et.amsi solum protestaretur de ibidem recurrendo.*

DECISIO CCXLVIII.

CONTRA Mariam Hieronymam Iustinianam, Stephanum Lepidum Inuream, & Ioannem Baptistam Iustinianum assertos Tutores Mariæ Septimiæ Pasquæ, censuerunt
1 Domini dandam esse declaratoriam, cum cõstet de relaxatione mandati Rotalis de manutenendo relaxati præuia decisione sub die 14. *Decembris* 1646. *coram me* continentis comminationem censurarum, de illius intimatione, ac reproductione in actis Notarij causæ cum præfixione termini ad parendum, & demum de seruatione quatuor terminorum ad docendum se paruisse Summario informantis *num.* 1. 3. 6. *&* 7. quibus omnibus concurrentibus dum non constat de paritione, quinimmo de apertissima, & inexcusabili contumacia deueniri solet ad relaxationem declaratoriæ; vt propriæ contumaciæ culpā attentius agnoscentes, humili paritione protinùs emendari festinent *per text. in cap. si inimicus, vers. vt vnusquisque, 93. distinct. in cap. 1. vers. ex hoc de except. in 6. & in cap. 1. in fin. Vt lit. non contest. Rota in Ampurien. seu Ciuitaten. conuocationis ad Synodum 13. Februarij 1645. coram R.P.D. meo Meltio, in Leodien. Decimarum 23. Ianuarij eiusdem anni, & in Cæsaraugustana distributionum 25. Maij 1646. coram me in Toletana Canonicatus 18. Iunij eiusdem anni coram R.P.D. meo Otthobono, & in Toletana matri-*
2 *monij 1. Iulij 1647. coram R.P.D. meo Corrado.* † Idque etiam si præfati Ioannes Baptista, & alij contumaces sint Tutores, quia & contra ipsos Declaratoria conceditur cum nomine pupillę litem substineant, & bona occupent; Tutor enim curare debet, vt pupillus sine fraude obediat præcepto Iudicis, alias non pupillus, sed ipse deliquisse censetur, per ea, quæ in proxis terminis declaratoriā relaxando dixit *Rota in Mediolanen. bonorum 18. Februarij 1630. coram recol. mem. Coccino Sacræ Rotæ tunc temporis Decano apud Modern. Perusin. de manuten. decis. 272. per tot. & præsertim num. 7.*

Nec obstat, quod dictum mandatum de manutenendo non fuerit personaliter intimatum, sed dumtaxat per Edictum.

3 Quia † cum in commissione huius causæ adsit expressa facultas procedendi per Edictum constito de non tuto accessu *dicto summ. num. 5.* quæ ex dispositione sacrorum Canonum necessariò requiritur, vt habetur *in extrauag. vnic. ibi, id nobis specialiter, & ex certa scientia iubentibus, vbi etiam gloss. verb. in Albo Prætoris de dol. & contum. & in Clem. 1. ibi, ipso Papa specialiter, & ex certa scientia hoc mandante, vbi pariter gloss. in verb. ex certa scientia, ac DD. de Iudic. Rota in Ianuen. separationis thori 8. Martij 1627. §. quantum enim attinet, & 16. Ianuarij 1632. coram eodem rec. mem. Coccino in recent. dec. 104. num. 2. vers. attamen de ire Canonico par. 6. & in Mechlinien. nullitatis matrimonij 16. Aprilis 1646. coram R.P.D. meo Cor-*
4 *rado, §. nam ex ipsa.* † Non tutus verò accessus probetur ex Testibus coram me examinatis *eodem summario nu. 2.* quorum depositiones exuberant cum ad istum effectum sufficiat etiam testes singulares ex deductis ad propositum *in dicta Ianuen. separationis thori 8. Martij 1627. §. & satis probatur, ac in dicta Mechlinien. nullitatis*
5 *matrimonij, §. iusta verò causa.* † Non fuit necessaria prædicti mandati personalis intimatio, sed exequi, & notificari potuit præuia affixione ad loca solita, prout factum fuit *summario n. 6.* ac per edictum procedi, vt fuit seruatum *in dicta Ianuen. separationis thori, & probatur per Add. ad bon. mem. Buratt. decis. 943. num. 7. cum seqq. ac in dicta Mechlinien. nullitatis matrimonij.*

6 Minusque non obstat, † quod mandatum de manutenendo nil certi contineat, in quo sit parendum, & proinde sola patientia sufficiat.

Fuit enim responsum hoc procedere posse, quando vnà cum patientia concurreret etiam oblatio verbalis de parendo, ac actualiter obediendo, vt distinguendo inter rem corporalē, prout in casu nostro, & incorporalem declarauit *Rota decis. 649. num. 2. par. 4. recent. & in supradicta Mediolanen. bonorum num. 3.* Hic autem tantum abest, quod constet de huiusmodi patientia vnà cum præfata verbali oblatione; quinimmò apertissimè docetur de contrario, cum Ioannes Baptista tradito sibi, mediante quodam Clerico, mandato Rotali illud in terram proiecit, *summario num. 3.* & deindè ipse vnà cum alijs Contutoribus præuio Procuratore adiuit Senatum Genuæ, & ab eo nouam suæ occupationis bonorum, de quibus agitur confirmationem extorsit, *eodem summa-*
7 *rio num. 4.* † Ex hac igitur proiectione, & recursu ad Iudices laicos resultat manifesta, & inexcusabilis contradictio, quæ quamlibet paritionem excludit, & detestabilem contumaciā ostendit, *ad text. in l. contumaciam, vers. Contumaces non videtur, ff. de re iudic.* quem in terminis optimè expendit *Rota in dicta Mediolanen. Bonorum num. 4.*

8 Et hinc † etiam eò faciliùs in hanc sententiam iuerunt Domini, quia ob dictum recursum euidentior conuincitur illorum pertinaciæ probatio, *vt dixit Rota coram bon. mem. Buratto decis. 825. num. 5. vers. Tum quia habitus fuit in recent. decis. 686. sub numer. 2. vers. Immò non solum par. 1. & in alijs relatis in supra allegata Toletana*
9 *matrimonij §. fin.* † Proindeque libentius declaratoria venit concedenda, licèt ad hunc effectum sola etiam protestatio de ibidem recurrendo sufficiat, vt resolutum fuit *in Vlixbonen. Beneficij 10. Aprilis 1617. coram bon. me. Vbaldo, & in dicta Leodien. Decimarum 23. January 1645. coram me, §. vltimo.*

Et ità resolutum fuit vnica tantum Altera verò parte sæpius citata, & intimata, &c.



R. P. D. GHISILERIO,

Posteà Episcopo IMOLEN.

Lucana Iurispatronatus.

Mercurij 1. Iulij 1648.

ARGVMENTVM.

Beneficij permutatio facta bona fide, & absque culpa, si tamen est nulla, datur permutanti regressus ad beneficium permutatum, mediante tamen noua gratia, seu collatione, idque etiam procedere patronis inuitis, constantèr firmatur. Præsentatio extraneorum ad iusp. prohibita à fundatore quando in familia extarent personæ habiles pro adimplenda voluntate fundatoris, sufficit, quod persona de familia sit habilis potentia, licèt non sit habilis actu.

SVMMARIVM.

1 *ad Beneficium permutatum quando datur regressus, si permutatio est nulla; mediante tamen noua collatione.*

2 *Beneficij permutatio quando est facta bona fide, non dicitur abdicatum ius à resignante, nisi beneficiū resignatum acquiratur resignatario, ita vt resignanti semper ad illud competit regressus.*

3 *Ignorantia probabilis iuris dubij excusat à culpa.*

4 *Ignorantia probabilis, & iuris dubij excusat à pœna, maximè quando agitur de damno vitando.*

5 *ad Beneficium permutatū non datur regressus absque noua gratia, seu collatione.*

6 *ad Beneficia permutata meritò permutantes reintegrari debent, etiam inuitis patronis, mediante tamen noua collatione.*

7 *Rota seruari solet æquitatem, ita vt ad euitandam pœnam, & culpam excusandam, maiori cum facilitate solet procedi.*

8 *Præsentatio extraneorum ad iusp. prohibita à fundatore, quando in familia extent personæ habiles, intelligitur de habilitate in potentia, non autem actu.*

9 *Amplia procedere, quando ex ipsa erectioue iurisp. id colligi posset.*

DECISIO CCXLIX.

DOmini existimantes Marium de Peregrinis nepotem Iulij Gerini fundatoris bēneficij, de quo agitur, habuisse probabilem causam credendi non esse necessariam in præsentato, quando beneficium permutatur, expressionem legis, & qualitatis requisitæ à fundatore, quod quomodocumque, & qualitercumque succedente vacatione semper esset conferen. personis de cognatione, & agnatione fundatoris: † quia tunc vacaret culpa, qua cessan-
1 te permutanti datur regressus ad beneficium permutatum, si permutatio est nulla, mediante tamen noua collatione, vt pluribus allegatis tradit *Garz. de benef. par. 11. cap. 3. num. 29.* Dixerunt eidem Mario competere regressum ad beneficium ab eo permutatum cum Mattheo Cerru, obtenta tamen noua collatione, & non aliàs.

2 Ratio resolutionis fuit, † quia quando permutatio est facta bona fide, & sine culpa permutantium, non videtur abdicatum ius à resignante, nisi beneficium resignatū acquiratur resignatario, itaut semper resignanti ad illud cōpetat regressus, vt tradit *Vitalin. in Clem. vnic. num. 24. vers. verum, & nu. 96. de rer. permut. Paris. de resign. lib. 1. quæst. 3. num. 47. & 48.* & dixit *Rota corā Litt. in Gerunden. permutationis 5. Iulij 1593. relata per Garz. vbi supra num. 19.* Eo enim ipso, quod d. Iulius in instrumēto fundationis specificè disposuit de permutatione mandando, quod illa fieri debeat cum licentia patroni, nec addidit, quod fieri debeat cum aliquo de genere, Marius opinari potuit nihil aliud præter licētiam patroni in permutatione requiri.

3 Ad effectum † autem excusandi à culpa sufficit ignorantia probabilis iuris dubij, vt tradit *Anchar. in cap. nemo deinceps, num. 5. in fine, vers. si verò de elect. in 6. Rot. decis. 287. nu. 14. par. 1.*
4 *rec.* † Nam illa ignorantia probabilis, & iuris dubij excusat à pœna, maximè quando agitur de damno euitando, vt resoluit *Rot. decis. 36. num. 3. apud secundum uolumen cons. Farinac. & decis. 214. num. 5. uers. sicut non obstat par. 1. diuers.* Hancque ignorantiam adfuisse præsumitur ex eo, quia si verè Marius de hac qualitate in huiusmodi casu notitiam habuisset, pariformiter eam Papæ expressisset, sicut expressit, quod permutatio fieri non poterat absque licentia patronorum obtinendo derogationem.

Sed cum dubitari non possit, quin permutatio prædicta sit nulla ob dictum defectum, prout fuit deductum in duabus decisionibus in hac causa factis coram me sub diebus 3. Iunij, & 16. Decemb. 1647. à quibus DD. non
5 recesserunt in hac positione, † Marius admitti non potest ad d. regressum, nec redire ad beneficium permutatum absque noua gratia, seu collatione, vt post alios relatos *in d. prima decis. 3. Iulij 1687. §. non obstat, vers. neque Mario, &c.* resolutum fuit in terminis, *in supradicta Gerunden. permutationis coram Litta impressa per*
6 *Garz. vbi supra*, † in qua habetur permutantes meritò etiam inuitis patronis ad priora beneficia media tamen noua collatione reintegrari debere.

7 Quo magis † sequendo æquitatem seruari solitam in hoc S. Tribunali, ex qua ad euitandam pœnam, & culpam excusan. maiori cum facilitate solet procedi, & præsertim in hoc casu, in quo Marius promotus fuit ad sacros ordines ad titulum huius beneficij, & Papa in tantum illius permutationem admisit, inquantum Marius aliud beneficium consequebatur.

Nec pro excludenda nullitate dictę permutationis dicatur, quod præsentatio extraneorū est solum prohibita, quando in familia extent personæ habiles, & idoneæ ad beneficium, & cum tempore permutationis Iulius Gerinus iunior vnicus de familia nō esset clericali caractere insignitus, dici non poterat, quod eo tem-

tempore extarent personæ idoneæ ad dictum
8 beneficium. † Nam placuit responsio, quod pro adimplenda voluntate fundatoris sufficit, quod persona præsentata sit habilis potentia, licèt non sit actu, cum satis sit, quod de tempore præsentationis sit habilis actu, quamuis tempore vacationis non habeat hanc qualitatem, *cap. dudum de elect. Lara de anniu. & cappell.*
9 *lib. 2. cap. 9. num. 65. & seq.* † Et ex lege fundationis patet, non esse necessarium, quod in ipso momento vacationis præsentan. de familia sit actualiter clericus, quoniam fundator mandauit, quod si aliquis de familia non esset habilis ad beneficium obtinendum respectu ætatis, debeat deputari aliqua persona temporaliter ad satisfacien. oneribus cappellæ, donec ille de familia ad legitimam ætatē perueniat; quæ quidem dispositio clarè concludit, quod non sit necessaria qualitas clericatus in illo de familia tempore vacationis, cum possit esse, quod quis respectu ętatis, nedum sit inhabilis ad beneficium, sed etiam ad clericatum.

Quapropter attentis supradictis fuit resolutum, Mario competere regressum ad Beneficium permutatum, obtenta tamen noua collatione, & non alias, stante nullitate permutationis firmata ex deductis in supradictis duabus decisionibus coram me in hac causa factis, cum quibus transierunt DD. vtraque parte informante.

R. P. D. M E L T I O.

Postea Episcopo P A P I E N.

Cracouieñ Decimarum.

Mercurij 1. Iuly 1648.

A R G V M E N T V M.

Parocho danda est manutentio in quasi possessione exigendi decimas, quandò, vltra assistentiam iuris, quam habet pro decimis, ac illarum exactione super bonis existentibus intra fines suæ Parochiæ, & super fructibus in ea insurgentibus, doceret etiam de eius quasi possessione illas exigendi, quæ quasi possessio, ex quibus probata remaneat in hoc summarijssimo manutentionis iudicio clarè demonstratur.

S V M M A R I V M.

1 *Parochus habet assistentiam iuris pro exactione decimarum ex bonis existentibus intra limites suæ Parochiæ.*
Et ei danda est manutentio.
2 *Testi licèt vnico deponenti de facto proprio est adhibenda fides.*
3 *Possessio per dictum vnius testis sufficienter probatur in iudicio Summarijssimo manutentionis.*
4 *Confessio præualet omnibus probationibus, nec valet à confitente impugnari.*
5 *Possessio etiam probata remanet ex sola confessione partis.*
6 *à Confessione propria, prout etiam à promissione, & obligatione, non licet resilire.*
7 *Solui aliud pro alio inuito creditore non potest.*
8 *Manutentio non impeditur per sententiam prolatam in petitorio stante appellatione ab ea interposita.*
9 *Iudex procedens vigore Breuis Apostolici, nulliter procedit si non seruauerit formam illius.*

D E C I S I O C C L.

1 MANVTENTIONEM † dandam esse Paulo Mirouschi Parocho Vitouiensi in quasi possessione exigendi Decimas manipulares Rota censuit, quia vltra assistentiam iuris, quam Parochus regulariter habet pro Decimis, ac illarum exactione ex bonis existentibus intra limites suæ Parochiæ, & super fructibus *cap. cum contingat, & cap. cum tua de decim. Rot. in nou. decis. 11. nu. de rest. spol. coram Seraph. decis. 802. num. 1. & 2. in rec. decis. 272. num. 1. par. 2. coram san. mem. Greg. XV. decis. 449. n. 1. Coccin. dec. 16. num. 1.* docet etiam de eius quasi possessione illas exigendi. Tam ex dicto vnius Testis
2 *Summ. Mirouschi num. 2.* † Cui licèt vnico, tanquam deponenti de facto proprio, quia testatur se ipsum exegisse Decimas manipulares, est adhibenda fides, & probat *Aym. cons. 99. n. 6. Gabr. de test. conclus. 4. num. 20. Rot. coram sam. mem.*
3 *Greg. XV. decis. 449. num. 7.* † Maximè quia versamur in materia Decimarum, & iudicio summarijssimo manutentionis, in quo, vt possessio per dictum vnius Testis sufficienter probetur, explicat *Menoch. de retinen. rem. vlt. nu. 34. Grat. cons. 110. num. 8. lib. 2. Rot. diuers. decis. 196. numer. 6. par. 1. & in recent. decis. 511. num. 8. par. 1. & alibi passim*, quam ex propria confessione Ioachini Pisarsiki emanata in Instrumento præcedentis concordiæ initæ cum prædicto Paulo Mirouschi Plebano de anno 1630. *vt in summ. dicti Mirouschi num. 1.* In quo idem Ioachinus fatetur Antecessoris moderni Plebani fuisse in pacifica possessione exigendi prædictas De-
4 cimas ex bonis suis, † quæ quidem confessio præualet omnibus probationibus, nec valet à confitente impugnari, ad *tex. in l. Prædium C. deliber. caus. l. generaliter C. de non nu. pecun. Alex. con.*
5 *34. num. 3. lib. 3. Crauett. cons. 217. nu. 2.* † & in terminis possessionis, quod illa probetur ex sola confessione partis tradit *Tiraquell. in tract. de constit. par. 1. ampliat. 1. Rot. post. modern. de manutenen. decis. 113. num. 15. & 16. & in Brundusina bonorum 24. Ianuarij præteriti coram me in princ.* ponderan-
6 do † etiam quod dicta Ioachini confessio declarat de possessione pacifica, vnde ei amplius non licuit ab illa, prout etiam à promissione, & obligarione de præstando decimas manipulares, resilire *cap. 1. & cap. qualiter de pact.*

Nec aliquid releuare visæ fuerunt sententię de partibus præcipientes quod loco istarum decimarum fieret compensatio pro certa pecuniarum quantitate *Summar. Ioachini num. 2. 3. & 4.* Nam vltra quod illæ deteguntur iniustæ tanquam latæ contra formam præcedentis transactionis, in qua conuentum fuerat de prę-
7 standis decimis manipularibus, † nec non contra dispositionem iuris communis, secundum quam aliud pro alio inuito Creditore solui

solui non potest *l.2.§.1.vbi DD.ff.si cert.pet.Asin de execut.cap.128.num.4.*
7 † ad effectum obtinendi manutentionem sufficit pro parte Plebani
8 à dictis sententijs fuisse appellatum, † nam dicta appellatione pendente omnia restant integra, & proceditur in hoc possessorio perinde ac si dictæ sententiæ latæ nō fuissent *cap.venientes de iureiuran.capit.1.de re iudicat. Cæsar.de Graff. decis.4.num.4.de caus.poss.& propr.Caual.decis.242. num.2.*

Minus obstat, quod dicatur processum fuisse vigore Breuis fa. mem. Vrbani Octaui permittentis in huiusmodi causis semel tantum appellare ad Metropolitanum *Summ. Ioachini num.1.* quia imò dictas sententias latas fuisse contra mentem, & tenorem dicti Breuis euidenter apparet, nam Breue quod emanauit tantum pro sedandis discordijs, ac terminandis litibus natis inter ecclesiasticos, & laicos occasione solutionis Decimarum, concedit posse fieri compositiones per Ecclesiarum Rectores, & Laicos super huiusmodi Decimis, dictæ autem sententiæ post iam factam concordiam, & compromissum super tali Decimarum solutione, firmat illas soluendas esse in certa pecuniarum quantitate, & ità per eas contrarium eius quod fuerat conuentum in præcedenti Transactione declaratur, vndè illæ non extinguunt litem, sed potius extinctam
9 reuiuiscunt; † Addiro etiam, quod dum promulgatæ fuerunt prædictæ sententiæ, nec minus seruata fuit forma in eodem Breui à Papa præscripta, quæ fuit adhibendi duos de Capitulo super cognitione huiusmodi Causarum, & ità à nullitate saluari non possunt *cap. cum dilecta, vbi DD.de rescript.cap.Pisanis de rest. spol.Rota decis.189.nu.1.par.4.diuers.& penes sa.m. Greg.XV.decis.1.sub num.1.*

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum.

R. P. D. BICHIO.

Romana Damnorum.

Mercurij 1. Iulij 1648.

ARGVMENTVM.

Obligatio Cameralis includit intra obligationē ad omnia damna, quæ saltem in genere probanda esse firmatur, quamuis in instrumento conuentum fuisset, quod de damnis stetur iuramento Actoris. Promissio non contraueniendi comprehendit tempus præsens, & futurum, & contrauentione commissa, fit locus stipulationi, in casum contrauentionis conceptæ.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum plenè probat inter contrahentes.*
2 *Damna saltem in genere probanda sunt, quamuis in instrumento conuentum fuisset, quod de damnis stetur iuramento Actoris.*
3 *Promissio non contraueniendi, comprehendit tempus præsens, & futurum.*
4 *Obligatio ad omnia damna, includitur sub obligatione Camerali.*
5 *Obligatus ad non factum, si controueniat, succedit obligatio ad damna, & interesse, etiamsi factum subsistat.*
6 *Contrauentio, quando dicatur commissa.*
7 *Contrauentione commissa, statim fit locus stipulationi damnorum in casum contrauentionis conceptæ.*
8 *Societate soluta non potest socius nomen consocij expendere.*

DECISIO CCLI.

IVRA omnia, ac emolumenta sibi ex locatione tenutæ nuncupatæ Tregliata habita à Capitulo, & Canonicis Sancti Petri de Vrbe cessit Iulianus Farnesius de Anquillaria Rodulpho Mazzapioto consocio in eadem locatione *promisitque Cessionem habere ratam &c.contra nō facere &c. alias vltra præcisam obseruantiam teneri etiam voluit ad omnia damna &c.* vt legitur in publico instrumento sub die 27. Martij 1641. ce-
1 lebrato † quod plene inter contrahentis probat *Bald.in l.Imperator num.8.ff.statu homin. Gramat.decis.45.num.9.Rot.decis.431.numer.1.part.1. recent.*

Inter dicta autem iura aderat facultas serēdi in vltimo anno affictus rubra 300. terrarū quam quia post modum de anno 1642. idem Iulianus remisit Capitulo Locatori, super Cōtrouentione damnorumque ex inde resultantium præstatione iudicialiter pulsatus fuit a Michele Angelo Mazzapiotto Rodulphi hærede, ad cuius instantiam hodie dubitaui an Iulianus teneretur ad damna, & Rota affirmatiue respondit supposita pro nunc damnorū
2 existentia † quæ suis loco, & tempore ab instante probanda erit saltem in genere quamuis in Instrumento conuentum fusset quod de damnis stetur iuramento actoris, *Bart.in l.diuus num.2.ff.testam.milit.Plot.de in lit.iuran.§.49.nu.4. Marsil.singular.338.num.1.Grat.discep.772. nu.20. & 21.Anton.de Amat.resolut.27.num.3.*& fuit dictum in *Romana seu Sutrina Pecuniaria 19. Iunij proximi præteriti §.illud & §.seq.coram me.*

3 Legitur† namque in instrumento Cessionis tum promissio non contraueniendi comprehensiua temporis præsentis, & de futuro *Surd. dec.326.sub num.44.Rota in Rauennaten.Census 27. Iunij 1639.§. non obstant verba & 26. Nouembris eiusdem anni §.non obstant ea cortm Reuerendiss. Do-*
4 *mino meo Decano*; † tum in Casum Contrauentionis explicita obligatio ad omnia dāna quæ includitur etiam in obligatione Camerali ibidem apposita *Rot decis.197.num.5.decis.389.numer.12.decis.549.sub num.6.inter impress.apud Cinde Censib.dec.275.n.3.apud Zanch.de obligat.Camer*
5 & † generalis est regula quod quotiescunque aliquis obligatur ad non factum si contraueniat succedit obligatio ad damna, & interesse, etiam, si factum subsistat, vt notant *Doctores in l.4.§.Cato in l.stipulationes non diuiduntur ff.verbor.oblig.& dixit* R,ta *decis.103.numer.27.part.5. recent.*

6 Contrauentio † vero in dubium reuocari non potest quia Iulianus remittendo Locatoribus

ribus facultatem ferendi rubra 300. in iuribus cessis contentam dicitur cessioni controuenisse *Rot. coram San. mem. Greg. XV. decis. 5. sub nu. 7. & ex eo, & in supra citata Rauennaten. Census 26. Nouembris 1639. §. penult. & §. fin. corã Reuerendiss. Domino meo Decano, & in Romana officij Notariatus 26. Iunij 1641. §. iustum apparet coram bon. me. Mer-*
7 *lino*: † vnde Commissa fuit stipulatio damnorum in casum contrauẽtionis concepta iuxta *tex. in d. l. stipulationes non diuiduntur ff. verbo. oblig. l. fenerator vers. si nauis ff. nautic. Fenor. Castr. in l. in naui numer. 4. ff. locat. Rot. decision. 479. numer. 1. & 2. apud Cinc. de Censib. decis. 246. num. 1. part. 6. recent.*

Nec obstat quod Iulianus remiserit etiam nomine Mazzapioti Consocij, & ad Communem vtilitatem reportauerit à Locatoribus quietantiam scutorũ 200. debitorum ex causa vt dicitur *dell'entrature, ò vero defalchi*, quia exinde potius duplicatur controuentio cum Iulianus non modo remiserit iura quę cesse-
8 rat, † sed etiam expenderi nomen consocij quod post quam societas per renunciationem soluta fuerat facere non poterat *l. si id quod quisque l. omne æs alienum ibi quod manente societate ff. pro soc. Grat. discep. 964. num. 4. Rot. in Rom. Pecuniaria 9. Iuny 1645. §. nec obstat coram me.* Si quid autem vtilitatis ex dicta quietantia ad Mazzapiotum peruenit deducendum erit in liquidatione damnorum particulari dubio discutienda.

Et ita decisum Mazzapioto solum informante altera parte sepius citata.

R. P. D. BICHIO,

Vladislauieñ. Iurispatronatus.

Mercurij 1. Iulij 1648.

ARGVMENTVM.

Præsentatio licèt vnica, si tamen fuerit effectuata, sufficit ad constituendum Patronum in quasi possessione manutenibili ad præsentandum, etiam contra prouisum ab Ordinario. Bona fides, quæ est alterum ex requisitis ad acquirendam quasi possessionem ad præsentandum, ex quibus probata remaneat, clarè demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Præsentationes probari possunt per testes, quia scripturam non requirunt.*
2 *Præsentare sicuti quandoque accipitur pro prouisione, & collatione, ita verbum prouidere iuxta subiectam materiam accipi potest pro præsentatione.*
3 *Præsentationes probantur effectuatæ per successiuas præsentatorum institutiones.*
4 *Præsentatio licèt vnica, si tamen fuerit effectuata sufficit ad constituendum Patronum in quasi possessione manutenibili ad præsentandum.*
5 *Præsentandi quasi possessio non acquiritur absque bona fide, & bona fides ex quibus probata remaneat. num. 7.*
6 *In Donatione Villæ, compræhenditur etiam Iuspatronatus eidem Villæ annexum.*
8 *Præsentandi quasi possessio per patronum bona fide acquisita, in ea manuteneri debet, etiam contra prouisum ab Ordinario.*
9 *Collatio beneficij, quæ dedit causam liti, non est attendenda.*
10 *Præsentatus à patronis, si hoc titulo beneficium per plures annos retinuit, si deinde acceptauerit institutionem Episcopi, non præiudicat iuribus patronorum.*
11 *Collatio Episcopi non constituit ipsum in quasi possessione liberè conferendi in concursu patroni.*
12 *Quasi possessio anterior, semper manuteneri debet.*

DECISIO CCLII.

QVATVOR testium ad instantiam Venerabilis Collegij Societatis IESV examina-
1 torum, † per quos probari posse præsentationes, quia scripturam non requirunt, tradit *Lambert. de iurepatr. 2. par. 2. lib. 12. ar. 2. quæst. princ. num. 2. & 3. quem refert, & sequitur Mascard. de probat. conclus. 1216. num. 17.* signanter duo deponunt, quod occurrente vacatione huius parrochialis, semper Patres Collegij Gedanensis præsentarunt Rectorem, qui curam animarũ administràuit, sic tertius iuxta 23. & super secundo, sic quartus super eodem secundo, & iuxta 13. ibi, *quando casus vacationis euenit Patres prouidebant de Parocho Sum. Collegio num. 3. in fin.*
2 accipiendo† verbum prouidere iuxta subiectã materiam pro præsentatione, vt è conuerso verbum præsentare quandoque accipitur pro prouisione, & collatione, *Gonz. super reg. 8. gloss. 17. sub num. 4. vers. cum prouisionis appellatione, Rot. decis. 27. num. 1. & 2. de præben. in nou. dec. 567. n. 9. & 10. par. 5. recent. vbi allegantur concordantes.*
3 Ex dictis † autem præsentationibus, quarũ per successiuam præsentatorum institutionẽ, & curæ animarum administrationem, de qua testes deponunt probatur effectuatio, *Roch. de iurepatr. verb. competens num. 37. Gonz. super reg. 8. gloss. 45. §. 2. num. 37. Lotther. de re benef. lib. 2. q. 21. num. 83. Rot. in Signina Iurispatronatus 11. Martij*
4 *1647. coram R. P. D. meo Peutingero,* † fuerunt Patres Collegij constituti in quasi possessione præsentandi manutenibili, ad quem effectum etiam vnica præsentatio effectuata sufficeret, iuxta theoricam traditam à *Ripa in cap. cum Ecclesia Sutrina, nnm. 91. de caus. poss. & propr. quam in his terminis sequitur Gonz. super reg. 8. gloss. 45. §. 2. num. 29. Garz. de benef. par. 5. cap. 5. num. 59. Rota decis. 633. num. 1. penes Buratt. decis. 74. num. 1. coram Reuerendiss. Vrgellen.*
5 Nec † deest bona fides, quæ est alterum ex requisitis ad acquirendam quasi possessionem præsentandi, *Lambert. de Iurepatr. lib. 2. par. 1. q. 3. art. 10. num. 6. Menoch. de retin. remed. 5. num. 20. & remed. 6. num. 132. Gonz. d. gloss. 45. §. 2. nu. 35. Garz. d. cap. 5. num. 95. Rot. decis. 792. num. 5. par. 1. diuers.* Quia Patres habent titulum donationis à fundatore penes quem Iuspatronatus resedisse ipse promotor Fiscalis aduersarius fassus fuit in prima instantia, vt patet in Summariolo dato
6 in responsionibus facti pro Collegio, † & in donatione compræhendit etiam Iuspatrona-

tus

tus credere probabiliter potuerunt tamquam annexum Villæ sibi donatæ, iuxta *tex. in cap. ex litteris, cap. sæculum de Iurepatr. ac tradita per Couarr. var. resol. lib. 2. cap. 18. num. 7. vers. quarta constat, Garz. d. par. 5. cap. 9. num. 16. Suarez de Relig. tom. 1. lib. 4. cap. 28. num. 22. & seqq.*

7 Satisque † est probabilis credulitas iuncta instrumento donationis, & successiuis præsentationibus pluries factis ad probādam bonam fidem, *Mohed. decis. 10. num. 2. & 3. de iurepatron. Garz. de benef. d. cap. 5. nu. 96. Abb. in cap. si diligenti, num. 13. de præscr. alijque relati à Modern. Pisano de iurepatr. lib. 5. cap. 4. nu. 5. & seqq.*

8 † ita vt in quasi possessione præsentandi Collegium, & Patres manuteneri debeant etiam contra prouisum ab Ordinario, *Garz. d. cap. 5. num. 60. Reuerendiss. Vrgellen. decis. 23. sub num. 7. cum alijs allegatis ab Adden. ad Buratt. decis. 633. nu. 14. & à Modern. Perusino de mant. obser. 18. num. 17.*

9 Non obstat † quod nuperrimè Episcopus instituerit Georgium modernum Rectorem in hac Ecclesia tamquam liberæ collationis; non enim debet iste vltimus status attendi, tū quia dedit causam liti, *Rot. dec. 417. num. 4. corā S. mem. Greg. XV. decis. 39. num. 1. par. 2. rec. dec. 23. num. 19. coram D. Vrgellen.*

10 † tum quia cum idē Georgius fuisset prius præsentatus à Collegio, & hoc titulo possessionem beneficij per plures annos retinuisset, non potuit acceptando postmodum institutionem Episcopi præiudicare possessioni, & iuribus Collegij, *Calder. cons. vlt. vers. si ergo, de iurepatr. Reuerēdiss. Vrgellen. decis. 74. num. 58. Rot. in Cracouien. iurispatron. 28. Iunij 1651. coram Eminentiss. D. Card. Panzirolo*, vel saltem, quia concurrente in eadem persona tam præsentatione Collegij, quàm collatione Episcopi remanet incertum, an possessor

11 ex vno, vel alio titulo possideat † collatio Episcopi ipsum non constituit in quasi possessione liberè conferendi in concursu patroni, *Rot. decis. 205. num. 1. & 2. par. 1. diuers. decis. 229.*

12 *num. 7. decis. 333. num. 6. par. 1. rec.* † semperque præferenda est quasi possessio anterior Collegij, *cap. licet causam, vbi notant omnes de probat. Bart. in l. vnica num. 8. vers. si vero vterque, Cod. vti possid. cum alijs relatis in Spiren. Monasterij 20. Iunij 1644. coram R. P. D. meo Otthobono.*

Cui propterea Collegio dandam esse manutentionem responsum fuit vtraque parte informante.

R. P. D. CELSO,

Posteà Eminentiss. D. CARDINALI.

Pampiloneñ Decimarum de Vssurbil.

Mercurij 1. Iulij 1648.

ARGVMENTVM.

Parochus habet iuris assistentiam super decimis intra limites suæ Parochiæ, quæ iuris assistentia, an iuuet etiam alios, quos Parochus ad participandum de decimis admittit clarè demonstratur. Immemorabilis vt probata remaneat quæ requirantur, & quid sufficiat pro illius exclusione, eruditè tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Parochus habet intentionem fundatam pro exactione decimarum propter assistentiam iuris,*
Et hæc iuris assistentia, quæ stat pro Parocho iuuat etiam alios, qui admittuntur ad participationem decimarum vna cum Parocho, num. 4.

2 *Quasi possessio Rectorum pro tempore exigendi decimas suffragatur etiam successori agenti nomine Ecclesiæ pro manutentione iurium illius.*

3 *Parochus, qui est in quasi possessione exigendi partem decimæ, censetur esse in possessione respectu totius integræ decimæ, & quare.*

5 *Testes quando sunt numero plures, & reddunt causam scientiæ plenè probant.*

6 *Laici non possunt habere ius exigendi decimas spirituales.*

7 *Immemorabilis vt per testes probata remaneat, quæ requirantur.*

8 *Immemorabilis vt iustificata remaneat, requiritur, quod nihil vmquam actum, visum, vel auditum fuerit in contrarium.*

9 *Parochus pendente lite super exactione decimarum, manuteneri debet.*

DECISIO CCLIII.

RECTORI, & Beneficiatis tantū informantibus responsum fuit dandum esse mandatum de manutenēdo in quasi possessione exigendi decimas;

1 † siquidem respectu Rectoris non solum illius intentio remanet iustificata ex dispositione iuris communis, *iux. tex. in cap. cum contingat, & cap. cum in tua de decimis, cap. statuimus, & cap. in sacris 16. q. 1. cap. fin. de restit. spol. in 6. gloss. in cap. conquærente verbo decimationum de off. ord. Butr. in cap. à nobis num. 4. de decim. Rebuff. eodem tract. quæst. 7. num. 3. & 4. Abb. cons. 58. in fine, vers. concludo ergo lib. 1. Menoch. consil. 36. num. 20. Rot. decis. 76. & decis. 178. vtrobique num. 1. part. 1. recent. decis. 193. num. 5. vers. vltra quod, par. 2. decis. 666. num. 2. par. 3. & decis. 226. num. 12. par. 7. & coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 205. num. 18. & in alijs.*

2 Verum † etiam ex confessione propria coniugum de Zabala, & ex testibus formitèr examinatis deponentibus, de quasi possessione Rectorum pro tempore exigendi quartam partem earumdem decimarum, quæ sanè possessio suffragatur moderno successori agenti nomine Ecclesiæ pro defensione, & manutentione iurium illius, *iuxta not. per Felin. in cap. constitutus num. 19. de rescript. Rot. coram Seraph. decis. 1417. n. 3. Beneuentana decimarum penes Marchesan. de commissio. tom. 2. fol. 515. per tot. Duran. decis. 21. num. 2. & dictum fuit in Hispalen. decimarum 27. Iunij 1644. coram R. P. D. meo Corrado.*

3 Et operatur † non solum respectu dictæ quartæ partis; sed etiam respectu totius integræ decimæ cum proueniat à causa, & iure vniuersali, vt benè per *Butr. in cap. fin. num. 46. de caus. possess. & prop. Seraphin. decis. 147. numer. 1. Coccin. decis. 134. eodem num. & in recen. decis. 484. num. 2. part. 3. cum alijs per Add. ad Gregor. dec. 557. num. 11. & per Modern. Perusin. de manut. obs. 73. num. 154. & seqq.*

Respe-

4 Respectu verò Beneficiatorum † eadem assistentia iuris, quæ stat pro Rectore iuuat etiã ipsos, qui admittuntur ad participandum de istis decimis, & vna cum Rectore agunt ad exclusionem Tertij illas occupantis, *iux.decis. Seraphin.899.num.3.& seqq.& decis.908.num.3.& 4.& in recen.decis.667.nu.3.& seqq.par.4.per Add. ad Buratt.decis.402.num.6.*

5 Et vlterius † probatur exactio ab ipsis facta de integra decima vna cum Rectore tunc viuente de anno 1640. & duobus seqq. vt deponunt testes dati in Summario sub num.6. qui cum sint plures, & reddant optimam causam scientiæ, ex quo decimas collegerunt optimè probant in hac materia *l. solam,& ibi gloss.C. de testib.Bald.in l.Presbyteri num.14. vers. quidam petyt,C.de Episc.& Cleric.Rot.decis.189. nu.2. & decis.272.num.1.in fine par.2. recen.cum alijs adductis per Add.ad Greg.decis.449.num.2.*

6 Nec quicquam releuat † prætensa quasi possessio acquisita per dictos coniuges, quia tanquam laici nullam potuerunt acquirere possessionem manutenibilem in exactione decimarum spiritualium ob vehementem resistentiam iuris, nullo adducto legitimo titulo, *cap.cum personæ,§ pen.& vlt.de priuil. in 6,cap.tua, 26.de decim.cap.causam quæst.7.de præscript.Abb. in cap.ad hæc,num.1.& 2.& in cap.quamuis eisdem numeris de decim.Menoch.de retinen.remed.3.num.589. & seqq.Marescott.var.resol.lib.1.num.23.24.& 38 & seqq.Rot.in recent.decis.624.num.12. par.1. & in Rauennaten.seu Ferrarien.decimarum 25.Februarij, & 26.Iunij 1647.coram R.P.D.meo Cerro.*

7 Immemorabilis † verò non obstat, tũ quia testes super ea examinati non deponunt cum requisitis glossæ communiter receptæ *in cap.1. verbo memoria de præscription.in 6.* Prout necessarium esse firmat *Gabr.eodem tit. concl.1. num.81. Couar.in cap.possessor par.2.§.3.num.7. de regul.iur. lib.6.Seraph.decis.1102.num.2.Caual.decis.174.n.1 & in rec.decis.248.nu.2.& decis.272.num.4.par.2. & decis.101.num.6.par.4.tom.2.*

Tùm etiam quia alij Testes inducti à Beneficiatis dictam immemorabilem expresse excludunt, dum dicunt audiuisse ab eorum parentibus, & antianis, quod anteactis temporibus Rectores, & Beneficiati insimul exigebãt integrè dictas decimas, *vt in summ.num.7.* quod

8 sufficit pro excludenda immemorabili † ad cuius iustificationem requiritur, quod nihil vnquam actum visum, vel auditum fuerit in contrarium. *Bald.de præscrip.par.2. partis 3.principalis q.6.num.24.vers.dicit enim, & seq.Specul. de probat.verbo probare nu.20.Rot.post 2.vol. cons.Farinac.decis.276.num.5.& coram sanct.mem. Gregor. decis.196.num.1.Add. ad eumdem decis.298. nu.13.* & latè firmatum fuit *in Pampilonen. decimarum 10.Ianuarij 1639.coram Eminentiss.Card.Verospio.*

9 Et in omnem casum † dum prædicta omnia exactiùs discutiuntur in petitorio non potest intereà Rectori, & Beneficiatis simul agentibus negari manutentio. *Rota in rec. decis. 205. num.3.par.2.decis.42.num.9.& seq.par.7.Hispalen. decimar.27.Iuny 1644.corã R.P.D.meo Corrado,& in Toletana decimar.15.Iun.præsentis anni coram me.*

Et ita, &c.

R. P. D. ARGVELLES.

Faneñ Præcedentiæ.

Mercurij 1. Iulij 1648.

ARGVMENTVM.

De præcedentia Beneficiatorum contra Parocos in eadem Ecclesia plene in hac decisione discutitur, vbi materia præcedentiæ optimè examinatur, & an illa ex consuetudine inducatur vbi consuetudo non reperitur legitimè probata.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiati, & Canonici constituunt corpus Ecclesiæ.*
2 *Beneficiati, & Canonici segregari non debent ab eorum Ecclesia ad effectum inseruiendi aliæ.*
3 *Rota seruatur maxima cum reuerentia resolutiones S. Congregetionis rituum.*
4 *Præbendariorum ordo sequitur immediatè post canonicos.*
5 *Corpus separatum alicuius Capituli non debet intra aliud corpus eiusdem Ecclesiæ inseri.*
6 *Prior non debet se in Choro Catredalis Ecclesiæ inserere.*
7 *Præcedere qui debeat in asportatione cadaueris Parochus ne aut capitulum.*
8 *Beneficiati Curiæ præferri debent.*
Curati in Ecclesia vbi ad sunt beneficiati considerantur tanquam Clerici extranei nu. 8.
9 *Beneficiatis competit contra Parocos præcedentia non solum ratione officy, sed etiam ratione loci.*
10 *Ceremonialis dispositio attendi debet.*
11 *Ordo sedendi in choro seruari debet iuxtà dispositionem ceremonialis inter beneficiatos, & curatos.*
12 *Capitulum sede vacante habet Episcopi uices.*
13 *Capitulum potest admittere fundationem beneficiatorum, & quomodo.*
14 *Appellatione extinguitur iudicatum, vel saltem suspenditur.*
15 *Consuetudo in honorarijs maximum locum habet.*
16 *Consuetudine demonstratur locus sedendi, eundi, & standi.*
17 *Consuetudo probari debet cum præscriptione vbi est odiosa.*
18 *Consuetudo non extenditur de casu ad casum, nec de persona ad personam.*
19 *Ratio vbi non concurrit consuetudo non attenditur.*
20 *Facultatiui actus consuetudinem non inducunt in his quæ sunt liberæ potestatis.*
21 *Consuetudo non inducitur in facultatiuis siuè prohibitione,& interpellatione.*
22 *Mansionarij non præiudicant beneficiatis.*
23 *Consuetudo requirit scientiam illorum, qui ledi possunt.*
24 *Res inter olios acta aliis præiudicare non valet.*
25 *Mansionarij supranumerarij postponendi sunt numerarijs.*
26 *Qualitas quæ non facit ad actum nullam parit præhæminentiæ considerationem.*
27 *Præcedentia in vno loco non infert ad præcedentiam in alio.*

28 *in*

28 *in Præcedentia Collegiali non attenditur præcedentia non collegialis.*
29 *Episcopus non præiudicat decretis in materia præcedentiæ factis à Capitulo sede vacante.*

DECISIO CCLIV.

ABBAS Vffreducciis in suo testamento fundauit sex beneficia in Cathedrali Faneñ. & inter alia ordinauit, quod sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum cum ad informos deferretur, comitarentur post Canonicos Beneficiati, & in Choro cum ipsis Canonicis interessent horis diuinis; reseruato Iurepatronatus suis hæredibus de Primogenito in primogenitum *Summ.Vffreducij nu.*1. Capitulum Sede vacante acceptauit fundationem, & Patronatum,& assignauit dictis Beneficiatis locum immediatè post Canonicos; sed cum instaretur apud Reuerendissimum D. Episcopum, vt dictos Beneficiatos institueret, hoc fecit, assignando eis locum post Curatos Ciuitatis, & post duos Mansionarios, qui præceduntur à Curatis, quando intersunt in Choro. Acquieuerunt instituti, sed Patronus appellauit, & mihi commissa causa, dubitaui, quis locus esset assig nandus dictis Beneficiatis, & Domini esse assignandum immediatè post Canonicos responderetur.

Ratio resolutionis fuit, quia cum dicti Be-
1 neficiati constituant cum† Canonicis Corpus Cleri Ecclesiæ Cathedralis *Gratian.discep.*298. *num.*50. & teneantur cum eisdem inseruire,
2 segregari † non debent ab ipsis per interpositionem Curatorum aliarum Ecclesiarum, *vt respondit S.Rituum Congreg. in vna Turritana* 1.*&* 27.*Iulij anni* 1601.*& in alia Terulen.*20.*Decembris eiusdem anni, vt refert Barbos.in summa decisionum Apostolicarum Collectan.*60.*verb. Beneficiatis nu.*3. QuibusS.Congregationis placitis semper ma-
4 xima † cum reuerentia ab hoc nostro Tribunali delatum fuit, *vt testatur decisio in Romana præcedentiæ* 18.*Maij* 1620.*coram Sacrato,& in Oppiden.Processionum* 28.*Maij* 1646.§. *Et hæc, &* 15 *Iunij* 1647. §. 1. *coram R.P.D. meo Verospio*, vbi multi citantur, & quod sit ordo Præbenda-
5 riorum † qui immediatè sequitur post Canonicos *Rota in Hispalen. Præeminentiarum* 17. *Iunæ* 1613.*coram Sanctissimo inter recent.decis.* 506.*nu.*3. *par.*1. Monstruosum enim,& præter ordinem
5 naturæ videretur † intra vnum corpus aliud inserere, vt bene *Ferr.de præcedent.quæst.*1.*nu.*6. *in fin.quam rationem considerat Io.Monach. in capit. Rom.num.*9.*de sent.excommunic.Gratian.discep.*111. *num.*3.*& facit bon.mem.Coccin.decis.*197.*num.*1.*cũ seqq.& num.*13.*&* 15.*Rot.decis.*252.*nu.*1.*par.*6.*rec.* Et in proximis terminis de Priori S. Meriæ de
6 Pilar† volente se in Choro Cathedralis interserere dixit *Rot.decis.*111.*num.*4.*&* 5.*par.*5.*recen.* & facit aliud responsum eiusdem S. Congregationis in vna inter Canonicos, & Clerum Cathedralis Viterbien. cum eiusdem Ciuitatis Curatis, vbi quod etiam quando ipse Parochus defuncti eius feretrum commitatur
7 debeant præcedere Capitulum, & Clerus Cathedralis,& in aliis sic fuisse decisum commemoratur adducta per *Barbos.de offic.Paroch.cap.*9 *nu.*7.*& de Canonic.cap.*18. *nu.* 60.

Secundò, quia Beneficiati exercent officiũ
8 suum in propria Ecclesia† (in qua Curati considerantur tanquam Clerici extranei) & sic debent præferri, bonus *text.in l.*1.*C.de offic.Vicar.Matt.cons.*62.*per tot.Gratian.discept. forens.cap.* 298.*num.*1.38.40.41.*&* 54.*& alijs in Taurinen.delationis Baldacchini* 4.*Iulij*1646.§.*neque demum coram R.P.D.meo Corrado Ferr.de præced. q.*8.*nu.*7. *& quæst.*32.*num.* 2. *&* 3. *& faciunt eruditè congesta per R.P.D.Contelorum in tract.de præced.nu.*17.19.
9 *&* 63. & non solùm ratione officij, † sed, & ratione loci competit illis ista præcedentia in Choro ad tradita per *Gratian. supra dicto nu.* 38. *&* 27.*Barbos.dicto cap.*9.*nu.*3.*& seq.& de Canonic. cap.*18.*nu.*57.*Ferr.dicta q.*32.*nu.*2.

Deinde quia idem cauetur in processionũ incessu,vt habetur in Ceremoniali Episcoporũ lib.2.cap.33.col.3.vers.& vltimo locoCle-
10 ricis Ecclesiæ Cathedralis,&c. † Cuius dispositio seruari debet ex Constitutione sanct.memor. Clementis Octaui dat.11.Iulij 1600.Incipit eum nouissimè 69.in ordine Bull. meo, tom.3.fol. 99. & plenè firmat *Rota alijs congestis in d.Oppiden.Gratian.d.discept.*298.*num.*28. Vnde
11 idem dicendum † quoad ordinem sedendi in Choro ad tradita in allegata *dec.*506.*n.*3. *par.*1. *rec.Gratian.discept.*940.*n.*25.

Vlterius quia Capitulum admisit fundationem cum qualitate quod beneficiatis assignaretur locus immediatè post Canonicos, quod eò magis firmum consideratur, quia factum
12 Sede vacante,† quo tempore Capitulum habet vices Episcopi in omnibus concerneñ. Iurisdictionem Episcopalem (quibusdam exceptis,inter quæ hoc non reperitur) *cap.cum olim* 14.*vbi glos.& Doct.de maiorit. & obed. cum multis alijs per Riccium in prax.decis.*472. *num.*1. *Barbos. d.cap.*4.*& de potest.Episc.alleg.*36. *num.*9. *& alleg.* 45. *numero* 27. *& de Iur. Eccles. capit.* 32. *numer.* 61. *Viuian. in prax. Iurispat. lib.* 5. *capit.* 3. *num.*32.

13 Vnde benè potuit admittere † istam fundationem cum supra dicta qualitate,*vt post Lambert.& alios Pauin.de potest.capit.Sed.vacant.par.*5. *quæst.*2.*num.*5.*Garz.de benific.par.*5. *cap.*9.*num.*79. *Viuian. de Iurepatr. lib.* 1. *capit.* 2. *numero* 44. *& lib.*2.*cap.*1.*nu.*15.*Barbos.de potest.Episcop.alleg.*70. *num.*32.

Quapropter non obstat D.Episcopi Decre-
14 tum † Et eò minùs quia appellatione extinguitur iudicatum *l.*1.§.*fin.C.ad sen.cons.Turpill.* vel suspenditur, *l.furti.*6.§.1. *ff. de his quinot. infam.l. si quis* 11. *C. de reb. credit. vbi communiter scribentes.*

Nec obstat consuetudo prætensa per Curatos præcedendi Mansionarios. Nam licet in
15 honorarijs potissimum † obtineat locum, *vt notat Bald.in cap.causam nu.*6.*de probat.& in capit. cum olim de consuetud.Menoch.cons.*126.*num.*3.*Nauarr.cons.*2. *de maiorit. & obed. Gratian. d. discept.* 298.*num.*8. *Rot.decis.*4.*in fin.de elect.in nou.& dec.* 214.*num.*4.*par.*8.*seu p.*4.*tom.*2.*& decis.*85. *num.*5.
16 *par.*5. & † quod signet locum sedendi, eundi, & standi *Franc.decis.*387. *num.*4. *Decian. cons.*21. *num.*6.

num.6.volum.1. & multis cumulatis Tiraquell. de nobilit.cap.2.num.55.vers.Sed in hoc, & facit.Bulla san.mem.Greg.XIII. in ordine 8. cuius meminit Zerol.in prax.Episcop.1.par.verb.Processiones vers. Ad tertium principale, & Rot. in Mutinen. præcedentiæ 25.Iunij 1638.coram bon. mem. Merlino, cum alijs.

17 Primo quia nec probatur, † nec docetur de præscriptione eó magis quia est odiosa *Rota in Asteñ. sedis, quæ est 865.num.5.& 6.par.4. diuers. Gratian. vbi proximè num. 53.* Et sic non extenden-
18 da † nec de casu ad casum, nec de persona ad personam *Fab.de Ann.cons.122.num.32.& 33. lib.2.Mastril.cum alijs de Magistrat. lib.4. capit.13. num.64.Surd.consil.308.num.6.& decis.131.num.9. Ponte decis.8.nu.10.& 11.Rota dec.172.nu.2.par.1. diuers.& decis.513.num.17.par.5.recent.& est. tex. in l.1.§.si quis hoc interdicto vbi Bart.ff.de itin.actusque priuat.*

19 Præcipuè com hoc non sit ratione † introductum ad *l.quod non ratione introductum est 39.ff. de legibus interpretando verbum, similibus, de similibus in specie, vt fecit glos. ibi solutione secunda probata ab Ant.Fab.ibi in Rational.Osuald.ad Donel. lib.1.cap.5.litt.A.*

20 Præterea quia sumus in facultatiuis, † quia non inducunt consuetudinem in his quæ sunt liberæ potestatis, *Abb.in cap. ex. parte assensi 10. nu.7.in vltim.notab.de concess.Præbend.Ias.in l.quominus num.28.ff.de stumin.Crauett. cons. 96. num.4. Gratian.vbi supra num.10.*Requiritur enim pro-
21 hibitio, & interpellatio, † à cuius tempore nascitur præscriptio, *Bald.in l.2.C.de seruit.n.54. Natt.cons.106.num.9.ad fin.lib. 1. Surd. cons. 127. num.23.lib.1.Gratian.vbi proximè in fin.& cap.88. num.15.& cap.89.nu. 18.* Nec Mansionarij po-
22 tuerunt † præiudicare Beneficiatis ad notata per eundem, *Gratian.dicto cap.298.num.9.* Nam in consuetudine requiritur scientia illorum,
23 quia † ex ea lædi possunt, *Albanen. consil. 156. numero 22. Vincent. de Ann. alleg. 131. numer. 12. Ferr. cum alijs in tract. de Præceden. quæstio 18. numer. 20.*

24 Accedit regula text. † *in l. sæpè 63. ff.de re iudicat.cap.inter dilectos, §.in omnibus autem, vers.nec attestationes de fid.Instr.& tot.tit.in rubro,& nigro C. res inter alios acta Rot.in alleg.Taurinen.vers. Tum quia,&c.facit Meleuitana Antianitatis 30.Maij 1639 §.Non obstāt nonnulli actus præcedentiæ corā R.P.D. meo Decano.*

Vlterius quia isti Mansionarij videntur supranumerarij, qui non habent Præbendam in Ecclesia Cathedrali, sed in alia *Sanct.Simonis,*
25 *& Iudæ* (vt est in confesso inter partes) † & sic sunt postponendi numerarijs ex traditis à *Fer. vbi supra cap.10.nu.5.vbi ex Cassan.Caser.& alijs.* Quapropter retorquetur argumētum pro Curatis adductum, quod Beneficiati sint supranumerarij, cum habent Præbendas, sed Curati, & Mansionarij non habeant.

Minus obstat quod affertur de Dignitate Curatorum. Nam hoc procedit in proprijs Ecclesijs, non verò in Cathedrali, & qualitas
26 quæ † non facit ad actuū nullam parit præeminentiæ considerationem *Ferr.d.q.27.num.2. & q.13.num.3.D.Contelor.supra num.22.Barbos.de Canonic.d.cap.9.num.11.* Et de præcedentia in
27 vno loco non potest argui † ad præcedentiam in alio, *idem D. Contelor. num.63.* Et vbi agitur
28 de præcedentia Collegiali † Dignitas nō Collegialis quamuis magna nō attenditur, *Seraph. decis.1216.in fin. Gratian.alijs citatis d.discept.298. num.33.idem D.Contelor.vbi supra num.23. & 24.*

Denique non obstat acquiescentia Beneficiatorum ex regula *d.l.sæpè*, nec D.Episcopus
29 potuit præiudicare † Iuripatroni iam quæsito ex Decreto Capituli emanato Sede vacante, ad tradita per *Felin.in cap.cum accessissent, num.4. de præscript.Coccin.decis.197.numer.9. Buratt.decis. 598.num.7.& 9.* in quibus alia recensentur.

Et ita, &c.vtraque, &c.

R. P. D. MELTIO,

Postea Reuerendissimo Episcopo PAPIEN.

Gerundeñ.Beneficij.

Mercurij 1. Iulij 1648.

ARGVMENTVM.

Pertinentia iurispatronatus, quod ex sola probatione descendentię probata remaneat etiam absque vlla iustificatione graduum in præsenti decisione deducitur; intelligendo tamen vbi non comparet qui se faciat proximiorem; & alia in materia iurispatronatus ex sequenti Summario videbis.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata in Curia dicitur nulla, si causa fuit à Curia auocata, & ad partes remissa.*
2 *Nullitas ex defectu iurisdictionis non venit sub commissione Sanatoria.*
3 *Commissio non dicitur subreptitia si illius substantia subsistit, licèt accidentalia falsa detegantur.*
4 *Subscriptio in Curia non attenditur propter aditum ad Principem.*
5 *Iurispatronatus pertinentia probatur per descendentiam ab vltimo, qui præsentauit.*
Præsentatus ab eo, qui descendit ab vltimo præsentante venit instituendus, num.5.
6 *Descendentiæ probatio generica sufficit vbi nō adest, qui se facit proximiorem.*
7 *Clausula,* vt dicitur, *non constituit præsentantem in quasi possessione præsentandi.*
8 *Clausula,* vt dicitur, *non adstringit ad aliquam iustificationem.*
9 *Clausula,* vt dicitur, *apponi consueuit in Tribunalibus Ecclesiasticis Cataloniæ.*
10 *Possessio iurispatronatus acquiritur per præsentationem effectum sortitam.*
11 *Præsentatio est effectus, & fructus iurispatronatus.*
12 *Præsentationes quando sufficiant ad probationem iurispatronatus.*
13 *Præsentandi facultatem habens alternatiuam probare debet tempore præsentationis turnum ad ipsum spectare.*
14 *Præsentandi ius habens in casum deficientiæ alicuius lineæ, illius defectum probare tenetur.*
15 *Instrumentum minùs legitimè extractum non probat.*

16 *Iuspatronatus quando transeat cum venditione domus, vel Castri.*
17 *Qualitas hæreditaria alicui semel infixa ab eo separari non potest.*
18 *Hæreditas defertur etiam absque bonis, & corporibus materialibus.*
19 *Hæreditatem adire censetur quis per solutum actum præsentationis iurispatronatus hæreditarij.*
20 *ad Præsentandum laicis præfigitur tempus quadrimestri.*
21 *Præsentatus vt quis dicatur sufficit, quod ab Episcopo fuerit institutus.*
22 *Testes nulliter examinati plenè probant contrà illum qui præstitit impedimentum ne perficeretur examen.*
23 *Patronus vocatus ex tenore fundationis etiam semotis præsentationibus admitti debent, & præferri debet ad præsentandum.*

DECISIO CCLV.

DE anno 1384. Petrus Bassa, & Gulielmus Sartoris fundarunt beneficium Iurispatronatus, de quo agitur, sub inuocatione S. Michaelis in Ecclesia Parochiali S. Fructuosi de Bruneola Gerundeñ. Diœc. sub hac tamen lege, quod post mortem ipsorum fundatorum præsentatio fieret pro prima vice per Hebdomadariũ dictæ Ecclesiæ de Bruneola, & quod præsentaretur Presbyter, seu Clericus, qui in tali ætate esset, quod infra annum posset ad sacerdotium promoueri, & qui esset de genere dicti Gulielmi, vel eius vxoris. Altera verò vice, qua postea vacasset per hæredem Mansi Gras Parochiæ de Vilobino dictæ Gerundeñ. Diœc. si ipse hæres de parentela, vel genere ex recta linea descendens fuerit Dominorum, qui tempore fundationis erat in dicto Manso, aliàs per Clauigerum Ecclesiæ de Vilobino, quodque præsentandus esset Presbyter, seu Clericus, vel in tali ætate constitutus, quod infra annum possit ad sacerdotium promoueri, & quod sit de genere, & parentela hæredis ipsius Mansi, si extiterit, *Summ. Francisci num.* 4. Cum autem huiusmodi beneficium vacauerit de mense Iunij 1639. per obitum Francisci Font. ad illud fuit præsentatus Frãciscus Blanquer à Marianna filia, & hærede, ac per lineam rectam descendente Antonij Gras q. Agricolæ, pariter filij, & hæredis, ac per rectam lineã descendentis Francisci dicti Mansi Grassi Parochiæ de Vilobino sub 24. Iunij 1639. qui à Vicario Gerundeñ. institutionem obtinuit 2. Augusti eiusdem anni, *d. Summ. num.* 5. Andreas verò Sanou sub 11. die dicti mensis Augusti eiusdem anni fuit pariter præsentatus ab Hebdomadario, & Clauigero dictæ Ecclesiæ, *vt in eius Summ. num.* 5. sub prætextu, quod linea dicti Mansi prorsus extincta remansisset; Vndè orta inter præsentatos controuersia, curauit idem Sanou causam in Rota cõmitti R. P. D. meo Bichio, coram quo sub 4. Iulij 1642. ipso tantùm informante fuit resolutum, eumdem esse instituendum, qui postea etiam sententiã institutionis reportauit per contradictas, *vt in eius Summ. num.* 2. Causa deindè appellationis mihi commissa fuit, sub hac die dubitatum, An dicta sententia sit confirmanda, vel infirmanda, itaut Adreæ si adiudicandum beneficium, & Domini responderunt sententiam esse infirmandam, & beneficium esse adiudicandum Francisco.

Primo enim nullitas dictæ sententiæ visa fuit patens ex defectu iurisdictionis, quia constat, causam huiusmodi à Curia auocatam
1 fuisse, & ad Ordinarium remissam, † quæ auocatio eidem Andreæ fuit etiam intimata, *Summ. Francisci num.* 1. & 2. de quibus nullam prorsus notitiam habuit Rota, dum resolutio emanauit d. Andrea tantum informante, *l.* 1. *§. hæc autem verba, ff. quod quisque iur. cap. & si clerici in princ. de iudic. Rota decis.* 121. *num.* 2. *part.* 4. *diuers. & in rec. decis.* 516. *num.* 2. *vers. nullitas visa est patens, par.* 5. *decis.* 40. *num.* 2. *&* 343. *num.* 3. *par.* 6. *rec. Adden. ad Afflict. decis.* 354. *num.* 4. *& seq.* Quæ
2 nullitas est adeò grauis, † vt illa nec etiam veniat sub commissione senatoria, *Vestr. in prax. lib.* 5. *cap.* 13. *num.* 4. *Staphil. de litter. Iustitiæ in tit. Commissio an detur super validitate processus nu.* 11. *&* 13. *Ferrett. cons.* 209. *num.* 8. *& seq. Rot. Melphien. seu Lauellen. pecuniaria* 16. *Nouembris* 1620. *coram Vbaldo, Coccin. decis.* 20. *num.* 2.

Neque dici potest, quod commissio auocationis fuerit subreptitia, ex quo fuerit in ea narratum, Andream cõsensisse in iurisdictionem Ordinarij, postquam Franciscus fuerat adeptus possessionem beneficij, de quo agitur. Quia sufficit veram esse narratiuam introductionis primæ instantiæ coram Ordinario, & illius non euacuationis, cum in hoc consistat
3 substantia, & fundamentum rescripti † absque eo, quod attendatur falsitas accidentalium, *Lancellott. de attent. par.* 2. *cap.* 20. *limit.* 12. Et propterea in Curia non attenditur subreptio pro-
4 pter facilem aditum ad Principem, † vnde debebat Andreas recurrere ad Signaturam pro reformatione dictæ commissionis. *Rota decis.* 435. *num.* 5. *& ibi Add. litt. C. coram Greg. XV. & decis.* 74. *num.* 4. *coram Coccino.*

Secundo verò loco adiudicatum fuit beneficium Francisco Blanquer vti præsentato à Marianna, quia de illius bono iure constare visum fuit. De existentia iurispatronatus non dubitatur, neque beneficij vacatio per mortẽ Francisci Font illius vltimi possessoris inter partes controuertitur, vt firmatur in *decis. in causa emanata coram R. P. D. meo Bichio sub dicta die* 4. *Iulij* 1642. *§. de vacatione, & §. existentia*; Sola cadebat difficultas super pertinentia, in qua bonum ius fouere Mariannam dixerunt Domini. Cum ipsa reperiatur in quasi possessione præsentandi tam ex persona propria stante præsẽtatione facta, & effectuata de anno 1615. de persona Geraldi, vt patet *ex Summario Francisci num.* 7. *&* 8. quam ex persona Francisci Aui, qui de anno 1573. & ex persona Antonij Patris dictæ Mariannæ, qui de anno 1589. ad idem beneficium præsentarunt, vt apparet *ex eodem Summ. Andreæ num.* 15. Vndè cum probata remaneat descendentia Mariannæ ab vltimo descendente, qui præsentauit ista sufficit
5 ad probandam pertinentiam, † adeout ab illa præ-

præsentatus veniat instituendus, *iuxta text. in cap. quærelam extra de elect. & in §. consultationibus, de iurepatr. Greg. XV. decis. 349. nu. 1. vers. probatum enim fuit, vbi adden. litt. A.* referunt concordantes, *& in rec. decis. 146. num. 2. par. 2. Buratt. dec. 633 num. 1. uers. Nam cum ius præsentatiuum, Imolen. Capellaniæ 26. Febr. 1638. coram Eminentiss. D. Card. Panzirolo, Florentina iurispatron. 14. Febr. 1639. coram Merlino, Sulmonen. beneficij 25. Iunij 1646. corã R.P.D. meo Peutingero, & in Fesulana beneficij, seu Oratorij 27. Iunij 1646. coram R.P.D. meo Bichio, & in Gerunden. beneficij 11. Martij 1648. corã R. P. D. meo Celso.*

Nihilque refert, quod talis descendentia probata non appareat per gradus distinctos; Nam cum dicta pertinentia non fuerit reseruata ad certum gradum, & in fundatione con-
6 siderata fuerit parentela in genere, † nec alter adsit, qui se proximiorem putet, sufficit probatio generica, quamuis nullus gradus distinctè probetur, *Pacian. de probat. lib. 2. cap. 52. n. 35. Peregr. de fideic. art. 83. num. 65. Viui. de iurepatr. par. 1. lib. 4. cap. 9. num. 17. §. Attamen quando, Rota in Valentina beneficij 6. Martij 1598. coram Clar. mem. Card. Pamphilio, Alexandrina Decanatus 17. Martij 1600. coram Card. Lancellotto, Romana fideicommissi de Cataneis 12. Iunij 1615. coram bon. mem. Pirouano.*

Non obstat, quod in præsentatione facta de
7 anno 1615. adsit clausula, vt dicitur, † quę operatur, vt Marianna non dicatur ex illa constituta in quasi possessione præsentandi, *Duran. decis. 71. num. 4. Gerunden. Beneficij 1. Iuly 1644. coram R. P. D. meo Ghisilerio,* quæ decisiones pro Andrea adducebantur.

Quia *Duran.* non loquitur de dicta clausula, *vt dicitur*, sed de verbo prætensum, quod
8 longè differt ab eadem clausula, † quæ nec quidem adstringit ad aliquam iustificationẽ, vt fuit resolutum in *Tridentina Monasterij 17. May 1615. coram Manzanedo, & in Mediolanen. Prioratus 22. May eiusdem anni coram eodem.* Et vlterius præsentatio fuit facta in vno ex Tribu-
9 nalibus Ecclesiasticis Cathaloniæ, † in quibus de stylo solet apponi dicta clausula, *vt dicitur*, vt fuit resolutum in eadem *Gerunden. coram R. P. D. meo Ghisilerio*; Sed in præsenti casu cessat quæcumque difficultas, dum præsentatio facta de dicto anno 1615. fuit effectum sortita, certum est enim ad effectum acquirendi pos-
10 sessionem in iurepatronatus † sufficere præsentationem fuisse admissam, ac illam habuisse effectum mediante institutione, & possessione, ad tradita per *Rip. in cap. cum Ecclesia nu. 90. de caus. possess. Calder. cons. 12. de iurepatr. Garz. de benef. par. 5. cap. 5. num. 104. Duran decis. 74. n. 28*
11 Cum præsentatio sit effectus, † & fructus iurispatronatus, *Calder. conf. 19. in fin. eod. tit. de iurepatr. Seraph. decis. 456. num. 3. Viuian. de iurepatr. par. 2. lib. 5. cap. 2. num. 3. vers. & regulariter, & n. 4. §. præsentatio*, dum de existentia patronali iam constat ex instrumento fundationis, & dotationis. Neque illa deducitur ex multiplicatis præsentationibus, & institutionibus dubitati-
12 uam existentiã continentibus, † & propterea libertatem beneficij præseruantibus; quando de iugo patronali aliunde non constat, sicuti declarat ipsamet *decisio Gerunden. D. mei Ghisilerij, §. neque aliqua, &c.*

Neque releuant pręsentationes factæ per Hebdomadarium, & Clauigerum in personã
13 Andreæ; quia Hebdomadarius non † docuit Turnum præsentandi hac vltima vice ad ipsũ spectasse, iuxta tradit. per *Gonzal. ad reg. 8. gloss. 45. §. 3. sub num. 2. vers. quæ in re.* Quoad Clauigerum certum est nullum ius illi competere in iurepatronatus ex lege in fundatione præscripta, nisi eueniente casu deficientiæ hære-
14 dum, & descendentium Mansi; † Propterea tenebatur idem Clauigerus docere de tempore præsentationis nullum adesse hæredem, & descendentem; *Rot. in Arimin. deuolutionis 16. Februar. 1609. coram Sacrato, post Marches. de commiss. cap. 14. num. 2. §. quod autem, Seraph. decis. 1458. n. 1 Caual. decis. 558. num. 3. Buratt. decis. 393. numer. 9. vers. contrarium, & in recent. decis. 25. num. 6. part. 6. & in his terminis patronatus Duran. decis. 25. num. 3. & 4.*

Minus obstat Instrumentum vltimo loco pro parte Andreæ productum alienationis factæ per Hieronymam Beuñam de toto Manso Grasso, sito in dicta Parochia de Vilobino, ex qua alienatione infertur huiusmodi iuspatronatus fuisse deuolutum ad Clauigerum: Quia pro parte Frãcisci negatur dictum istru-
15 mentum esse in forma probanti, † & legitimè extractum, quod ideo non probat *Auth. si quis in aliquo, C. de eden. cap. 1. de fid. instrum. Rota dec. 1. num. 1. de fid. instr. in nou. & decis. 338. num. 2. coram Buratt. & in rec. decis. 286. num. 4. par. 1. & dec. 77. num. 13. par. 5.* Sed esto etiam, quod tale instrumentum esset in forma probañ. cum tamen huiusmodi iuspatronatus non fuerit annexum alicui rei materiali, sed in eo fuerit contemplata agnatio, & parentela de Grassis per illa verba in fundatione apposita, videlicet, *Si ipse hæres de parentela, vel genere ex recta linea descendens fuerit dominorum, qui nunc sunt, &c.* ista verba non sunt dirigenda ad rem aliquam materialem Castri alienati, sed ad solam agnationem,
16 & ideò † iuspatronatus non transit cum Castro, siue Domo in illius venditione; *ad tex. in l. pronunciatio 195. §. familiæ appellatione, vers. ad personas, ff. de verb. signif. Bart. in l. vnica, num. 4. & 5. C. de conduct. & procur. præd. lib. 11. Anchar. consil. 152. num. 4. Honded. cons. 4. num. 14. lib. 1. Rot. in Gerundem. iurisp. 27. Ianuarij præteriti coram Reuerendiss. D. meo Decano.* Nec per talem alienationem Marianna amisit qualitatem illam hæreditariam iam ante alienationem eius personæ se-
17 mel infixam; † quę ex tali facto non potuit ab illa separari, iuxta *l. qui soluendo la 2. ff. de hæred. instit. la 3. §. filius, ff. de liber. & posth. Peregr. de fideic. art. 11. num. 59. §. hæredes, &c.* Iuncto quod hęreditas tamquam nomen iuris, & successionem in vniuersum ius defuncti significans de-
18 fertur † absque bonis, & corporibus materialibus, *Abb. conf. 18. num. 3. vers. cum hæreditas, et infra uers. cum Testator lib. 1. Rebuff. in l. pecuniæ, §. hæreditas in princip. ff. de verb. signif. Monticul. de inuent. q. 225. num. 6. uers. ulterius cum seq.* & per solum actum pręsentationis in Iurepatronatus hęre-

19 hereditario † censetur quis hereditatem adire, *Rot. decis. 77. numer. 2. ad med. par. 4. & decis. 96. num. 10. par. 6. recent.*

Quod autem Franciscus Blanquer tempore præsentationis esset Presbyter constat ex litteris patentibus Ordinarij, *Summ. num. 9.* Et
20 quod fuerit præsentatus intra † quadrimestre Laicis præfixum ad præsentañ. *ad tex. in c. quoniam, &c. cap. cum propter de iurep. & cap. vnico, §. verum eod. tit. in 6. Buratt. decis. 18. num. 2. vers. tanto magis, Viuian. de iurep. lib. 10. cap. 1. num. 7. Rot. in nullius, seu Theatina Præpositura 4. Iulij* 1646. *coram me*; Patet dum Franciscus Font vltimus possessor huius beneficij obijt die 16. Iunij 1639. *Summ. Andreæ num. 3.* Franciscus verò Blanquer fuit præsentatus per Mariannam die 24. eiusdem mensis, *eius Summ. num. 5.* Quamuis sufficeret etiam eumdem Franciscum ab Episco-
21 po fuisse institutum, ad effectum, † vt in tempore dici possit presentatus, *Rot. decis. 12. incip. Verùm præsentatus alias 556. de iurepatron. in antiq. Felin. in cap. 3. num. 11. vers. Et si quis dicit, de probat.*

Demum quod Franciscus sit de parentela hæredis, ac habeat requisita, iuxta dispositionem fundationis probant Testes examinati, qui deponunt ipsum esse consanguineum in Secundo, & Tertio gradu consanguinitatis dictæ Mariannæ, eo quia est filius Iacobi Blanquer germani fratris Ioannæ nuptæ Francisco Gras, ex quo matrimonio ortus fuit Antonius Gras Pater Mariannæ, *d. Summ. Francisci num.* 10. Qui quidem Testes quamuis nulliter examinati probant in præiudicium Andreæ, qui per introductionem Causę in Rota à Decreto Ordinarij, quod verè non aderat, & am-
22 plius spreta auocatione superius dicta, † impedimentũ prestitit ne compleretur validè examen super articulis, iam ipso citato coram Ordinario productis, *Summ. num. 12. Seraph. decis. 193. num. 2. & decis. 1154. num. 2.* vbi quod hoc procedit non solum de equitate, sed etiam de iure ordinario, *& decis. 1296. num. 10. Gregor. decis. 327. num. 10.*

Vnde cum probata remaneat eius parentela cum herede presentante iuxta fundationem *Summ. num. 4.* ibi, *Et quod sit de genere, vel parentela hæredis, &c.* tamquam vocatus ex tenore
23 dictę fundationis † circumscripta etiam præsentatione, esset præferendus in huiusmodi iurepatronatus, *Rot. in Gerunden. Beneficij 27. Iunij 1044. coram R.P.D. meo Bichio, §. non obstat quod*, & faciunt tradita *in alia Gerunden. beneficij 11. Martij proximè præteriti coram R.P.D. meo Celso.*

Et ita vtraque parte, &c.

R. P. D. CORRADO.
Postea Eminentiss. D. CARDINALI.
Romana Pecuniaria.
Veneris 31. Iulij 1648.

ARGVMENTVM.

Partitę in libro mercatoris contrapositæ, cum inter se compensationem recipiant deseruire non possunt pro compensatione alterius crediti ab eis separati, & diuersi. Cambia, quæ non iustificantur ex verbis, aut factis contrahentium, ex obseruantia interpretationem recipiunt ad validam eorum, & licitam obligationem.

SVMMARIVM.

1 *Compensatio refertur ad partitas contrapositas in libro mercatoris.*
Creditum, & debitum dicitur extinctum ex promiscua contrapositione partitarum, num. 1.
2 *Mercatores contraponentes in eorum libris partitas debiti, & crediti, per d. contrapositionem extinctionem eorumdem inducunt.*
3 *Compensatio non refertur ad causam separatam, & partitam in aliam causam translatam.*
4 *Compensationi repugnat solutio cambiorum, eorumq; continuatio ex voluntate partium secuta.*
5 *Obligatio Cameralis non retardatur per solutionem pecuniarum in aliam causam solutarum.*
6 *Cambium ex credito fieri potest.*
7 *Cambia non iustificata cedunt in extinctionem sortis.*
8 *Debitor, qui pecunias cum onere cambiandi suscepit, si illas non cambiauit, ad interesse tenetur, & quando, num. 11.*
Interesse cambiorum probatur ex iuratis mercatorum attestationibus, num. 8.
9 *Culpa, & negligentia cambiare debentis probatur ex continuis occasionibus cambiandi, & perceptione lucri ab alijs reportati.*
10 *in Cambijs non attenduntur assertiones contrahentium.*
12 *Obseruantia in cambijs non accipitur pro declaratione verborum, aut facti contrahentium, quæ in hac materia non admittuntur.*
Sed pro declaratione validæ, ac licitæ obligationis.

DECISIO CCLVI.

DECREVERVNT Domini in Relationibus causarum relaxationem mandati pro restitutione sortis scutorum duorum milliũ contra Pagninum, iuxtà resolutionem factam sub 18. Iunij 1645. & confirmatam sub die 7. Iunij 1647. & 5. Iunij huius anni coram me, quia ex Decisionibus emanatis plenè iustificatur, & obiecta quæcumque prorsus tolluntur.

Nec enim releuans visa fuit replicata compensationis exceptio. Nam quatenus deducitur ex partitis descriptis in libro Pagnini signato B. ad eius creditum in Rationibus currentibus cum Rosolino; Non subsistit, quia summa hæc, de qua agitur à die 31. Decembris 1631. qua solidatis anteactis inter eos rationibus apparuit de illa liquidus creditor idē Rosolinus extracta fuit à dictis rationibus currentibus, atque transfusa in contractum cambij per Apocham priuatam ipsa die conscriptam, ac enunciatam in annotatione facta in d. libro fol. 16. nec deinde vnquam in eis descripta. Sed aliæ plures ad creditum Rosolini contrapositę, ad quas referenda est cōpen-
1 satio, † & promiscui illius debiti, ac crediti extinctio, *iux. theor. Bart. in l. creditor 102. § pen. sub num. 1. uers. not. istum, §. &c. ff. solut. Alex. cons. 85.*

Ponder.

Ponderatis narratis in Themate sub num.5.vers. con-
2 *firmantur prædicta lib.3.* Et notoriam † mercatorum consuetudinem, *Socin.cons.65. sub num.5. vers. Et illud idem, quod dicitur,&c. lib.4. Rota Genuen.Diuers.decis.1.num.8.vers.quia solutio, & dec. 16.sub num.7.vers. nam fuit responsum, ac seq. Rota penes sanct.mem.Gregor.decis.366.num.3.vers. Tum quia per contrapositionem, &c.& in Recent.decis.321 sub num.1.vers.ex qua contrapositione par.3.& decis. 33.num.5. vers.vnde, vel de tempore par.5.* Non
3 autem ad hanc referri potest,† quæ in aliam speratam causam,& contractus translata fuit, vt benè probat *Caualcan. decis.1.num.26.vers.nec potest dici,par. 1.* & fuit dictum *in Romana pecun. 22.Iunij 1611.coram bon.mem. Card.Caualer. decis. 165.* Eoque minus,quia ex eisdem libris apparet, & coram me fuit concordatum, quod ab eo tempore citra, vsque ad annum 1644, Pagninus soluit, ac respectiuè retulit ad creditū Rosolini interesse cambiorum, quod manifestè repugnat obiectæ compensationi, ac satis-
4 factioni eiusdem summæ,†quam re ipsa,& ex volūtate ipsarum partium constat semper viguisse illibatam sub eadem obligatione cambiandi ab initio contracta, vt fuit animaduersum *in d.decis.18.Iunij 1646. in §. Præterea visæ fuerunt Dominis cessare omnes difficultates.* Quatenus verò deducitur ex tribus partitis additis, & contrapositis annotationi dictæ solidationis scutorum duorum millium in eodem Libro B.d.fol.16. Altera scilicet scut. 1500. sub die 11.Martij 1636. Altera scut.300.sub die 22.Ianuarij, & altera scut.210.80. sub die 14. Febr. 1637.fuit prorsus confutata *in ead.decis.18.Iun. 1646.* in qua ostensum fuit summas illas fuisse in alias causas compensatas, ac proindè ad hanc referri non posse, ac latè comprobatum *in decisione sequent 7.Iunii 1647.* Quatenùs demū deducitur ex partitis solutis, ac respectiuè descriptis ad creditum Rosolini ob interesse cābiorum, neque subsistens est, vt iam fuit probatum, & resolutum in vltima decisione sub
5 d.die 5.Iunij proximè lapsi.† Ideoque non est iuri consonum d. summæ restitutionem Camerali obligatione promissam, iamque tres circiter annos protractam longius deferre. *l.fin.Cod.de compens.Rot.decis.490. per tot. & decis. 540. sub num.10.vers. non obstant alia deducta, &c. par.2.recent.cum aliis relatis in præcedentibus Decisionibus in §. fin.*

Minus releuat, quod ex hoc credito Rosolini non poterit validè iniri cambij contractus absque actuali numeeatione pecunię.

Quia contrarium est verius in proposito casu, in quo cum Pagninus mercator esset verus, liquidus, ac purus debitor Rosolini dd. scutorum duorum millium, sicut eos, vel ex propria mensa, vel ex alijs quęsitos soluere tenebatur ad libitum creditoris, pari sanè ratione conuenire potuit, vt eosdem in cambijs
6 exerceret. † Quinimò ex huiusmodi conuentione virtualis in effectu resultauit numeratio perindè ac si ille soluisset creditori pecuniam in extinctionem debiti, & ab eodem creditore ipsi denuò tradita fuisset in cambijs exercēda, *iux.tex.in l.singularia,ff.si cert.pet.* Ideoque ex hoc capite contractus prędictus (cessante praua intentione contrahentium)iure impugnari non potest, *Paris.cons.75.num.32.vers.non obstat, quod pretium non fuerit numeratum, lib.4.Gabr.cons. 81.per tot. lib.2. ac alijs relatis comprobat Modern. Rom.discept.321.num.11.vers. Et generale est, cum seqq.& in hac materia Rebell.de obligat.iustit.lib.11 de Camb.q.1.num.7.vers.non tamen opus est ad iustitiam cambii,Filiuc.quæst.moral.tom.2.tract.35.c.11. sub num.494 vers.In hoc ergo cambio,&c.Ant.Nald. in summa in verb.Cambium sub num.6.vers. non obstat igitur, quod primo loco afferebatur, & plur. seqq. ac post alios Modern.Neap.de Cred.cap.2. tit.7. q.6. sub num.2195.vers.Re verò melius considerata, cum seqq.*

Præterea non obstat, quod cambia nō fue-
7 rint cum debitis requisitis iustificata,† ideoq; pecuniæ eo nomine solutæ cesserint ipso iure in extinctionem sortis, vt fuit benè, ac doctè probatum *in Romana Cambii 17. Februarii 1642. coram R.P.D.meo Bichio.*

Quia certum est, quod solutiones illę non fuerunt per Dominos approbatæ, neque approbari potuerunt ratione cambiorum, quæ hactenus legitimè non iustificantur. Sed quidem ratione interesse debiti per Pagninum, qui cum speciali conuentione susceperit onus illas cambiandi,si non cambiauit,nec diligentias æquipollentes ob eam causam fecisse,minusque suscepti oneris renunciationem op-
8 portunè Rosolino denunciasse probauit,† tenetur vtique illud reficere vsq; ad eam summam, quæ pro toto eo tempore secundum communem cursum, continuatasque occasiones Nundinarum Bisenzoni iustificatur ex iuratis Mercatorum attestationibus in processu productis, vt claris verbis fuit distinctum, atque explicatum *in d.vltima decisione sub dicta die 5.Iunii proximè lapsi in §.Nec obstat quod Cambia prædicta non iustificentur, & seq.* Nam eo ipso apertè probatur negligentia, & culpa illius,ac interesse Rosolini, quod constat eodem tempore semper extitisse occasiones cambiandi,
9 & per alios † exercitas fuisse, lucrumque ex eis perceptum ad tantam quantitatem communiter ascendisse, *iux.theor.Bart.in l.Tutor, qui Repertorium,§.si post depositionem num.3.vers. vltimo,ff.de Admin.tut.Honded.cons.39.nu.6. vers. maximè si iustificabitur,lib.2.Rot.in Rom.multiplici 25. Februarii 1619.in §. Nec demum refragatur, coram bon.mem.Vbaldo,* & in alijs pluribus ibi relatis, *& specialiter in illa Roman. seu Ianuen.pecuniar. 1. Iulii 1644.coram eod.R.P.D.meo Bichio in §. Nec releuat, & seq.*

Neque aduersatur prædictis, altera obiecta *in Roman.Cambij 17.Febr.1642.coram eod.* Nam hæc procedit quando agitur de cambijs eo puro titulo conuentis, ac solutis, prout in casu, in quo tam ex ipsius decisionis, quam ex positionis lectura constat numquam fuisse in quęstionem deductam prætensionem huiusmodi interesse, nullumque super ea factum verbum. Illa verò posterior Romana, seu Ianuen.pecuniar. quando agitur de cambijs debitis ratione interesse ob nō impletum onus, aç mandatum susceptum cambiandi, qualis erat

erat casus illæ, in quo tamen fuerunt reprobata alia ratione, quia nempe non iustificabantur ex communi Nundinarum cursu, sed ex
10 sola ipsarum partium assertione, † quæ in hac materia non attenditur, vt ibidem bene probatur *in §. Tum etiam quia in materia Cambiorum, & in §. cum igitur non probetur.* Quibus propterea in suis casibus illibatis Domini declararunt. non solùm nullatenùs repugnare, sed optimè conuenire, quæ dicta fuerunt in prædictis Decisionibus coram me in hac causa, in qua cambia (vt dictum est) debentur ratione interesse aliundè, quam ex partium assertione iustificati; & propterea irreleuans est illorum compensationis, siue imputationis exceptio ad impediendam restitutionem sortis.

11 Hinc pariter constat, † nec aduersari dicta *in Roman. pecun. 23. Martij huius anni coram R. P. D. meo Meltio in §. Nec relauat quod Mazzantes assumpserit in se onus &c.*

Quia non fuerat eo casu iustificata occasio cambiandi, nec quantitas cambiorum secundum communem cursum Nundinarum pro eo tempore, quo pecuniæ in eam causam apparebant solutæ, iuxtà præmissa quare illiquida prorsus remanebat prætensio interesse. Ideoque marito visa fuit Dominis vrgens exceptio eorum imputationis in sortem, donec prædicta iustificarentur, vt ibi legitur, quod in proposito factum fuisse constat ex prædictis Mercatorum attestationibus.

Postremò non obstat, quod Pagninus non assumpserit in se onus ineundi, sed continuandi cambia dd. pecuniarum, quod præsupponit præcedentem inchoationem a Rosolino factam.

Quoniam obligatio Pagnini principaliter, ac independenter, concepta fuit compræhenditq; tam initium, quam progressum, & finem, sicq; totum negotium cambiandi. Quia cum idem ipse penès se haberet, ac debitor esset illius quantitatis; quam promiserat in cambijs exercere nō oportebat expectare pro eius obligationis adimplemento, quod ab alijs eam reciperet Rosolinus, qui poterat sanè id facere vigore alterius pacti ad eius fauorem conuenti, si eam viam eligere maluisset quam non elegit, vt fuit latè probatum in d. vltima Decisione 5. Iunij huius anni tum ex contextu ipsius Apochæ concurrente etiam communi vsu loquendi inter Mercatores recepto, tum ex obseruantia subsecuta à tempore d. obligationis contractæ d. die 31. Decembris 1631. vsque ad annum 1644. quam quidem obseruantiam Domini considerarunt non pro iustificatione Cambiorum, quæ ex verbis, seu factis partium non sumitur in hac materia (vt
12 dictum est) † sed pro declaratione, ac interpretatione verborum d. pacti, & obligationis licitè, ac valibè initæ per eumdem Pagninum prout iure fieri potest, ac debet in quacunque materia *l. sed Iulianus §. proinde ibiq. gloss. in uerb. intelligendumq; ff. Ad S. C. Maced. l. cum de in rem uerso ff. de usur. l. quædā sunt ff. de reb. dub. Castr. cons. 361. circa primum quæsitum num. 3. uers. super secundò dubio par. 1. Natt. consil. 406. sub nu. 27. uers. quia actus sequens, Bec. cons. 96. num. 1. uers. hæc obseruantia, & cons. 101. sub nu. 19. uers. Et obseruantia quæ subsequitur ac seq. Menoch. cons. 341. num. 5. uers. Et obseruantia, & num. 23. uers. Ità decimus. Honded. cons. 47. num. 27. uers. quarto, & seq. lib. 1. & cons. 89. num. 46. uers. cum obseruantia subsecuta lib. 2. Mantic de tacit. lib. 2. tit. 1. sub num. 5. uers. 4. deducitur cum seq. & tit. 7. sub nu. 20. uers. sextò etiam receditur Rot. penes Sanct. mem. Greg. decis. 502. num. 10. uers. obseruantia enim &c. & Burat. decis. 113. à num. 19. uers. ex actu enim &c. ac seq. & in recent. decis. 301. num. 8. uers. concurrit obseruantia p. 1. & decis. 365. sub. nu. 1. vers. certum est enim &c. p. 2. & decis. 153. à nu. 16. vers. tum, & quia, & seqq. q. 4. tom. 2. cum. alys relatis per Modern. Roman. discept. 825. a num. 14. uersicul. cui obseruantiæ &c. cum seqq. & in dicta decis. sub die 5. Iunij anni currentis in §. Tum etiam ex obseruantia subsecuta &c.*

Et ita fuit conclusum auditis quarta vice Informantibus pro Vtraque parte in hac Congregatione &c.

R. P. D. CORRADO.

Postea S. R. E. CARDINALI.

Romana Pecuniaria.

Veneris 31. Iulij 1648.

ARGVMENTVM.

Fundus dotalis à marito cum vxoris consensu venditus, si ab vxore fuit recuperatus, non liberatus ex hoc dicitur maritus à restitutione dotis in quantitate, cuius obligationi per venditionem dicti fundi ille se submisisse dicitur.

SVMMARIVM.

1 *Maritus qui alterum ex duobus fundis dotalem habebat, si vnum alienauit, & rursus redemit adhuc eligit, quem malit esse dotalem.*
2 *Maritum domum habens datalem si eam vendit cum vxoris consensu efficitur debitor pecuniæ.*
3 *Maritus qui per uenditionem rei dotalis fuit effectus debitor pecuniæ non liberatur per dationem insolutum eiusdem domus vxori, factam ab emptore.*
4 *Fructus compensantur cum fructibus, non autem cum capitali, & num. seq.*
5 *Dotis restitutio retardari non potest per exceptiones contrauersas, & illiquidas &c.*
6 *Dotis restitutio non impeditur exceptione subtractionis gemmarum.*
7 *Articuli irreleuantes non attenduntur.*
8 *Maritus non præsumitur in eius præiudicium vxori aliquid acquirenti consentire voluisse.*
9 *Expeditio causæ differri non debet per productionem articulorum calumniosam, & irreleuantem.*

DECISIO CCLVII.

DOMINI in relationibus causarum fuerunt in Voto pro expeditione iuxta resolutionem factam die 16. Iunij proximè lapsi corā me, quæ visa fuit satis iustificari ex Decisione sub eadem die emanata.

Ne-

Neque applicatur *l. si marito 9. ff. de fund. dotal.* quæ inducitur ad probandum, quod stante restitutione Domus dotalis facta D. Cassandre per RR. PP. Ministros Infirmorum, Io: Hieronymus eius maritus fuerit ab eius obligatione pro conseruatione, ac restitutione dotis contra liberatus.

1 Quoniam ibi I.C. † (in ea parte obiecta) respondit maritum, qui fundum Cornelianũ, aut Sempronianũ debebat, si alterum alienauerit, ac rursus redemerit adhuc eligere posse vtrum malit hunc esse dotalem, & restitutioni obnoxium, quippe eius, qui illud, aut illud dare promisit mutabilis, & ambulatoria est voluntas, ac eligendi facultas quoad soluerit, vel aliter finita sit obligatio, *l. si sterilis, §. vlt. ff. de act. empt. l. eum qui certarum. §. fin. ff. de verb. oblig. Odofred. in d. l. si merito, versic. sed si alienauerit, & rursùs rediјt in potestatem suam &c.* ac latiùs explicat *Cuiac. in vers. quæritur obligatione eadem translata in causam dotis &c.* In casu autem proposito Io: Hieronymus, qui à principio domum de-
2 bebat, † illa deinde vendita cum vxoris consensu effectus fuit debitor pecuniæ in computum pretij illius receptæ per *tex. in l. si ex lapidicinis, ff. de iur. dot. Bart. in cons. 124. punctus quæstionis talis est, sub num. 2. vers. secundo examinandum est, cum seq. lib. 1. Surd. cons. 330. sub num. 9. uers. & in terminis nostris, ac seq.* & alij adducti *in decision. 159. sub num. 4. vers. vnde quoad istos, & nu. 11. vers. ex quibus Domini concludebant &c. par. 4 tom. 2. rec.* & in præcedenti decisione in §. *non obstat, quod eidem vxori competeret vendicatio &c.* Nec deinde illam recuperauit, vel postea vnquam in eius dominium rediјt, sed à Patribus data fuit vna cum dictis pecunijs per eos antea numeratis, in solum D. Cassandræ pro se ipsa, ac eius hæredibus stipulanti pro residuo pretij, & fructum correspectiuorum alijsq; ab ea prætensis, vt constat ex Instrumẽto celebrato sub die 8. Iunij 1640. *in vers. deinde autem &c.* præuio consensu, ac declaratione eiusdem Io: Hieronymi illius viri, quod omne commodum, & incommodum ex eo contractu proueniens solius vxoris beneficio, vel damno cederet, prout legitur in alio antecedenti Instrumento sub die 5. Ianuarij eiusdem anni. Ita quod nullo iure prætendi potest, quod per eiusmodi consignationem ab emptoribus ex nouo ti-
3 tulo factam vxori, † fuerit liberatus maritus à restitutione pecuniæ iam antea in partem pretij domus dotalis exactæ penes eum existentis, quæ per ipsum lucri fieri non potuit in præiudicium ipsius vxoris, vt fuit probatum in eadem præcedenti decisione in §. *præterea non obstat, quod eadem domus &c, per tex. in l. quoties, & l. non solum ff. de iur. dot. Honded. consil. 77. à nu. 12. vers. secundo confirmatur hæc conclusio, & seqq. lib. 2. cum alijs ibi relatis.*

Minùs obstat repetita exceptio compensationis fructuum correspectiuorum, qui prætenduntur per D. Cassandram exacti à præfatis emptoribus domus spectantium ad dictum Io: Hieronymũ eius virum pro tempore, quo matrimonij onera sustinuit.

Quia nec constat de tempore, quo eiusmodi onera sustinuerit, nec de exactione fructuũ illius per vxorem facta, quæ id constanter negat, ac nonnullas etiam exhibet partitas ipsi vero à dd. PP. solutas. Et in omnem casum æquiùs est, quod compensentur cum reliquis
4 fructibus, † siuè alimentis plurium annorum quorum illa remanet adhuc creditrix viri (deductis etiam nonnullis partitis solutis) pro rata dictæ summæ per eum exactæ iuxta decisiones *Rot. coram bon. mem. Motman. sub die 25. Iunij 1632. & 3. Iulij 1634.* quam in diminutionẽ
5 ipsius prætij domus dotalis, † cuius ideo restitio ob huiusmodi exceptionem vndique controuersam, & illiquidam retardari non potest *l. fin. C. de compensat. Afflict. decis. 381. sub nu. 5. vers. ad secundum dubium, & seq. Rot. penes bon. me. Card. Seraph. decis. 1455. num. 3. vers. secundo quia. & seq. & in recent. decis. 679. sub num. 5. vers. & denique, ac seq. par. 1. ac decis. 254. sub nu. 1. vers. nam quoad primam, & seqq. p. 5.* & in alijs relatis in præcedenti decisione *§. fin.*

Prætereà non obstat adducta compensatio gemmarum, iocalium, & aliorum bonorum mobilium notabilis pretij scutorum millia constituentis, quæ prætenduntur ab eadem D. Cassandra è viri domo amota, quando ad paternos lares secessit.

Quia non solùm non constat de quantitate,
6 qualitate, ac valore illorum. † Sed nec ea ratione impediri potest dotis integra restitutio, ex noua Iustiniani Constitutione *in l. vnic. §. taceat. in vers. sed nec retentio ob res amotas, ibique gloss. Bald. Salyc. & alij DD. C. de rei vxor. act. gloss. fin. in l. 1. & ibi Odofred. sub nu. 2. vers. ad solutionem. C. rer. amator. Neguс. de pignor. in 1. membr. quint. par. sub num. 36. vers. tamen istis non obstantibus. Bald. Nouell. de dot. par. 8. priuileg. 2. num. 1. Ant. Fab. in Cod. de rei vxor. act. deff. 4. nu. 1. & 2. & fuit dictum in Romana dot. 23. Maij 1646. coram R. P. D. meo Otthobono §. fin.*

Vndè infertur irreleuantes esse ad effectum
7 de quo agitur in præsentia articulos † externa die exhibitos pro parte D. Victorij hæredis præfati Io: Hieronymi ad probandas res prætensas amotas *l. ad probationem, la prima in fin. ibiq. gloss. fin. C. de probat.* Præterquod non caret vrgenti suspicione calumniæ, Tùm quia id factum fuisse deducitur paulò post matrimoniũ de anno 1626. contractum. Et tamen constat ipsum Io: Hieronymum consensisse, quod vxor domum prædictam cum omni emolumento ex dicto contractu cum præfatis RR. PP. Ministris Infirmorum celebrato in propriam vtilitatem, commodumque reciperet,
8 quod † equidem verisimiliter non fecisset, si obiecta modo rerum amotio ab vxore facta fuisset, quarum prætensus valor longè excedebat dictos scutos septingentos ex pretio rei dotalis penes eum tantùm existentes *ad l. cum de indebito ff. de probat. Menoch. de præs. lib. 1. q. 18. à num. 13. vers. idem est &c. ac seqq. Rot. penes bon. me. Buratt. decis. 85, nu. 8. vers. & cum ille. ac seq.* Tum quia idem deductum fuit in articulis productis coram A.C. sub die 11. Decembris 1646. vt legitur *in Extract. fol. 120. & 123. ac seqq.* Et tamen ab eo tempore citra nulli vnquam fuerunt

runt recepti testes (licet tunc etiam nominati) nullaque facta probatio. Vndè magis calumniosa conuincitur in hoc tempus repetita productio ad impediendam causæ expeditionem,
9 & † præfati Decreti executionem, quæ proinde differri non debet *l. satis apertè, ibique gloss. in verb. obijcitur, & DD. C. ad leg. Cornel. de fals. Innocent. in cap. electionem. sub nu. 3. vers. si autem obyciatur exceptio de aliquo, de concess. præbend. Bec. consil. 103. numero 27. uersicul. unde uidetur &c. Rot. penes Cassador. dec. 2. de dilat. & sæpe in alijs.*

Et ita fuit conclusum auditis iterum informantibus pro vtraque parte in hac Congregatione.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Romana fructuum Census.

Lunæ 16. Nouembris 1648.

ARGVMENTVM.

Pretium rei venditæ si fuerit conuentum, quod matrimonio soluto vxori venditoris restituatur ad effectum illud in censibus inuestiendi, & interim fructus soluendi: Num dd. fructus post dissolutionem matrimonij soluti, dicantur indebiti, itaut non possint ratione fructuū census, qui ex lege Instrumenti erat constituendus, saluari, & licitè retineri.

SVMMARIVM.

1 *Fructus dotis in pecunia consistentis mortua muliere non debentur, ideò absque labe vsurarum exigi non possunt.*

2 *Dos in quantitate constituta, & solum super fundo hypothecata, dicitur assecurata, non autem in fundo dotali assignata.*

3 *Aequitas,* l. curabit, C. de action. empt. *militat solū fauore Domini venditoris, non autem tertij.*

4 *Census ex forma Instrumenti creari debitus in illius executionem præsumitur constitutus.*

5 *Census probatur ex pluribus confessionibus diuersarum personarum interesse habentium.*

6 *Census probatur ex solutione fructuum spatio annorum 40. & vltrà, licèt non exhibeatur Instrumentum.*

7 *Causæ diuersitas, & mutatio probari debet, vbi vera in Instrumento assignatur.*

8 *Instrumentum ad aliud habens relationem absque tamen expressione diei, & anni nihil probat absque exhibitione relati.*

9 *Instrumentum primùm attendi debet in cōcursu alterius ad illud se referentis.*

10 *Accollatio est subrogatio in locum debitoris cum eisdem commodis, & incommodis.*

11 *Probatio præsumptiua in petitorio contrarijs probationibus eliditur.*

12 *Census nomen verificatur etiam in fructibus dotalibus.*

13 *Substantia, & veritas potius attenduntur, quam partium denominationes.*

DECISIO CCLVIII.

IN Instrumento venditionis Vineæ extra Portam Angelicam constitutæ Ioannes Baptista Baccius eiusdem Dominus cum Petro Brunorio emptore conuenerat, vt in computum pretij teneretur dotem scutorum 500. cautam super Vinea, eueniente casu restitutionis, Lucretiæ vxori persoluere, interim verò annuum reddituum scutorum 37. cum dimidio, iuxtà dispositionem Statutorum Vrbis super fructibus dotalibus sancitam; Pacto insuper adiecto, quod eadem scuta 500. quoties restitui contingeret, inuestiri deberent in censu, vel locis montium non Vacabilibus, qui pro euictione Vineæ deseruirent. In successionis postmodum venditionibus cum idem annuus redditus ab hærede primùm Brunorij, ac singularibus deindè successoribus in Vinea accollatus fuisset sub expresso nomine census Petrus Andreas vltimus ex his super indebita fructuum solutione iudicium instituit coram A.C. quo pendente in iudicio manutentionis per hæredes Lucretiæ intentato succubuit. Delata proindè mihi causa, dubium proposui, An fructus debeantur, & eos indebitos esse, DD.
1 censuerunt; † Quia à primæua origine proueniebant ex titulo dotis consistentis in pecuuia, quo per obitum Lucretiæ extincto, ijdem ab illius hæredibus absque vsurarum labe exigi non poterant, vt notant DD. communiter *in cap. salubriter de vsur. & ibi Innoc. num. 1. & 2. Hostien. num. 5. & 6. Ioan. Andr. num. 4. Bart. in l. at qui natura, §. non tantum num. 1. ff. de neg. gest. & l. in Insulam, §. vsuras, ad finem, ff. solut. matrim. Rot. coram Mant. decis. 171. num. 4. & 607. num. 13. part. 4. tom. 3. recent. & in Romana pecuniaria 7. Iunij 1641. coram Eminentiss. D. Cardin. Hieronymo Verospio.*

Neque ijdem fructus peti poterunt vti debiti ex Vinea pro fundo dotali constituta, vel ex æquitaie, *l. curabit, C. de act. empt.* in hac facti specie propè modum militantis, qua annuus ille redditus ad computum pretij supponitur accollatus; Ex Instrumento enim apparet dotem fuisse in quantitate sancitam, & solum
2 assecuratam super Vinea, † quæ indè censeri non potest pro fundo dotali constituta, sed solum hypothecata pro dote restituenda, vt notat *Bald. in l. 1. in fin. num. 5. C. communia de legat. Ioann. Faber. in §. item seruiana num. 34. circa med. vers. sed si promitterem aliquod aunuum Inst. de act. Negusan. de pign. 2. part. 4. memb. num. 164. vers. vigesimus tertius casus est, Surd. consf. 243. nu. 12. Modern. Rom. discept. foren. cap. 858. nu. 19. Rot. dec. 44. num. 1. & 2. & 260. num. 1. part, 1. diuers.* Aequi-
3 tas verò, *l. curabit*, † non militat fauore tertij creditoris, sed solum fauore Domini rei venditæ, eiusque hæredum, vt ponderauit *Rot. in Perusina spolij 5. Maij 1603. coram Card. Mellino, impressa post Gilian. ad Stat. Perus. decis. 109. nu. 2. & in Romana pecuniaria 8. Iunij 1646. coram me.*

Nec etiam pro valida prędictorū fructuum actione poterit deseruire allegatus titulus census, qui ex lege Instrumenti erigi debuerat,
4 & † constitutus propterea præsumitur, iuxtà de-

decis. Buratt. 10. sub num. 23. Accedentibus pręsertim diuersis emptorum confessionibus in successiuis venditionum Instrumentis, census onere grauatam Vineam concludentibus, & in hanc causam solutionē prædicti annui red-
5 ditus adscribentibus, † quasi ex his confessionibus, licet extraiudicialibus resultare videatur probatio census impositi, vt aduertit *Bero. in cap. 1. nu. 76. de probat. Cenc. de cens. part. 2. cap. 2. quæst. 3. art. 9. num. 12. & 13. Rota coram Buratt. in adducta decis. 10. nu. 8. & decis. 46. num. 2. vbi Add. nu. 19.* prout etiam ex solutionibus fructuum in causam census spatio annorum quadragin-
6 ta, & vltrà peractis creationis, † licet Instrumentum non exhibeatur, *ex l. litibus, C. Agricol. & censit lib. 11.* & pluribus comprobat *Cenc. de cens. part. 2. cap. 2. quæst. 3. art. 9. numer. 8. cum seqq. Hieronym. Leo decis. Valentina 19. num. 15. Rot. coram Seraph. dec. 1226. num. 1. & 153. nu. 9. & 10. part. 4. tom. 2. recent.*

Cum enim ex Instrumento venditionis vera solutionis causa dignoscatur ex iure dotali prouenire, debuisset ab hæredibus Lucretiæ
7 probari diuersa causa impositi census, † cum alias mutata non pręsumatur, *argumen. text. in l. in bello, §. factæ, ff. de capt. & postlim. reuer. & in l. 1. C. de probat. l. asseueratio 10. C. de non numerata pecunia, l. vnica, C. de mandatis Principum, Rota in adducta Romana pecuniaria 7. Iunij 1641. in §. neque ijdem fructus coram Eminentiss. D. Card. Verospio.* Quæ sanè probatio elici non valet ex præcedenti onere inuestiendi emptoribus Vineæ in Instrumento venditionis imposito, dum illud à primo emptotis hęrede, cęterisque successoribus singularibus in vinea supponitur impletum ab anno 1600. (postquam ex tunc in causam census annuum redditū sibi accollarunt,) & tamen ex lege venditionis non nisi de anno 1623. impleri debuerat, quo per obitum Viri restitutio dotis Lucretiæ successerat. Et talis proindè præsumptio conuincitur erronea, ac consequenter reputatur irreleuans.

Eoque minus argui potest prędictum Inuestimentum ex adductis contrahentium confessionibus in accollatione huius annui redditus emissis, cum illæ relationem habeant, vel ad Instrumentum impositionis non expresso nomiue Notarij, die, nec anno, sed his
8 in albo relictis, † adeòque donec relati tenor exhibeatur nullam mereantur fidem ex notatis, *l. asse toto, ff. de hæred. instit. l. 1. C. de mandat. Princ. l. vnica, C. de superind. lib. 10.* vbi notat *Bald. & Angel. cæteriq. communiter,* vel se referant ad primum Instrumentum venditionis cum Brunorio peractum, quod in expressam causam dotis annuum redditum reseruauit, &
9 attendi † debet in concursu alterius Instrumenti ad illum se referentis, ex notat. *in l. si ita scripsero, ff. de cond. & demonstr. & in Auth. si quis in aliquo, C. de eden. & in cap. Abbati de verb. signific. Surd. cons. 313. num. 60. & decis. 290. num. 17. Rot. coram Mant. decis. 352. num. 2. num. 2. & 188. num. 4. part. 6. recent.* Inspecta præsertim accollationis natura, quæ mutare non potuit causam præ-
10 cedentis obligationis, cū nil aliud sit, † quam quædam subrogatio in locum debitoris cum eisdem commodis, & incommodis, quibus apud eundem creditum existebat, vt probat *text. in l. eum, §. qui iniuriarum, & in l. duobus, §. 1. ff. de iur. iurand. Giurb. decis. 62. num. 29. Rota coram Gregor. 386. num. 2. & in adducta Romana pecuniaria 7. Iunij 1641. coram Eminentiss. D. Cardinali Verospio.*

Nec demum argui potest Inuestimentum ex solutionibus spatio annorum 40. & vltrà peractis sub expresso nomine Census, cum talis probatio præsumptiua in iudicio petitorio;
11 de † quo nunc agitur contrarijs quoque probationibus elidi possit, vt notant *DD. in l. si certis annis, C. de pact.* vbi *Cyriac. nu. 14. Dec. nu. 15. Ias. pariter nu. 15. in 3. limit. Felin. in cap. sicut nu. 30. de re iudicata, Roder. de ann. redd. lib. 1. quæst. 15. n. 5. in fin. Cenc. de cens. part. 2. cap. 2. quæst. 3. artic. 9. num. 33. & 36.* præsumptiuas etiam probationes concludens erroris causam à reo conuento posse probari, ne ad solutionem astringi valeat infuturum. Prout dicta præsumptio erronea conuincitur ex expresso titulo dotis in primo venditionis Instrumento, ad quod in sequentibus probatur facta relatio. Vel red-
12 ditur æquiuoca postquam nomen illud Census, † cui innititur cuiuscumque annuæ responsionis comprehensiuum, potest etiam fructibus dotalibus conuenire, vt aduertit *Roder. de ann. redd. lib. 2. quæst. 22. num. 66. Valasc. de iure emphyt. quæst. 32. num. 6. Salas de contr. tit. de censu dubit. 1. num. 1. ad med. Federicus Martin. de censibus cap. 1. num. 19. & seqq.*

Et in omnem casum cum appareat annuum illum redditum fuisse accollatum in causam fructuum dotalium, videtur attendenda po-
13 tius substantia rei, ac ipsamet veritas, † quam denominatio census à cōtrahentibus expressa *l. si vno in princip. ff. locati, l. damni, ff. de damn. infecto, l. si stipulatus, ff. de vsur.* notat *Bald. in rubr. C. de iur. emph. in fin. Surd. de alim. tit. 1. quæst. 42. n. 25. Rot. in Beneuentana pecuniaria 18. Iunij 1607. coram Card. Sacrato.*

Et ita bis proposito dubio, & in prima propositione vtraque parte informante, in secunda verò altera tantùm resolutum.

R. P. D. BICHIO.

Meleuitana Antianitatis.

Veneris 20. Nouembris 1648.

ARGVMENTVM.

Quidquid in sententia fuit comprehensum, totum id amplectuntur executoriales vigore ipsius sententiæ in iudicatum transactæ concessæ.

Sententia ne detur contrà sententiam licet regula sit, quod prima sententia reuocari debeat, hoc tamen non procedit, vel si prima sententia est nulla, vel, & non fuit oppositum.

SVMMARIVM.

1 *Executoriales rei iudicatæ totum illud comprehendunt, quod sententia ipsa in iudicatum transacta complectitur,*

2 *Inde-*

2 *Indefinita mentio litterarum Apostolicarum omnia breuia comprahendit.*
Indefinitum æquipollet vniuersali. num.2.
3 *Sententia lata cum relatione ad acta comprahendit omne id, quod in actis deductum fuit.*
4 *Sententia interpratationem recipit à decisionibus in causa factis.*
5 *Decisiones sunt pars sententiæ.*
6 *Clausula*, quam, & quas, *in commissione, quid operetur, & de illius materia. & numer.7. 20. & 23.*
8 *Rota solet plerumque vnica sententia totum negotiũ terminare, nè litigantes superfluis grauentur expensis.*
9 *Causa dicitur per viam exceptionis in actis deducta eo ipso, quod per actorem fuit suscepta disputatio, & per reum facta contradictio.*
10 *Iudex per processum ad vlteriora dicitur exceptionem tacitè reyciße.*
11 *Articuli diuersi possint nè vnica sententia terminari.*
12 *Connexio resultat respectu finis.*
13 *Commendam ad assequendam requiritur antianitas, & capacitas.*
14 *Excipiendo potest in gradu appellationis deduci, quidquid per viam actionis fuerat in prima instātia petitum.*
15 *Impeditus habetur nè si actum expedisset in odium impedientis.*
16 *Iudicium dicitur vnicũ vbi vna est prosecutio plurium petitionum.*
17 *Sententia prima reuocari debet nè detur sententia contrà sententiam.*
Limita, vt num. seq.
Sententia nulla, vel iniusta reuocari non debet. num.17.
18 *Sententia de qua non fuit oppositum reuocatione non indiget.*
19 *Sentententiæ iniustitia deducitur ex decisionibus.*
20 *Clausula*, quam, & quas, *comprahendit omne ius etiam futurum, & ex quacumque causa.*
21 *Cōmissio causæ in partibus non facta mentione illius pendentiæ in Rota est ipso iure nulla.*
22 *Sententia lata vigore cōmissionis subreptitiæ est ipso iure nulla.*
23 *Clausula*, quam, & quas, *operatur, vt in gradu appellationis, agi possit, vt in prima absque reuocatione prioris sententiæ.*

DECISIO CCLIX.

PRIMAE, & secundæ instantiæ controuersia tota fuit super executione Breuis Apostolici declarantis Equiti Anyorrant computari debere Antianitatem à die præsentationis primarum probationum, non autem ab vltima die illarum admissionis; nam ad instantiam Venerabilis Linguæ Franciæ causæ subreptionis, obreptionis, & nullitatis dicti Breuis commissa fuerat in Rota bonæ memoriæ Buccabellæ, & deindè in gradu appellationis bon: mem: Pirouano, quibus officio functis per sentētias latas ad fauorem Equitis Anyorrant iterum appellante eadem Lingua prodijt tertia instania coram Eminentissimo D. Cardinali Panzirolo tunc nostri Ordinis Auditore.

Hac verò pendente dictus Eques ne Antianitatis effectu, hoc est assecutione Commendæ frustraretur ob defectum quartæ Carauanæ, sine qua Statuta Sacræ Religionis Hierosolymitanæ incapacitatem ad Commendas obtinendas inducunt, sibi magis consulendo obtinuit aliud Breue defectus huiusmodi ex causis ibi expressis dispensatorium, contra quod insurrexit Lingua, eiusque subreptionis causam committi curauit Eminentissimo Magno Magistro, qui successiuè subreptitium pronunciauit, & ab hac pariter sententia commissa fuit causa appellationis eidem Domino Cardinali Panzirolo, adeò quod coram ipso, siue R.P.D. meo Verospio in illius ad Cardinalatum promoti locum suffecto duæ emanarunt appellationum cōmissiones, quarum priorem à sententijs Rotalibus super executione primi Breuis Lingua, alteram à sententia Magni Magistri super subreptione secundi Eques Anyorrant impetrauit.

Sed non specificato, an vigore primæ, vel secundæ ad vlteriora procederetur Reu. P. D. meus Verospius bis vtraque parte informante proposuit dubium an Equiti de Anyrrant obstaret defectus quartæ Carauanæ, quo semper negatiue resoluto per optimas rationes deductas in Decisionibus editis prima Iulj, & 14. Decembris 1643. tandem sententiam protulit confirmando priores Rotales, & pro omnibus in illis, & in literis Apostolicis emanatis ad fauorem Equitis contentis mandata quæcumque, ac litteras executoriales decernendo.

Cumque ab ea sententia exaduerso appellatum non fuisset, & Eques in vim rei iudicatæ petere sibi concedi litteras Executoriales, etiam quoad quartam Carauanam eædem decretæ fuerunt præuia particulari discussione, an constaret de re iudicata, etiam quoad Carauanam, vt in decisione emissa die quarta Iulij 1646. Hoc ipsum decretũ executorialium, quod per appellationem Linguæ ad me deuoluit confirmandum esse hodie responsum fuit
1 cum in executorialibus rei iudicatæ, † omne id comprehendi debeat, quod sententia ipsa in iudicatum transacta complectitur, *Anan. cons.5. nu.1.* & ibidem *Bologn. in addition. Rebuff. ad constit. Reg. tom.1. tit. de sent. executor. artic.7. gloss.9. num.17. Boer. decis.68. num.2.*

Complectitur verò sententia à qua exaduerso appellatum non fuit etiam reiectionem exceptionis defectus quartæ Carauanæ, tum explicitè, tum tacitè. Primò modo, quia in secunda parte Iudex concedit excutionem pro omnibus contentis in litteris Apostolicis, & sic etiam in litteris secundi Breuis dispensatorij quartæ Carauanæ in actis productis super quibus Iudicem pronunciare voluisse, & cum effectu pronunciasse apparet ex relatione expressa ad acta, quam fecit in proœmio sententiæ, ibi: *De, & super litteris Apostolicis, earumque litterarum Apostolicarum ad fauorem Domini Equiti Ioannis emanatarum, de quibus in actis executione, ac iustificatione, &c. rebusque alijs in actis productis, &c.* Itaut indefinita mentio litterarum

rum Apostolicarum in numero plurali facta in parte dispositiua sententiæ vtrumque Breue in actis productum comprehendat, nedum
2 ex † sui natura cum æquipolleat vniuersali, *l.si seruitus 22. ff.seruit.vrb.præd. Grat.discept.650. num.9. Barbos. axiom.623. num.1.* sed etiam in
3 vim specialis relationis ad acta † per quam dicitur pronunciatum super omne eo, quod in actis deductum fuit, *Menoch. consil. 110. num.5. cons.159.num.4. Osasc.decis.63.num.3.Rot.dec.500. num.9. part.5. recent.* fortius quia super hac exceptione quartæ Carauanæ, & Breuis dispensatorij executione præcesserant particulares, & acerrimæ disceptationes, ac Decisiones,
4 à † quibus verba sententiæ, quatenus opus sit interpretationem quoque extensiuam recipiunt, *Soccin.Iun. cons.181.nu.79. vers. hoc etiam, & seq. lib.2. Scacc. de sentent. & re iudic. gloss.14.*
5 *quæst.17.num.72. & 2. seqq.* vbi ait, † quod decisiones sunt pars sententiæ, *Buratt. decis.327. numer.1.*

Nec obstat, quod primæ sententiæ, quas vltima confirmauit, non loquantur nisi de primo Breui, quia vltima vltrà confirmationem priorum sententiarum dat executionem omnibus litteris Apost. productis in actis, & potuit etiã nouum ius, hoc est excusationem à quarta Carauana canonizare vigore clausu-
6 læ, *quam, & quas,* in commissione directa tertio Iudici appositæ ad premissa non restrictæ, *Put. decis.7. de appellat. Coccin. decis.47. num.10. Rota decis.552.part.4.diuers.& in Romana domus 10.Iunij 1639. coram Reuerendissimo Episcopo Salaman-*
7 *tino,*quam clausulam deductam † fuisse ad speciem super nouo iure secundi Breuis,vt oportet *Marescott.variar. resolut. lib.1. cap.20.num.18. Caputaq. decis.125. part.3. Rota decis.52. numer.8. part.4. tom.1. recent.* demonstrant ipsius secundi Breuis productio coram eodem Auditore, & speciales discusiones, ac decisiones super eo articulo ante tertiam sententiam emanatæ, quas Rota premisit, vt deindè vnica sententia totum negotium terminaret, prout termi-
8 nauit, † & congruere Maiestati tanti Tribunalis, ne multiplicando in sententijs litigantes superfluis impensis grauentur, fuit dictum *in decis.427.num.3. part.2. decis.485.num.6,part.5. recentior.* & in *Perusina Executionis coram Penia, impress.apud Marchesan.de commiss.part.3. fol.114. num.3.*

Secundò modo, idest tacitè, quia cum defectus quartæ Carauanæ, qui dicitur in actis
9 deductus per viam exceptionis† eo ipso quod desuper aduersus actorem suscepta fuit disputatio, & contradictio, *Rota decis.736. sub nu.6. vers. & vbi etiam part.2. recent. decis.520. num.4. & 5. part.5.* esset incompatibilis cum assecutione Commendæ, qui est effectus litis introductę super Antianitate propterea Iudex pronunciando super Antianitate, & procedendo
10 ad vlteriora, † videtur huiusmodi exceptionem tacitè reiecisse, iuxtà notata per *Doct. in cap.ex parte il secundò, de appellat. Gabr. de except. conclus.1.num.23. Buratt. decis.15.num.7.cum alijs allegatis in decis. R.P.D.mei Verospy 4.Iulij 1646. §.primo;* Quo magis cum vt supra dicebam, fuerit super hac exceptione particulariter disceptatum.

Nec obstat, quod articulus Antianitatis ab articulo incapacitatis ex omissione quartę Carauanæ diuersus sit solum re ipsa, quia stant simul, quod quis sit Antianus,& tamen incapax Commendæ, sed etiam origine Iudicij cum super Antianitate lis penderet vigore primi Breuis in tertia instantia per appellationem Linguæ à sententijs Rotalibus; at super incapacitate ex defectu quartæ Carauanæ introducta fuerit in secunda instantia per appellationem à sententia Magni Magistri declarante secundum Breue subreptitium ab Equite Ioanne interpositam; Vndè infertur, quod
11 nec tacitè, † nec expresè potuerit vterque articulus vnica sententia terminari ex traditis per *Laderch. cons.93.num.2.vers. secundò dico.*

Quia connexio vtriusque resultare potest
12 respectu finis, † idest assecutionis Commendæ, ad quem tendunt *Imola cons.139.nu.2. Rota decis.588.num.18. part.4.tom.3.recent. decis.8.nu.7. coram bo:me:Buratt. ex text.in l.quid ergo, §.penult. ff.contr. Iudic. tutel. cum alijs allegat. à Menoch. de arbitr. cas.45.num.6. & 9.* Maximè, quia disputationes Rotales non cõcipiuntur in abstracto, sed in ordine ad finem, & effectum de quo agitur, & certum est, quod ad finem assecutionis Commendæ exceptio incapacitatis incomparabilis est cum executione Breuis su-
13 per Antianitate cum, † & Antianitas, & capacitas requiratur,vt Statutum est inter Ordinationes Religionis Hierosolymitanæ *in cap.1 de Commend.* & tradit *Lotther.de re benefic. libr.2. quæst.15.num.47.& 49.* fuitque dictum *in Aquitanien.Prioratus 21.Februarij 1631. coram bonæ memoriæ Archiepiscopo Seleucien.*

Potuitque articulus incapacitatis duplici via in Rota cognosci, vel nimirum in secunda instantia in gradu appellationis à sententia Magni Magistri lata contra secundum Breue, vel in tertia prosequendo iudicium Antianitatis, in qua licitum erat Linguæ Franciæ deducere per viam exceptionis incapacitatem,
14 quam † in iudicio cępto Melitæ committendo causam Breuis dispensatorij deduxerat per viam actionis, *Rebuff. cons.190. vers. item regulariter, Cratian.disceptat.445.num.12. & seqq.* pariterque licitum erat Equiti allegare, vt fecit, se tum in vim Breuis dispensatorij, tum eo semoto capacem esse effectus Antianitatis hoc est Commendæ non obstante defectu quartæ Carauanæ, quia ob impedimentum exaduerso sibi prestitum, ne eam expleret habetur,
15 ac † si expleuisset in odium aduersarij, vt benè ponderat *decisio D. mei Verospij 1.Iulij 1643. §.primo, vers.& quia.*

Igitur tertia sententia Rotalis vtrumque diffinire potuit expresè, vel tacite cum incapacitas haberet excusationem etiam de iure communi, & in eodem iudicio tertiæ instantiæ deducta fuisset, ac discussa non secus, ac ipsum Breue dispensatoriũ, iuxtà *Theor.Castr.*
16 *cons.164.num.2. & 3.* vbi ait, † quod quando est vnica prosecutio plurium petitionum est vnicum iudicium *lib.1.*quam sequitur *Laderch.*

in

in exaduerso allegato consil.93.nu.2.vers.qui inquit, atque hinc nec opus fuit reuocare sententiam latam Melite aduersus Breue dispensatorium, quia Eques opus non habebat eo Breui stante dicta excusatione ei competenti de iure communi canonizata per decisiones Rotales.

Præterea regula, quod reuocanda est prima sententia, ne detur sententia contra sententiam desumpta ex *l.prima, Cod.quand.prouoc.non est ne-*
17 *cess.*† recipit duas limitationes, alteram quando prima sententia est notoriè nulla, vel iniusta, *Felin.in cap.inter Monasterium num.25.de sent. & re iudic.Surd.consil.164.nu.44.& seqq. Seraphin. decis.1123.num.5.Caualer.decis.42.num.5.decis.69.*
18 *num.3.*† alteram quando non fuit in actis oppositum de prima sententia, eiusque reuocatione, *Osasch.decis.1.num.29.Penia decis.227.nu.3. Caual.decis.31.num.2.Rota in recent. decis.161. numer.2.par.1.*

Applicantur autem casui nostro, quia de oppositione primæ sententiæ, eiusque reuocatione non apparet in actis, & sententia Melite pronuncians Breue dispensatorium esse subreptitium, ex duabus decisionibus R. P. D. mei Verospij super eiusdem Breuis iustifica-
19 tione editis † iniusta notoriè conuincitur *Rota decis.325.num.4.par.5.recent.* estque vltro nulla ex defectu iurisdictionis, quia cum causa ab initio fuisset commissa in Rota cum clau-
20 sula, *quam, & quas,* † cuius vigore omne ius etiam futurum, & ex quacumque causa deductum esse dicebatur, *ex allegat.in decis.210.nu.6. decis.710.num.6.par.3.recent.* ibique Eques Orator litem prosequeretur, commissio deinde ad instantiam Linguæ directæ Melite non fa-
21 cta mentione litis pendentis in Rota, † fuit ipso iure nulla tamquam sapiens auocationẽ, *Besignet.decis.13.de rescript. Cassador.decis.prima de rescript. Seraphin.decis.763.num.6. Buratt. decis.74. num.4.& ibi Adden.littera B.latè Marchesan. de cõmiss.par. 2. fol.239.num.132.* & quod sententia
22 lata vigore commissionis subreptitiæ † sit nulla dixit *Rota decis.564.num.16.par. 5.recentior.*
23 Vltra quod in vim dictæ clausulæ, † *quam, & quas,* procedi potuisset vt in prima absque reuocatione alterius sententiæ, *Rota decis. 264. num.2.par.6.recentior.*

Et ita decisum vtraq; parte informante, &c.

R. P. D. CELSO,
Postea Eminentiss. CARDINALI
Bononien. Litterarum Cambij.
Veneris 27. Nouembris 1648.

ARGVMENTVM.

Cambij Litteras conscribens non liberatur, nisi solutione subsecuta, & quid si creditor exegisset cambia à mercatoribus, & fuisset negligens in litterarum exactione, eruditè resoluitur. Consignatio litterarum cambij an inducat delegationem, ita vt illarum scriptor remaneat liberatus, clarè demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Debitor nõ liberatur per consignationem litterarum cambij, nisi secuta solutione.*
Et quid si creditor exegerit cambia dd. litterarum à mercatoribus, num.9.
2 *Delegatio vt facta dicatur, quæ requirantur.*
3 *Cambij litteræ præsumuntur potius receptæ à creditore loco cautionis, & pro faciliori exactione, quã in extinctionem, & solutionem crediti.*
4 *Cessio, vbi apparet, quod fuerit facta simpliciter ad commodum cedentis solutionis causa, importat simplex mandatum, non autem extinctionem debiti.*
5 *Mens, & intentio contrahentium, omnibus præualere debet.*
6 *Venditor, si in instrumento venditionis reseruauerit hypothecam super bonis venditis, donec pretium fuerit solutum, & emptor litteras cambij conscripserit, an possit dici debitum extinctum.*
7 *Verba quando sunt clara, non admittunt interpretationem in contrarium.*
8 *Intentio partium qualis fuerit in præcedentibus, benè arguitur ex subsecutis.*
10 *Fructus recompensatiui debentur venditori pro rata pretij non soluti.*
11 *Delegatio non censetur inducta per consignationem litterarum cambij, si ille, qui eas conscripsit, promisit manutenere exigibiles.*
12 *Delegatio, prout datio in solutum liberat debitorem, & transfert periculum nominis cessi in accipientem.*
13 *Cambij litteras conscribens non liberatur, nisi secuta solutione, & quid creditor fuisset negligens in exigendo dd. litteras.*
14 *Negligentia excluditur stante impedimento proueniente ex facto aduersarii.*
15 *Diligentiæ contra debitorem cessum factæ censentur, stante citatione executa contra cedentem ad indicandum bona illius.*

DECISIO CCLX.

QVAMVIS exceptiones Christophori sufficienter sublatæ fuerint per decisiones in causa factas adhuc tamen ipso non acquiescẽte proposui dubium, an sententia Rotalis esset confirmanda, vel infirmanda, & Domini pro
1 confirmatione responderunt; † nam creditum Petri Poterij clarè resultat ex instrumento venditionis prædij de mẽse Iulij 1638. in quo inter alia prædictus Christophorus ad computum pretij dedit, & consignauit Poterio litteras cambij debitas per Spuntonos in summa lib.4000. quę cum nunquam fuerint solutę rectè egit Poterius cõtra cedentem pro illarum consecutione, *l.si debitorem 21.vbi Castr. num.3. ff.de nouat.l.si litterarum, 23.ibique gloss.Bart.& cõmuniter Scribentes, C.de solutio.Gabr.de nouat.concl. 1.num.19.vers.contrarium,& num.seqq. Dec.cons.99 num.4.Rot.decis.244.num.8.& decis.445. par.4.diuers.& in recent.decis.679.num.2.par.1.& dec.716. num.1.par.3.Buratt.decis.486.à princip.& dec.497. num.1.& seqq.cum aliis per Capic.Galeott.lib.1.controu.32.num.17.vers.videtur enim,& seqq.*

Delegatio verò, vel datio insolutum nullo
2 modo prætendi potest. † Siquidem delegatio exclu-

excluditur cum non concurrant requisita per gloss. in l. quamuis, §. si mulier, il 2. ff. ad Velleia. Alex. cons. 175. num. 4. lib. 7. Gozad cons. 38. num. 2. vers. tamen secus, Rot. d. decis. 445. num. 1. par. 4. diuers. & coram san. mem. Greg. dec. 217. nu. 1. & seqq. & plures cumulat Gratian. discept. foren. cap. 46. n. 16.

3 Et præsumptio † stat semper pro creditore, quod potius recipiat litteras loco cautionis, & pro faciliori exactione, quam in extinctionem, & solutionem crediti, l. vbi quis, ff. de const. pec. l. fin. C. de nouatio. Bald. cons. 348. nu. 3. vers. amplius sciendum, lib. 1. Rot. decis. 716. num. 1. par. 3. in recent.

Idque etiam affirmant testes ser. ser. examinati dati in Summ. sub num. 2. deponentes, quod Poterio conquærenti de mora, & impotentia Spuntoni in soluendo, respondebat Christophorus, quod si Spuntonus non erat idoneus, ipse poterat satisfacere, & quod interim pro
4 cautela exhibebat facere fictum francantē. † Ex quibus apparet, cessionem fuisse simplicem ad commodum cedentis solutionis causa, quę importat simplex mandatum, non autem extinctionem debiti, Imol. in l. facta, §. si hæres scriptus, num. 4. ff. ad Trebell. Socc. cons. 37. numer. 4. & seqq. lib. 4. Corn. cons. 139. num. 4. lib. 3. Surd. cons. 22. num. 10. Osasch. decis. Pedem. 62. num. 7. Rot. coram Duran. decis. 266. num. 16. & 17.

Dationi verò insolutū expressè repugnant,
5 non solum pacta in instrumento † adiecta, sed etiam mens, & intentio contrahentium, quæ omnibus præualere debet, l. in conuentionibus, ff. de verb. signif. l. vlt. C. quæ res pign. obl. poss. Bald. in l. etiam num. 3. C. de iure dot. & in cons. 343. in fin. lib. 1. Rot. in Cæsenaten. hæreditatis 8. Iunii 1618. coram Sacrato.

6 Etenim Poterius venditor † conuenit in instrumento, quod donec pretiū solutum fuerit intelligeretur reseruata specialis hypotheca, & dominiom super bonis venditis, signū euidens, quod debitum non erat extinctum, & pretium non erat solutum, vt aduertit Cagnol. in l. singularia in 1. lect. nu. 188. ff. si cert. petat. Surd. decis. 23. num. 8. & seqq. & ponderatur in 1. decis. R.P.D. mei Verospii in §. hinc quoque eliditur, & in decis. R.P.D. mei Roias in §. nec subsistit.

Nec dicatur, quod reseruatio huiusmodi intelligi debeat respectu pretij, quod remanebat soluendum vltra lib. 4000. prædictas. Nam partes id melius, & clariùs declarauit in alio instrumento celebrato de anno 1641. vbi eadē reseruatio sub his verbis repetita fuit, ibi, Saluis tamen iuribus contra Christophorum, prout illi spectabant ante confectionem præsentis instrumenti pro summa libr. 4000. in casum, in quem ipse Poterius nō posset exigere litteras cambii cum Ludouico, & Iulio de Spuntonis alias assignatas, quæ cantarunt, & cantant sub nomine dicti Christophori, & ipse tenetur dictas litteras exigibiles manutenere, vt latius in eodem
7 instrumento. † Quæ verba, cum sint satis clara, non admittunt interpretationem in contrarium, l. si ita stipulatus, §. Chrysogonus in fin. ff. de
8 verb. obl. l. ille aut ille, §. cum in verbis, ff. de leg. 3. & benè demonstrant † qualis fuerit intentio partium in instrumento præcedenti, l. sed Iulianus, §. proinde, ff. ad Maced. Surd. cons. 441. nu. 29. in fin. & numer. seq. Rota coram Buratt. decis. 476. num. 12.

9 Neque † à prædicta reseruatione potest dici recessum ex eo, quod idem Petrus exegerit postea cambiā à dictis de Spuntonis, nam benè id licuit facere mandatario nomine vigore facultatis ei demandatæ per Christophorum, vt deponunt testes formiter examinati, ibi, detto Christoforo gli disse, che tenesse detta lettera in pegno, e che detto Pietro riscotesse solo li frutti di detta lettera dalli Mercanti, &c. vt ponderatum fuit in 2. decis. R.P.D. mei Verospii, §. neque dici; vnde talis exactio non potest importare litterarum
10 acceptationem, † sed dicta cambia debent cedere in satisfactionem fructuum recompensatiuorum, qui eidem pro rata pretij non soluti veniebant soluendi, iuxta tex. in l. curabit, C. de action. empt. Rot. in Romana domorum 1. Decēb. 1606 coram S.D.N. Innocentio X.

11 Christophorus † etiam emptor easdem litteras bonas, & exigibiles manutenere promisit, & ita declarauit expressè noluisse facere delegationem, vt respondit I.C. in l. si mandato meo, §. fin. ff. mand. Surd. decis. 23. numer. 6. vers. & in primis, & num. seq. Gratian. discept. forens. cap. 64. num. 1. & seqq. & num. 22. et 26. et cap. 527. num. 4. & seqq.

12 Delegatio enim, † prout datio in solutum liberat debitorem, & transfert periculum nominis cessi in accipientem, l. inter causas 26. §. abesse, ff. mand. l. si nomen, 4. ff. de hæredit. vel actio. vend. l. 3. post med. vers. quod si delegationem, C. de nouatio. Surd. cons. 23. num. 32. in fine, & num. seq. Rot. coram Buratt. decis. 476. numer. 7. Duran. decis. 266. num. 15. & 17.

13 Quibus stantibus corruit † obiectum exaduerso deductum respectu moræ, & negligentiæ Poterij in exigendo prędictas litteras, quia cessante delegatione illa nō nocet quominus creditor redire possit contra credentem, vt dixit Rot. decis. 455. circa fin. par. 4. diuers. repetita apud Pacif. decis. 50. num. 4. & coram Buratt. decis. 497. in fine.

14 Immo etiam † excluditur ex facto ipsius Christophori, qui post dictam assignationem easdem litteras in sui faciem renouauit, illasq; requisitus, recusauit exhibere, vt patet ex summar. num. 6. et 7. itaut Poterius earum executionem, etiam iudicialiter petitam non valuerit obtinere, l. intra vtile 40. vbi Bald. & alii, ff. de minor. l. si cum ipse 42. ff. de excus. tutor. Gonzal. super reg. 8. §. 3. prohem. num. 41. Rot. coram Verall. decis. 108. num. 6. & seq. par. 2. & coram Buratt. decis. 896 num. 3.

Cessat pariter aliud obiectum de diligentijs per Poterium faciendis; nam si Christophorus fecit ipse omnem diligentiam pro consequenda satisfactione frustra alia erat facienda per
15 Poterium, † qui in omnem casum stante citatione executa contra Cgristophorum ad indicandum bona debitoris videtur huiusmodi onus sufficienter adimpleuisse, iuxta theoricā gloss. in l. 4. à Diuo Pio, §. in venditione, verbo capiantur, ff. de re iudic. Caroc. de excus. bonorum par. 2. quæst. 32. num. 1. Ciriac. controu. forens. cap. 5. num. 144. et seq. Rota in Bonon. pecuniaria 17. Iunij

nii 1641. coram Reuerendissimo Salamantino.

Et ita decisum fuit altera tantum parte informante.

REVERENDISS. P. D. CERRO.
S. Rot. Rom. DECANO.

Farfeñ. Bonorum.

Veneris 27. Nouembris 1648.

ARGVMENTVM.

Transportationis defectus inductus vigore Concilij Tridentini sess. 24. cap. 20. de reformat. nō procedit in causis prophanis, in quibus ea solum acta transportare necessarium est, quæ tendunt ad iustitiam, vel iniustitiam causæ.

Quando bona emphiteotica veniant in confiscationem plenè in hac decisione discurritur.

SVMMARIVM.

1 *Notario quoad acta fides adhibetur.*

2 *Processus dicitur nullus actis non transportatis.*

3 *Concilium Tridentinum sess. 25. cap. 20. de reform. non habet locum in prophanis.*

4 *Transportatio actorum in prophanis ea requiritur, quæ releuantiam, & iustitiam, vel iniustitiam concernit.*

5 *Defectus transportationis actorum in prophanis non impedit iurisdictionem, nec nullitatem operatur.*
Transportationis defectus donec discutiatur, impedit executionem sententiæ, num. 5.

6 *Bona emphiteotica non confiscantur neque ad dominium directum deuoluuntur ob delictum emphiteotæ circa aliud, quod ipsam emphiteosim commissum.*

7 *Emphiteusis ecclesiastica de sui natura videtur ex pacto, & prouidentia.*

8 *Emphiteusis ecclesiastica in Abbatia Farfeñ redacta est ad instar bonorum allodialium.*

9 *Bona emphiteotica transitoria ad extraneos veniunt in confiscatione, & num. 11. 13. & per tot. decis.*

10 *Emphiteusis à priuato concessa, transit in fiscum, Ecclesiastica verò non, licet sit transitoria ad extraneos.*

12 *Emphiteusis pactionata in qua tributa est tantummodo facultas alienandi non transit in fiscum.*
Alienationis licentia in contractibus intelligitur de ea, quæ fit expressè, num. 12.

13 *Fiscus succedit loco hæredis, & quando.*

14 *Fiscus est idem cum Ecclesia concedente emphiteusim.*

15 *Delicti agnitio ex supplicatione resultat.*

16 *Mandatum præsumitur ex productione iurium, & impensis à procuratore factis.*

17 *Ratificatio gestorum à procuratore resultat ex actis in eorum executionem factis.*

18 *Ratificatio tollit defectum mandati, & ipsi mandato æquiparatur.*

19 *Emphiteota si pro noua inuestitura aliquid soluit, antiquam illi non suffragasse demonstrat.*

20 *Consensus antiqui emphiteutæ in nouam inuestituram factam in personam alterius deducitur ex eo, quod ille non reclamauit.*

21 *Consensus tacitus inducitur in sciente etiam per solum annum, & sup. num. 20.*

22 *Emphiteuta antiquus si inuestituræ factæ denouo emphiteotæ non reclamauit per tempus longum, remanet exclusus ab omni commodo.*

23 *Inuestitura posterior non suffragatur in præiudicium anterioris.*

DECISIO CCLXI.

SENTENTIAM Rotalem denegantem Iulio Ranaldo immissionem, & declarantem eidē non suffragari inuestituras bonorum, de quibus agitur, dixerunt Domini esse confirmandam, licèt eiusdem sententiæ validitatem, & iustitiam idem Iulius hodie acriter impugnaret.

Quo enim ad validitatem nihil refert, quod ab initio hæc causa fuerit cępta coram AC. ibique facta quamplura acta, vt constat ex at-
1 testatione Notarij, † cui in hoc solet fides adhiberi, ex allegatis *in Assisien. bonorum 9. Decembris 1644. coram R. P. D. meo Peutingerio,* itaut proindè nulliter processum fuerit illis non traspor-
2 tatis, † etiamsi ad Rotam causa postmodum deuenerit per viam auocationis, *iuxta dec. Guidop. 440. num. 2.* quam sequuta fuit *Rota in Placentina decimarum 18. Nouembris 1638. coram bon. mem. Pirouano, & in Marsicen. iurisdictionis 18. Februarij 1647. §. atque hinc tollitur coram R. P. D. meo Bichio.*

Quia in prophanis (vt in casu, de quo agi-
3 tur) † in quibus non habet locum dispositio *Sac. Concil. Trident. sess. 24. cap. 20. de reform.* transportatio, quam iubet Imperator *in l. 2. Cod. de*
4 *eden.* † intelligitur de actis releuantibus, quæ conferant ad iustitiam, vel iniustitiam detegēdam, vt distinguendo respondetur *in Leodien. Dominij de Steuordia coram bon. mem. Coccino apud Fenzon. ad Statut. Vrb. decis. 165. §. His positis, & §. Est tamen,* idemque firmatur in *Ariminen. fideicommissi 28. Iunii 1641. coram me, §. nullam autem, vers. erat omnino, & in dicta Assisien. bonorum §. non obstat.* Ideoque non constito, An acta non transportata sint releuantia, necne, omissio transportationis non impedit exercitium iurisdictionis Iudicis ad quē, nec operatur sen-
5 tentiæ nullitatem, † sed tantummodò suspendit illius exequutionem, donec discutiantur, vt explicauit *Rota in Panormitana Archidiaconatus 26. Februarii 1590. coram bon. mem. Penia inter eius impress. decis. 72. num. 1. 2. 3. & 4. in dicta Leodien. Dominii de Steuordia dicto §. His positis, vers. in causa vero prophana, ac postremo in Romana societatis affictus 27. Martii 1647. coram R. P. D. meo Arguellio §. hanc tamen vers. vnde actis.*

Quo verò ad iustitiam; Non obstat, quod inuestitura concessa anno 1587. Tholomeo, & Delio fratribus sit ex pacto, & prouidentia, quodque proindè in præiudicium Iulij filij eiusdem Tholomei ex propria persona vocati bona ibidem comprænhensa confiscari non potuerint, nec ad Dominum directum deuol-
6 ui ob delictum progenitoris, † dum commissum non fuit circa ipsum contractum emphiteoticum, scilicet non soluendo canonem, vel

vel bona alienãdo ipso irrequisito, aut ex alia simili causa, vt distinguit *Bart. in l. eum, qui n. 3. vers. per hoc dico, ff. de interdict. & re legat.* quem sequitur *Surd. cons. 76. num. 8. alijque allegati in decisione huius causæ edita 19. Iunii 1647. coram R. P. D. meo Royas §. primo in fine.*

Placuit enim responsio, quod licèt agatur de emphyteusi ecclesiastica, quæ ex sui teno-
7 re videtur ex pacto, & prouidentia, † tamquam concessa pro se, filijs, & nepotibus masculis absque mentione hæredum, vt tradit *Bart. in l. iuris iurandi, §. si liberi num. 4. ff. de oper. libert. Paris. cons. 23. num. 30. post med. lib. 1. Peregr. cons. 28. n. 11 lib. 1. Menoch. cons. 1153. num. 3. & 4. Surd. d. cons. 76 num. 3. cum seqq. Rossental. de feud. cap. 11. conclus. 7. num. 5.* Ex generali tamen consuetudine Abbatiæ Farfen. omnia bona in huiusmodi inuestituris compræhensa, & emphiteotica ex pa-
8 cto, & prouidentia † redacta sunt ad instar bonorum allodialium, vt punctualiter firmatũ fuit in *Farfen. bonorum 17. Aprilis 1606. coram bo. mem. Penia, & in alia Farfen. bonorum coram bo. me. Buratto decis. 87. num. 7. 8. & 9. ac admissum fuit in Farfen. prætensi Saluiani 14. Iunii 1617. coram recol. mem. Coccino in recent. decis. 86. num. 9. cum seqq. par. 5.* Indeque tamquam transitoria ad quoscumque hæredes etiam extraneos veniunt in
9 confiscatione, † ac licitè transeunt in fiscum, iuxta magis communem, & receptam opinionem, quam pro veriori tenuerunt *Soccin. Sen. cons. 266. nu. 32. vers. quarto hoc idem, cum seqq. lib. 2. Curt. Iun. cons. 4. n. 20. & 21. ac signanter vers. sequitur ergo lib. 1. Alciat. respons. 34. num. 5. vers. nã, & videbimus lib. 1. Plot. inter cons. Zilet. lib. 1. consil. 130. num. 72. vers. sic. & emphyteusis, Boss. in prax. tit. de bonor. public. num. 16. vers. hoc modo distinguitur, & melius num. 60. vbi in vers. tamen iure verior,* testatur sic fuisse iudicatum Mediolani, *Gig. de crim. læs. maiest. par. 3. tit. de pæn. q. 6. num. 4. et 5. & inter tract. magn. tom. 11. par. 1. fol. mihi 68. à tergo, Sanchez in præcept. decalog. par. 1. lib. 2. cap. 19. num. 29. Card. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 30. num. 7. Fachin. contr. iur. lib. 9. cap. 53. per tot. & signanter vers. quod autem, Castropal. oper. moral. par. 1. tract. 4. disput. 5. punct. 8. num. 8. Caball. resol. crim cas. 182. n. 7. & 8. Farinac. in prax. tom. 1. tit. de delict. & pœn. qu. 25. num. 56. vers. sed quod imò Modern. Fulgin. de iur. emphit. tit. de success. in bon. emph. quæst. 4. num. 13. & 14.*

Nec applicantur deducta *per Clar. in §. emphiteusis quæst. 29.* distinguentem inter emphiteusim concessam à priuato, & concessam ab Ecclesia, vt scilicet prima transeat in fiscum,
10 secunda † verò non transeat etiam si ad extraneos sit transitoria: Præter quod enim eius dictum reprobatur expressè à pluribus, & præsertim *à Fachin. d. quæst. 53. vers. quod autem, & à Farinac. dicta quæst. 25. num. 56.* Ratio per ipsum deducta tota sistit in præiudicio Ecclesiæ, cuius conditio efficeretur deterior ex transitu bonorum in fiscum, qui longè potentior est, quam priuatus non solum ex difficultate inconueniendo, sed ex pluribus alijs priuilegijs, quæ habet, vt ponderat loco allegato *vers. breuiter si emphiteusis, verb. certum est enim.* Quę ratio siue bona, siue mala, cessat vbi, prout hic, Bursa fiscalis eadem est cum Bursa, seu Mensa Ecclesiæ Dominæ directę: Hoc enim casu non deest iurisdictio in Iudice confiscante, vtpote Ecclesiastico, nec timeri potest præiudicium, aut damnum Ecclesiæ ob acquisitionem durioris emphiteutæ; vnde in his terminis infi-
11 ciari non potest, † quin bona alioquin transitoria ad extraneos ex confiscatione transeant in fiscum ex iuribus supra allegatis, & in pũcto ita distinguendo firmat *Aym. cons. 128. sub num. 6. vers. circa secundum.*

Prout minus aduersantur deducta *per Corbul. de caus. priuat. ob mortem ciuil. sub num. 38. vers. veruntamen supradictis non obstantibus, cum seqq.*
12 Quia loquitur de emphiteusi † pactionata, in qua tributa est tantummodò inuestito, facultas, & licentia alienandi, & defendit licentiam huiusmodi non suffragari fisco, ex quo in cõtractibus similis licentia alienandi intelligitur de alienatione, quæ fiat expressè, per ea, quæ monuit *Bart. in l. qui Romæ, §. duo fratres, quæst. 8. ff. de verb. oblig. & Alex. cons. 199. num. 10. volum. 2.* Nos autem non sumus in emphiteusi pactionata cum sola licentia alienãdi, sed in emphiteusi ex consuetudine redacta ad instar bonorum allodialiũ, & sic transitoria ad extraneos, in qua non est opus, quod inuestitus disponat, vt fiscus succedere possit, sed sufficit, quod delinquat; tunc enim fiscus succedit, non quia delinquens dicatur in eum alienasse, sed ex eo, quod in dicta emphiteusi compræhenduntur
13 etiam extranei hæredes, & sic etiam † fiscus, qui venit loco hæredis extranei, vt optimè materiam explicat, & declarat idem *Corbul. loco alleg. à num. 50. vers. ad ea autem, quæ in contrariũ cum seqq. & signanter num. 60. vers. non obstat consilium Soccini.* Qui licet superius tenuerit contra fiscum, quando habens facultatem alienandi expressè non alienat; contrarium dicit procedere, quando emphiteusis concessa foret pro se hæredibus, & quibus dederit, quasi tunc fiscus venire possit, non vt à delinquente vocatus, sed vt ab initio compræhensus in inuestitura, indeque doctrina *Corbul.* non aduersatur superiùs deductis, sed intrat conclusio supra firmata, quod in fiscum transeant bona emphiteotica, quando sunt transitoria ad hæ-
14 redes etiam extraneos, † & fiscus est idem cũ Ecclesia concedente, vt pariter voluit *Aym. d. cons. 128. num. 6. vers. sed hic aduerte, & vers. sed istud intelligitur.*

Subsistentia autem, & iustitia confiscationis vlteriori probatione non eget, cum Iulius illi acquieuisse, omniaque desuper gesta ratificasse videatur, tum petendo anno 1592. sibi satisfieri, de quibusdam eius creditis, & contra fiscum, seu D. Abbatem Farfen. Dominum directum obtinendo separationem bonorum dotalium ipsius Auiæ, & matris respectiuè è bonis confiscatis; tum etiam porrigendo preces, & supplicationem anno 1602. eidẽ D. Abbati, vt ob amorem Dei bona, de quibus agitur, ipsi relocaret, nouamque concederet inuestituram, ibi, *Giulio, Marco, e Liuia Ranaldi, &c. gl'espongono qualmente gl'anni passati gli furono confiscati tutti i loro beni, &c. per delitti, che si pretende-*

tendeuano commessi dal Padre, & vn lor Zio: Per tanto humilmente supplicano per l'amor di Dio voglia esser contenta ordinare al suo Commissario de locationi, che voglia fargli nuoua inuestitura, & pagato il solito emolumento voglia relocargli detti beni de lor Padre, e lor Zio &c. Hinc igitur necessario resultat agnitio delicti, ac approbatio applica-
15 tionis, & confiscationis præfatæ pro valida, & iusta, itaut amplius impugnari non valeat, vt latè responsum fuit *in decisione huius causæ edita coram R. P. D. meo Rojas 19. Iunij 1647. §. imò præfatam cum sequenti, & nouissimè firmatum in Curien. feudi 27. Aprilis præteriti coram R. P. D. meo Bichio §. cumque in præsenti.*

Nec releuat, quod petitio dictarum dotiū, & bonorum separationis facta fuerit à Procuratore absque speciali mandato: Quodque supplicatio pro noua inuestitura ex gratia, & propter amorem Dei non inducat renunciationem iuris sui.

Mandatum enim procuræ dixerunt Domi-
16 ni sufficienter præsumi † non solum ex productione Iurium, & impensis necessarijs factis ab ipso Procuratore, vt dictum fuit *in Ciuitaten. Archipresbyteratus 24. Martij 1645. §. primo autem in fine, in Bononien. rescissionis contractus 28. Iunij eiusdem anni §. nec satisfacit, & in Romana subhastationis de Alexijs 17. Februarij 1647. §. de possessione autem coram me*: sed etiam ex consequutione eorumdem creditorum, & bonorū separatione, quæ omnia Iulius cum suis fra-
17 tribus obtinuit, † & acceptauit, exinde enim desumitur ratificatio omnium gestorum à Procuratore, *vt dixi t Rota coram bon. mem. Buratto decis. 54. num. 16. coram Card. Caualer. dec. 61. num 6.* & in alijs relatis *in Cæsenaten fructuum 28 Iunij 1647. coram R. P. D. meo Rojas §. nihil obstat.*
18 Quæ tollit quemcumque † defectum mandati ipsique mandato æquiparatur etiā si speciale requireretur *cap. ratihabitionem, vbi DD. de reg. iur. in 6. san. mem. Greg. decis. 295. num. 4. & decis. 525. pariter num. 4. & seqq. ac nuperrimè dictum fuit in Romana, seu Ianuen. locorum montium prima Iulij præteriti coram me §. secunda.* Ex supplicatione verò concludenter elicitur confiscationis acceptatio, suorum iurium renunciatio, cum Abbas Farfen. non tenetur ex iustitia illum reinuestire, sed ei nouam inuestituram ex gratia concesserit solutis scutis cētum, quæ
19 sanè ipse non soluisset, † si aliquod ius ex antiqua inuestitura sibi adhuc competere agnouisset *ad text. in l. cum de indebito ff. de probat.*

Et cessat omnis hæsitatio ob eius patientiā, & quinquagenariam acquiescientiam; Cum enim passus fuerit inuestiri illos de Fœlicibus. & per quinquaginta annos nunquam reclamauerit vtique consensisse videtur illorum inuestituræ, ad quem effectum sufficit con-
20 sensus etiam tacitus, *vt notat glos. in §. præterea verb. regressum tituli quib. mod. feud. amitt. il primo,*
21 qui in sciente † inducitur per annale silentiū, *Bald. in §. porro num. 1. ante fin. vers. nota, quod annuale, qual. feud. alien. poss. Balzeran. in d. §. præterea num. 5. vers. intellige*, & tamen in casu nostro adest silentium longissimi temporis, adeo vt proindè ab omni iure forsan sibi competente
22 ex † illa primordiali inuestitura remanserit exclusus, vt ad litteram decidit *text. in d. §. præterea ibique Isern. num. 2. Aluarott. num. 1. & seq. Bald. in princ. & num. 1. in fin. Balzeran. d. num. 5. tit. quib. mod. feud. amitt. il primo, alijque adducti in dicta decis. coram R. P. D. meo Rojas §. sed quod mouit Dominos.*

Cæterum respectu inuestituræ concessæ ipsimet Iulio anno 1602. Domini transierunt cum iisdem fundamentis præcedentium De-
23 cisionum emissarum † 14. *Decembris 1646. 18. Februarii, & 19. Iunii 1647. coram eodem R. P. D. meo Rojas*, quod scilicet ipsi suffragari non valeat tanquam longè posterior concessione facta dictis de Fœlicibus.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. BICHIO.

Calaguritana Beneficij.

Veneris 27. Nouembris 1648.

ARGVMENTVM.

Ardua intèr Theologos cōtrouersia eligendi digniorem, vel simplicitèr dignum in hac decisione discutitur, vbi quod in beneficijs simplicibus licèt verùm sit dignum posse absque vlla difficultate eligi, electio tamen dignioris semper est securior.

SVMMARIVM.

1 *Dignus in beneficijs simplicibus eligi potest omisso digniori.*
2 *Dignus si in simplici beneficio eligi non posset omnes Prælati essent in statu damnationis.*
3 *Dignior semper simpliciter digno præferri debet, vbi ita aliqua constitutione cauetur.*
4 *Constitutio præferens digno digniorem dicitur facta in fauore Ecclesiæ, vt illa melioris habeat ministros.*
5 *Dignior esse potest ille cui deest ætas si cæteros alijs præcellat qualitatibus, & vide num. 16.*
6 *Dignior quandò debeat præsentari.*
7 *Facultas præsentandi digniorem intelligitur arbitrio boni viri.*
Clausula, quem ipse maluerit, *importat arbitrium boni viri num. 7.*
8 *Beneficia Calaguritana adiudicanda sunt digniori.*
9 *Beneficia etiam simplicia digniori adiudicare securiùs est.*
10 *Sacerdos dicitur dignior in concursu non sacerdotis.*
11 *Sacerdotium probatur ex literis patentibus ordinarij.*
12 *Fides baptismatis probat ætatem.*
13 *ad Sacerdotium sufficit attingere vigesimum quintum annum.*
14 *Dignior dicitur qui est approbatus ad confessiones.*
15 *Dignior dicitur habens facultatem administrandi sacramenta in tota Diocesi.*
16 *Aetas maior data paritate probat quem esse digniorem, & vide super num. 5.*
17 *Præsentatio attentata nullius est momenti.*
18 *Arbitrium Rotæ succedit loco arbitrij examinatorum*

DE-

DECISIO CCLXII.

BENEFICII vacantis per obitum Michaelis Munoz adiudicationẽ contendentibus Michael Gurrea, & Iosepho Ventura quorum primus in examine iuxta formam motus proprij Clementini facto in partibus fuerat reiectus, & à mala relatione appellauerat, Rota censuit decernendam esse Iosepho ex rationibus deductis in decisione edita sub die 26. Iunij 1648. coram me.

Nuperrime Didacus Zappata vnus ex oppositoribus ad idem beneficium approbatus in dicto examine ad curam animarum, qui pariter à relatione examinatorum, eo quod dictum Iosephum æque idoneum ad curam animarum renunciauerunt appellationem interposuit, sibi postposito Iosepho beneficium adiudicari petijt, ipsique disputato desuper particulari dubio adiudicandum esse hodie Rota censuit tanquam digniori.

Quamuis enim etiam Ioseph sit dignus, & in beneficijs simplicibus quale est istud agitata valde à scribentibus sit quæstio an eligi possit dignus omisso dignori cum de beneficijs simplicibus neque Concilium Tridentinum sess. 24. de reform. cap. 1. & cap. 18. neque Cõstitutio Pij V. loquatur, antiqua verò iura admodum sint dubia propter consuetudinem introductam à Papa præferendi in huiusmodi beneficijs dignos dignioribus, qua videtur abrogata dispositio contraria Innocentij Tertij loquens de beneficijs non Curatis in *cap. 1. §. Circa vt benef. sine diminut. conferan.* de iure autem diuino, & naturali seclusa ordinatione Ecclesiæ beneficia non videntur esse bona cõ-
1 munia, & præmia meritorum, † nec est præceptum quod dentur dignioribus ob quas rationes affirmatiuam sententia tuetur *Nauarr. de restit. lib. 2. cap. 2. num. 172. & num. 182.* quem sequitur *Guttier. Canon. quæst. lib. 2. c. 11. sub n. 12. col. 2.* vbi circa finem ait, quod si aliud diceremus omnes ferè Prælati essent in statu damnationis prouidentes beneficia simplicia di-
2 gnis † prætermissis dignioribus, quæ acerbissima profectò esset sententiam *Molin. de primog. lib. 2. cap. 5. nu. 55. Garz. de benef. par. 7. cap. 16. n. 16. & seqq. Barbos. de iur. Eccles. lib. 1. cap. 19. num. 138. vbi allegat concordantes Adden. ad Gregor. decis. 11. vers. tertia conclusio Seraph. dec. 942. num. 5.*

Negatiua opinio ad fauorem dignioris con-
3 tradictione caret † quando particulari aliqua constitutione cautum est beneficia simplicia conferri dignioribus, vt declarat idem *Garz. d. par. 7. cap. 16. num. 17. num. 39. & seqq.* nam Cõstitutio illa facta videtur in fauorem Ecclesiæ
4 vt habeat meliores ministros *Rebell. de oblig. iust. par. 1. lib. 3. quæst. 5. in princ. vers. tertio quia Guttier. Canon. quæst. d. cap. 11. num. 55. in fin. Petrus Ledesma 2. par. tract. 8. cap. 8. conclus. 13. Barbos. de iur. Eccles. d. cap. 19. num. 137. in fin. Modernus Capuccinus à Bononia de elect. dub. 33. num. 6.*

Et hic est casus noster; nam Constitutio Clementis Octaui in verbis mandat eligi digniorem, ibi, *ex quibus dicti Beneficiati quem ipsi, vel eorum maior pars digniorem inter approbatos ab examinatoribus similiter iudicauerint præsentare, & c teneantur*, Nec obstat quod supra eadem Constitutio loquens de officio examinatorum præcipiat ipsis, vt absoluto examine referant omnes oppositores idoneos respectu scientiæ ad curã animarũ exercẽdam repertos quot quot fuerint licet ætas in eis desit, quia Pontifex ab examinatoribus voluit tantum scientiæ scrutinium fieri, ideoque ætatis, vel aliarum qualitatum rationem non haberi, exinde autem inferri non potest, quod idem seruandũ sit in præsentatione post relationem examinatorum facienda à Beneficiatis vnius ex repertis idoneis in examine quem Beneficiati maluerint, quia infra illis expressè præcipitur, quod eligant digniorem qualis esse potest etiã
5 is cui deest ætas † si competitores præcellat alijs qualitatibus *Mant. decis. 275. sub num. 4. cum alijs alleg. à Moder. Capuccino Bononien. de elect. dub. 32. sub num. 3.* Et ponderanda est dictio illa, *similiter*, ibi, *digniorem similiter indicauerint*, quæ
6 denotat Põtificem etiam in casu plurium approbatorum ad curam animarum paulo supra disposito sensisse, quod præsentaretur dignior ad trad. per *Gabr. cons. 8. num. 13. lib. 2. Menoch. cons. 628. num. 9. Surd. cons. 303. nu. 34. Barbos. dict. 367. num. 1.* ita vt clausula superius posita, ibi, *quem ipsi maluerint*, conferat dum taxat facultatem præsentandi quem digniorem iudi-
7 cauerint arbitrio boni viri, † quod solum ea clausula tribuit *Castr. cons. 335. num. 3. lib. 1. Alex. cons. 129. num. 53. lib. 1. Dec. cons. 493. nu. 16. in fin. Socc. iun. cons. 129. num. 54. lib. 1. Fab. de Anna cons. 75. num. 28. & seqq. lib. 1. Rot. dec. 79. num. 10. par. 6. recent.* & magis in terminis *Molin. de primog. lib. 2 cap. 5. sub num. 69. vers. si vero electori*. Vnde in omnibus causis Calaguritanis fuit indistinctè
8 decisum beneficia † adiudicanda esse digniori, vt in pluribus decisionibus relatis in *Calaguritana beneficij della casa della Reina 27. Martij 1648. coram R. P. D. meo Ghisilerio*, quod etiam
9 semper securius† esse in beneficijs simplicibus admonet *Guttier. d. lib. 2. cap. 11. sub num. 12. col. 3 vers. securius tamen.*

Est verò Didacus Iosepho dignior. Primo ratione sacerdotij quod prelationem præstat
10 in Concursu aduersarij, † qui Sacerdos non est, licet agatur de beneficio non sacerdotali *Guttier. cons. 2. num. 22. Dec. cons. 542. num. 12. & 13. Lara de Cappell. lib. 2. cap. 3. num. 17. Rota in d. Calaguritana beneficij della casa della Reina*, & nouissimè in alia *Calaguritana Beneficij 20. mensis currentis coram R. P. D. meo Peutingero.* Sacerdotium
11 verò Didaci probatur ex litteris † patentibus Ordinarij *Felin. in cap. post cessionem num. 15. de probat. Buratt. decis. 255. num. 14. dec. 708. num. 1.* & è conuerso aduersarium talem non esse educitur, quia vt apparet ex fide eius baptismatis,
12 quæ ætatem probat. † *Viuius decis. 443. num. 5. lib. 3. Seraph. dec. 1138. num. 2. Buratt. dec. 365. nu. 2.* nondum attigit vigesimum quintum annum
13 in promouendo † necessarium ex dispositione *Concilij Trid. sess. 23. de reform. cap. 12. ac tex. in clem. generalem de ætat. & qualit. cum alijs alleg. à Barbos. de iur. Eccles. lib. 1. cap. 32. num. 88. & 89.*

Secundò, dignior est Didacus, quia vltro est

est approbatus ad audiendas confessiones cũ
14 facultate amplissima absoluendi etiam à casibus reseruatis, vt ponderauit *Rot. in Calaguritana Beneficij della casa della Reina 4. Iulij 1646. coram R.P.D. meo Verospio, & in eadem 16. Ianuarij 1647. coram me*; imo habet licentiam generalem administrandi Sacramenta in tota Diœcesi.
15 cesi. † quam qualitatem magni fecit *Rota in Ripana Parrochialis 23. Iunij 1608. coram Sanctiss. D.N.*

Tertiò, ætas maior ex fide baptismatis pro-
16 bata illum digniorem reddit, † data paritate scientiæ, & alijs qualitatibus concurrentibus *cap. cum in cunctis in princ. vbi gloss. verb. ætatis maturitas de elect. Innoc. in cap. 1. num. 1. de maior. & obed. Rot. in Calaguritana Beneficij de Logrono 27 Aprilis 1646. coram R.P.D. meo Roias, & in dicta Calaguritana Beneficij coram Domino meo Peutingero*

Neque aduersario suffragatur institutio reportata ab Ordinario, cuius iudicium digniotatis præsumptionem facere solet, quia hoc procedit quando Ordinarius potuit præeligere ex pluribus aliquem; at iuxta motum proprium Clementis VIII. debet instituere quem beneficiati præsentarunt, & sic non intrat iudicium Ordinarij, sed beneficiatorum quod erroneum conuincitur dum ex supradictis Didacus dignior apparet. Præter quod tam institutio, quam præsentatio aduersarij
17 cum sit † attentata nullius momenti est, vt respondit *Rot. in Calaguritana Beneficij de Cornago 24. Iunij 1642. coram Reuerendiss. Episcopo Salamantino, & in supracitata Calaguritana Beneficij della casa della Reina, §. non obstat circa fin. coram R.P.D. meo Ghisilerio*. In qua vlterius firmatũ fuit quod in gradu appellationis beneficium adiudicandum est digniori quamuis ille à beneficiatis præsentatus non fuerit, eo quod Cõstitutio Clementina mandans beneficium cõferri ei quem beneficiati præsentauerint loquitur in casu quo omnes oppositores fuerunt ad curata, siue simplicia ab examinatoribus approbati, & à relatione examinatorum appellatum nõ fuit, secus verò appellatione interposita per quam ligatæ sunt manus beneficiatorũ
18 quo minus præsentent, † & loco arbitrij eorum succedit arbitrium Rotæ, idemque fuit dictum in *dicta Calaguritana Beneficij corã R.P.D. meo Peutingero*.

Et ita decisum informante solum Didaco octies tamen aduersario citato ad informandum.

R. P. D. ARGVELLES.

Gadiceñ Præstimonij.

Mercurij 2. Decembris 1648.

ARGVMENTVM.

Immissio ad instar l. fin. C. de edicto Diu. Adr. toll. quæ datur apostolico prouiso, non impeditur per habentem aliam prouisionem consimilem, vbi illa apparet in sui facie nulla, inualida, & subreptitia.

SVMMARIVM.

1 *Gratia motu proprio expedita nulla indiget iustificatione.*
2 *Gratia motu proprio facta paratam habet executionem.*
3 *Prouisus apostolicus committi debet iudicio possessorio ad instar remed. l. fin. C. de ed. diu. Adr. toll.*
4 *Titulum parem habere dicitur prouisus apostolicus ad impediendum immissionem similiter alteri prouiso.*
5 *Gratia prior, & anterior est præferenda.*
6 *Gratia posterior derogare debet regulæ de iure quæsito non tollendo.*
7 *Gratia quæ non derogat regulæ de iure quæsito non tollendo est nulla, inualida, & subreptitia.*
8 *Titulus inualidus non impedit immissionem habenti titulum validum, & num. 10.*
9 *Possessor cùm titulo dicitur legitimus contradictor ad impediendam immissionem, intellige, vt n. seqq.*
10 *Titulus quomodo esse debeat ad impediẽdam immissionem, & num. 11.*
12 *Citatio intrusi non facit eum legitimum contradictorem.*

DECISIO CCLXIII.

REVERENDISSIMO Domino Episcopo Gadiceñ gaudente alternatiua de mense Martij 1644. vacans per obitum Melchioris de Ayala Beneficium de quo agitur in Parrochiali Oppidi Hybralthar à san. mem. Vrbano VIII. tamquam reseruatum ex *Regula Cancellariæ octaua, hodie nona*, collatum fuit Eminentissimo D. Cardinali de Lugo. Postmodum fuit subreptum à Sanctiss. D. N. Innocentio per D. Lazzarum Iuuez Canonicum, & Archidiaconum Toletanum, vt præfertur. Controuersia ad Rotam delata, visum fuit Dominis d. Eminentissimum de Lugo fore immittendum in illius possessionem, vt pote habentem Gratiam Apostolicam Motu proprio
1 expeditam, † quæ non indiget aliqua iustificatione respectu Reseruationis, valoris, aliorumque narratorum, sed innititur sola voluntate, soloque verbo Papæ concedentis, *iuxta notata in c. si motu proprio 23. de præben. in 6. Clementina si Romanus Pontifex 7. eod. tit. & Clementina varia de probat. Abb. in c. Dudum 31. nu. 3. vers. Et puto hoc dictum de priuil. Acchil. dec. 10. num. 1. de probat. Put. dec. 101. num. 1. lib. 3. in correct. Buratt. dec. 938. num. 2. Reuerendiss. Vrgellen. dec. 154. num. 3 & 167. num. 1. Card. Seraph. dec. 1484. num. 10. ver. sed etiam Card. Caualer. dec. 214. num. 1. vers. Cum sit concessa, cum alijs in recen. par. 6. dec. 109. nu. 21. & 153. num. 7. in Aquen. Prioratus 16. Martij proxime præteriti coram R.P.D. Peutingero, & in Tridentina Scholastriæ 30. eiusdem coram R. P. D. meo Ottbobono.*
2 Ac proinde cum paratam † habeat executionem *c. si Capitulo 5. ibique glossa in verbo Exequatur de concess. præben. in 6. c. Si quando 5. de rescript. Cassad. dec. 10. num. 8. eod. tit. Rota decis. 506. num. 1. par. 1. rec. 628. num. eod. par. 4. 59. per tot eadem par. 4 tom. 2. 520. num. 27. tom. 3. 159. n. 2. par. 5. 91. nu. 11. par. 6. 225. num. 3. par. 7. & in Tullen. Prioratus 28. Iunij 1645. coram me.* Do-

Dominus Cardinalis Prouisus est in posses-
3 sionem † immittendus iudicio possessorio ad instar *remedij leg.fin.C, de Ed.Diu.Adr.toll.* vt docet *Bald. in l.2. num.59. C. de seruit. & aqua, argum. l.fin. C.quor. bonor. Abb. in c. Constitutis il 2. num.15. de appell. & alij per Menoch. de adipiscen. remed.9.nu.34. Mohedan.decis.13. prope fin.lit.pend. sa.me.Gregor.XV. decis.335. num.15.recent. par.6. decis. 133. num.1. & Bouen. Abbatiæ 3. Iulij 1645. §. primo coram me.*

Non attento, quod etiam Lazzarus habeat
4 prouisionem à Sede Apostolica, † per quam videtur habere titulum parem ad impediendam in hoc iudicio immissionem, ex *Menoch. de adipisc.remed.4.num.565. & aliis per eum relatis.*

Tum quia est posterior, tamquam obtenta de anno 1645. Ideoque Gratia Cardinalis da-
5 ta anno 1644. † prior, & anterior est præferenda *c. super ea, de offic. Delegat.c. Tibi, &c. Eum cui de præben. in 6.c. Si Capitulum 3. de rescr. Coccin.dec.350.num.1.Buratt.decis.421.num.eod.diuers. dec.170.num.6.par.1.Nouarien.Canonicatus 14.Decembris 1612. & Vricaricen. Cappellaniæ 7. Aprilis 1617. coram Manzanedo, & Pampilonen. Beneficij de Scybar 9. Decembris 1620. coram Remboldo*

Tum etiam quia cum nullam faciat mentionem de præcedenti Gratia D. Cardinalis,
6 nec deroget Regulæ † de iure quæsito non tollendo, prout requiritur ad *notat. in c. Quamuis de rescr. in 6.Cæs. de Grass.dec.1.nu.10. de verb. signif. Rota dec.253.num.6. par.2.recen.* Est nulla,
7 inualida, † & subreptitia *Card.Seraph. dec.761. num.1. & 9.Buratt.d.decis.421. num.1. vbi Adden. sub littera A. exornat, ampliat, & reddit rationem, quod ius alteri quæsitum auferri non potest absque speciali mentione, & derogatione ex Crauett.Gabr. Menoch.Sanch. & alijs per eum cumulatis.*

Ideoque hic titulus ex eius facie apparens manifestè vitiosus, & irreleuans non potest suffragari Lazzaro ad impediendam immissio
8 nem † D.Cardinali habenti titulum validum, anteriorem, & meliorem *c. si postquam 13. de præben. in 6.Menoch. de adipisc.d. remed.6. num.42. vers. quæro quarto. Rota rec.decis.362.num.2.vers. Tamen fallentia par.3.dec.641.nu.1. vers. quia conclusio par.4.decis.400.n.13.vers. & alias certum est, ead.par.4.tom.2.dec.520.nu.14.vers.Ex quibus etiam tom.3.Argel. cum pluribus de legit.contradict. qu.15. num.196.vers. Ex his constat & fuit dictum in Ciuitaten. Beneficij 4. Maij 1633. §. Non enim obstat, vers. Neque potest haberi &c. coram Motmanno.*

Minusque attento quod vlterius Lazzarus sese in possessionem intruserit, ideoque tam-
9 quam Possessor † titulatus videatur legittimus Contradictor ad impediendam in hoc iudicio immissionem, *ex doctrina Bart. in l. fin. num.21. vers. Auo comparet, C. de Ed.Diu.Adr.tollen.*

Quia conclusio non procedit dum pro parte Lazzari non docetur de titulo pari, & consimili speciei, sed subreptitio, posteriori, &
10 inualido, † cum isto enim non est legitimus contradictor ad impediendam D.Cardinali sũmariam cognitionem, *vt explicat idem Bart. in d.num.21.vers. si vero allegat, & resoluit Rota d.decis.641. sub num.1.vers. quia conclusio, par. 4. rec. vbi plures.* Ad hunc enim effectum titulus de-
11 beret esse talis, vt si Lazzarus † non haberet possessionem, posset eam consequi in concursu cum D. Cardinali, vt benè *Zuccard. in d. l. finali num.346.* vbi declarat materiam, & post cum *Verall.dec.346.num.4.lib.2. Rota rec.dec.225 num.21.par.7. in d.Tridentina Scholastriæ 30.Martii huius anni §. Nec potest &c. & in Compostellana Parrochialis 1. Iulii proxime præteriti §. Non obstat quod Christophorus &c. coram R. P. D. meo Otthobono.*

Neque demum attento quod Lazzarus fuerit in causa citatus.

Quia citatio non fuit voluntaria, sed neces-
12 saria ob eius intrusionem, † quæ in proposito non facit citatum legitimum contradictorem, *vt in terminis respondit Rota dec. 144.num.5. vers. Nec per citationem coram Card. Seraphino, decis.1450. num.5. vers. Et ideo coram Card. Caualerio, & in aliis pleno calamo congestis per Adden. ad Buratt. decis.746. num. 22. vers. Hoc tamen procedit &c.*

Et ita decisum &c. vnica &c. Altera tamen Parte citata, intimata, expectata, & informare recusante &c.

R. P. D. PEVTINGERO.

Beneuentana Attentatorum.

Mercurij 2. Decembris 1648.

ARGVMENTVM.

Sententia lata per Iudicem de partibus, & de indè in Curia confirmata per Iudicem Vrbis debet executione demandari, nec Iudex de partibus in ea se potest intromittere. Commissio Signaturæ etiam vtrapue parte informante obtenta sinè citatione ad dicendum contra, non causat attentata.

SVMMARIVM.

1 *Executio non petitur ex sententia confirmata, sed ex illam confirmante.*
Executionem facere debet Iudex qui sententiam cõfirmauit, non qui primo pronunciauit numer. 1. & seqq.
2 *Iudex de partibus non potest absque noua commissione amplius se in causa ingerere, vbi per appellationem illa fuit deuoluta ad Curiam.*
3 *Manutentio datur possessori etiam aduersus factum Iudicis nulliter procedentis.*
4 *Commissio rotalis non causat attentata vbi nulla interuenit citatio.*
Attentata non sunt gesta coram Iudice à quo, vbi commissio per citationem non fuit effecta communis num.4.& 5.
5 *Litis pendentia non inducitur sine citatione, & numer.4.*
6 *Attentata non adesse in dubio iudicari debet.*
7 *Commissionis vsus supplet vices citationis ad dicendum contra.*
Lis censetur inducta per vsum commissionis numer. 7.
8 *Commissionis vsus factus ad alium effectum non præiudicat, neque causat attentata.*

9 *Li-*

9 *Litis pendentia non inducitur per acta facta à procuratore sinè mandato.*

10 *Commissio signata à Signatura vtraque parte informante, sine citatione ad dicendum contra commissionem non inducit litis pendentiam.*

Commissio quod fuerit obtenta ab vna tantum parte vel vtraque.

DECISIO CCLXIV.

APPELLANTE Hieronymo Carafa à sententia Locumtenentis A. C. ad fauorem Fuluiæ Mascambrunæ lata confirmatoria alterius sententiæ Iudicis appellationis Beneuētani pro immissione in possessionem vnius viridarij aliorumque bonorum, ac duorum cēsuum, causaque appellationis mihi commissa Fuluia verò nihilominus pro prætensis expēsis litis per viam subhastationis in partibus viridarium, ac partem duarum apothecarum, ac tertiam partem census adiudicari tibi facienti; dubitatum hodie fuit an constet de attentatis, ita vt Carafæ sit danda manutentio in possessionem bonorum, de quibus agitur Domini tamen responderunt non constare de attentatis, sed esse dandum mandatum de manutenendo Carafæ ob notoriam nullitatem executionis prætensarum sententiarum conformium factæ à Iudice primæ Instantiæ ex defectu Iurisdictionis, cuius sententia postquā in gradu appellationis per A. C. confirmata fuit, pænes eundem confirmantem exequen-
1 di potestas residebat, † quia executio non petitur ex sententia confirmata, sed ex sententia illam confirmante vt latissimè tradit *Grat. disce. 40. num. 42. & seq. Scacc. de appellat. q. 11. num. 162. vbi allegat plures concordantes, & in tract. de sententia & re iudicata gloss. 14. quæst. 11. sub numer. 8. versicul. quarto demum Vincent de Fanch. decision. 510. numer. 9. Cartar. decision. Ianuen. 10. num. 1. & seq.*

Maximè in hoc casu, quando causa per viā appellationis fuit ad Curiam deuoluta; tunc enim articulus executionis semper remaneat
2 in Curia; † neque Iudices de partibus vllo modo absque noua Commissione se ingerere possunt vt benè decisum fuit in *Toletana fructuum 16. Maij 1588. coram clar. me. Card. Hieronymo Pamphilio impress. apud Marches. de Commiss. p. 2. fol. 80. num. 6.*

Itaque stante notoria nullitate ex Iurisdictionis defectu Iudicis à quo, cum Carafa antiquus possessor se pro spoliato non habuerit vtique ei manutentio ex hoc capite competit
3 vt † sæpissimè fuit decisum, dum de eius possessione ex ipsa contra eum petita, & consusumata executione constet, *Burat. dec. 160. nu. 4. & decis. 342. num. 1.*

Nec suffragatur Fuluiæ clausula sinè præiudicio trium conformium, quia non adsunt, cum Vicarius iudex secundæ instantiæ nullam protulerit sententiam diffinitiuam, *vt Summ. Carafæ num. 1.* & semper ex supradictis obstat Iudici de partibus defectus Iurisdictionis.

Attentata verò non subsistunt, quia non docetur de lite aliqua coram Iudice appellationis pendente; nec afficit quod Commissio
4 causæ appellationis in Rota præcesserit, † quia non emanauit citatio ad dicēdū contra, quæ necessaria est, vt Commissio dicatur facta cōmunis, & litis pendentiam coram Iudice appellationis inducat; alias enim gesta coram Iudice à quo non sunt attentata, *Buratt. decis. 138. sub num. 4. vers. ideoq. sufficit, & num. 5. & dixit Rot. in Vrbeuentana attentatorum 26. Februarij 1629 coram bon. memor. Card. Virili impress. apud modern. Perusinum de manutent. decis. 289. num. 7. vbi plures allegant. Concor.* Et quod ante hanc citationem lis quoad appellatum pendere non dicatur,
5 neq; † gesta coram Iudice à quo esse attentata pulchrè distinguendo declarat *decisio in Romana legati 4. Iulij 1642. coram R. P. D. meo Cerro, vbi omnia in contrarium tolluntur.*

Cui decisioni non contradicit Cæsaraugustana decimarum 10. Iunij 1643. coram R. P. D. meo Meltio, nam ibi agebatur de commissione secunda reformatoria primæ, & ab illa dependente, & afferebatur pro exclusione attentatorum; sed Commissio, de qua hic agitur etiam independens adducta pro incursu atten-
6 tatorum, † quæ in dubio non adesse dicendum est iuxta *Lancellot. de attent. par. 1. in præfat. n. 103. Burat. decis. 644. num. 9.*

Minus ommissionem Citationis ad dicendum contra Commissionem medetur vsus ipsius commissionis ab appellante, allegando
7 causam pendere in Rota, † ita vt lis per hunc actum censeatur introducta, vt fuit dictum in *Hispalen. Præheminentiarum 13. Nouembris 1618. coram Vbaldo Seniori, & in Barchinonen. Vicariæ 6. Iunij 1645. coram Buratt. inter eius impress. decision. 871. num. 5. & tradunt adden. ad Greg. XV. dec. 552. sub num. 7. vers. prædicta tamen, & plures relati per Adden. ad Burat. decis. 138. littara B.* Quia omnes isti, & similes loquuntur, quando appellans processit ad plures actus, & instantias iudiciales coram Iudice appellationis; sed in præsenti casu præter d. solam allegationem litis pendentiæ in Rota factam in iudicio taxationis expensarum, nulla datur instantia, nec actus Iudicialis. Allegatio verò ista pendentiæ litis in Rota emanauit ad alium finem, videlicet ad euitandam imminentem executionem pro expensis coram diuerso Iudice, imò quasi in
8 diuerso Iudicio, † sic minimè ad inducendam litis pendentiam, & vsum Commissionis coram iudice ad quem videtur releuans vt per *Hond. cons. 66. num. 58. lib. 1. Rimin. Iun. consil. 213. num. 20. Caphal. cons. 377. num. 73. & 86. Rot. decisio. 284. num. 10. p. 1. recent. & decis. 432. num. 5. coram Greg. XV.* & propemodum in puncto *Seraph. decis. 1046. sub num. 2. vers. in casu, & num. 3.* Tanto minus quia dicta allegatio litis pendentiæ in
9 Rota facta non fuit à Principali, † sed à Procuratore, de cuius mandato non constat vt post *Io. Andr. Abb. Corneum, & alios aduertit Rimin. Iun. cons. 213. num. 21.*

Neque refert quod dicta Commissio signata fuerit à signatura Iustitiæ vtraque parte in-
10 formante, † quia hoc non prodest ad inducendam litis pendentiam, sed solum quod appellatus etiam inuito appellante Commissione vti

ne vti possit, quod alias si Commissio vna tantum parte informante emanasset, facere non posset, in quibus terminis loquitur *Marches.de Commiss.tom.1.fol.154.num.39. & seq. vsq; ad num.47.*

Deniq; ad inducenda attentata non sufficit vlterior appellatio Carafæ etiam à taxatione expensarum, licet fuerit à Iudice à quo *Summ.Carafæ num.4.* quia animaduertendum est hanc appellationem fuisse interpositam de mense Martij, postquam iam de mense Octobris antecedentis executio erat consumpta, & concessa creditrici in possessionem bonorum
11 de quibus agitur immissio, † quæ actus tanto temporis spatio antè gestos attentatos reddere non potest *Lancellot.de attent.p.2.cap.20.declarat.1.num.2.* alijq; relati ab *Adden. ad Buratt.dec.902.num.5.* quos secuta est *Rota in nullius seu sublacen.attentatorum 1.July.1647. coram R.P.D. meo Bichio.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. BICHIO.

Bononieñ Manutentionis.

Veneris 4. Decembris 1648.

ARGVMENTVM.

Testamēti materni adhuc insepulta matre aperti filia ignorantiam prętendere non potest, cum illa tum ratione sanguinis tum ratione habitationis in ea præsumatur.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Ciuitatis Bononiæ lib. 2. rubr: quod nullus occupet locum rei hæreditariæ quando procedat,*
2 *Filia non potest allegare ignorantiam testamenti materni aperti matre adhuc insepulta.*
Scientia præsumitur tum ratione sanguinis, tum cohabitationis nu. 2.
3 *Perseuerantia inducit præsumptionem scientiæ vsque ab initio.*
4 *Clausula irritatiua ligatetiam ignorantes respectu nullitatis.*
5 *Ignorans vt primum sciuit quando teneatur desistere ab actu, & sup. nu.3.*
6 *Legitima assignari debet in corporibus non melioribus, nec deterioribus.*

DECISIO CCLXV.

REMISSORIE spe destituti Domini de Herculanis hæredes Isottæ tentarunt euertere fundamentum primæ decisionis super articulo manutentionis editæ aduersus illam obtinendo nouam audientiam, qua concessa, & super eisdem hodie causa posita Domini steterunt in decisis.


1 Ineuitabilis enim est resistentia Statuti† Bononiæ lib. 2. sub rubr. quod nullus occupet possessionem rei hæreditariæ, quod obstat etiam hæredi ab intestato quando vt in casu nostro defunctus alios hæredes scripsit in testamento de cuius validitate dubitari non possit, vt satis comprobat decisio in §. euitari,& seq. Et quamuis *Castr.in cons.297.num.1.lib.1.* quem sequitur *Monterentius super hoc Statuto §.statuimus verb.hæredi in fin.fol. mihi 442.* dixerit Statutum intelligendum esse de hærede ab intesteto qui sciebat alium à patre scriptum fuisse hæredē; secus si ignorabat.

In casu nostro Isotta allegare non potest ignorantiam testamenti, cum illud apertum fuisset matre adhuc insepulta, antequam filia possessionem caperet, & tam ratione sanguinis, quam cohabitationis in eadem Ciuitate,
2 scientia † præsumatur *Honded.cons.80.num.47. lib.2.Fab.de Anna cons.122.num.5.lib.2.Rot. decis.142.num.7.in fin.p.4.recent.& in Romana diuisionis 20.Iunij 1639.§.dictam coram me.* Quo magis quia etiam producto in actis testamento, filia
3 possidere non destitit; † nam ex perseuerantia intrat ptæsumptio scientiæ etiam ab initio, *Rot decision.231.numer.3.part.1. recent. decis.96.num.2. & 3.decis.151.numer.16.coram bon.memor. Cardin. Caualer.*

Præterea duo ex Dominis animaduertebāt, ignorantiam excusare quidem posse ab incursu pœnæ per Statutum inflictæ contrauenienti, in quibus terminis loquuntur Castr. & Monter. supra allegati, sed non suffragari ad effectum, vt possessio capta contra formam Statuti, sit manutenibilis, quia clausula irri-
4 tatiua possessionis,†in eo contenta,ligat etiam ignorantes respectu nullitatis actus, *Hieron. Gabr.cons.83.num.19.& cons.178.num.55.& seqq. lib.2.Anton.Gabr.de claus.conclus.3. num.1.& seqq.* cum alijs ad propositum allegatis à *Castr. in tract.de iur.& fact.ignor.tit. commun. vtriusque idest sciat aut ignoret reg.12.nu.1.& 2.fol.mihi 557.* quibus additur *Paris.de resign.lib.11.q.3.num.78.q.4. num.49.& prius lib.5.q.6.nu.230.* Maximè quan-
5 do ignorans, † cum sciuit, ab actu non destitit, *Rot.dec.231.sub num.3.vers.& qui ab initio p.1 recent.*

Quo vero ad prætensam retentionem ex capite legitimæ, iterum responsum fuit, omnem retentionem tolli è Statuto Bononiæ;legitimam esse illiquidam antequam detrahatur æs alienum; eamque in omnem euentum non posse arbitrio hæredis in vno corpore
6 eligi, † sed partes Iudicis esse aliqua bona assignare filio, nec meliora nec deteriora, quibus ei pro legitima sit consultum vt pluribus allegatis tradit *Anton.de Amat.resolut.39. num. 18. Argellen. de legittim. contradict. quæstion. 13. numero 10. & 39.*

Et ita decisum informante solum Domina Marchionissa aduersarijs tamen pluries citatis.



R.P.D.

REVERENDISS. P. D. CERRO. Sacræ Rotæ DECANO.

Anconitana Dotis.

Mercurij 9. Decembris 1648.

ARGVMENTVM.

Bona fideicõmisso subiecta alienari possunt pro dote, non extantibus bonis liberis, & quid si concurrerent duo fideicommissa, vnum scilicet particulare, alterum vniuersale, an procedi possit contra bona particulari fideicommisso supposita, absque eo, quod præcedere debeat discussio bonorum vniuersali fideicommisso suppositorum, clarè demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Mobilia consistentia in suppellectilibus pannis lineis, vtensilibus, &c. per decennium, & vltra, præsumuntur vsu consumpta.*

2 *Mobilia quando quis restituere non debeat.*

3 *Bona fideicommissaria ascendentium possunt alienari pro restitutione dotis, non extantibus bonis liberis, quamuis fuissent speciali prohibitione alienari prohibita.*

4 *Bona particulari fideicommisso supposita alienari possunt pro restitutione dotis, nulla præcedenti discussione bonorum, vniuersali fideicommisso suppositorum, & quare, num. 5.*

6 *Amplia quando eædem personæ essent vocatæ ad vtrumque fideicommissum.*

7 *Confessio Viri de dote recepta, vrgentissimis adminiculis coadiuuata, probat numerationem.*

8 *Depositum quando non est integrum, non suffragatur.*

DECISIO CCLXVI.

PROCEDENDVM esse ad vlteriora resolutum fuerat coram me 24. Aprilis 1643. *quã resolutionem hodie Domini confirmarunt ex iisdem rationibus, & fundamentis in decisione deductis.

Nec obstat, quod Francisca Lanfrancona ex forma mandati A. C. teneretur restituere hæredibus Hieronymi mobilia ad illum spectantia, quibus non restitutis procedi nõ possit ad vlteriorem mandati executionem.

Fuit enim respõsum huiusmodi obiectum fuisse penitus sublatum in tribus præcedentibus Decisionibus corã me emissis 4. *Iulij* 1640 19. *Aprilis* 1641. & 2. *February* 1642. Quia aut prætenditur esse restituenda mobilia æstimata per Palazzinam, & in quodam folio descripta tempore nuptiarum ipsius Lanfranconæ; & prætensio cessat animaduertendo dicta mobilia fuisse triplicis speciei, quoniam prima continebat nonnulla mobilia pretiosa, quæ distracta fuerant a Hieronymo constante matrimonio, vt probatum fuit à duobus testibus for-
1 miter examinatis; † secunda consistebat in massaritijs, suppellectilibus, vtensilibus, pannis lineis, & alijs huiusmodi qualitatis, quæ ab anno 1621. quo contractum fuit matrimonium, vsq; ad obitum viri secutũ anno 1632. & sic per decennium, & vltra præsumuntur vsu consumpta, ex traditis per *Peregrin. cons. 70. num. 21. lib. 1,* quem sequuta fuit *Rota coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 192. num. 11.* tertia deniq; continebat eademmet mobilia inuentariata
2 inter bona hæreditaria Hieronymi; † Vnde dum pars illorũ distracta fuit ab ipsomet Hieronymo, pars præsumitur vsu consumpta, & residuum fuit inuentariatum, nouo onere illorum restitutionis Lanfrancona grauari non debet, vt plenissimè firmatur *in primis duabus prædictarum decisionum.*

Aut verò prętenditur fore restituenda mobilia apposita in inuentario dd. bonorum hæreditariorum Hieronymi, & difficultas eruitur faciliori responsione; nam omnia prædicta mobilia subhastata fuerunt ad instantiam eiusdem Lanfranconæ ob moram hæredum dicti Hieronymi sui viri dotem sibi non restituentium, vt probatur *in vltima earumdem decisionum.*

Minus obstat, quod bona reperta in hæreditate Hieronymi sint supposita Auito fideicommisso Galeatij.

Omissis enim cæteris alijs responsionibus
3 datis *in altera decisione.* † Cum agatur de fideicommisso ascendentis, & sit inconfesso inter partes in dicta hæreditate non adesse bona libera, Vtique pro restitutione huius dotis distrahi, & alienari possunt etiã huiusmodi bona, quamuis fideicommisso supposita, & speciali prohibitione alienari prohibita, *ex vulg. remed. Auth. res quæ, C. comm. de legat.* ab omnibus, & quotidie in hoc Sacro Tribunali approbato, & præcipuè coram *Card. Seraph. decis. 678. nu. 5. in Anconitana fideicommissi 10. Decemb. 1584. coram Blanchetto apud Merlin. de legitim. decis. 33. num. 1. in Romana dotis 30. Marty 1618. coram bon. mem. Cardin. Fabritio Verospio post Fenson. ad stat. Vrb. decis. 93. per tot. in Reatina bonorum 6. Nouembris 1632. coram bon. mem. Pirouano in Spoletana fideicommissi 30. Maij 1633. coram R. P. D. meo Ghislerio, & 4. Decemb. 1634. coram bon. mem. Merlino in recent. decis. 154. num. 1. & decis. 210. nu. 4. & decis. 312. num. 1. & 2. par. 6. in Romana dotis 31. Februarij 1641. coram Eminentiss. D. Card. Panzirolo in Romana saluiani de Casalibus 21. Iunij eiusdem anni, §. Prioritas autem, & in Fanen. dotis 4. Iulij. 1646. in princ. coram me in Romana dotis 23 Iunij 1645. 23. Maij, & 4. 1646. coram R. P. D. meo Otthobono, & in Romana census 26. Iunij. 1647. coram R. P. D. meo Bichio, §. sed fuit responsum.*

4 Idque † etiam si constituta fuerint duo fideicommissa, alterum scilicet vniuersale, alterum verò particulare; Dum enim non adsunt bona libera debitoris dispositio *dictæ Authenticæ* indistinctè procedit tam contra vniuersale, quàm cõtra particulare absque eo, quod præcedere debeat discussio bonorum vniuersali fideicommisso suppositorum, vt firmat *Ias. ibidem num. 32. quem sequuntur Decian. cons. 18. nu. 28. lib. 2. Cancer. variar. resol. par. 1. cap. 9. num. 365. Peregrin. de fideicomm. art. 42. num. 54. Fusar. de substit.*

stit.quaest.471.nu.58. aliisque plenè relatis doctè responsum fuit in *d. Spoletana fideicommissi coram bon.mem. Merlino in recent. d. decis.312. numer.30. cum seqq. part.6.* Ea scilicet ratione,† quia cum
5 huiusmodi priuilegium detractionis non proueniat à voluntate fideicommittentis, sed à lege ipsa lex aequè subiicit, vtrumque fideicommissum, nec mandat priùs vnum, quam alterum discuti idemque firmatur in *d. Romana Saluiani de Casalibus coram me, §. cuius Auth.* & admissum fuit *in Bononien. fideicommissi, seù domus 30. Aprilis 1646. coram R. P. D. meo Bichio,*
6 *§. pariterq; detrahi*:† Eoque faciliùs in proposito quo eaedem personę sunt vocatę ad vtrumque fideicommissum. Hoc enim casu multò minus considerari debet differentia inter vniuersale, & particulare, vt in fortioribus terminis ponderant *Gabr. consi 138. num.30. lib.2. Grat. discept. forens. cap.404. sub numer.20. Thomat. decis.51. num.50.*

Caeterum, suppositum, quod hodie agatur pro augumento, non autem pro restitutione ipsius dotis, quae asseritur constituta in solis scutis 2250. ideòque non intret *Authen. Benefi-*
7 *cium*, non merebatur allegari, † quia dicta dos constituta fuit in summa scut. *quatuor mille* & in hac quantitate exacta per Hieronymum, iuxta ipsius confessionem de receptò vrgentissimis adminiculis coadiuuatam, vt latè firmatum fuit *in tribus decisionibus huius causae coram R. P. D. meo Arguellio sub diebus 17. Iunij, & 25. Nouembris 1647. ac 31. Ianuarij praeteriti.*

Ideòque non obstant depositum, & oblationes aliàs factae, quia cum hodie *ex dictis tribus decisionibus* canonizatum fuerit creditum Lanfranconae in dd. scut. 4. mill. depositum
8 illud, & oblationes † tanquam non integrae, non suffragantur, *ex doctrin. Angel. in l. acceptam num.2. vers. vndè si nummus, C. de vsur.* cum caeteris adductis in altera decisione aedita *7. Februarij 1642. coram me, vers. Nec releuare.*

☞ *Decisio ista in hac eadem causa emanata sub die 24. Aprilis 1643. coram eodem Reuerendiss. Cerro Decano: est in praecedenti part.9. recent. decis.174.*

REVERENDISSIMO P. D. CERRO, Sacrae Rotae DECANO.

Alexandrina Canonicatus.

Mercurij 9. Decembris 1648.

ARGVMENTVM.

Possessio Beneficij ad effectum concedendi manutentionem, ex quibus sufficienter probata remaneat, clarè demonstratur. Clausulae, *Dummodo tempore praesentium non sit alteri ius quaesitum, & Amoto exindè quolibet illicito detentore,* in litteris Apostolicis appositae, quid operentur, eruditè tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Amotio praesupponit possessionem Amoti, sicut priuatio habitum.*
2 *Immissionem petens fatetur non se, sed alterum possidere.*
3 *Manutentio vigore confessatae possessionis danda est illi contra quem fuit petita immissio, dummodo non habuerit se pro spoliato.*
4 *Possessio benè probata remanet ex confessione Aduersarij in Monitorio facta, ad effectum concedendi manutentionem Possessori ibidem enunciato.*
5 *Possessio attentata non est manutenibilis.*
6 *Attentata dicitur possessio capta in spretum inhibitionis concessae vigore iactationum.*
7 *Item si fuerit capta pendente tempore ad appellandum.*
8 *Clausula*, dummodo, &c. *in litteris Apostolicis apposita efficit executorem mixtum, & ab eius sententia datur appellatio suspensiua.*
9 *Clausula*, Amoto, &c. *existente possessore, & legitimo contradictore, efficit Executorem mixtum.*
10 *Executor gratiae certo modo impetratae dicitur mixtus, & in ea exactior causae cognitio requiritur parte citata.*
11 *Publicationis resignationis defectus, non admittitur in summarijssimo possessorio, sed reijcitur ad petitorium.*

DECISIO CCLXVII.

IOANNES Circundus prouisus de Canonicatu sub titulo SS. Caroli, & Augustini in Ecclesia Cathedrali Alexandrina, habita notitia quod Petrus Martyr Rogna eumdem Canonicatum à S.D.N. impetrauerat, seù potiùs expiscauerat sub praetextu, quod ipse Resignationem factam ab Antecessore non publicasset in termino praefixo per Constitutionem Gregorianam, obtinuit Cõmissionem Iactationis, & Iactationum mihi directam, cuius vigore expedita solita citatione cum Inhibitione, illam personaliter praesentari curauit ipsi Petro principali, ac domi dimissa copia intimari Reuerendiss. D. Episcopo Alexandrino, & eius Vicario, Verù, quia ea non attenta dictus Petrus Martyr immissus fuit in actualem possessionem dictus Canonicatus; Ideò Circundus petiit coram me mandatum de manutenendo, quod Domini proposito dubio illi concedendum esse existimarunt.

Etenim probat suam anteriorem possessionem ex Praecepto, seù Monitorio sibi facto per eumdem D. Episcopum Alexandrinum ad instantiam eiusdem Petri Martyris Rognae de demittendo prefatũ Canonicatum, eiusque possessionem, in quo leguntur haec verba, ibi: *Dilecto nobis, &c. Ioan. Circundo in Ecclesia Cathedrali pro Canonico se gerenti, &c. Noueris coram Nobis comparuisse, &c. Petrum Martyrem Rognam, &c. Apostolicum Prouisum de Canonicatu, &c. Nobisque praesentasse litteras Apostolicas huiusmodi prouisionis, &c. tenoris sequentis, &c. Quocircà institit, & instat à Nobis, quòd Apostolica auctoritate praefata tibi. &c. insinuemus, &c.* & subindè, *tibi praecipiamus sub poena, &c. quòd dictum Canonicatum,*

tum, &c. dimittere, & de facto dimisisse debeas, & eiusdem possessionem relinquere, & reliquisse. &c. Nos igitur visis, &c. te supra salutatum M. R. D. Ioannem Circundum in dicta Cathedrali pro Canonico te gerentem, &c. Monemus, &c. & te dè dicta possessione amouemus, & declaramus Amotum, &c. & in ea postmodum sic vacante de inducendo dictum M. Reu.
1 *D. Petrum Martyrem, &c.* † Amotio enim necessarium antecedens præsupponit possessionem Amoti, non secus, ac priuatio habitum, per ea, quæ ad propositum, dixit *Rota coram bon: mem: Buratt. decis. 160. nu. 5. & decis. 491. num. 2. vbi Add. littera B, in Beneuentana Canonicatus 14. Maij 1646. coram R. P. D. Bichio §. tum per sententiam*, & priùs, *in Gerunden. Beneficij 1. Iulij 1644. §. Accedente præsertim*, ac postremò, *in Meleuitana præheminentiæ Prioralis 19. Iunij prox.*
2 *præteriti, §. Constat enim, coram me*; † Et petens immitti fatetur non se, sed alterum possidere, *san. mem. Gregor. decis. 200. num. 3, bon. mem. Buratt. decis. 160. nu. 4. decis. 306. num. 1. & decis. 393. nu. 1.*
3 *& in dicta Gerunden. Beneficij in principio*. † Ita vt ratione huius confessatæ possessionis non sibi, sed alteri, contrà quem immissionem petijt, debeatur manutentio, dummodo, prout hic, non habuerint se pro spoliato, vt post *Menoch. de recuperan. poss. remed. 1. nu. 215. cum seqq.* dictum fuit *coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 115. num. 1. in Ferrarien. manutentionis 28. Ianuarij 1641. coram bon: mem: Pirouano, Recanaten. Bonorum 4. Iulij 1642. & in dicta Gerunden. Beneficij, vbi supra, coram me*.

Idque etiam si supradicta verba prolata videantur à Iudice, non autem à parte; Quia dum dictum Præceptum, seù Monitorium concessum fuit ad eius instantiam, vt clarè indicant verba illa *coram Nobis comparuisse, &c. Petrum Martyrem, &c. quo circa institit, & instat à Nobis, quòd Apostolica auctoritate præfata tibi, &c.*
4 *insinuemus, &c.* † Vtique prolata præsumuntur ab ipsa Parte instante, & contra eam plenam faciunt probationem ad effectum concedendi manutentionem possessori ibidem enunciato, vt in terminis firmauit *Rota coram bon: mem: Buratt. decis. 342. num. 1. & alijs allegatis in Iuuenacen. seù Melphiten. Bonorum 15. Ianuarij 1646. coram R. P. D. meo Corrado §. Verum etiam*.

5 Possessionem † verò Petri Martyris dixerunt Domini esse Attentatam, & consequen-
6 ter non manutenibilem; † non solum quia capta fuit die 25. Iunij præteriti, & sic post Cõmissam causam in Rota, & Inhibitionem Rotalem sibi *personaliter præsentatam die 10. eiusdem*, dicto *Summ. num. 1. & 2.* ex deductis *in Colonien. Optionis 3. Iuly 1645. coram R. P. D. meo Ghisilerio, in Vladislauien. Villæ de Hoppembruch eadem die coram R. P. D. meo Otthobono §. similiter*, & melius, *in Lucana Canonicatus 30. Aprilis 1646. coram Reu. P. D. meo Peutingerio*, vbi in specie agebatur de Inhibitione concessa vigore Commissionis Iactationis, & Iactationum:

7 Sed etiã, † quia Petrus Martyr illam apprehendidit pendente tempore ad appellandum:
8 Du m † enim in eius literis Apostolicis adsunt clausulæ, *Dummodo tempore præsentium non sit in eis alicui speciali ter ius quæsitum, & Amoto exindè quolibet illicito detentore*; Executor erat mixtus, & propterea ab eius sententia admittebatur appellatio suspensiua, vt de clausula, *Dummodo, &c.* firmauit *Rota coram san. mem. Gregor. decis. 91. nu. 2. coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 414. nu. 2. & decis. 437. num. 3. in dicta Colonien. Optionis §. est etiam, in Sulmonen. Vicariæ 26. Ianuarij 1646. coram R. P. D. meo Meltio, §. nec dubitari potest, in Lucana Canonicatus 1. Februarij 1647. coram R. P. D. meo Royas, §. nec dicatur, vers. necnon clausula, & in Montis Cassinensis Parrochialis 17. Februarij*
9 *prox. præt. coram R. P. D. meo Bichio §. fin.* & † de clausula, *Amoto*, existente, prout hic, possessore, & legitimo contradictore, tradit *Abb. in cap. de cætero num. 8.* ibique *Felin. nu. 9. de re iudic. Mohed. decis. 6. num. 5. super reg. de trien. sanct. mem. Gregor. decis. 413. sub num. 4.* & dictum fuit in *Calaguritana Beneficij de Cornago 3. Iunij 1644. coram Eminentiss. D. Card. Datario, & in d. Colonien. Lucana, & Montis Cassinensis, ac in Pistorien. Thesoreriæ 31. Ianuarij prox. præt. coram R. P. D. meo Ghi-*
10 *silerio*: Eoque magis cum agatur de gratia concessa Certo Modo, in qua exactior causæ cognitio requiritur Parte citata, vt tenuit *Rota coram Card. Seraphin. decis. 1471. num. 2. coram bon. mem. Buratt. decis. 529. nu. 6. in Vercellen. vnionis 28. Aprilis 1645. coram R. P. D. meo Verospio, §. ex eodem fundamento, & in Oriolen. Decanatus 25. Iunij 1646, coram R. P. D. meo Corrado*; Vndè dum possessio illius vigore apprehensa fuit pendente tempore ad appellandum, vt dictum est, ab apertò Vitio Attentatorum excusari non valet, vt egregiè firmatur in omnibus supra allegatis Decisionibus.

Quæ forsan deduci possent contrà Circundum ob non factam publicationem Resignationis in termino Constitutionis Gregorianæ, Domini censuerunt non esse habenda in Consideratione ad effectum, de quo agitur, quia Exceptio non publicationis nõ admittitur ad impediendam manutentionem, sed reijcitur ad petitorium, vt dixit *Rota coram bon. mem. Buratt. decis. 263. num. 7. & in Legionen. Beneficij 4. Iunij 1640. coram Reu. P. D. meo Ghisilerio, §. Non obstant in fine*.

Et ita resolutum vnica tantum, &c.

R. P. D. MELTIO,

Poste a Reuerendissimo Episcopo PAPIEN.

Romana hæreditatis de Gratianis.

Veneris 11. Decembris 1648.

ARGVMENTVM.

Via executiua competit etiam contra tertium possessorem, si lite pendente fuerunt in eum translata bona controuersa, & postquam eorum possessio vitio litigiosi affecta fuerat, idque ampliatur procedere etiam si dicta translatio secuta fuisset ex causa dotis.

Et licèt bona diuisionis seù transactionis in lite deducta possint alienari ex causa dotis, id tamen procedere firmatur, quando alienatio fuit facta bona fide; secùs autem si collusiuè, &c.

& in fraudem executionis ; & hinc latissimè tractatur, ex quibus collusio iustificata remaneat.

SVMMARIVM.

1 *Via executiua non datur contra tertium possessorem, & quando secùs num.3.*
2 *Venditio, facta lite pendente, & postquam possessio rei venditæ vitio litigiosi affecta fuerit non substinetur.*
4 *Res semel effecta litigiosa, transit cum suo onere, & cum eodem vitio litigiosi.*
5 *Via executiua competit contra tertium possessorem rei litigiosæ, quemadmodum competeret contra principalem debitorem, si possideret.*
6 *in Actione personali non contrahitur vitium litigiosi*
7 *Executio contra intrusum vt intret sufficit litem fuisse motam super possessorio.*
8 *Possessio iam effecta litigiosa, validè acquiri, ac in alium transferri non potest in præiudicium actoris.*
9 *Bona transactionis, seù diuisionis in litem deducta possunt alienari ex causa legati, & quando secùs num.13.*
10 *Amplia procedere siue agatur de constitutione, siue de restitutione dotis.*
11 *Bona transactionis seù diuisionis in litē deducta possunt alienari ex causa dotis ne mulieres innuptæ remaneant.*
12 *Secùs autem si de tempore motæ litis, iam nuptæ & dotatæ reperirentur.*
14 *Collusio probatur etiam ex coniecturis, & suspicionibus, ac etiam ex solis præsumptionibus, & coniecturis num.15.*
16 *Collusio præsumitur inter sanguine coniunctos, & licet hoc de per se non sufficiat, multum tamen vrgere solet.*
17 *Bona litigiosa, quando præsumantur data in dotem collusiuè, ad effectum eludendi iudicium super illis intentatum.*
18 *Collusio præsumitur inter socerum, & generum, si socerus dedit in dotem bona litigiosa cum obligatione de faciendo consentire omnem personam &c. & Generus vult potius litem substinere, quàm agere contra Socerum amplia vt num.seq.*
19 *Scientia litis, vt iustificata remaneat, non exigitur exacta probatio, & ex quibus indiciis, & coniecturis, illa colligatur.*
20 *Scientia quæ dolum, & alienationem in fraudem infert, satis est quod colligatur ex indiciis, & præsumptionibus.*
21 *Scientia litis licèt vt plurimum soleat deduci ex subhastationibus, tamen sufficit, quòd de ea quoquo modò constat, licet nullæ sint factæ subhastationes.*
22 *Via executiua agi non potest contra tertium possessorem, data existentia aliorum bonorum in debitore sed priùs agendum est ad rescissionem contractus.*
23 *Scientia litis pendentis, de tempore alienationis, & inopia debitoris, quando vtrumque copulatiuè probari debet à debitore ad effectum præsumēdi fraudem, & quando secus.*
24 *Via executiua, quando agi possit contra tertium possessorem, etiam si ageretur actione personali, & existerent alia bona debitoris amplia procedere vt num.25.*
26 *Collusio post quinquennium opponi non potest.*
27 *Interdictum quorum bonorum, non competit nisi in bonis possessis per defunctum de tempore illius obitus.*
Et quid si bona fuissent vendita Titio, durante eius vita, an post mortem Titij d. bona fuerint comprehensa sub illo iudicio vniuersali.
28 *Filiatio, & legitimatas, ex quibus dicantur sufficienter probata.*

DECISIO CCLXVIII.

CONCESSO per Rotam mādato de immittendo Francisco Gratiano in possessionem medietatis omnium bonorum q. Octauij eius patrui aduersus Lælium alterum patruum eorum occupatorem ex fundamentis deductis in decisione coram R. P. D. meo Rojas emanata sub die 7. Februarij 1642. resolutum etiā postea fuit, illud esse exequendum super quadam domo sita in Campo Martio possessa à Io. Francisco Attauante, quam esse hæreditariam dicti Octauij partes non controuertunt, & probatur ex Inuentario bonorum hæreditariorum eiusdem Octauij Sum. Francisci Gratiani *num.1.* Ad cuius resolutionis formam facto decreto, ab eo appellauit d. Attauantes, & adita Signatura Iustitiæ, rescribi mihi obtinuit cum facultate procedendi ad legitimam executionem. Vnde sub hac die super hoc proposito dubio, DD. affirmatiuè responderunt,
1 moti ex eo, † quod licet contra Tertium executiua via procedi non possit *Felin. in c. cum super num. 15. de sent. & re iudic. Castr. in l. à Diuo Pio §. si super rebus num. 2. & ibi Bart. & Ang. n. 1. Alex. n. 28. vers. & pro hoc bene facit, ff. de re iudic. Ruin. cons. 87. num. 1. & seq. lib. 4. Rota coram san. me. Greg. XV. decis. 22. num. 1. & 2. & in Romana computorum 18. Martij 1594. coram bo. me. Card. Millino, & in Romana Vineæ 20. Octobris 1617. coram bo. me. Manzanedo.* Tamen ex quo domus
2 de qua† agitur translata fuit per Lælium Gratianum in d. Io. Franciscum Attauantem lite pendente, & postquam possessio d. domus vitio litigiosi affecta fuerat per interdictum quorum bonorum intentatum ad instantiam præfati Francisci Gratiani, talis translatio non sustinetur, *toto tit. ff. C. & in authen. de litigios. Abb. in c. Eccles. il 1. num. 9. vt lit. penden. l. 2. vbi gloss. & DD. C. de litig. Bart. in l. 1. ff. eodem Alex. cons. 45. num. 5. lib. 3. vers. quia res litigiosa Rim. cons. 89. n. 5 vol. 1. Bursatt. cons. 100. num. 23. vers. quod nec pars contraria negat lib. 1. Afflict. decis. 396. Guidop. de-*
3 *cis. 337.* adeout † super dicta domo posset executiuè procedi non secùs, ac si dicta translatio secuta non fuisset, vt præter relatos *in decis. R. P. D. mei Roias text. est in l. Chirographis §. fin. ff. de administrat. tut. & l. fin. C. de litigios. & ibi Bal. d. num. 1. Bart. in l. 1. ff. eod. Ias. instit. de action. §. omnium num. 84. Surd. cons. 355. num. 13. vers. accedat quod vbi alienatio, Bero cons. 155. nu. 40. vol. 1 Ruin. cons. 34. num. 12. lib. 5. vers. quantum vero ad secundum Neguf. tract. de pignor. in 1, membr. 8. part. ped. num. 17. vers. 3. fallit Cancer. var. resol. cap. 15.*
4 *num. 17. cum seq.* † Res enim semel effecta litigiosa transit cum suo onere, & cum eodem vitio litigiosi *Gratian. discept. for. cap. 502. nu. 36.*

qui

5 qui ad plures alios cumulat; & succedens in re litigiosa, quod sustineat omnimodam personam eius, in cuius locum successit, adeout quemadmodum sententia immissionis lata contra Lelium principalem, si is possideret, contra eum exequenda esset, pari modo sit exequenda contra Attauantem illius successorem tradit *Menoch.cons.319.num.13. lib.4.* & firmauit sæpius *Rota signanter decis.392.num.39.p.5 recent.*

Obstare neque visum fuit, quod interdictũ quorum bonorum intentatum per Franciscũ
6 Gratianum sit actio personalis, † super qua non contrahitur vitium litigiosi. *Soccin. iun. cons.13.num.1.lib.4.Roland.cons.5.nu.8.lib.2. Honded.cons.20.num.42.lib.1.Menoch.cons.1187.num.2 lib.13.* cum alijs adductis à scribentibus pro parte Attauantis. Quia placuit DD. responsio data *in d.decis. R.P.D. mei Rojas sub §. nec dicatur,* quod nempe † vt intret executio contra
7 intrusum lite pendente sufficit litem motam
8 fuisse super possessorio; nam ex hoc redditur litigiosa possessio, quæ validè acquiri, ac in alium transferri non potest in præiudicium Actoris, & vltra adductos *in d.§. nec dicatur,* declarat *text. in l. Diuus, ibique gloss. ff. de pet. hæredit. l, alienationes, ff. famil. hercis. lib.2. C. de litigios. Lancell. de attent. par.2. cap.4. in præfatione num.181 vers. quamuis autem, Paris. cons.108.num.4.vers. & qaia quæstio erat super possessorio lib.1. bene Cephal. cons.19.num.15.vers. verum est tom.2. Afflict. decis. 396.num.8. in fin. & 9. Rot. decis.3. vt lit. penden. in nouis,* & in terminis litis super immissione *decis.557.num.20. & 21.par.5.tom.2.receut. & coram bon.me. Buratt.decis.917.n.2.vers. tum quia, & seqq.*

Neque vllius, est releuantiæ, quod d. domus peruenerit in Attauantem ex causa dotis
9 Cassandræ filiæ Lelij Gratiani, † ex qua prout etiam ex causa Legati, Transactionis, & diuisionis bona in litem deducta possunt sine vitio litigiosi alienari, iuxta limitationem, de qua *in l.fin.C. de litigios. ibi exceptis &c. Angel. in authen. de litig.num.7.vers. item ex causa,* vbi am-
10 pliando declarat, † dictam limitationem procedere siuè agatur de constitutione siuè de restitutione dotis; refert, & sequitur *Natt. cons. 401.num.1. Crauett.cons.481.num.2.lib.3. Decian. cons.109.num.10.lib.3. Lancell. de atten. par.2. cap.4. num.548. Cancer. var. resolut. par.2. cap.12. num.50. & 51.* Quia vltra responsiones datas in d. deci-
11 sione R.P.D. mei Rojas, † adhuc obiectum tollitur ex eo, quod ratio finalis d. limitationis in casu dotis est publica vtilitas, ne scilicet mulieres innuptæ remaneant ad tradit per *Cuiac. ad tit. C. de litigios. column. 3. in fin. & per Castill. decis.110.num.4.vers. ne remaneant indotatæ contra fauorem publicum lib.2.* In proposito autẽ
12 casu cum Cassandra filia d. Lælij de tempore motæ litis iam nupta, & dotata reperirietur deficit dicta causa finalis, qua cessante, cessat dispositio legis, *l. adigere, §. quamuis de iurepatr. cap. cum cessante de appellat. gloss. singular. vbi Bart. in l.1. in princip. verb. prouidentia, ff. de legit. tut. Dec. in cap.1. column.5. vers. tertia conclusio de const. Gratian. discept. forens. cap.546.num.21.vers. qua cessante.*

13 Vlterius † neq; dictæ domus alienatio DD. visa fuit facta bona fide, sed potius collusiuè, & in fraudem executionis, & iudicialis auctoritatis, quo casu dispositionem *d. legis finalis,* non procedere tradit *Innocent. in cap. Ecclesia il 1. ad finem, vers. sed oponens vt lit. pendent. Angel. in d.l.final.num.3. in fine, vers. vel transactione facta bona fide non in fraudem. Farinacc. in fragment. verb. litigiosa num.257.vers. declara dummodo, Castill. decis.110.nu.4.lib.2.vers. & illi qui loquuntur. Giurb. decis.62.num.11.vers. si ex causa onerosa puta dotis.*

Et quamuis collusio regulariter non præsumatur, cum tamen soleat secretè committi;
14 probatur etiam † ex coniecturis, & suspicionibus *l. quia autem, §. non simpliciter ibi,* si tamen nulla suspicio collusionis Religionem Prætoris instruxerit, *ff. si quis ommiss. caus. testament. Bald. in l.1. in fin. ff. eod. Corn. cons.29.num.17 vers. tamen dolus ipse vol.3. Crau. cons.997.num.16. lib.6. Bellam. decis.614. Gigas de pensionibus qu. 42.*
15 *num.4.* & vt † ex solis præsumptionibus, & coniecturis plenè illa probetur firmat, *Castill. decis.89.num.19. Mut. decis.75. nu.25.* & dixit *Rot. apud Caputaq. decis.143. par.1. & decis.23. num.3. par.1. rec. & coram Mantic. decis.246.num.5.*

Præsumptiones autem, & coniecturæ hic
16 non desunt, † & prima desumitur ex artissima sanguinis coniunctione, quæ licet de per se non sufficiat, iuncta tamen cum alijs vrgẽtissima considerari solet coniectura collusionis *text. in l. data, C. de donation. & in l. penult. in princip. de bon. liber.* & notat *Bart. in l. non solum, ff. de vit. nupt. Ias. in §. si quis in fraudem num. 55. instit. de action. Ancharan. cons.251. Dec. respons.11. num.116. lib.1. Casanatt. cons.28. num. 23. Pappon. cons.63.n.11. & 25. Menoch. de præsumpt. præsump. 26.n.11.vers. quinta est. Giurb. decis.62.num.5. Buratt. decis.365.num.6.vers. secundo autem ex eo.*

17 Alia, † eaque fortis coniectura elicitur ex eo, quod cum dos Cassandræ esset constituta, ac iam soluta pro scutis 2000. in domo sita ad viam Babuini sub prætextu, quod dicta domus non ascenderet ad dictum valorem, sed deficerenr scuta 500. loco illius assignata fuit domus litigiosa, quæ quidem assignatio apparet collusiuè facta ad eludendum, nempe iudicium contra ipsum intentatum, quandoquidem non fuit prius iustificatum, prout opus erat, dictam domum non fuisse valoris conuenti, & cum neque etiam negetur alia bona libera potuisse pro dicta dote assignari, mala fide videtur alienata domus litigiosa, de qua agitur, quam coniecturam valde ponderauit, ac admisit Rota in hac causa *in dicta decis. coram R.P.D. meo Rojas in §. nihil obstat in fine.*

Hæc autem collusio euidentius concluditur alia vrgentiori præsumptione ex eo dedu-
18 cta, † quia Attauantes quamuis potuerit expeditè, & executiuè ab huiusmodi molestijs se eximere stante promissione sub obligatione Camerali ad ipsius fauorem à Lælio facta de faciendo consentire omnem, & quamcumque personam interesse habentem, tamen magis voluit, & vult longam litem sustinere, quod præbet magnum adminiculum collusionis, & manifestè demonstrat totum id fieri in

in gratiam, & sumptibus Lælij eius socri ex traditis per *Mutam decis.6.num.20.& decis.35. n. 17.Surd.decis.259. Viuian. decis.530. lib.4.* Simulatio enim, ac collusio nascitur ex insolitis,& ex inuerisimilitudine *Castrens. cons.74. in causa mota column.2.lib.2. Crauett. cons.156. num.9. Decian.cons.62.num.72.*

19 Prædicta † facilius procedunt stante scientia litis in Attauante benè deducta ex coniecturis in decisione R.P.D. mei Royas ponderatis, scilicet ex diuturnitate litis, continua habitatione, & sanguinis coniunctione inter eumdem Attauantem, & Lælium, istæ enim simul iunctæ sufficienter probant scientiam,siquidem in ea probanda non exigitur tam exacta probatio, sed satis est, quod illa colligatur ex indicijs, & præsumptionibus, *Crauett. cons. 193.num.7.vers.quæ scientia, Riminald. iunior.cons. 234.num.326.Alb.cons.281.num.4.Cost.de scient.& ignorant.inspect.64.num.2. Rota Ianuen. decis. 172.*

20 *num.9.vers.si quidem in scientia;* † Maximè dum agitur de probanda scientia, quæ dolum, & alienādi in fraudē infert.*Mar.Anguisciol. con.16.*

21 *num.10.* Et quamuis† talem scientiam,Rota, & DD.deducere,vt plurimum soleant ex subhastationibus, quæ præcesserint alienationem rei litigiosæ, tamen non inde sequitur, quod aliunde etiam probari non possit, & sufficit, quod de ea quoquomodo constet, licet nullę appareant factæ subhastationes, *Giurb.dicta dec. 62.nu.13.vers. illud tamen.*

Nec refragatur, quod ad effectum præsumendi fraudem in hac materia duo copulatiuè requirantur, nempe scientia litis in tertio possessore de tempore alienationis, & quod alienans non haberet alias res præter alienatas

22 alias data prout hic existentia aliorum bonorum nequaquam possit agi recta via contra tertium possessorem, sed prius agendum sit reuocatoria ad rescissionem contractus ad tradit.per *Bar.in l.creditores num. 23. vers. videamus ergo, §.de pignor.& in l.si quis missum,§.Iudex nu.3 vers.quæro quid si ante, ff.de damn.infect. Couar.practicar.q.cap.15.num.7.vers.immo eis hac scientia, Rota coram Buratt.decis.231.nu.5.ver.& ideo.* Quia

23 opinio Bartholi procedit in Creditore agente simpliciter actione personali ad solutionem, æris alieni, tunc enim habet necesse probare vtrumque requisitum, nempè scientiam tam litis pendentis, quam inopiæ debitoris, nam ex eo solo, quod tertius possessor sciat pendentiam litis, non inde resultat fraus, si creditor potuit in alijs bonis satisfieri, prout nec sufficit sola scientia inopiæ, quia ex illa deducitur quidem fraus contra creditorem, sed nō contra Iudicem. Secus autem est, quando, prout hic agitur respectu certæ rei, & ad rem aliquam petendam, atque ad illius traditionē

24 nam tunc, † quamuis dicta res petetur actione personali,& vltra rem petitam existant alia bona,nihilominus alienatio dictæ rei facta pēdente lite, & cum scientia pendentiæ litis,dicitur facta in fraudem executionis, & iudicialis auctoritatis, & ita non impedit, quin absque nouo iudicio, & absque vlla reuocatoria possit executiue procedi contra tertium possessorem. *Bald.in l.ob maritorum,C. ne vxor. pro marito, l.certa forma, Cod.vt in possess.legat. & in l. executionem, Cod.de execut.rei iudicat.nu.26. Castre. & alij DD.in l.à Diuo Pio,super rebus, ff.de re iudicat.* & in terminis *Couarr.dicto cap.15. nu.7.vers. sed si actione personali,Giurb.dicta decis.62.num.11. Cancer.var.resolut.c.17.de sentent.& execut.nu.467.*

25 Idque sine difficultate procedit, † si consideretur, quod existentia aliorum bonorum penès Lælium nullo modo suffragari potest Frācisco Gratiano, cum ipse obtinuerit mandatū immissionis ad medietatem bonorum hæreditariorum q. Octauij, ad illa tantum, & non ad propria Lælij agere potest.

26 Non obstat pariter, † quod à die alienationis dicta domus lapsum sit quinquennium, & ita de collusione amplius opponi non possit, *ad text.in l. collusionem detegere, ff. de collusionibus.* Quia ommissis alijs responsionibus, præsertim, quod dicta lex loquitur de collusione ingenuitatis, cuius speciali fauore sancitum videtur, vt contra eam exceptio collusionis nō perpetuetur,sed limitatè intra quinquennium tantum opponi possit, iuxta *gloss.in d.l.collusionem detegere, verb. aliter;* Obiectum tollitur ex facto, nam alienatio domus facta fuit de anno 1639.prima autem decisio in hac causa coram R.P.D. meo Royas emanata legitur sub die 29.Maij 1643. & sic ante quā effluxerit dictum quinquennium.

27 Non obstat postremo, † quod actum fuerit ex remedio quorum bonorum, quod non competit nisi in bonis possessis per defunctum de tempore ipsius obitus, & domus, de qua agitur, non fuerit possessa per Octauium tempore mortis illius secutæ anno 1627. ex quo venditæ iam fuerat Marco Antonio durante eius vita, qui obiit de anno 1633. Quia eum per obitum dicti Antonij reuersa fuerit ad hæreditatem,eoque titulo delata ad Lælium prętensum hæredem vniuersalem, à quo successiue possessio fuit, ac demum anno 1639. translata in Io:Franciscum Attauantem;Ideo iure merito comprahensa fuit sub illo iudicio vniuersali contra eum intento, ac sententia subinde prolata Summ. Francisci *sub num.2.*vt benè *Menoch. de adipiscen.poss.remed.1.sub nu.71.ver. verum opinior, & vers.hic casus fortius procederet, per text.in l.4.ff.petit.hæredit.* quem enim in hoc remedio locum habere affirmat.

Quæ opponuntur per Attauantem legitimationi personæ Francisci fuerunt alias reiecta præuia approbatione decisionis super ea emanatæ 7. Frebruarij 1641. coram R. P. D. meo Royas, cuius fundamenta visa fuerunt adhuc inconcussa vigere, cum præsertim ille reperiatur in quasi possessione filiationis, non solum quo ad Horatium eius patrem, sed etiam quoad Octauium, de cuius hæreditate agitur,& Lælium eius patruos, à quibus semper fuit habitus, & tractatus pro tali tam in

28 iudicio quam extra. † Regulariter enim filiatio alicuius, & legitimus probatur per communem reputationem, & quod pro filio fuerit habitus, & tractatus, cum ista in hac materia sufficiant, iuxta *text.in cap.per tuas de probat. Menoch.*

Menoch.consf.490.num.18.Cæs.de Graff.decis.6.nu.2. qui fil.sint legit.Rota decis.406.num.5.& decis. 434. num.7.par.1.recent. & cum plura alia ad istum effectum in dd.decisionibus R.P.D.mei Royas fuerint ponderata, quæ deficiunt *in Farfen.Bonorum 23.Ianuar.1647.coram R.P.D.meo Corrado,* pro Attauente allegata, vtique illa Francisco gratiano non aduersatur.

Et ita vtraque parte informante &c.

REVERENDISS. P. D. CERRO Sacræ Rotæ DECANO.

Cathaceñ. Hæreditatis.

Veneris 11. Decembris 1648.

ARGVMENTVM.

Manutentio non datur sine possessione, quæ in rebus mobilibus, an possit dici amissa ex eo, quod quis passus fuerit, quod illa à tertio retineantur per decennium, & vltra, in præsenti decisione disputatur, & resolutio est negatiua in contrarium adductis plenè satisfaciendo.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio non datur, nisi ad limites possessionis.*

2 *Diuisio supponit inter diuidentes communionem dominij, & possessionis.*

3 *Procuratorio nomine, quidquid fuit receptum, eodem nomine, retentum præsumitur.*

4 *Procurator quidquid procuratorio nomine possedit, non sibi, sed principali possedit.*

5 *Manutentio in ijs, quæ quis possedit procuratorio nomine, concedi debet principali, non autem successoribus procuratoris.*

6 *Mobilia, si quis passus fuit, retineri à tertio per decennium, an dicatur illorum possessionem amisisse.*

7 *Mobilium possessio quando non dicatur amissa, quamuis illa per lapsum longi temporis fuerint à tertio retenta.*

8 *à Possessione ciuili, ne quis cecidisse dicatur, sufficit, quod animum possidendi retinuerit.*

9 *Acquiescentia, & patientia, vt tertius penes se retineat bona controuersa, importat dimissionem possessionis illorum.*

10 *Possessio domus includit etiam possessionem mobilium in ea existentium, amplia vt num.11.*

12 *Possessio vt dicatur manuteninibilis, inspicitur dumtaxat mera, & corporalis detentio, & facti insistentia.*

13 *Possessio vltimo loco nullitèr, & attentatè appræhensa, non est manutenibilis, nec impedire potest manutentionem anteriori possessori, qui non habuit se pro spoliato.*

14 *Decretum absque citatione est nullũ, & quid si principalis fuisset præsens, num.16.*

15 *Intimatio non supplet defectum citationis quando agitur de re graui.*

17 *Sequestrum petens, fatetur se non possidere id, quod instat sequestrari.*

18 *Sequestrum, quando apponendum sit.*

DECISIO CCLXIX.

RESOLVTVM fuerat die 17.Maij præteriti, Horatio Scoglio solum informante, eidem dandam esse manutentionem in possessione mobilium, & pecuniarum repertarum tempore mortis Decij sui fratris in domo per ipsum inhabitata, sed reproposita hodie causa informantibus etiam tam Archiconfraternitate Sanctiss.Sacramenti Cathacen.prætensa hærede vniuersali eiusdem Decij, quàm Petro Francisco de Pace, & Antonio Mainardo illius legatarijs, placuit DD. ad fauorem Horatij persistere in decisis, quoad duas tantùm
1 ex tribus partibus præfatorum mobiliũ.† Dum enim ipse non probat se possedisse omnia dicta mobilia. sed duas dumtaxat ex tribus partibus illorum, super illis tantummodò venit manutenendus, cum manutentio non detur, nisi ad limites possessionis, vt respondit *Rota coram san.mem.Gregorio decis.569.nu.1.coram Cardinali Caualerio decis.510.num.3.& in recent.decis. 550.num.2.vers.cum manutentio part.5.*

Respectu enim partis, seu portionis sibi obuẽtæ in diuisione facta anno 1622.inter ipsum, & alios suos fratres de Scoglio, præter quod eius possessio satis videtur iustificari ex actu
2 ipsius diuisionis, † quæ communionem dominij, & possessionis inter diuidentes supponit, *l.magis puto,§.fin.ff.de reb.eor.Bald. in l.si probatum,num.1.vers.oportet ergo,C.comm. diuid. Dec. cons.647.num.4.Surd.cons.260.num.2.& 3.* cum alijs plenè adductis *in Romana diuisionis 10. Iu-*
3 *nij 1641.coram me,§. fin.* † Cum Decius procuratorio nomine ipsius Horatij Instrumentum præfatæ diuisionis stipulatus fuerit, & portionem prædictam receperit, quam vsq; ad obitum retinuit, eodem procuratorio nomine illam retinuisse præsumitur. *Bart.in l.2. num.3. C.de acquir.poss.Soccin.Sen.cons.15.nu.7.lib.4.Aym. cons.226.num.5.& cons.255.num.3.Menoch.de præsumpt.lib.6.præsumpt.67.num.1.& per tot.Rot.decis.*
4 *376.num.3.vers.itaut facilius par.1.recent.*† Et cõsequenter non sibi, sed Horatio possedit, *l.quod meo in princ.ff.de acquir.poss.cap.si diligẽti,vbi Abb. num.6.de præscript.Menoch.cons.71. num.40. Card. Mant.decis.203. nu. 3. & in proprijs terminis dictum fuit in Bononien.manutentionis 2.Martij 1646.coram*
5 *R.P.D.meo Otthobono in princ.* Itaut† proinde ipsi Horatio, non autem Decij successoribus concedi debeat manutentio, vt firmauit *Rot. in recent.decis.677.num.7.vers.& consequenter,par.2. & melius in Remana de Torniellis 4.Martij 1616. corã bon.mem.Remboldo,penès Modern. Perus. de manut. decis.135.num.1.ac in d.Bonon.manutentionis.*

6 Nec obstat, quod Horatius anno 1634. iudicialiter interpellauerit Deciũ ad consignandum prædictam portionem suorum mobiliũ, & decretum fauorabile pro consignatione reportauerit *Summ.* Legatariorum *num.11.* ideoque dum postmodum passus fuit, quod Decius eadem mobilia retineret per decennium, & vltra omnem possessionem amisisse videatur, *l.licet, vbi gloss.verb.temporis inuria,C.de acq. poss.l. fundi,ff.de vsucap.*

7 Quia nunquam† deposuit animum possidẽ-di,

di, cum semper continuauerit possidere mediante persona ipsius Decij sui Procuratoris, per lapsum enim etiam longi temporis non inducitur obliuio, nec perditur possessio, quādo prout hic, quis possidet corpore alieno, vt per *Aret. in l. fi. de eo, §. si forte num. 6. ad fin. & nu. seq. ff. de acquir. poss.* dixit *Rot. decis. 378. num. 3. & 4. par. 1. diuers.* Et licet post d. interpellationem, & decretum effluxerit decennium, nec curauerit vlteriorem mobilium consignationem exposcere, exinde tamen argui nequit possessionis amissio, cum vltra actualem detentio-
8 nem mediante persona Decij, vt † dictum est, perpetuo retinuerit animum possidendi, quod sufficit, ne ipse à ciuili possessione cecidisse dicatur, vt notat *gloss. in §. quod autem, verb. propter absentiam, instit. de vsucap. Alex. in l. si id quod nu. 2. ff. de acquir. poss. Gratian. discept. forens. cap. 387. nu. 31.* Idque præsertim dum statim secuto obitu Decij insistendo in domo per illum inhabitata, quæ erat sua propria, vbi dicta mobilia cōtinebantur, expresse declarauit se esse illorum Dominum, & possessorem quoad duas ex tribus partibus, obtinendo insuper præceptum, seu inhibitionem, ne super illis ab aliquo molestaretur, *eius Sum.* præteritæ positionis *num. 5.*
9 Hinc † enim satis excluditur possessionis amissio, cum exinde remoueatur patientia, & acquiescentia, quæ illius dimissionem importat, vt ponderatum fuit in *Volaterana Prioratus 16. Martij 1646. coram R. P. D. meo Bichio, §. nam primum circa finem.*

Et ex huiusmodi insistentia dixerunt DD. sufficiēter iustificari suam possessionem etiam respectu alterius partis, & portionis sibi reli-
10 ctæ à Vitalino eius fratre, † sicut enim dicta insistentia importat possessionem ipsius domus, ita etiam mobilium in ea existentium, cum possessio continentis includat contenta, vt optimè dixit *Bald. in l. de his 11. n. 2. C. de furt. & seruit. corrupt.* quem sequuntur *Alex. in l. 3. num. 27. ff. de acquir. possess. ibique Ias. nu. 33. & Zas. num. 28. vers. vnde si aliquis, ac clarius in l. cum hæredes num. 10. ff. eod. Peregr. de fideic. art. 48. num. 75. Galeott. contr. iur. lib. 1. controu. 23. sub num. 9. vers. idemque in domo,* cum aliis plenè congestis in *Bononien. hæreditatis 26. Iunij præteriti coram R. P.*
11 *D. meo Bichio, §. quam realiter.* † Cōcurrente præsertim supradicta declaratione, quæ ostendit animum insistentis acquirendi, & continuandi possessionem non solum respectu domus, sed etiam respectu dd. duarū portionum mobilium in ea contentorum, vt egregiè responsum fuit *in d. Bonon. hæreditatis, §. secundo respon-*
12 *detur;* Et consequenter † huiusmodi possessio est omninò manutenibilis, cum ad istum effectum inspiciatur dumtaxat mera, & corporalis detentio, & facti insistentia, vt probant *Fontanell. de pact. nupt. claus. 7. gloss. 3. par. 10. nu. 24. Barz. decis. Bonon. 47. num. 19. & 25. Milanen. dec. 3. num. 179. lib. 1. quos refert, & sequitur Modern. Perus. vbi supra obseru. 42. num. 92.*

Neque est necessaria vlterior idētitatis probatio, dum enim secuto obitu Decij, ipse insistendo in d. domo declarauit duas portiones ex tribus mobilium ibi dem existentium esse suas proprias, vt dictum est, hoc sibi sufficit, vt ei præfata manutentio concedatur; legatarij verò prætendētes eadem mobilia ad se spectare tamquam propria Decij, & ipsis legata, tenentur hoc cōcludenter probare, tamquam principale fundamētum intentionis ipsorum.
13 Minùs ue obstat † possessio vltimo loco per Legatarios appræhensa. Quia cum sit nulla, & attentata, non est manutenibilis, nec impedire potest manutentionem Horatio anteriori possessori, qui non habuit se pro spoliato, vt firmatur *in altera decisione, §. nec obstat cum seq.* Et quamuis prętendant non fuisse captam vigore sententiæ Ordinarij Cathacen. prout supponitur in d. decisione; sed vigore decreti de cōsignando mobilia facti ab eodem Ordinario *die 21. Nouembris 1646. ipsorum Summ. num. 5.*
14 *& 7.* † Nhilominus huiusmodi decretum laborat pariter vitio nullitatis ob defectum citationis omninò necessariæ, *cap. licet Episcopus,*
15 *de præbend. in 6.* Quæ † quidem nullitas sanata non fuit per subsequentem illius intimationem, quia cum agatur de re grauis præiudicij, prout est possessionis amissio, intimatio non supplet defectum citationis, vt dixit *Rota in recent. decis. 274. num. 3. par. 1. add. ad san. mem. Greg. decis. 457. num. 10. vers. sed hoc non habet locū.* Nec
16 quicquam facit, † quod Horatius fuerit pręsens, quando idem Ordinarius sub die 25. eiusdem, mandauit d. mobilia inuentariari, *eodem Summ. num. 8.* Quia non ideo acquieuisse videtur prædicto decreto præcedenter edito, cum inuentarium fieri potuerit, ad hoc, vt distingui posset mobilium quantitas, & Legatarijs consignari solum ea pars, quæ verè spectat ad Decium.

Respectu verò tertiæ partis eorumdem mobilium ad Deciū proprio iure spectantis, Domini noluerunt concedere manutentionem Horatio, & in hac parte recesserunt à decisis, quia ipsemet fassus fuit super ea nullam habere possessionem, dum in prædicto præcepto præuia assertione, quod d. tertia pars erat sibi obligata, & hipothecata pro pensione domus à Decio inhabitatæ, instetit inhiberi, ne quisquam auderet illam capere, aut transportare, & transportari facere sub pœna excommunicationis, donec sibi de d. pensione integrè satisfieret. *d. Summ.* præteritæ positionis *d. num. 5.*
17 Petens † enim bona arrestari, vel non amoueri ad effectum sibi satisfaciendi de suo credito, pernecesse fatetur se illa non possidere, vt in similibus terminis respondit *Rota in Tudertina prædij 24. Maij 1610. coram bon. mem. Ottembergho apud eumdem Modernum Perus. decis. 119. n. 3.*
18 Possessio † verò Legatariorum super hac tertia parte aliquibus ex Dominis videbatur sequestranda tamquam nulliter capta non citato Horatio possessore aliarum duarum partium, qui vlterius iure creditoris d. præceptū, & inhibitionem obtinuerat super d. tertia parte, ne amoueretur, donec ex ea fuisset integrè satisfactus, vt supra dictum est; quibus stantibus dicebatur esse locum sequestro, vt in terminis firmauit *Rota coram Card. Seraphin. decis. 877. nu. 1. & 2. & in Maceraten. hæreditatis 27. No-*

uembris 1589. & 4. Iunij 1590. coram rec. me. Card. Hieronymo Pamphilio in diuers. decis. 412. in fine, par. 4. & apud d. Modern. Perus. decis. 74. nu. 1. & 2.

Super hoc tamen DD. nihil pro nunc firmare voluerunt, sicut etiam nihil firmarunt de pecunijs in hæreditate Decij repertis.

Et ita resolutũ omnibus informantibus, &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Toletana Decimarum de Capilla.

Lunæ 14. Decembris 1648.

ARGVMENTVM.

Probatio Rei quamuis semiplena, tamen sufficit, si fuerit excitata ad offuscandam antecedẽtem probationem Actoris; si verò fuerit inducta ad destruendam ipsius intentionem, debet esse certa, ac indubitata, quid autem dicendum sit, si probatio Actoris fuisset equiuoca eruditè explicatur. Demùm, quando fama iam concludenter probata per contrarias probationes non remaneat destructa, nonnulla deducuntur.

SVMMARIVM.

1 *Probatio semiplena ex parte Rei sufficit ad offuscandam antecedentem probationem Actoris, & quid si induceretur ad illam excludendam.*

2 *Actoris intentio quando remansit fundata, exceptio rei, quæ ad illam destruendam proponitur, qualis esse debet.*

3 *Exceptio Rei quamuis æquiuoca, habet vim elidendi dubiam Actoris probationem.*

4 *Famæ probatio quando per testes contrarios destructa remaneat.*

5 *Fama probata per testes quando post litem motam originem traxisse præsumitur.*

6 *Fama antecedenter probata, quando non infringatur per subsequentes contrarias probationes.*

DECISIO CCLXX.

DECLARATA fuerat irreleuans per binas decisiones Rotales Ecclesiæ Toletanę probatio nouiter excitata ad excludẽdam ex parte Excellentissimi Ducis de Bejar immemorabilem decimandi exactionem in Territorio de Capilla, quam ibidem Bejarensis familiæ Proceres ex Apostolico priuilegio obtinuisse à tempore hominum memoriam excedente, centum viginti sex testes sua depositione firmauerant, & ex ea ratione potissimum recensita fuit irreleuans adducta probatio, quod immemorabilem, concludentibus antea probationibus iustificatam à Duce non excluderet pernecesse, prout ipsamet Ecclesia arctabatur, dum in hac exceptione Actoris partes substinebat; Postmodum verò, cum Agentes Eminentissimi Archiepiscopi Toletani eidem satis esse contenderent nouis hisce probationibus turbidam reddere prædictã immemorabilem, ex quo ad antecedentem Actoris probationem offuscandam solum fuerant excitatæ, non autem ipsius intentionem elidendam, dubium proindè proposui, An foret confirmanda decisio, & reiecta exceptione prædicta, cæterisque in contrarium exaduerso repetitis, pro decisionis confirmatione hodie Domini responderunt.

1 Quia † licet admitti debeat superallegata distinctio, vt probatio ex parte Rei semiplena sufficiat, si ad offuscandam antecedentem probationẽ Actoris proponatur. Inducta verò ad destruendam ipsius intentionem indubia esse debeat, ac certa, quam firmat *Ruin. consil. 13. num. 11. volum. 4. Soccin. cons. 67. num. 15. & 18. volum. 1. & sequitur Surd. consil. 405. num. 6. §. Nec dicatur, Rot. decis. 258. num. 9. & 10. par. 5. & 229. num. 34. par. 6. recent.*

Non tamen videtur obesse Duci, qui perfectè, ac plenè immemorabilem decimãdi exactionẽ iustificauerat ex pluribus, videlicet testibus per verbum fuit, & est, cæterisq; requisitis deponentibus hoc ius decimandi Bejarẽsi familiæ delatum ex Apostolicę Sedis indulto, & de eiusdem quoque fama attestantibus, prout præuijs decisionibus *coram clar. me. Card. Pamphilio sub die 20. Martij 1600. & bon. memor. Andreæ 4. Decembris 1615.* fuit sententia Rotali
2 comprobatum, † exinde fundata remanserit intẽtio Ducis super immemorabili, & ad eius destructionẽ pernecesse proponatur exceptio, quæ proindè concludenter, non autem æquiuocè ipsam intentionem excludere tenebatur, vt aduertit *Abb. in cap. in præsentia num. 5. de probat. Felin. ibidem num. 12. Dec. num. 48. & 49. Bero. num. 132. quos sequuta fuit Rota coram Cardin. Seraphin. decis. 619. num. 9. coram Mantic. 274. num. 4. & decis. 258. num. 9. & 430. n. 104. par. 5. & decis. 15. num. 1. & 2. par. 7. recent.*

Quidquid dicendum foret si præcessisset æquiuoca probatio Ducis super possessione immemorabili, vel ex replicatione Ecclesiæ, absque alia ipsius extrinseca probatione dubia
3 redderetur, † cum tũc exceptio ad offuscandã præcedentem probationem proposita videatur, & quamuis æquiuoca vim præcedentis elidere censeatar, & in his terminis à proposita facti specie longè diuersis loquitur *Ruin. in adduct. cons. 13. Socc. 67. num. 15. & 18.* in quibus etiam intelligi debet *Surd. adducto pariter consil. 505. num. 6. eosdem referens, iuxta theoricam Bart. in l. non solum, §. liberationis num. 6. ff. de liber. Legat.* Et ad hunc quoque effectum elidendi intentionem Ducis, nouas ab Ecclesia probationes fuisse excitatas, testes productos ex eorumdẽ depositione arguitur, illi enim ius decimandi controuersum à maioribus Ducis, dum attestatur vsurpatum conuincuntur inducti ad elidendam Apostolici priuilegij famam tamquam vsurpationi aduersantem, super qua ex plurium depositione testium fundata prius concludenter extiterat Ducis intentio.

4 Neque † ex eisdem testibus huius probatio famæ destruitur, quamuis eiusdem substantiã concutere videantur in vniformi Populi voce consistentem, nec admittentem attestationem contrariam, vt notat *Bart. in l. de minor. §. plurimum num. 7. ff. de quæst. Bald. in cons. 77. num. 6. lib. 3.*

lib.3. Aym.cons.57.num.9.circa fin.Mascard. de probat.conclus.648. num.10. Alciat. lib.1. Peregr. Iur. cap.6.Menoch.de præsumpt.lib.1.q.1.num.40.

5 Cum illi † absque vlla temporis definitione deponant de fama vsurpationis, quæ propterea post litem motam originem traxisse præsumitur, vt aduertit *Corn. cons. 221. num.5. lib.3.Tom·Gram.vot.34.num.17.Afflict. decis.324. num.10.& alij relati per Petr.de fideicomm.quæst.77.*
6 *num. 379.* † Neque præcedentem Apostolici priuilegij famam, nullis ante litem motam contrarijs probationibus debilitatam infringit, *ex notat.in cap.licet ex quadam,de test. vbi communiter per DD. Angel.cons.308. Aym.260. num.7.* & alijs adductis auctoritatibus firmat idem *Petr.de fideicomm.quæst.13.num.116. Farin. de test. quæst.47.num.172.Rota coram Verall.decis.9. nu.1. par.2.& in alijs decis.in præterita decisione deductis.*

Nec pariter corruit probatio immemorabilis ex parte Ducis iustificata, siue ex producto acquisitionis initio prçuijs duobus Instrumentis distractionem Status de Capilla,ad decimarum venditionem expresse continentibus; siue ex ratione ab aliquibus testibus Ducis pro earumdem concessione recensita:quia videlicet virtute Procerũ huius familiæ Maurorum eiectio ab eodem Statu successerit;quę tamen ratio erronea dignoscitur ex relatione Historicorum soli Regi expulsionem ipsam adscribente.

Vt enim ponderatum fuit in decisione prçterita prædicta venditionum Instrumenta earum tantùm decimarum speciem includunt, quæ ex introductione, ac extractione merciũ, siue ex piscatione, siue alijs de causis temporale dominium respiciẽtibus soluebatur. Adducta verò ratio (ad cuius expressionem prædicti testes arctari non poterant)certorum depositionem sine vlla rationis expressione priuilegij famam optimè concludentem eneruare non valet;Nec præterea iustificatur erronea, dum vt plures attestantur Historici,Iacobus Auctor Moderni Ducis summa cum fortitudinis laude quatuordecim tantum præcedẽtibus annis Tolosano prçlio interfuit,cuius proinde virtute potuit quoque Maurorum eiectio ab eodem Statu contingere.

Et ita vtraque parte informante decisum.

R. P. D. PEVTINGERO.

Oscen Archidiaconatus.

Mercurij 14.Decembris 1648.

ARGVMENTVM.

Gratia concessa cum expræssione Doctoratus, quomodò probationem illius requirat. Archidiaconatus in Hispania, quæ dignitas dicatur. Solitum, & consuetudo vbi illud est contrà ius quandò dicatur probatum.

SVMMARIVM.

1 *Doctoratus in gratia sub illius assertione cõcessa probatur per publicam vocem, & famam.*

2 *Doctoratus probatur, vel per exhibitionem priuilegij, vel Testes qui doctoratui interfuerunt. Intellige, vt num. anteced. & seqq.*
4 *Testes deponentes de visione scripturæ iuncta publica voce, & fama æquipollent exhibitioni eiusdem scripturæ.*
5 *Doctoratus ex priuilegio particulari non sufficit in dignitatibus Cathedralibus, sed requiritur alicuius publicæ vniuersitatis.*
6 *Testis deponens de auditu ab alio, & dubitatiuè non concludit.*
7 *Concil.Trident. requirens in dignitatibus Cathedralibus doctoratum alicuius publicæ vniuersitatis procedat. & sup. num.5. & seq.*
8 *Archidiaconatus in Hispania non est prima dignitas.*
9 *Archidiaconatus Hispaniæ doctoratum nõ requirunt.*
10 *Præsentia prouisi in Curia di tempore suæ prouisionis quomodò probetur.*
11 *Valor beneficij probatur per Testes de publica voce, & fama.*
12 *quod Beneficium sit dignitas, & non habeat curam Animarum sufficit semiplenè probare.*
13 *Solitum contrà ius quomodò probetur. & num.seqq.*
14 *Fama probat solitum, & consuetudinem.*
15 *Confessio Episcopi collatoris probat in præiudicium prouisi.*
16 *Consuetudo probatur per concordiam confirmatione Sedis Apostolicæ munitam.*
17 *Infinitas coadiuti per testes probata confirmationem recipit ex morte eiusdem paulò post signatam gratiam coadiutoriæ secutam.*
18 *Collatio simul tamen Episcopi cùm Capitulo ex quibus excludatur. & num. seq. vbi vide.*

DECISIO CCLXXI.

POSTQVAM Ioannes Salinas duas ad eius fauorem decisiones pro executione suæ subrogationis gratiosæ in ius, & possessionem Melchioris Alayeto dum viueret Archidiaconi de Serrablo contra Dionysium Esmir reportasset antequam obiret à Sanctissimo in Coadiutorem cum futura successione in dicto Archidiaconatu, & Canonicatu accepit Gregoriũ Escobedo,qui impeditur à dicto Dionysio prosequi Iudicium exequutiuum subrogationis à Salinas inchoatum, obtinuit in petitorio disputari dubium. An Archidiaconatus iste sibi sit adiudicandus,cui Domini affirmatiuè responderunt, quia tam in sua, quam in Salinas sui auctoris gratia narrata satis iustificauit.

Docuit enim de doctoratu Salinas probando eum per publicam vocem, & famam ex
1 depositione plurium Testium,† quod sufficere in puncto gratiæ prouisionis de prouisione cum assertione Doctoratus, tradit *Caputaquen. decis.277.num.4. part.1.* & fuit dictum in *Placentina Canonicatus 11.Martij 1599. coram Orano, impress.apud Marches.de Commiss. part.1.fol.339.sub num.3. vers.qualitates autem,* quem modum pro-
2 bandi non † excludit si benè consideretur *decisio Cæsaraugustana Pensionis 21. Decembris 1591. coram recol.mem. Cardinali Hieronymo Pamphilio, impress. apud Marches. de Commiss. tom.1. fol.564. num.6.*

num.6. licet Rota ibi dixerit ad probandum Doctoratum requiri, vel exhibitionem priuilegij, vel Testes, qui Doctoratui interfuerint; Ideò enim hoc dictum fuit, quia in eo Casu probatio Doctoratus desumebatur tantùm ex verbis enunciatiuis Testium, nec talis qualitas articulata fuerat, itaut ratio illius decisionis erat excludere enunciatiuas Testium, & admittere duos modos, quibus Doctoratus probari potest, sequendo doctrinam *Alex. consil.107. num.2. lib.7.* vbi ait probari posse per
3 Testes, qui Doctoratui interfuerint, † non tamen excludendo alium modum probandi per Testes de publica voce, & fama, quem in specie firmauit *Rota apud Caputaqu. & Oran. superiùs allegat. & apud Guidob. decis.113. relat. à Mascard.conclus.527.num.10.*

Et hic faciliùs procedit; dum quartus Testis, *Summ.Gregorij num.2.* expresse deponit se vidisse priuilegium Doctoratus vtriusque tàm Salinas, quàm Gregorij, quod pariter vidit alter Testis, qui dicto Salinas inseruiebat, quo-
4 rum dicta, † concurrente præsertim publica voce, & fama, æquipollere videntur probationi per exhibitionem priuilegij, vt per *Rot. decis.443. num.10. part.1. recent.*

Neque vis est facienda in depositione vnius Testis, dum dicit, ibi: *Vn suo Seruitore mi disse hauer veduto il priuilegio, che mi pare, che fosse quello di Sforza, Summ. Esmir num.4.* quasi inferendo priuilegium Doctoratus Salinas, fuisse ob-
5 tentum à Duce Sfortia, † quod in Dignitatibus Cathedralibus non sufficere, sed ab aliqua Vniuersitate studij generalis obtineri debuisse ex mente Concilij Tridentini, probat *Lotther. de re benef. lib.3. quæst.7. numer.123. & seqq.* quæ
6 dubitatiua depositio, † & eo minus de auditu ab vno alio non concludit, *cap.quoties de Testib. Gregor.XV. decis.517.num.17. & decis.578. nu.12.* & præterea dispositio Concilij locum habet
7 solummodo † in Archidiaconatu habente curam Animarum, vel Iurisdictionem, qualis non est hic, de quo agitur, *Barbos.in Collect. ad Concil. sess.24. de reformat. cap.12.nu.3.* vbi plures congerit, vel dum est prima dignitas, qua-
8 lis † pariter non est hic cōtrouersus, *Castropalao tract.13. disput.4. punct.6. numer.15.* vbi subdit Archidiaconatus in Hispania non esse primas Dignitates, quia in Secularibus Ecclesijs est Decanus, & in Regularibus Prior. Vndè ex hoc infert Doctoratum in Archidiaconatibus
9 Hispaniæ † hodie non requiri, quod pariter comprobat *Barbos.d.cap.12.nu.6.post plures alios, quos allegat.*

Præsentia dicti Salinas in Curia de tempore suæ prouisionis, probatur ex Testibus, *Summ.*
10 *num.3. Duran.decis.237.num.5,* † vbi super hoc etiam sola fides extraiudicialis admissa fuit.

Pariter docuit Gregorius de valore Archidiaconatus, & Canonicatus, aliorumque Beneficiorum tàm à Salinas, quàm ab ipso obtentorum per non excessum, vt fuit in suppli-
11 catione narratum † per Testes de publica voce, & fama quomodo satis probatur, *Caputaq. decis.277. num.7. part.1. Rota decis.140.num.3. & decis.257.num.4. part.1. recent. cum alijs allegatis in Placentina Beneficij 27.Maij 1642. coram R. P. D. meo Ghisilerio,*

Nec refert, quod aliqui Testes super Interrogatorijs negent se esse de redditibus informatos, quia ipsi se explicāt, dicendo de redditibus per ascensum, eorūque præcisa quantitate, sed quoad non excessum omninò assertiuè deponunt de publica voce, & fama per verbum *fuit, & est*, vt in *Summ. Gregorij num.4. & sequen.* Per quos Testes maximè quartum super quinto articulo, & quintum super quarto Interrogarorio, *in dicto Summ. num.6.* Etiam probatur alia narratiua, quod videlicet, Ar-
12 chidiaconatus iste sit Dignitas, † non tamen maior post Pontificalem, nec habeat curam Animarum annexam, quarum qualitatum semiplenam iustificationem sufficere, dixit *Rota apud Buratt. decis.708.num.4. vers.Prioratum.*

Archidiaconatum esse grauatum pensione annua ducatorū 50. comprobant pariter Testes, *Summ. num.15.*

Denique, quod idem Archidiaconatus vnà cum Canonicatu absque dispensatione Sedis Apostolicæ retineri solitus sit, probant Testes in *Summ.num.6.* tàm de visu, quàm de publica voce, & fama per tempus 40. annorum, & amplius, vt signanter quartus, & sextus su-
13 per quinto articulo deponunt, † itaut satisfaciant etiam requisito in probando solito contra ius, *Buratt.decis.550.num.4. & 6. & in Meten. Certatoriæ 19.Decembris 1623. coram bon. memor. Merlino.*

Fama verò sufficere ad probandum solitū,
14 & † consuetudinem, tradit *Cyn.in l.2. vers. secundò quæritur, C.quæ sit longa consuetudo*, quem sequitur *Alex. consil.14.num.1. lib.5. Marsil. l.de minore nu.82.ff.de quæst.* alijque relati à *Mascard. de probat. conclus.429. numer.10.* Tanto magis, quia ad probandam hanc consuetudinem deseruit ipsa narratione ab Episcopo Oscen̄, & Capitulo de ea facta Pontifici in confirmatione Apostolica Concordiæ inter eos initæ de anno 1644. *Summar. replicationis Gregorij num.1.* ibi: *Quæ omnes dignitates per Canonicos eiusdem Ecclesiæ etiam cum suis Canonicatibus, & Prebenda absque dispensatione Apostolica sunt solitæ obtineri, &c.* Confessio namque Episcopo collatoris
15 probat † in præiudicium Dionysij ab eo prouisi, *Caputaq. decis.93.num.3. in fin. lib.1. Buratt. decis.183. nu.8.* Hincque pariter fuit in eadem Concordia stabilitum Episcopum Archidiaconatum hunc, *& de la Camera*, ac Cantatoriam non cogi; sed posse conferre Canonicis eiusdem Ecclesiæ sibi beneuisis; Alias verò dignitates teneri omninò conferre Canonicis de numero vicenario, talis enim Concordia tanquam cōfirmatione Sedis Apostolicæ mu-
16 nita † eo magis comprobat, & firmat consuetudine prædictam *Rota decis.497.nu.2.vers.Præsertim part.1. recent.*

Tandem morbus dicti Salinas narratus satis probatus remanet, ex Testibus datis in
17 *Summ.12.* † quam veritatem eiusdem Salinas mors paulò post signatam gratiam Coadiutoriæ sequuta confirmauit, vt aduertit *Rota in puncto Coadiutoriæ decis.45. num.30. part.6. recent. &*

& in Gerunden. Canonicatus, & Præpositura 31. Maij 1647. §. non obstant. Testes, in fin. coram Reuerendiss. D. meo Decano.

Verificatis igitur narratis à Gregorio, de articulo simultaneæ collationis non est amplius dubitandum cum satis abundè in duabus decisionibus sub *diebus 10. Maij, & prima Iulij 1647.* fuerit discussus, atque simultanea Episcopi, & Capituli collatio de hoc Archidiaconatu, quam Esmir prætendebat penitus exclusa, quia clarè ostensum fuit solum Ordinarium, etiam ante concordiam fuisse in quasi possessione conferendi dictam Dignitatem, & per concordiam superuentam non fuit restricta collatio actiua Episcopi, sed solummodo passiua, & conuentum, vt aliquas Dignitates posset si vellet, alias verò omninò teneretur conferre Canonicis eiusdem Ecclesiæ; vt superiùs dictum fuit, ex qua pariter conuentione videtur resultare implicita confessio pertinentiæ collationis actiuæ, nedum in exercitio, sed etiam in proprietate ad Episco-
18 pum, † quæ ad excludendam prætensam simultaneam collationem sufficiunt. *Lotther. de benef. lib. 2. quæst. 21. num. 52. Rota decis. 132. nu. 3. & 4. part. 1. rec. & in Montis Alti beneficij 15. Decembris 1645. §. & additur, coram Reu. P. D. meo Bichio.*

Vndè sequitur non benè huic Casui applicari ab Informantibus pro Esmir allegatam decisionem *Tarraconen. Sacristæ 23. Ianuary 1602.*
19 *coram Iusto,* † quia in illo casu constabat, quod in statu Concordiam antecedente Ordinarius non poterat conferre sine requisitione Capituli, & per Concordiam ipsi solum dabatur exercitium conferendi, quod in præsenti casu longè aliter se habere satis ex supradictis liquet.

Ex quibus Domini Archidiaconatum Gregorio adiudicarunt vtraque parte informante &c.

REVERENDISSIMO P. D. CERRO

Sacræ Rotæ DECANO.

Romana Fideicommissi de Maximis.

Lunæ 11. Ianuarij 1649.

ARGVMENTVM.

Fideicommisso conditionali, & successiuo, quãuis reciproco, non censeri renunciatum per simplicem diuisionem factam ab Arbitris, quibus in eorum deputationem non fuit data facultas remittendi fideicommissum; etiam si postmodum dicta diuisio fuerit ratificata, cum promissione ad inuicem facta de habendo illam ratam, gratam &c. ac de euictione in forma, atque cum conuentione de soluendis debitis paternis, in præsenti decisione constanter firmatur, & in contrarium adductis plenè respondetur.

SVMMARIVM.

1 *Transactio inita super certa iure, non comprehendit aliud ius diuersum.*

2 *Acceptatio testamenti Patris, quod est incompatibile cum testamento Aui, importat per necessarium antecedens illius renunciationem.*

3 *Dictio,* tantum, *cuius sit naturæ.*

4 *Relatio operatur, vt omnia contenta in relato de verbo ad verbum censeantur repetita in referente.*

5 *Fideicommisso reciproco, quando non censeatur renunciatum per diuisionem.*

6 *Fideicommisso non censetur renunciatum per diuisionem, quamuis fuerit apposita promissio de euictione, nisi alijs vrgentioribus clausulis sit munita.*

7 *Fideicommisso quando non censeatur renunciatum per diuisionem, quamuis fuerit facta conuentio de soluendis debitis paternis.*

8 *Fideicommisso non censetur renunciatum per diuisionem factam ab Arbitris cum quibuscunque clausulis, si in ipsorum deputatione, non fuerit data facultas remittendi fideicommissum.*

9 *Amplia etiam si diuisio, & bona ab Arbitris assignata, fuisset acceptata* pro se, eorumque heredibus, & successoribus.

10 *Ratificatio diuisionis factæ ab Arbitris de bonis fideicommissarijs restringitur ad ea quæ validè ab illis gesta fuerunt. & non extenditur ad ea, quæ nulliter facta fuerunt.*

11 *Fideicommisso conditionali, & futuro non censetur renunciatum per diuisionem, cum promissione ad inuicem facta de habendo illam gratam ratã &c. amplia vt nu. 13.*

12 *Et quommodo sit intelligenda huiusmodi diuisio.*

14 *Correspectiuitas tollitur, quando causa fuit à contrahentibus expressa.*

15 *Causa diuersa à contrahentibus non specificata, subintelligi nequit, nisi concludenter probetur.*

16 *Actus subsequentes dubij, præsumũtur gesti ex titulo, & causa præcedenti, ac in exocutionem antecedentis dispositionis.*

17 *Fideicommisso non censetur renunciatum per diuisionem, quando postea diuidentes supplicarunt, Pontifici pro derogatione eiusdem fideicommissi.*

18 *Fideicommisso non censetur renunciatum per diuisionem, ex quo diuidentes asserunt quod fundus super quo census imponi deberet, esset liber ab omni fideicommisso purificato, & purificando.*

19 *Bona fideicommisso subiecta alienari possunt pro constitutione dotium, bonis liberis non extantibus.*

20 *Obseruantia quando redditur æquiuoca ex actibus contrarijs, nullius omninò remanet efficaciæ.*

21 *Transactio facta inter fideicommissarios, non præiudicat vocatis ex propria persona, & independenter à transigentibus.*

22 *Creditor non potest agere contra bona sui debitoris quæ possidentur à fideicommissario, quando titulus possessionis reddatur turbidus.*

23 *Aditio hæreditatis vt validè fieri possit à matre nomine filiorum tamquam tutrice, & curatrice, quæ requirantur.*

24 *Minores possunt repudiare hæreditatem post quam compertum fuit, illam fuisse maximo ære alieno grauatam.*

25 *Fi-*

25 *Fideicommissarius licet adiuerit hæreditatem grauati cum beneficio leg. & inuent. potest deinde agere ex propria tamquam iure proprio ad fideicommissum vocatus.*

26 *Hæres alicuius quando quis dici non possit, licet egerit pro recuperatione bonorum ad illius hæreditatem spectantium.*

DECISIO CCLXXII.

CORAM bon. mem. Robusterio 6. Octobris 1573. & 13. Aprilis 1574. resolutum fuerat, ex Testamento Dominici non fuisse inductum reciprocum fideicommissum, *vt ex decis. 118. par. 1. & 230. par. 2. diuers.* Sed eodem articulo post sexagenariam acquiescentiam ad trutinam reuocato, 5. *Martij 1638. coram bo. mem. Pirouano,* recedendo à decisis responsum fuit constare de fideicommisso reciproco, perpetuo, & absoluto; Verum causa pluries reproposita tam per eumdem bon. mem. Pirouanum, quam à Me, ob ipsius mortem in eius locum subrogato, tandem *die* 14. *Martij* 1642. dictum fuit, placeret Concordia, qua tamen non effectuata, dum imminebat reproposito Dominici Iacobus, & litis Consortes exhibuerunt quædam Instrumenta transactionis, & diuisionis, ac super illis tanquam præiudicialibus petierunt dubium particulare, vnde super hoc Dominos consului, qui auditis partibus hinc inde mandarunt, quod prius disputaretur, An obstent dicta Instrumenta transactionis, & diuisionis, quoad bona Dominici, quo dubio ter proposito, & maturè discusso, hodie resolutum fuit Instrumenta non obstare.

1 Transactio enim, † quæ inita legitur *anno* 1566. 8. *Augusti* inter Lelium, Fabium, Pompeium, Carolum, & Ascanium filios Lucæ filij Dominici, est restricta ad approbationem Testamenti eiusdem Lucæ ipsorum progenitoris, quo ad certum prælegatum dumtaxat relictum Lelio, eiusque descendentibus primogenitis, vt clarè ostendunt verba illius, ibi, *Cumque intendant &c. dictum Testamentum, & ordinationem eorum patris prædicti &c. quo ad prælegatum prædictum tantum &c. habere ratum gratum &c.* & ibi, *quod prælegatum prædictum testamentum, & ordinationem per præfatum q. D. Lucam eorum patrē factam, ac omnia, & singula in eisdem contenta modo, & forma prout in eis continetur, quo ad dictum prælegatum &c. Summ. Marchionis primæ positionis n. 3.* Ideoque extendi non potest ad remissionem, & renunciationem fideicommissi Dominici eorum aui, quo ad alia bona reperta in hæreditate in dicto prælegato, nullatenus compræhensa, *l. si de certa, vbi Doct. C. de transact. Menoc. cons. 1099. sub num. 21. vers. præterea transigentes, & num. 22. lib. 10. Fusar. cons. 39. num. 65. cum seqq. & cons. 48. num. 6. Card. Mantic. decis. 245. num. 13. san. me. Greg. decis. 158. num. 1. & Card. Caual. decis. 262. num. 7.*

2 Nec subsistit, † quod Testamentum Lucæ contineat diuersas dispositiones, & incompatibiles cum Testamento Dominici, itaut proinde illius acceptatio per necessarium antecedens istius renunciationem importet, *ex theoric. Bartol. communiter recepta, in l. qui Romæ, §. duo fratres num. 21. vers. vel fuit dictum, ff. de verb. oblig.*

3 Quia præter quod huiusmodi acceptatio limitata, & restricta ad prælegatum † cum illa dictione taxatiua *tantum,* non solum non extēditur, sed excludit pænitus omnia alia in eodem Testamento disposita iuxta naturam dictæ dictionis, vt notat *Bart. in l. vnic. num. 1. ff. si quis ius dicent. non obtemper. Card. in clem. 1. vers. nos igitur de Sum. Trinit. & fid. Catholic. Rota in Romana Saluiani interdicti 28. Aprilis 1597. coram bo. me. Litta, post Pacific. de Saluian. decis. 58. num. 4. & dictum fuit in Toletana Canonicatus Pœnitentiariæ 4. May 1644. coram Me, §. idque non solum.* Duæ dispositiones in præfato Testamento leguntur, altera scilicet continens dictum prælegatum, & primogeniturā in bonis proprijs ipsius Lucę, ibi, *Item quia vt Illustr. D. Testator notorium esse asseruit post mortem bon. mem. Dominici de Maximis sui patris de suis proprijs pecunijs emit Castra &c. diuersaque melioramenta in reliquis Casalibus &c. fecerit &c. ac notabilem quantitatem pecudum &c. aliorumque animalium &c. ex suis pariter pecunijs, & industria emerit &c. pro omni, & toto eo, de quo ipse Illustr. D. Testator tam ratione acquisitionum &c. quā ratione suæ legitimæ, & alias quomodolibet &c. libere disponere potest &c. iure prælegati reliquit D. Lælio filio suo inter masculos primogenito &c. & sic successiuè de primogenito in primogenitum &c.* Et hæc dispositio nihil habet cummune, nec aduersatur Testamento Dominici, & tanquam de bonis ad eumdem Lucam spectantibus à Lelio, eiusque fratribus acceptata, & approbata videtur ex eodem Instrumento transactionis.

Altera verò compræhendens vniuersam illius hæreditatem, & sic etiam omnia bona fideicommissaria eiusdem Dominici sui patris, quæ tantum abest, quod si diuersa, & incompatibilis cum Testamento illius, quinimmo totaliter est illi conformis, ipsiusque repetitionem importat, ibi, *In omnibus autem alijs bonis &c. vniuersales hæredes instituit Fabium &c. eiusdem Testatoris filios, & quemlibet eorum æquis portionibus, quos, & eorum quemlibet etiam præfatum Lelium primogenitum, quod ad substitutionem, prout asseruit, ordinatam fuisse per bon. mem. Dominicum de Maximis patrem Testatoris ad inuicem substituit &c.*

4 *d. Summ.* Marchionis *num. 2.* † Hinc enim vigore huius relationis ad paternum testamentum idem resultat effectus, ac si eisdem verbis in eo descriptis Lucas disposuisset, & quæcumque substitutiones ordinatæ à Dominico repetitæ censentur in posteriori Testamento Lucæ perinde, ac si de verbo ad verbum ibidem expressæ fuissent, *l. asso toto 77. ff. de hæred. instit. Surd. cons. 105. num. 30. Menoch. cons. 287. num. 34. cum alijs congestis, in Romana fideicommissi de Maximis 1. Decembris 1634. coram bon. mem. Buccabella, §. Dominicus autem 15. Aprilis 1644. coram R. P. D. meo Peutingerio, §. siquidem cum casus, & 28. Ianuarij 1647. coram R. P. D. meo Otthobono, §. ideo cum Angelus.* Ac consequenter prorsus excluditur prætensa dispositionum diuersitas, & incompatibilitas, adeout proinde ex acceptatione

vnius desumi non valeat alterius renunciatio.

Diuisio verò celebrata 18. Augusti 1567. simpliciter facta fuit absq. vlla expressa mentione præfati Testamenti,& dispositionis Do-
5 minici, *eodem Sum.primæ positionis num.4.* † Cum enim non agatur de fideicommisso puro,& in diuidentibus terminato, sed conditionale, & futuro comprahendente illorum descendendentes, & successores, vt firmatur *in dicta decisione coram bo.me.Pirouano,* simplex diuisio illius remissionem, & renunciationem non inducit, quamuis sit reciprocum, & ipsimet diuidentes de illo certam scientiam habuerint, *l. cum pater,§.hæreditatem il 2. ff. de legat.2. Doctores in l. qui Romæ,§.duo fratres.ff.de verb.oblig. Alex. consil. 208.num.4.cum seqq. lib.6.* plenè *Ruin. cons.137. sub num.6. vers. sed præmissis non obstantibus, cum pluribus seqq.& cons.138.num.5.lib.2. Paris. consil. 55.num.13.lib.2.Dec. cons.86. sub num.4. vers. sed tamen his non obstantibus,Capr.cons.89. num.16. & 17.Peregr.de fideicommiss.art.52. num.18. cum seqq. Fusar.de substit.quæst.593.num.5. sanct.mem. Greg. decis.73. num.1. pluribusque alijs adductis firmauit Rota coram bon.mem.Buratt.decis.89.num.1. & per tot.repet.in recent.decis.624.par.2. & decis.395.n.1. & 2.part.3.*

Nec contrarium suadent clausulæ genera-
6 les ibidem appositæ:† Promissio enim de euictione nullius est efficaciæ, nisi alijs vrgentioribus clausulis sit munita,vt probant *Peregrin. de fideicommiss.dicto.artic.52.nu.69.cum seq. Fusar. de substit.dicta quæst.593.n.62.Menoch.de præsumpt. lib.3. præsumpt.115.num.12.bon.mem. Buratt. dicta*
7 *decis.89,num.8.* † Conuentio verò de soluendis debitis paternis non fuit habita in consideratione, cum præsumi possit, quod facta fuerit, vel intuitu scutorum 2500.quæ vnicuiq;ipsorum Lelius soluere promiserat, aut contemplatione aliorum bonorum liberorum Lucæ in prælegato,& diuisione non compræhensorum consistentium in nonnullis suppellectilibus, mobilibus præciosis, & animalibus, vt ex Inuentario *Sum.Marchionis diei 29.Maij n.11.* Ideoque tamquam actus saltem æquiuocus referri non debet ad remissionem dicti fideicōmissi, vt ponderauit *Rota coram bo.mem. Buratt. dicta decis,89.num.16.*

8 Quæ fortius stringunt in casu nostro,† quo agitur de diuisione facta ab Arbitris, cū enim in ipsorum deputatione illis data non fuerit expressa, & specialis facultas remittendi dictū fideicommissum, vtique per subsequutam eorum diuisionem etiam quibuscumq; clausulis munitam nullatenus censetur remissum, vt probant *Soccin. Senior. cons. 251. sub num.18. vers.ex quibus concluditur cū seqq,lib.2.Od. cons.49. num.8.Cabal.cons.75.nu.4.& 5.Fusar.d.quæst.593. num.153.qui alios plures cumulat bo.me.Burat.dicta decis.89.num.17.*

9 Nec obstat, † quod Virginia mater dictorum fratrum acceptauerit diuisionem, & bona ab Arbitris assignata *pro ipsis,eorumque hæredibus,& successoribus quibuscumque*. Quia cum huiusmodi clausula apposita fuerit in executiuis, non est apta alterare, seu immutare naturam huius simplicis diuisionis, vt alijs pluribus allegatis respondit *Rot. in eadem decis.89. num.8.coram bo.me.Buratt.*

Idque etiamsi dicti fratres huiusmodi diuisionem ratificauerint cum promissione ad inuicem facta de illam habendo ratam, gratā, & firmam, ac semper, & perpetuo obseruando, & contra non faciendo aliqua ratione, titulo, seu causa, *Summar.impress.Iacob.num.7.*

Ratificatio enim vltra, quod non loquitur de præfata diuisione, sed tantummodo de su-
10 pradicta transactione,† restringitur ad ea, quæ in Instrumento ratificato,validè acta fuerunt, non autem extenditur ad alia, quorum respectu Arbitri illud celebrantes nullam facultatem habebant, vt ad propositum respondent *Soccin.Senior.d.cons.251.n.21.Mandell.Alb.cons.29 nu.16.vers.Intelligo id procedere,Odd. dicto cons.49.*
11 *num.10.Cabal.dicto cons.75.num.8.* † Præfata verò promissio quamuis generalis,& ampla non compræhendit casum fideicommissi futuri, & conditionalis,de quo ibidem nulla mentio facta fuit, *Rip.in dicta l.qui Romæ. dicto §.duo fratres num.44.Soccin.dicto cons.251.num.18.vers.quæ conclusio, Ruin.dicto cons.137. sub num.9. cum seqq. lib.2.Capr.dicto cons.89.num.12.Gozzad.n. cons.36. num.12.vers. secundo dato cum alys per bon. memor. Buratt.d.decis.89.num.4.ac in recent.decis.549. n.3.*
12 *part.1.* † Et cum nec in diuisione,nec in acceptatione, & ratificatione vllibi facta fuerit mentio filiorum substitutorum præfata promissio intelligitur,dumtaxat de iure diuidentium, non autem filiorum, aliorumque successorum ex propria persona vocatorum, vt in forioribus terminis dictum fuit *in Meleuitana tenutæ 26.Iunij 1645.coram R.P.D. meo Peutingerio §.non obstat,quod Angelus circa fin.*

13 Ponderando præsertim, † quod dicti fratres quando in huiusmodi generali promissione compræhendere voluerunt præfatum fideicōmissum hoc expresse declararunt, vt specificè legitur in Instrumento transactionis, quo ad dictum prelegatum, ibi, *Et quilibet ipsorum ad inuicem &c.promisit habere ratum &c.& contra non facere, vel venire aliqua ratione iure, modo, titulo, siue causa &c.etiam ratione testamenti præfati q. Dominici eorum aui &c.* Vnde dum hanc explicitā & expressam declarationem non emiserunt in præfata ratificatione diuisionis, vtique arguitur in bonis diuisis nullo pacto sensisse præfatum fideicommissum remittere *argumento textat. in l. vnica, §. sin autem, Cod. de caducit. tollend.*

Nec subsistit, quod dicta diuisio fuerit correspectiua ad acceptationem prælegati.

Quia ex tenore eiusdem trāsactionis apparet dictam acceptationem factam fuisse per conseruationem domus,& familię eorundem transigentium, ibi, *Intendant dictum testamentum, ordinationemque eorum patris prædicti pro conseruatione domus, & familiæ ipsorum &c.* Necnon, & proprius, eo quia Lelius conuenit se soluturum cuilibet ipsorum dicta scuta 2500. ibi, *versa vice idem Dominus Lelius volens gratitudinem gratitudini compensare &c. sponte &c. promisit &c. soluere eisdem, & cuilibet ipsorum scuta 2500.monetæ &c.*

14 *tæ &c.* † Hinc enim huiusmodi causæ à partibus expressæ, tollunt quamcumque correspectiuitatem, quæ aliunde posset oriri, *Put. decis.479.nu.2.lib.2.in correct. Rota in Romana subcollectoriæ 2. Iunij* 1645.*coram R.P.D. meo Bichio,*
15 *§.cum itaque circa fin.* † Et diuersa causa à contrahentibus non specificata subintelligi nequit nisi concludenter probetur ex deductis *in Cæsanaten. Censuum 3. Iunij* 1644. *coram R.P.D. meo Corrado, §.accedit etiam.*

Cæterum prædicta certiora redduntur ex obseruantia subsequuta; Pompeius enim senior vnus ex transigentibus sine filijs existens anno 1572. instituit hæredes vniuersales alios fratres superstites; sed ipso defuncto dicti fratres *die* 12.*Iunij* 1573. eius hæreditatẽ repudiarunt, eo quia bona erant obnoxia fideicommisso Dominici *dicto Summar.* Marchionis 29. *Maij nu.*12. & postmodum prima Iulij sequentis declararũt, velle retinere bona ab ipso relicta, quatenus sint subiecta eidem fideicommisso Dominici *Summ.* Marchionis *vltimæ propositionis num.*2.*&* 3. Signum euidens, quod per præcedentes transactionem, & diuisionem nullatenus dicto fideicommisso renunciauerant.

Nec aduersatur, quod *die* 13. *eiusdem mensis Iulij,* ijdem fratres inter se diuiserint bona, quæ alias ab eodem Pompeio possidebantur *dicto Summ.* Marchionis *primæ positionis num.* 5. Quia cum huiusmodi bona essent fideicommissaria Dominici, Ipsi vero in actu dictæ diuisionis nõ specificauerint quo nomine diuidebant, vtique ad dictam diuisionem deuenisse præsumuntur nomine, & titulo fideicõmissario iuxta declarationem paucis diebus
16 ab ipsis præcedenter emissam, † cum regulariter actus subsequentes dubij præsumantur gesti ex titulo, & causa præcedenti, *Aym.consil.* 91.*num.*9.*consil.*106.*num.*10.*consil.*111. *num.* 18.*in fin.& consil.*284.*num.*6. ac in executionem antecedentis dispositionis, *Surd. decision.* 288. *numero* 33. *Caputaquen. decision.* 226. *numero* 2. *parte secunda.*

17 Idque † clarius comprobatur ex subsequutis derogationibus eiusdem fideicommissi. Carolus enim alius ex transigentibus anno 1603. supplicauit sanct.memor. Clementi VIII. pro licentia vendendi Casale Corthecciæ fideicommissarium Dominici, eamque impetrauit facta subrogatione partis pretij exinde retrahendi pro reintegratione eiusdem fideicommissi *Summariolo* Marchionis *num.*6. Anno 1613. alij fratres de Maximis deuenientes ad venditionem Casalis Porcaleccia explicitè declararunt suppositum esse eidem fideicommisso, illiusque derogationem desuper ottinuerunt. *dicto Summariolo num.*3. & denique anno 1617. supplicarunt fælrecordat. Paulo Quinto pro alia simili derogatione, & licentia ad effectum alienandi Castrum Praticæ eidem pariter fideicommisso obnoxium, quam similiter reportarunt sub eadem conditione subrogandi partem pretij illius pro eius reintegratione. *Summar.additionali* eiusdem Marchionis *nu.* 4. Hinc igitur clarè excluditur prætensa huius fideicommissi remissio, dum ex tot actibus tam in transigentibus, & diuidentibus, quam in ipsorum filijs, & successoribus specialis, ac expressa resultat illius existentiæ confessio, *vt admissum fuit in Romana successionis de Comitibus* 26.*Iunij* 1647. *coram Reuerendiss. Terracinen. §. non obstat.* Quas quidem derogationes, & licentias prætendi non potest impetratas fuisse ad cautelam emptorum, dum hoc in illarum supplicationibus expressum non fuit, & toties impetratæ fuerunt, quoties casus venditionis euenit, & vlterius Pontifices ordinarunt, quod pars pretij subrogaretur in locum prædicti fideicommissi, & inuestita remaneret ad commodum substitutorum, ex quo apertè dignoscitur fideicommissum adhuc extare, & derogationes fuisse omnino necessarias, cum alias huiusmodi conditio, nec à Pontificibus iniuncta, nec à supplicantibus acceptata fuisset.

Indeque non releuant actus pro contraria
18 obseruantia ponderati: † Impositiones enim censuum factæ ab eodem Carolo de anno 1573. & ab Ascanio de anno 1597. super Casalibus Porcarecciæ, & Cortecciæ cum assertione, quod essent libera ab omni fideicommisso purificato, seu purificando *Summ.* Iacobi *die* 29.*Maij num.*16. non concludunt remissionem fideicommissi, cum huiusmodi assertiones præsumantur emissæ ad inuitandum emptores dictorum censuum, qui alias verisimiliter illos non emissent, vt admittitur *in eadem Romana successionis de Comitibus d.§.non obstat.*

Donatio facta à Virginia Columna anno 1558. ad fauorem Lælij Primogeniti Lucæ, *hodierno Summ.Iacobi num.*11. est anterior dictis Instrumentis transactionis, & diuisionis, & continet dumtaxat melioramenta, ac acquisitiones per eam factas in Castris prælegatis, ideoque nihil habet commune cum bonis fideicommissarijs Dominici, & consequenter inseruire non potest pro obseruantia interpretatiua.

Testamenta Ascanij, & Iulij non aduersantur dispositioni eiusdem Dominici, quinimo vbi de ea faciunt mentionem sunt illius confirmatoria, & repetitiua, vt apparet ex illorum lectura *dicto Summ.additionali Marchionis num.*11. *&* 12. vbi Iulius asseruit dictum fideicommissum fuisse ab illius filijs confirmatum, & ampliatum.

Venditio denique facta per Lelium de domibus in Campo Floræ facta fuerit pro soluẽda concurrente quantitate dotis Victoriæ ip-
19 sius filiæ, ideoque non meretur attendi † cum restitutione, seu constitutione dotium descendentium bonis liberis non extantibus, alienari possint bona ascendentis, licet fideicommisso subiecta *iuxt.vugl.remed.auth.res quæ, C.de comm. de legat.nouissimè approbatum in Anconitana dotis* 9. *Decembris proximi præteriti coram Me.*

Vnde vel dicti actus pænitus eliduntur ex
20 prædictis; † vel saltem prætensa obseruantia exinde resultans redditur adeo æquiuoca ex actibus contrarijs superius ponderatis, vt nullius omnino remaneat efficaciæ, *Rota dec.*294. *num.*2.*par.*2.*diuers.decis.*45.*num.*4.*p.*1.*recen. coram bon.*

bon.mem. Buratt. decis. 464. sub num. 5. vers. adeout. & decis. 472. num. 7. in fin. vers. ideoq. ex instrumentis, adeout proinde super ea nullum constitui possit fundamentum.

Denique Domini ponderabant; † quod cum Marchio, & litis consortes non sint hęredes, nec mediatè, nec immediatè dictorum fratruum transigentium, & diuidentium, sed agant ex propria ipsorum persona, & proprio iure independenter ab illis tanquam vocati ad dictum fideicommissum Dominici, vt firmatur *in decisione huius causæ coram bo. mem. Pirouano*, præfata instrumenta, aliaque inter illos successiuè celebrata ipsis præiudicare non possunt, *l. seia, ff. de euict. l. fin. C. eod. Rip. in d. l. qui Romæ d. § duo fratres num. 101. ff. de verb. obligat. Odd. d. cons. 49. num. 20. & 22. Peregr. d. artic. 52. num. 87. & 91. Fusar. d. quæst. 593. num. 165. & q. 597. num. 1. Rota decis. 597. num. 15. & 16. part. 5. recent. in Bononien. fideicommissi de Boatterijs 8. Aprilis 1644. coram Reuerendiss. Salamantino, §. 2. quia quicquid sit, in Meleuitana Tenutæ 26. Iunij 1645. coram R. P. D. meo Peutingerio, §. non obstat quod Angelus, & in Bononien. fideicom. de Rubeis 30. Maij 1646. corā R. P. D. meo Corrado, §. demum quod ratificationes, vers. ac proinde.*

Nec subsistit, quod possideant nonnulla bona libera Lælij, quodque sint hæredes Pompeij iunioris filij, & hęredis eiusdem Lælij.

22 Huiusmodi enim † possessio non iustificatur in facto, quia Marchio solum possedit bona primogenituræ vna cum assertis melioramentis, vt dicitur donatis à Virginia Columna de anno 1558. & ideo huiusmodi prætensio, vel penitus diluitur, vel saltem redditur adeo turbida, vt in hoc iudicio, & ad effectum de quo agitur eis obesse non possit, *vt responsū fuit in d. Bononien. fideicommissi de Boatterijs, §. fin. vers. quare Domini*. Prout nec minus iustifica-
23 tur ipsos esse hæredes dicti Pompeii, † licet enim quidam Procurator substitutus à D. Cleria Rebiba ipsorum matre tutrice, & curatrice *die 25. Septembris 1610.* secluso Marchione, aliorum nomine adiuerit illius hæreditatem *Summ. impress. Iacobi nu. 18.* Nihilominus omisso pro nunc an huiusmodi aditio sit valida tanquam facta contra dispositionem *text. in l. pupillus si fari. ff. de acquir. hæred.* scilicet absque
24 illorum licentia, consensu, † & interuentu, Quia ipse Procurator Inuentarium confecerat, vbi omnia bona descripserat, quæ ad instantiam eius creditorum vendita fuerunt pro tenui summa scutorum 180. *dicto Summar. additionali num. 1. & 2.* Ideo comperto præfatam hæreditatem esse pænitus damnosam, tanquā modicæ substantiæ, & maximo ære alieno grauatam per eādem tutricem *die. 19. Septembris 1612.* facta fuit illius solemnis repudiatio *Summ. Marchionis die 29. Maij num. 2.* Quam minoribus non esse prohibitam probat *text. in l. si*
25 *cut maior. C. de repudian. & abstin. hæred.* † & in omnem casum vti hæredes beneficiati non impediuntur agere ex propria persona, tanquam proprio iure vocati ad dictum fideicommissum Dominici, vt dixit *Rota decis. 2. numero quinto post Merlin. de legitim.*

26 Minusque obstat, † quod Marchio egerit pro recuperatione Castri Rocchæ sicciæ spectantis ad hæreditatem Lælij, Quia ehit in vim particularis prælegati, & primogenituræ, non autem titulo, seu nominæ hæreditario, ac proinde ex huiusmodi iudicio non fuit effectus hæres Lælij, nec tenetur seruare factum illius, vt dixit *Rota in Romana sodorum 30. Aprilis 1629. coram bo. mem. Pirouano, §. quia facilè*, cum præsertim nihil pænitus obtinuerit, sed succubuerit.

Atque ita conclusum fuit vtraque parte informante &c.

☞ *Decisio ista emanata coram bon. mem. Pirouano sub die 5. Martij 1638. in hac causa emanata est supra in par. 8. recent. vbi etiam annotaui alias decisiones in hac causa factas.*

R. P. D. MELTIO,

Posteà Episcopo PAPIEN.

Romana Fidei commissi de Mutis.

11. Ianuarij 1649.

ARGVMENTVM.

Bona fideicommissaria valide alienari posse non solum pro dotis constitutione, acconcio, donatione propter nuptias, alijsque sumptibus, & apparatibus nuptialibus, tamquam de appendicijs, & connexis dotis; verùm etiam pro restitutione dotis, quarto dotali, Nuptijs spiritualibus, alijsque expensis ex causa ingrediendi monasterium in præsenti decisione firmatur, intelligendo semper in subsidium, & in defectum bonorum liberorum; & bona sic ex causa dotis distracta, ex iuris remedio semper remanent liberas perinde ac si oneri fideicommissi subiecta non fuissent, & in contrarium adductis plene respondetur.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissario vt debeatur immissio, quæ requirantur.*
2 *Fideicommissario regulariter non conceditur immissio, nisi factis priùs detractionibus.*
3 *Bona fideicommissaria validè dicuntur alienata pro dotandis descendentibus fideicommittentis.*
Bona ascendentium sunt hypotecata pro constitutione, & restitutione dotium descendentium numer. 3.
4 *Dos dum fuit constituta in bonis fideicommissarijs, præsumitur non extitisse alia bona libera, & dicēti contrarium incumbit onus probandi.*
5 *Bona fideicommissaria pro dote assignata, libera, & exempta remanent à fideicommisso, perinde ac si oneri fideicommissi subiecta non fuissent.*
6 *Bona fideicommissaria semel pro dote distracta semper ex iuris remedio remanent libera.*
7 *Fideicommissarius non admittitur ad vendicandam rem alienatam pro constitutione dotis, oblato pretio possessori, vel cui d. res in dotem data fuit.*

8 Dos

8 *Dos, acconcium, & donatio propter nuptias in dotem tradita, & à fidecommittente recepta, detrahenda sunt vna cum quarto dotali tamquam debita ipsius, ex bonis per eum fideicommisso suppositis.*

9 *Probationem præsumptiuam Rota non admittit ad probandum illud, quod est fundamentum intentionis alicuius.*

10 *Ratificans non potest venire contra eius ratificationem.*

11 *Amplia etiamsi quis ratificauerit cessionem factam ab eius patre de aliquo prædio, ad quod ipse dispositiue, & ex propria persona vocatus fuisset, & quare.*

12 *Ratificatio facit censeri actum gestum à ratificãtibus ab initio.*

13 *Bona fideicommissaria validè etiam alienantur pro nuptijs Spiritualibus, scilicet pro expensis factis ad effectum ingrediendi Monasterium.*

14 *Bona fideicommissaria non solum valide alienantur pro constitutione dotis, sed etiam pro alijs, & apparatibus nuptialibus.*

15 *Bona fideicommissaria validè etiam alienari possunt pro dotis restitutione.*

16 *Bona fideicommissaria, non possunt alienari ex causa donationis propter nuptias, quando illa ex bonis liberis detrahi possit.*

DECISIO CCLXXIII.

FIRMATA præuijs duabus Decisionibus coram me emanatis sub die 19. Februarij 1646. & * 15. Ianuarij 1648. * existentia fideicommissi ordinati per q. Valerianum seniorem de Mutis, illiusq; purificatione ad fauorem Octauij, & aliorum fratrum de Mutis per obitum Valeriani iunioris sine filijs masculis; Dubitatum hodie fuit super quibus bonis illis concedenda sit immissio, & Domini in dimidiam sextæ partis Casalis Polidori, quæ est pars duodecima totius, eam dandam esse di-
1 xerunt. † Quod autem tertia pars dicti Casalis siti in agro Romano in partibus Transtiberinis infra confines expresso remanserit in hæreditate fideicommittentis, ac inter Cæsarem, & Britium filios post eius mortem fuerit diuisa, quodq; sexta pars Cæsaris ad Laurentiũ, & Alexandrum eius filios, successiuè deuenerit plenè probatur ex Instrumentis relatis in summarijs vtriusque partis, & cum ipsæ in hoc conueniant, negari non potest immissio præfatis Octauio, & fratribus de Mutis quoad dimidam dictæ sextæ partis spectañ ad dictum Alexandrum filium Cæsaris, & Auum respectiuè præfati Valeriani iunioris per cuius obitum apertum fuit dictum fideicommissum, & illius vigore delata dicta portio ad eosdem de Mutis iuxta terminos *l.fin.C.de edict.Diu.Adr tollen.vbi Bart.num.9. Dec.num.25. Rota decis.276. num.2.vers.quo ad bona par.2.& decis. 330. num.1. vers.quia cum fideicommissum, & seqq.part.5.recent. & fuit dictum in Bonon. fideicõmiss.de Amorinis 18. Maij 1648.coram me in principio.*

2 Factis † tamen prius detractionibus infrascriptis ex toto corpore dictæ sextæ partis Cesari obuentæ, cum ante illorum deductionem regulariter non concedatur fideicommissario immissio *Decian.respons.85.nu.1.& 2.lib.2.Surd. cons.423.num.43.& 44. vers. similiter fideicommissarius, & decis.333.Rota in recent.decis.115.nu.11. p.1.360.nu.25.& seqq.p.5.dec.51.n.14.& 15.& 88 nu.30.cum seq.p.6.*

Detractiones autem istæ sunt: Prima namq; quinta pars dictæ sextæ partis Casalis Polidori assignata à Cæsare in dotem Lucretiæ eius filiæ, vt ex Instrumento celebrato die 11. Iunij 1558. in summ. Violantis. & Flaminiæ de Mutis num.9.

Secunda est quarta pars residui dictæ sextæ partis traditæ pro dote Liuiæ alterius filiæ eiusdem Cæsaris, ex instrumento celebrato die 22. Octobris eiusdem anni ibidem numer. 10.
3 quæ† assignationes dubitari non potest quin fuerint legitimę tanquam factæ pro dotandis descendentibus fideicommittentis, *ad text. in authen.res quæ C.commun.de legat. Mant. decis.152. num.1.cum duobus seqq.Rot.in recent.decis.312.n.17*
4 *par.6.*† irrefragabile est enim in iure quod bona ascendentium sint hypotecata pro constitutione, & restitutione dotium descendentium ad tradita per *Castrens.cons.80.num.1.lib.1. Curt.Sen.cons.27.num.13.Dec.cons. 519. numer. 4. vers.& ideo, Menoch.cons.33.num.13.vers.licet ergo, & num.19.vers.his præmissis, Surd.decis.62.num.22. vers. sicuti igitur, Peregrin.de fideicommiss.art.22. à num.5.cum seq.Rota decis.889.num.3. vers. cum igitur, & fuit firmatum in Romana taxationis dotis 17. Nouembris 1646.coram Reuerendiss.D.meo Decano, ac in Romana Saluiani de Casalibus 21. Iunij 1641.*
5 *coram R.P.D. meo Cerro*; † & dum dictæ dotes constitutæ fuerunt in prædictis portionibus, intrat præsumptio non extitisse alia bona libera, ex quibus illæ detrahi potuerint, & alleganti alia extitisse certum est. quod incumbat onus probandi. *Menoch.de præsumpt. lib.4. præsumpt.189.num.174.Rolan.cons.19.nu.9.lib.4. Dec. cons.519.visis his, quæ à præclarissimo in fine, Peregr. de fideicomm.art.42.num.73.Grat.discept.331.n.22. & 23.Rot.in Mantuana dotis 6. Iunij 1636. coram bon.mem.Coccino, & in Reatina domorum 31.Ianuarij 1629. 5.Martij.& 5.Nouembris 1632.coram bo. me: Pirouano.*

Neque releuat, vt Cæsaris duo extiterint filij, scilicet Alexander, & Laurentius, ac proinde portiones dicti Casalis assignatæ pro dotibus filiarũ debeant proportionaliter, & ęqualiter deduci tam ex dimidia sextæ partis tangente Alexandrum, de qua in præsenti agitur, quam ex alia dimidia spectante ad Laurentiũ. Quia contrarium, vt nempè detractio debeat fieri ex toto corpore sextæ partis Cæsaris visũ fuit verius, ea ratione, quod cum onus dotandi Lucretiam, & Luciam spectaret ad Cæsa-
6 rem patrem, & ipse assignauerit † pro earum dotibus hanc ratam Casalis Polidori illa libera, & exempta remansit à fideicõmisso, perinde ac si oneri fideicommissi subiecta non fuisset, *Rota decis.209.num.3.par.1.recent.& dec.312. num.45. par.6.* res enim pro dote semel ex fideicommisso distracta semper ex iuris remedio remanet libera, *l.mulier, §.cum proponeretur, ff.ad Trebellian.Socc.Sen.cons.23.num.6.& 8.vers.*
7 *vel quia.* † Adeo est nec minus fideicommissarij

sarij admittantur ad vindicandum rem alienatam pro tali constitutione dotis oblato pretio possessori emptori, vel marito, cui dicta res in dotem data fuit. *Castren.in d. authen. res quæ, C. commun.delegat.num.6.& ibi Ias.num.11.Ruin.consf. 137.num.19.vers.nec postquam,Dec.cons.519. nu.5. vers.& ideo,Peregrin.de fideicomm. art.42. num.21. & 23.Fusar.de substit.q.531.num.56. vers. ampliatur vigesimo,& 532. num.19.vers.ampliatur octauo, Rot.d.decis.209.num.3.par.1.& 312.num.45.par.6. recentior.*

8 Tertia detractio† est dos *Philippæ* vxoris Cæsaris recepta ab ipso Valeriano eius patre fideicommittente in summa ducatorum quatuor millium de carolenis, Acconcio in summa scutorum quingentorum similium, necnon donatione *propter nuptias, & quarto dotali* in summa scutorum quingētorum similium, vt apparet ex instrumento celebrato die 6. Iulij 1626. dato in summ. Violantis,& Flaminię sub num.11. Hæc enim deduci debent tanquā debita ipsius fideicommittentis, qui in eodem instrumento expresse hipothecauit ad fauorē Nurus dictum Casale. *l.filiusfam.§.Diui,ff.de legat.1.l.peto,§.prædium,ff.de legat.2.l.pater filium, ff.de legat.3.l.alienationes, ff.famil.ercisc.l.Papinianus, §.quarto,ff.de inoffic. testam. cum concordan. relatis per Fusar.de substit.q.541.num.1.& seq. Surd. decis.62.num.20.& 21.vers.certum est autem,Rota penès Buratt.decis.946.sub num.22. vers. secunda detractio*; in causam tamen dictæ dotis Philippæ DD.dixerunt imputanda esse scuta mille centum pro valore domus in hęreditate dicti Valeriani remansæ, & per filias ipsius Philippæ tamquam eius hæredes appræhensæ, similiq; pretio scut.mille centum alienatæ Fuluiæ Taschæ, vt apparet ex publico instrumento sub die 9.Ianuar. 1573.summar.additionali Octauij num.3. E contra verò legatum scutorum 500.relictum per Philippam Portiæ eius filiæ quatenus Monialis esset, ideò noluerunt admittere ad extendendam detractionem dotis dictæ Philippæ, quia nō constat de illius adimplemento, nisi præsumptiuè, ex eo quod dicta Portia effecta deinde fuerit Monialis, quod

9 non sufficit, † cum ad effectum probandi illud quod est fundamentū intentionis alicuius requiratur concludens, nec præsumptiua admittatur probatio, iuxta opinionem, quam Rota sæpius amplexa fuit coram *Seraphin. decis.1171. num.2. vers. & vbi quis se fundat coram san.mem.Gregor.XV.decis.278.num.6.& ibi Adden. num.12.& decis.279. num.3. vers. & Rota non solet admittere.*

Neque obstare visum fuit, vt ex eo, quod dictæ Philippæ extiterunt filij, & hæredes tam Alexanderi, quam Laurentius medietas tantū dictæ dotis ad Alexandrum spectare dicatur. Quia vna medietas spectat ad Alexandrum iure proprio, altera verò iure ei cesso ab codē Laurentio, vt de tali cessione apparet ex in-

10 strumento dato summ. Violantis n.5.† quod quidem instrumentum cùm idem Octauius, & fratres de Mutis ratificauerint contra illud venire non possunt. *Dyn.in cap. ratihabitionem col.5.vers.in quartò verò genere,de reg.iur.in 6. Paris.cons.5.numer.200.& cons.87. num.35. volum.1.*

11 quod etiam † procederet si ipsi tamquam positi in conditione in testamento præfatæ Philippæ prætenderent dispositiuè, & ex propria persona vocatos fuisse ad dotem maternam, quia ratificando actum cessionis factū à Laurentio eorum patre ad fauorem Alexandri cēsentur ipsimet cessisse. *l.si pupillus, §.item quæritur, ff.de negoc.gest.Tiraq. de retract. consangu. §.1. gloss.10.num.62.Surd.decis.33. num.2.* & generale

12 quod† ratificatio faciat censeri actum gestum à ratificantibus ab initio, *Rota in Romana census 17.Februar.1634.coram bo.me. Merlino.*

Intrat etiam 4.*detractio scutorum* 400. pro residuo dotis Sigismundę, quam fuisse solutam ab Alexadro satis visum fuit constare ex instrumento relato in summ. Violantis num.13. ibi, *In illis verbis, sitque etiam, quod idem D. Alexander soluerit diuersas pecuniarum summas, videlicet scuta 600.monetæ pro parte dotis Deliæ, &c.* & alia scuta 400. debita Sigismundæ ipsorum DD. de Mutis germanæ sorori pro residuo suæ dotis; verbum enim, *debita*, refertur ad præcedens verbum, *soluit*, à quo regulatur sequens oratio complectens satisfactionem.

13 Competit† quinta quoque detractio scutorum 300.pro expensis factis per eundem Alexandrum causa collocandi Portiam, & Martiam filias pariter Cæsaris in Monasterium, prout affirmatur in instrumento concordiæ initæ inter ipsum Alexandrum, & præfatum Laurentium eius fratrem, ac patrem, & Auctorem Octauij, atque Antonij fratrum die 11.Martij 1579 in eodem summ.num.13. *Salicet.d.authen.res quæ num.5.Berou.cons.113. nu.42.*

14 *Rolan.cons.19.num.8.* qui omnes firmant † dispositionem *d.Authen.res quæ*, habere locum non solum in constitutione dotis, sed etiam pro alijs sumptibus, & apparatibus nuptialibus tamquam de appenditijs, & connexis dotis, *Rolandum sequuntur Peregr.de fideicomm. ar.42. num.80.vers.& non solum alienatio,Fusar.de substit. q.531.nu.39.vers. declaratur secundo, Rota dec.556. per tot.par.1.diuersor.*

15 Sexta, † & vltima detractio est scutorum quingentorū ex dote Deliæ vxoris dicti Alexandri, quæ præfatus Cæsar recepit sub hipotheca Casalis, vt constat ex instrumento celebrato die 29.Octobris 1564. sub num. 14. Et pro istius dotis restitutione intrat *dictam Auth. res quæ certi iuris est*, & probat *Peregrin. dicto art. 42.num.81.Caball.cons.decisiu.114.num.2.lib.1.* cū alijs relatis in dicta *Reatina bonorum 5. Martij 1632 coram bon.mem.Pirouano*, & plenè *in Romana dotis 23.Iunij 1645.& 27.Maij 1646. coram*

16 *R.P.D.meo Otthobono*. † De donatione autem propter nuptias nulla fuit habita ratio, quia cum illa detrahi possit ex bonis liberis Alexandri, ad quem spectat huiusmodi onus, non est confugiendum ad remedium subsidiarium alienationis bonorum fideicommissariorum, prout in his terminis consuluit *Bellon. consil. 83. numer. 3.* quem refert, & sequitur *Peregrin. dicto artic. 42. num.96. in fine vers. vbi tamen,*

men, Fusar. de substit. quæst. 533. num. 3. vers. declaratur secundo.

E ita decisum vtraq; parte informante, &c.

Decisiones istæ emanatæ in hac eadem causa sub diebus 19. Februarij 1646. & 15. Februar. 1645. coram eodem Reuerendiss. Papien. habentur supra in part. 9. recent. decisiones 285. & 142.

R. P. D. VEROSPIO

Hortana Iurispatronatus.

Veneris 15. Ianuarij 1649.

ARGVMENTVM.

Præsentatus ad beneficium iurispatronatus per medietatem patronorum cum derogatione Pontificis alterius medietatis vocum præferri debet etiam si præsentatus ab altera parte, & ætate, & qualitate sacerdotali esset dignior, dúmodo tamen qualitates ad beneficium requisitas retineat.

SVMMARIVM.

1 *Pertinentia iurispatronatus probatur ex præsentationibus effectum sortitis.*

2 *Descendentiam ab eo, qui erat in quasi possessione præsentandi probare sufficit absque alia probatione descendentiæ à fundatore, aut alijs antiquioribus patronis, & num. 5.*

3 *Præsentatus à medietate patronorum cum gratificatione Pontificis derogantis medietatis vocum præferri debet.*

4 *Cappella dotata, & constructa præsumitur in executionem testamenti.*

5 *Patronus ille dicitur, qui est in quasi possessione præsentandi, nec probare tenetur vlteriorem descendentiam ex antiquioribus.*

6 *Vacatio beneficij probatur ex confessione partis eodẽ iure vacationis venientis.*

7 *Clericatus probatur ex litteris Ordinarij super collatione primæ tonsuræ.*

8 *Valor beneficij per non excessum probatur ex testibus de publica voce, & fama deponentibus.*

9 *Valor beneficij probatur ex prouisionibus apostolicis sub eadem narratiua executioni demandatis.*

10 *Cappellania non dicitur Sacerdotalis, nisi hoc testator expressè mandauerit.*

11 *Dignior ætate, ac qualitate Sacerdotali præferri debet.*

Intellige vt num. seq.

DECISIO CCLXXIV.

AD Cappellaniam per obitum Petronij in Hortana Diœcesi vacantẽ ab Appio Riccio, & Sebastiano Vannio præsentatus fuerat Bartholomæus Sacerdotali charactere, ac Doctorali laurea insignitus; à Francisco verò Palea ex eodem iure Rodulphus, in minoribus tantum ordinibus constitutus, qui gratificatione ab Apostolica Sede obtenta, ac litteris super derogatione medietatis vocum expeditis, sententiam prælationis fauorabilem ab Hortanæ Diœcesis Vicario postmodum reportauit; à qua dilata mihi causa appellationis dubium proposui, tum super pertinentia Patronatus alteri ex præsentantibus decernẽda, tum super institutione alteri ex præsentatis adiudicanda, & *DD. censuerunt Patronatum ad vtramque præsentantium partem spectrre pro virili, institutionem verò debitam esse Rodulpho.*

Cum enim Frãciscus Palea ex publicis documentis ostendat se filium, & hæredem Galateæ, quæ in quasi possessione præsentandi fuerat constituta tum ex præsentatione Geraldini ab Ordinario postmodum instituti, tum ex consensu præstito resignationi ad fauorem Petronij de eadem Cappellania ab Apostolica Sede prouisi (ex cuius obitu præsens vacatio contingit)

1 † propriam inde pertinentiam iustificasse censetur, vt respondit *Rota coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 100. num. 4. & in Florentina Cappellæ 26. Aprilis 1619. coram bo. me. Pirouano in princip. impressa post Viuian. decis. 65. & in Imolen. Cappellaniæ 26. Februarij 1638. coram Eminentiss. D. Card. Panzirolo in 1. §.* absque eo, quod ipse arctetur ad vlteriorem verificationem pro-

2 priæ descendentiæ † à fundatore, siue ex antiquioribus Patronis, vt pariter firmauit *Rota decis. 146. num. 2. & decis. 247. num. 8. par. 2. & 275. num. 7. in fine par. 3. recent. & coram Greg. decis. 349. num. 1. vbi Add. num. 6.* Prout etiam eamdem Patronatus pertinentiam iustificasse censetur Sebastianus, ac Appius, propriam descendentiam deducentes ex Cremisina filia Peregrini, quæ de anno 1586. ad Cappellaniam controuersam per obitum Lutij Salamonij vacantẽ Tesæum, Astreum nominauerat, ipsius institutione postmodum eius vigore nominationis effectum sortita.

Quo verò ad alteram dubij partem super institutionem propositam, eam ideo DD. decreuerunt Rodulpho per Franciscum præsentato, quia litteras sibi gratificantes ab Apostolica Sede obtinuit cum derogatione medie-

3 tatis vocum, † quæ proinde cum fuerint in omnibus iustificatæ reductionem plurium Patronorum ad solam medietatem operatur. Alterius medietatis consensu posthabito, ac Rodulpho ab Apostolica Sede gratificato deferunt prælationem, vt firmauit *Rota coram Mantic. decis. 248. num. 3. & in Lucana Iurispatronatus 25. Iunij 1638. coram R. P. D. Carillo in §. præsertim attenta prouisione Apostolica, & notat Paris. de resignat. benefic. lib. 2. quæst. 4. num. 55. Garz. de benefic. part. 5. cap. 3. num. 14. Lott. de re benef. lib. 2. q. 11. num. 134.*

Iustificatas autem fuisse litteras super gratificatione, ac derogatione medietatis vocum expeditas cõuincũt iura pro parte Rodulphi producta, in eiusque Summario exhibita. Narrauerat enim Cappellaniam controuersam de Iurepatronatus laicorum ex fundatione, ac dotatione existere, quæ narratiua comprobatur ex testamẽto Ludouici Coccoagini, Cappellam ipsam de proprijs pecunijs construi, ac dotari mandantis, iure præsentãdi proprijs ne-

poti-

potibus, eiusque hæredibus, ac successoribus
4 expresse reseruatos † cum exinde in executionem testamenti constructa, ac dotata præsumantur, vt notat *Felin. in cap. post cessionem n. 35. de sent. & re iudic. Abb. in cons. 54. num. 2. lib. 1. Rot. decis. 694. num. 1. par. 2. recent.* se præterea presentatum exsuerat à medietate Patronorum, idque concludit ex publico præsentationis instrumento de se factæ per Fracīscum Paleam descendentem, ac hæredem Galateæ, quæ olim in quasi possessione præsentandi extiterat, † ac proinde controuerti non potest, quin
5 huius Cappellæ Patrona fuerit quamuis vlterior eiusdem descendentia ex antiquioribus Patronis non exhibeatur, vt respondit *Rota coram Seraphin. decis. 1334. num. 8. & in decis. 224. num. 9. in fine part. 1. recent. & in Tirasonen. Cappellaniæ 14. Decembris 1602. coram Sanctiss. D. N.* nec controuertitur exaduerso vacationem Cappellaniæ per obitum vltimi possessoris bene
6 iustificat ex confessione partis aduersæ † codē iure vacationis ad Cappellaniam aspirantis, *iuxta decis. Egid. 268. & 596. Put. 17. num. 1. lib. 3. Mant. 132. n. 1. & Mutinen. beneficij 27. Martij 1648 coram R. P. D. meo Arguelles in §. vacatio beneficij.*
7 Proprium quoque Clericatum † ex patentibus litteris sui Ordinarij super collatione primæ tonsuræ expeditis, *iuxta tex. in cap. 2. de Cleric. Peregr. vbi Ab. in 1. notab. Felin. in cap. post cessionem num. 3. & 15. de probat. Rot. decis. 11. eod. tit. in antiquis, & in Burgi S. Sepulchri Beneficij 25. Maij 1626 coram bo. mem. Merlino.* Ac valorem denique
8 Beneficijs in ducatis 24. per non excessum † ex duobus testibus formiter examinatis de publica voce, & fama deponentibus, vt respondit *Rota coram Verall. 277. num. 7. par. 1. coram Put. decis. 29. lib. 1. & decis. 293. num. 1. par. 1. diuers. & 572. num. 3. & 613. num. 2. par. 1. recent.* Accedente præsertim aliorum depositione extraiudiciali super eadem publica voce, & fama valoris, alijsque attentis antiquioribus prouisionibus Apostolicis sub eadem narratiua non excessus ducatorum 24. expeditis, ac executis,
9 ex quibus resultat † saltem semiplena probatio pro verificando valore sufficiens, quoties super eo non existit gratiæ fundamentum, vt respondit *Rot. coram Cæs. de Graff. decis. 3. num. 7. de probat. & 610. nu. 1. par. 4. diuers. coram Caual. 596. num. 1. & in Hidruntina Beneficij 6. Aprilis 1615. coram Vbaldo.*

Non obstat litterarum obreptio ex eo deducta, quod in ijs mentio litis facta non fuerit, nec expressa qualitas Sacerdotalis per fundatorem in huius erectione Cappellæ requisita.

Non enim exaduerso iustificatur lis mota de tempore impetrationis, cuius proinde mentio fieri non debuit, prout nec etiam alterius qualitatis Sacerdotalis, quæ non concluditur hoc casu requisita per fundatorem, ex quo Presbyterum Cappellanum eligi mādauit; eique quatuor Missarum celebrationē
10 in hebdomada iniunxit; † dum non iussit expressè, vt per semetipsum teneretur sacra peragere, prout maturè discusso articulo necessarium fore, respondit *Rot. in Maceraten. Beneficij 15. Iunij 1640. coram bo. mem. Merlino, & in Maceraten. Cappellaniæ 1. Iulij 1647. coram me.*

Nec pariter obstat, quod Bartholomæus aduersarius ætate, ac qualitate Sacerdotali
11 præcellat Rodulpho, † adeoque debeat in institutione præferri, vt alias firmauit *Rota in Bergomen. Iurispatronatus 27. Maij 1616. coram Vbaldo inter impress. par. 4. recent. decis. 291. nu. 4.*

Admitti siquidem posset prædicta conclusio in paritate votorum, quam vterque præsentatus obtinuisset; cum tunc maiores obtinens qualitates debeat per Ordinarium institui, in quibus terminis loquitur decisio Ber-
12 gomen. superius in cōtrarium adducta. † Dum verò Rodulphus gratificationem Apostolica cum derogatione medietatis vocum exhibito ad sui fauorem expeditam, quamuis ætate iunior, ac Clericali solum militię adscriptus debet alteri, licet ætate senior, ac in sacris Ordinibus constituto præferri, prout in his terminis censuit *Rota coram Mantic. in add. decis. 248. num. 3.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. BICHI.

Pampiloneñ. Alienationis.

Veneris 15. Ianuarij 1649.

ARGVMENTVM.

Materia extrauagantis ambitiosæ plenè in hac decisione declaratur ad infringendam alienationem factam pro extinguenda pensione, quæ cùm ex fructibus extingui debuisset, non poterant ad hunc effectum Ecclesiæ bona aliquo modo alienari, & venundari.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio bonorum Ecclesiæ requirit copulatiuè causam, & solemnitatem.*
2 *Pensionis extinctio spectat ad beneficiatum, & ex fructibus beneficii fieri debet.*
3 *Pensionis extinctio non præbet iustam causam alienandi bona Ecclesiæ.*
4 *Causa necessitatis, seu vtilitatis in alienatione bonorum Ecclesiæ ipsam Ecclesiam respicere debet.*
5 *Alienatio reperitur prohibita fauore Ecclesiæ, non autem Clericorum.*
6 *Vnio est species alienationis.*
7 *Vnio vt fieri possit non consideratur respectu Clericorum, seu Canonicorum Ecclesiæ, sed ipsiusmet Ecclesiæ.*
8 *Bona Ecclesiæ vt alienari possint ex causa æris alieni, requiritur vt creditores vrgeant.*
9 *Bona Ecclesiæ vltra debitum alienari non possunt. Necessitatis causa quæ conceduntur, eatenùs valeat, quatenùs necessitas vrgeat, & non vltra, num. 9.*
10 *Assertiones alienationum bona Ecclesiæ non attenduntur.*
11 *Executoris assertioni iudicialiter procedere debentis non creditur.*
12 *Locationes probant quantum fuerit ex locatione perceptum.*

13 *Contractus quod non fuerit vtilis, sed damnosus Ecclesiæ, probatur ex locationibus.*
14 *Fructus Beneficii vbi non sufficiunt ad substentationem illius, & solutionem pensionis, debet Beneficiatus petere vel nullitatem, aut reductionem pensionis.*
15 *Necessitas alienandi bona Ecclesiæ excluditur, quoties aliter indemnitati eiusdem Ecclesiæ prouideri potest.*
16 *Causa in alienatione bonorum Ecclesiæ debet esse indubitata, & euidens.*
17 *Causa alienationis bonorum Ecclesiæ Pontifici narrata, ab eoque approbata maiori probatione non indiget.*
18 *Pontifex rescribendo cum clausula,* dummodo, *non dicitur approbare, sed approbationem executoribus remittere.*
19 *Alienans bona Ecclesiæ si possessionem tradidit, incidit in pœnas extrauagantis,* ambitiosæ, *quamuis beneplacitum reseruauerit.*
20 *Beneplacitum reseruatum cum clausula,* cum alias, aliter, nec alio modo, *efficit, quod alienans nõ incidat in pœnas extrauagantis ambitiosæ.*
21 *Forma Breuis seruari debet.*
22 *Clausula,* vocatis vocandis, *facit executorem assumere partes iudicis.*
23 *Persona vbi est certa citari debet nominatim, non per edictum.*
24 *Testes informiter examinati nihil probant.*
25 *Sententia non iustificata ex actis nullius est mométi.*

DECISIO CCLXXV.

ALIENATIO Molendini, aliorumque bonorum spectantium ad Archidiaconatum de Tabla facta de anno 1613. in Sanctium de Morreal inualida hodie dicta fuit ex defectu
1 causæ, & solemnitatis copulatiuè requisitæ† in alienationibus bonorum Ecclesiæ, *cap. 1. de reb. Eccles. non alienan. in 6. clem. 1. eod. tit. & vtrobique Doctores Couarr. variar. resolut. lib. 2. cap. 17. num. 2. Rot. decis. 223. num. 2. par. 6. recent.*

Fuit siquidem ad alienationem deuentum, vt solueretur æs alienum contractum ab Archidiacono illius temporis pro extinguenda pensione, quæ super Archidiaconatu reseruata fuerat ad fauorem clar. mem. Card. Antonij
2 Facheneti, † cuius æris alieni solutio cum ad ipsum Archidiaconum spectaret non secus ac pensionis extinctio, & solutio ex fructibus beneficij. *Cæs. de Graff. decis. 12. num. 1. de præben. Seraphin. decis. 66. num. 3. Rot. inter impress. post Pacif. de Saluian. decis. 189. num. 4. & decis. 5. sub nu. 3. vers. maximè par. 7. recent.* præbere non potuit iu-
3 stam causam † alienandi proprietatem bonorum Ecclesiæ, vt in puncto *Rot. decis. 94. nu. 64. vers. at de solutione par. 7. recent.* oportet enim,
4 quod causa, siue necessitatis,† siue vtilitatis respiciat ipsam Ecclesiam nõ autem titularem, *§. nos igitur auth. de non alienan. Redoan. de rebus Eccles. non alienan. quæst. 20. num. 101. & 2. seqq. Rota decis. 318. num. 16. & seqq. par. 5. rec.* vbi dicitur,
5 quod alienatio reperitur prohibita † fauore Ecclesiæ, non autem Clericorum, vt sunt verba *gloss. in l. iubemus 14. verb. consentiant, C. de Sacrosanct. Eccles.* sicut in simili dicimus, quod ne-
6 cessitas ob quam fieri potest vnio, † quæ est specifica alienationis, *cap. tua in fin. de his, quæ fiunt à Præl. sin. cons. Capit.* consideranda est non respectu Clericorum, seu Canonicorum Ec-
7 clesiæ,† sed ipsiusmet Ecclesiæ, *vt in cap. exposuisti de præben.* benè aduertit *Butr. nu. 2. Abb. n. 4. in fin. vers. & considera, Imol. num. 1. quos sequuta est Rota in Mediolanen. Cimilarcatus 10. Martij 1645. §. pro necessitate, vers. quia licet coram R. P. D. meo Peutingero.*

Præter quod vt ex causa æris alieni bona
8 alienari possint requiritur, † quod creditores vrgeant apud Iudicem. *Redoan. de reb. Eccles. non alienan. quæst. 19. num. 1. & 87. Quaran. in Summ. Bullar. verb. alienatio num. 36. Cabr. cons. 118. nu. 15. lib. 2. cum alijs allegà Modern. Carpensi contr. forens. cap. 105. num. 58.* nec pro debito scutorũ 1100. alienari debuissent plura corpora valoris scutorum 2600. cum ea, quæ propter necessitatẽ
9 conceduntur eatenus valeant, † quatenus necessitas vrgeat, & nõ vltra, vt in terminis *Giouagnon. d. cons. 22. num. 6. & num. 16. lib. 2. Gabr. dicto cons. 118. num. 5. vers. secundò quia, Natt. Menoch. & alij, quos refert Moder. Carpen. dicto cap. 105. nu. 65. & seq.*

Neq; alienatio substineri potest ex eo, quod nisi pensio fuisset extincta redditus Archidiaconatus non fuissent satis pro congrua substẽtatione Archidiaconi, & pro oneribus eidem Archidiaconatui annexis distribuendi dietim Portionarijs, cæterisq; Ministris Ecclesiæ portionem quamdam panis, & vini; tum quia id
10 non probatur, nisi ex assertioue † alienantium cui non creditur. *Ancharan. in Clem. 1. sub nu. 5. de reb. Eccles. non alien. Oldrad. con. 261. per tot. Paris. consil. 36. num. 11. lib. 4. Egid. decis. 617. in princ. Rot. decis. 716. num. 1. decis. 752. num. 3. part. 1. diuers.* prout nec creditur assertioni ipsius executo-
11 ris,† quandò iudicialiter procedere tenebatur, *Rota d. decis. 752. num. 3. par. 1. diuers. decis. 261. n. 6. part. 4. tom. 2. decis. 94. num. 44. & 45. part. 7. recent. decis. 36. num. 3. & 9. decis. 37. num. 6. apud Cenc. de cens.* & debuisse iudicialiter procedere in casu nostro dicam infra. Imò contrarium conuincitur ex locationibus plurium annorum datis in Summ. Archidiaconi *nu. 6.* ex quibus patet, quod soluta pensione, & supradictis alijs oneribus adhuc supererant pro Archidiacono sc. annua vltra 500. monetæ, & licet locationes
12 non probent verum valorem, † sufficiunt tamen ad probandum quid, & quantum fuerit tempore locationis perceptum, *Rota coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 307. num. 4. & 5.* & in alijs relatis *in Romana fideicommissi de Maximis 20. Nouemb. 1647. §. visa etiam coram R. P. D. meo Otthobono,* itaut exinde resultet probatio, quod con-
13 tractus postea celebratus non fuit vtilis†, sed damnosus Ecclesiæ, vt ponderauit *Rota dec. 65. num. 24. par. 2. diuers. decis. 275. num. 2. par. 4. relat. ab adden. ad Buratt. decis. 253. num. 21. & decis. 94. num. 53. par. 7. recent.*

Tum etiam quia quatenus redditus Archidiaconatus supradictis oneribus, & congruæ substentationi Archidiaconi non sufficerent,
14 poterat Archidiaconus intentare † iudicium super nullitate pensionis, seu illius reductionem

nem petere iuxta notata per *Garz. de benefic.par.1. cap.5. sub num. 424. Lother. de re benefic.*
15 *lib.1.quæst.42.num.57.* vnde excluditur † necessitas alienandi *Iason. in l. commodis num.4.ff.de re iudic.Cuman. in l.peto, §. prædium num.3.ff. leg.2. Gabr.cons.118. sub nu.6.vers. tertio quia lib.1. Mascard. de probat.coucl.75.num.13.Redoan.de reb.Eccles. non alien.quæst.19. num.83.& seqq.* seu vtili-
16 tas † quæ esse debet indubitata, & euidens *Giouagnon.cons.22.num.14.lib.2.Redoan. de reb.Eccles, non alienan.quæst.20.num.83.Rot.decis.65.n.17 part.2.diuersor.& in Romana Census 24.Maij 1591. coram clar. mem. Cardinali Hieronymo Pamphilio.*

Non obstat, quod præfatæ causæ alienationis fuerint narratæ Papæ in litteris confirmationis desuper obtentæ, ideoque videantur ab
17 ipso approbatæ,†ac vlteriori probatione opus non sit *Redoan. de reb.Eccles. non alienan.quæst.19. num.109. & seqq.* quia hoc fortè procedit,quãdo Papa in litteris cõfirmationis asseruit adesse causam necessitatis, sed in casu nostro cum in eisdem litteris Papa rescripserit conditiona-
18 liter, † *dummodo* videlicet *alienatio pro euidenti necessitate, & minori damno facta fuerit, ac in euidentem dicti Archidiaconatus cesserit, & cedat vtilitatem*, constat quod noluit causas expressas approbare, sed illarum approbationem executoribus sub dicta conditione remittere *Rota inter recent.decis.612.num.7.part.2. & in Neritonen.Pensionis 5. Nouembris 1601. coram Litta impress.apud Marches. de commiss.tom.1.fol.531.num.4. in Monopolitana Pensionis 2.Iunij 1645.§.non releuat coram me*, & in his terminis *Caualer. decis.288. num.6. Rota diuers.decis.160.num.6.vers. tertio non obstat, & num.7.par.2.*

Deest pariter solemnitas, nempe beneplacitum Apostolicum,quod enim obtentum fuit de anno 1622. non suffragatur, Primo quia subreptitium cum non fuerit Papę narratum, quod vsque de anno 1613. secuta fuerat alienatio, & bonorum possessio tradita emptori,
19 vt narrari debuisset, † quia per huiusmodi traditionem alienantes inciderant in pœnam extrauagantes ambitiosè licet in alienationis instrumento reseruauerint simpliciter beneplacitum Apostolicum *Nauarr.cons.1.vers.si nõ procedat de reb.Eccles. non alienan.Garz. de benefic. part.1.cap.5.num.37.Gonzal. super regul.8. Cancellar.gloss.12.num.97.Marc.Anton. Genuensis in prax. Archiepiscop. Neapolit. cap.61. per tot.* alijque relati *à Modern. Carpensi contr.foren.cap.106. nu.21.* quicquid dicendum esset si beneplacitum re-
20 seruatum fuisset cum clausula,† non alias aliter, nec alio modo iuxta distinctionem traditam *à Cald. de emphyt.lib.4.cap.6.num.32. & 33.*

Secundo quia nõ fuit seruata forma Breuis,
21 vt debuit *cap. cum dilecta, ibique Abb. num. 5. de rescript.Maresc.var.resol. lib.1.cap.68. num.5. Caualer.decis.288. num.2. & 3. Reuerendiss. Vrgellen. decis.250.num.14. Rota inter recent.decis.624.nu.1. part.1.* Illud enim mandat per executores procedi ad alienationis cõfirmationem, si & postquam constiterit de euidenti necessitate,& vti-
22 litate Ecclesiæ, *vocatis vocandis*, quæ clausula imponebat executori onus assumendi partes Iudicis, & per legitimas probationes præuia citatione interesse habentium, non autem per extraiudicialem informationem cognoscendi de causis narratis *cap. exhibita,& ibi Abb. num. 6. in vltim. notab. de Iudic. Felin. in cap. fin. num.23. de præsump. Gratian. discept.596. num.30. & seq.* & in puncto *Rot.decis.624. num.4. part.2. decis.94.num.49.part.7.recentior.*

At neque citati fuerunt Promotor Fiscalis, & Portionarij interesse habentes propter portiones panis, & vini, sibi ex fructibus Archidiaconatus debitas, quorum aliqui se opposuerunt alienationi; cumque essent certi, ci-
23 tandi erant nominatim, non autem per edictum *Abb. in cap. ex tua nu. 3. de cler. non residen. Surd.cons.181.num.6. Seraphin. decis.1276.num.4. Rot. inter recentior.decis.624.num.8.part.1.dec.516 num. 11. part. 5.* neque coram executore factæ
24 fuerunt formiter probationes, † sed tantum exhibiti testes alias informiter examinati, qui non probant *l. si quando, Cod.test.cap.2. eodem tit. vbi Abb. num.7. Felin.num.6. Dec. num.17.* adeo quod ex ipsa lectura processus elidatur præsumptio, quæ regulariter stat pro executore,
25 eiusque sententia & † vti non iustificata ex actis nullius momenti sit vt in his terminis *Caualer.decis.215.num.4. Rot.decis.94.nu.43.par.7. recent.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

R. P. D. PEVTINGERO.

Romana prætensæ restitutionis Dotis.

Veneris 15. Ianuarij 1649.

ARGVMENTVM.

Renunciatio facta à filia propter Dotem eo magis substinetur, quo in præsentia consanguineorum, & iudicis mediante decreto fuit facta. Quod Testi Sacerdoti, & mediatori vbi deponit de his, quæ partes alijs innotescere voluerunt, plena adhibeatur fides hæc benè concludit decisio.

SVMMARIVM.

1 *ad Iura renunciata non datur amplius regressus.*

2 *Renunciatio obstans renuncianti, & eius hæredi obstare debet, & num.1.*

Hæres factum defuncti validum impugnare nequit num.2.

3 *Causæ veritas, & honestas requiritur ex statuto Vrbis lib.1.cap.15.*

4 *Consensus consanguineorum, & decretum iudicis in contractu mulieris vbi interuenerunt, omnia solemnitèr facta fuisse præsumuntur.*

5 *Renunciatio eo magis suffragatur, quo non de alio agitur præiudicio quam solius renunciantis, & num.seq.*

6 *Enunciatiuæ in instrumento renunciationis factæ eo magis probant quo agitur de solius renunciantis præiudicio.*

7 *Pater de bonis proprijs filiam dotare tenetur.*

8 *Bona filiæ in dotem assignata si portionem paternam excedunt, in dotem maternam imputantur.*

9 *Coniecturæ sufficiunt ad probandam imputationem bonorum filiæ assignatorum in dotem maternam. Quæ autem considerentur vide in num. sequentibus.*
11 *Renunciatio præsumitur facta bona fide ex interuentu consanguineorum, & decreto iudicis,*
12 *Contrahentes non præsumuntur in eorum præiudicium quidquam approbasse, nisi de eo ante instrumentum conuentum fuisset.*
13 *Obseruantia magnum præbet argumentum, quid fuerit in renunciatione conuentum.*
14 *Renunciatio licet in contractu matrimonij non expressa, si tamen in eius limine fuit facta, expressio dicitur omissa propter honorificentiam matrimonij*
15 *Testi mediatori est credendum.*
16 *Testi eo magis creditur si est Sacerdos,*
17 *Testis mediator, Sacerdos, & deponens, de his, quæ alijs partes innotescere noluerunt plenè probat.*
18 *Testis qui fuit partis procurator plenè probat, dùm tempore depositionis talis non erat.*
19 *Testis procurator si est Sacerdos plenè probat.*
20 *Testis eo magis probat, quo deponit in materia, vbi difficile est alios inuestire testes.*
21 *Renunciatio propter dotem non subiacet statuto Vrbis de donationibus loquente.*

DECISIO CCLXXVI.

DOMINA Cleria Sannesia de Caualerijs tāquam filia & hæres Martiæ Vrsinæ filiæ, & hæredis pro medietate q. Cleriæ Ceulæ in Tribunali A.C. mandatum executiuum pro scutis 11. mill. contra bona hæreditaria q. Antimi Vrsini sui Aui materni pro restitutione medietatis dotis dictæ Cleriæ obtinuit, à quo mandato interposita appellatione, & commissa mihi causa cum clausula *si quid exequendum* quoad scuta 4200. Dubitaui ad formam rescripti, an mandatum Auditoris Cameræ sit exequendum, & dubio, pluries proposito, tandem hodie DD. responderunt tanquam iniustum non esse exequendum.

Quia dicta Martia cum omnibus solemnitatibus Statuti Vrbis lib. 1. cap. 151. dotem hujusmodi renunciauit ad fauorem Antimi sui Patris, vt apparet ex Instrumento publico sub die 16. Decembris 1619. celebrato. Vnde sicuti talis renunciatio obstaret ipsi renuncianti si ageret quippe quod ad iura semel renunciata † non datur amplius regressus *l. quæritur §. si venditor. ff. de edil. edict. l. si quis ius iurandum 11. C. de reb. credit. Decian. cons. 39. num. 44. lib. 2. cum alijs allegatis per Rot. decis. 338. nu. 1. par. 4. tom. 2. & decis. 323. num. 7. & seqq. part. 6. recent.* Ita etiam ob-
1
2 stare debet D. Cleriæ eius hæredi, † quæ illius factum validum impugnare nequit *l. cum à matre C. de rei vindic.* & in terminis renunciationis latè *Surd. cons. 355. num. 39. & seqq. Rota decis. 694. num. 4. par. 4. tom. 3. & decis. 356. num. 22. par. 6. recent.*

Quæ renunciatio per dictam Cleriam infringi minimè potest quasi sine causa facta fuerit, quoniam contrarium depræhenditur ex lectura ipsius Instrumenti renunciationis, ibi, dictaque D. Martia sciat, & cognoscat habita ratione facultatis, & status dicti D. Antimi sui Patris fuisse congruè, & condecenter cum d. D. Francisco Sannesio nuptam, & respectiuè dotatam de dictis scutis 25. mill. cum alijs tamen conditionibus in præcitatis capitulis matrimonialibus, & Instrumento contentis ad quæ &c. & propterea intendat etiam de consensu d. D. Francisci sui Viri deuenire ad renunciationem, & refutationem &c. Hinc est, quòd omnia iura competentia super dote q. Cleriæ Ceulæ, suæ matris &c. cessit, transtulit, & renunciauit &c. ob causas, & rationes supra expressas, & alias omni meliori modo &c. d. D. Antimo Vrsino suo patri &c.

3 Cuius quidem causæ veritas, † & honestas, prout requiritur per dictum Statutum lib. 1. cap. 151. vt respondit *Rota in Romana saluiani interdicti 15. Decembris 1614. coram S. D. N. tunc huius Tribunalis Auditore impressa penes Statil. de salu. decis. 56. à num. 10. vers. nec placuit Dominis cum seqq. vsque ad fin. & in alia Romana saluiani interdicti 20. May 1616. coram Manzanedo similiter impressa post eumdem Statil. decis. 227. num. 4.* & iecuti sunt *Gratian. discept. 952. num. 21. & 22. & Fenzon. ad d. cap. 151. num. 30.* non solum iustificatur ex interuentu consanguineorum suum consensum, & auctoritatem præstantium at-
4 que ex interpositione decreti Iudicis, † quo stante omnia fuisse vera, & rationabiliter, ac solemniter gesta præsumuntur, vt in specie renunciationis filiæ, *Bero cons. 49. num. 27. lib. 1. Modern. Lucan. consil. 5. num. 82. & in puncto huius statuti Gratian. d. discept. 952. num. 23.* & pluries dixit Rota & signanter penes *Statil. d. decis. 56. numer. 21. & d. decis. 227. nu. 1. 2. & 4. apud Caualer. decis. 479. num. 2. vers. fuit etiam excitata, & nu. 3. & in Romana liberationis 17. Iunij 1633. coram bo. mem. Coccino*, maximè quia non agebatur de
5 præiudicio alterius, quam ipsius mulieris renunciantis, vt respondit *Rota in Romana nullitatis obligationis 18. Aprilis 1611. coram bon. mem. Pirouano post 2. vol. cons. Farinac. decis. 321. num. 1. & fuit consideratum in Perusina nullitatis donationis 18. Aprilis 1608. coram Cardinali Lancellotto iuniore apud eumdem Farinac. decis. 252. num. 3. vers. tum quia procedit.*

Verùm etiam euidentissimè probatur ex Instrumento dotali sub die 3. Aprilis dicti anni 1619. celebrato, in quo Martiæ fuit à Patre assignata proprietas Census valoris scut. 25. mill. ac pars fructuum duplicis multiplici scutorum 8. mill. & vlterius proprietas eiusdem multiplici postquam completū fuerit ad formam Instrumenti venditionis Castri Morlupi factæ ad fauorem clar. mem. Scipionis Cardinalis Burghesij an. 1613. Vlterius ex ipsomet Instrumento dictæ venditionis dato summario D. Hippolyti num. 1. in quo expresse conuentum fuit, quod Martia, & Hieronyma filiæ Antimi in computum dotis maternæ accepto ferre tenerentur quicquid de dicto pretio illis in dotem assignaretur, quæ veritas corroboratur ex alio Instrumento in eius executionem per ipsam Martiam, & Hieronyma sorores vna cum D. Antimo eorum Patre cū interuentu Francisci Sannesij Martiæ mariti, necnon Clementis Soceri stipulato die 27. Octo-

Octobris 1620. eodem summ. num. 5. ex quibus solutio dotis maternæ Martiæ in supradictis effectibus facta concludenter probatur,
6 cum de † solius renunciantis præiudicio agatur, vt ponderatum fuit in dictis *decisionibus 321. sub num. 1. vers. & quoad alimenta, & 252. sub num. 3. vers. tum quia procedit post 2. vol. cons. Farinac.*

7 Non obstat, quòd Antimus Pater † de proprijs suis bonis Martiã dotare teneretur *l. fin. C. de dot. promiss.* quia Antimi patrimonium consistens in scutis 96. mill. pretij Terræ Morlupi detractis portionibus duorum fratrum, qui erant condomini scut. 20. mill. defalcatisq; suis debitis scut. 25. mill. necnon seiuncta dote Cleriæ suæ vxoris tunc scutorum 15. mill. vt in eo Instrumento narratur ex residuo scutorum 36. mill. debebatur Martiæ portio suę legitimæ scutorum 6. mill. quæ coniuncta medietatis dictæ dotis maternæ scut. 7500. mill. summam scutorum 13500. constituunt, cum tamen longè maior dos non tantùm portionẽ in bonis paternis, verùm etiam in maternis debitam excedens illi habita quoque ratione
8 onerum annexorum fuerit assignata † necessario in satisfactionẽ dotis maternæ cedere debebat, vt bene probat *Menoch. cons. 379. sub numer. 20. vers. hic autem cessat cum seq.* licet non
9 fuerit expressum, † quia vehementes coniecturæ ad hoc probandum sufficiunt *Bald. consil. 37. sub num. 4. lib. 2. Card. Mantic. de tacit. lib. 12 tit. 19. num. 23.*

Quarum quidem coniecturarum maxima est, quæ oritur ex verisimilitudine, quod Antimus Pater, cui vltra dotem Martiæ primogenitæ datam nihil vltra scuta 16. mill. remanserant cum onere dotandi secundogenitam tunc in sæculo degentem, & quatenus bona materna ascendentia ad scutã 22. mill. restituere debuisset non solùm ipse nihil vnquam habuisset, sed etiam filiabus in notabili summa
10 debitor remansisset, † vtique ab ipsa Martia tempore dotationis renũciationem dotis materna stipulari voluerit ad euitandam querelam inofficiosæ dotis, quam alias secundogenita porrigere potuisset, & vt ipsi dotanti aliquid substantiæ remaneret ad effectum testandi, vt in puncto considerauit *Modern. Lucen. consil. 5. num. 83. & tribus seqq.* & conferunt ponderata per *Griuell. decis. Dolan. 48. nu. 11. in fine vers. tertio vrget coniectura, & num. 12.*

Nec minor est altera coniectura deducta ex eo, quod hæc renunciatio fuit facta in Palatio Cardinalis Sannesij de consensu viri eiusdẽ Martiæ, interuentu consanguineorum, & de-
11 creto Iudicis, ex quo resultat, † quod ipsa bona fide renunciauerit, *Bero cons. 49. num. 27. lib. 1. cum plurib. relatis per Modern. Lucen. supra alleg. cons. 5. num. 82.* & successiuè de illa fuit facta mentio in cessione Iurium emanata ad fauorem Principis Burghesij præsentibus, & expressè consentientibus Marchionibus Clemẽte Sannesio, & Francisco Socero, & Marito
12 respectiuè eiusdem Martiæ, † qui certè eam non approbassent in proprium, & posterorum præiudicium, nisi ante contractum matrimonium fuisset conuenta, vt in similibus terminis ratiocinatur *Griuell. decis. Dolan. 48. num. 5. in fine vers. primo si ita esset cum tribus seqq.*

Vlterius magni ponderis est alia coniectura, quod passim in Vrbe à Patribus filias suas dotantibus huiusmodi renunciationes in actu dotationis stipulari solent, & quod hæc ipsa renunciatio longissimo tempore ferè triginta annorum fuerit obseruata, nec contra eam à Socero, & Marito Martiæ vnquam aliquid fuerit oppositum donec vixerunt illi, qui erãt
13 de negocio informati, † quæ obseruantia magnum præbet argumentum mutuæ conuentionis de renunciando, vt per *Menoch. praesumpt. 67. per tot lib. 6. Rota decis. 97. num. 2. & decis. 376. num. 3. par. 1. recent.*

Nec refert, quòd Martia ex interuallo postquam dotem purè, & absque vllo onere receperat dotem maternam renunciauerit, quia huiusmodi renunciatio fuit conuenta in limi-
14 ne capitulorum matrimonialium † quamuis ob maiorem honorificentiam matrimonij, (prout fieri solet, vt testantur *Valasc. consult. 154. sub num. 11. Rota coram Buratt. dec. 775. nu. 1. & penes Duran. decis. 98. num. 13.* expressa non fuerit, vt deponit Pauonius de facto proprio,
15 quia matrimonij huius fuerat ipse mediator, *Caputaq. decis. 267. num. 1. par. 3. Buratt. decis. 775. num. 5. & seq.*

Nec releuat, quòd ob vsumfructum quartæ partis hæreditatis Antimi sibi relictum, sit interessatus, quia cum pluribus adminiculis superius põderatis fulciatur plenè probat *Sur. decis. 107. num. 7. Farinac. de testibus quæst. 65. n. 141 cum pluribus ibi ab eo allegatis*, tantò magis quia
16 est Sacerdos, *Capic. latr. decis. 12. num. 14. & 16.* bonæ famæ, & deponit de facto, quod partes noluerunt alijs personis innotescere, vt secre-
17 tius maneret, † ac propterea plenam fidem meretur, *Seraphin. decis. 1211. num. 4. post Butr. Dec. & alios ibi allegat Rota dec. 391. num. 10. par. 1 recent.*

Quod autem fuerit Procurator pariter non
18 refert † dum hodie talis amplius non est, *Specul. de testib. in princ. num. 13. Farinac. de testib. q. 60 illat. 4. num. 167. vers. finito autem cum alijs relatis per Mascard. de probat. conclus. 307. num. 4. & fuit dictum in Lauretana prædij 22. Aprilis 1641. coram R. P. D. meo Bichio*, vltra quàm quòd tanquam
19 Sacerdos vt dictum est, † etiamsi sit Procurator probat *Bellam. decis. 605. Farinac. d. quæst. 60. num. 242.* præsertim quia versamur in materia,
20 in qua † difficile est inuenire alios testes *Ant. de Butr. in cap. cum à nobis num. 12. in fine de testib. cum alijs penes Farinac. d. quæst. 60. num. 237.*

Neque dictam renunciationem infringit, quod eius Instrumentum non fuerit ab ipsa Martia renunciante, nec à duobus saltem Testibus in Instrumento adhibitis subscriptum iuxta dispositionem Statuti eodem lib. 1. c. 149 quia dicta renunciatio ex supra firmatis est ex causa, & correspectiua ad maiorem dotem à
21 patre constitutam, † & propterea non subiacet dispositioni d. statuti, quod loquitur de veris donationibus, *Rota in Romana viridarij 19. Februarij 1590. coram Orano apud Fenzon. dec. 133. §. nam*

§. *nam quando vertitur consideratio* , & *decis.* 323. *num.* 78. *vers. quare cum isti actus* , & *seq. par.* 6. *recent.* & pluribus comprobat *Gratian. discep.* 706 *num.* 22. *vers. quia sumus in donatione & seqq.*

Et ita DD. concluserunt mandatum Auditoris Cameræ tanquam iniustum non esse exequendum vtraque parte pluries acerrimè informante &c.

R. P. D. MELTIO,

Postea Reuerendissimo Episcopo PAPIEN.

Brundusina Bonorum.

Sabbathi 23. Ianuarij 1649.

ARGVMENTVM.

Manutentionis in iudicio sufficit ex partis confessione possessionem probare, quæ quidem probatio resultat etiam si partis confessio fuerit qualificata, & vitiosa nuncupata, nec eadem possessio amissa dici potest per iudicis factum nullitèr, & iniustè procedentis, qualis dicitur iudex, qui vel appellatione pendente, vel ea interposita possessioni sequestrum apposuit.

SVMMARIVM.

1 *Possessio probatur ex confessione pactis in libello facta, etiam si in ex possessor nuncupetur detentor,* & *num.* 2.

2 *Confessio partis dicentis Aduersarium esse vitiosum possessorem probat contra confitentem reiecta qualitate vitij.*

3 *Possessionis dimissio probat in necessarium antecedens possessionem dimittentis.*

Priuatio præsupponit habitum num. 3.

4 *Possessionem dimittere petens fatetur non se, sed aliū possidere.*

5 *Præceptum dimittendi, & discendendi possessionem probat dimittentis, & discedere debentis.*

6 *Manutentio datur possessori.*

7 *Manutentionis in iudicio leuiores requiruntur probationes.*

8 *Titulus non requiritur in iudicio manutentionis.*

9 *Possessio titulata est magis manutenibilis, & præfertur possessioni non titulatæ.*

10 *Possessio tam ciuilis quam naturalis amittitur per sequestrum de ordine iudicis factum.*

11 *Iudex nulliter, & iniustè procedens non priuat possessorem sua possessione.*

12 *Sequestrum factum non citato possessore est nullum.*

13 *Sequestrum factum pendente termino ad appellandum est nullum.*

Amplia, & fortiùs si post appellationem interpositam num. 14.

14 *Sequestrum tanquam odiosum regulariter est prohibitum.*

15 *Sequestrum vt concedatur debet dari casu, in quo illud permittatur.*

16 *Casus exceptus, & à iure permissus ab actore probari debet.*

17 *Sequestrum lata sententia permittitur contra eum, qui in causa succubuit, licèt à sententia appellauerit.*

18 *Sequestrum ità demum admittitur vbi est timor dilapidationis.*

Possessor lite pendente sua possessione priuari non debet num. 18.

DECISIO CCLXXVII.

DOMINI dixerunt Ioanni Mariæ Monetæ dandum esse mandatum de manutenendo in possessione bonorū hæreditariorū q. Francisci eius fratris, quia de illius possessione satis constat ex confessione Theodori, & litis Consortiū ex libello per eos porrecto Reuerendiss. Archiepiscopo Brundusino *sum. Io. Mariæ n.* 2.
1 in quo † dictus Ioannes Maria enunciatur habitator Domus, ac detentor bonorum mobilium hæreditariorum dicti q. Francisci, ex tali enim assertione probari possessionem ad effectum manutentionis respondit *Aym. consil.* 150. *num.* 5. & sæpius firmauit Rota, ac signanter *decis.* 802. *par.* 1. *diuers.* & *coram san. mem. Gregorio XV. decis.* 200. *num.* 1. *ibique Adden. nu.* 5. *littera A*, etiamsi pars asserat aliquem occupatorem, quia tunc quamuis confessio videatur qualificata; ex quo non fatetur possessorem simpliciter, sed cum qualitate vitij, nihilominus recipitur confessio respectu possessio-
2 nis, † reiecta qualitate vitij, quæ habet præsumptionem iuris contra se, *Bart. in l. Aurelius* §. *idem quæsit. ff. de liber. legat. Rot. coram san. mem. Greg. XV. decis.* 358. *num.* 1. *vsque ad* 6. & *coram bo. mem. Buratto decis.* 100. *num.* 18.

Idque facilius in proposito casu, in quo cū assertione partis enunciantis Ioan. Mariam habitatorem, & detentorem, concurrit etiam decretum Archiepiscopi Brundusini mandantis eidem Ioanni Mariæ quod bona hæreditaria Francisci eius fratris exhiberet, domumque vacuam, & liberam relinqueret, vt in eodem *summario num.* 3. Exhibitio enim, ac dimissio in necessarium antecedens supponit possessionem penes debentem illam exhibere,
3 ac dimittere † non secus ac priuatio habitum, per ea, quæ in similibus terminis dixit *Rota in rec. decis.* 347. *num.* 1. *par.* 2. & *coram bon. mem. Buratto decis.* 160. *sub num.* 5. *vers. quæ clarior redditur* & *decis.* 491. *num.* 2. *vers. comprobatur eadem posses-*
4 *sio*. Et clarum est quod petens, † vt alius dimittat, fatetur non se, sed alium possidere. *Rota coram Card. Caualerio decis.* 106. *num.* 1. *vers. anterioritas autem possessionis*, & *decis.* 619. *num.* 4. *vers. respondebatur*, *ac coram Buratto d. decis.* 160. *num.* 4. *nouissimè in Alexandrina Canonicatus* 9. *Decembris præteriti coram R.P.D. meo Cerro in* §. *etenim probat &c.* & in terminis præcepti obtenti
5 de discedendo ex domo, † eamque dimittendo vt illud probet possessionē præceptati *Modern. Perus. tract. de manuten. obseru.* 19. *num.* 30. *vers. vel obtinuerit præceptum Rota in Ferrarien. bonorum* 2. *Martij* 1626. *coram bon. mem. Buratto.*

Et ex his cum possessio remaneat sufficienter probata ad effectum manutentionis, illa
6 negari non debet Io. Mariæ Monetæ *vulg.* §. *retinendæ instit. de interd. l. prædia*, *vbi Bart. de acquir. possess. Rota coram bon. mem. Coccino decis.* 486. *num.* 2.

nu.2.coram Durano decis.330.num.1.coram R.P.D. meo Royas,in Spoletana bonorum 7. February 1648. in princ. præsertim dum dicta possessio recipit etiam non modicum adminiculum ex præcedenti titulo aditionis hæreditatis cum beneficio legis,& inuentarij factæ per eundem Ioannem Mariam vti hæredem proximiorem dicti q.Francisci eius fratris, *Summ.num.3.* in iudicio
7 enim summarijssimo manutentionis † quamuis sufficiant leuiores probationes, *Menoch. de retin.remed.vlt. nu.34. Rota san.mem.Greg.dec.324. num.5. coram Card.Canal. decis.75.num.4.* etiam
8 sine iustificatione † alicuius tituli, *l.1. §.sicut interdicti, ff.vti possidetis, Rot. coram Greg.dec.275. num.12. & decis.9.num.9.* nihilominus possessio
9 titulata est magis manutenibilis, † & semper præfertur possessioni non titulatæ, *Menoch. de retin. remed.3. num.733. Grat. discept.for. cap.402. num.1. & 2. Adden.ad Gregor.XV. decis.323.nu.4.*

Neque releuat quod dictus Archiepiscopus Brundusinus mandauerit apponi sub seque-
10 stro bona hæreditaria dicti q.Francisci,† & ita prætendatur ex facto Iudicis Io: Mariam perdidisse omnem possessionem tàm naturalem, quàm ciuilem, *Ang. in l. clam possidere, §.qui ad nundinas num.2. in fin.* vbi etiam *Ias. nom.2. ff.de acquir. possess. Rota penès Mohedan. decis.4. num. 4. vers. quinta auctoritas Iudicis de rest. spoliat. & decis.802. num.6. vers. non obstat, & num.7. part.1. diuers. coram Seraph. decis.802. part.1.* quia obiectum procedit in Iudice ritè, & rectè proce-
11 dente, secùs si nulliter,& iniustè, † tunc enim non priuat possessione, ex quo videtur procedere tanquam priuatus, *Corn. consil.293.num.4. lib.3. Rota penès Buratt.decis.158.num.5.* & latius probauit *in Romana de Bombellis 31.Maij* 1613. *coram bon:mem: Sacrato, apud Modern.de manut.decis.9.nu.20. vers.proindè sicut, & penès Martin.Andream decis.29.num.7. & in Comen. Iurispatronatus 25.Iunij* 1646. *coram R.P.D. meo Corrado in §.non obstat vltimo*, & post alios comprobat *Gratian. discept. forens. cap.950. num.30.*

Nullitas autem sequestri visa fuit patēs tum
12 ex defectu citationis d.Io:Mariæ, † qui citari debebat prout in terminis sequestri, firmauit *Rota bon:mem.Buratto decis.186.nu.8.* tum etiam quia factum fuit pendente tempore ad appellandum à sententia graduatoria lata per dictū Archiepiscopum ad fauorem præfati Theodo-
13 ri, vt colligitur eodem *Summ.nu.2.& 3. cap.non solum de appell.in 6.* imò post appellationem ab eo interpositam, *Summ. d.num.2. Rot. decis.168. numer.1. part.4. tom.2. recent. cum alijs allegasis in Calaguritana beneficij 23.Iunij 1645. coram R.P.D. meo Arguelles, & alibi passim.*

Constat etiam de iniustitia ex regula iuris
14 vulgata,quod sequestrum tanquam odiosum regulariter est prohibitum, *l.vnic. C. de probib. sequestr. per tot. & ibi gloss. in verb. sequestrari.* & ibidem *Abb. num.7. & seqq. de sequestr. possess. & fruct. Rot.decis.464.num.2.part.1.recent. decis.324. nu.1.coram Card.Caualerio nouissimè in Mediolanen. Canonicatus, seù Præbendæ 8. Iunij præteriti coram R.P.D.meo Bichio in princ.*& vt cōcedatur debet
15 dari † casus exceptuatus in quo iura illud permittant, *Rota decis.168.num.2.part.1. recent. tom.2. coram san.mem. Gregor.XV. decis.118.nu.1. & 2.* casus autem exeeptus probandus venit
16 ab † eo, qui petit sequestrum, *Paris. consil.41. nu.22. vers.vt igitur part.1. & coram Card. Caual. d.decis.324.num.1.*

Neque alicuius releuantiæ fuit, quod post latam sententiam sequestratio permittatur
17 contrà eum, † qui in causa succubuit licet à dicta sententia appellauit, *ad text.in l.Imperatores, §.vlt. ff.de appell. l.si fideiussor. §.vltimò, ff.qui satisd. cogant. Natt.cons.584.nu.1.& 2. Paris. cons.41.num.45. & seqq. lib.1. Put.decis.162. lib.2.* Quia dictæ doctrinæ loquentes de sequestratione fructuum,quæ fieri solet post latam sententiam, quando adest timor dilapidationis
18 non † sunt applicabiles in sequestratione possessionis,de qua nunc agitur,possessor enim lite pendente non est remouēdus à sua possessione,vt declarat *Bald.in l.quidam existimauerunt,* & ibi *Ias.nu.4. vers.istud vltimum, ff. si cert. petat. Bald. in d. l.vnic. sub num.3. vers.& alia est, C.de prohib. sequestr. Dec. in l.vltima. num.7. C.de edict. Diu.Adr. tollen.Paris. d.cons.41. à nu.17. cum seqq. Rota coram Card. Caualerio decis.324.num.3. & 4.*

Et ita informante tantum Io:Maria Moneta fuit resolutum, &c.

R. P. D. PEVTINGERO.

Bononien Fideicommissi de Pancaldis.

Rota Martiniana Sabbati 23.Ianuarij 1649.

ARGVMENTVM.

Probatio identitatis ad cōcedendam immissionē fideicommissario probata remanet ex sola denominatione duorum confinium,etiam,quod in alijs sit discrepantia: Inuentarium vbi nòn adest alienationes præsumuntur æquare legitimam.

SVMMARIVM.

1 *Bona ab hærede in aliquo loco possessa non concludit illa fuisse fideicommittentis, dum hæres in eodem loco bona acquisiuit.*

2 *Testis in iudicio productus plenè probai contrà productum.*

3 *Confinia duo ad probandam identitatem sufficiunt.*

4 *Confinia duo vbi concordant discepantia in cæteris non attenditur.*

5 *Confinia duo magis probant quo sumus in antiquis.*

6 *Bona alienata, si de eis non redditur ratio imputantur in detractiones.*

7 *Præsumptio subtractionis bonorum resultat ex non confectione inuentarij.*

Inuentarium vbi non adest qui alia bona non extare dicit probare tenetur. num.7.

8 *Hæreditas dicitur opulenta.*

Mobilia, iura, & actiones etiam maximi momenti fuisse vsurpata deducitur ex non confectione inuentarij. num.8.

9 *Alienationem vbi non constat de inuentario præsumuntur adequare detractiones.*

10 *Legitimæ detractio redditur turbida ex alienatione facta sine inuentario.*

Fidei-

Fideicommissario non impeditur immissio ratione legitimæ vbi, & de alienatione constat, & de inuentario non docetur num 10.
11 *Descendentia in genere probari debet vbi familia ad fideicommissum vocatur.*
12 *Familiæ probatio resultat ex enunciatiuis antiquissimis & num. seq.*
13 *Enunciatiuæ in antiquis probant consanguinitatem.*
14 *Consanguinitatis probatio coadiuuatur ex Testibus deponentibus aliquos se vtt cōsanguineos tractasse.*
15 *Viri duarum Sororum inter se dicuntur affines.*

DECISIO CCLXXVIII.

OBTENTA per Priorem, & Fratres Beatæ Marię de Charitate Ciuitatis Bononię Tertij Ordinis S. Francisci noua audientia aduersus decisionem in hac causa sub die 27. Ianuarij 1648. coram me * emanatam Domini hodie tandem steterunt in decisis, quia obiecta ad impediendam Thomasię Pancaldæ, tanquam fideicommissariæ Berti Pancaldi Iunioris, immissionem in bonis in loco de Longaria situatis à dd. Fratribus possessis opposita hodie visa sunt omninò cessare. Tollitur enim primum obiectum circa identitatem bonorũ, quæ valdè à Fratribus ex eo impugnabatur, quod probatio per Thomasiam adducta, quod Balzanus Berti hæres possederit bona in Territorio Longariæ, in quo etiam Bertus, dum vixit, bona possidebat, † non concludat
1 illamet possessa à Balzano fuisse priùs possessa à Berto fideicommittente, cum constet per Balzanum alia quoque bona in eodem Territorio fuisse acquisita, *Surd. decis. 339. numer. 11. & 12. Giurb. ad consuet. Messan. cap. 12. gloss. 4. nu. 8. Adden. ad Gregor. XV. decis. 575. num. 11. Rota decis. 42. num. 4. part. 5. recent.*

Acquisiuit enim Balzanus bona Iuliæ Morbiolæ confinantia etiam intrà stradellum cum bonis aliorum, vt probant Testes Fratrum *Summ. num. 4.* ac vlterius ad Balzanum deuenerunt bona illorum de Gambaro, vt probat 6. Testis ab ipsa Thomasia inductus, eiusque
2 depositio in iudicio producta, † sicque plenè probant contrà ipsam, *Honded. cons. 84. num. 50. lib. 2. Farinacc. de Testib. quæst. 62. num. 238. Adden. ad Buratt. decis. 298. littera B. per tot. & vers. si autem posteà in fin.* illaque bona de Gambaro iuxtà stradellum pro cōfine à Thomasia assignatum consistere, & eum bonis Berti confinare ex ipso suo Testamento apparet.

Quia in facto verificatur, quod bona à Fratribus reis à Thomasia conuentis, possessa pro confinibus suis inter alia habent dictum stradellum, & viam publicam, quæ duo confinia bonis Berti fideicommittentis solùm conueniunt, & non bonis Iuliæ Morbiolæ, neque
3 illorũ de Gambaro, † & ad probandam identitatem sufficiunt, *iuxt. Theoricam Bart. communiter receptam in l. demonstratio falsa, ff. de condit. & demonstr. cum pluribus decisione quæ reuidetur, allegatis in §. quia responsum fuit.*

Et parum refert, quod aliud assertum confine Francisci de oleo huic designationi non congruat, & in berti bonis enunciata qualitas, domus, teges, & stabulum non adsint in istis bonis fratrum, quia sufficit nullam in dd. duo-
4 bus confinibus adesse discrepantiam, † licet cætera non conuenirent, *Decian. respons. 17. nu. 9. lib. 3. Ruin. cons. 50. nu. 12. lib. 1. Marescott. variar. resolut. lib. 1. cap. 12. num. 23. Rot. decis. 98. num. 10. part. 6. recent.* & fuit dictum in *Ariminen. fideicommissi 14. Martij 1640. coram R. P. D. meo Cerro, §. quæ probationes, & §. nec obstat, vers. quia præter quod, & in Romana domus 14. Iunij 1641. coram R. P. D. meo Bichio, §. domum verò deuolutam in fin.*
5 Tantò magis, quia versamur in antiquis, † vt optimè ponderat *decisio in hac causa 15. Februarij 1647. §. quæ fortiùs coram R. P. D. meo Otthobono.* Et animaduertunt Domini non omnia bona Berti ad Fratres peruenisse, sed solum illorum partem, nempè tornaturas 30. in circa, vndè mirum non est si aliquæ demonstrationes isti parti non conueniunt, quæ forsan residuo bonorum conuenire possunt.

Et hinc non obstat, quod bona hodie à DD. Caprarijs possessa habeant confinia ad vnguem in Testamētò Berti descripta; hoc enim quamuis verum sit, tamen negari non potest, quin bonis etiam à Fratribus possessis conueniant, quæ à Gambaro fuisse empta asseritur, sed nullo modo probatur, & veritas est, quod fuerint à bonis illis contiguis, quæ Bertus ibi in maiori quantitate vltrà hodie à Caprarijs possessa, possidebat, separata; Ex quo etiam illud absurdum extrò illatum, quod bona Fratrum Charitatis cum bonis Francisci de Oleo neutiquam confinent, sic euitatur, quia licèt hodie non confinent, confinabant tamen de tempore obitus Berti, quando erant vnita illis bonis, quæ hodie à Caprarijs possidentur, etiā nunc bonis Francisci de Oleo, cohærentibus, vt in planta signata littera B.

Similiter secundum obiectum euanescit circa detractionem legitimæ; Compertum enim hodie fuit ex datis in *Summ. Thomasiæ littera F. in fine.* Ioannem Baptistam filium Berti fideicommittentis alienasse 3. tornaturas terræ in loco detto, *alla Chiesa in communi Longariæ*, quas idem Bertus tempore sui obitus possidebat; & vlterius ex mandato de associando per hæredem Io: Baptistę obtento *d. Summ. litt. B. in fin.* apparet non omnia bona in eius hæreditate reperijsse, quæ à Berto Patre Io: Baptistæ ad ipsum peruenerunt. Vnde coniectura resultat Io: Baptistam, illa quæ desunt alienasse, de quibus hoc ipso, quod nulla redditur ratio,
6 certum † est ea imputanda esse in detractiones, *iuxtà l. Marcellus, §. res quæ, ad Trebell. Peregrin. de fideicomm. art. 10. num. 30. Rot. decis. 77. nu. 4. part. 5. recent. & in Ciuitatis Castelli fideicommissi 17. Maij 1623. coram bo. me. Remboldo, §. & in omnem euentum, & in Romana fideicommissi 8. Iunij præteriti coram R. P. D. meo Arguelles, §. detractiones verò, vers. exegit insuper, & §. seq. præterea in fin.*

Et cum non doceatur de cōfessioue Inuentarij, inde oritur mala præsumptio subtractio-
7 nis bonorũ, † ita vt qui dicit alia non adfuisse bona probare debeat, *Rot. in recent. par. 5. dec. 47. num. 5. & 11. decis. 67. num. 2. decis. 77. num. 2. & 3. decis. 349. num. 5.* vbi quod dici potest hęreditas opu-

8 opulenta, † & mobilia, iura, & actiones etiam maximi valoris fuisse vsurpata, *& in Rom. fideicommiss. de Spiritibus 52. Ianuarij 1643. coram Reu. P. D. meo Bichio §. fin. coram Gregor. XV. decis. 266. nu. 16. vers. prædicta verò; & in d. Romana fideicommissi coram R. P. D. meo Arguelles d. §. præterea per tot.*

Et alienationes hoc casu presumuntur adæ-
9 quare † detractiones, *Beltram. ad Gregor. XV. decis. 185. nu. 6. Argel. de legit. contrad. quæst. 13. art. 5. nu. 63. & 64. Rot. in Auximana fideicommissi 13. Ianuarij 1640. coram Reuerendissimo D. meo Decano, §. & quatenus etiam supradicta cessarent, cum alijs concord. ibi allegatis, & in d. Romana fideicommissi coram R. P. D. meo Arguelles*, ità vt hinc saltem turbida reddatur ipsius legitimæ detractio,
10 ac † propterea fideicommissario immissionem retardare non possit, *Rot. d. decis. 47. nu. 13. dcis. 51. sub num. 21. vers. primò quod, & decis. 279. num. 15. part. 5. recent.* & fuit dictum in *Romana fideicommissi de Pelatijs 8. Iunij 1647. coram R. P. D. meo Arguelles §. fin.*

Cum ergò nullæ sint faciendę detractiones, vel saltem turbidæ appareant, ità vt non sit impedienda immissio, non est hodie locus inspectioni, an illis iuuari possint possessores bonorum, vel potius eadem Thomasia creditrix aliorum bonorũ eiusdem fideicommissi.

Tertium verò obiectum circa descendentiam Thomasiæ satis euacuatum fuit in *primo §. decisionis, quæ reuidetur*, quod cum ad hoc fideicommissum vocata non solum sit familia effectiua, sed etiam contentiua Thomasiæ
11 sufficiat † in genere probare Bertum, & Tonnium, a quo ipsa mediatè descendit de Pancaldis, fuisse consanguineos, ex *gloss. in l. 1. verbo quoties, ff. de probat.* Quod vtique satis super-
12 que probatum extitit † ex pluribus enunciatiuis autiquissimis centum, & amplius annorũ habentibus vim famæ, *Seriph. decis. 1334. nu. 2. Rot. decis. 160. nu. 9. & decis. 224. nu. 4. part. 1. recent.*
13 quæ in antiquis † consanguinitatem, probant *Surd. cons. 1. num. 48. Alex. cons. 90. num. 8. lib. 6. & cons. 88. lib. 7. nu. 11. Rot. decis. 472. sub nu. 1. par. 1. recent.* Iunctis presertim Testium depositionibus affirmando quod idem Bertus, & Tonnius
14 se vti consanguineos tractabant, † vndè consanguinitatis eorũ probatio valdè coadiuuatur, *Rot. decis. 157. num. 1. part. 1. recent. vers. & sic non solùm*, & fuit dictum in *Maceraten. Canonicatus 1. Iuly 1626. coram bon: mem: Merlino.*

Et ideò hæc probatio consanguinitatis non eliditur ex hoc, quod Bertus, & Tonnius tanquam viri duarum Sororum inter se familia-
15 riter tractauerint, (cum etiam nulla affinitas inter ipsos indè, sed tantum respectu vxorum suorũ oriatur, *cap. non debet de consang. & affinit. Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 67. num. 2.* Vltrà quod Testes de familiaritate ipsorum deponentes dicunt se habuisse pro attinentibus, & non pro affinibus. Ex quibus, & alijs in precedentibus decisionibus adductis Domini hac causa ad saturitatem discussa in decisis persisterunt vtraque parte informante, &c.

Decisio hac emanata in hac eadem causa sub die 27. Iunij 1648. coram eodem Peutingero est supra in hoc eodem volumine decis. 145.

R. P. D. ARGVELLES.

Romana Fideicommissi.

Sabbati 23. Ianuarij 1649.

ARGVMENTVM.

Hæres fideicommissarius iustificans existentiam fideicommissi, & docens de vocatione ad sui fauorem, immissionem obtinere debet vel ex remedio l. fin. C. de edicto diu. Adr. toll. vel remed. vtilis Saluiani interdicti, quę quidem immissio per detractiones illiquidas non retardatur.

SVMMARIVM.

1 *Immissio conceditur fideicommissario docto de existentia fideicommissi, & purificatione ad sui fauorem.*
2 *Fideicommissario dicitur esse vtilius remedium Saluiani interdicti.*
3 *Fideicommissario competit hypotecaria super bonis fideicommisso suppositis.*
4 *Possessio alicuius probatur ex iudicio associationis contra eum intentato.*
5 *Possessio rei conuenti probatur ex contestatione litis, prosecutione, ac denegata restitutione.*
6 *Possessor, satisfactione secuta, denegans restitutionem dicitur spoliare.*
7 *Sententia in alio tribunali extorta post introductionẽ causæ in Rota dicitur attentata.*
Sententia nulla, & attentata nullius est releuantiæ num. 7.
8 *Confessio regulari debet iuxta præcedens instrumentum ad quod se refert.*
Referens restringitur ad id, quod in relato continetur num. 8. & 9.
9 *Relatum non referens attenditur, & nu. 8.*
10 *Fideicommissario retardari non potest immissio prætextu detractionum, quæ sint illiquidæ.*
11 *Inuentarium an corruat per descriptionem scripturarum in eo factam absque vlla specificatione illarum.*
12 *Scripturæ omnes specifice in inuentario discribi debent.*
13 *in Inuentario omnia specificè, plene, & clare sunt apponenda.*

DECISIO CCLXXIX.

IN alia decis. 8. Iunij Anni præteriti firmata fuit existentia fideicommissi Panthasileæ, purificatio ad fauorem DD. Hilarij, & Claricis de Vrsinis legitimatio personarum eorundem nempe quod sint nepotes ex filijs Testatricis. & irreleuantia detractionum; Hodie prosequendo disputationem Domini resoluerunt præfatis Hilario, & Cleriæ, ac Virginiæ filiabus d. Claricis de Vrsinis dandam immissionem, & reintegrationem. Quia probatis re-
1 quisitis prædictis, † immissio denegari non valet fideicommissarijs, siue ex *remed. l. fin. C. de Ed. D. Adr. toll.* vt tradit *Bart. in d. l. fin. num. 9. Menoch. de adipisc. remed. 4. num. 181. Garz. de expens. c. 6. num. 19. vers. fin. Argel. de acquir. poss. q. 8. nu. 318. 319. &.*

319.& 799. *Rot.decis.33.num.6.p.4.131. num.1.p.1.430.num.1.& 2.par.5.249.num.2.& 298.num.1.& 2.par.6.& 244.num.1.par.7. recent.* fine ex remedio Saluiani interdicti, † quod fideicommissario esse vtilius deciditur in *Rom. Hæreditatis de Comitibus 17.Maij 1581.coram S.M.Clem. VIII.*& alijs congestis per *Argel.d.q.8. num.51.& 52.* Cum fideicommissarijs competat hypothecaria † super bonis fideicommisso suppositis *l.fin.§.sed quia,in princ.C.Commun.de legat. Auth.contra C.ad Sen.Cons.Trebell.versus fin.Pacif. de Salu.inspect.3.c.4.num.58.& seq.Argel.vbi supra num.14.& de legit.contradict.q. 10. num. 9. Rota in Auximana fideic.13.Ianuarij 1640.§.Quibus tamen &c.coram Reuerendiss.D.meo Dunozetto Decano, in Rom. fideicommiss.de Rubeis 30.Maij 1646.in princ. coram R.P.D. meo Corrado,& in Romana fideicommissi de Pelatijs 25.Iunij eiusdē anni §.finali corā me.*

2 medio Saluiani interdicti...

3 (see above)

Hilario autem dandam etiam reintegrationem,quia anterior eius possessio sicut, & Claricis probatur ex ipso iudicio associationis † a Remedio, & Vandello contra eos intentato coram Auditore Cameræ, *Rolan.cons.32.n.57. lib.4. Menoch.de retin.remed.3. num. 592. Modern. Perusin.de manut.obseru.19.num.28.*& post eum *Rot.doc.336.num.2.decis.402.num.1.& 458.num.2. coram fa.me.Greg.XV.& in Rom.reintegrationis 23 Iunij 1642.§.Nec intrat defectus &c.coram Reuerendiss.D.Patauino.*

Detentio verò illarum ex litis contestatione, † & prosecutione, ac denegatione restitutionis *Rota in Rom.spolij 1.Martij 1602.coram Litta decis.559.num.10.par.4.tom.3.recent. Duran.decis.103.num.2.Cæs.de Graff.decis.4. num. 2. de rest. spoliat.* Et clarius ex ipsa possessione apprehensa in vim mandati de associando, & executione alterius mandati de manutenendo, seu immittendo, quod licet declaratum fuerit attentatum in *decision. 11. Februarij 1647. coram me.* Tamen vsque adhuc non docetur de restitutione.

Quibus concurrentibus est locus reintegrationi, cum appareat fuisse satisfactum doti, & lucro dotali ex fructibus perceptis virtute d. mandati de manutenendo, seu associando, & alijs rebus, † sicq; detentores dicuntur spoliare, vt per citatos in decisione edita 8. Iunij anni præteriti *§.Nec quidquam,vers.Eorum enim possessio &c.coram me Pacif.de Saluian.inspect.4.cap.1. num.120. Buratt.decis.160.num.10 cum alijs ibi, & per Adden.lit.D.num.19.S.M.Greg.XV.decis. 254. num.1.ibique Adden.littera A.num.6.& in Rumana, seu Sarsinaten.Hæreditatis 1.Februarij 1638.coram Pirouano.*

Non attenta sententia Aud. Cameræ à dd. Remedio, & Vandello reportata. Quia cum fuerit per Rotam declarata inualida, & attentata † tanquam extorta post causam instructam in Rota, vt ex duabus decisionib. 11. Febr.17. Maij 1647. coram me editis, nullius est releuantiæ, *l.improba C.de acquir. poss.c. Non solum 7. de appell.in 6.moder.Perusin.de manuten.obser.48.cū multis citatis &c.Seraph.decis.1106. num. 3. versic. Maxima &c. Coccin. decision. 486. num.2.versicul. Non obstat asserta possessio &c. cum alijs in dd. duabus decisionibus ad saturitatem congestis.*

Non obstat quod Thopatia fuerit hæres Cæsaris, quia satis ostensum fuit in dicta *decis. 8. Iunij præteriti,* bona subiecta esse fideicommisso Panthasileæ.

Minus obstare potest detractio lucri dotalis. Quia (vt supra dictum) fructus, & alia ne dum æquant, sed longe superant dotem, & quartum dotale. Præter quam quod, licet confessio Cæsaris dicant de dote scut. 1600. Tamen cum in ipsa confessione se referat ad instrumentum, in quo apparet solum de scut. 1500. ad illud debet confessio restringi, & limitari † ex vulgari regula, quod referens restringitur ad id quod in relato continetur *Seff. decis. Aragon.125.num.41.Velasc.littera R.axiomat. 59.*quodque attenditur relatum, † non referens. *Paris.cons.94.num.20.lib.1. Tusc.concl.129. num.3. littera.R.*

Vrget etiam ratio *d.decisionis §. Imo contendebat. &c.* quæ videtur consideratione digna, & alia ponderatio facta *ibid. §. Præterea &c. in principio.*

Tandem quia ex prædictis redduntur illiquidæ detractiones, vt in *Rom. Domus 4. Maij 1648.§ fin.coram R.P.D.meo Bichio, & in Rom.hæreditatis 1.Aprilis 1647.§.Tum etiam coram me,* vbi in puncto quarti dotalis, & fructuum perceptorum ex dote §. *Turbidæ &c.* † quodq; propterea non retardant immissionem,vt præter ibi citatos *Cinc. de cens. quæst. 98. numer. 62. Rota post eum decision.498.num.15. post moder. de Manut.dec.487.n.9.& seq.& dec.410.n.24.p.5.rec.*

Redduntur etiam eadem detractiones turbidæ, & illiquidæ, ex quo Thopatia in inuentario hæreditatis Cæsaris descripsit quandam archam scripturarum,nulla facta ipsarum specificatione.† Nam quidquid sit, An propter hoc corruat inuentarium cum *decis.151. nu.8. coram Coccino, 199.num.2.post 2.vol.cons. Farinac. citat.à Rub.singular.lib.2. verbo Inuentarium &c.§. primo, pagina mihi 56.* dicant hunc defectum fuisse sæpius in Rota sanatum &c. Nihil aliud adducitur quam *decis.in Rom.de Gaddis 24.Octobris 1578. coram Patriarcha Alexandrino, quæ est 371.Seraphini,* & corruptæ allegatur apud *Rub. 471.*& solum dicit præsentiam Iudicis,coram quo factum erat inuentarium sufficere ad excludendam præsumptionem doli,vndè si licet à contrario sensu argumenti firmatur præsūptio doli,dum coram Iudice factum non fuisset, & *Escouar.de ratiocin.cap.9.nu. 70.* probat in inuentario scribendas esse specifice † Apochas, Instrumenta, & Priuilegia,& est optimus *text. l.si quis intra num.5.C. de bon. proscript.* vbi quod in inuentario omnia specificè, plenè, distinctè & clarè sunt apponenda, † quem multum notat *Bald.* & esse ment tenendum *Rolan. cons. 73.num.43.lib.2.Cancer.var.lib.3.cap.2.à num.33. & sequen.*Ommissa hac quæstione non videtur posse negari quin teneatur saltem reddere rationem omnium harum scripturarum, & interim turbida videatur detractio.

Ad alias autem detractiones satis superque responsum est in præterita.

Et ita &c. vna &c.altera tamen citata,& expectata &c.

R.P.D.

R. P. D. ARGVELLES.

Romana Fideicommissi de Bariscianis.

Mercurij 27. Ianuarij 1649.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum reciprocum, & successiuum ex quibus inducatur plenè in presenti decisione discutitur, maximè inter filios, & descendentes, non solùm, vt omnes censeantur vocati de restituendo alijs.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio si sine filijs purificatur decedente instituto sine illis.*

2 *Substituti quando censeantur vocati ordine successiuo, & grauati restituere. & num. seqq.*

6 *Fideicommissum perpetuum inducitur per substitutionem factam nomine collectiuo, & verbis communibus.*

7 *Verbum,* Linea, *collectionem plurium personarum, & graduum comprehenditur.*

Verbum, Linea, *operatur vocationem de gradu in gradum. num. 7.*

8 *Dictio,* Per, *denotat tractum, & cursum, ac continuationem de persona ad personam, & de gradu in gradum.*

9 *Substitutio compendiosa inducitur per verbũ,* quandocumque.

10 *Substitutio facta sub cõditione mortis, quid operetur.*

11 *Substitutio facta sub conditione si sine filiis quomodò intelligatur.*

12 *Substitutio facta per verba moriatur vnus alteri, & è contrà, dicitur reciproca.*

13 *Verbum,* Et sic, *est repetitiuum, & continuatiuum formæ, ac qualitatis præcedentis vocationis.*

14 *Clausula,* modo, & forma prædictis, *quid operetur. & num. seqq.*

17 *Copulatiua etiam sola continuatiuè posita in substitutionibus quando operetur continuationem, & repetat qualitates.*

18 *Verba vbi sunt clara, & expressa superfluum est ad coniecturas recurrere.*

19 *Substitutione facta si linea fuerit defecta, omnes de linea censentur grauati.*

20 *Fideicommissum reciprocum, & perpetuum censetur inductum si deficiente vna linea, alia vocetur.*

21 *Fideicommissum reciprocum, & perpetuum eo magis procedit quo sumus in descendentibus.*

22 *Substitutio dicitur facta in tota hæreditate si est facta pro duabus dimidijs.*

23 *Singula quæ non pro sunt simul vnita iuuant.*

24 *Verbum,* deficiente, *supponit existentiam præcedentium, & habet etiam locum non data existentia.*

25 *Digressus ad plures gradus substitutionum quando operetur fideicommissum reciprocum, & successiuum.*

26 *Verbum,* non extantibus, *ad quod tempus referatur. & num. seq.*

28 *Filiatio probatur ex educatione, nominatione, tractatu, & fama iuncta fide Baptismatis.*

DECISIO CCLXXX.

MARSILIVS Bariscianus in suis vltimis tabulis anno 1544. compositis, post quædam legata Imperiæ, Hortensiæ, & Vincentiæ filiabus relicta, hæredes suos vniuersales, Fabius, Ioannem Baptistam, & Lælium filios scripsit: *His quandocumque sine filijs legitimis, & naturalibus decedẽtibus, filias æquis portionibus substituit, facta etiam inter eas reciproca, si aliqua sine filijs legitimis, & naturalibus decederet, & sic in futurum successores dictos per lineam* (ait) *directam succedant, modo, & forma prædictis, & deficiente dicta linea directa, succedant filij dictorum Dominorum Honuphrij, & Margheritæ ipsius Testatoris Cognati, & germanæ Sororis respectiuè, si tunc vixerint, sin autem filiæ fœminæ ipsorum, & sic in futurum earum successores directa linea ipsarum, modo, & forma, vt supra, & his non existentibus, & deficientibus succedat pro medietate Hospitale prædictum Sancti Saluatoris, & Sancti Iacobi Incurabilinm, &c.*

Per obitum supradictorum Fabij, Ioannis Baptistæ, & Lælij sine filijs, † substitutionis locus ad dd. Imperiæ, Hortensiæ, & Vincentię fauorem factus fuit, *l. hæredes mei 57. §. cum ita, ff. ad S.C. Trebell. l. generaliter 6. vers. si enim, C. de instit. & substit.*

Defuncta deindè Hortensia, Alexander, & Antonius de Clusianis eius Nepotes ad bona dicti Marsilij vigore fideicommissi vocati prętendentes, contrà Dominum Lęlium Iun. de Bariscianis Vincentiæ pronepotem, & bonorum possessorum iudicium coram A.C. introduxerunt, à quo per dictum Lęlium Auocata causa, & mihi commissa. Dubitaui An constet de fideicommisso Marsilij Barisciani ad fauorem dd. Alexandri, & Antonij; & Domini quoad portionem Hortensiæ affirmatiuè responderunt.

Existentia namque fideicommissi clarissima est, cum post institutionem, & reciprocam filiorum. & substitutiones filiarum etiam reciprocas, vocentur earum successores verbo communi *succedant.* His enim stantibus, substitutos per nomen collectiunm plurium perso-
2 narum, & graduum censeri vocatos † ordine successiuo, & grauatos restituere, probat *text. in l. si plures 96. ff. de leg. 3. l. cum ita 33. alias l. omnia 32. §. fideicõmisso, ff. de leg 2. l. 1. §. id quod 13. ff. ad l. falcid. & post Bart. Bald. Castr. Couar. ibi citatos,* latè prosequitur *Peregr. de fideicommiss. art. 19. nu. 11. & multis seqq. ex d. §. in fideicommisso ad quod inducit etiam eleganter numer. 13. l. peto 69. §. fratre 3. ff. eod. tit. de leg. 2. & num. 14. l. fin. C. de verb. signif. viden. per tot. artic. in quo diligenter ad partes disputat. Rota decis. 230. num. 3. part. 1. & decis. 21. num. 11. vers. quoniam vltrà part. 5. recent. apud Seraphin. decis. 409. num. 14. in Tiburtina fideicommissi 25. Maij 1646. §. & licet contrarium, versic. quod securè, & 14. Ianuar. 1647. & licet Addentes cum seqq. coram me, magna Doctorum serie.* Et in
3 terminis † verbi successores, *Fusar. de substitut. q. 343. num. 1. vers. & de verbo successores, & vltrà ibi citatos, Soccin. cons. 13. præsens consultatio nu. 6. & seqq. vers. capio nunc secundum lib. 2.*

Quæ conclusio licèt patiatur difficultatem
4 ex † citatis *à Peregr. & Fusar. vbi supra, Molin. lib. 1. de primogen. cap. 5. num. 26. vers. his tamen non obstantibus, Tusch. tom. 7. littera S, conclus. 802. numer. 149. & 263.* In dubio procedit, si adest ver-
5 bum tractus † temporis successiui significatiuum, vt in pręsenti verbum, *In futurum, Molin. multis citatis vbi supra num. 26. vers. his tamen non obstantibus, & ibi Add. Fusar. de substit. q. 233. nu. 36. Castill. contr. lib. 5. cap. 39. num. 33. Gratian. discept. forens. cap. 774. num. 26. & 27. cum multis,* (vbi notanter addit ex sola vocatione per nomen collectiuum, si fiat verbis communibus
6 induci † fideicommissum perpetuum, licet cautè hoc asserendum sit propter *Molin.* auctoritatem vbi supra, *Menoch. consil. 397. nu. 13. & 14. Rimin. consil. 23. num. 127. lib. 1. Gamma decis. 224. nu. 12. Rot. decis. 266. num. 12. 300. num. 13. part. 1. 344. num. 6. part. 2. 168. num. 9. part. 3. 180. nu. 7. 216. num. 13, part. 1. recent. & in Rauenaten. hæreditatis 7. Febr. 1648. §. itaque cum dicta substitutio coram R.P.D. meo Royas.*

Eo magis, quia successores vocauit adiecto
7 verbo, *per lineam,* † quod collectionem pluriũ personarum, & graduum comprehendit, & eorum vocationem de gradu in gradum operatur, ex congestis *à Fusar. consil. 169. numer. 17. Modern. Lucen. consil. 65. num. 15. Gamma decis. 160. per tot. & ex Bald. Anchar. Dec. & alijs, Rot. dec. 6. num. 20. & seqq. decis. 21. num. 19. part. 5. recentior.* & latissimè fuit dictũ in allegatis *Tiburtinis, & Bonon. fideicommissi de Guidottis 24. Ianuarij 1648. §. secunda coniectura, coram me,* vbi quod alias inutiliter fuissent adiecta verba per lineam directam. Et sumus hic fortioribus terminis
8 propter vim propositionis, † *Per,* quod denotat tractum, & cursum, & continuationem de persona ad personam, & de gradu in gradum, *Gratian. discept. forens. cap. 773. num. 1. Rot. d. dec. 6. & 21. vbique num. 23. part. 5. recent. & decis. 168. num. 11. part. 3. recent. in allegata Bonon. fideicommissi de Guidottis d. §. secunda coniectura.*

Nec dicatur, quod ista quidem possunt operari, vt dicantur successores in perpetuum vocati, non verò grauati, ex vulgari regula, quod ex vocatione actiua non infertur ad passiuam, quia præterquam quod hæc regula non intrat, vbi adsunt verba significantia tractum successiuum, iuncto nomine collectiuo, vt ex omnibus supra allegatis: Nõ enim posset fieri cursus, & continuatio de gradu in gradum, si vnus non fuisset grauatus de restituen. alteri. In nostro casu expressum est grauamen, & voluntas Testatoris; nam eodem modo, quo substituit filias, substituit etiam successores earum in perpetuum: At inter eas
9 substitutionem fecit compendiosam† per verbum *Quandocumque, Bart. in l. centurio 15. nu. 17. ff. de vulg. & pupill. Soccin. iun. consil. 174. numer. 24. lib. 2. Fusar. de substit. q. 223. num. 31. Rota in Auximana fideicommissi 22. Martii 1639. coram Reueren-*
10 *diss. D. meo Decano.* Et quia sub † conditione
11 mortis idem *Fusar. num. 6.* E sub † conditione si sine filijs *num. 35. & q. 108. num. 9.* & recipro-
12 cam † illis verbis *moriatur vna alteri, & è contra, cap. si pater, de testam. in 6. & ibi Costa in princip. num. 12. & 18. & verbo moriatur num. 13. vers. non obstat.* Et ita concluditur etiam inter successores compendiosam, & reciprocam fecisse. Minor iã est probata, ne vllus negabit. Maior
13 patet ex verbo, *Et sic,* † quod est repetitiuum, & continuatiuum formæ, ac qualitatis præcedentis vocationis, vt per multos citatos *à Reuerendiss. Vgentin. dict. 365. num. 1. 114. num. 2.* Ac si diceret, quod eodem modo, quo substituit filios, substituit etiam successores earum in futurum, nempè per compendiosam, & re-
14 ciprocam: † Quod clarius apparet ex clausula, *modo, & forma prædictis, Rota decis. 603. num. 3.*
15 *par. 3. recent.* † Quia est relatiua præcedentium cum omnibus suis qualitatibus congesti *per Reuerendiss. Vgentin. dict. 276. num. 3.* Ac si omnia
16 præcedentia nominatim, † ac specificè essent expressa *citati ibi num. 4. Carp. de execut. lib. 2. c. 17. num. 19.* Immò per solam copulatiuam continuatiuè positam in substitutionibus factis de diuersis personis etiam in orationibus separa-
17 tis, & distinctis † censeri factam continuationem de vna ad aliam, & omnes qualitates expressas in prima censeri repetitas, *Gratian. dicta discept. 773. num. 28. & 29. Rota decis. 453. num. 8. par. 2. recent.* Quapropter cum verba sint clara,
18 & expressa, † superfluum esset ad coniecturas, & præsumptiones recurrere, *ex vulg. axiomate per Valasc. 141. littera C. Rota in* Fanen. *bonorum 19. Iunij 1648. §. quia ex verbis coram me.*

Accedit *doctrina Ruin. consil. 199. num. 5. vers. sed prædictis lib. 2.* vbi quod si substitutio fiat, si
19 linea fuerit defecta, † omnes de linea censentur grauati: *Gratian. d. discet. forens. 773. num. 12. vers. accedit, Fusar. consil. 169. nu. 18. Surd. consil. 344. num. 17. lib. 3.* vbi si deficiente vna linea, alia
20 vocetur, † intelligi factum reciprocum, & perpetuum fideicommissum idem *Ruin. consil. 140. num. 9. vers. si enim vult. lib. 3.* Quæ securè
21 procedunt, † cum simus in descendentibus, *Peregr. consil. 33. num. 7. lib. 3. Ramon. consil. 9. num. 20. Rota cum citatis in Romana fideicommissi de Zephiris 4. Iunij 1646. §. sed & his non obstantibus coram R.P.D. meo Bichio, & in dicta Bonon. fideicommissi de Guidottis 24. Ianuar. 1648. §. maximè cum versemur coram me.*

Præsertim stantibus argumentis, de quibus per *Fusar. de substitut. q. 472. num. 8. 10. 47. 49. 78. 98. 104. q. 332. num. 34.* Et facta substitutio in
22 tota hæreditate, † quia est facta pro duabus dimidij, quod idem est, vt multis Doctoribus, & Rotæ decisionibus *Fusar. in d. q. 472. num. 61. & 73. Seraphin. decis. 934. num. 16.* Et saltim sufficerent omnes simul iunctæ ex vulgari regula
23 singula, † quæ non prosunt, quæ in Rota semper admittitur in hac materia, vt in *Romana fideicommissi de Mutis 15. Ianuarii 1648. §. quæ autẽ dicuntur coram R.P. D. meo Meltio in citata Bonon. fideicommissi de Guidottis 24. Ianuar. §. & quamuis, & 5. Iunii 1648. §. obiecta vero coram me.*

Eo magis, quia digressus ad plures gradus fuit factus actiuè, & passiuè, vt constat ex illo
24 verbo *Deficiente,* † quod supponit existentiam præcedentium, & habet etiam locum nõ da-

ta

ta existentia, *Menoch.consf.1063.num.4.Gratian.d.*
25 *discept.773.num.22.& 23.* Quo casu † digressus absque dubio operatur reciprocum fideicommissum, *Rota decisi158.num.5.par.6.recent.*
26 Præcipuè iūcto verbo, *non extantibus*, † quod refertur ad tempus quandocumq; decesserint, *Soccin.in l. solemus in fin. ff.de condit. & demonstr. Rota in sæpius allegata Bonon. fideicommissi de Gui-*
27 *dottis 24.Ianuar.1648.§.& prædicta coram me.* † Si non restringatur ad certum tempus, *Rota decis. 490.num.6.par.4.diuers.*

Et tandem pro sua ingenuitate scribens pro D.Lelio oretenus, nec fideicommissum, nec filiationem pernegabat, quæ satis probatur
28 ex testibus deponentibus † de educatione, nominatione, tractatione, & fama iuncta fide Baptismi, ex quibus omnibus benè filiationis probatio inducitur *tex.in l.filium, ff.de his qui sũt sui,&c. Rota in Bonon. fideicommissi de Raimundinis 15.Februar.1636.§.quo vero coram Reuerendiss. D. meo Dunozetto Decano in Romana nullitatis matrimonii 19.Ianuarii 1646.§. de cōsanguinitate in Mutinen.beneficii 27.Martii 1648.§. quod autem Franciscus, & in Romana fideicommissi 8. Iunii eiusdem anni,§.de filiatione coram me.*

Ex quibus responsum etiam manet his,quę ex parte Domini Lelij adducebantur, & decisionem Reuerendiss. D. Salamantini in calce suæ scripturæ in forma memorialis datæ cum allegationibus tamen, & iuris, & facti,& modo non disputatur de reciproca de linea ad lineam, quia agitur tantum de linea Hortensiæ, & sic resolutum fuit constare de fideicōmisso Marsilij Barisciani ad fauorem Alexandri, & Antonij de Clusianis, quoad portionem Hortensiæ, &c.

R. P. D. PEVTINGERO.

Romana, seu Auximana Donationis.

Veneris 29. Ianuarij 1649.

ARGVMENTVM.

Donatio rei alienæ quando fuit facta coniunctæ personæ, cum assertione, quod res donata ad ipsum donatorem spectaret, & cum promissione omnia inuiolabiliter obseruandi sub obligatione cammerali, intrat relaxatio mandati pro illius rei æstimatione; & quid si donatarius rem illam ab altero consecutus fuisset, an, & quando illius ęstimatio debeatur, latissimè tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Donatio rei alienæ facta coniunctæ personæ, ei debetur æstimatio rei donatæ.*
2 *Amplia stante scientia donatoris, bona donata in totum esse aliena.*
3 *Donatio rei alienæ quamuis facta personæ coniunctæ non debetur æstimatio, quando tàm hæres, quàm donatarius essent donatoris coniuncti, intellige vt num.4.*
5 *Actio, quæ competebat contra defunctum, contra eius hæredem exerceri potest.*
6 *Initium, & non quod postea euenit in contractibus est attendendum.*
7 *pro Donatione rei alienæ facta cum assertione, quod res donata ad ipsum donantem spectaret, & cum promissione omnia adimplendi sub obligatione Camerali, intrat relaxatio mandati.*
8 *Pater habet vsumfructum in bonis filij.*
9 *Voluntas vbi est clara non est ad coniecturas recurrendum.*
10 *Præseruatiua non inducitur ex verbis generalibus.*
11 *Præseruatiua nihil de nouo dat.*
12 *Præseruatiua in dubio, non contra, sed ad fauorem reseruantis intelligenda est.*
13 *Causa lucratiua dupliciter concurrere in eodem subiecto prohibetur. & quando admittatur num. 14.*
15 *Res eadem legata in testamentis duorum, peti potest ex vno testamento res ipsa, & illius aestimatio ex altero, intellige vt num.seq.*
16 *Legatum eiusdem rei factum alicui in testamento duorum, potest legatarius si ab vno æstimationem fuit consecutus, ab altero rem petere, secùs si priùs rem esset consecutus.*
17 *Et quid si Legatarius priùs iudicialiter ab vno æstimationem petierit, & antequam obtinuerit rem ipsam ab altero fuisset consecutus.*
18 *Sententia retrotrahitur ad diem factae petitionis.*
19 *pro Facto habetur ex tunc, quod fieri debuit.*
20 *Condemnatio fingitur à die litis contextatae.*

DECISIO CCLXXXI.

DOMINI in vltima decisione huius causæ sub die 6. Iunij 1642. ex duplici fundamento firmauerunt Petrum Stephanum, tamquam hæredem bo. me. Card. Galli teneri ad æstimationem prædiorum Antonio Marię Gallo donatorum, eo quia videlicet, donata illa prædia ad se spectare, eiusque propria esse temerè asseuerauerat; licet vnum ex eis esse Fælicis sui patris optimè sciuerit, vltimumq; ad eiusdem Fælicis vxorem spectare, & hoc
1 apud partes est in confesso; † Deinde cum hæc donatio à Cardinali facta sit coniunctæ personæ, semper ei debetur æstimatio rei donatæ, vt vltra allegatos in decisione, quæ reuidetur firmauit *Rot.decis.265.num.10.& 11.vers.& cessat, & decis.337.num.5.vers.& tanto magis part.1. recent.*
2 Quod fortius procedit † accedente supradicta scientia donatoris bona donata in totum esse aliena, vt distinguendo benè declarat *V.lex.in l. serui electione 5.§. fin.num.4. vers. sed si testator, ff.de leg.1.& ex tex.in l.nuper 83.cum gloss. verb.conditionem,ff.de legat.3.notat Cardin. Mantic. de coniect.vltim. volunt.lib.9. tit.10. num.3. vers. cum autem.*
3 Non obstat,† quod cum hic tam hæres,quā donatarius ambo sint personæ Cardinali coniunctæ; donatarij coniunctio supradictum operari nequeat effectum,ad tradita per *Bald. in l.cum alienam 10.num.9.vers.vlterius, C.de legat. & plures allegat. à Bursatt. cons.5. num.10. & seq. & à Modern. Auximano, de except. tit. 4. except.2. num.25.& seq.*
4 Quia † si ageretur ex testamento, in quo vni coniun-

coniunćto legatum relictum esset, & alter coniunctus hæres institutus esset, benè hoc propter maiorem, vel saltem æqualem dilectionem erga hæredem pariter coniunctum, institutum procederet; secusverò hic dum ex donatione coniunctæ personæ inter viuos facta agitur; hoc enim casu concursus dilectionis cũ alia persona pariter dilecta non intrat, sed ipsi actio contra ipsum donatorem rem alienam scienter donantem competit; † quæ
5 actio donatori defuncto contra eius hæredem in omnibus defuncti personam repræsentantem exerceri potest, *l.cũ haeredes 23.ff.de acquir. haered.l.haereditas 63. ff. de reg.iur.* non attento, quòd ille sit testatori coniunctus, cum tempore donationis nullus aderat alterius coniũcti concursus;† ac in contractibus initium, nõ
6 quod postea euenit, attendatur. *Surd. de alim. tit.9.q.11.num.9.vers.confirmatur autem, & seq. & decis.278.num.26.vers.& contractus initium cũ seq. Seraph.decis.627.num.11.vers.ex his etiam, & n.12.* Omnisque cessat disputatio, vt fuit aliàs præsertim *in* 1. *decis. coram Reuerendiss. Terracinen.* ponderatum, † Cardinalis asseruerit prædia
7 donata esse sua, & ad illum spectare, omniaq; complere, & inuiolabiliter obseruare sub obligatione Camerali promiserit; vnde intrat promissio, & relaxatio mandati, *Adden.ad Galles. de oblig.Cam.q.31.num.33.& seq.*

Nec subsistit, quòd Cardinalis donator credens posse de bonis fratris disponere, ideò illi prohibuerit, ne præter vsumfructum, potestatem aliquam, aut iurisdictionem in bonis filio suo donatis sub pacto resolutiuo donationis, si aliter faceret, exerceret; Quia huic motiuo satisfacit *decisio coram Reuerendiss. Terracinen.de anno* 1639.*§.nec facit*; donator enim non intellexit Felici dominium, quod iure proprio competebat, auferre; sed solam administrationem, quam in bonis filio donatis, tãquam aduentitijs aliàs habuisset, prohibere, reseruã-
8 do ei solum vsumfructum,†qui pariter ipsi de iure communi ratione patriæ potestatis in eisdem bonis competebat, vt per allegatos in *decis.377.num.4.par.1.recent.* Quamuis hic cesset difficultas, dum si de bonis fratris, tanquã fratris disponere intellexisset, nullo modo bona sua esse propria, & ad se liberè spectare Cardinalis asseruisset, & obseruare † promisis-
9 set;† Vnde vbi voluntas est clara donandi bona, tamquam propria, eaque talia præstandi, non est ad coniecturas recurrendum vulgata *l.ille, aut ille 25.ff.de leg.3.Rot.decis.141. numer.4. vers.primo stantibus, & dec. 752. sub num. 3. in fine par.3.recent.*

Minus subsistit Antonium Mariam tacitè declarasse, se titulo donationis d. prædium possidere, dum interueniendo matris suæ testamento, ad quam idem prædium Montis paperi à Cardinali donatum spectabat, iura sibi super eo vigore d. donationis competentia præseruauit, & mater præseruationem hãc acceptauit. Quia ex hac præseruatiua non infertur consensus, seu agnitio tituli donantis respectu ipsius prædij, quod scilicet in domi-
10 nio Cardinalis donantis fuerit; † Ad hunc enim effectum verba generalia præseruatiua non sufficiunt. *Rosental.de fraud.cap.10.concl.32. num.15.Clar.in §. feudum q.59. cum pluribus alleg. à Modern.Fulginaten.in tract.de emph.tit.de var.ca-*
11 *duc.q.5.num.13.& 20.iuxta vulgar.regulã* † quod præseruatiua nihil de nouo dat, vt notat *Felin.in cap.inter Monasterium sub num.3.de sent.& re iudic.Soccin. Sen.cons.237. num.2. vers. solent enim lib.2.Aym.cons.15.num.2. & cons.70. num.6. Rota decis.75. sub num.4.vers.reseruationis autem natura par.2.& decis.270.num.8.vers. qui autem præseruat par.4.tom.1.recent.* Sed per eam præseruata censetur actio, ab ipso donatario prius contra hæredem donantis pro prædij æstimatione consequenda, mota, vt postmodum ipsa rei obseruantia docuit, dum ipse Antonius Maria in bonorum matris inuentario inter bona
12 materna, hoc etiam prædium descripsit; † & in dubio præseruatiua non contra, sed in fauorem reseruantis intelligenda est. *Rota decis. 299.num.12.par.5.recent.* vbi allegat plures concordantes.

13 Denique † dispositio *text.in §. si res aliena, instit.de leg.* prohibens concursum duarum causarum lucratiuarum in eodem subiecto, cum relatis *à Fontan.de pact.nupt.claus.5.gloss.8.par.14. num.40.& 41.* Antonium Mariam ab actione ex donatione, ad prædij huius æstimationem prohibere potest, dum idem ex testamento
14 matris consecutus fuit: † Quia licet verum sit, quod concursus duarum causarum origine, & effectu non admittantur, effectiuè tamen admittuntur, si originem in persona diuersorum capiant, *vt not. Pert. in §. si res aliena num.2.instit.de legat.post Bart. in l. mauius 68. §.1. num.13.post med.vers.si uerò quaeris, ff.de leg.2.Cuman.cons.33.quidam in fine, vers.nec huic obstat.Ca-*
15 *ballin.de euict.§.5.num.53.cas.22.* † Cui opinioni etiam adstipulari videtur, *text.in l. planè 34. §. sed si duorum, ff.de leg. 1.* vbi dicitur, quòd si eadem res mihi duorum testamentis legata sit, bis à me peti poterit, vt ex vno testamen-
16 to rem, & ex altero æstimationem † consequar, *quem text.licet, Piccard.in d.§.res aliena num. 16.instit.de leg.* loqui dicat in casu, quando legatarius ex primo testamento non rem; sed æstimationem consecutus fuit, secus è conuersò, eamdemque distinctionem probet ipse *text.in d.§.si res aliena*, ibi, *nam si rem habet, agere non posset*, quia habet eam ex causa lucratiua, si æstimationem agere potest. *Donel.comment.iur. lib.16.cap.5.circa med.vers.veluti*, asserens, quod si alicui res legata, eidemque eadem ab alio donato, si ex causa legati rem ille iam adeptus fuerit, tunc donator liberetur, & si eadem res ex duobus testamẽtis debeatur, si ab vno æstimationem prius consequatur, rectè deindè ab altero rem petere posse, secus si prius rem es-
17 set consecutus; † Quæ difficultas in præsenti casu cessat, dum Antonius Maria priusquam ex matris posteriori testamento prædiũ Montis Paperi consequeretur, antea iam iudicialiter eiusdem æstimationem vigore præcedentis donationis Cardinalis contra eius hæredes petierat, quod proinde censeri debet, ac si autem ipsum testamentum matris, æstimationẽ ex

18 ex dicta donatione fuisset adeptus,† cum sententia nunc contra heredes donatoris ferenda pro prædij æstimatione soluenda, ad diem factæ petitionis retrotrahatur. *gloss. in cap. cum quis verb. iniurijs, vers. nec enim sententia, de sent. excom. in 6. Bald. cons. 374. num. 2. vers. tertio probatur lib. 3 Gail. de pact. publ. lib. 2. cap. 19. num. 23. Cost. de re-*
19 *trotract. cas. 7. cap. 8. num. 4.* † & dixit *Rota in Romana domus 24. Aprilis 1617. coram Card. Sacrato*, vbi etiam, quod ex tunc habetur pro facto,
20 quod fieri debuit; † Ea videlicet ratione ratione, quia retro condemnatio à die litis contestatæ fingitur, *l. post acceptum 18. ff. de rei vendicat.*

Eo magis, quia prius obtinuerat mādatum contra bona hæreditaria Cardinalis, cuiusque vigore executionem fecerat.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit; confirmando tres decisiones ad fauorem eiusdem Antonij Mariæ emanatas, &c.

REVERENDISS. P. D. CERRO.

Sacr. Rot. Rom. DECANO.

Romana, seù Veliterna pecuniaria.

Lunæ 1. Februarij 1649.

ARGVMENTVM.

Breuis est decisio, sed non minus docta, quàm vtilis, & practicabilis ad animaduersionem eorum, qui simpliciter ab aliquo pecunias recipiunt, vel mediante ordine, vel incontanti, nulla facta expressione causæ ob quam recipiunt, quia cum d. pecunia censeatur mutuo recepta, obligatur recipiens ad restitutionem illius.

SVMMARIVM.

1 *Solutio alicui simpliciter facta, ab eoque pariter simpliciter acceptata in dubio intelligitur in causam mutui.*

2 *Partitæ S. Montis Pietatis probant pro tertio contra tertium.*

3 *Præscriptio legalis nō attenditur absque integro cursu annorum triginta.*

4 *Præscriptio statutaria licèt inchoata cum defuncto, non currit contra illius hæredem pupillum, sed dormire dicitur.*

5 *Diuersitas contractuum, & obligationum resultat ex diuersitate temporis, causæ, quantitate, & diuersitate personarum.*

DECISIO CCLXXXII.

Conuento Alcide Torrutio à fratribus de Philippis coram A.C. ad solutionem, & restitutionem scutorum 920. quæ q. Frācīscus eorum pater mediante ordine directo Ministris Sacri Montis Pietatis Vrbis illi persoluerat, ijdem fratres sententiam fauorabilem reportarunt, vnde in gradu appellationis quæsitum fuit coram me, An Alcides teneatur ad restitutionem præfatorum scutorum 920. & affirmatiuè Domini resoluerunt: Quia cum dicta persolutio facta fuerit nulla expressa causa soluendi, ibi, *Molt' Illust. Sig. Prouisori del Sacro Monte della Pietà di Roma piacerà alle Signorie loro di pagare al Sig. Alcide Torrutij scudi 920. di moneta, che con sua riceuuta saranno ben pagati, &c.* Et dictus Alcides eamdem quantitatem pariter exegerit simpliciter absque aliqua causæ expressione, ibi, *Io Alcide Torrutij hò riceuuto li*
1 *sudetti scudi 920. moneta &c. summ. num. 3.* † Deficientibus peculiaribus coniecturis donationē suadentibus, ac ponderatis considerabili summa pecuniarum, & personarum qualitate, præfata persolutio referri debet ad titulum, & causam mutui, *ex doctrina gloss. in l. cum quid, verb. pro cauto, vers. sed quid si cui dixero, ff. de rebus credit. si cert. petat. Alex. cons. 37. num. 8. lib. 3. Rom. cons. 238. num. 3. & cons. 290. num. 6. Card. Mantic. de tacit. lib. 13. tit. 15. num. 8. Rota decis. 72. num. 1. idemque admisit Rota in Romana scutorum 4. mill. 4. Iulij 1635. coram bon. mem. Merlino in rec. dec. 69. num. 1. cum seqq. par. 7. & nouissimè in Romana pecuniaria 18. Martij 1647. coram R.P.D. meo Royas in princip.* Adeout proindè cum controuerti non possit veritas exactionis tamquam concludēter iustificata ex partita formiter extracta ex libris publicis depositariæ eiusdem Montis
2 Pietatis *d. num. 3.* † quæ sufficienter probat pro tertio cōtra tertium, vt in puncto dictum fuit *in Romana, seu Nepesina tutelæ 4. Iulij 1642. coram me, §. nec dubitari potest, vers. passim ex publicis post Zacch. de oblig. Cam. secundum vltimam impress. decis. 251. num. 5.* In necessariam consequentiam Alcides tenetur ad illorum restitutionem, vt *text. apert. in d. l. cum quid, ff. de reb. cred. si cert. pet.*

Nec obesse poterit præscriptionis exceptio: legalis enim considerari non potest, dum ab
3 anno 1629. † quo facta fuit enumeratio non adest cursus 30. annorum requisitus, *per tex. in l. sicut, & in l. cum notissimi, C. de præscript. 30. vel 40. annorum.* Statutaria verò sexdecim annorū nequit allegari dum completa non fuit in vita Frācisci creditoris; nam à dicto anno 1629. vsque ad eius obitum sequutum 27. *Aprilis 1636. d. summ. num. 5.* effluxerunt tantummodo sex anni: Deindè verò compleri non potuit, cum illi successerit Ioseph Felix eius filius tūc pupillus, vt apparet ex fide Baptismatis *eodem*
4 *summ. num. 6.* † Huiusmodi enim statutaria præscriptio licet inchoata cum defuncto, nihilominus non currit, sed dormit contra pupillū eius hæredem pupillari ætate durante. *Balb. de præscript. par. 1. 6. part. princip. cas. 23. num. 34. ante fin. Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 67. sub numer. 24. vers. sed quamuis, Rota diuers. decis. 208. num. 1. 2. & 3. par. 4. cum aliis alleg. per Add. ad Buratt. dec. 410. num. 16. & 17. & decis. 774. litt. A.*

Minusue obstaret, quod cum ipsemet Frāciscus deinde emerit ab Eleuterio Alcidis fratre quemdam censum pretio scutorum mille, allegari possit dictarum pecuniarum restitutio mediante comprætensione similis quantitatis in dicto censu.

Quia cum huiusmodi partitarum solutiones emanauerint diuersis temporibus, ex diuersa causa, pro diuersa quantitate, & iner di-
5 uersas personas, † inde arguitur diuersitas etiā con-

contractuum, & obligationum, vt alijs adductis probant *Ias. cons. 87. per tot. Surd. cons. 80. n. 9. cum seqq. Menoch. de arbitr. cas. 218. nu. 11. 19. & 22.* Ac proinde præsumi non potest vnam quantitatem fuisse comprehensam in altera, vt cõcludunt omnes præfati Doctores.

Et ita vnica tantum, &c.

R. P. D. CORRADO.

Postea S. R. E. CARDINALI.

Toletana Matrimonij.

Lunæ 1. Februarij 1649.

ARGVMENTVM.

Paupertas cum sit fundamentum intentionis concludenter probari debet neq; dicitur probata ex testibus cunctam bonorum existentiã non excludentibus maximè si de præterito tẽpore deponant, de quo ad præsens recta non fit illatio.

SVMMARIVM

1 *Paupertas probari debet vbi est fundamentum intentionis.*
2 *Clausula*, constito, *importat conditionem, & plenas ac concludentes probationes requirit.*
3 *Probatio plena vbi requiritur non suffragatur iuramentum.*
4 *Testes non probant paupertatem nisi excludant existentiam plenariam bonorum penes eum, quem asseruat pauperem.*
5 *Debitor ille dicitur pauper cuius facultates non sufficiunt ad solutionem æris alieni.*
6 *Testes nõ probant paupertatem si post tempus de quo deponunt aliqua bona prætenso pauperi superuenerunt.*
7 *in Paupertate non rectè infertur de præterito ad præsens.*
8 *Paupertas excluditur ex testibus contrarijs.*
9 *Testes ad perpetuam rei memoriam examinati aliorum dicta coaudiuuant.*
10 *in Alimentis præstandis considerantur redditus, quibus illa præstari debent salua rerum substantia.*
11 *Debitum solui debet ex ipsa bonorum substantia, non ex fructibus.*
12 *Attentata grauius iudicantur.*

DECISIO CCLXXXIII.

POSTQVAM Rota cẽsuit die 26. Maij 1645. coram me constare de Attentatis per Isabellam de Axeuedo, post appellationem ad Sanctissimum D. N. nominibus Odoardi, & Aegidii de Ribera interpositam, & obtentam, intimatamque Commissionem cum inhibitione, ac subinde relaxato pro eorum reuocatione mandato, resoluit die 1. Iulij 1647. concedendam esse aduersus illam Declaratoriam Censurarum ob manifestam eius contumaciam, quia non solum non paruit, sed parere recusauit, & Iudices sæculares ad impediendam executionem adiuit, & prout latius in Decisionibus sub diebus prædictis respectiuè emanatis probatur. Præsentata fuit pro eius parte Commissio eiusdem Sanctissimi iubentis, quod constito de paupertate procedatur ad vlteriora in causa reseruatis attentatis in fine litis. Quare proposito dubio, An constet de paupertate, itaut sit procedendum ad vlteriora iuxta formam dicti Rescripti. Eoque semel, atque iterum maturè discusso cõclusum fuit, Non constare.

1 Quia non probatur paupertas Isabellæ, † vt necessarium erat pro fundamento intentionis illius *ad l. 2. ff. de prob. l. qui accusare, C. de eden. l. fin. C. de rei vend.* & in specie *not. gloss. in l. si vero, §. qui pro rei qualitate in verb. dubitetur vbi Bart. sub num. 6. vers. quæro ergo Castr. sub num. 5. vers. vltimo nota Alex. sub nu. 8. vers. in glossa &c. Ias. sub nu. 14. vers. ex tertia, & seq. ff. qui satisdar. cog. Abb. in cap. bonæ il 1. num. 15. vers. & in fin. de elect. Cagnol. in l. nemo dubitat. num. 8. vers. ideo &c. ff. de reg. iur. Afflict. decis. 377. num. 4. vers. quia ille cum seq. Didac. resol. 6. sub num. 2. vers. qui diuitias, vel paupertatem allegat. lib. 2. Rimin. iun. cons. 171. num. 120. vers. respondeo Mascard. de prob. concl. 78. sub num. 15. vers. duodecimo infertur Surd. dec. 320. num. 5. vers. & diuitiæ, aut paupertas Rot. penes Buratt. decis. 208. num. 8. vers. ei incumberet, & in recent. decis. 617. num. 13. vers. non ergo, & seq. part. 4. tom. 3.* Et præsertim pro iustificatione clausulę
2 (*Constito*) † quæ conditionem præsefert, ideoque probationes plenas, & concludentes requirit iuxta not. *in l. Lucius, ff. de cond. & demonstr. Felin. in rubr. de prob. sub num. 3. vers. sed aduerte* vbi alios refert *Dec. dicens communem à num. 153. vers. retenta prædicta conclusione cum seq. Rot. penes fan. mem. Gregor. decis. 11. num. 2. vers. & tamen &c. & in recent. decis. 4. sub num. 5. vers. quinto quia, & seq. par. 4. & decis. 343. num. 14. vers. & cum in commissione, par. 4.* & in hac materia *Buratt. decis. 41. nu. 1. repetita in recent. decis. 573. par. 1. & decis. 532. part. 2.* & post alios *Modern. Roman. discep. 660. num. 18. vers. immo &c.* Quare non
3 sufficit hoc casu probatio † per iuramentum iuxta tradita per *Dec. in d. rubr. de prob. à nu. 128. vers. secundo limitatur, ac seqq.* & in specie declarat *Io. Stafil. in tractat. de litter. iustitiæ in cap. incipien. si in causa prophana petitur procedi, sub num. 3. in fin. vers. & in tali casu &c.* attestans ita vidisse seruari, *fol. mihi 135.* eumque sequitur *Marches. de commission. part. 3. de commiss. nullit. senator. cap. 5. § 5. num. 17. vers. quæ paupertas, fol. mihi 164.*

Non enim censuerunt Domini releuantes depositiones Testium, qui fuerunt pro ea in partibus examinati asserentes illam esse pauperem, nullasque habere facultates, quibus se alere possit iuxta honorificam eius qualitatẽ; quia nec bona stabilia, census, vel alias hæreditates sciũt eam possidere, nec redditus, quos in Regno Lusitaniæ habebat, postquam illud à Regis Catholici obedientia defecit percipere valet, quinimo nonnulla mobilia ad propriam sustentationem vendidit aliquoties, seu pignori dedit, vt nonnulli singulares affirmant.

Quia nulla ex eis resultat concludens pauper-

pertatis probatio. Vel in genere, quippe nullam reddunt rationem necessariò excludentē
4 (secundo excepto qui in hoc vnicus est) existentiam aliorum bonorum in dominio dictæ mulieris, quæ ipsi non nouerint, *iuxta gloss. in §. hinc nobis, vers. si verò adsunt, in verb. & vidisse in fin. in authent. de hæreditat. & Falcid. Roman. cons. 245. num. 9. vers. & si dicitur Didac. dict. resol. 6 sub num. 8. vers. cæterum lib. 2. Mascard. de probat. conclus. 1154. num. 3. vers. decimotertio probatur paupertas &c.* & in specie fuit responsum penès *Buratt. dicta decis. 41. sub num. 1. vers. nam omissis & seqq. & in Romana fideicommissi de Zuccar. 10. Iuny 1637. coram Reuerendissimo Domino meo Decano in fin. princ. vers. non quidem paupertas &c.* & alijs relatis probat *Modern. Roman. dict. discep. 660 sub num. 1. & 8.* Vel (& multò sanè minùs) in specie ad effectum, de quo agitur, qualis in proposito casu omninò requiritur, quod scilicet illa pauper adeo sit, vt eius facultates ad restitutionem pecuniarum, quas præfatus Odoardus post dictam appellationem interpositam ipsi coactus fuit soluere, non sufficiant; Nam quoties quæritur de paupertate ad certum effectum nō sufficit illam in genere probare secundum conditionem, & dignitatem personæ; Tunc enim consideratur respectiuè ad eumdem effectum: Atque ideo debitor ille
5 dicitur pauper cuius † facultates ad solutionem eius debiti non sufficiunt *ad l. paupertas, ubi gloss. in verb. in parte, & DD. ff. de excusat. tutor.* & tradit *Bald. in authent. præterea, sub nu. 41. vers. quero ergo &c. Cod. vnd. vir. & vxor. ibique Salyc. num. 4. vers. quæro quarto &c. & Fab. de Pep. in repet. sub numer. 74. uers. sed vbi quæreretur &c. Ruin. cons. 81. num. 6. vers. tamen probatio talis lib. 5. Menoch. de arbitr. Iudic. cas. 65. sub numer. 14. vers. prædicta sententia Mascard. de probat. dicta conclus. 1154. numer. 16. vers. tertio probatur paupertas &c. Rota decis. 676. num. 1. vers. cum enim part. 1. diuersor.* penès *Cardinal. Seraphin. decis. 426. num. 2 vers. paupertas vero, & in recentior. decis. 148. sub vers. in casu autem nostro, & decis. 170. sub num. 2. vers. & licet, part. 4.* & in his terminis, *decis. 48. num. 2. vers. nihilominus id intelligitur cum seqq. per tot. par. 2. diuersor. & penes Buratt. dicta decis. 41. num. 4. vers. tamen cum hic agatur, & seqq.* & comprobat *Modern. Roman. dicta discept. 660. sub num. 16. vers. alia quæ opponuntur de paupertate cum seq.*

Prædicta verò censuerunt Domini magis procedere, quia Testes prædicti Isabellæ, non solum fuerunt inducti pendēte adhuc iudicio in partibus ad alium effectum, nempè obtinendi prouisionem alimentorum ab illo Iudice, atque ideo secundum illud tempus deponunt, quo non dum fuerant per eam exacti ducati bismille, de quorum restitutione
6 agitur modò, † quos postea coactus fuit Odoardus soluere post sententiam, & appellationē interpositam (vt dictum est) ac proinde accesserunt cæteris bonis eiusdem mulieris, sicut alia quoque plura eius industria, ac virtute, alijsque casibus potuerunt in dies accedere, ac eius patrimonium augere, vt habetur *in l. si defunctus vers. nec enim pauperibus Cod. arbitr. tutel.* & alijs relatis probat *Menoch. præsumpt. 25. sub num. 9. vers. tertius est casus cum seqq. & sub nu. 13. in fin. vers. ego existimo lib. 6.* Vt propterea cum paupertas non sit habitus permanens, sed variabilis, ab eo tempore de quo Testes depo-
7 nunt, † non rectè inferatur ad præsens, *iuxta theoric. Bart. in l. ex diuerso §. fin. sub numer. 9. vers. immo est temporalis, ff. solut. matrimon. Soccin. consil. 24. sub num. 42. vers. & ideo quousque non probet lib. 1.* ac alij adducti per *Menoch. in loco mox citato*, & firmauit *Rot. in decis. 170. sub num. 3. uers. præterea part. 4. recent.* Verum etiam colliduntur ex alijs in eodem processu pro dd. de Ribera examinatis deponentibus de visu, ac respectiuè de auditu ab ipsa Domina Isabella, & ab alijs & de communi etiam reputatione, tā ante, quam post defectionem dicti Regni, de pecunijs per eam Mercatoribus negotiandi causa, alijsque personis (receptis pignoribus) traditis, ac de gemmis, argentis, pretiosis vestibus, & suppellectilibus, honestisque stipendijs, atque muneribus modulandi, canendique arte (qua maxime excellit) vndique conquisitis, ac plurium famularum obsequijs.
8 Quibus saltē eliditur obiecta paupertatis probatio *ad l. si quis à liberis in princip. uers. sed & si filius ff. de liber. agnosc. gloss. in l. si maritus, in uerb. neque mandare ff. solut. matrim. ibique Alexan. num. 1 & alij Angel. Aretin. in cons. 95. in casu supradicto sub num. 16. uers. & tamen Mascard. de probat. dict. conclus. 1154. sub num. 36. uers. nam si artem &c. ac seqq.* & fuit consideratum *in Romana Dotis 23. May 1614. coram bon. memor. Vbaldo in decis. 607. sub num. 2. uers. præsertim stante industria part. 1. & in Viterbien. Transactionis 20. Februarij 1615. coram bo. me. Card. Verospio d. decis. 170. sub num. 3. uers. cum præsertim part. 4. recent.*

Eoque amplius cæteris concurrentibus ad perpetuam rei memoriam examinatis, qui licet informiter coram illis Iudicibus post causam coram hoc Sacro Tribunali introductam absque litteris remissorialibus recepti fuerint,
9 tamen præcedentium dicta coadiuuant, atq. adminiculantur, cum præsertim sint plures, & qualificati *iuxt. theor. Bart. in l. 2. sub num. 25. uers. nam testis, ff. de appell. recipiend. Rot.* penes *Verall. decis. 208. num. 6. uers. testis etiam nulliter examinatus par. 2. san. mem. Gregor. decis. 163. sub num. 1. uers. potissimum fundamentum fuit Buratt. decis. 266. num. 5. uers. quæ præstant, & decis. 284. num. 8. uers. imo datur, ac in recent. decis. 477. sub num. 14. uers. unde super eorum dicto par. 6. ac decis. 160. sub nu. 9. uers. ex quibus testibus par. 7. & in Aquilana Capellaniæ 13. Nouembris 1643. coram Reuerendiss. D. meo Carill. in §. quarto, uers. qui quidem testes &c.*

Ex quibus etiam corruit adducta illatio, siue extensio paupertatis probatæ ad effectum prouisionis alimentorum ad paupertatem probandam ad effectum purgationis attentatorum.

Quia (præter quod illa quoque videtur, vt dictum est, in hoc casu imperfecta, vel saltem elisa, quod tamen si opus fuerit opportunius, quando de eis tractabitur discutietur) In ea
10 regulariter considerantur redditus † quibus alimenta præstari debent salua rerum substantia

tia *l. Imperator ubi gloss. fin.* & benè explicant *Bart. num. 4. uers. ultimo dicit, & Angel. sub num. 3 uers. in textu &c. ff. ad S.C. Trebell. l. ius alimentorum, ibique Bart. in fin. sub num. 3. uers. hunc textum, ff. vbi pupill. educar. deb. & in l. pen. sub nu. 1. vers. dicitur hic, ff. de alim. & cibar. legal. Alex. consil. 100. super primo num. 7. vers. clarum enim est lib. 1 & cons. 72. viso process. num. 7. vers. & vbicumque debentur alicui alimenta lib. 5. Menoch. de arbitr. Iud. cas. 169. nu. 3. vers. quæ sanè iura Rot. decis. 470. sub num. 6. vers. secundo fuit dictum par. 2. recent.* In hac verò inspicitur substantia ipsa bonorum, quæ
11 pro satisfactione debiti necessarij † ob illicitã exactionem alienę pecuniæ contracti omnino distrahi debent ad *l. qui potest facere, ff. de reg. iur.* & tradit *Alex. in d. l. si maritus sub num. 4. vers. imo verius, & seqq. ff. sol. matr. Campeg. de dot. par. 3. qu. 239. in fin. vers. sed sequendo aliam partem*, & in specie distinguendo respondit *Rot. d. decis. 48. à num. 5. vers. nec obstat quod Hieronymus, & seqq. vsque ad fin. par. 2. diuersor.* Ac demum alimenta fauorabilius *l. Caio seio, §. Imperator, ff. de alim. & cib. leg. l. 1. C. de leg. Decian. cons. 48. num. 22. vers. multo ergo magis lib. 5. Peregrin. de fideicomm. art. 42. sub num. 87. vers. quod causa alimentorum &c. Rot. decis. 549. num. 6. vers. quia materia part. 4. tom. 3. & decis. 149. num. 28. vers. facilius cum seq. par. 7. recen.*
12 Attentata † vero grauius iure merito iudicatur *Rip. in l. naturaliter, §. nihil commune sub numer. 67. vers. quia spolium factum lite pendente, ff. de acquir. poss. Dec. cons. 199. in casu proposito per tot. Io. Neuiz. cons. 82. sub num. 12. vers. quoniam spoliatio, Lancellott. de attent. par. 1. in præfat. à nu. 104. vers. tertio quia, & seqq.*

Et ita fuit resolutum Informantibus in hac posteriori propositione Aegidio, & Odoardo tantum &c.

REVERENDISS. P. D. CERRO.

Sacræ Rotæ DECANO.

Romana, seu Albanen. Diuisionis.

Lunæ 1. Februarij 1649.

ARGVMENTVM.

Diuisio iustè, & validè facta à Peritis, si vnica dumtaxat ex diuersis partibus composita reputari debet, quamuis plura contineat, non potest in parte impugnari, & in parte acceptari, sed in totum substineri debet; & quid si à Peritis post adiudicatas vnicuique suas portiones aliqua fuisset imposita seruitus, an & quando substineri possit, clarè demonstratur.

Clausula, *Actum*, apposita in instrumento, indicat consumationem actus, & perfectionem contractus, quando in fine instrumenti apposita fuit, secus tamen esse firmatur, vbi apposita legitur in principio vel in medio, vel ex aliqua successiua continuatione, seu correspectiuitate colligi posset, contractum prius non fuisse perfectum.

SVMMARIVM.

1 *Diuisio facta à peritis, & à partibus acceptata pro iusta, & valida, non potest deinde in parte impugnari.*
2 *Sed in totum substineri debet.*
3 *Contractus quando vnicus dumtaxat diuersis partibus compositus reputandus sit, quamuis plura contineat.*
4 *duo Instrumentata si eodem die, & loco, coram eisdem Notario, & testibus confecta fuerint, quando dicatur vnum alteri inesse, ac si vnicum instrumentum peractum fuisset.*
5 *Clausula,* Actum, *apposita in instrumento, indicat consumationem actus, & perfectionem contractus.*
6 *Intellige vbi dicta clausula apposita fuit in fine ipsius contractus, & instrumenti.*
7 *Secùs vbi apposita legitur in principio, vel in medio.*
8 *Subscriptio denotat actus perfectionem, & exinde arguitur tunc solum, & non antea perfectum fuisse contractum.*
9 *Continuatio, seu successiuitas, indicat contractum prius non fuisse perfectum, & quidquid postea gestum fuit, censetur in continenti factum.*
10 *Seruitus imponi non potest à peritis post adiudicatas vnicuiq; suas portiones.*
11 *Intellige procedere vbi seruitus imponitur ex interuallo.*
12 *Secùs si apposita fuerit in continenti, & in ipsa repartitione.*
13 *Declarationes intelligi debent de libertate alterius oneris non autem expressi, & quare.*
14 *Contractus illi dicuntur correspectiui, quando vnum sine alio, partes non fecissent.*
15 *Contractus plures distincti, ac separati, ac inter se non correspectiui contineri non possunt in eodem instrumanto.*
16 *Contractus quando dicantur ad inuicem independentes, & non correspectiui, & quando secùs.*

DECISIO CCLXXXIV.

SEQVVTA Diuisione anno 1645. Casalium, de quibus agitur (iuxta votum traditum per bon. mem. Pirouanum) à Consulibus Artis Agrarię, & Peritis desuper electis, illaque à Partibus acceptata, quia tamen D. Dux Cæsarinus prætendens se grauatum in ea parte, qua reseruatus legitur Dominis de Caffarellis antiquus transitus per medium Tenutæ nuncupatæ *Piancimino*, ab ipsa appellationem interposuit, ideo delata Mihi causa per Signaturam Sanctissimi dubitaui, An Diuisio substineatur, & substineri, etiam quo ad reseruationem transitus Domini existimarunt; † Cũ
1 enim eius validitas à neutra partium controuertatur, sed ab omnibus pro iusta, & valida acceptata fuerit, non potest hodie D. Dux Cęsarinus illam pro parte (quo ad dictam scilicet reseruationem) impugnare, sed in totum acceptare tenetur *l. nam absurdum, ff. de bon. libert. l. si ita stipulatio in fin. ff. de oper. libert.* † Ac proin-
2 de secundum illius validitatem, & prædictam acceptationem Diuisio in omnibus debet substineri

stineri *ad text. in l. Pomponius scribit, ff. de negoc. gest.*

Dictam autem reseruationem esse partem huius Diuisionis apparet ex lectura, & toto contextu ipsius Instrumenti, cum apposita fuerit immediatè post mensurationem, & positos confines, ac post assignatam vnicuique ratam suæ portionis in vnaquaque Tenuta contingentem, ibi, *Et quia in Tenuta Piancimini adest via, seu stradellum per quam, seu quod itur ad Tenutam Castagnolæ reseruarunt dictis Dominis de Caffarellis transitum, seu ius transeundi per illam, seu illud &c. & versa vice Domini de Caffarellis teneātur præstare patientiam, & dare transitum belluis affidatis in portionibus Gognæ dicti D. Ducis Cæsarini*
3 *ad effectum abbeuerandi in piscina magna &c.* † Hinc enim dum ea omnia in eodem Instrumento, coram eisdem Notario, & testibus facta fuerunt, huiusmodi mutua hinc inde reseruatio dicitur pars ipsius Diuisionis, & ex omnibus vnicus contractus dumtaxat reputatur tot, diuersisque partibus compositus *l. iuris gentium. §. quinimmo, ff. de pact. l. lecta, ff. si cert. petat. Bald. in l. Sempronius 48. ff. de legat. 2. Tiraquell. in l. si vnquā vers. donatione largetur num. 117. C. de reuoc. donat. Natt. cons. 115. nu. 2.* inquiens in fortioribus ter-
4 minis, † quod si duo Instrumenta eodem die, & loco, & coram eisdem Notario, & testibus fuerint confecta videantur vnum alteri inesse, & perinde habeantur ac si vnico Instrumento peracta fuissent, sequitur *Surd. cons. 551. num. 10. idemque firmatum fuit in Romana pecuniaria, 17. Martij 1645. coram R. P. D. meo Corrado, §. quia cum vtraque.*

5 Nec obstat, † quod post diuisam, & vnicuique assignatam suam portionem in Tenuta *della Gogna*, & ante prædictam reseruationem apposita fuerit clausula *Actum*, quæ regulariter indicat consumationem actus, & contractus perfectionem, *ex theoric. Bald. in authent. quod sine num. 1. vers. & ideo tabelliones, C. de testament. Rota decis. 714. num. 1. part. 1. & decis. 628. num. 3. part. 2. recentior.*

6 Quia conclusio procedit, † quando apposita fuit in fine ipsius contractus, & instrumenti, vt declarat *Natt. in addit. ad Alex. cons. 14. littara S. lib. 6. Purpurat. cons. 581. nu. 6. Surd. cons. 187. n. 22. Simon. de Præt. de interpret. vlt. volun. lib. 2. interpret. 1. dubit. 2. sol. 2. num. 34. Mart. de clauſ. clauſ. 4. nu. 3.*
7 Secus † autem vbi, prout hic, apposita legitur in principio, vel in medio. Hoc enim casu, quia post eam deuentum fuisse apparet ad vlteriorem Diuisionem, & terminatiouem actus iam incæp. nullatenus importare potest perfectionem contractus, vt benè ad propositum respondent *Paris. consil. 27. num. 17. lib. 2. Roland. à Vall. cons. 32. nu. 33. vers. & ratio est volum. 2. Mart. dicta clauſ. 4. dicto num. 3. vers. secus si in principio, Rota dicta decis. 628. num. 5. part. 2. recent.* Sed potius vidètur posita ad designandum, dumtaxat locum vbi fiebant singulæ assignationes, & confinium appositiones, quia cum ob Casalium diuersitatem, & distantias in quinque corporibus consistentium Diuisio vnica sessione, & vnica die expleri non potuerit, ideo ad ostenden. distinctè loca diuersa, distinctè pariter dictam clausulam appositam fuisse dicendum est, vt commodè dignosci posset locorum diuersitas, & Tenutarum ibidem comprahensarum situatio.

Eoque fortiùs, quia post huiusmodi clausulam Consules, & Periti diuidentes in recompensam bonitatis portionis obuentæ D. Duci Cæsarino assignarunt Dominis de Caffarellis rubra 23. in Tenuta nuncupata *la Castagnola*, & subsequenter deuenerunt ad dictam reseruationem; Vnde multo magis excluditur, quod Diuisio antea fuisset perfecta, & sicuti non attenta dicta præcedenti clausula à Partibus non controuertitur huiusmodi recompēsationem esse compræhensam in dicta Diuisione, tanquam partem illius, ita pariter controuerti non potest, præfatam reseruationem inde subsequentem esse eiusdem naturæ, & qualitatis, ac ibidem omnino comprærhendi.

Comprobantur prædicta ex noua clausula *Actum*, apposita post dictam reseruationem cum subsequuta subscriptione eorumdem Consulum, Peritorum, & Assessoris, licet enim diuidentes incipiendo à Prædio Cognæ singula prædia diuiserint, Diuisionem tamen non subscripserunt, nisi post omnium corporum partitionem, & dictam reseruationem;
8 Hinc † igitur huiusmodi subscriptio verè denotat actus perfectionem, & complementum contractus, atque exinde arguitur, tunc solū, & non antea perfectam fuisse Diuisionem adnotata *per DD. in l. contractus, Cod. de fid. instrument.*

Idque clariùs conuincit successiua cōtinuatio negotii, absque alia diuersione ad actus extrinsecos: A principio enim cæptæ Diuisionis, vsque ad vltimam subscriptionem semper cōtinuatam fuit idem negocium per verba successiua, ibi, *& prosequendo terminationem*, ibi, *& prosequendo Diuisionem*, ibi, *successiuè, & incontinenti*, & ibi, *successiuè prosequendo Diuisio-*
9 *nem*, & similia; † Hæc enim successiuitas, & continuatio sine aliqua diuersione, vsque ad prædictam reseruationem manifestè indicat, nec diuidentes, nec Consules habuisse prius contractum pro perfecto, sed omnia incontinenti facta fuisse, vt aduertit *Alexan. in l. in bonæ fidei 13. sub nu. 12. vers. sed in dubio, C. de pact. Gabr. cons. 65. num. 3. lib. 1. Card. Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 15. num. 47.*

10 Nec obstat, † quod Periti post adiudicatas vnicuique suas portiones non potuerit imponere seruitutem *per text. in l. item labeo 23. ff. fa-*
11 *mil. herciscund.* † Procedit enim quando seruitus imponitur ex interuallo, vt explicat *gloss.*
12 *ibidem, verb. adiudicando, vers. & dic.* † Secus autem vbi, prout hic, apposita fuit incontinenti, & in ipsa repartitione, tunc enim seruitutem imponi posse probat idem text, ibi, *sed etiā cum adiudicauerit poterit imponere aliquam seruitutem vt alij alium seruum faciat &c.* idemque tradit *Alberic. ibidem numero 1. versicul. dic secundum.*

Nihilque refert, quod diuidentes declarauerint portiones assignatas debere esse liberas, & exem

& exemptas: Quia præter quod intellexerunt de libertate, & exemptione à consortio condominorum, vt litteraliter patet, ibi, *Mandarunt esse liberam, diuisam, & exemptam, & pro diuisa habe ri, & teneri voluerunt à portionibus, & ratis spectantibus ad dictum D. Ducem Cæsarinum &c.* Non autem de libertate seruitutis, quam sta-
13 tim reseruarunt: †Regulare est huiusmodi declarationes intelligi de libertate alterius oneris, quam expressione in incontinenti inducatur correctio vulg. iurib.

Et in hanc sententiam eo libentiùs inclinarunt Domini, quia ex tota facti serie apparet huiusmodi mutuam reseruationem fuisse correspectiuam omnibus alijs in Diuisione appositis, vt præ cæteris indicat protestatio facta à Dominis de Caffarellis, quod absque dicta reseruatione nolebant Diuisionem acceptare, vt deponit primus testis *eorum Summar.*
14 *num.3.* †Correspectiui enim dicuntur illi contractus, quorum vnum, siue alio partes non fecissent, vt pluribus relatis probant *Giurb. dec. 85. sub num. 20. vers. immo correspectiui*. Proinde-
15 que † non applicatur, quod in eodem instrumento contineri possint plures contractus distincti, & separati, ac inter se non correspectiui ex deductis *in Romana cambij, seu pecuniaria 22 Iunij 1639. coram Reuerendissimo D. meo Decano, & in Romana, seu Veliterna restitutionis in integrum 17*
16 *Decembris 1646. coram R.P.D. meo Bichio.* † Quia vt ædem decisiones optimè declarant, tunc contractus in eodem instrumento contenti sunt ad inuicem independentes, & non correspectiui, quando vnus non venit ad determinationem alterius, secus autem è conuerso: In casu autem nostro reseruatio transitus venit ad determinationem ipsius Diuisionis, dū Domini de Caffarellis alias ad illam non deuenissent, ac propterea necessario dicitur correspectiua cum Diuisio ab ipsa penitus dependeret *ex iuribus supra allegatis*.

Et ita resolutum vtraque &c.

R. P. D. PEVTINGERO.

Romana fideicommissi de Campagniolis.

Lunæ 8. Februarij 1649.

ARGVMENTVM

Aegidiana, quæ solum ex nullitatibus, aut iniustitia sententiæ excluditur, non retadatur ex probationibus nou iter deductis. Lis vt dicatur derelicta sola taciturnitas non reputatur sufficiens, cum, & insimul requiratur in actis constare de non iure deserentis.

SVMMARIVM.

1 *Aegidiana vt nō intret requiritur nullitas, vel notoria iniustitia.*
2 *Substitutio expressa in vno gradu non autem in altero à testatore censetur nolita.*
3 *Coniecturæ simul iunctæ accipi debent.*
4 *Tex. in l. 3. §. si emancipatus il 1. ff. de bon. poss. contra tab. declaratur.*
5 *Menoch. cons. 367. num. 18. & 19. in quibus terminis loquatur.*
6 *Doctor intelligi debet secundum terminos Doctoris quem allegat, & sequitur.*
7 *Substitutio expressa in vno gradu vbi non adsunt verba relatiua in sequenti consulto censetur omissa.*
8 *in Detractiones, quæ veniant computenda.*
9 *Detractionum creditum vbi est illiquidum non retardat immissionem fideicommissario.*
10 *Taciturnitas decennalis requiritur ad hoc vt lis dicatur deserta.*
11 *Lis vt dicatur deserta re quiritur quod in actis appareat de non iure deserentis.*
12 *Cursus temporis de per se non sufficit ad negligentiā desertionis litis.*
13 *Recissus à lite est species renunciationis, & non præsumitur.*
14 *Tempus primæ vel secundæ litis quando ueniat attendendum.*
15 *Compensationis exceptio opponitur etiā in actu executionis sententiæ.*
16 *Creditum detractionum ex quibus remaneat illiquidum.*
17 *Condemnato fructuum ubi illi sunt in detractiones imputandi intelligitur de fructibus, que detractiones excedunt.*
18 *Verbum, insuper, constituit capitulum separatum. & est nonæ orationis inceptiuum.*
19 *Sententia lata per capita separata, si in uno est iniusta, non ex hoc retardatur executio alterius.*
20 *Dos de fideicommisso non detrahitur nisi probetur non extare bona mariti debitoris, & numero seq.*
22 *Aegidianam ad excludendam iniustitia sententiæ constare debet ex ijsdem actis.*
23 *Confessio de recepto non suffragatur ad effectum recuperandi dotem ex fideicommisso.*
24 *Mandatum fundatum in confessione de recepto eos nō afficit, quibus ipsa confessio non nocet.*
25 *Mulier nuhil præter dotem habere præsumitur. Mulier quæ breui tempore uidua permansit, & dotem secundo uiro persoluit, dotem datam primo uiro recuperasse præsumitur num. 25.*

DECISIO CCLXXXV.

ITERVM fuit hodie responsum esse locum Aegidianæ, quia agitur de sententia lata in possessorio adipiscendæ merè laicali, & inter personas laicas, nec exaduerso probatur nullitas, seu notoria iniustitia sententiæ qualis re-
1 quiritur, ne intret Aegidiana *Buratt. decis. 780. n. 1. Rot. in Ariminen. fideicommissi 28. Ianuarij 1641. coram R.P.D. meo Cerro.*

Fideicommissum anim, cuius vigore sententia concedit immissionem, legitur in verbis testamenti Helenæ, eiusque purificatio per obitum Ioan: Angeli post mortem ipsius Helenæ secutum, cont rouerti non potest, non ostante quod Ioan. Angelus decesserit cum filijs, qui ex præsumptione, *l. cum auus 101. ff. de condit. & demonstr.* censentur tacitè vocati ad exclusionem substitutorum, quia hæc præsumptio cessat, quando adsunt contrariæ coniecturæ, quæ in casu nostro resultant. Tùm ex

co,

eo, quod Io: Angelus fuit institutus sua vita durante tantum. Tum quia tempore conditi testamenti nata iam erat filia Ioan: Angeli, idque Helena testatrix sciebat. Tum quia duo Testes formiter examinati, deponunt quod Testatrix nolebat quod post mortem Io: Angeli eius filij fruerētur hac domo fideicōmisso supposita; Denique quia in secundo gradu substitutionis fuit expresse apposita conditio si sine filijs, cumque propterea Testatrix de nepotibus cogitauerit, et quando voluit eos succedere, hoc expresserit, noluisse præsumi-
2 tur in primo gradu, quo non expressit, † vt in puncto substitutionis expressæ in vno gradu substitutionis, non autem in altero *Soccin. iun. cons.* 128. *num.* 53. *uers. ubi testator lib.* 1. *Magon. dec. Florent.* 52. *num.* 12. *Fusar. de subst. q.* 393. *num.* 119. et hæ coniecturæ non habent contradictorem
3 simul iunctæ, vt accipi debent *Bellon. iun. cons.* 50. *num.* 33. *Honded. cons.* 51. *nu.* 53. *lib.* 2. *Buratt. dec.* 385. *nu.* 9. *& ibi Add. littera A. in fine, uers. prædictæ coniecturæ, Rota in Auenionen. fideicom.* 27. *Ianuarij* 1645. §. *ex his uero coniecturis coram R. P. D. meo Verospio.*

Atque hinc non applicatur *text. in l.* 3. §. *si emancipatus il primo, ff. de bonor. poss. contra, tab.*
4 quia † ibi non aderat præsumpta voluntas Aui excludendi Nepotes; Minus pariter vrget *Me-*
5 *noch. cons.* 367. *num.* 18. *&* 19. † qui voluit tunc solum ob mentionem filiorum semel factam eorum tacitam vocationem in alijs cessare, cum testator tres filios vnico cōtextu instituit et alteri ex illis substituit si sine filijs, alteri vero simpliciter, secus vero si vnicum filium instituit, eique substituit propriam filiam, et post hanc vocauit extraneos. Nam in casu nostro non militat sola hæc coniectura exclusionis nepotum hæredis primi gradus, sed aliæ simul supra, et in prima decisione ponderatæ; Præter quod *Menoch.* intelligendus est iuxta
6 terminos *cons.* 131. *Ruini sub nu.* 12. *lib.* 3. † quem sequitur, in casu videlicet quo vna substitutio haberet dictiones relatiuas ad alias, veluti si adesset clausula, dicto modo, vt ibi *Ruin. nu.* 12.
7 *uers. propter illa uerba*, † quibus dictionibus relatiuis non existentibus præfatam coniecturā indistinctè vltra, *Soccin.* et alios supra allegatos admittit, ac tuetur *Dec. cons.* 581. *num.* 5. *uers. & ulterius, & nu.* 6. *& seq. Curt. iun. cons.* 33. *sub. nu.* 5. *uers. prima est.*

Non obstant detractiones legitimæ, ac Trebellianicæ debitæ Io: Angelo tanquam filio Helenæ testatricis, aut dotis Catharinæ vxoris Io: Angeli; Excluduntur enim, vel saltem illiquidæ redduntur, eo quod Io: Angelus matris hæreditatem adiuit sine beneficio inuentarij, mobilia hæreditaria inter cætera bona occupauit, ac fructus domus cōtrouersæ à die huius litis per viginti ferè annos percepit, qui
8 sunt † in detractione computandi, *Rot. dec.* 189. *nu.* 1. *&* 2. *decis.* 310. *n.* 1. *& seq. par.* 7. *rec.* efficiuntque ne creditum detractionū vt potè illiqui-
9 dum † retardet immissionem fideicommissarijs, vt præter allegatos in prima decisione dixit *Rot. decision.* 433. *numer.* 4. *in fin. part.* 2. *decision.* 411. *numer.* 26. *&* 27. *part.* 5. *recentior. decision.* 213. *sub numero* 7. *coram Reuerendissimo Vrgellen.*

Calculādi etenim sunt ab anno 1629. quo lis cœpta fuit, et gratis dicitur habita pro dere-
10 licta ob longam taciturnitatem, † cum ad hūc effectum requiratur taciturnitas decēnalis *iux. decis. Put. ut lit. pend.* et coniecturæ desertionis
11 litis, † quodque in actis appareat de non iure litem deserentis, vt in puncto declarauit *Rota decis.* 383. *num.* 3. *recent.* firmans ad hoc vt per coniecturas, vel per lapsum decennij lis habita pro derelicta dicatur, opus esse ex actis de non iure litē deserentis apparere, *Achill. decis.* 7. *num.* 1. *& tribus seqq. ut lit. pend.* vbi dicitur quod *decisio Cassadori* 5. *eod. tit.* non habet locum, quādo constat de aliquo iure, et dubio probabili à principio, quodque negligentia nihil differt à cursu temporis, et sic cōiecturæ in solo cur-
12 su temporis † ad negligentiam non sufficiunt, nisi adsit factum aliquod positiuum, et non iuris notitia, idemque fuit decisum *in Fanen. Cappellaniæ* 22. *Iunij* 1646. §. *hæcq. indubitanter, & §. seq. coram R. P. D. meo Royas.*

Sed in casu nostro nec fuit à lite cessatum per decennium, cum de anno 1636. periti fuerint iudicialiter electi pro domo æstimanda *summario Ioannæ num.* 1. nec in actis apparet de non iure actricium, aut earum præsumpta voluntate deserendi litem; Nihilque facit, quod de anno 1644. nouum Monitorium coram bo. mem. Argelo successore mediato in officio Locumtenentis A.C. R.P.D. Vai, coram quo de anno 1629. lis vt supra cœpta fuerat, impetrauerint, quia id factum fuit ad maiorē cauthelam, quin potius demonstrat actrices noluisse litem habere pro derelicta, ac pro certo habere se bonum ius fouere, et in dubio cum recessus à lite sit species renunciationis,
13 non † præsumitur, vt in terminis desertionis litis dixit *Rot. in supra allegata dec.* 383. *sub num.* 3. *uers. & ulterius par.* 2. *recent.*

Vnde tempus non secundi Monitorij anni 1644. sed primum anni 1629. attendi debet, quod namque dicitur attendendum esse ini-
14 tium secundæ, non autem primæ litis, † procedit quando prima lis fuit extincta, et secūda est omninò noua, vt declarauit *Rot. in Romana domorū* 25. *Iunij* 1646. §. *ceterum in fine corā R. P. D. meo Bichio.*

Ab anno verò 1629. fructus percepti ad rationem annuæ pensionis scutorum 27. detractis expensis, vt pars aduersa admittit, ac detrahēdo à dicta summa medietatem, quæ aduersarijs pro fructibus legitimæ, ec Trebellianicæ debetur ascendunt ad scuta 270. et sic excedunt valorem legitimæ, ac Trebellianicæ constituentium dumtaxat scuta 225. quod est pretium medietatis huius domus: Quapropter Aduersariæ intus habent, plusquam petunt, licitumque est actricibus etiam in actu
15 executionis sententiæ, † excipere de compensatione cum dictis fructibus perceptis, *Afflict. decis.* 121. *num.* 4. *Surd. decis.* 191. *num.* 7. Iuncto præsertim, quod Ioannes Angelus aduersariarum author, ex cuius persona legitima, ac Trebellianica petitur, hereditatem adiuit siue bene-

nefi-

neficio inuentarij, et mobilia hæreditatis occupauit, de quibus cum nulla reddatur ratio,
16 creditum detractionum inefficax, et illiquidũ remanet *Bart.Bal.Cast.Mantic.& alij relati à moderno Pisauriensi de imput,& detract.q.136.num.61. & plurib.seq.*

Non obstat, quod sententia, de qua agitur, adhuc iniusta sit, ex quo nedum cõcedit actricibus immissionem in possessionem domus, sed vltrò condemnat reas conuentas ad restitutionem fructuum perceptorum, nam vt sẽtentia, substineatur, condemnatio ad fructus
17 intelligenda† est de rata fructuum, quæ detractiones excederet, vt benè *Vincent. de Franch. decis.527.sub num.12.uers.nam dicebam, Capic.Latro. decis.25.sub num.38. uers. nam uerba sententiæ, Rot.decis.94.num.29.apud.modern.Pisan.de iurepat.* Et in omnem euentum quia cõdemnatio huiusmodi concepta est per verbum, *& insuper*,
18 quod † constituit Capitulum separatum, & est nouæ orationis incæptiuum, *Rimin. iun. consil. 482.num.38.cum alijs allegatis inBononien.fideicommissi de Pancaldis* 10.*Iunij* 1642.*coram R.P.D. meo Cerro*, esto quod in hac parte sententia esset in-
19 iustitia, † non ideo retardanda esset executio alterius Capituli concedentis immissionem, *Scacc.de appell.q.17.limit.6.membr.9.nu.35. & 36. Rot.decis.33.num.9.par.2.diuers.decis.641. num.13. coram bon.mem.Buratto,& fuit dictum in Auenionen. hæreditatis* 10.*Iunij*1648.*§.minus refert.coram R.P. D.meo Royas*.

Quo verò ad dotem Catharinæ DD. ponderarunt Primo, quod exaduerso nõ fuit pro-
20 batum † non extare bona Ia:Angeli eius viri, vt debuit *Rot.decis.56.num.3.& 4.p.4.tom. 2. rec. Gratian.discept.331.num.23.vers. quamuis, Cost.remed.subsid.6. num. 4.* Nam agitur de fideicommisso materno, ex quo dotes detrahi non pos-
21 sunt, nisi constito, quod bona mariti, & aliorum eius descendentium non sufficiant *Cephal. cons.574.in fin.Cost.d.remed.6.num.3.Peregrin.Fontanell.*& alij plures quos refert, & sequitur *Rota in Romana dotis 23.Ianuarij 1645.§.1.corã R.P.D. meo Otthobono*; Nec satis esset si hodie hoc probaretur, quando ad excludendam Aegidianã
22 iniustitia sententiæ † canstare debet ex eisdem actis, non autem ex nouiter deductis, *Buratt. decis.630.num.2.decis.850.num.4.Rot. decis.80. numer.10.& seq.part.4.tom.2. recent. & in supracitata Auenionen.hæreditatis,§.ex vero credita corãR.P.D. meo Royas*.

Secundo, quòd licet Ioanni Angelo Catharina promiserit pro dote scuta 800. reuera tamen instrumentum dotale datum in præterito *summ. Catharinæ num.* 2. scutorum centum numerationem coram Notario, & testibus factam probat, ac aliorum 400. dumtaxat continet simplicem confessionem de recepto, quę
23 satis† non est ad effectum recuperandi dotem ex bonis fideicommissi, *Peregrin.cons.53.num.7 lib.5.& in tractat.de fideicommiss.artic.42. num. 83. Fusar. cons.23.num.14.cons.166.num. 3. & in tract. de substitut.q.532.num. 23.* Nec releuat mandatum executiuum pro scutis 500. ex causa restitutionis dotis relaxatum contra hæredes Io:
24 Angeli de anno 1635. † quia cum sit fundatũ in dicta confessione, non secus ac ipsa confessio, fideicommissarijs non nocet *Fusar. de substitut.q.622. num. 27.* vbi allegat concordantes. Pro d. autem summa scutorum 100. imò vsque ad summam scut.225. quanti valet legitima, ac Trebellianica vt supra debita Ion: Angelo non competit actio super bonis fideicõmissi, cum ex bonis ipsius Io. Angeli, hoc est ex valore dictæ legitimæ Trebellianicę mulier satisfieri potuerit.

Tertio, quod cum Catharina deinde nupserit tertio viro, eidemque dotem persoluerit in scutis 500.vltra 120. & alia sibi retenta, pręsumitur ista soluisse, & esse de pecunijs habitis ad hæredibus Ioan: Angeli secundi viri, dum exaduersò non probatur, quod aliunde soluere potuerit: nam lex præsumit mulierem nil habere præter dotem, ex allegatis in prima de-
25 cisione, † maximè quia breui tempore vidua permansit, *Capr.cons.13.num.8.Dec.cons.237.sub num.7.vers.& hoc etiam lib.1.Angel. cons. 141. sub num.2.uers.secundo casu, Bellon.sen.cons.17.num.12 Surd.cons.196.num. 62. lib. 1.* vbi ait hoc procedere etiam extra annum luctus, nisi extet aliqua coniectura, quod vidua aliunde potuerit acquirere, & addit DD. in contrarium sentientes extra annum luctus, intelligendos esse in casu, quo coniectura aliqua pro vidua concurrat.

Quæ tria negari non potest, quin saltem dubiam reddant detractionem prætensæ dotis, & proinde ex hoc capite non resultat notoria iniustitia, quæ exaduerso probanda est, ne sit locus Aegidianæ iuxta decisionem Buratti, & aliàs supra allegatas; marito itaque DD. steterunt in decisis, Vtraque parte informante &c.

R. P. D. BICHIO.

Narnieñ Cappellaniæ.

Lunæ 8.Februarij 1649.

ARGVMENTVM.

Potestas deputandi Oeconomum, quam habet Ordinarius lite pendente super beneficio, manet etiam penès Rotam, lite pendente ipsa Rota, quia succedit loco Ordinarij; quando vero huiusmodi deputatio ritè, & rectè fieri posśit, & quando secùs: clarè, ac eruditè demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Oeconomum in beneficio deputare debet Ordinarius concurrente iusta causa,& quæ dicatur iusta causa. num.2.*

3 *Rota habet potestatem deputandi Oeconomum in beneficio, super quo pendet lis in ipsa Rota.*

4 *Cedula Bancaria, quid repræsentet.*

5 *Agendum est, quod vni non nocet, & alteri prodest.*

6 *Aqua quando est omnibus sufficiens, primus qui habet molendinum in flumine, non potest prohibere secundo, quin aliud edificet.*

7 *Displicere ampliùs non debet, quod semel placuit, noua*

noua causa dissentiendi non intercedente.
8 *Oeconomus, vt non deputetur ob non ius collitigantis, oportet illud esse notorium.*
9 *Indefinita equipollent vniuersali.*
10 *Cappellania habetur pro erecta eo ipso, quod fuit destinata.*
11 *Iuspatronatus destinatum, habetur pro erecto.*
12 *Prouisus Apostolicus non tenetur probare titulum Antecessoris in possessione defuncti.*
13 *in Oeconomum, vt quis deputari possit, debet esse de gremio Ecclesiæ.*
14 *Oeconomum in beneficio cessante timore scandali, incongruum non est, deputare vnum ex collitigantibus.*

DECISIO CCLXXXVI.

TOT Cappellanias, quot, assignato singulis annuo redditu scut. 75. hæreditatis fructus paterentur, erigi mandauit in suo Testamento Romulus Boncambius cum onere cuilibet Cappellano celebrandi alternis diebus, ac reseruatione Iurispatronatus Communitati Narniæ.

Quæ mortuo Testatore, eiusque testamento producto coram Ordinario, petijt erigi vnam vel plures Cappellanias, quorum Cappellani possint habere pro singulis annua scuta 75. iuxtà formam dicti Testamenti: & Ordinarius sub die 14. Februarij 1630. Cappellanias prędictas in titulum erexit cum assignatione dictis Cappellanis fructuũ, & redituum hereditatis iuxtà dispositionem Testatoris: Deinde verò sub die 30. Iunij eiusdem anni. inhærendo dictæ erectioni prius factæ, declarauit, tres tantum Cappellanos posse pro tunc nominari iuxtà vires hereditarias, de quibus se informatum asseruit, & sine preiudicio alterius erectionis denuò erexit dictas Cappellanias cum numero trium Cappellanorum pro nunc, fueruntque successiuè tres Cappellani à Communitate nominati, ac ab Ordinario admissi, nempè Iacobus Albertus, Renatus Brunellus, & Paulus Antonius Germanellus.

Verùm, quia hereditatis redditus quatuor Cappellanis esse satis pretendebatur, quartam Cappellaniam tamquam à sui erectione vacantem impetrauit à Sede Apostolica Dominicus Boncambius, qui, post captam possessionem mota lite contrà tres Cappellanos, vt supra nominatos, quartæ Cappellaniæ ob insufficientiam redituum hereditatis locum esse negante, fuit à me, coram quo lis pendebat, de ordine Rotæ deputatus Oeconomus eorumdem redituum prestita cautione idonea in forma depositi de soluendo dictis tribus Cappellanis, & eorum singulis annua scut. 71. monetę de bimestre in bimestre ratam: ac deputationi tres Cappellani acquieuerunt.

In hoc rerum statu defuncto dicto Dominico Bobcambio in Curia de ipsa quarta Cappellania vti vacante in Curia per obitum Dominici prouisus fuit à Sanctiss. D. N. D. Constantius Centoflorenius, & possessione capta, ad euitandas trium Cappellanorum molestias institit se deputari in Oeconomum, offerens cedulam bancariam singulis annis renouandam tàm in Vrbe, quàm in Ciuitate Narniæ, vt tres Cappellani magis sint securi de annua solutione scut. 75. pro quolibet, cumque illi Oeconomum non esse deputandum, eoque minus D. Centoflorenium contenderent proposui hodie dubium, an sit deputandus Oeconomus, & quis, & Domini censuerunt, Centoflorenium esse deputandum Oeconomum.

1 Nixi † dispositioni *text. in cap. cum vos de offic. ordin.* vbi iniungitur Ordinario, vt in beneficio concurrente iusta causa Oeconomum de-
2 putet. † Iusta autem causam Doctores omnes docent esse, si lis super eo pendeat, sic ibi *Hostien. sub num. 2. vers. vndè, Anchar. sub num. 1. versic. quarto nota, & sub num. 3. vers. tertio opponitur, Henrich. Boich. in princ. Io: de Imol. sub num. 2. Lambert. de iurepat. 2. part. 2. lib. 30. art. quæst. 31. 2. versic. in illis verbis, Cost. de remed. subsid. remed. 115. num. 15. Caputaq. ferè in puncto decis. 62. numer. 3. part. 2. alijque relati à Modern. Foroliuiensi in exa-*
3 *mine Apum conclus. 35. sub num. 39.* † Eadem verò potestas deputandi Oeconomum, lite pendente in Rota, manet penès Rotam, quia succedit loco Ordinarij, *Vitalin. in clem. Auditor nu. 42. de reser. Abb. in cap. super eo sub nu. 5. col. 4 de offic. deleg. Gonz. super reg. 8. gloss. 31. num. 53. Rot. decis. 81. num. 11. apud Modern. Pisanum de iurepatr.*

Eo magis, quia hoc nullatenus nocet tribus Cappellanis, cum ipsi consequi non debeant nisi annua scuta 75. & hæc sine aliquo impendio culturæ, aut cura vendendi fructus, breuius consequantur è manu Oeconomi mediante idonea cedula bancaria siue in Vrbe,
4 siue in partibus, † quæ ipsos fructus representat, eorumque diuisionem supplet, ac si ipsi fructus extarent, *l. procuratoris, §. fin. ff. tribut. act. Andreas Gail. pract. obser. lib. 2. obser. 47. numer. 3. Vincen. de Franch. decis. 75. numer. 9.* È conuerso autem Ecclesiæ, ac Testatoris animæ fauet, quod per deputationem Oeconomi, & maximè eius, cuius interest, fructus vberes esse, constet ad quam summam fructus ascendunt, vt iuxtà prescriptum Testatoris aucto numero Cappellaniarum, augeantur simul diuinus cultus, ac suffragia singulis Cappellanis impo-
5 sita; † agendum enim est, quod vni non nocet, & alteri prodest, *l. 2. §. item Varo, ff. acq. plu. arcen. Port. Immolen. cons. 17. num. 18.* & in proximis terminis *Ias. in l. quo minus numer. 56. & 57.*
6 *ff. flumin.* ait, † quod quando aqua est omnibus sufficiens, primus, qui habet molendinum in flumine, non potest prohibere secundo, quin aliud edificet, quia hoc illi non nocet, *Vinc. de Franch. decis. 183. num. 8. & 9.*
7 Et amplius, † quia simili deputationi Oeconomi tres Cappellani alias acquieuerunt, vndè displicere hodie non debet quod semel placuit, noua causa dissentiendi non intercedente, *l. cum quærebatur, ff. de re iudic. cap. quod semel de reg. iur. in 6. Surd. decis. 265. num. 25. cum alijs allegatis per Barbos. Axiomat. jur. 196. num. 16.*
8 Non obstat, † quod prouisio Apostolica ad fauorem Dominici, per cuius obitum prouisus fuit D. Centoflorenius, esset obreptitia, quod falsò fuerit narratum Papæ, quod quar-

quarta Cappellania erat erecta, & vacabat; Namque, ne ob non ius collitigantis deputetur Oeconomus, oportet illud esse notorium, vt notat *Hostien. in supracit. cap. cum vos sub nu. 2. vers. nisi euidenter; Henric. Boich. ibid. sub num. 2. vers. & hoc verum de offic. ordin.* & sic probanda esset clara, & indubitabilis obreptio, seu falsitas erectionis narratæ.

Quæ saltem turbida redditur ex quo cum, instante Promotore Fiscali, & Communitate erigi plures Cappellanias, quarum Cappellani possint habere pro singulis annua scuta 75. Episcopus indefinitè Cappellanias erexit, erectio huiusmodi includit etiam quartam Cappellaniam, quatenus illi redditus hereditatis
9 sufficiant, † quia indefinita equipollet vniuersali, *l. si pluribus, ff. leg. 2. l. si seruitus 22. ff. de seru. vrban. præd. Alexan. cons. 171. nu. 5, lib. 2. Bero. consil. 141. num. 2. lib. 3. Surd. decis. 210. numer. 8.* Et quamuis aliquos post menses Episcopus declarauerit, tres tantum Cappellanos pro tunc posse nominari, coarctauit quidem ad tres ius nominandi competens Communitati, non tamen præcedentem erectionem indefinitam Cappellaniarum, cui imò inherendo, & sine illius præiudicio hanc declarationem se
10 facere dixit; † adeò quod firma remansit erectio quartæ Cappellaniæ, quæ vltro habetur pro erecta eo ipso, quod fuit destinata, vt ex *text. in l. 3. §. quid ergo, ff. conti. iudic. tutel.* tradit *Gonz. super reg. 8. Cancell. gloss. 5. §. 7. num. 92. &*
11 *seqq.* & in simili Iuspatronatus destinatum haberi pro erecto, dixit *Rot. decis. 530. numer. 14. part. 1. recent.*

Cumque tres Cappellani acquiescendo, vt supra dicebatur, deputationi Oeconomi ob litis pendentiam cum Dominico factæ, cui locus non fuisset si obreptio esset clara, eamtalem non esse agnouisse videantur, eo minus de obreptione gratiæ Dominici obijcere possunt aduersus Centoflorenium de eadem Cappellania per Dominici obitum vacantem pro-
12 uisum, † qui non tenetur probare titulum Antecessoris in possessione defuncti, *Cassad. decis. 2. num. 4. de caus. possess. & propr. Rot. dec. 419. num. 6. part. 1. recent.* & manuteneri debet in eo statu, quo res erant tempore mortis Antecessoris; Itaut durante lite, vel super obreptione gratiæ Dominici, vel super titulo ipsius Centoflorenij, deputandus sit Oeconomus, prout alias deputatus fuit.

13 Deputandus † autem visus fuit idem Centoflorenius non secus, ac olim Boncambius prædecessor, quia est de gremio Ecclesiæ, vt oportet *cap. quoniam in quibusdam, cap. in noua 16. quæst. 7. Specul. in tit. de Oecon. sub num. 2. Barbos. de Iur. Eccles. lib. 1. cap. 46. num. 5. in fin.* & quia eius contestata probitas scandali excludit ti-
14 morem, † quo cessante incongruum non est deputare vnum ex collitigantibus, prout bis se deputatum in beneficio sibi collato testatur, *Lambert. de iurepatr. lib. 2. part. 2. quæst. 1. art. 31. sub num. 3.* quem refert, & sequitur *Cost. de remed. subsid. remed. 115. num. 20.*

Nec obstat, quod ille alienauerit quædam bona Cappellaniarum; quia alienatio iudicata fuit vtilis ab executione beneplaciti Apostolici desuper emanati, & de hoc agendū erit in alio iudicio coram Iudice appellationis à sententia dicti executoris interpositæ.

Et ita decisum vtraque parte informante.

R. P. D. LEONE VEROSPIO

Calaguritana Beneficij de Logronno.

Veneris 19. Februarij 1649.

ARGVMENTVM.

Appellatio regulariter nō admittitur à collatione Beneficij, quando Ordinarius non seruata formam iudicij processit, contrarium tamen seruandum esse firmatur in præsenti decisione, si Ordinarius iudicialiter processisset; hinc quando Ordinarius censeatur ad collactionem beneficij, iudicialiter deuenisse, clarè demonstratur. Recurrens ad Iudicem Laicum in causa beneficiali, an, & quando in sententiam excommunicationis, incurrisse dicatur, eruditè explicatur.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius, quando dicatur, iudicialiter ad institutionem deuenisse.*
2 *Appellatio datur à decreto institutionis, ac immissionis ad possessionem beneficij, quando iudicialiter fuit processum.*
3 *Attentata dicuntur omnia gesta pendente termino decem dierum ab appellandum.*
4 *Appellatio non datur à Collatione beneficij, quando Ordinarius non seruata forma iudicij, sed extraiudicialiter processit.*
5 *Appellatio denegatur à collatione beneficij Curati, non autem simplicis.*
6 *Appellare licitè potest de eo tempore quo sententia innotuit.*
7 *Appellatio per Signaturam simpliciter admissa, præcedentes actus reddit attentatos, quamuis alias appellatio non competeret.*
8 *Excommunicatus ob recursus ad Iudices Laicos debet à limine iudicij repelli.*
9 *in Censuras, vt quis innodatus dicatur ob recursum ad Iudicem laicum, quid requiratur.*
10 *Sequestrum in beneficialibus de stylo Rotæ semper admittitur, quoties attentata declaretur possessio collitigantis.*

DECISIO CCLXXXVII.

VACANTE beneficio controuerso in Ecclesia Sancti Iacobi Ciuitatis Lucrunij inter plures Oppositores ad Beneficium prædictum aspirantes, fuerat approbatus ab Examinatoribus Synodalibus Hiacynthus de Leiua, ab Examibatoribus verò Diœcesis Toletanæ Didacus Moreno, qui ibidem commorabatur, & Beneficij institutionem obtinuit ab Ordinario, eiusque possessionem postmodum apprehendit; Cum verò ab his grauaminibus prouocaret Hiacynthus, commissa mihi causa appellationis dubitaui, An actus prædicti

dicti attentatorum vitio subiaceant, captaque per Morenum possessio poni debeat subsequestro: & ad vtramque partem dubij fuit affir-
1 matiue responsum. † Quia ex ædictorum affixionem, comparitione Oppositorum, assignatione termini ad iustificandum opposita, examine testium, ac subsecuta super eorumdem habilitate sententia, pluribus præuijs citationibus per Ordinarium prolata constat ipsum iudicialiter processisse, ex notatis *in cap. forus, §. in omni quoque negocio de verb. signif.* notat *Gonz. in adnot. contra nullitates num.* 38. & pluries in his *Calaguritanis beneficijs, respondit Rota nempè in Calaguritana beneficij 6. Iunii 1635. coram bon. memor. Coccino, in Calaguritana beneficii de Cornago 14. Ianuarij, & 19. Nouembris 1639. coram Reuerendiss. Terracinen. & 24. Ianuarij 1642. coram Reuerendiss. Carrillo, & in Calaguritana beneficij de Lumbreras 20. Aprilis 1646. coram R.P.D. meo Otthobono, & in Calaguritana beneficiorum 17. Februarij*
2 *1648. coram R.P.D. meo Bichio*; † Ac proinde licuisse Hyacintho prouocare tum à mala relatione Examinatorum, cæteros quoque Oppositores approbantium ad curata, tum ab institutionis decreto, ac immissionis, fauore Moreni aduersarij per Ordinarium sancito, quippe quod vim obtinet diffinitiuæ, ac grauamen infert parti in eadem instantia irreparabile, vt notat *glos. in cap. vltimo in verbo inanes de elect. lib. 6. & ibi pariter DD. & in cap. auaritiæ eodem tit. vbi Franc. num. 5. Ioan. Andr. & Gemin. num. 6. Contard. in l. vnica, C. de moment. possess. in secunda ratione decidendi num. 13. Lancellot. de attent. 2. par. cap. 12. limit. 49. n. 5. Rot. coram Seraph. decis. 598. num. 2. & in adducta decisione Calaguritana beneficiorum 18. Februarij 1648. coram R.P.D.*
3 *meo Bichio*: † cuius appellationis pendente termino decem dierum à iure sancito nihil citra vitium attentatorum, ac nullitatis poterat innouari ex dispositione *text. in cap. non solum de appellat. & in cap. 2. vt lit. pend. lib. 6. & in l. 1. ff. nil nouari appell. pend. notat Lancellot. de attent, p. 3. cap. 11. num. 17. & par. 2. cap. 12. limit. 49. nu. 3. Rot. coram Mohed. decis. 11. num. 3.* & in alijs adductis *in Auenionen. attentatorum 10. Iunij 1648. coram R.P.D. meo Celso.*

Neque interpositę appellationi resistit Motus proprius fan. me. Clementis VIII. æditus pro Beneficijs Diœcesis Calaguritanæ siue dispositio Sacri Concilij Tridentini sess. 24. de Reformat. cap. 18. §. in omnibus, ac Pianæ Constitutionis inter cæteras impressas in Bull. 33. in ordine appellationem prohibentis à mala
4 examinatorum relatione: † Quia Motus proprius locum obtinet in casu quo Ordinarius ad beneficij collationem non seruata figura iudicij, sed extraiudicialiter processit, vt declarat *Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 13. num. 85. cum seqq.* & pluries ita eamdem Constitutionē interpretata fuit *Rot. videlicet in decis. 691. par. 3. recent. in Calaguritana beneficij de Cornago 24. Ianuarij 1642. coram Reuerendiss. Carrillo, & in alijs recensitis in Calaguritana beneficij 23. Ianuarij 1645*
5 *coram R. P. D. meo Arguelles*: † Dispositio verò Sacri Concilij, & Pianæ Constitutionis appellationem denegat in Curatjs, non autem in simplicibus, vt pariter declarauit *Rota in decis. 10. par. 2. diuers. & coram Greg. 515. vbi Add. referunt concordantes, & in Calaguritana beneficij de Cornago 24. Ianuarij 1642. coram Reuerendiss. Carrillo & notat Gonzal. ad reg. 8. in adnot. contr. nullitat. numer. 184. cum seqq. qualia Diœcesis Calaguritana beneficia reputari firmauit Rota in Calaguritana beneficij de Fuen mayor 13. Ianuarij 1614. coram Vbaldo inter impressas par. 5. decis. 505. num. 2.* & in alijs adductis per *add. ad dictam decis. Gregor. 505. n. 4.*

Nec etiam attentatorū reuocatione excludit appellatio minus legitimæ interposita, siue ratione temporis, videlicet post decendium à die factæ relationis per Examinatores, siue ratione personæ coram honestis scilicet viris, non autem coram Iudice, quia præterquam eadem appellatio 6. die Augusti proposita reputari non potest interposita vltra decendiū, dum approbatio Moreni per Synodales Tole-
6 tanos facta fuit producta Leiuæ aduersario innotuit, qui proinde ab eo tempore licitè potuit appellare iuxta *glos. in cap. concertationi in verbo sciuerit de appellat. lib. 6. Tiraquell. de retract. lign. §. 1. glos. 10. num. 104. Specul. par. 2. in tit. de appel. §. 1. sub num. 6.* & alij plures relati per *Scacc. de appell. q. 12. n. 6. vers. primo quia sufficit*: Pro responsione Domini ponderarunt appellationis
7 commissionem per Signaturā simpliciter admissam, quæ præcedentes actus reddidit attētatos, quamuis ab ijs alias appellatio non cōpeteret *iuxta text. in cap. si iustus metus, & ibi per Franc. num. 12. de appell.* & pluries respondit *Rota vt coram Reuerendiss. Vrgelien. decis. 96. sub nu. 4. & 191. num. 5. coram Buratto 902. nu. 2. & in Leodien. beneficij 4. Iulij 1642. coram R.P.D. meo Bichio in Viterbien. fideicommissi 13. Maij 1644. coram R.P.D. meo Cerro, & in Auenionen. attentatorum 10. Iunij 1648. coram R.P.D. meo Celso.*
8 Nec demum† hanc teuocationem attentatorum poterit impedire recursus ad Iudices laicos in cedula appellationis insertus, ex qua propter excommunicationis sentētiam exinde incursam, debet à limine iudicij repelli, vt respondit *Rota in Valentina pensionis 3. Iunij 1602 coram Litta impressa post secundum vol. cons. Farinacc. 179. num. 3. & in alia Conchen. Archipresbyteratus 16. Nouembris 1605. coram Penia*, in quibus præterea decisionibus beneficium manutentionis eidem recurrenti denegatur, licet eius possessio decernatur sequestranda. Quia
9 cum † idem Leyua solum recursum iactauerit, non autem consumauerit ex quo nihil postmodum constat in præiudicium Ordinarij eiusque iurisdictionis fuisse prosecutum, nulla censetur innodatus censura, quæ actualem, ac consumatum recursum supponit *ad text. in l. 1. §. hæc autem verba ff. quod quisque iuris*, & tradunt communiter Summist. *Vgol. de cens. par. 2 cap. 16. §. 2. sub num. 2. Filiucc. quæst. moral. tom. 1. tract. 16. cap. 10. quæst. 16. nu. 284.* & in his terminis consentit etiam *Bonaccin. tom. 3. de censur. in particulari disp. 1. quæst. 17. punc. 1. sub num. 28.* non autem loquuntur decisiones in contrarium adductæ consumatum recursum præsupponentes, vt ex earum lectura dignoscitur.
10 Hinc vero † resultat responsio ad alteram du-

dubij partem super sequestratione propositũ; quæ ex laudabili stylo Tribunalis semper admittitur, quoties attentata declaratur possessio collitigantis, ne is cõmodo vitiosæ possessionis fruatur, *ex notat. per Archid. in cap. quia res num. 9. 11. quæst. 1.* & de stylo Tribunalis attentatur *Rot. coram Cassad. decis. 3. sub num. 6. de restit. spoliat. coram Verall. 157. par. 3. coram Cæsar. de Grass. decis. 2. sub num. 1. de appell.* & in pluribus alijs relatis *in Cremonen. præpositura 27. Iunij 1644. coram R. P. D. meo Corrado.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. ARGVELLES.

Romana Saluiani.

Veneris 26. Februarij 1649.

ARGVMENTVM.

Obligatio Carcerati ad fauorem carcerantis, non modo est inualida quando in carceribus facta fuit, sed etiam quando extra carceres stipulata fuisset, dummodò contrahens non erat in plena libertate, vt quia positus in custodia reperiebatur; secùs tamen esse firmatur si liberè posset abire, quò velit, vel si carceratio, & contractus esset iustus; quia tunc valeret obligatio etiã si in ipso carcere emanasset, & hinc discutitur an quis iustè dicatur carceratus ex eo, quòd dolosè aliquem submiserit ad agendum, vt de pauperaret hæreditatem in præiudicium creditorum, ac cessat actio criminalis si dolus ciuiliter purgari posset.

SVMMARIVM.

1 *Immissio vigore Saluiani quibus concurrentibus concedi solet.*

2 *Obligatio facta in carceribus à carcerato ad fauorem carcerantis quando sit inualida.*

3 *Oligatio facta ab eo, qui adhuc primam libertatem non habet, vt positus in custodia, etiam si fuerit extra carcerem stipulata est nulla secùs tamen si liberè posset abire, & à nullo custodiretur num. 5.*

4 *Carceratus propter stuprum, & excarceratus ad effectum tantùm vt stupratam ducat non dicitur liberè contraxisse.*

5 *Obligatio facta in Porticu, vel cancellaria carceris est valida, & qui dicit fuisse factam in ipso carcere, debet probare.*

6 *Actus in dubio præsumitur ualidus.*

7 *non Solutus siuè non liber dicitur ille, qui manibus tenetur, uel in publico sine uinculis seruatur.*

8 *Carceratus quando ualidè contrahere se seque obligare possit etiam in ipso carcere.*

9 *Obligatio facta à carcerato quando sit nulla.*

10 *Confessio in iudicio criminali emanata, benè probat etiam in ciuili inter easdem partes, & quare.*

11 *Dolus de per se dicitur delictum.*

12 *Stellionatus intrat quoties deficit titulus delicti, & aliquid dolo factum sit.*

13 *Dolum committens ultra actionem ciuilem quæ competit Parti ad inteeesse, tenetur etiam actione criminali crimine stellionatus.*

14 *Stellionatus crimen commissum, seuerissimè est indidicandum.*

15 *Dolus quando purgari potest ciuiliter, tunc cessat actio criminalis intellige procedere ut n. 16. & 17*

18 *Stellionatus actio concurrit cum actione ciuili.*

19 *Actio de dolo est subsidiaria ciuilibus actionibus actio uero Stellionatus est persecutio in criminalibus nõ autem sunt sibi inuicem subsidiariæ.*

20 *Actio de dolo, quare dicatur subsidiaria.*

DECISIO CCLXXXVIII.

NON acquiescente Reuerendissimo Domino Zeccadoro decisioni qua *sub die 12. Ianuarij* 1646. dictum fuerat Dominos de Taurinis creditores fore immittendos in possessionem Domus de qua agitur causam repropo- sui, & Domini censuerunt indecisis persistendum,

1 † quia dum Taurini docent de credito ex mandatis Rotalibus, de Hypotheca ex publico Instrumẽto obligationis Michaelis Angeli Zecchadori ad eorum fauorem factæ, de possessione anteriori dicti Michaelis Angeli, & posteriori dicti Rei conuenti ex Instrumẽtis locationum, enunciatiuis, alijsque Confessionibus partis, quæ omnia sunt extrema huius iudicij, vtique ij iustificatis, intrat Saluianum, & passim datur immissio creditoribus, *ut probant DD. in l. 1. ff. de Salu. Interd. & in l. 1. C. de Præcar. gloss. in §. Item Seruiana 7. uerb. Quasi, Instit. de Action. ibique Pichard. Paz. in Praxi, tom. 2. cap. 2. §. 4. num. 20. Put. decis. 201. num. 1. lib. 1. san. me. Gregor. XV. decis. 491. num. 6. & plures allegati in principio præteritæ decisionis.*

2 Cui † non obstat quod obligatio Michaelis Angeli videatur inualida vti facta in carceribus à carcerato, ad fauorem carcerantis. Quia obiectum corruit ex facto, liquet enim ex lectura ipsius Instrumenti factam fuisse in Cancellaria Carcerum, *ut respondet ead. decisio in §. Mon in facto, &c.*

3 Minus obstat † quod qui primam libertatem non habet, vt positus in custodia etiam extra carcerem non obligatur, *l. Solutum 48. aliàs l. Qui neque ff. de uerb. signif. Gabrer. Aucndan. de Metu lib. 2. cap. 46. num. 25. Rot. decis. 490. num. 1. part. 1 recentior. & 286. num. eod. post secundum uolum. consil. Farinacc. exaduerso allegatis,* quibus addi possunt quæ alleganter *ex Bart. & alijs, Sanchez de*

4 *Matrim. lib. 4. disput. 13. num. 4.* † *ibi inutile prorsus esse medium quo aliqui Iudices Ecclesiastici utuntur, nolunt enim concedere facultatem incluso in carcerem propter strupum, ut stupratam ducat donec carceribus extrahatur, ut libere contrahat, & ita solet extrahi, ne dum tamen liber dimissus eam uxorem ducit:* quã consuetudinem damnat etiam *Guttier. de Iurament. part. 1. cap. 57. num. 10. & multis alijs (non tamen istis) relatis Farinac. Prax. Criminal. par. 1. to. 2 Tractat. de Carcer. quæst. 35. nu. 5. & post eum Pont. Legionen. de Matrim. lib. 4. cap. 19. num. 8. Fenzon. ad Stat. Vrb. lib. 1. cap. 98. num. 80. Gottifred. in d. l. 48. littera B. & Rebuff. in principio, optime Rota decision. 26. num. 41. part. 6. recen.*

5 Quia † omnes loquuntur quando contrahẽs non est in plena libertate, secus autem si liberè possit abire quo velit, aut à nullo custodiatur, vel sit in Porticu, vel Cancellaria carce-

6 ris, † & qui contrarium dicit debet probare, Fa-

Farinac. in dicta quæst.35.num. 5. in fine : in dubio namque pro actus validitate præsumendũ,
7 *l. Quoties, ff. de usur. cum uulgatis.* † Immò quis dicatur non solutus *explicat d. leg.* 48. nempe qui manibus tenetur, vel in publico sine vinculis seruatur, *& notat Rebuff. ibi, in fine principij*.
8 Præter † quam quod vbi carceratio, & contractus est iustus, in ipso carcere valet, vt dictum est *in alia decisione §. Secus autem illæ obligationes, &c.* & statim dicetur, sed vtuntur cautela supradicta nonnulli propter eos, qui nudè, & crudè damnat omnes contractus initos in carcere, & etiam sine distinctione admittunt ex consuetudine factos extra carcerem.

Vnde poterat D. in iure (doctè vt semper) pro Zeccadoro scribens abstinere ab improbatione consuetudinis aliquarum partium Hispaniæ, cum videat, nec generalem ibi esse: & etiam in Italia multisque alijs Regionibus iam ante Bartholomum practicatum, vt ex eo, & alijs allegatis *à Farinacc. Sanch. Cabrer.* Immo & ab ipsis Doctoribus Hispanis reprobari, videlicet *Sanch. Guttier. Pont. Cabrer. & ante eos Couarr. in 4. decretal. part. 2. de Sponsal. cap. 3. §. 4. numer.* 15. & ita intelligendum quod obiter, & ad exclusionem assertionis in facto fuit factũ in præterita decisione: & cum cautela, quod ista disputatio non erat in casu necessaria.

Quare quidquid sit de supradicta conclu-
9 sione, non subsistit in iure, † quod obligatio Michaelis Angeli sit nulla, quia omnes allegatæ doctrinæ procedunt casu quo carceratio fuisset iniusta, *Mascard. de Probat. conclus.* 1051. *num. 31. uers. Hanc tamen limitationem, Farinacc. dicta quæst. 35. num. 29. uersic. Si uerò carceratio est iusta, & numer. 39. & 43. & in Fragmentis, uerb. Metus num. 21. Gratian. discept. 479. numer. 39. uers. Vnde ualet contractus, &c. Sanchez dicto lib. 4. discept. 13. num. 1. in principio, & uersic. Quare probatur, & disputat.* 12. *num.* 10. *Guttier. de Iuram. dict. part. 1. cap. 57. nu. 7. Pont. de Matrim. dicto lib. 4 cap. 19. num. 13. uersus finem Gabrer. d. cap. 46. n. 29. Anton. Faber. ad l. Qui in carcerem 22. ff. de eo quod met. caus. faciunt tradita à Sanchez supra disput. 8. num. 7. Pont. num. 7. & cap. 13. à nu. 2. ad 7.* & fuit plene firmatum in præterita.

Non obstat tertio, quod carceratio esset iniusta ex defectu actionis criminalis in agente ex tribus quærelis contra Michaelem Angelum porrectis. Prima de non integra confectione inuentarij hæreditatis Francisci. Secunda de expilatione eiusdem Hæreditatis. Tertia de suppositione Conuentini ad agendum.

Quia, dato etiam quod ex duobus primis capitibus non intraret criminalitas, vt ponderat quoque præterita decisio in §. *Nec releuat, quod carceratio, &c.*

Nihilominus ex tertio capite abunde probato, *ex deductis in Eugubina Refectionis Damnorum 4. Iunij 1640. coram Reuerendissimo Domino meo Carillo Episcopo Salamantino*, & ex propria
10 eiusdem Michaelis Angeli confessione, quæ licet in iudicio criminali emanata, benè probat etiam in ciuili inter easdem Partes, quia non est verisimile voluisse in sui præiudicium fateri falsum, *l. final. in principio versic. Sin autem &c.* ibi *Neque enim sic Homo simplex (immò magis stultus) inuenitur, ut in publico inuentario scribi contra se aliquid patiatur, C. de Arbitr. tut. cap. Continebatur 6. §. Consultissimi, de desponsat. impub. cap. Si quis acceperit 3. quæst. 1. cum alijs in Romana Nullitatis Matrimonij 19. Ianuarij 1646. §. Accedit Frãcisci confessio coram Iudice criminali, &c. coram me.*

Iustitia carcerationis Michaelis Angeli clara ostenditur ex eo quod dolose submisit Cõuentinos ad agendum, vt depauperaret hæreditatem Francisci in præiudiciũ Taurini Cre-
11 ditoris, & hinc delictum, † cum dolus de per se delictum dicatur, *l. 2. in principio ff. de Crimin. Stellionat. Gloss. in l. 1. in fin. verb. Crimine, ff. de fideiuss. tut. Gregor. Lopez ad l. 1. tit. 16. partit. 7. verb. Enganno, Anton. Faber. in l. Tutor. 16. §. 1. ff. de Pignor. Act. Cutac. lib. 19. Pauli ad Edictum in dict. l. 16 tom. Mihi, 1. col. 1195. sub littera B. ad finem, versic. Et hoc amplius, Pichard. §. Iniuria 1. nu. 63. instit. ad leg. Aqu. l. & ante eos, Bart. in dict. l. 16. §. 1* ibi, *Nota quod ille qui alieni committit crimen stellionatus, & in l. Si quis in pignore 36. §. 1. ff. eod. tit. Roman. cons. 191. num. 3. Cephal. cons. 76. nu. 22. lib. 1. Socc. Iun. cons. 113. num. 8. Paris. cons. 52. nu. 28. lib. 4 cum pluribus.*
12 Quoties autem † deficit titulus delicti, & aliquid dolo factum sit, (prout in casu isto) intrat crimen Stellionatus, *vt est clarus textus in d. l. 3.* ibi *Stellionatum autem obijci posse ijs, qui dolo quid fecerunt sciendum est, scilicet si aliud crimen non sit quod obijciatur, ff. de crim. Stellion. leg. 1 §. final. ff. de Pignorat. action. Menoch. de Arbit. cas. 381. num. 4. & seq. lib. 2. cent. 5. Decian. in tract. criminal, part. 2. lib. 2. cap. 4. num. 8. & 9.* & innumeris citatis *Farinacc. Prax. criminal. par. 1. tom. 1. q. 19 num. 33. Anton. Gomez. lib. 3. Var. cap. 7. post medium ante versiculum, Et adde, &c. Piccard. in Manuductionibus ad Praxim part. 2. §. 4. num. 116. Anton. Faber. in dicta l. Si quis 36. in ratione decidendi.*
13 Ac propterea, † Michael Angelus qui dolum commisit, vltra actionem ciuilem quæ competit Parti ad interesse, *Sot. Tit. ff. & Cod. de dolo, &c.* tenebatur etiam actione criminali crimine Stellionatus, & pœna Iudicis arbitrario plecti poterat, *l. 1. & d. l. 3. ff. de crimin. Stellion. d. l. 1. §. final. dicta leg. 16. §. primo, & d. l. 36. ff. de Pignorat. action.* (At Stellionatus crimen
14 commissum seuerissimè esse indicandum sæpè rescriptum est, vt his verbis, *ait Imperator Philippus in leg. final. C. de crimin. Stellion.*) *Faber. dicta l. 1. §. final. littera C. in ratione decidendi, & dicta l. 30. etiam in ratione decidendi, sic intelligens d. leg. finalem C. de crimin. Stellion. vt Gomez. & Pichard. Cuiac. d. lib. 19. Pauli ad Edictum ad l. Tutor. §. primo, & textus in d. l. final. videtur expressus,* sic enim ait, *Siue obligatione rite perfecta participato fraudis consilio per subiectam quasi interiorem personam dispendium tuum ad occultum compendium suum trahere pertentat, &c.* Hoc enim fecit Michael Angelus subijciendo Continos.
15 Nec placuit Responsio, † quod quando dolus purgari potest ciuiliter, tunc cessat Actio criminalis, *ex l. Et eleganter 7. in princip. ff. de Dolo &c.*
16 Quia conclusio † procedet forsan vbi dolus com-

commissus est in contractu, & potest purgari Actione de dolo ciuili descendente ex eodem contractu, & in his terminis loquuntur, *Bald. cons. 14. in fine, & cons. 15. l, b. 1. Crauett. cons. 6. numer. 105. Osasch. decis. 137. nu. 5. Menoch. d. casu 381 num. 5. & alij relati à Farinacc. quæst. 19. num. 36.* Secus verò quando dolus in alio actu, vel alio modo est commissus, vt distinguendo probat idem *Farinacc. d. quæst. 19. sub d. num. 36. post medium,* qui ferè transcribit *Menocchium d. casu 381 num. 5. & 398. num.* 20. qui etiam mutuauit *ex Bald. d. cons. 14. & 15. lib. 1.*

Sed quia ista solutio non multum videtur iuris traditionibus adaptari (& non satis placuit, *Farinaccio qui aliam ponit num. 37. nec Menochio qui ad aliam etiam transit d. num. 20.* & benè
17 faciunt ad casum) † posset etiam responderi, quod *dicta l. Et eleganter 7. ff. de eo quod met. ca.* loquitur de Actione de dolo ciuiliter intentata, & sic eam ab actione criminali distinguit *ipse Iurisconsultus in d. l. 7. §. 1.* ibi, *Secundum, qua etiam pœnali actioni indemnitati eius consuli potuit dicendum erit cessare de dolo actionem, & l. Si quis affirmauerit 9. §. Item si tabulæ, ff. eod.* ibique *Bart. & Bald. d. cons. 15. num. 1. in princip. Faber. in d. l. Tutor. 16. §. 1. ff. de Pignorat. act. littera C.* ibi, *Quod in causis ciuilibus est actio de dolo in criminalibus est Stellionatus persecutio, & d. l. 7. §. 1. Cuiac. lib. 10. obseruat. cap. 26. tom. mihi 4. col. 1603. littera A.*

18 Actionem † autem Stellionatus concurrere cum actione ciuili plusquam expressa sunt Iurisconsultorum Placita *Vulpian. d. l. 1. §. final. ff. de Pignorat. action. verbis finalibus istis, Tenebitur tamen pignoratitia contraria actione qui dedit præter Stellionatum quem fecit dicta l. Tutor 16. §. 1. vbi Paulus Tenebitur quamuis, & Stellionatus crimen committat,* ibique *Bart.* Iterum *Vulpian. in d. l. 36 in princip. sed & extra ordinem, & Stellionatus nomine plectetur vt est sæpissime rescriptum, Faber. in dicta leg. 1. §. final. & dicta leg. 36. §. primo,* optimè ad propositum. *Est enim (ait) illa actio, & persecutio criminalis, quam nihil vetat cum actione de dolo concurrere, & similiter cum actione Stellio-*
19 *natus, actionem de dolo. † Non enim sunt sibi inuicem subsidiaria, sed actio de dolo subsidiaria ciuilibus actionibus Stellionatus autem persecutio criminalibus*
20 *&c.* & benè prosequitur, † quibus additur quod actio de dolo ideò subsidiaria, quia famosa *leg. 1. §. Act. Prætor 4. ff. de dolo,* & sic nihil vetat concurrere cum persecutione Stellionatus, *Siue fatuosa sit ex textu in l. Quid ergo 13. §. final. ff. de his qui not. infam. siue non sit famosa,* vt ait *text. in l. 2. ff. de crimin Stellion.* (de quorum antinomia *Cuiac. d. cap. 26. & lib. 1. Respons. Papin. ad l. 1. ff. eod. tom. mihi 4. col. 751. littera A. & cum eo acerrimè degladians Aurelius Rubertus lib. 5. sententiarum cap. 7. Anton. Faber. in dicta l. 3. §. final. qui expungit negationem, Paz. Eanziophaum centur. 2. quæst. 27.*) & ita ratiocinatur *Faber. in d. l. 7. §. 1. & 2. & d. l. 9. §. 1. littera D.*

Et ex his resolutum fuit standum in decisis Partibus hinc inde informantibus.

R. P. D. LEONE VEROSPIO

Alatrina Testamenti.

Veneris 26. Februarij 1649.

ARGVMENTVM.

In testamento ad pias causas ordinato, ac manu Testatoris scripto, non requiritur solemnitas testium, neque rogitus Notarij, neque formalis recognitio, si fuerit clausum; sed quemadmodum in testamento inter liberos nullæ requiruntur solemnitates Iuris Ciuilis, ita nec etiam in testamento ad pias causas scripto; quando verò testamentum dici possit ad pias causas ordinatum, clarè demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum ad pias causas, licèt fuerit factum absque solemnitatibus Iuris Ciuilis, adhuc sustinetur.*
2 *In Testamento inter liberos, sicuti nullæ requiruntur solemnitates, ita nec etiam in testamento ad pias causas ordinato.*
3 *Immissio debetur hæredi scripto in testamento ordinato ad pias causas, licèt in eo nullæ fuerint adhibitæ solemnitates.*
4 *Testamentum quando dicatur ordinatum ad pias causas.*
5 *Testamentum, quod testibus caret, ac rogitu Notarij, imperfectum reputari debet.*
6 *in Testamento ad pias causas ordinato, ac manu Testatoris scripto, non requiritur solemnitas Testium.*
7 *Amplia, vt nec etiam requiratur rogitus Notarij.*
8 *Notarij rogitum in consignatione testamenti adhibitū fuisse, an probari possit per testes.*
9 *Testamentum clausum necesse est, quod fuerit recognitum per eosdemmet testes, qui ipsius consignationi interfuerunt. intellige vt num. 10. & quando secus num. 11.*
12 *Recognitio testamenti clausi, ex quibus indubitata remaneat.*
13 *Solemnitates statutariæ requisitæ in testamentis in Vrbis districtu confectis, non habent locum in dispositione ad pias causas.*

DECISIO CCLXXXIX.

Laurentius Cæsius in testamento propria ipsius manu conscripto, ac gentilitio familiæ stemmate signato, duas Cappellanias sub amplissima dote fauore pronepotum, & Abbatis Sancti Angeli Terræ Fumonis constituerat, & ad alteram patrocinio Diui Francisci pariter erigēdam Archipresbyterum eiusdem Terræ pro tempore existentem institui mandauerat, ipsumque vniuersalem sibi hoc onere scripserat hæredem, vt bis in hebdomada in sui suffragium sacrum Christi corpus immolaret, ac Capuccinæ familiæ viros proprio exciperet hospitio. Quod postmodum testamentum septem sigillis, totidemq; Capuccinorum subscriptionibus in exteriori par-

parte munitum, Gregorio Blondo Notario consignauit asseruandum. A cuius Notarij prædefuncti consanguineo post ipsius Laurẽtij obitum coram Gubernatore Alatrinæ Ciuitatis exhibitum ad instantiam Archipresbyteri hæredis instituti duobus fuit testibus recognitum, notum sibi Testatoris caracterem, atque sigillum deponentibus, & in Alatrinæ Ciuitatis Archiuio reconditum. Indè verò cum Bonifatius Cocchus modernus eiusdem Terræ Archipresbyter in authenticam formã præuio Iudicis decreto extrahi curasset, ac coram A.C. produxisset immissionis deinde sententiam reportauit contra Pronepotes Laurentij vti prætensos ab intestato hæredes, ac bonorum vniuersalium detentores, Ad quorum instantiam, delata mihi causa dubium proposui, An ex hac dispositione Laurentij Iuris ciuilis solemnitatibus destituta Bonifatio debeatur immissio, & Domini affirmatiuè responderunt;

1 † Quia dum illa perfectam, & absolutam Testatoris continet voluntatem ad pias causas ordinatam, licet nullis iuris ciuilis solemnitatibus fulciatur, eiusdem tamen fauore causæ piæ sustinetur ex dispositione *text. in cap. relatum de testamentis, & notant ibi DD. communiter, & Auth. quod sine, C. de testament.* cuius

2 dispositione, † licèt de testamento inter liberos sancientis locum obtinere in testamento ad pias causas ordinato, comprobat *Corn. in cons. 307. num. 6. & 7. vbi de communi quoque DD. sententia attestatur Clar. in §. testamentum q. 6. num. 1 Card. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 6. tit. 3. num. 4. Magdal. de num testium in testamento requisit. par. 2. cap. 1. num. 28. & cap. 3. num. 2.* & pluries respondit *Rot. coram Caual. decis. 553. num. 1. cum seqq. & 553. num. 1. par. 1. & decis. 74. num. 12. par. 2. diuers. coram Buratt. 475. numer. 1. cum seqq. & pecis. 721. num. 4. part. 2. recen.* & de magis recepta, ac veriori DD. sententia in *decis. 321. num. 2. paot. 4.*

3 *recent.* † & immissionis beneficium consequi debet, vt notant *DD. in adducta l. vlt. C. de edict. Menoch. de adipisc. rem. 4. num. 372.* & in tetminis testamenti ad pias causas tradit *Argel. de acq. poss. quæst. 6. art. 9. num. 163. & 172.*

4 Hanc † verò dispositionem ad causas pias ordinatam fuisse à Laurentio, ex eo conuincitur, quod maiorem substantiæ partem pro constituendis, dotandisque Cappellis prædictis mandauit erogari, & Cappellanum Sancti Francisci (nullius certa persona specialiter contemplata) instituit hæredem sub onere sacrum peragendi bis in hebdomada, & assiduè Cappuccinos hospitio recipiendi, cum exinde patrimonium vniuersum in propriæ animæ suffragium, ac in causam proinde piam dignoscatur destinasse, ad *text. in cap. requisiuisti de testamentis, notat gloss. in cap. 2. de sepult. Tiraq. de priuil. piæ causæ in præf. §. quod adeo verum est, Magdal. de numero test. par. 2. cap. 2. num. 38. & 39. Rota coram Cæsar. de Graff. decis. 4. de test. & alijs recensitis auct. notant add. ad decis. Buratt. 475. num. 17.*

5 Hinc non vrget, † quod scriptura prædicta testibus careat, rogituque Notarij, ac proinde debeat imperfecta reputari, iuxta *cons. Rolan. 32 num. 29. lib. 2. Alex. cons. 48. vol. 5. Ruin. cons. 12. n. 5.*

6 *vol. 2. Afflict. decis. 245. num. 9.* † Cum testium solemnitas non requiratur in testamẽto ad pias causas disposito, ac propria Testatoris manu scripto, atque subscripto, vt notant *DD. in l. si is qui num. 6. ff. de testamentis*, vbi inter cæteros *Aret. num. 2. Imol. num. 6. & in cap. 2. num. 21. eod. tit. Couar. in cap. relatum num. 12. de testamentis*, & de communi testatur *Menoch. in cons. 224. num. 57. Tiraq. de priuil. piæ causæ priuil. 4. Rot. decis. 557.*

7 *num. 3. par. 1. diuers.* † Neq; ad ipsius subsistentiã rogitus Notarij necessarius reputetur, vt notat idem *Imol. add. num. 6. Couarr. prædicto num. 12. Roman. in Auth. similiter num. 53. C. ad l. falcid. Alex. cons. 4. num. 10. lib. 7. Castr. in cons. 25. num. 2. lib. 2. Tiraq. de priuil. piæ causæ priuil. 6. in princ. vers. fal-*

8 *lit*; † quem tamen in ipsius consignatione scripturæ adhibitum fuisse probatur ex testibus super eodem rogitu formiter examinatis, ac deponentibus eumdemmet Laurentium, dum viueret, scripturam tradidisse Notario septem interuenientibus testibus in ipsius exteriori parte subscriptis, quibus de rogitu attestantibus adhibendam esse fidẽ notant *DD. in l. 2. C. de bon. poss. secundum tabul. Bald. in l. comparationes num. 2. in 3. notabili, C. de fid. instrum. Alex. cons. 47. num. 4. vol. 2. Surd. cons. 414. num. 24. Crass. in §. testamentum quæst. 58. num. 6.* vbi ex communi DD. sententia Notarij rogitum duobus asserit testibus posse iustificari.

9 Neq; eidem scripturæ obijci potest, † quod non fuit solemniter recognita per eosdemmet testes, qui ipsius consignationi interfuerant, seque subscripserant, iuxta *text. in l. hac consultissima, C. de testament.* vbi *DD. & in l. 2. C. quemad. testam. aper.* & notatur *per gloss. in l. vlt. in verbo depositionibus, C. de edicto*, cum aliis relatis per *Monoch. de arbitr. lib. 2. casu 114. num. 3. ac seqq.*

10 Quia † hæc recognitio formalis licèt adhiberi debuisset pro substinendo testamento fauore cuiuscumque instituti in scriptis condito, in quibus terminis militant auctoritates in contrarium deductæ, & cõclusionem procedere declarat *gloss. in adducta l. final. C. de edict.*

11 *in verbo depositionibus, vers. quod dicit.* † Non tamen necessaria reputatur in scriptura ad pias causas, disponentis manu firmata, quæ duobus potuit testibus recognosci super nota sibi testatoris manu formiter examinatis, vt tradit *Crass. in §. testamentum quæst. 16. num. 10. in §. sin autem*, & plures alij relati per *Modern. Rom. discept. forens. cap. 895. num. 3.* & de stylo curiæ in hoc Tribunali recepto attestatur *Rot. coram Put. decis. 18. de fide inst. Rot. decis. 553. nu. 1. par. 1. & 124. num. 2. par. 2. diuers. coram Caual. 553. num. 1. coram Buratt. 475. num. 5. & 6. in Callien. hæreditatis prima Iulij 1639. coram Reuerendiss. Terracinen.* dum

12 maximè † nõ constat testes recognitioni subscriptos in loco iudicij adfuisse, & plura concurrunt adminicula tum ex congrua ordinatione scripturæ deducta, tum ex appositione sigilli Testatoris elicita, tum ex consignatione ipsius facta Notario, tum ex Testatoris assertione, dum ageret in humanis, quod suum vltimum testamentum ipse condiderat vnius depositione testis comprobata, ex quibus adductam recognitionem reddi indubitatam respon-

spondit *Rotæ in add. decis. 124 num. 4. par. 2. diuers. & coram Caual. 553. num. 3. & coram Buratt. decis. 475. sub num. 6. & notant ibi Add. sub litt. E.*

13 Non obstat † dispositio stat. Vrbis lib. 1. cap. 42. iuris solemnitates exquirens in Testamentis in Vrbis districtu confectis. Præterquam enim non iustificatur locum conditi Testamenti in Vrbis districtu consistere prædictum statutum non obtinet locum in dispositione ad pias causas sancita sola iuris Diuini, ac sacrorum Canonum solemnitate terminanda, iuxta *tex. in cap. relatum de testamentis*, & notant ibi *DD. & in cap. cum esses eodem tit. Ruin. con. 71. num. 18. vol. 3. Magdal. de numero test. par. 2. cap. 1. num. 14.* & respondit *Rot. coram Pænia decis. 166. num. 2. & coram Caual. 553. num. 5. & in Romana hæreditatis 29. Octobris 1616. & in alia Romana hæreditatis 5. Martij 1636. coram Motmanno*, in quibus huiusmodi testamenta etiam sine solemnitatibus statuti approbantur, vt valida.

Et ita vtraque parte decisum.

REVERENDISSIMO P. D. CERRO,

Sacræ Rotæ DECANO.

Firmana Codicillorum.

Lunæ 1. Martij 1649.

ARGVMENTVM.

Vsusfructus integræ hæreditatis vxori relictus, existentibus filijs, licèt regularitèr restringatur ad alimenta, tamen in præsenti decisione secùs esse firmatur, quando dignosci potest Testatorem plenum vsumfructum, nō autem sola alimenta vxori relinquere voluisse.

Vsusfructus vxori relictus dummodò conuixerit, & cohabitauerit cum filio, an, & quando secuta morte ipsius filij censeatur extinctus, elegantissimè tractatur. Vsufructuarius præstare debet cautionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, aliàs cadit ab vsufructu, quid autem dicendum sit, si super nullitate, & intelligentia d. vsusfructus disputaretur, eruditè resoluitur.

SVMMARIVM.

1 *per Contradictas quādo procedi possit etiamsi in actis constaret de mandato procuræ.*
2 *Procurator quis non dicitur, nisi onus sibi demandatum acceptet.*
3 *Vsusfructus integræ hæreditatis Vxori relictus, existentibus filiis, restringitur ad alimenta, & quando secus, num. 4.*
5 *Vsusfructus integræ hæreditatis vxori relictus existentibus filiis, quando non dici possit restrictus ad sola alimenta.*
6 *Vsusfructus omnium, & singulorum bonorum, ac vniuersæ hæreditatis vxori relictus, etiam existentibus filijs, non restringitur ad alimenta.*
7 *Vsusfructus omnium bonorum vxori relictus existētibus filiis, an vltra alimenta, ad solam præbeminentiam in domo restringi possit.*
8 *Legatum sub conditione, non potest legatarius consequi. conditione non adimpleta.*
9 *Dos à Patre profecta, ad eumdem reuertitur dissoluto matrimonio per mortem viri, etiam superexistentibus filiis.*
10 *Procurator non potest præiudicare principali.*
11 *Legitima filiorum ex iuris dispositione absque vllo facto hominis, statim mortuo patre, ex singulis corporibus hæreditatis separatur.*
12 *Legitima debita filiis mortuo Patre, non comprǽhenditur sub vsufructu vniuersali, vxori relicto.*
13 *Verba sententiæ intelliguntur prout de iure, & ab eo interpretationem recipiunt.*
14 *Vsufructuarius debet præstare cautionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri.*
15 *Et quid si super nullitate, & intelligentia d. vsusfructus disputatur.*
16 *Vsufructuarius non priuatur vsufructu ob cautionem non præstitam, sed satis est, quod fuerit adstrictus ad illam præstandam.*
17 *Vsusfructus vxori relictus, dummodo conuixerit, & cohabitauerit cum filio, secuta morte ipsius filii vsusfructus censetur extinctus.*
18 *Contrarium tenet hic Rota, & quare, maximè si Testator apposuit conditionem seruandæ viduitatis.*
19 *Vsusfructus vxori relictus cum onere cohabitandi cum filio, an, & quando censeatur extinctus secuto obitu ipsius filii.*

DECISIO CCXC.

DVM hodie coram me quæreretur, An sententia Rotalis esset confirmanda, vel infirmanda, non impugnabatur amplius subsistentia codicillorum, sed tota disceptatio reducta fuit ad alia obiecta, tàm in præteritis, quàm in hodierna propositione nouitèr excitata, quibus tamen non obstantibus pro illius confirmatione Domini responderunt.

Nullitas enim iterū opposita, ex quo sententia Reuerendiss. Domini Terracineñ. lata fuit per contradictas ob mortem Iacobi Francisci Vineæ Procuratoris; cum tamen in actis constaret de mandato procuræ Sinibaldi, qui proindè citandus erat: remouetur penitùs ex responsionibus datis *in decisione edita 25. Maii 1648. coram R. P. D. meo Ottbobono*, & signantèr, quia non fuit processum dumtaxat per contradictas, sed etiam citato Valterio, cuius mādatum, siue expressum, siue præsumptum iustificatur tàm ex Chirographo substitutionis *Summariolo Dianæ num. 1.* quàm ex coniecturis, & præsumptionibus in eadem decisione de-
1 ductis; † Nec opus erat vlteriori citatione cōtra eumdem Sinibaldum; quia esto etiam, quod in actis constaret de eius mandato, non constabat tamen de illius acceptatione omni-
2 nò ad hunc effectum necessaria, † cum quis Procurator non dicatur, nisi onus sibi demandatum acceptet, iuxta *text. in l. 2. ff. de procurat. cap. 15. qui eod. tit. in 6. Caputaq. decis. 319. num. 2. par. 1.*

Prætensam verò iniustitiam ex pluribus desumptam dixerunt Domini funditus eneruari singula discutiendo.

3 Primo enim non obstat, † quod Dianę cōcedatur vsusfructus integræ hæreditatis eius viri

viri, cum tamen superexistente Philippo Communi filio alimenta dumtaxat consequi deberet ex quo vsusfructus existētibus filijs restringatur ad alimenta, iuxta cōsuetudinem *Bulg. relatis per gloss. in auth. hoc locū, verb. derogari, vers. sed secundum, C. de secund. unpt. comun. receptam.*

4 Quia † ab huiusmodi consuetudine receditur, quoties alia colligitur Testatoris intentio volentis plenum vsumfructum, non autem sola alimenta vxori relinquere, *vt trad. Doctores relati in decis. 241. num. 13. par. 5. recent. & in d. decis. coram R.P.D. meo Otthobono, §. minusque releuat.*

5 † Hic autem præ cæteris illam ostendit discretiuus modus loquendi; nam Franciscus Maria in præcedenti testamento nonnullos menses antea condito, dum volebat illam prouidere de solis alimentis, disposuit per hęc verba, ibi, *& dargli quel tanto, che gli farà bisogno per vitto, & vestito, per lei, & detto mio figliuolo.* In codicillis autem non se restrinxit ad victū, & vestitum, sed verbis vniuersalibus loquutus fuit, ibi, *reliquit esse voluit, & fieri mandauit d. D. Dianam eius vxorem Dominam, Madonnam, & vsufructuariam omnium, & singulorum bonorum, ac vniuersæ hæreditatis ipsius, &c.* Hinc igitur clare liquet huiusmodi relictum non restringi ad sola alimenta, sed intelligi de integro, & plenario vsufructu, cùm manifestè appareat, Testatorem illud ampliare voluisse, *vt in puncto tradit Rimin. Sen. cons. 456. num. 12. Bero. cons. 34. num. 5. lib. 2. Card. Mantic. de coniect. lib. 9. tit. 7. n. 25. in fine fin. vers. verum enimuerò, Menoch. de præsump. lib. 4. præsumpt. 139. num. 44. aliique congesti in dicta decis. d. §. minusque releuat, vers. tum etiam quia:*

6 Ponderando † præsertim generalitatem illam, *omnium, & singulorum bonorum, ac vniuersæ hæreditatis*, quæ non patitur restrictionem ad alimenta, sed integrum, & plenarium vsumfructum designat, *vt post Bald. in l. fin. C. de indict. Viduit. tradit Soccin. Sen. cons. 1. num. 11. vers. vnde primo facit, quem sequuntur Gabr. de vsufruct. conclus. 2. num. 50. & Card. Mantic. d. tit. 7. num. 32.*

Idque etiam si restringendo relictum codicillare ad sola alimenta, nihilominus ipsa vxor maiorem vtilitatem consequi videatur, quam consequeretur vigore testamenti; cum ex forma istius teneretur conferre fructus dotales, ac alimenta recipere è manibus hæredis, & tamen vigore codicillorum, nec teneretur ad onus conferendi dictos fructus dotales, ac alimenta consequi poterat propria au-
7 ctoritate cum præeminentia in domo, † quia cum verba eorumdem codicillorum superius ponderata sint tam ampla, & effrenata extendunt omninò, & ampliat substantiam præstationis, & reliqui ad plenarium vsumfructum, nec restringi, aut verificari posse videntur ad simplicem præeminentiam, & nòn communicationem dictorum fructuum dotalium, ex iuribus supra allegatis; Cum præsertim Doctores ad propositum adducti de huiusmodi præminentia tamquam modicæ vtilitatis calum, & fundamentum non faciant, sed ita dictante defuncti voluntate integrum vsumfructum, non autem alimenta vxori consignari defendant.

8 Secundo minus obstat, † quod præfatum relictum non fuerit purum, sed conditionale, quatenus scilicet ipsa, seu eius pater, aut alius, ad quem spectaret dotem Testatori traditam recuperare, contentus fuerit, illam sibi restitui in ijsdem terrenis, & bonis, in quibus illi tradita, & consignata fuerat. *Summ. Monasterii num. 2.* Itaut proinde cum Diana huiusmodi conditionem non impleuerit, sed petierit, & obtinuerit insistentiam, & manutentionem super omnibus bonis mariti in Ciuitate, & territorio Firmano existentibus, *eod. Sum. nu. 9.* Vtique à consequutione dicti relicti exclusa omninò videatur *per text. in l. hæc conditio, ff. de condit. & demonstr.*

Placuit enim responsio, quod cum repetitio huius dotis spectaret ad Claudium Dianæ
9 Progenitorem, † ex quo dos à patre profecta, dissoluto matrimonio per mortem viri ad eumdem patrem reuertitur etiam superexistētibus filijs. *l. dos à patre, vbi Bald. num. 1. C. solut. matrimon. l. si ab hostibus, ff. eodem, & l. iure succursū, ff. de iur. dot. Bart. in l. post dotem num. 31. ibiq; Alex. num. 25. & Barbos. num. 49. ff. eodem, Bald. cons. 7. num. 1. lib. 1. Castr. cons. 11. nu. 1. lib. 1. Honded. cons. 75. num. 28. lib. 2. Fulgos. cons. 66. per tot. Thesaur. decis. Pedemont. 138. num. 2. Rota in recent. decis. 708. num. 1. & 4. part. 1. & decis. 108. num. 6. 7. 16. & 17. par. 8.* Ipse verò Claudius tàm proprio, quàm filiæ nomine sub die 11. Iunij 1641. acceptauerit dictos codicillos, & obtulerit seipsum, & filiam paratos recipere consignationem, & restitutionem dotis iuxta illorum formam, & tenorem *dicto Summariolo num. 2.* Idemq; postea in effectu eademmet Diana confirmauerit acquiescendo dictæ sententiæ Reuerendiss. D. Terracineñ. mandantis, quod ipsa reciperet suam dotem in eisdemmet bonis, in quibus tradita, & consignata fuerat, *eodem Summariolo num. 3.* Indè plene satisfactum videtur præfatæ conditioni in eisdem codicillis adscriptæ,
10 nec per actus † deindè factos à simplici Procuratore ad lites recedi potuit à dicta præcedenti legitima declaratione, & contrauentionem in præiudiciū principalis induci *per text. in l. 3. §. si Procurator, ff. quod quisque iur. & c. l. si hominem, ff. mand. quem ad propositum expendit Rota coram bo. me. Buratto decis. 354. num. 6. 7. & 8.* Vltra quod dum idem Procurator in actu supradictæ insistentiæ, & manutentionis declarauerit suam principalē sibi mutasse causam possidendi titulo dotis, & codicillorum, *Summ. Monasterij d. num. 9.* Huiusmodi declaratio congruè referri potest ad titulum dotis super bonis dotalibus. Ad titulum verò codicillorum quoad cætera bona hæreditaria viri ratione integri vsusfructus sibi ibidē relicti: Ac proinde tamquam actus saltem æquiuocus multo minus inducere valet prætensam contrauentionem, cum præsertim non fuerit factus voluntariè, sed coactè ob necessitatem defensionis ab instantijs Monialium, quæ primum cōtrauenientes dispositis in præfatis codicillis Dianam d. vsufructu priuare satagebant.

Tertio nihil facit, quod in eadem sententia illi fuerit adiudicatus integer vsusfructus nulla

la facta mentione, neque detractione legitimę eidem Philippo filio competentis.

11 Quia † cum legitima filiorum legis ministerio, & iuris dispositione absque vllo facto hominis statim mortuo patre ex singulis corporibus hæreditarijs separetur, *l. si minus, §. repletionem, C. de inoff. testam. l. iubemus, C. ad Sen. Consul. Trebell. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. quæst. 32. n. 2.*

12 Non † compræhenditur sub vsufructu vniuersali vxori relicto, vt tradit in terminis *Alex. cons. 29. vers. quia talis vsusfructus lib. 4. Surd. de alim. tit. 2. quæst. 15. num. 178. Thesaur. decis. Pedemont. 137. num. 3.* Et proindè sub verbis sententiæ illum generaliter adiudicantis subin-

13 telligi nequit; † verba enim sententiæ intelliguntur prout de iure, & ab eo interpretationem recipiunt, *l. miles, §. decem, ff. de re iudic. Angel. Aretin. cons. 95. num. 13. & seqq. Rot. diuers. decis. 112. num. 2. par. 2. coram sa. me. Gregor. dec. 74. n. 70. & decis. 176. num. 3. coram bon. mem. Buratto decis. 240. num. 19.* Cessatque difficultas dum in sententia R. P. D. mei Otthoboni, de cuius confirmatione hodie agitur, ad maiorem cautelã explicitè declaratur, in dicta præcedenti sententia Reuerendiss. D. Terracinen. non esse compræhensam tertiam partem bonorum iure legitimæ Philippo debitam; Hinc enim dũ in hac parte dictam præcedentem sententiam declarauit, nullo pacto hoc prætextu potest de iniustitia redargui.

14 Non obstat quarto, † quod Diana in petitione vsusfructus non præstiterit, nec obtulerit cautionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, prout de iure requiritur *per text. in l. si vsusfructus in princip. ff. de vsufruct.*

Quia sub eademmet die, qua Claudius eius pater ipsius nomine codicillos acceptauit, & obtulit se, & filiam paratos recipere dotem iuxta illorum formam, & tenorem, vt supra dictum est, obtulit etiam huiusmodi cautionem præstare, omniaque adimplenda adim-

15 plere, *dicto Summariolo dicto num. 2.* † & tamen stante lite pro parte Philippi contra eam instituta super nullitate, & intelligentia dictorum codicillorum (quæ adhuc nimis dirè contenditur præuia retentione proprietatis, & vsusfructus totius integræ hæreditatis, non tenebatur vtique ante rem iudicatam, & actualem dicti vsusfructus consequutionem præfatam cautionem offerre, iuxta *Theoricam Bald. in l. 2. sub num. 11. & circa fin. C. com. de leg. & in cons. 408. num. 10. lib. 1. communiter receptam, vt per Bursatt. cons. 184. num. 50. lib. 2. Ruin. cons. 91. num. 8. vers. nec obstat. lib. 2. Roland. cons. 92. num. 12. lib. 1. idemq; firmauit Rota in Auenionen. vsusfructus 4. Februarij 1637. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & 1. Iulij eiusdem anni coram Eminentiss. D. Cardinali Panzirolo in recentior. decis. 195. num. 19. & 20. & decis. 238. num. 11. part. 7. ac 29. Aprilis 1641. coram Re-*

16 *uerendissimo Domino Terracinen. §. fin.* † Ideoque prouidè processit R. P. D. meus Otthobonus, dum in sua sententia declarando per alteram præcedentem Dianam non fuisse exemptam ab onere præstandi huiusmodi cautionem, ad illius præstationem ipsam adstrinxit, quod satis esse probant *Castr. in l. 1. num. 5. vers. quid si nõ obtulit, C. de vsufruct. & Dec. cons. 418. num. 18.*


17 Quinto denique † nec subsistere visum fuit, quod cum ipsa relicta fuerit vsufructuaria, dummodo conuixerit, & cohabitauerit cum prædicto Philippo communi filio, sequuta morte ipsius filij, vsusfructus censeatur extinctus per ea, quæ tradunt *Menoch. cons. 970. n. 26. & Modern. Mantuan. contr. 50. num. 8. cum seqq.*

18 Fuit enim responsum, † quod huiusmodi conditio cohabitandi cum filio adiecta, dumtaxat intelligitur donec possit impleri, durante scilicet vita ipsius filij; ipso verò defuncto non operatur legati resolutionem, & extinctionẽ, sed illud integrè debetur vxori legatariæ superuiuenti, donec ipsa naturaliter viuat, ea scilicet ratione, quia Testator relinquendo vxori vsumfructum omnium suorum bonorum censetur, illum reliquisse contemplatione ipsius vxoris, non autem filij vniuersalis hæredis instituti, etiamsi cum eo cohabitare deberet, & proinde per mortem ipsius hæredis legatum non remanet extinctum, vt reiectis contrarium sentientibus sequendo, *Anchar. cons. 185. vers. saluo tamen saniori consilio, Dec. cons. 601. num. 4. & Purpurat. cons. 416. per tot.* iuxta magis communem, & veriorem opinionem firmauit *Rota in Ferrarien. legati 4. Febr. 1626. coram bo. me. Manzanedo, in recent. decis. 636. per tot. part. 8.*

19 Idque † præsertim in casu nostro, quo ante dictam conditionem cohabitãdi Testator apposuit alteram conditionem seruandæ viduitatis, ibi, *quousque tamen, & donec ipsa Domina Diana naturaliter vixerit, & vitam vidualem duxerit, & dummodo conuixerit, & cohabitauerit cum prædicto D. Philippo.* Hinc enim multò magis censeri debet, legatum fuisse relictum cõtemplatione vxoris, non autem filij, dum conditio viduatis præcedit conditionem cohabitationis; & vsusfructus relictus legitur pro toto tempore vitæ ipsius legatariæ, vt notat *Dec. d. cons. 601. num. 5. vers. & cum respectu vxoris, illumque sequitur, Rot. in d. Ferrarien. Legati numer. 8. cum quatuor seqq.*

20 Ponderando insuper, † quod Testator simpliciter apposuit legatariæ dictum onus cohabitandi, nec vlterius processit aliter prouidendo in casu, quo non cohabitauerit. Vnde quicquid sit, quando Testator aliter prouidet. Certum est, quod in casu non factæ vlterioris prouisionis nullatenus legatum extinguitur per mortem hæredis, sed durat durante vita legatariæ, vt distinguendo tradit *Modern. Mant. d. cons. 50. num. 21.*

Atque ita resolutum fuit vtraque parte informante, &c.



R. P. D.

R. P. D. MELTIO.
Postea Episcopo PAPIEN.
Rauennateñ. seu Ferrarieñ. pecuniaria.

Veneris 5. Martij 1649.

ARGVMENTVM.

Plenè in hac decisione declaratur Constitutio Concilij Lateranensis laicis ius decimandi prohibentis, & hinc benè distinguitur quando facultas percipiendi decimas differat à iure decimandi, ad hoc vt illa in laicis possit adaptari, hoc autem non.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas probatur ex concursu omnium requisitorum, de quibus in vulg. dec. Caputaquens.*
2 *Citatio ad totam causam sufficit ad tollendam nullitatem ex defectu citationis.*
3 *Citatus ad totam causam, si non compareat potest ad vlteriora procedi absque alia vocatione.*
4 *Contradictæ, non comparente citato potius seruantur ex vrbanitate, quàm ex necessitate.*
5 *Nullitas ex defectu citationis non attenditur, si non docetur, quod si quis fuisset citatus iudicium impedire potuisset.*
6 *Ius decimandi non potest esse in dominio laicorum, & num. 29.*
7 *Decimandi spiritualitas à iure decimandi segregari non potest.*
8 *Ius decimandi aliud est, aliud verò res, quæ dantur nomine decimarum.*
9 *Facultas percipiendi fructus decimales consistit in mera temporalitate, & ad socios pertinere potest.*
10 *Concessio decimarum, & iuris decimandi differunt inter se.*
11 *Concessio facta laicis principaliter, & nominatim de decimis, & iure decimandi non restringitur ad fructus decimales, sed corruit in totum, & sup. num. 7. cum seqq. ac per tot. decis.*
13 *Alienatio expressè facta de vsufructu nō substinetur nec etiam respectu commoditatis.*
14 *Ius percipiendi fructus decimales nomine proprio in laicis fuit à Concilio Lateranense prohibitum.*
15 *Vna eademque res non debet diuerso iure censeri.*
16 *Facultatem concedendi ius spirituale decimandi laicis, quam olim Bonifacianam Constitutionem comprǽhendere reputabatur, erroneam declarauit Paulus Papa V.*
17 *Voluntas regulari debet à potestate, & capacitate.*
18 *Obseruantia declarat quid fuerit in concessione comprǽhensum.*
19 *Obseruantia interpretatiua vsui etiam actu declaratur.*
20 *Factum, quod quis approbauit amplius impugnare non potest.*
21 *Declarationi Papali standum est.*
22 *Ius spirituale non est laicis concessibile.*
23 *Interpretatio non admittitur in claris.*
24 *Clausula,* omni meliori modo *quid operetur, & num. 27.*
25 *Ius decimandi vbi est concessum mentio fructuum stat consecutiuè.*
26 *Concessio nulla in parte substantiali corruit in totū.*
28 *Clausulæ accessoriæ non alterant naturam principalis dispositionis.*
30 *Clausulæ accessoriæ participant naturam principalis dispositionis.*
31 *Concessio iuris decimandi facta laicis semper est inualida.*
32 *Locatio iuris decimandi laicis fieri non potest nec ad modicum tempus.*
33 *in Affictu fit translatio dominij.*
34 *Conductor decimarum quando ratione vtilis dominij dicatur dominus.*
35 *Protestatio contraria facto non attenditur.*
36 *Clausula in censu apposita de contrahendo ad formā Pianæ constitutionis quid operetur.*
37 *Concessum ad tempus, post tempus censetur prohibitum.*
38 *Conditione non adimpleta beneficium resoluitur.*
39 *Conditio petendi inuestituram intra tempus præfixum quid operetur.*

DECISIO CCXCI.

SENTENTIA Rotalis concedens Capitulo, & Canonicis Cathedralis Ecclesiæ Rauennatñ. reintegrationem ad quasi possessionem decimarum, & iuris decimandi, eo quia inuestituræ per dictum Capitulum factæ ad fauorem DD. de Tassonis, continent ius decimandi, cuius laici sunt prorsus incapaces, visa fuit valida, & iusta, ac proinde illam confirmandam esse Domini responderunt.

Validitas autem probatur ex concursu om-
1 nium requisitorum, † de quibus per *Caputaq. decis.* 160. *par.* 2. Neque illa valet impugnari ex defectu citationis, dum non fuerunt citati aliqui ex reis in commissione Rotali nominati. Quia respectu Galeatij primi acquirētis, cum de tempore litis introductę in Curia super nouo iudicio reintegrationis ex hac vita migrasset, proculdubio contra ipsum exequi non poterat citatio, minusque citandus erat Nicolaus, qui cum sit nepos primi acquirentis, & inuestitura comprǽhēdat tantùm primum inuestitum, eiusque filios, vt ex tenore dictæ inuestituræ relatæ *in summ. Capituli num.* 6. nullum interesse potest prætendere in hac causa. Et nihilominus cum tam Fornaccinus actor specialiter deputatus in hac causa ab Elisabetta Estensi matre, ac tutrice testamentaria dicti Nicolai *eodem summ. Capituli num.* 3. quam alij Procuratores aliorum DD. de Tassonis, qui in iudicio de partibus interuenerant, fuerint personaliter citati vigore dictæ commissionis
2 Rotalis ad totam causam *summ. num.* 4. † talis citatio generalis sufficit ad tollen. nullitatem ex defectu citationis prouenientem, *l. si Prætor, de iudic. l. consentaneum, C. quomod. & quando iud. Castr. in l. ad peremptorium num.* 6. *ff. de iudic. Rota coram Seraphin. decis.* 1455. *num.* 8. *vers. secunda nullitas, Misinger. obser.* 71. *sub num.* 1. *cent.* 3. *Modern. de citat. tom.* 2. *cap.* 11. *num.* 437. ex simili enim citatione censetur satisfactum defensioni natu-
3 rali, † itaut si citatus postea non compareat, possit ad vlteriora procedi absque alia vocatione, *cap. consuluit de offic. delegat.* Et licèt stylus

Curiæ

Curiæ sit, non comparente citato, procedere
4 per contradictas; † istud tamen respicit quandam potius vrbanitatem, quàm necessitatem, & substantiam causæ, *Rot. diuers. decis. 332. nu. 3. par. 3. lib. 3. in antiquis decis. 4. de dol. & contumac. in nou. decis. 8. de testib. Put. decis. 381. circa fin. lib. 2.* cū pluribus alijs relatis per eumdem *Modern. de citat. d. cap. 11. num. 440. & Adden. ad Greg. dec. 430. num. 6.*

Eoque minus Domini dixerunt esse attendendam hanc prætensam nullitatem ex defe-
5 ctu citationis, † quia nec docetur, quod etiāsi ipsi fuissent citati, & auditi, potuissent impedire huiusmodi reintegrationem, vel aliquid adducere, quod traheret Rotam in diuersam sententiam, *Alex. in l. non solum, §. morte num. 47. ff. de nou. oper. renunciat. Crauett. cons. 179. nu. 6. vers. pro hoc adduco, Surd. cons. 181. num. 27. cum sequen. & cons. 227. num. 17. Vant. de nullit. tit. quib. mod. sent. null. repar. poss. nu. 107. cum plur. cumulatis per Surd. loco citato.*

Iustitia pariter dictæ sententiæ controuerti non potest ex plenè deductis in binis decisionibus in hac causa emanatis coram R. P. D. meo Cerro sub diebus 25. Februarij, & 26. Iunii anni 1647. & illa clarè resultat ex nullitate
6 inuestituræ factæ de decimis, & iure † decimandi, quæ sub commercio Laicorum esse non possunt propter resistentiam Concilij Lateranensis, de quo *in cap. prohibemus de decimis.*

Neque obstat vnicum fundamentum scribentium pro parte dd. de Tassonis, quod dicta inuestitura substineri debeat respectu cōmoditatis, & emolumenti, quorum Laici sunt capaces. Nam quidquid dicendum esset quādo concessio cantaret simpliciter de decimis, quo casu quæri posset, an intelligeretur concessum primario ius decimandi, vel mera perceptio decimarum, quæ temporalis est, & ab ipso iure spirituali seiuncta; In proposito casu, quia inuestituræ nedum quæ vltimo loco de anno 1608. factæ fuerunt ad fauorem Iulij, & Galeatij de Tassonis, sed quæcumque aliæ antecedentes relatæ in *summ. impresso Capituli num. 2. 3. 4. & 5.* continent expressam concessionem decimarum, & iuris decimandi, res visa fuit extra omnem difficultatem, vt nempè sub dicta concessione veniat non solum commodi-
7 tas prout est quid tēporale, † sed ipsa spiritualitas, quæ à iure decimandi segregari non potest, *gloss. in cap. quamuis verb. concesserit, de decimis, & in can. peruenit 3. q. 1. verb. laicalibus, & in cap. 2. verb. statutum de locat. D. Tho. 2. 2. q. 87. art. 3. vers.*
8 *respondeo,* vbi quod aliud est ius † decimandi, aliud res, quæ dantur nomine decimarum, & hanc distinctionem sequitur *Bald. in l. vsusfructus 67. in lect. antiq. num. 2. vers. noto quod licet ius decimarum, ff. de iur. dot. Decian. cons. 22. num. 36. & 37. lib. 1.* Vis enim iuris decimandi consistit in perceptione decimarum propria auctoritate de manu colentium prædia, quæ trahit secum ius spirituale, & valde differt à sola facultate percipiendi fructus decimales nomine Eccle-
9 siæ, † quæ sola vti consistens in mera temporalitate ad laicos pertinere potest, *Abb. in cap. ad hæc num. 4. vers. & intelligo hoc de decim. Azor. instit. moral. lib. 7. cap. 34. q. 7. tom. 1. Suar. de Relig. lib. 1. cap. 25. num. 6. Rebuff. de decim. q. 10. num. 34. in fine, Grat. discept. forens. cap. 238. nu. 21. cum seqq.* sic etiam *Peregr. cons. 74. sub n. 12. lib. 1.* ibi, de decima, & iure decimandi, & in specie inter cō-
10 cessionem decimæ, † & iuris decimandi post *Calderin.* distinguit *Barbos. in l. Titia 35. sub num. 43. vers. quia quando, & sub num. 46. vers. & ideo, ff. solut. matrim. Couar. var. resol. lib. 1. c. 17. sub n. 5.* ibi; Decimarum fructus non quidem ius ipsū percipiendi decimas, *Giouagn. resp. 27. num. 27. & 28. lib. 2.* Hancque opinionem in præcisis terminis concessionis factæ æquè principaliter, ac nominatim de decimis, & iure deci-
11 mandi, † quod non valeat restringi ad fructus decimales, sed in totum corruat, firmauit sępius *Rota,* & signanter *decis. 545. num. 2. part. 4. recent. Mediolanen. rescissionis permutationis 21. Maij 1597. coram rec. mem. Card. Hieronymo Pamphilio, Albiganen. decimarum 25. Iunij 1627. coram bon. me. Card. Virili.* ac in alijs relatis in secunda decisione ædita in hac causa *coram R. P. D. meo Cerro in §. obiectum.*

Vllus neque doctor ex allegatis pro parte
12 dd. de Tassonis præfatæ conclusioni † repugnat, vel loquitur in concessione iuris decimandi; nam *Bald. cons. 274. num. 1. lib. 5. & Giouagn. respons. 27. num. 30. lib. 2.* loquuntur vbi de decimis cantat concessio, vel locatio, *Bero. cons. 84. num. 41. cum sequen.* loquitur de decima temporali, *& Diu. Thom. 2. 2. q. 87. art. 3. ad 3.* de perceptione decimarum nomine Ecclesiæ, *Grat. discept. 238. num. 25.* non repugnat, imò suffragatur huic opinioni, dum firmat aliud esse ius, aliud fructus, seu vtilitatem, quę ex dicto iure percipitur. Et exemplum de vsufructu alienabili respectu solius commoditatis, retorquetur; nam quando venditio, seu translatio facta fuit expresè de vsufructu (multo magis si de iure vsusfructus) dicta translatio non su-
13 stinetur, nec † etiam respectu commoditatis, *Monter. decis. 46. num. 16. Castill. de vsufruct. cap. 69. num. 9.*

Quæ eo magis procedere videntur dum concessio, de qua agitur facta apparet de decimis, & iure decimandi reseruato solum pro Ecclesia directo dominio, ex qua quidem reseruatione sequitur fuisse in inuestitos de Tassonis translatum vtile dominium includens facultatem percipiendi fructus decimales no-
14 mine proprio; † quod tamen fuit per Concilium Lateraneñ. prohibitum, vt declarant *Ab. in d. cap. ad hæc 15. num. 4. vers. in effectu volunt de decim. Monet. tract. de decim. cap. 5. num. 68. Laim. Theolog. moral. lib. 4. tract. 6. cap. 6. num. 4. vers. deinde verò, Barbos. d. l. Titia d. num. 47. vers. sed quando vtil. ff. solut. matr. Grat. discept. forens. cap. 238. sub num. 22.*

Præterea actum fuisse de decimis prout sūt quid spirituale arguitur ex eo quoque, quod plures inuestituræ, & præsertim illæ factæ ad fauorem DD. de Tassonis, loquuntur de iure decimandi pro duabus partibus pro indiuiso cum Rectoribus Ecclesiarum, qui cum percipiant eorum tertiam partem nomine proprio, & ratione administrationis spiritualium,

bene

bene exinde infertur, quod etiam Concessio-
narij in partibus sibi pro indiuiso, & coæqua-
15 liter concessis proprio nomine percipere† va-
leant, ne alioqui vna, & eadem res diuerso iu-
re censeretur contra *vulgat. Text. in l. in hoc iure,*
ff. de vulgar. & pupillar. & ita in indiuiduo di-
ctum fuit *in d. Albinganen. decimarum coram Card.*
Virili §. quarto quia, & in Ferrarien. decimarum co-
ram bo. me. Pirouano, quæ est 684. *par.* 1. *recent. num.*
2. *&* 3.

Accedit etiam, quod ex quo de tempore
inuestituram vigebat communis illa reputa-
tio, quam postea erroneam declarauit fel. rec.
Paulus V. per suam particularem Constitu-
16 tionem, † vt in generalitate Bonifacianæ cō-
præhenderetur facultas concedendi ius spiri-
tuale decimandi, & decimas percipiendi, prout
testatur *Rimin. iun. conf.* 429. *num.* 25. & expresse
declararunt statuentes *lib.* 2. *cap.* 127. *summ. im-*
presso Capituli num. 8. vt exinde sequatur in di-
ctis concessionibus actum fuisse de decimis
17 spiritualibus regulando voluntatem† à pote-
state, & capacitate, quam Ferrarienses opina-
bantur habere iuxta cōsuetudinem Regionis,
& communem intellectum, *Abb. in cap. ex par-*
te num. 3. *de censib. Bart. in l. viros num.* 1. *C. de diuers.*
offic. lib. 12. *Ias. in l.* 1. *num.* 11. *vers. tertio principa-*
liter, ff. si quis ius dicen. non obtempor. Gabr. concl. 1.
nu. 67. *de consuet. lib.* 6. *Mant. de tacit. & ambig. lib.* 3.
tit. 19. *num.* 22. qui communis intellectus com-
probatus etiam fuit ex subsequuta obseruan-
tia, dum postea inuestiti dictum ius deciman-
di nomine proprio, nullaque facta mentione
Capituli alijs vendiderunt, *summ. Capituli nu.* 2.
& ad instañ eorundem inuestitorum promul-
gata fuerunt ab Ordinario ædicta contra de-
bitores decimarum, ne segetes ab agris amo-
uere auderent absque licentia ipsorum, decla-
18 ratur namque ab obseruantia quid fuerit in
concessione compræhensum, ex allegatis per
Surd. con. 527. *num.* 11. *Rot. deci.* 261. *num.* 4. *dec.* 301.
num. 8. *par.* 1. *recent.* & in specie *Rota in d. Albin-*
ganen. decimarum coram Virili, §. tertio quia, ibi, &
in executionem Rodini ab ipsis Parochianis exegerunt
19 *&c.* & pro obseruantia interpretatiua † suffi-
cit vnicus actus, *Decian. respons.* 51. *num.* 55. *lib.* 2.
Rota decis. 136. *num.* 6. *decis.* 419. *num.* 6. *par.* 1. *recen.*
20 Vnde Tassoni modo nequeunt † contrarium
profiteri, & intellectum ab ipsismet iam da-
tum controuertere, *l. post mortem, ff. de adopt.*

Sed prædicta visa fuerunt euidentius com-
probari ex Bulla Pauli V. Nam illa declarat
litteras Bonifacij non compræhendisse, neque
compræhendere ius decimandi, indulgetque,
vt concessiones fiant de nouo, non quoad ius
decimandi, nec quoad decimas, sed quoad ip-
sarum decimarum emolumentum tantum,
de quo tamen laici teneantur infra biennium
accipere nouam inuestituram, aucto canone:
21 ergo ex huiusmodi declaratione, †cui tamquā
Papali, & ex certa scientia standum est, *Angel.*
consf. 274. *num.* 1. *post med. &* 2. *Bellam. conf.* 33. *num.*
39. *&* 41. *Dec. cons.* 114. *& pro tenui num.* 5. rema-
net sublata omnis difficultas, quandoquidem
apparet, quod pro validitate fieri debet con-
cessio de sola commoditate, & facta de deci-
mis, & iure decimandi non sustineatur.

Non obstat, quod verba illa posita in inue-
stituris *Decimas, & ius decimandi*, intelligenda
sint secundum potentiam, ac facultatem Ca-
pituli concedentis, & capacitatem laicorum,
& ita de iure percipiendi ex decimis id, quod
22 est temporale, † non autem de iure spirituali
non concessibili, *ad text. in cap. fin. ne Prælat. vic.*
suas, quia obiectum posset procedere quatenus
versaremur in casu dubio; tunc enim locus
fieret ex præsumpta mente concedentis, & ex
capacitate subiecti, secus est quando inuesti-
turæ expresse loquuntur de iure decimandi.
Nam tunc clara est mens concedendi, & con-
sequendi decimas ipsas, ipsumq; ius decimā-
23 di, in claris autem non est opus confugere ad
interpretationem aliquam, *ex l. ille aut ille* 25.
§. cum in verbis, de leg. 3. *Cyriac. controu.* 210. *nu.* 12.
Rot. decis. 135. *num.* 8. *&* 9. *par.* 7. *recent.*

Nec etiam releuat, quod concessiones lo-
quantur de decimis, iure decimandi, fructus-
que decimales percipiēdi, & ita quatenus sub
iure decimandi veniret ipsa spiritualitas, pos-
sint nihilominus diuidi, & sustineri respectu
perceptionis fructuum ex clausula *omni melio-*
24 *ri modo*, † quæ apposita in inuestituris opera-
tur, vt si illæ non possint sustineri eo modo,
quo fuerunt factæ, valeant, & sustineantur
omni alio meliori modo, *ex notat. per Scribent.*
in l. 1. *§. si quis ita ff. de verb. oblig. & in cap. cum su-*
25 *per in offic. delegat.* quia vbicumque est † con-
cessum ius, mentio fructuum stat consecuti-
uè à dicto iure, eundemque admittit spiritua-
litatis intellectum, vnde tota inuestitura cor-
ruit, prout aliàs dixit *Rota* in iam allegata *de-*
cis. 545. *num.* 2. *par.* 4. *recent. & in Albinganen. coram*
Card. Virili, & in terminis nullitatis concessio-
26 nis in parte substantiali, †vt in totum illa cor-
ruat ratione connexitatis, & indiuiduitatis fir-
mauit *Rota decis.* 30. *num.* 3. *&* 4. *par.* 1. *&* 176. *nu.*
44. *par.* 5. *recent.* non obstante dicta clausula,
27 *omni meliori modo*, † quæ apta de per se non est
ad vim addendam, atque effectum tribuendū
actui reuera nullo, *Ancharan. cons.* 358. quem se-
quitur *Menoch. de arbitr. iud. lib.* 1. *q.* 17. *num.* 4. *cum*
seqq. Dec. cons. 413. *nu.* 9. *vers. quia clausula, Barbos.*
de clauf. clau. 95. *num.* 60.

Minusque refragantur clausulę *ad habendum*
vsumfructuandū &c. positę in vltima inuestitura
dicti anni 1608. relata *in summ. impresso Capituli*
num. 6. ex quibus informantes pro Tassonis
prætendunt restrictionem concessionis ad so-
28 lam commoditatem emolumētorum. †Quia
tamquam accessoriæ nō habent alterare prin-
cipalem dispositionem contractus, *Dec. consil.*
413. *num.* 9. *vers. quia clausula, Curt. iun. cons.* 56. *n.* 3.
Franc. decis. 6. *num.* 6. propteream cum princi-
29 paliter fuerit alienatum ius decimandi, †quod
vti spirituale sub commercio laicorum esse
non potest, vt præter iam allegatos testantur
Abb. & Imol. in cap. cum Apostolica de ijs, quæ fiunt
à Prælat. Felin. in cap. causam quæ nu. 3. *de præscript.*
Rebuff. de decim. q. 13. *num.* 69. *Rota decis.* 215. *par.* 2.
diuers. & in Pampilonen. decimarum 29. *Octob.* 1599.
coram bo. mem. Card. Hieronymo Pamphilio, dictæ
30 clausulæ respiciunt fructus, † qui ratione
conne-

connexionis participant de eadem ſpiritualitate, prout bene *Grat. diſcept. forenſ. cap.* 238. *num.*61.

Viſum pariter fuit ſatis leue argumentum deductum ex eo, quod inueſtituræ factæ fuerint iure perpetualis affictus, & ita titulo ſimplicis locationis, quæ conductori aliud ius nõ tribuit, quam percipiendi fructus ex re conducta: Nam dum conceſſio facta fuit laicis de
31 iure decimandi, quod eſt ſpirituale † ſemper
eſt inualida ſiue facta appareat per modum infeudationis, ſiue locationis, vt benè firmat *Abb. in d. cap. ad hæc num.*4. *verſ. & intellige hoc de decim. Rodoan. de reb. Eccleſ. non alien. q.*63. *numer.*5.
32 *verſ. nec etiam poteſt laico locari*, etiamſi † dicta
locatio fieret ad modicum tempus, *Abb. d. cap. ad hæc, num.*7. *verſ. nam ius decimandi, Rodoan. q.*63. *nu.*6. quod fortius procedit, quia hic demonſtratur, vt facta fuerit iure principalis affi-
33 ctus, † per quem fit translatio dominij vtilis,
*ad text. in l.*1. §. *quod autem, ff. de ſuperfic. Abb. vbi ſupra num.* 4. *verſ. ſed per conceſſionem ad modicum tempus, Caſtr. in l. vſusfructus* 58. *col. vlt. in princip. verſ. vnde facit num.*3. *ff. ſolut. matr. Mantic. de tacit. & ambig. lib.*5. *tit.*3. *num.*11. *in fin.* facta autem
34 translatione vtilis dominij † conductor efficitur
Dominus decimarum antequam illæ ſint perceptæ, eaſque colligit nomine proprio contra diſpoſitionem *d. cap. prohibemus de decim. Grat. d. cap.*238. *num.*22.

Neque vllius eſt releuantiæ, quod conceſſiones factæ fuerint ſequendo formam Bonifacianæ, in qua ſan. mem. Paulus V. declarauit non compræhendi decimas, & eius decimandi, ſed ſolum decimarum emolumentum.

Quia dicta Bonifaciana non loquitur de decimis, & iure decimandi, neque mentionẽ aliquam facit de fructibus ſeparatis ab ipſo iure, ſed generaliter declarat de bonis, & iuribus Eccleſiarum remouendo caducitatem ob non ſolutum canonem; & in hac qualitate verificatur relatio ad Bonifacianam, non autem reſpectu emolumenti, de quo illa nominatim, & expreſsè nihil diſponit; imò cum communiter crederetur Bullam Bonifacianæ compræhendere etiam ius decimandi, ex mẽtione *Iurium*, cum dictione illa vniuerſali, *quæcumque*, motiuum retorquetur, & relatio ad Bonifacianã patefacit intentionem contrahentium fuiſſe transferendi ius decimandi, prout eſt quid ſpirituale iuxta opinatam capacitatẽ Ferrarienſium, licèt erroneè; & idcircò ad occurrendum vlteriori abuſui, & corruptelæ emanauit Paulina declarans Bonifacianam non compræhendere decimas, & ius decimandi, & ceſſat difficultas omnis, quia cum inueſtitura loquatur in ſpecie de iure decimandi ſpirituali non poteſt ſuſtineri in vim ſimplicis relationis ad Bonifacianam quatenus illa de emolumento temporali diſponeret; ſtandum enim potius eſt expreſſioni iuris decimandi, quam relationi, ſeu ſimplici proteſtationi de contrahendo iuxta formam Bonifa-
35 cianæ, † cum talis proteſtatio ſit contraria
facto, *Peregr. de fideicomm. art.*16. *num.*111. *verſ. limita, Surd. conſ.*440. *num.*54. *& ſub num.* 55. *& conſ.*524. *num.*15. *&* 16. alijque relati ab *Adden. ad Buratt. deciſ.*52. *num.*13. *Rot. in Romana attentatorum* 27. *Aprilis* 1640. *coram R.P.D. meo Bichio*, & quod contrahens per huiuſmodi proteſtationes non poſſit efficere, vt ille contractus, qui in ſui formalitate directè cõtrariatur Bonifacianæ illi conueniat, cenſeaturque factus, & celebratus iuxta illius formam, egregiè explicat *Boccacc. de cenſib. par.*2. *num.* 138. *& ſeqq. Surd. conſ.*318. *num.*22. præſertim dum dicta relatio poteſt operari ſuum effectum quoad remiſſionem canonis, & alia priuilegia in eadẽ Bonifaciana expreſſa. Ponderãdo etiam, quod inueſtituræ, de quarum validitate nunc agitur non ſunt relatiuæ ad Bonifacianam tantum, ſed etiã ad antiquas inueſtituras, quæ loquebantur de iure decimandi.

Obeſſe neque videtur ſimile adductum de pactis illicitis appoſitis in contractu cenſus cum proteſtatione, contrahendo iuxta formã Bullæ Pianæ. Nam licet huiuſmodi proteſtatio ſuſtineat contractum in alijs non illici-
36 tis quando concepta eſt verbis † ampliſſimis,
itaut totum id, quod repugnat Conſtitutioni Pianæ habeatur pro non appoſito, & reducatur ad illius formam, verumq; ſenſum, iuxta quem intendunt velle contrahere, & nõ alias, aliter, nec alio modo, in quibus terminis loquuntur *Giurb. deciſ.*85. *num.*8. *&* 9. *Rot. dec.*374. *num.*18. *apud Cenc. de cenſ.* ſecus eſt quando dicta proteſtatio ſimpliciter, vt in caſu iſto, concepta fuit, vt benè diſtinguendo declarat *Cenc. de cenſ. q.*61. *num.*3. *&* 7.

Non obſtat deniq; quod vigore dictæ Paulinę Taſſoni prætendant nouam inueſtituram quoad ſolum emolumentum. Quia cum facultas fuerit per dictam Conſtitutionem reſtricta ad tempus biennij expiratum vſque de anno 1621. & ſic per longum tempus non videtur, quod amplius ſit locus renouationi in-
37 ueſtituræ, ex regula, † quod conceſſa ad tem-
pus poſt tempus prohibita cenſentur ad tradita per *Surd. deciſ.*75. *num.*1. *&* 2. *& deciſ.* 291. *num.*21.

Quo verò ad prætenſam reſtitutionem in integrum. Vltra quod illa nõ petitur in actis, nec cadere videtur ſub diſputatione præſentis dubij, Domini tranſierunt cum reſponſionibus iam datis in prima, & ſecunda deciſione in hac cauſa emanatis corã R.P.D. meo Cerro. Quibus addebant etiam, vt cum verſemur in inueſtituris ab initio nullis, Taſſoni dicantur deſtituti omni titulo, vnde non poſſunt applicari termini reſtitutionis in integrũ, quæ ſupponit aliquod ius ſemper radicatum in ipſis petentibus ab initio; ſumus enim in ſimplici beneficio Principis conceſſo ex cauſa lucratiua, & ſub conditione accipiendi nouam inueſtituram infra biennium cum augu-
38 mento canonis, † qua conditione non adim-
pleta beneficium reſoluitur, & habetur perinde ac ſi conceſſum non fuiſſet, ex plene deductis per *Gabr. conſ.*162. *per tot. lib.*1. *Cyriac. controu.* 240. *num.*14. *Corbul. de iur. emphit. tit. de cauſ. priuat. ob non ſolut. canon. ampliat.*28. *num.*4. vbi in ter-
39 minis de non adimpleta conditione † petendi

di inuestituram intra tempus prefixum, *Rota decis. 572. num. 3. par. 1. & decis. 869. in fin. vers. nec sumus par. 1. diuersor. & decis. 282. num. 11. apud Pacif. de saluian. Greg. XV. decis. 559. num. 6. & ibi Adden. num. 10. limit. 3. & decis. 203. num. 20. par. 6. recen. in Toletana decimarū de Saiedon 13. Iunij 1590. coram Penip inter eius impressas decis. 93. num. 8.* & in terminis concessionis sub conditione ali-
40 quid adimplēdi infra certum tempus, † quod eo elapso mora sit impurgabilis, nec competat restitutio *Staiban. iux. resol. forens. 36. num. 12. & resol. 17. num. 11.*

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum, &c.

R. P. D. PEVTINGERO.

Bononień Fideicommissi de Glauarinis.

Veneris 5. Martij 1649.

ARGVMENTVM.

Bona Viri vrgentis ad inopiam, benè possunt retineri à muliere loco pignoris, pro cautione suæ dotis, an autem, & quando hoc ius retentionis ad successores transmittere possit, clarè demonstratur.

Remedium Auth. res quæ, C. commun. de leg. licet sit subsidiarium, tamen mulier pro suæ dotis recuperatione non tenetur excutere bona libera penès tertios existentia, sed directè agere potest contra bona fideicommissaria.

SVMMARIVM.

1 *Retentio bonorum viri competens vxori etiam soluto matrimonio, transmittitur in successores.*

2 *Bona viri vrgentis ad inopiam, assignata vxori pro suæ dotis cautione, detinentur dumtaxat, sed non possidentur à d. muliere.*

3 *Mulier vrgente viro ad inopiam potest retinere illius bona pro cautione suæ dotis, & an possit hoc ius alteri cedi.*

4 *Retentio rei hipothecatæ ad effectum, vt alijs concedi possit, sola ius detentio sufficit.*

5 *Dos consequi potest ex bonis subiectis fideicommisso ascendentium.*

6 *Dos quemadmodum ab vxore recuperari poterat in bonis fideicommissarijs ascendentium viri, ita pariter ab illius successoribus extraneis.*

7 *Dos consequi non potest in bonis fideicommissarijs transuersalium.*

8 *Affrancatio facta nomine hæreditario, bona affrancata acquiruntur hæreditati, & quid si alio nomine facta fuerint, num. 10.*

9 *Confessio superat omnem aliam probationem.*

11 *Dispositiua, & veritas actus de iure attenditur, non autem enunciatiua.*

12 *pro Dotis recuperatione mulier non tenetur excutere bona libera penès tertios existētia, sed directè agere potest contra bona fideicommissaria.*

13 *Vxor benè potest retinere bona viri, quæ penès se reperiebantur ex auctoritate iudicis, & iure optionis iudicialis.*

DECISIO CCXCII.

CONFIRMARVNT hodie Domini resolutionem captam sub die 18. Maij 1643. coram Reuerendissimo D. meo Decano, in qua dictum fuit Pieritijs super prædio nuncupato della strada, competere retentionem pro credito dotali Lauræ: Quia ex eodem Instrumēto, & hipotheca dotali de anno 1611. celebrato plenè iustificantur iura dotalia Lauræ in summa libr. 7000. vt in Summ. responsionis dd. de Pieritijs *num. 1.* illaque fuisse per eamdē cessa Pieritijs ex Instrumento cessionis appa-
1 ret eodem Summ *num.* 2. quarum vigore ius retentionis vxori etiam soluto matrimonio competens in ipsos transit, *iuxta l. eum, qui à debitore 18. ibique Bart. circa med. vers. respondeo, ff. qui potior. in pign. hab. l. in omnibus causis 69. vers. ibi vero genus, ff. de reg. iur. l. si potiores la 3. C. de his, qui in prior. credit. loc. success. Mantic. decis. 69. sub num. 3. vers. diuersum est autem, Buratt. decis. 286. n. 9 vers. vnde, & multo magis, Rota decis. 56. nu. 3. vers. sed mulier potuit tom. 2. & decis. 595. num. 5. vers. & potest vxor tom. 3. par. 4. recent.*

Et magis quia controuerti non potest clara possessio Lauræ, ac Periziorum habentium causam, & ius retentionis ab illa, vt latè comprobatum fuit in hac causa *sub die 18. Maij 1643. §. quod autem coram d. Reuerendissimo D. meo Decano.*

2 Nec refert, † quod hoc prædium à Laura viro suo ad inopiam vrgente tamquam sibi pro suæ dotis cautione assignatum, detentum dumtaxat fuerit, non autem ab ipsa possessum, *l. si constante 25. ff. solut. matrim. l. vbi adhuc 29. C. de iur. dot. Alex. cons. 142. num. 13. & seq. lib. 5. Goz-*
3 *zad. cons. 42. num. 14. vers. sed in casu nostro,* † & hoc ius tāquam personale Pierizijs à Laura proinde cedi non potuerit.

4 Quia † ad effectum concedendi retentionē rei hipothecatæ sola eius detentio sufficit, *l. vnica in 2. respons. & ibi Bald. sub num. 1. vers. nota bene, & sub num. 3. vers. conclude, C. etiam ob Chirograph. pecun. pign. ten. poss. Caualer. decis. 446. sub num. 8. vers. pariter dum opponebatur, & seq.*

Neque Pierizij vtuntur simplici iure præ-
5 tendi assecurationem dotis, † sed iure consequendi, & recuperandi dotem vigore Instrumenti, ac hipothecæ dotalis ex bonis subiectis fideicommisso ascendentium, quod ipsi Lauræ eorumdem Auctrici competebat, *iuxta*
6 *auth. res quæ, C. commun. delegat.* † Quod ius tamquam doti, & eius actioni cohærens etiam successores extraneos rectè transferri potest, vt pluribus relatis probat *Roland. cons. 85. nu. 33. vers. & concludit, Gozzad. cons. 97. num. 10. in fin. vers. & quod istud ius, Rota coram Seraphin. dec. 678. num. 11. & seq. & fuit dictum in Recanaten. manutentionis 27. Iunij 1642. §. demum nullum, coram R. P. D. meo Cerro, & in Romana Saluiani de Casalibus 11. Martij 1643. §. quo vero ad potioritatem, coram me.*

7 Minus obstat, † quod dictum prædium della Strada ad hæreditatem Antonij fratris Alexandri transuersalis spectet, & ideo tamquam subiectum fideicommisso ab eo in Instrumē- to

to donationis sub die 5. Julij 1585. ordinato, restitutioni dotis prædictæ non sit obnoxium.

Quia illud omninò visum fuit ad hæreditatem Alexandri pertinere, nec fideicommisso Antonij vinculatum esse constat; Tum quia Antonius tamquam Prior, & Præceptor Ecclesiæ S. Antonij, cuius directo dominio prædium est, ante prædictam donationem inuestiuit d. Alexandrum eius fratrem solum acquirentem pro se, & suis hæredibus, & successoribus cum clausula ad habendum, & disponẽdum, alijsque pactis in præcedentibus inuestituris contentis, in quibus expresè legitur data facultas affrancandi illud, sibique pro æquiualenti appropriandi, vt patet ex inuestitura sub die 7. Decembris 1584. Summ. vtriusque partis *num.* 1. Tum etiam, quia in eodem donationis Instrumento specialiter per orationẽ separatam meliorationes à dicta donatione etiam ad se ipsum spectantes in dicto prædio factas, excepit, illasque eidem Ecclesiæ Sancti Antonij donauit, vt cum directo dominio consolidarentur, reseruato pariter Alexandro fratri, ac eius filijs, & descendentibus masculis affrancandi, & appropriandi iure, eisdem prius ex antiquis inuestituris competen. vt in d. Summ. dd. de Pierizijs *num.* 2.

8 Vnde† postmodum sub die 7. Iulij 1592. per Gherardum iuniorem, aliosque suos fratres Alexandri filios, tamquam eius hæredes affrancatione, & appropriatione facta d. Summ. *nu.* 5. ab ipsoq; Antonio sub diebus 25. Septẽbris 1593. & 15. Decembris 1595. dicto Sum. *num.* 6. confirmata, resultat hoc prædium hæreditarium Alexandri, non autem Antonij fuisse, prout aliàs firmatum fuit *sub die 4. Maij 1640. coram R. P. D. meo Royas in §. eoque magis cũ seq. & deinde sub die 30. Maij 1642. sub princip. vers. siquidem iustificatur coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Et tollit omnẽ difficultatem propria eiusdẽ Antonij confessio, de qua in prædictis Instrumentis Summ. *d. num.* 6. vbi fatetur affrancationem, & appropriationem factam fuisse ad commodum Iulij, Gherardi, & aliorum filiorum, & hæredum Alexandri, librasque 3000. per ipsum Antoniũ solutas fuisse de proprijs pecunijs eorumdem nepotum, vt in d. Sum.

9 *num.* 6. † quæ propterea confessio omnem aliã probationem superat, *l. cum te 5. C. de trans. l. generaliter, 13. C. de non numer. pecun. Bald. cons. 192. num. 8. lib. 2. vers talis confessio, Rot. decis. 348. nu. 7. par. 6. & decis. 49. num. 4. par. 7. recent.*

10 Cui† veritati non nocet, quod in enunciatiua Instrumenti affrancationis isti nepotes etiã donatarij vocentur, quia francatio legitur facta ab eis vti hæredibus Alexandri, & pluries repetito nomine hæreditario, vt fuit dictum *sub d. die 4. Maij 1640. d. §. eoque magis coram R. P. D. meo Royas.*

11 Præcipuè, † quia de iure attenditur dispositiua, & veritas actus, non autem enunciatiua, *ad text. in l. Imperator 72. §. fin. vbi gloss. in verb. non videtur, ff. de legat. 2. Surd. dec. 322. n. 11. vers. sic contrahens, cum alijs per Rot. alleg. in d. §. eoque magis in fin. coram R. P. D. meo Royas.*

Nec releuat obiectum, quod hoc prædium de pecunijs Antonij ab hæredibus Alexandri fuerit affrancatum; quia ex partitis librorum banci de Dugliolis colligitur pecunias in causam francationis, & appropriationis impensas prouenisse ex effectibus proprijs Gherardi, & aliorum Antonij nepotum Alexandri filiorũ, non autem de pecunijs Antonij, cum d. partitæ clarè conuincat de eo tempore adfuisse in d. banco pecunias per Agentem dd. filiorum Alexandri allatas tàm ex effectibus propriarũ pensionum exactarum, quàm prædiorum, aliorumque reddituum, quæ francationi prædictæ inseruierunt.

Maximè quia ipsamet partita, quæ ad debitum istorum filiorum Alexandri creata legitur per hæc verba, *Alli heredi d' Alessandro lire 5000. per francare*, demonstrat banchum istos Alexandri filios in debitores agnouisse, vt extenuaret creditum, quod ipsi pro eorum effectibus in d. bancho allatis habebant.

Et comprobat prædicta confessio facta deinceps per Antonium in præcitatis Instrumentis.

Denique non obstat, quod Pierizij cessionarij Lauræ prius contra cætera bona libera per Gherardum eius virum distracta, quàm contra dictum prædium fideicommisso subiectum experiri debeant.

12 Quia cum † omnia bona libera Gherardi in pluribus alienationibus ab eo factis, vt iam aliàs sub die *5. Maij, & 23. Iunij 1636. coram Reuerendissimo Terracinen. decis. 126. sub num. 28. vers. quod fortius, & seq. & decis. 168. sub num. 6. vers. & maximè augetur par. 7. recent.* firmatum fuit, consumpta fuerint; Lauræ, quæ viro suo dum vixit sub fide, & contemplatione omnium ab eo tunc possessorum bonorum credidit, non tenebatur adueniente restitutionis dotis casu, tertios, in quos alienata fuerant, excutere, sed rectè super fideicommissarijs agere poterat, & sic multo magis illa, quæ penès se reperiebantur ex auctoritate Iudicis, & iure optionis iudicialis retinere. *Castrens. cons. 219. visis, & consideratis ad fin. vers. & hæc pars, lib. 1. Curt. Iun. cons. 59. sub num. 3. vers. sed quia hic tractatur, Peregrin. de fideicomm. artic. 42. num. 18. vers. contra verò, & pluribus alijs relatis, Fusar. de substit. q. 532. sub num. 10. vers. extenditur autem hæc ampliatio, Io. Bapt. Cost. de remed. subsid. remed. 6. num. 9. vers. denique.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. ARGVELLES.

Sulmonẽ Beneficij.

Mercurij 10. Martij 1649.

ARGVMENTVM.

Præsentatus à maiori parte patronorum existentium in quasi possessione præsentandi est instituendus, etiam contra compræsentatum cum derogatione medietatis vocatum, quæ non sit in quasi possessione præsentandi.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Validitas sententiæ probatur ex reuolutione processus.
2 Ius Patronatus in Regno diuidi solet in duodecim vncias.
3 Præsentatus ab habentibus plures voces est instituendus.
4 Pertinentia iuris patronatus probatur ex præsentationibus effectum sortitis.
5 Præsentatio etiam vnica si sit effectuata probat pertinentiam, & possessionem iuris patronatus.
6 Compræsentatio tribuit quasi possessionem præsentādi in præiudicium admittentis.
7 Ius præsentandi competit habenti causam ab existente in quasi possessione præsentandi.
8 Gratia concessa cum derogatione medietatis patronorum habet in ventre suppositum quod quisfuerit præsentatus à medietate patronorum existentium in quasi possessione præsentandi.

Præsentatus cum derogatione medietatis, patronorum, si præsentantes non erant in quasi possessione præsentandi nullum ius acquirit num. 8.
9 Pertinentiæ iuris patronatus præscriptio contra compatronum perficitur cursu annorum 40.
10 Ignorantia non impedit præscriptionem 30. vel 40. annorum.
11 Ignorantia neque impedit præsctiptionem annorū 20.
12 Restitutio in integrum ex capite ingnorantiæ conceditur aduersus præscriptionem quadragenariam. Contra num. 13.

Intellige vbi probabilis est ignorantia, alias secus num. 14.
14 Ignorantia post 91. annorum inuerisimilis est, & numer. 17. vbi vide.
15 Ignorantia ad effectum restitutionis in integrum debet esse probabilis, quæ nullam admittat negligentiæ notam.
16 Ignorantia ad effectum restitutionis in integrum ab allegante probari debet.
17 Scientia præsumitur ex temporis diuturnitate, locorum præuicinitate.
18 Scientia præsumitur à communiter accedentibus.
19 Restitutionem in integrum solū partes, non autem alij petere possunt.
20 Ius patronatus suaptè natura est transitorium ad quoscumque hæredes extraneos.
21 Ius patronatus non potest in simul esse gentilitium, seu mistum, & hæreditarium.
22 Status præsens etiam in iure patronatus attenditur.

DECISIO CCXCIII.

INTRA legitima tempora ad simplex beneficium patronale de quo agitur, Fabius de Sanitate, & Ioannes Laurentius Tabassius à diuersis Patronis præsentati fuerunt. Ambobus autem institutionem prætendentibus, Reuerendiss. Torres Iudex Commissarius (coram quo introducta fuit lis) pro Tabassio prouisionem Apostolicam etiam habente, pronunciauit. Ab huiusmodi sententia Fabius appellauit, & causa ad hoc Sacrum Tribunal deuoluta, * post binas decisiones coram R. P. D. meo Peutingerio emanatas sub diebus 25. Iunij 1546. & 23. Ianuarij 1647. per sententiam Rotalem fuit idem Fabius institutus. Ab ista appellauit Tabassius, & causa mihi commissa, Domini censuerunt sententiam confirmandam.

De validitate enim constare videtur ex re-
1 uolutione processus,† in quo leguntur omnia de quibus *Rota in vulg. decis. Caputaquen. 262. p. 2. in Placentina Beneficij 11. Decembris 1647. §. validitas coram me*

De iustitia minus dubitari potest, cum illa resultet ex dd. decisionibus R. P. D. mei Peutingerij, in quibus firmatur, in hoc Iurepatronatus hodie quatuor adesse Patronos ius præsentandi habentes. nempè Reuerendum Capitulum Sulmonen̄ pro quarta parte, Herculem de Sanitate per duabus ex quatuor partibus Catherinæ de Aristotele competentibus, Margatitam Capogrossam pro alijs duabus ex dd. quatuor Catherinæ, & Monachos Cælestinos pro sexta parte, vt apparet ex præsentationibus, & collationibus annis 1522. & 1552. factis (licet istæ partes non compleant assem, nec semissem componant, nec aliam integrā partem assis, nisi dodrantem; & in Regno so-
2 leat† iuspatronatus diuidi in duodecim vncias vt in *prima decis. huius causæ §. neque Tabassium, vers. vbi quod in Regno.*) Cum igitur constet Fa-
3 bium fuisse præsentatum à Capitulo, &† Herculè habentibus plures voces, certe erat instituendus *cap. 3. & ibi Gloss. in verbo qui maioribus de Iurepat. Reuerendiss. Augustinus Barbosa Episcopus Vgentin. plena* (vt super) *manu nu. 4. Rota in Compostellana Parochcialis 15. Martij 1627. §. de Iustitia vers. & consequenter coram Manzanedo, in prima decis. d. §. neque Tabassium coram R. P. D. meo Peutingerio, & in Mutinen. Beneficij 27. Martij 1648. §. nec releuat coram me.*

Quod autem ad prædictos hoc ius præsentandi spectet, in vtraque decisione fuit ostensum; Et quidem respectu Capituli ex dd. collationibus, & præsentationibus effectum sorti-
4 tis, † ex quibus benè pertinentiæ probatio deducitur, vt dictum fuit in *prima decis. in princ. vers. itaqua cum de anno 1580. corā R. P. D. meo Peutingerio, & in d. Mutinen. Beneficij §. demum pertinētia, confirmata 26. Iunij eiusdem anni 1648. §. & signanter coram me.*

Respectu verò Herculis probatur ex quasi possessione præsentandi Ioannis Caroli de Nigris, à quo eidem Herculi duæ voces legatæ fuerunt. Per obitum enim Catherinæ de Arristotele quatuor voces ab ea possessæ deuenerunt ad Hieronymum iun. Capogrossum, deindè ad Camillam de Nigris eius matrem, ex hac ad Curtium fratrem, ab isto autem ad Ioannem Carolum de Nigris, qui iuspatronatus legauit Herculi de Sanitate authori Fabij, qui Hieronymus de Capogrossis, & Ioannes Carolus de Nigris in vacationibus anni 1580. & 1622. respectiuè præsentarunt. Et cum hæ præsentationes effectum sortitæ fuerint, proculdubio, nec de pertinentia iurispatronatus, nec de quasi possessione præsentandi d. Ioan-
5 nis Caroli ambigi potest, † cum ad hunc effectum vnica præsentatio effectuata sit sufficiēs. *Ripa in cap. cum Ecclesia Sutrina numer. 91. de caus. poss.*

poss.& propr. Reuerendiss. Vgentin. nu. fin. Rota in Placentina Canonicatus 1. Iulij 1647. §. pertinentia autem coram Reuerend. P. D. meo Royas, & in citata Mutinen. Beneficij 27. Martij 1648. §. rursus coram me.

Et hæc quasi possessio præsentandi Ioannis Caroli conualidatur ex dicta præsentatione anno 1622. facta ad quam Camillus de Capograssis author Margaritæ Tabassium præsentantis, eundem Ioannem Carolum admisit. Per huiusce modi autem compræsentationem nulli dubium est, quod fuit in Patronum agni
6 tus, † sicque in quasi possessione præsentandi constitutus in præiudicium admittentium, & hæredum (saltem quando ius est hæreditariũ) *Innoc. in d. cap. cum Ecclesia Sutrina sub num. 4. de caus. poss. & propr. & ibidem Ripa num. 93. Abb. n. 35. Lambert. de iurepatr. par. 1. 2. lib. q. 3. art. 17. num. 11. & 12. Rot. in Bonon. Iurisp. 23. Ianuarij 1640. coram R. P. D. meo Bichio.* Vnde d. Herculi competit ius præsentandi cum benè doceatur illum ha-
7 bere causam à d. Ioanne Carolo, † qui fuit in quasi possessione præsentandi, quod sufficere dixit idem *Reuerendiss. Vgentin. vbi proximè num. 9 Rota dec. 146. num. 1. decis. 224. num. 8. p. 1. decis. 274 num. 8. p. 2. decis. 276. sub num. 7. part. 3. recent. & in Cæsaraugustana Beneficij de Linares 22. Iunij 1643. coram R. P. D. meo Bichio, in supracitata Mutien. Beneficij 27. Martij, §. quod autem Franciscus in fine coram me.*

Cui sententiæ non obstat gratia Tabassij derogationis medietatis Patronorum, quia illa fuit concessa cum supposito, quod fuerit præsentatus à medietate Patronorum existentiũ in quasi possessione præsentandi (quod in gra-
8 tia semper virtualiter continuetur) † quam quasi possessionem cum non habeant Monachi Cælestini, vtique Tabassio gratia non suffragatur. *Lambert. de Iurep. art. 1. q. 3. par. 1. lib. 2. num. 8.* & latius *art. 23. q. 9. par. 3. lib. pariter 2. Rota decis. 167. num. 7. par. 2. diuers. in Beneuentana iurisp. 26. Iunij 1628. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in allegata Mutinen. Beneficij 27. Maij 1648. §. secundo quia coram me.*

Quod autem Monachi Cęlestini non habeant hanc quasi possessionem præsentandi patet, quia post annum 1552. nunquam præsentarunt, & sic illorum ius remaneat sublatũ,
9 cum ex lapsu 40. † annorum inducatur pertinentiæ præscriptio contra compatronum. *Bald. in l. 2. C. de seruit. & acq. Valboa lib. 2. decret. tom. 1. ad tit. de præscript. cap. causam 7. num. 47. fol. mihi 84. Rota decis. 191. num. 13. p. 5. recent. in prima decis. huius causæ d. §. neque Tabassium coram R. P. D. meo Peutingerio, & in dicta Mutinen. Beneficij 27. Martij 1648. §. non obstat, vers. & quatenus probaretur coram me.*

Non obstat prætensa ignorantia Monacho-
10 rum. Ista enim non impedit † præscriptionem 30. vel 40. annorum *l. sicut 3. vers. quæ ergo, l. omnes 4. l. competit 6. C. de præscript. 30. vel 40. an. auth. malæ fidei C. de præscript. long. temp. Auth. vt sponsalitia largitas collat. 9. quæ est nouell. 119. capit. rursus sancimus 7. vers. finali, & ibi gloss. & Cuiac.*
11 Immò neque præscriptionem † 20. annorum *tex. express. in l. fin. vers. penult.* ibi, *Nulla scientia, vel ignorantia expectanda, ne alteræ dubitationis explicabilis oriatur occasio,* & ibi, *gloss. verbo ignorantia Reuerendiss. Vgentin. num. 3. Valboa alijs citatis ad tit. de præscript. cap. vigilanti num. 57.* qui respondet contrarijs. Et allegatæ authenticę dum id videntur negare in præscriptione 20. annorum loquantur solum in casu de quo in eis. *Cuiac. in d. nouell. 119. Gottofred. dicta l. final. littera D.*

Minus afficit quod contra præscriptionem
12 quadragenariam † detur in integrum restitutio ex capite ignorantię, vt tenuit Rota *decis. 42 lib. 1. & decis. 39. lib. 2. p. 3. diuers. Mohed. decis. 1. de in integr. restit.* licet non loquatur in specie de quadragenaria, sed de trigenaria, & alij relati ab *Osuald. ad Donell. lib. 21. cap. 5. littera D. Valboa vbi supra num. 62.*

Nam præterquam non minus communis
13 contraria sententia est, † quam tenuit *Osuald. cum Ant. Faber. & alijs ubi supra Fachin. lib. 1. contr. cap. 66.* latè *Thesaur. decis. 134. per tot. & ibi Additio littera A.* & in puncto iuris veriorem esse ait *Valboa ubi proximè num. 64.* ex iuribus citatis, & ex *l. unica C. de usucap. transf. & ex cap. ad aures de præscript.* Respondetur Rotæ sententiam procedere vbi probabilis ignorantia est, vt in
14 casibus dictarum decisionum, † non verò in nostro in quo post annos 91. & plures vacationes, & pręsentationes, & cum Monasterium sit satis vicinum Sulmonæ detur de ignorantia, quę verisimilis nullo modo est, ad tradita per *Mascard. de probat. uol. 2 concl. 879. n. 11. & 14. & 16. & 17. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsump. 23. num. 68.* nam ignorantia hæc debet esse proba-
15 bilis, † quę nullam admittat negligentię notam, *ad cap. 2. de in integr. restit. in 6. relat. à Moderno Foroliuien, contr. tom. 2. lib. 10. cap. 21. nu. 8. & 23.*
16 Immò probanda ab allegante † ex vulg. *Mascard. ubi supra num. 39. aly per d. Modern. Foroliuien loco citato nu. 14. & 18 & tom. 4. lib. 22. cap. 33. n. 2.* Eo magis quia ex temporis diuturnitate, locorumque vicinitate, non solum redditur in
17 verisimilis ignorantia, vt dictum est, † sed pręsumitur scientia *Mascard. concl. 1293. num. 15. &*
18 ex communiter † accidentibus, relati à *d. Modern. Foroliuien. ubi supra d. tom. 4. lib. 20. cap. 37. n. 5 & lib. 24. capit. 11. numer. 25.* Non enim solent à Patronis, nec vocationes tam in vicina, nec sua iura ignorare per tantum tempus.

Præterea Monasterium hanc restitutionem
19 non petit, † & alius non potest *l. illud 25. §. fin. & ibi Ant. Faber. ff. de minor. Cald. ad l. si curatorem uerbo implorandum nu. 1. fol. mihi 349. & n. 3. Odd. de restit. p. 1. q. 31. art. 1. n. 3. uers. contrarium facit etiam Cald. supra num. 9.*

Obiectum verò quod iuspatronatus sit gẽtilitium, vel mixtum, nil afficit, quia hęreditariũ videtur; siue inspiciatur natura iurispa-
20 tronatus, † quę est vt in dubio sit transitoriũ ad quoscumque hęredes extraneos, *clem. plures de Iurep. Caldas consil. 4. eodem tit. Rota apud Seraphin. decis. 364. num. 3. & post Viuian. de iurepatron. decis. 136. numer. 2. & in Lauden. iurispatronatus 14. Iunij 1641. §. quoniam uidetur coram bon. mem. Merlino.*

Siue

Siue præsentationum series, nam eo ipso, quod in aliquibus vacationibus extranei iure hereditario fuerunt admissi (prout hic) cessat qualitas gentilitij, seu mixti, & oritur illa he-
21 reditarij, † cum insimul tanquam incompatibiles stare non possint. *Rota decision. 336. numer. 4. part. 5. recentior. & in dicta Lauden. iurispatronatus §. postrema præsentatio coram bon. mem. Merlino.*

Idque clariùs in præsenti redditur, cum non doceatur de statu antiquo, quod non fuerit hereditarium. Et propterea attendendus ve-
22 nit præsens status † deductus ex præsentationibus ab extraneis factis gentilitij, seu mixti Iurispatronatus prorsus incapacibus. *Rota in Aquilana Cappellaniæ 17. Februarij 1634. coram bo. me. Pirouano, in Florentina iurispatronatus 14. Febr. 1639. §. hoc autem coram bo. me. Merlino, in Lauden. iurispatronatus 22. Maij 1643. §. 1. in fine coram R. P. D. meo Cerro.*

Et ita vnica &c.

☞ *Plures decisiones in hac causa emanatas coram diuersis Auditoribus annotaui ad decis. 4. supra in hac parte, quæ est pariter in eadem causa.*

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Romana Fideicommissi de Candidis.

Mercurij 10. Martij 1649.

ARGVMENTVM.

Primæ alienationes factæ ab hærede grauato, imputantur in legitimam aliasque detractiones sibi competentes; & Fideicommissarius allegans esse factas alias alienationes, ex quibus huiusmodi detractiones consumptæ remanserint, tenetur id concludenter probare; quid autem dicendum esset si concurrerent plures alienationes cum inuentarij omissione, eruditè resoluitur. Bona fideicommissaria alienata cum pacto redimendi ab hærede grauato pro detractionibus sibi competentibus, an possit deindè huiusmodi pactum remittere in præiudicium fideicommissariorum, eruditè tractatur.

SVMMARIVM.

1 *in Legitimam imputanda sunt bona primò loco alienata à fideicommissarijs.*
2 *Tertii possessores tueri possunt exceptione. quòd alienationes factæ per filium sint pro legitima.*
3 *Legitima censetur priuatus filius, si hæreditatem Patris fideicommittentis sine inuentario adierit. & quare num. 4.*
5 *Alienationes primò loco factæ imputandæ sunt in legitimam aliasque detractiones, grauatis hæredibus competentes.*
6 *Fideicommissarius allegans esse factas alias alienationes anteriores, ex quibus sint consumptæ detractiones, concludenter probare tenetur.*
7 *Legitima, quanta sit, quando filii sunt numero septem.*
8 *Merces quando præsumantur potius asseruatæ quàm distractæ.*
9 *Alienatio anterior bonorum fideicōmissariorum sufficit, vt reddatur dubia, vt aliæ distractiones sustineantur in vim detractionum hæredi grauato competentium.*
10 *Alienationes numero plures si cum inuētarii omissione concurrant, præsumuntur æquare detractiones hæredi grauato competentes, donec contrarium ab eo doceatur. Declara, vt num. 11.*
12 *Alienationes bonorum fideicommissariorum secundò loco factæ post primas, quæ assumpserunt detrahes, possunt per fideicommissarios retractari.*
13 *Bona fideicommissaria alienata cum pacto redimendi ab hærede grauato pro detractionibus sibi competentibus, benè potest deindè cedere huiusmodi pactum. Et quare.*

DECISIO CCXCIV.

IOANNES Saluus Candidus fideicommisso fauore descendentium sub expressa prohibitione alienandi bona quæcumque instituto, septem superstitibus liberis, decessit, quibus etiam prædefunctis Vincentius, ac Fratres de Candidis ex Iosepho filio Testatoris nepotes pro recuperatione Domus fideicommissariæ ab heredibus grauatis alienatæ iudicium instituerunt contra DD. de Stellis modernos Domus prędictæ possessores. Ad quorum instantiam delata mihi causa dubitaui. An fratribus de Candidis debeatur immissio, & DD. negatiuè responderunt. Licet enim fideicommissum ad eorundem fauorem purificatum, ac alienatæ Domus identitas non reuocentur in dubium; Dum tamen illa ab hæredibus grauatis in Dominicum Ceccarellum, primò fuit alienata, ac pro legitima, cæterisque detractionibus sibi competentibus præelecta, exindè ab onere fideicommissi iuris dispositione censetur exempta, de qua in *l. Marcellus, §. resque, ff. ad Senat. Consul. Trebell. & l. quoniam in prioribus, ac l. omnimodo, C. de inoff. testam. Crass. in §. legitima quæst. 17. num. 4. Peregr. de fideicomm. art. 39. num. 4. Gabr. de legit. concl. 4. num. 9. Rot. coram Gregor. decis. 580. num. 2. & in Romana legitimæ 18. Maii 1617. coram bon. mem. Card. Verospio;*
2 itaut † tertij possessores hac se possint exceptione tueri, & auocationem fideicommissariis impedire, vt tradit *Bart. in l. si tertius, ff. de acqu. plu. arcen. num. 3. Rip. in l. in quartam nu. 4. ff. ad leg. Falcid. Surd. cons. 576. num. 41. Peregr. de fideicom. art. 39. num. 4. in fin. Rot. in Narnien. fideicommissi 3. Iunii 1622. coram bon. mem. Merlino impressa post Modern. Foroliuien. de legit. decis. 1. num. 4.*
3 Neque † ijdem hæredes priuati censentur hoc iure legitimæ ob aditam sine inuentario fideicommittentis hæreditatem, secundum magis receptam DD. sententiam, de qua *gloss. in Auth. hoc amplius, C. de fideicomm. & in auth. sed cum testator, C. ad leg. Falcid. vbi quoque DD. Gabr. de legit. concl. 7. nu. 1. Merlin. eod. tract. lib. 3. tit. 2. quæst. 24. num. 3. Peregr. de fideicom. art. 36. nu. 140. Rot. coram Andr. decis. 105. num. 10. & in Perusina fideicommissi 5. Martii 1646. coram R. P. D. meo Celso in §. nec ex omissione inuentarii,* vbi præterea subij-

4 subijcitur ratio; † Quia hæres grauatus creditum suum deducendo, censetur fideicõmissi bona substitutis integrè restituere, secundum *Castr. in l.ita tamen, §.si ex Trebelliano num.2. ff.ad Trebell. ibique Alex. num.3. idem Castr. consil.* 11. *lib.3.*

5 Nec quoque † legitima consumpta dici non poterit ex diuersis bonorum alienationibus, quas præcessisse supponunt iidem fratres de Candidis, adeòque imputandas in legitima, aliasque detractiones grauatis hæredibus competentes, *iuxta Text.in l.Marcellus, §.resque, ff.ad Senat. Consul. Trebell.* vbi notant quoque DD. *Alex.cons.78.num.4. lib.5. Peregrin. de fideic.*

6 *art.39. nu.4.* † Quia alienationes prędictæ non iustificantur præcessisse, vel saltem æquasse legitimam, prout agentes ad immissionem vigore fideicommissi concludenter tenentur ostendere, vt reliquas alienationes valeant retractare, vt aduertit *Peregr.cons.52.nu.38. lib.1. Gabr.cons.138. num.11. lib.2. Ruin.cons.91.num.3. lib.5. Hond.cons.72.num.6.lib.1. Molin. de primog. lib.4. cap.7. num.36. Rot. coram Gregor. decis.185. num.1. & decis.80. num.4.*

Prima siquidem alienatio consistit in pretio residui census scutorum 500. à Confraternitate Sancti Spiritus exacto vsque de mense Maii 1604. Hoc tamen preterquam receptum fuisse conuincitur solum à Iacobo, qui illud pariter in portionem propriam excomputare promisit, neque absorbet legitimam hæreditatis valorem scutorum 20. mill. excedentis,

7 dum † illa ob numerum filiorum septem ad hæreditatis dimidiam ascendet, *Auth. nouissima, C. de inoff. testam. desumpta ex 1. §. auth. de trien. & semisse.*

Altera deducitur alienatio ex capitali mercium distracto valoris scutorum sexmillium.

8 Ea † tamen distractio non probatur anterior alienatione domus controuersæ, & admodum redditur inuerisimile ex modico temporis spatio à die obitus Testatoris decurso, quod illa præcesserit, sed potius ædemmet merces præsumuntur mediante subrogatione asseruatæ, *iuxtà Text.in l.cum Tabernam, ff.de pignor.* vt ponderauit *Rota coram And. add.d.decis.800. sub nu.7.* Dum maximè sub administratione Camillæ Matris, ac Tutricis à Testatore deputatæ illæ cõsistebant, quinimò ex depositione Testium in summario illorum de Ceccarellis exhibita constat pecunias ex mercium distractione redactas, in perfectionem domus fuisse consumptas, † ex quibus omnibus eliditur, vel dubia saltem redditur præcedens mercium distractio pro excluden. distractionibus deducta, vt probat *Peregr.de fideicomm. art.39.nu.14. si verò reus, Magon.decis.Floren.35. num.20.& 21.*

10 Et licet † alienationes numero plures si cũ inuentarij omissione concurrant legitimam, cæterasque detractiones grauatis hæredibus competentes præsumantur æquare, donec ab ipsis, hoc probationis onere adstrictis contrarijs documentis excludatur adidicta pręsumptio, vt comprobat *Peregr.de fideic. art.39.nu.24. Couar. var. lib.2.cap.6.num.4. Rot.decis.432. nu.8. & 462.num.7.part.4.& 541.num.24.part.5.tom.2. recent. & in Esina fideicommissi* 10. *Maii* 1641. *coram R.P.D.meo Cerro, & in Auximana fideicõmissi* 31. *Ianuarii* 1642. *coram Reuerendiss. D.meo Decano*, quæ proinde præsumptio fideicommissarijs agentibus ad immissionem Domus alienatæ obesse non poterit, dum ab hæredibus grauatis, vel eius successoribus non probantur alienationes subsecuræ pro detractionibus insufficientes, nec vlla de iisdem bonis valorem scutorum 20.mill. excedentibus, redditur ratio.

11 Hæc enim † òbiectio non visa fuit vrgere in proposita facti specie, qua non agitur ad legitimam ex persona hæredis grauati consequendam, vel ipsius supplemẽtum, tunc equidem tertij possessores ex eisdem alienationibus detractiones consumptas denegantes assumere tenentur partes actoris, atque concludere quod bona alienata ipsas non absorbeant, & in his terminis procedunt decisiones, & authoritates supradictæ, vt patet ex lectura, sed agitur solum de substinenda alienatione domus in causam legitimæ, quia fideicommissarij alias bonorum distractiones anteriores non iustificant, quas tamen præcessisse ipsi in hoc actoris iure fungentes tenentur ostendere, vt tradit *Peregr. de fideicom.ad d.sæpius art.39.nu.14. vers.si verò reus*, vt respondit *Rot.in decis.80.nu.5. & 6. coram Andr.& in Narnien.fideicommissi 3.Iulij 1622. coram bon:mem: Merlino impressa post Moden.de legit. decis.1.num.8.*

12 Non obstat, † quod venditio Domus prædictæ stipulata fuerit de anno 1608. sub pacto redimendi postmodum cesso de anno 1616. pluribus inter vtramque venditionem alienationibus intercedentibus, ex quibus detractione poterant satisfactæ præsumi, adeòque prædicta pacti cessio tanquam posterior, & consumptis iam detractionibus subsequuta videatur retractanda secundum *Soccin. cons.36.nu.2. lib.3. Cepol. cons.460. nu.11. Alex. cons.178.nu.4. in fin. lib.5. Rot. coram Gregor.decis.580. num.5.*

13 Quia † ex ipso venditionis instrumento dignoscitur integram domum à grauatis hæredibus pro legitima, cæterisque creditis prius fuisse detractam, ac prælectam, successiuè verò venditum, vti propriam, & sub pacto recuperandi tanquam ad se spectantium, vndè sequitur pactum illud redimendi de tempore cessionis non fuisse fideicõmisso suppositum, cum ex tunc, quo fuit integra domus electa pro creditis, atque legitima absque eodem fideicõmisso censeatur euulsa, ac si nunquam sub illo comprehensa extitisse, vt notat *Angel. in l. in quartam num.3. ff. ad leg. Falcid. Soccin. in l.Marcellus, §.resque num.13. ad fin. ff. ad Trebell.* & latè explicat *Cephal.in consil.460. sub num.16. in fin. & seqq. Peregr.cons.16.num.14. & 21. lib.6. Rot.decis.200.num.1. & 3. part.1. recent. & coram Reuerendiss. Vrgellen. 321. num.3.*

Et ita vtraque, &c.

R.P.D.

R. P. D. MELTIO,

Postea Reuerendiss. Episcopo PAPIEN.

Mediolaneñ nominis Capituli.

Mercurij 10. Martij 1649.

ARGVMENTVM.

Manutentio licèt dari non possit quando possessioni ius Commune resistat, tamen concedendam esse firmatur, probata possessione si tituli inualiditas, turbida apparet, & quare. Possessio manutenibilis in rebus incorporalibus, an, & quando acquisita dicatur cum scientia, & patientia interesse habentis, clarè demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Quasi possessio de tempore motæ litis est præcipuum requisitum ad manutentionem obtinendam.*

2 *Quasi possesio manutenibilis, acquiritur, & conseruatur ex vnico actu.*

3 *Amplia procedere nedum in corporalibus, sed etiam in incorporalibus.*

4 *Canonici statim ac reperiuntur in possessione Canonicatuum, consecutiuè etiam dicuntur in quasi possessione iuris eligendi, & votandi.*

5 *in Iudicio manutentionis non requiruntur plenæ, & concludentes probationes, sed leuiores sufficiunt.*

6 *in Iudicio manutentionis admittitur etiam vnicus Testis.*

7 *Possessio manutenibilis, vt detur in incorporalibus, quid requiratur.*

8 *Quasi possessio, an, & quando acquiri possit absque aliqua scientia, & patientia interesse habentis.*

9 *Scientia, & patientia resultat ex actuum multiplicitate, ac diuturnitate temporis.*

10 *Scientia Officialis, nocet Domino.*

11 *Scientiam etiam ad effectum præiudicij, ex quibus sufficienter resultet.*

12 *Scire dicitur id, de quo, quis faciliter certiorari potuerit.*

13 *Scientia interesse habentis quando non sit necessaria, ad acquirendum in ea re possessionem manutenibilem.*

14 *Manutentio dari non potest, quando possessioni ius resistit.*

15 *Tituli inualiditas, ex quo reddatur turbida.*

16 *Manutentio concedenda est, quando quasi possessio probata remansit, licèt tituli inualiditas appareat turbida.*

17 *in Iudicio manutentionis, nedum factum, & sola detentio consideratur.*

18 *Laudum, quod non fuit executioni demandatum, non potest priuare possessores eorum possessione iam antea acquisita.*

19 *Laudum, quod nullum habuit effectum, non est habendum in aliqua consideratione.*

20 *in Iudicio manutentionis sufficit constare de sola possessione, vt manutentio concedatur.*

21 *Quasi possessio quando non sufficiat pro obtinenda manutentione, sed necessarium sit priùs videre de bono iure.*

22 *Possessio cum titulo præsumpto sufficit ad effectum obtinendi manutentionem etiam quod ius Commune resistat.*

DECISIO CCXCV.

TENVERVNT Domini, Beneficiatiñ Ecclesię Cathedralis Ciuitatis Mediolanen. dandam esse manutentionem in possessione, vel quasi vtendi nomine Capituli, Arca, &
1 Sigillo particulari, † quia ex deductis apparet de quasi eorum possessione vtēdi tali nomine tam de tēpore motæ litis, quæ fuit anno 1615. & hoc est præcipuum requisitum ad obtinendam manutentionem, §. *retinendæ instit. de interdict. Couarr. pract. quæst. cap. 17. num. 3. vers. quod interdictum, Alex. cons. 90. num. 4. lib. 1. Neuiz. consil. 80. num. 2. Caputaq. decis. 198. part. 2. Seraphin. decis. 1295. Rot. decis. 42. nu. 2. part. 7. recent.* quam valdè, antè, nam dati fuerunt plures actus possessorij sub nomine Capituli, ac Capitulariter gesti à corpore Beneficiatorum, & omissis illis peractis antequam facta fuerit erectio vnici Collegij, & Capituli Lectorum, & Mazzaconicorum, & aliorum Officialium d. Ecclesiæ, quæ erectio suum habuit effectum de anno 1586. *Summ. Beneficiatorum num. 4.* vigore Breuis san. mem. Sixti V. directi Archiepiscopo Vicecomiti continentis insertionem alterius Breuis concessi à fel. rec. Gregorio XIII. Diuo Carolo Borromęo vsque de anno 1575. pro facienda tali erectione, *vt d. Summ. Beneficiatorum numer. 2. & 3.* dantur etiam alij plures post d. erectionem, nempè duo ante ann. 1591. resultantes ex Instrumento affictus, & ex Inuestitura factis de d. anno 1586. & 1587. per eosdem Beneficiatos Capitulum constituentes, vt in eodem *Summ. num. 25. & 26.* alij autem à d. anno 1591. vsque ad 1615. pariter colliguntur, ex eodem *Summ. à nu. 28. vsque ad 40. & à d. num. 40. vsque ad fin.* apparet, & de illa-
2 rum continuatione, † & tamen vnicus actus sat esset ad effectum acquirendi, & conseruandi quasi possessionem manutenibilem, *Abb. in cap. cum olim de caus. possess. & propr. Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina nu. 57. & 91. eod. tit. Dec. cons. 124. num. 1. Rot. decis. 81. part. 1. & decis. 139. num. 12.*
3 *part. 2. diuers.* & † hoc procedit nedum in corporalibus, *Put. decis. 276. nu. 2. lib. 1.* verum etiam dum agitur de incorporalibus, vt in præsenti casu *Peregr. cons. 19. num. 25. & seqq. lib. 5. Menoch. consil. 612. Gonzal. super reg. 8. Canc. gloss. 45. §. 2. num. 29. Lotther. de re benef. tom. 1. lib. 1. quæst. 38. num. 105. & 106. Rot. diuers. decis. 17. num. 1. part. 2. Seraphin. decis. 339. num. 4. & 1411. num. 2. Rot. in recent. decis. 454. num. 1. & decis. 533. num. 2. part. 1.*

Quo verò ad Arcam, & Sigillum, & alia huiusmodi, quæ dicuntur consecutiua ipsius essentiæ Capituli etiam absque alia extrinseca
4 probatione in illis debetur manutentio † ad exemplum Canonicorum qui statim, ac tales sunt, & reperiuntur in possessione Canonicatuum, consecutiuè etiam dicuntur in quasi possessione Iuris eligendi, & votandi, etiamsi nunquam euenerit casus, *Garz. de benefic. par. 5. c. 5. n. 25. & seqq. Medern. de manut. obseru. 40. n. 20.* sed quia ex pluribus Instrumētis Sindicatuum datis in eodem *Summ. Beneficiatorum num. 13. 19. 21. 22. 29. 37. 40. 42. & 43.* apparet plures actus fuisse gestos à Capitulo Beneficiatorum, qui fieri

fieri non potuerunt absque vsu Sigilli, & Ar-
5 cæ,† isti quidem sufficiunt in hoc iudicio manutentionis, in quo non requiruntur plenæ, & concludentes probationes, sed leuiores etiã satisfaciunt, *Alexand.consf.103.num.3. lib.7.* cum alijs relatis per *Menoch.de retin. remed.vlt. nu.34. Rota decis.564. num.4. part.3. recent. Seraphin.de-*
6 *cis.624. num.5.* Itaut admittatur etiam vnicus Testis, *Gregor.XV. decis.438.nu.2. Rot. decis.196. num.6. part.1. diuers.*

7 Non obstat, † quod Canonici prætendant actus prædictos à Beneficiatis Capitulariter factos illis non suffragari, quia non docetur de aliqua eorum scientia, & patientia omninò requisitis, vt in incorporalibus detur possessio
8 manutenibilis. † Quia quidquid sit, vt Beneficiati titulum pro se habentes ex erectione Capituli, ac illius confirmatione ad eorum fauorem facta potuerint cũ minori difficultate acquirere quasi possessionem illius absque aliqua scientia, & patientia Canonicorum, quorum intererat, *Giouagn.consf.10.num.8. & 9. lib.1. Serap.decis.1213.nu.7. Rot.in recent.dec.533. numer.3. part.1. & decis.332. num.3. post eundem Modern.de manut. Add. ad Gregor. dec is.249. nu.7.*
9 *Paris.de Salu. inspect.1. cap.6.nu.44.* † huiusmodi tamen scientia, & patientia Canonicorum resultat ex tot actuum multiplicitate, ac diuturnitate temporis, ad trad. per *Adden. in c.cum Ecclesia num.25. de caus. possess. & propr. Innoc. in cap.bonæ memoriæ il secondò de postulat. Prælat. Put. decis.264.nu.2. vers.concurrebat etiam lib.1. Seraph. decis.306.num.5. & 7. Rot.decis.120.num.1. & decis.86.num.4. part.2. recent.*

Eoque magis circa huiusmodi scientiam, & patientiam cessare quacumque difficultatem Dominis visum fuit, quia claré demonstratur erectioni huius Capituli interfuisse Antonium Senecam Decanum Canonicorũ, *vt in Summ. Beneficiatorum nu.4.* ac D. Hieronymum Castanum Canonicum ordinarium vti procuratorem Hieronymi Candiani Cappellani Choralis, ac Cæsaris Vimercati Patroni, & Aduocati interfuisse concordiæ inter prædictos Candianum, & Vimercatum, & Petrũ Martirem alterũ Cappellanum ex vna, & Beneficiatos ex altera initæ; in qua inter cætera narratur erectio Capituli, Statuta condita, & ambæ partes consentiunt, necnon ipse D. Castanus tanquam procurator consensit confirmationi Apostolicæ, quæ subindè subsecuta est, vt in Breui Clementis VIII. *in Summ.nu.50.*
10 Iu quo hæc omnia narrantur; † Data igitur aliquorum Canonicorum scientia, & patientia, qui vti Canonici interfuerunt prædictis actibus, vt illa officiat Capitulo, quia scientia officialis dicitur Domini, ac illi nocet, tradit *Bart.in l.si Publicanus, §.in omnibus, ff.de public. Alex. consil.6.nu.8. lib.1. Rot.decis.507. part.1. rec.*

Quibus accednnt etiã subscriptiones aliquãdo factæ ab aliquo ex ipsis Canonicis in litteris Collationum per Archiepiscopos factis, & in specie in collatione facta del 1601. *in Summ. num.34.* quæ est subscripta ab Alexandro Maiolino Canonico ordinario, & Curiæ Archiepiscopals Cancellario.

11 Accedit etiam, † quod fuerunt affixa quædam publica edicta nomine Capituli Beneficiatorum de anno 1613. 1628. & 1631. pro alienatione nonnullorum bonorum, ac locatione aliorum, ex quibus vt sufficiens scientia argui possit in Canonicis ad effectum præiudicij, testatur *Gabr. consil.42.num.4. in fin lib.2. Altograd.consf.84.num.25.* qui loquuntur de citatione generali per edictum emanata, & demum sub aliquo prætextu ignorantiæ excusa-
12 ri non possunt Canonici, † quia cum de facili inuestigando potuerint certiorari, quod Beneficiati sub nomine Capituli, omnia eorum negotia gerebant, hoc sciuisse dicuntur, *ad text. in l. si Auia in fin. C.de ingen. & manumiss. Decian. consf.10.nu.38.lib.1. Rimin. Iun. consf.640. nu. 101.*
13 *consf.554.num.26. & consf.657.num.22.* † At quia etiam hic non agebatur de excludenda prima possessione Canonicorum, eo minus existimatum fuit fuisse necessariam eorum scientiam, vt benè distinguendo explicat idem *Modern.de manut. obseru.40.num.18. & apud eumdem decis.57. num.18*

Non obstat, quod titulus Erectionis, siue Confirmationis Apostolicæ fel. record. Clementis VIII. fuerit in Rota habitus pro nullo, & inualido, *vt in Mediolanen. Domorum 7. Iunij 1638. coram R.P.D.meo Royas*, & possessio Beneficiatorum ex eo dici non possit colorata;
14 vndè † manutentio illis dari nequeat, quia eorum possessioni ius resistit dum Beneficiati de iure Capitulum non constituunt, sed hoc solum spectat ad Canonicos, ex latè deductis *in d. Mediolanen. Domorum sub §. ea moti ratione, & §. sequenti.*

Quia respondetur, quod in dicta decisione principaliter non agebatur de validitate ere-
15 ctionis, & tituli Beneficiatorũ, † imò assumpta postmodum in petitorio particulari disputatione super eo fuit responsum, non liquere ob suffragiorum discrepantiam: Vndè negarĩ nõ potest, quin prætensa tituli inualiditas reddita fuerit saltem dubia iuxtà theoricam traditam *à Romerio de Forolin. in l.an inutilis num.1. ff.de acceptilat. gloss. in l.3. verb.dubium. C.quib.ad*
16 *libert. proclam. non lic.* † Et hoc sufficere videtur, vt manutentio concedenda sit Beneficiatis, quia eorum quasi possessio per tempus considerabilie remanet probata, *Marescott.var. resolut. lib.1. cap.11. nu.53. & seqq. vbi signanter num.55.* dicit sufficere possessionem etiam decennalem, *Cuncer.var.resol. part.3.cap.14.nu.45.* cum alijs relatis per *Modern. de manut. obser.44. num.38. & 42. & seqq. Rot.decis.217. num.7. inter impress. post d.tract. & decis.685. num.3. vers.attamen part.1.recent.* & magis in puncto *decis.4.n.7. & 8. part.2. diuers.* vbi ob possessionem decennalem data fuit manutentio Portionarijs interueniendi, ac votandi in Capitulo licet de iure communi hoc solum competat Canoni-
17 cis, † & ratio est, quia in iudicio manutentionis nudum factum, & sola detentio consideratur, ex doctrina *Castr.in l.Aquilius sub nu.5. ff.de donat. Cephal. consil.16.num.5.lib.1. Seraphin. decis.582.num.5. Rota decis.50. nu.29. & decis.64. num.2. part.2. diuers.*


Mi-

18 Minusque † refragatur laudum promulgatum fuisse de anno 1591. per Archiepiscopum Vicecomitem, ac in eo fuisse declaratum Beneficiatis minimè licere, vti nomine Capituli, nec Arca, atque communi Sigillo: Nam non demonstratur illud fuisse executioni demandatum, imò ex pluribus actibus post illud gestis tàm ab ipso Archiepiscopo Vicecomite, qui laudum tulit, ac eius Vicario, & successiuè à recol.mem. Eminentiss. Cardinali Borromæo illius successore, quàm a Capitulo Beneficiatorū docetur de contraria illius obseruantia, atque ita Beneficiati non solum ex eo priuati remanere non potuerunt illa possessione, quam antea acquisiuerant, *Cassad. decis.7. in princip. & num.1. de caus. possess. & propr. Rot. decis.225. num.2. part.1. recent. & in Romana successionis de Amatis* 16. *Nouembris* 1646. §.1. *coram R.P.D. meo Bichio*, verum quia pacificè per 20. &
19 amplius annos, † nempè vsque ad annū 1615. possederunt iura, de quibus agitur faciendo omnes actus possessorios sibi ipsis magis benè visos ex istis liquet laudum nullum vnquam habuisse effectum, & propterea non esse habendum in aliqua cōsideratione tanquam nullius momenti, *Ias. cons.231. nu.3. lib.2. Surd. cons.3. num.20. Rota in Perusina Beneficij 4. Iulij* 1609. *coram Penia*.

Verum, quia tàm ea, quæ opponuntur à Canonicis cōtrà validitatem erectionis, atque confirmationis Capituli Beneficiatorū, quàm de præfato laudo respiciunt petitorium, atque iustitiam possessionis, attendenda non sunt in hoc summarijssimo iudicio manutentionis,
20 in † quo vt supra dictum est sufficit constare de Beneficiatorum sola possessione, vt illis concedenda sit manutentio, *iuxtà doctr. Bald. in cap. licet num.30. de probat. cum alijs per Rot. decis.270. num.4. part.1. recent. & decis.275. sub nu.5. vers. fuit etiam responsum eadem part.1.*

21 Neque prędictis (repugnat Rotę decisio emanata in causa *Vicen. Collegij 7. Iunij* 1632. *coram Motmanno, quæ est inter impress. part.6. recent.* 136. cum in ea Rota videre voluerit de bono iure Beneficiatorum non obstante, quod ex parte illorum allegaretur quasi possessio se congregandi Collegialiter, & faciendi Collegium in Ecclesia Sancti Michaelis existentis in eadem Ecclesia Viceñ pro obtinenda manutentione.
22 Quia † cum in hac facti contingentia diuersæ militent circumstantiæ ab illo casu, & præsertim quia probatur plusquam decennalis pacifica possessio Beneficiatorum oritur prȩsumptio tituli, quæ sufficit ad effectum obtinendi manutentionem, etiam quod ius commune resistat, *Couarru. pract. quæst. cap.17. nu.6. vers. secundò oportet, & vers. vndecimò est animaduertendum, Rota decis.595. num.4. part.1. diuersor. & decis.685. num.3. part.1. recent.*

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum, &c.



R. P. D. PEVTINGERO.

Comeñ Collegij.

Mercurij 17. Martij 1649.

ARGVMENTVM.

Collegium erectum pro alendis, & instruendis Iuuenibus, intelligitur de Iuuenibus Conciuibus Testatoris; an autem intelligatur etiam de Iuuenibus alicuius loci vicini iam vniti, seù aggregati Patriæ Testatoris in prȩsenti decisione discutitur.

SVMMARIVM.

1 *Collegium erectum pro alendis Iuuenibus, intelligitur de Conciuibus Testatoris.*
2 *Et quid si Terræ Testatoris fuisset vnitus, seù aggregatus aliquis locus vicinus, an Iuuenes d. loci dicantur in dispositione comprehensi.*
3 *Collegium erectum pro alendis Iuuenibus, ex quibus citrà vniformem obseruantiam, intelligatur de Iuuenibus Conciuibus Testatoris, priuatiuè quoad alios.*
4 *Collegium erectum pro Iuuenibus ad litterarum studia incumbentibus, retinendi sunt vsquequo Doctoratus gradum assumant.*
5 *Collegium erectum pro Iuuenibus alendis si à Testatore, vel à Summo Pontifice non fuit appositum onus, assumendi ordines sacros, non est postea adiungendum.*
6 *Voluntas Testatoris ad vnguem seruari debet.*
7 *Voluntas Testatoris, quando est clara, nullo modo est immutanda sub prætextu obseruantiæ.*

DECISIO CCXCVI.

SANCTVS CAROLVS BOROMAEVS Archiepiscopus Mediolanensis de ann. 1582. à glor. mem. Gregorij XIII. in Administratorem Collegij ex pia sub die 18. Augusti anni 1500. fundatione Bartholomęi Papij de Ascona pro alendis ibi eiusdem Terræ Conciuium pueris, & Iuuenibus ad litterarum studia incumbentibus deputatis, illud in dicta Terra Asconæ iuxta tenorem Breuis præfati Pontificis sub die 7. Kal. Septembris 1583. expediti, inuocata Sancti Spiritus gratia die 30. Octobris anni 1584. piè erexit, & successiuè hos pueros habitu Clericali, Sæculari inductos de Terra Asconæ Oriundos in Collegiū assumpsit, aliosque tres de eodem loco Oriundos Octauio de Ferrerijs Canonico Mediolanensi assumendi facultatem concessit, neque alios de dicto tempore citrà, quàm dd. Asconenses assumptos fuisse ex Testium depositionibus sufficientissimè constat. Cum verò nunc Communitates Ronchi Locarni, aliurumque locorum Asconæ vicinorum suos, etiam Ciues pariter cum Asconensibus admittendos esse prætenderent, causa ad instantiam Communitatis Asconæ mihi commissa, legitimè priùs citatis dictis Communitatibus, dubium proposui, An Iuuenes Asconæ supra decem annos sint admittendi, & alendi in Collegio,

&

& extrà absque cautione exclusis illis de Roncho, & Locarni, alisque Forensibus, cui Domini tanquam plures inspectiones continenti, vt infrà responderunt.

1 Admittendos, videlicet † ad hoc Collegiũ, & alendos solos Oriundos ex ipsa Terra Asconæ, non autem Iuuenes Ronchi, & Locarni, cæterosque exteros, eo quia Papius Testator ex eadem ortus ibidem Seminarium in Domo per eum ædificata, ac proprijs bonis dotata erigi iussit, id omninò contemplatione Conciuium, quibus prospicere voluit ordinasse censetur, *l. si quit ad destinandam 38. ferè circa med. versic. vbi autem indistinctè, C. de Episcop. & Cleric. Anchar. consil. 214. sub numer. 11. in fin. & seq. versic. & dicit, Alexan. consil. 91. Repetitus sub numer. 7. versic. pro quo benè facit lib. 7. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 5. num. 2. versic. & quod pauperibus relictum est*, & pluribus relatis probat *Gonzal. ad regul. 8. gloss. 2. sub nu-*
2 *mer. 58. vers. versus si Testator, & seq.* † Quamuis tunc temporis Communitas Ronchi fuisset vnita, seu aggregata Communitati Asconæ, quia non indè efficiuntur Ciues loci aggregati, nec iuuantur dicta testamentaria dispositione, *Zabarel. in Clement. 2. §. Sanè, in fin. de electio. Corn. consil. 39. num. 4. lib. 1. Mandel. consil. 49. num. 1. Cabal. consil. 13. num. 65. lib. 2.*

3 Quod † clarius ex litteris glor. mem. Gregorij XIII. de anno 1583. quibus dictum Collegium pro alenda, & erudienda Iuuentute dicti loci construi iussit, declaratum fuit, *Summario Communitatis Asconæ numer. 3.* prout etiam per admissionem ad idem Collegium S. Carolo ab eodem Pontifice huic operi præfectò puerorum de dicto tantum loco Oriundorum in ipso limine erectionis, & subsecutis deindè temporibus sempet obseruatum fuisse, docent Testes Communitatis, *Summar. num. 6.* Et indubitatam hanc veritatem reddit in marmore palam tunc inculpta inscriptio: *Bartholomæo Papio, qui Collegium hoc ædificandum, Testamento mandauit ad studiosam Iuuentutem Asconensem alendam, & instruendam. Summar.*
4 *Communitatis num. 9.* † Quæ simul iuncta continuatam à tempore erectionis Collegii citrà vniformemque obseruantiam, certissimam voluntatem Testatoris eiusque verborum in Testamento declarationem, comprobant *Rota decis. 28. numer. 2. in fin. versic. quæ obseruantia part. 2. decis. 362. numer. 11. versic. hancque voluntatem, & seq. part. 5. decis. 247. num. 7. & decis. 14. num. 4. versic. & dantur Testes part. 7. recentior. & coram bonæ memoriæ Buratto decis. 183. numer. 13. & seq.*

5 Item dixerunt † Domini admittendo esse Pueros, & Iuuenes Asconæ in quacumque ætate habiles ad omnes litteras addiscendas eosque esse in d. Collegio Asconæ per tempus congruum ad proficiscendum vsquequo Doctoratus gradum assumãt pro viribus redditũm, ac Superiorum prudentia retinendos, *iuxtà text. in cap. fin. cum ibi not. de Magistr. Angel. in l. filiæ licet 12. sub numer. 3. versic. si verò traduntur Studenti, Rip in l. prima sub num. 138. versic. hinc est, quod si Testator, Dec. consil. 177. quod supra maturè sub num. 2. versic. & vlterius hoc idem comprobatur per tot. & numer. 3. versic. ex quibus omnibus libr. 1.* quem refert, & sequitur *Peregr. consil. 78. sub numer. 1. in fin. versic. & ideò Iustus lib. 3. Ias. consil. 149. num. 1. & sub num. 2. versic. & ista ergo conditio lib. 4. Narbon. de ætat. in omnibus art. requis. quæst. 18. sub num. 1. & seq.*

6 Pariter † Domini resoluerunt Iuuenes suscipiendos non esse grauandos onere cautionis Ordines sacros assumendi, quia cum tale onus, nec à Testatore in Collegij huius fundatione, nec per Summum Pontificem, & S. Carolum in eius Erectione appositum fuerit, minimè nunc in Alumnorum præiudicium super addi debet, *ad text. in cap. verum il quartò de condit. opposit. Corn. consil. 126. numer. 7. versic. accedat etiam lib. 3. Lambert. de iurepatron. lib. 1. part. 1. quæst. 9. principali artic. 1. numer. 1. & seq. M. Antonin. resolut. 12. sub numer. 1. & seq. lib. 1. Rot. decis. 147. sub num. 8. in fin. part. quinta recentior.*

Sed ad quartam inspectiouem Domini responderunt alimenta Iuuenibus admittendis in ipso Collegio dumtaxat esse præstanda, & non extrà; Ideòque pro viribus reddituum opportunos ad omnium litterarum studia, ac scientias Præceptores idones esse cõcedendos, ne dicta de causa Iuuenes cogantur extrà patriam profiteri, quia ita fieri voluit Testator, vt apparet ex eius verbis in Testamento, *in Summar. sub num. 1.* relatis, ibi: *Et voluit quod pro victu, & vistitu Scholarium in dicto Seminario pro tempore existentium ex bonis, vt infra viden-*
7 *dis, &c. inuestiantur, &c.* † cuius voluntas vtique ad vnguem seruanda est, *l. 1. Cod. de Sacros. Eccles. §. disponat. auth. de nupt. Surd. de alim. tit. 4. quæst. 15. num. 1. & seq.* & fuit dictum *in Fulginaten. alimentorum 18. Aprilis 1597. coram Litta in §. quantum autem ad alimenta*, cum alijs relatis per *Adden. ad decis. 639. à num. 110. versic. quam conclusionem, & seq. part. 4. tom. 3. recent.* Et cum hęc fundatoris voluntas tàm clarasit, dixerunt Domini eam prætextu obseruantiæ Alumnos extrà Collegium alendi ob defectum idonei Præceptoris nullo modo esse immutandam, *Gregor. XV. decis. 184. num. 6. versic. etiam sub prætextu obseruantiæ*, & dixit *Rota in Recanaten. Beneficij 14. Martij 1608. coram Card. Lancellotto inter impress. decis. 216. sub num. 4. versic. tamen quia cum fundatio part. 2. decis. 136. sub num. 9. part. 1. & decis. 195. sub num. 7. versic. vndè non potest.*

Et ita Communitatibus Lucarni, & Ronchi alijsque prius citatis in partibus vigore Commissionis Rotalis pro Communitate Asconæ responsum fuit.



R.P.D.

R. P. D. BICHIO.

Romana Domus.

Mercurij 17. Martij 1649.

ARGVMENTVM.

Venditione à Testatore ordinata illa per hæredem proprietarium, non autem vsufructuarium fieri debet. Tuto, qui non fuit, si tamen administrauit, rationem reddere euitare non potest, de bonis tamen, quem administrasse constat, non autem de alijs.

SVMMARIVM.

1 *Emptio facta ab eo, quem constat non fuisse dominū, non retardat immissionem hæredi.*
2 *Hæres proprietarius, non autem vsufructuarius è testatoris præcepto vendere tenetur.*
3 *Fides de pretio quando non dicatur habita.*
4 *Venditio facta contra formam præcepti testatoris non suffragatur.*
Venditio facienda ad effectum liberandi rem ab hypothecis non adimpletur ex sola promissione emptoris soluendi creditoribus, num. 4.
5 *Venditione permissa ad effectum soluendi creditoribus requirit actualem pretij solutionem.*
6 *Retentio datur possessori, cuius pretium ad creditores peruenit, donec illud sibi restituatur.*
7 *Confessio creditoris, quod de suo credito fuerat satisfactus, non concludit à quo ille dictam satisfactionem receperit.*
8 *Societas renouata sine præiudicio priorum obligationum, illas non extinguit.*
9 *Renouans proprio nomine societatem alterius non potest ante summam actualiter creditori solutam, illam à debitore repetere.*
10 *Rota non attendit mandata aliorum tribunalium non gustata illorum iustitia.*
11 *Debitum solutum proprio mandato Iudicis, dicitur bona fide solutum.*
12 *Meliorationum pluralitas, & diuersitas ex quibus deducatur.*
13 *Tutor donec de bonis administratis rationem reddiderit, de illis creditoribus satisfecisse præsumitur.*
14 *Tutor ante redditam rationem creditor dici non potest.*
15 *Tutor, qui non fuit, rationem reddere non tenetur.*
16 *Tutor etiam quod quis non fuerit, si tamen administrauit tenetur reddere rationes, & num. seq.*
17 *Pro Tutore qui se gessit melioris conditionis legitimo tutore esse non debet.*
18 *Confessio non potest separari; sed in totum debet acceptari.*
19 *Tutor qui non fuit, si administrauit, de solis bonis administratis rationem reddere tenetur.*
20 *Administrare qui non tenetur condemnari non potest ad reddendam rationem, nisi de eo, quod administrasse constat.*
21 *Vinea, quod fuerit hæreditaria probatur, si in eo loco propriam Tutor non habebat.*
22 *Fructus condemnatio fit à die motæ litis.*
23 *Census extinctus mediante venditione fundi censiti, ea nulla declarata, reuiuiscit.*
24 *Compensatione census extinguitur, & num. 25.*
25 *Creditor hæres debitoris actiones confundit.*

DECISIO CCXCVII.

NON obstat Carolo Adriano petenti immissionem in possessionem Domus hæreditariæ Adriani Sellorij hodie possessæ à D. Horatio Magalotto venditio eiusdem Domus Lācellotto facta à Bernardina pro extinguendo ære alieno ipsius Testatoris, quia vt comprobat prima decisio huius Causæ edita 4. Maij anni præcedentis, quam assumpta super eisdē disputatione confirmandam esse Domini cēsuerunt d. venditio cum incontinenti nulla detegatur ex defectu, tum potestatis in venditrice, tum implementi, ac formæ à testatore præscriptæ Lācellottum Emptorem, siue Dominum Magalottum illius successorem singularem contradictorem legitimum non facit, ex allegatis in *d. decis. §. quia obiectum*, nec interest ad hunc effectum, an emptor bona fide emerit ab eo quem Dominum esse, seu Ius vendendi habere putabat; quia esto, quod hoc prodesse posset emptori ad præscribendum, ei tamen non tribuit Ius retardandi immissionē hæredis quando incontinenti constat de non
1 dominio ac iure venditoris; † & ratio est, quia titulus huiusmodi non est comparabilis cum titulo hæredis, nec dicitur apparens, dum detegitur nullus, vt distinguendo inter præscriptionem, & casum nostrum tradit *Argel. de legit. contrad. quæst. 7. art. 4. num. 93. & seqq. vsque ad* 98. præterquod ponderata *in prima decis. §. penult.* videtur excludere bonam fidem contrahentium.

Quod verò Bernardina potestatem vendendi non haberet dubitatione caret, quia fuit hæres vsufructuaria tantum, vt pluribus simul iunctis firmatur in prima decisione, contra quam in hac parte nihil releuans Adrianus adduxit, & ibidem probatur, quod hoc nomine siue etiam curatorio hæredum vendere nō potuit. aut de iure, aut ex præcepto testato-
2 ris, † cum hoc directum sit ad ipsos hæredes proprietarios, vt etiam in dubio præsumitur nisi aliud testator expresserit, vt in terminis *Casan. consil. 29. num. 1. & seqq. cum alijs allegatis à Modern. Hispano de executor. testam. lib. 3. cap. 3. n. 1. & 2. seqq.*

Seruata pariter non fuit eiusdem præcepti forma, quia testator voluit, quod hæredes cū pretio domus vendendæ debita extingueret, vt eius vinea ab hipothecis desuper contractis libera remaneret, ibi, *Voglio, che li miei heredi siano obligati estinguere detti debiti con detta casa, acciò la vigna resti libera*, & sic intellexit, quod emptor domus statim exbursaret pretium in manibus hæredum; nam alioquin illi nō possent cum pretio soluere debita, & hipothecas extinguere, vt testator mandauit. At Bernardina non vendidit præsente pecunia, nec hæredibus Lancellottus emptor pretium soluit, vt ipsi æs alienum extinguerent iuxta præceptum testatoris, sed soluere promisit aliquibus creditoribus ibi nominatis: Vnde, etsi non di-

3 ceretur habita fides de pretio, † eo quod ven-
ditrix putauit emptorem ſtatim eſſe ſoluturũ
creditoribus nominatis, *l. ſi quaſi, ff. de pignorat.*
act. Naguſ. de pignor. par. 6. memb. 1. num. 38. in fine;
certum eſt, quod impleta non fuit voluntas
teſtatoris, qui præcipiendo hæredibus, quod
cum pretio ſoluant æs alienum de illis, non
4 autem de emptore confidit; † cumque præce-
perit vendi ad certum effectum liberandi ſci-
licet vineam ab hipothecis creditorum, qui
non ſequebatur ex ſola promiſſione emptoris
ſoluendi creditoribus, *l. ſicut re, §. non videtur, ff.*
quib. mod. pign. vel hipoth. ſoluat, Grat. diſcept. 37. nu.
34. & ſeq. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſſ. 8. par.
7. num. 41. & ſeq. & deciſ. 223. num. 5. alijque relati à
Moder. Peruſ. de ſubhaſt. inſpect. 54. num. 8. & ſeqq.
non ſatis erat d. promiſſio emptoris, ſed ſtatim
in ipſo actu venditionis, ac traditionis domus
pretium ſolui debebat, & creditoribus ſatiſ-
fieri, maximè quia euenire poterat, quod
emptore differente promiſſam ſolutionem, vi-
nea adhuc contra mentem teſtatoris ſubiace-
5 ret hipothecis creditorũ, † & in puncto quod
neceſſaria ſit actualis ſolutio pretij in actu cõ-
ditionis quando permiſſa eſt venditio ad certũ
effectum ſoluendi creditoribus, tradit *Salic. in*
l. ciuile ſub num. 4. ante fin. verſ. & aſſerit, Cod. rei iu-
dic. Bart. in l. à Diuo Pio, §. ſed ſi emptor, nu. 3. verſ.
& poteſt eſſe, & num. 5. verſ. quia regulariter, ff. de re
iudic. Felin. in cap. cum olim il primo, nu. 5. verſ. item
niſi ſit datus, de offic. deleg. Gratian. diſcept. 329. n. 40.
Ruin, conſ. 84. num. 12. & 13. lib. 2. Caualer. deciſ. 18.
num. 4.

Verum quia in ipſo actu venditionis Lan-
cellottus conſenſit caſſationi annui cenſus ſi-
bi debiti à teſtatore, & ſucceſſiuis temporibus
tam ipſe, quam Magalottus illius ſucceſſor de
proprijs pecunijs ſatisfecit aliquibus credito-
6 ribus teſtatoris, ex quorũ propterea hipothe-
cis domum retinere poteſt, donec ſolutum
actor reſtituat, iuxta *deciſ. 69. Card. Mant.* quam
Rota paſſim ſecuta fuit, exaduerſo autẽ actor
obiecit non probari omnes ſolutiones addu-
ctas, & plures pecunias hæreditarias ad manus
Aduerſariorum perueniſſe; Ideo Domini fir-
marunt primo, quæ ſolutiones in creditum
Lancellotti, & Magalotti, ſecundo, quæ pe-
cuniæ in eius debitum ſint adſcribendæ.

In creditum retulerunt ſcuta 500. pro ſorte
principali cenſus, cuius caſſationi, vt ſupra
dicebam Lancellottus illius creditor conſen-
ſit. Item ſcuta 100. quæ idem Lancellottus
ſoluit Clementiæ Coccinę pro ſorte principa-
li vnius ſocietatis officij, cuius bonam fidem
teſtator recognouerat. Item ſcuta 250. pro
ſorte alterius ſocietatis officij à teſtatore debi-
tæ Siluio Antonino, cui Lancellottus de pro-
prio totidem ſoluit, vt conſtat ex publicis In-
ſtru[illegible]tis datis in *Sum. Magalotti num. 2.* omiſ-
ſa à [illegible]cietate officij ſcutorum 500. quam di-
citu[illegible]ator debuiſſe Felici Riccardæ, quia
licet [illegible]cellottus illam renouauerit pro ſcu-
torum 250. præuia aſſertione creditricis, quod
pro rata aliorum ſcutorum 250. erat ſatisfacta,
exinde elici non poteſt, quod fuerit ſatisfacta
à Lancellotto, cum quo pro reliquis ſcutis

7 250. renouauit, † & cui incumbit onus probã-
di ſatisfactam à ſe fuiſſe ad effectum ſimilem
ſummam repetendi ab hæredibus debitoris, vt
in fortioribus terminis *Fontanell. de pact. clauſ. 4.*
gloſſ. vnica par. 1. num. 3. Gratian. diſcept. 570. nu. 33.
Anton. de Amat. reſol. 97. num. 9. & 2. ſeqq. Ipſa pa-
riter renouatio cum facta fuerit ſine præiudi-
8 cio obligatorum in prima ſocietate, † & ſic
obligationem teſtatoris pro ſumma renouata
non extinxerit, *Felic. de ſociet. cap. 41. ſub nu. 34.*
& 35. Zacch. de ſociet. offic. num. 462. in fin. & 463.
non præbet renouanti facultatem repetendi à
9 principali debitore eamdem ſummam † ante-
quam illam actualiter ſoluat creditrici, *l. ſi pro*
eam, Cod. mand. cap. peruenit ibi pecuniam, quam pro
eis ſoluit de fideiuſſ. Hering. de fideiuſſ. cap. 25. nu. 10.
Rota in Maceraten. cenſus 5. Iunij 1638. coram Emi-
nentiſſ. D. Card. Hieronymo Veroſpio.

Item ſcuta 670. quæ Magalottus ſoluit Pe-
regrino Fabro Murario, nempè 610. pro me-
lioramentis ab eo factis in hac domo viuente
teſtatore, & alia 60. pro expenſis iudicialibus
litis motæ contra teſtatorem, eoque mortuo
proſecutæ contra hæredes. Quod enim D. Ma-
galottus hanc ſummam ſoluerit Peregrino de
anno 1635. conſtat ex publico Inſtrumento, &
creditum Peregrini viſum fuit probari ex aſ-
ſertione teſtatoris in teſtamento emiſſa, iun-
cto mandato executiuo ad eius fauorem cõtra
teſtatorem relaxato, & ſuper domo, de qua
agitur executo, *ſumm primæ poſitionis Magalotti*
nu. 5. 7. & 8. necnon relatione peritorum hinc
inde electorum pro æſtimandis dictis melio-
ramentis, *Summ. 2. poſitionis num. 4.* ac proſecu-
tione eiuſdem Iudicij contra D. Magalottum
vſque ad actualem adiudicationem vnius ap-
partamenti, ſuper quo facta fuerat executio,
Summ. ibidem num. 7. Adeo quod non verſamur
in ſimplici relaxatione mãdati relaxati in alio
10 Tribunali, † quod Rota non ſolet attendere
non guſtato de iuſtitia, *Buratt. deciſ. 636. num. 7.*
ſed vltro adeſt iuſtificatio reſultans ex gene-
rali aſſertione teſtatoris ſe confitentis debito-
rem Peregrini, & ex concordi peritorum re-
latione, ac eiuſdem mandati executione con-
ſumata, à quibus cum exaduerſo reclamatum
non fuerit ſaltim poſtquam Iudex repoſuerat
à decreto reuocationis mandati, & ad vlterio-
rem executionem proceſſerat negari non po-
11 teſt quin Magalottus bona fide ſoluerit † Pe-
regrino, eiuſque creditum donec prædicta
iuris ordine ſeruato reſcindantur iuſtificatum
remanet, ad *text. in l. qui ſententiam, Cod. pen. Socin.*
Sen. conſ. 187. ſub num. 17. verſ. nam ex pluribus,
lib. 2.

Neque in ſatisfactionem dd. melioramen-
torum imputanda ſunt ſcuta 500. quæ de an-
no 1625. Peregrinus habuit à teſtature per
manus Dominici Maſcani, quia animaduer-
tendum eſt, quod hæc ceſſerũt in cauſam me-
lioramentorum à Peregrino factorum de an-
no 1625. vt conſtat ex inſtrumento inter te-
ſtatorem, & Maſcanum ſtipulato die 2. Decẽ-
bris 1624. & ordinibus Maſcano pro ſolutio-
ne d. ſummæ directis in pluribus vicibus, in
quorum executionem ſecuta fuit ſolutio de
anno

anno 1625. *Summ. Magalotti num. 4.* hodie verò non agitur de his meliorationibus, sed alijs antea factis in vim alterius Instrumenti rogati die 6. Maij 1623. quo Peregrinus promisit diuersa melioramenta facere, eaque absoluere per totam diem Sancti Io. Baptistæ eiusdem anni 1623. ibi, *detto Muratore s'obliga d'hauer finito tutti li muri delle facciate da ogni banda, & anco coperto il tetto per tutto San Giouanni prossimo à venire*, quæ proinde melioramenta cum perfecta fuerint ante annum 1624. dicen. est diuersa esse à prædictis factis de anno 1625. ponderato præsertim, quod in supracitato secundo Instrumento inito cum Mascano in fine anni 1624. Adrianus testator dixit pecunias Mascani inseruire debere, *ad effetto di finire, e tirare à perfettione la casa, e stanze in modo tale, che sia habile*, & sic supposuit à Peregrino iam fuisse inceptum, & prosecutum ædificium domus, sed vltro opus esse alijs expensis, vt habitabilis redderetur. Idemque confirmatur, quia in iudicio, vt supra moto à Peregrino contra Adrianum, eiusque hæredes pro consecutione scutorum 610. de quibus agitur nusquam fuit oppositum de compensatione pecuniarū solutarum, vt supra per manus Mascani, atq; ita ex diuersitate tum temporis, tum qualitatum vtriusque instrumenti, & ex coniectura
12 non oppositæ compensationis † conuincitur diuersitas, ac pluralitas meliorationum, iuxta notata per *Doct. in l. quinquaginta, ff. probat. Aym. cons. 282. num. 2. Surd. cons. 80. num. 12. Menoch. de arbitr. cas. 213. num. 19. Rota in Romana, seu Camerinen. pecuniaria 6. Februarij 1626. coram bon. mem. Remboldo.*

In debitum verò Magalotti, siue eius authoris informantes pro Sellorio satagebant inter cætera adscribi pretium doliorum 19. vini, quæ die 10. Decembris 1626. Bernardina testatoris vxor, & hæres vsufructuaria fassa fuit, tradidisse Lancellotto ad computū scutorum 300. per eumdem mutuatorum testatori, dum vixit ad effectum scassandi, & laborandi eiusdem vineam sitam extra portam S. Sebastiani. Item mobilia, omnesque effectus hæreditarios Adriani à Lancellotto, tamquā
13 hæredum Tutore administratos, † de quibus donec ratio reddatur idem præsumitur de illis satisfecisse, vel creditoribus hæreditarijs, *l. Hesenius, vbi Bart. num. 5. ff. negoc. gest. Aym. cons. 129. num. 3. Rota decis. 547. num. 16. & 18. par. 5. rec. & in Bononien. pecuniaria 27. Aprilis 1644. coram R. P. D. meo Royas, vel sibi, l. sed si damnum, ff. pecul. Ciriac. cons. 76. num. 8. Afflict. decis. 13. num. 16. & 18. Buratt. decis. 420. num. 2.* Itaut ante redditam
14 rationem † creditor dici non possit, *Rota dec. 210. sub num. 2. par. 3. & decis. 547. num. 17. par. 5. rec.* Nec obstat quod Lancellottus verè non
15 esset Tutor hæredum, † ac proinde non teneatur reddere rationem administrationis, ex allegatis *in decis. 470. par. 1. rec.* quia hoc procederet
16 † si non administrasset, *vt dictam decis. 470.* declarando respondit *Rota in Nepesina Tutelæ 6. Iulij 1616. coram clar. memor. Card. Fabritio Verospio*; at quia administrauit rationem reddere, ac si legitimus Tutor fuisset, † ne qui pro
17 Tutore se gessit, cum non esset, melioris sit conditionis legitimo Tutore, *Roland. cons. 49. num. 17. lib. 1. Guttier. de tutel. par. 3. cap. 1. num. 10. Seraph. decis. 1473. num. 3.*

Neutrum tamen Domini admittendū censuerunt. Non primò, quia dolia 19. vini hæreditaria Adriani tradita fuisse Lancelletto probatur solum ex confessione Bernardinæ, quæ contextualiter dixit ea tradidisse in causam pecuniariam viro mutuatarum, quę causa, siue qualitas cum non habeat contra se iuris præsumptionem, nec contineat facta diuerso tempore implenda separari non potest
18 à confessione, † sed eadem confessio in totum acceptari debet saltem donec doceatur de cōtrario, iuxta theoricam *Bart. in l. Aurelius, §. item quæsijt, num. 1. & seqq. ff. liber. leg.* quam latè prosequitur *Surd. decis. 258. per tot. Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 45. num. 12. Rota decis. 158. nu. 5. par. 5. recent.*

Non alterum, quia Lancellottus hæredum Tutor esse non potuit, cumque non probetur se gessisse pro Tutore, nisi in locatione vineæ
19 ad triennium † dictæ locationis dumtaxat, & pensionum à Conductore exactarum rationē reddere debet, vt in terminis dixit *Rota decis. 470. num. 1. & 4. par. 1. recent.* qui enim ratione
20 officij administrare non tenetur † condemnari non potest ad redden. rationem, nisi de eo, quod administrasse constet, *Corn. cons. 31. nu. 6. lib. 4. Aym. cons. 251. num. 14. Rota decis. 220. num. 3. coram sa. mem. Gregor. XV. & in Romana pecuniaria 3. Aprilis 1645. §. fin. coram R. P. D. meo Peutingerio.* Contraria autem procedunt, quando non apparet administrationem fuisse restrictam ad certum negotium.

Est igitur Lancellottus calculandus debitor in scutis 300. quot important affictus d. vineæ per triennium. Item in alijs scutis 100. pro totidem retractis ex venditione vindemiæ anni 1628. cum venditio loquatur de vindemia
21 vineæ positæ extra Portam S. Sebastiani, † que verificatur pernecesse in vinea hæreditaria ibi posita, dum aliam propriam ibidem Lancellottum habuisse non apparet, vt per *Natt. cons. 335. num. 17. Peregr. de fideicommiss. artic. 44. nu. 22. Rota decis. 131. sub num. 5. vers. & satis par. 1. rec.* Vlterius in debitum Magalotti referēdæ sunt pēsiones huius Domus perceptæ à die 2. Maij
22 1643. † de quo tempore fuit mota hæc lis, iuxta *tex. in l. 3. ff. interd. Alex. in l. Nerennius, §. fundum, num. 4. ff. de re iudic. Rota decis. 451. nu. 4. par. 1. recen.* quæ pensiones ad rationem scutor. 77. singulis annis, vt informantes pro Magalotto admittunt cōstituunt toto sexennio cōplendo in mense Maij proximo scuta 462. & demptis scutis annuis tribus pro refectione necessaria Domus, nam viarum eo loci non soluitur remanent scuta 444.

Cum quibus compensandi nō veniunt fructus census scutor. 500. alias, vt supra dicebatur, impositi ad fauorem Lācellotti super hac ipsa Domo, & mediante venditione Domus
23 facta eidem Lancellotto extincti; † qui propterea dum venditio declaratur nulla, & dominium an emptore auocatur reuiuiscit, *Rota*

ta decis. 300. num. 3. in fine, decis. 530. num. 12. apud Cinc. de censib. quia hæ decisiones, & quæ in id allegari possent loquuntur quando census extinctio deducebatur ex eo solum, quod creditor nactus fuerat dominium fundi censualis; tunc enim militat ratio, quod reuocato dominio cessat extinctio census, quam dominij acquisitio produxit. Cæterum in casu nostro census fuit extinctus, cum Domus censualis pretio mediante illius retentione, & cum forte principali census compensatione, † per quam sequitur extinctio census, non secus ac per actum retrosimilem restitutionis sortis. *Molin. de Iust. & Iur. disput. 394. num. 7. Rota in recent. decis. 354. num. 1. & seqq. decis. 148. num. 1. & seqq. par. 6.* qui sufficit ad extingueñ. censum, & si† non adesset Instrumentum formalis extinctionis, vt fuit dictum *in Signina Saluiani 27. Aprilis 1940. §. sed solum in fine coram Reuerendiss. Salamantino.* Nil ergo refert ad dominium fundi ab emptore auocetur, necne, præsertim quia ab eo non auocantur pecuniæ, quas pro extinctione census apud se retinuit. Quatenus autem emptor prætendat fructus census tamquam damna, & interesse ob euictam Domũ, dirigere debet actiones contra venditricem, quæ de euictione tenetur,† cuiusque cum idẽ Lancellottus emptor fuerit hæres æedẽ actiones confusione sublatæ fuissent, *l. debitori, Cod. pact. Roman. cons. 276. nu. 2. Mantic. de inuent. q. 234. num. 198. Afflict. decis. 237. num. 4. & 2. seqq. Rota in Anconitana Bonorum 25. Februar. 1647. coram me, & in Bituntina Census 24. May eiusdem anni coram R.P.D. meo Corrado,* vbi infertur, quod hæres nec excipiendo potest deducere iura sibi competentia contra defunctum.

Itaque calculatis iuxta prædicta in creditũ D. Magalotti scutis 1520. in debitũ verò scut. 844. remanet idem creditor in scutis 676. quibus à Carolo Adriano Actore solutis Domini steterunt in decisis pro illius immissione causa quater proposita vtraque parte informante.

R. P. D. BICHIO.

Bononieñ. Bonorum.

Veneris 17. Martij 1649.

ARGVMENTVM.

Declaratur statutum Bononiæ sub rubr. de appellationibus in §. præterea permittens appellationem à sententia super quocumque possessorio, vt nempè etiam iudicium manutentionis comprehendat, & hoc ad effectum declarandi attentatam executionem factam infra tempus ad appellandum.

SVMMARIVM.

1 *Executio facta intra tempus ad appellandum est attentata.*
2 *Verbum*, quocumque, *dicitur vniuersale, & comprehendit etiam possessorium speciali nota dignum.*
3 *Auocatio possessionis in possessorio fieri debet, quoties est timor ne partes veniant ad arma.*
4 *Statuentes ex quibus deducatur comprehendere voluisse etiam possessorium.*
5 *Iudex lata sententia functus est officio suo, & potestatem reuocandi non retinet.*
6 *Appellatio prohibetur in summarijssimo possessorio.*
7 *Verbum*, quælibet sententia, *comprehendit quodcumque decretum.*
8 *Statutum prohibens appellationem in possessorio comprehendit etiam casus, in quibus de iure communi appellatio non prohibetur.*
9 *Statutum permittens appellationem in possessorio dicitur fauorabile.*
10 *Statutum prohibens appellationem in possessorio dicitur odiosum.*
11 *Permissio latius interpretatur, quam prohibitio.*
12 *Statutum vnicam tantum appellationem concedens minus grauat, quàm ius commune.*
13 *Iudicis natura, & substantia, non autem figura, & forma verborum attendi debet.*
14 *Manutentio concessa per decretum subiacet statuto concedente appellationem in possessorio.*
15 *Confirmatio apostolica in forma specifica, & ex certa scientia validat statutum etiam contra dispositionem iuris communis.*
16 *Statuta Bononiæ plerumque habent confirmationem apostolicam in forma specifica, & ex certa scientia.*
17 *Papa si nedum generaliter confirmauit statuta, sed ea inuiolabiliter obseruari mandauit, & vim contractus habere decreuit, quid hoc operetur.*
18 *Legatus de latere abrogare non potest statutum effectum Papale, & num. 20.*
19 *Facultas Legatorum quousque durare dicantur.*
20 *ad Officium Legatorum non pertinet sanciri contra statuta specialiter à Papa confirmata, & supra num. 18.*
21 *Constitutio prohibens appellationem in possessorio reducit rem ad terminos iuris communis.*
22 *Decretum irritans facit cessare fauorem redditus ad ius commune.*
23 *Gregorius XV. statuta Bononiæ confirmauit.*
24 *Statutum de appellationibus recipiendis dicitur toto populo fauorabile.*
25 *Commissio appellationis simpliciter à Signatura cõcessa operatur attentatam executionem factam infra decendium.*
26 *Possessionis continuatio iudicialis, & mediante facto iudicis non excusat ab attentatis.*
27 *Continuatio possessionis est probibita lite super ipsa possessione pendente.*

DECISIO CCXCVIII.

NOTANDVM lapso decennio mandatum de manutenendo, quod ad fauorem D. Comitis Horatij, & Angelæ de Buschettis contra D. Com. Bartholomeum de Felicinis Auditor generalis Eminentissimi Cardinalis Legati Bononiæ decreuerat, expeditum, & executum fuit, ideoq; causa appellationis à præfato decreto mihi per Signaturã Iustitiæ simpliciter commissa, Rota super dubio à me hodie proposito, an constet de attentatis, quæ veniant reuocanda, affirmatiuè respondit ex regula

gula generali, quod executio facta intra tem-
1 pora appellandi est attentata, † hoc nomine si appellatum fuit, est reuocanda desumpta *ex text. in l. sciendum, ff. appellat. l. appellatione, C. eod. tit. cap. non solum eod. tit. in 6.*

Cui regulæ, etsi solum habeat dumtaxat in sententijs, seu decretis appellabilibus inhærendum esse Domini censuerunt, quia quicquid sit de iure Ciuili, vel Canonico statutum Bononiæ *sub rubric. de appellat. in §. præterea*, permittens à sententia super quolibet possessorio lata semel appellare, procedit etiam in summarijssimo possessorio, tum propter vniuersali-
2 tatem verbi illius † *quocumque*, habentis vim specialis expressionis, & comprahensiui quoque possessorij minus proprij, & speciali nota digni, *Cephal. cons. 58. num. 16. Becc. cons. 14. nu. 15. Menoch. cons. 1007. num. 52. & 53. Decian. cons. 44. num. 14. & 23. lib. 4. cum alijs allegatis à Modern. Lucan. cons. 97. num. 54. & seqq. vsque ad 67.* quicquid in terminis huius statuti dixerit *Barz. decis. 71. num. 20. & 22.* qui propterea loquitur in diuerso casu, nempe in decreto manutentionis cum clausula citra præiudicium Iudicis alterius partis, vt legitur in principio. Tum quia Statutum excipit casum auocatæ posses-
3 sionis: † Cum enim auocationi huiusmodi sit locus in summarijssimo possessorio, quando est metus, ne partes ad arma deueniant, *Bald. in l. ordinarij numer. 9. in fin. C. rei vendic. Specul. de libell. concept. §. nunc dicendum nu. 14. Guidop. quæst. 578. vers. si autem*, ex hac exceptione dignosci-
4 tur, statuens comprahendere voluisse † in alijs casibus etiam summarijssimum possessorium, vt in puncto per has rationes fuit decisum bis *in Bonon. portioni 17. Decembris 1607. & 29. Febr. 1608. coram Card. Lugdunensi impress. apud Marches. de commiss. tom. 1. fol. 978. & 979. vbi sub n. 1.* dicitur, quod hanc sententiam Rota sæpè amplexa est, & allegatur in terminis mandati de manuteneñ. alia decisio *in Bonon. bonorum 21. Aprilis 1561. coram Rubeo*; idemque firmatum fuit *in decis. 220. num. 4. & 5. coram bo. me. Buratto, in Bonon. bonorum 18. Februarij 1639. coram Reuerendissimo D. meo Decano, & in alia Bonon. bonorum 4. Maij 1639. coram Reuerendiss. Terracinen. impress. post tract. Modern. de manut. decis. 672. num. 21.* in quibus vltrò ponderatur, quod decisio exaduerso allegari solita *in Bonon. fideicommissi de Blanchis coram R. P. D. meo Royas impress. post dictũ tract. decis. 639.* loquitur de manutentione concessa in Curia Archiepiscopali Bononię, & sic in foro Ecclesiastico, vbi viget particulare Statutum prohibens appellationem suspensiuam in summarijssimo iudicio manutentionis.

Neque applicabilis est distinctio inter manutentionem concessam per decretum, vel per sententiam diffinitiuam, itaut secundo casu non primo detur appellatio ea ratione, quia Iudex procedendo ad manutentionem per decretum non infert grauamen irreparabile, cũ decretum illud quantum ad Iudicem numquam transeat in iudicatum, & ab eodem Iudice reuocari possit quoties altera pars docuerit de sua possessione, quod secus est si manutentio concessa fuit per sententiam diffini-
5 tiuam, † quia ea lata, Iudex functus est officio suo, & reuocandi potestatem non retinet, vt *post Seraphin. decis. 1295. num. 3. & duobus sequen.* distinxit in terminis manutentionis *Rota decis. 283. num. 3. & 4. par. 2. recent. decis. 60. num. 1. & seqq. penès Mart. Andr. & in Romana fideicommissi, seu attentatorum 11. Februarij 1647. §. quia conclusio, & §. seq. coram R. P. D. Arguelles.*

Nam esto quod hæc distinctio recipi posset
6 in terminis Iuris communis, † quo regulariter in summarijssimo possessorio prohibetur appellatio, *l. vnica, C. si de moment. possess. cap. fin. §. de possess. 2. q. 6. Seraphin. d. decis. 1295. nu. 2. Reuerendiss. Vrgellen. decis. 222. num. 6.* reijcienda est omninò stante statuto Bononiæ permittente appellationem à qualibet sententia lata in possessorio, quo includi etiam summarijssimũ supra demonstratum fuit, sub eo enim termi-
7 no vniuersali *qualibet sententia*, † comprahenditur quoque decretum *Innoc. in cap. dudum n. 3. de reb. Eccles. non alien. Bart. in l. nec quidquam, §. vbi decretum il 1. num. 5. in fin. de offic. procons. Simoncel. decret. in præfat. num. 29. Scac. de senten. & re iudic. gloss. 14. quæst. 2. num. 50. & 51.* præsertim, vt statutum aliquid addat iuri communi, sicuti è conuerso ob hanc rationem statutum prohi-
8 bens appellationẽ in causa possessionis, † quia idem est regulariter dispositum de iure communi, comprahendere etiam casus illos, in quibus ius cõmune appellationem nõ prohibet, voluit *Bald. in l. 2. sub num. 1. vers. aut in possessorio, C. appellat. Alder. Mascard. de gener. stat. interpr. concl. 12. sub num. 20. circa fin. vers. quod si superior, Grat. decis. March. 188. num. 9. vbi ex doctrina Alex. cons. 24. num. 12. lib. 2.* ait hoc maximè procedere, quando statutum loquitur generaliter, & admitteñ. saltem est in casu nostro, quo statutum nedum loquitur generaliter, sed vti-
9 tur verbis vniuersalibus, † haberique debet pro fauorabili, prout est fauorabilis appellatio, quam permittit *Marchabr. cons. 107. nu. 70. Vant. de nullit. rubr. quid sit nullitas num. 18. vers. si ergo est iuris remedium, Brunor. à Sole quæst. 24. sub num. 9. Neguf. quæst. 185. sub numer. 6. Rota decis. 9.*
10 *num. 29. apud Modern. de manut.* & odiosũ † quod illam prohibet *Aym. cons. 183. num. 4. vers. postremo, Surd. cons. 102. num. 1. Alb. cons. 278. num. 17. vbi Adden. littera F. allegat. concord. Cancer. var. resol. tom. 3. cap. 18. num. 9.*

Itaque diuersa militat ratio in prohibitione appellationis inducta à Iure communi, quando summarijssimum possessorium terminatur per decretum, & in permissione appellationis à statuto proueniente, quia illa innititur non solum qualitate iudicij celeris expeditionis, sed etiam facultati, quæ remanet penès eumdem Iudicem reparandi cõtrario decreto grauamen illatum, vt hæc indefinitè, ac vniuersaliter se habet ad omnem sententiam latam
11 in possessorio, debetque latius † interpretari permissio, quam prohibitio, *Bart. in l. si ita quis, §. ea lege, num. 7. ff. de verb. oblig. Surd. cons. 10. n. 12. cons. 71. n. 12. & dec. 279. sub num. 10. vers. accedit, et num. 11.* præsertim quia minus grauat appel-
12 latio vigore statuti, quàm Iuris † communis, cum

cum statutum vnicam tãtum appellationem
concedat, vt in puncto huius statuti pondera-
uit Rota in supra allegata Bonon.portioni de anno
1608.impress.apud Marches. de commiss. tom.1. fol.
980.vers.quia non sumus, vbi præterea dicitur,
quod hoc statutum non potest recipere inter-
pretationem à Iure communi, quia verba re-
pugnant, adeo quod nihil interest, an per de-
cretum, vel per sententiam pronuncietur, cũ
13 non figura, & forma verborum, † sed natura,
& substantia iudicij effecti à statuto appella-
bilis sit attendenda, Pacif.de Salu.inspect.4.cap.4.
num.59.Rota decis.94.sub num.31.& duob. sequen.
inter impress.apud Modern.Pisan.de iurepatr. & in
puncto huius statuti decis.84.num.15. & 17. &
seqq.par.7.recent. & in his terminis præcisis ma-
14 nutentionis concessæ per decretum † intrare
statutum fuit decisum in supracitata decis.220.
num.4.& 5.coram bo.me.Buratto.

Gratis verò dicitur statutum non suffraga-
ri ex defectu sufficientis confirmationis Apo-
stolicæ, ex quo illa loquitur de statutis legiti-
mè editis: quia tale est hoc statutũ, cum fuerit
editum eo ordine, quo cætera alia Bononiæ,
& licet sit contra Ius, id non respicit legitimã
editionem, sed tenorem, ac substantiam ipsius
15 statuti, quam etsi contrariam iuri † validat
confirmatio Apostolica in forma specifica,
& ex certa scientia, Gabr.cons.183.num.16.lib.2.
Rota decis.339.num.3.in fin.part.2. recent. dec.157.
num.9.part.6.& in Bonon.Census 27. Martij 1647.
§.eaque coram Reuerendiss.Terracinen. qualem es-
16 se confirmationem statutorum † Bononiæ,
distinguendo inter plures eorumdem statuto-
rum cõfirmationes diuersis temporibus ema-
natas dixit Rota in dicta Bonon.Census, §.neque di-
catur, & prius in Bonon. Aggregationis 31. Ianuarij
1646.§.penult.coram R.P.D.meo Cerro, in Bonon.de
Michelinis 4. Iulij 1618. & 13. Maij 1620. coram
bo.me.Francisco Vbaldo, in decis.201. num.2. coram
bo.me.Buratto, & in decis.438.num.54.& seqq. vbi
ponderatur, quod Papa nedum generaliter cõ-
firmauit statuta, sed ea de cætero inuiolabili-
17 ter obseruari mandauit, † & vim contractus
habere decreuit, quæ verba nõ inducunt sim-
pliciter confirmationem, sed legis nouæ edi-
tionem, par.4.tom.2.recent.

Vnde vltrò sequitur, quod attendenda non
sit Constitutio Cardinalis Iustiniani, seu Emi-
nentissimi Cardinalis Sacchetti edita tempore
eorum Legationis, & prohibens appellari à
decreto lato in sũmarijssimo possessorio, quia
statutum Bononiæ contrarium disponens, &
18 vi confirmationis prædictæ effectum † Papale
Legati de latere abrogare non potuerunt. Ro-
man.cons.37.nu.2.vers. secundo quia, Ruin.cons.166.
num.3.vers.quia Legatus de latere lib.4.Honded.con-
sil.93.num.70.lib.2.Rota decis. 66. num.16. part.4.
tom.2. recent. & in puncto dictæ Constitutionis
Cardinalis Iustiniani fuit dictum in supraci-
tata Bonon.bonorum 18.Februarij 1639. coram Re-
uerendissimo D. meo Decano, in decis. 672. num.20.
apud Modern.de manut.& in d.Bonon.Census, §. fin.
coram D. Terracinen. neque etiam per viam in-
terpretationis. Felin. in cap. quæ in Ecclesiarum
num.17.vers.quia cum in talibus, de constit, aut limi-
tationis, Villad.de Legat.quæst.10.sub num.13.vers.
siue eam. Nec releuant facultates ipsi Cardina-
li Iustiniano a Papa concessæ, datæ in Sũma-
rio Buschetti num.9.quia restrictæ sunt, tum
ad tempus Legationis, ibi, tuis huiusmodi Lega-
tione, & Vicariatus durantibus, qua propterea fi-
nita expirarunt simul facultates, & Consti-
19 tutiones earum vigore æditæ à Legato, † li-
cet secus sit in Constitutionibus per viam le-
gis vniuersalis editis in vim facultatũ de iure
communi competentium statuto, aut legali
Papali non aduersantibus, de quibus loquitur
text.in cap.fin.de offic. Legat. Barbos. de iur. Eccles.
lib.1.cap.5.num.84.Seraph.decis.536.num.4.& be-
nè in terminis ponderauit Rota in d.Bonon.Cen-
sus §.fin.vers.licet enim: Tum ad ea, quæ de iu-
re, vel consuetudine ad officium Legationis
pertinent, ibi. Quæ ad huiusmodi Legationis, &
Vicariatus officium de iure, vel consuetudine pertinẽt.
at nec de iure, nec de consuetudine pertinet
20 ad officium Legati † contra statuta speciali-
ter confirmata à Papa, eoque minus contra
leges Papales perpetuo sanciri, Pacian. cons.80.
num.42.Gabr.de potest.Legat.lib.8. tit.2. sub nu.24.
vers. sexto quæro, Rota in supracitata Bonon. aggre-
gationis 31.Ianuarij 1646.§.penult.in fine coram R.
P.D.meo Cerro cum alijs supra allegatis.

Minus potuisse id fieri dicendum est, eo
21 quod Constitutio prohibitiua † appellationis
reducat rem ad terminos Iuris communis ad-
notata per Felin.in cap. cum accessissent nu.5. vers.
hanc declarationem de const. Ias.in l. omnium nu.10.
C.testam.Rota decis.375. num.4. par.2.recent. Nam
etiam hoc casu deficit potestas, quando in cõ-
firmatione Apostolica statuti iuri communi
contrarij adest præceptum de obseruando, &
22 decretum irritans, † quia tunc cessat fauor re-
ditus ad Ius commune, Ias.in d.l.omnium, nu.7.
vers.limita tamen, Abb.in cap.dilecto 25. num.10. de
præbend. Felin.in d.cap. cum accessissent num.7. Dec.
ibid.num.19.Marescott.var.resolut.lib.2.cap.38.n.5.
Ioseph.Less.decis.Aragon.365. num.17. & 18. facit
Seraphin. decis. 538. sub num.1. vers. tamen, Rota
decis.469. num.8. part. 5. recent. Et in omnem
euentum Constitutio Iustiniana sublata fuis-
set à fa.me. Gregorio XV. qui statuta Bono-
niæ confirmauit, & innouauit, reuocando
23 omnia, † quæ Legati pro tempore contra di-
cta statuta decreuerunt, vt benè in puncto ad-
uertit Rota in supradicta Bonon.bonorum §.fin.corã
Reuerendiss.D. meo Decano, vanaq; est restrictio
confirmationis Gregorianæ ad statuta edita
in fauorem Ciuitatis, quia loquitur etiam de
fauorabilibus populo, ibi, in fauorem Ciuitatis
vestræ Bononiæ populi, &c. cumque statutum de
appellationibus recipiendis editum sit fauore
24 omnium Ciuium, † negari non potest quin
toto populo sit fauorabile, vt per Negusant.
q.465.num.64.Ciriac.controu.310.num.57.

Ex quibus meritò Signatura Iustitiæ à de-
creto manutẽtionis lato pro DD.de Buschet-
tis causam appellationis commisit simplici-
ter, quod solum sufficit, vt executio infra de-
25 cennium facta sit attentata, † quia intelligitur
commissa appellatio ad vtrumque effectum,
& rescriptum Signaturæ retrotrahitur ad diẽ
decre-

decreti, vt sæpissimè fuit resolutum in decisionibus, quas nuper sequuta est *Rota in Romana fideicommissi, seu attentatorum* 11. *Februar.* 1647. §. *fin. coram R. P. D. meo Arguelles, & in Auenionen. attentatorum* 10. *Iunij* 1648. §. *nam quicquid*, & §. *seq. coram R. P. D. meo Celso*.

Non obstat, quod Buschetti ante executum mandatum de manutenen. reperirētur in possessione bonorum controuersorum, & proinde mandati executio dicatur actus continuatiuus possessionis iam prius acquisitæ, qui attentatus non est ex regula, quod qui continuat, non attrntat; Quia hæc regula procedit quando quis continuat per viam priuatæ facultatis at quando, prout hic, procedit ad continuationem iudicialiter, & mediante facto
26 Iudicis, † prætextus continuationis non excusat ab attentatis, vt benè declarauit *Rota decis.* 342. *sub num.* 5. *p.* 4. *recent.* quam refert *Modern. de manut. obseru.* 1. *sub. num.* 91. Eò minùs, quia
27 lis pendente super ipsa possessione, † quo casu continuatio est prohibita, ne aliàs Iudiciū reddatur elusorium *Gabr. de acpir. possess. conclus.* 6. *num.* 17. *Rota in Cæsaraugustana distributionum, seu attentatorum* 17. *Februarij* 1645. §. *hoc non procedit*, & 26. *Iunij eiusdem anni* §. *penult. coram R. P. D. meo Cerro, & in Bonon. attentatorum* 26. *Iunij* 1646. *coram eodem*.

Et ita decisum vtraque parte informante.

R. P. D. LEONE VEROSPIO

Oscen̄ Archidiaconatus.

Mercurij 17. *Martij* 1649.

ARGVMENTVM.

Alternatiua acceptata ab Episcopo in mense Apostolico, hic mensis non efficitur ordinarius, benè tamen si esset ordinarius effieeretur Apostolicus; & licèt æqualitas in contractibus seruanda sit, attamen permittitur quoque claudicatio, quando de vno ad alium, militaret ratio diuersa, quæ in præsenti decisione ad effectum de quo agitur, eruditè demonstratur.

Alternatiua restringitur ad beneficia liberæ collationis, & non admittitur in collationibus simultaneis pertinentibus ad Capitulum simul cum Episcopo: an autem admittatur in ijs beneficijs, quæ spectant ad liberam collationem Episcopi, restrictam tamen ad certas personas acerrimè disputatur, & resolutio est affirmatiua, in contrarium adductis plenè respondendo.

SVMMARIVM.

1 *Validitas sententiæ dignoscitur ex reuolutione actorum.*
2 *Beneficium est adiudicandum verificata narratiuæ Gratiæ Apostolicæ.*
3 *Alternatiuæ acceptio in mense, qui alias esset ordinarius, efficitur Apostolicus, & beneficia in eo vacantia, censetur Pontifici reseruata.*
4 *Alternatiua acceptata ab Episcopo in mense Apostolico, hic mensis non efficitur ordinarius, sed vt prius remaneat reseruatus, & non econtra.*
5 *Claudicatio in contractibus non est inducenda.*
6 *Illatio non est facienda de vno ad alium, quando in vtroque casu militat ratio diuersa.*
7 *Claudicatio in contractibus etiam admittitur ex parte vnius.*
8 *Alternatiua accepta ab Episcopo in mense Apostolico, quare ille mensis non efficiatur Ordinarius.*
9 *Alternatiua acceptata in mense Ordinario, quare dictus mensis efficiatur Apostolicus.*
10 *Beneficij collatio vti dignitatis in Cathedrali spectat ad Episcopum simul cum Capitulo quamuis vacauerit in mense Apostolico per alternatiuam.*
11 *Alternatiua restringitur ab beneficia liberæ collationis, & non admittitur in collationibus simultaneis spectantibus capitulo simul cum Episcopo.*
12 *Quasi possessio conferendi beneficia vti dignitates sufficit ad effectum alternatiuæ quandolis non agitur cum capitulo simulationem prætendente sed veritur inter prouisos.*
13 *Beneficij collatio vti dignitatis in Cathedrali ex probetur spectare ad solum Episcopum.*
14 *Consuetudo in materia collationis beneficiorum potissimum attendenda est.*
15 *Quasi possessio simultenea conferendi dignitates inter Episcopum, & Capitulum, ex quibus preserua ta dicatur.*
16 *Quasi possessio probari debet, vt præseruari possit.*
17 *Ius conferendi beneficia spectare ad Episcopum priuatiuè quoad alios probatur ex collationibus ab ipso factis.*
18 *Alternatiua admittitur etiam in beneficijs, quæ ad liberam collationem Episcopi spectat, quamuis pro certo genere personarum fuerit restricta.*
19 *Alternatiua non admittitur in simultaneis collationibus ratione consilij spectantibus ad Capitulum simul cum Episcopo.*
20 *Incompatibilitas beneficiorum in eadem Ecclesia tollitur ex consuetudine, ac antiquo statuto ipsius Ecclesiæ.*
21 *Doctoratus debet probari obtentus in aliqua vniuersitate abeo Prouisio de aliqua dignitate in Cathedrali.*
22 *Intellige in ijs tantum dignitatibus, quæ curam animarum, vel iurisdictionem habent annexam, vel Primatum obtineant in Cathedrali.*
23 *Doctnratus in narratiua expositus, quamuis non iustificetur, gratia tamen non vitiatur.*

DECISIO CCXCIX.

SENTENTIAM Rotalem Gregorio Escobedo Archidiaconatum Oscen̄ adiudicantem confirmandā esse Domini responderunt, Quia
1 eius † validitas non reuocatur in dubium, & ex Actorum reuolutione dignoscitur iuxta *decis. Verall.* 260. *par.* 2. semper in hoc Tribunali receptam, vt constat ex *decis.* 589. *num.* 1. *part.* 1. *rec. & in Marsicen. Iurisdictionis* 18. *Februarij* 1646. *coram R. P. D. meo Bichio*.

Iustitia verò conuincitur ex tribus decisionibus in præcedenti instantia coram R. P. D.
2 meo Peutingerio luculenter extensis, † quibus verificata probantur omnia narrata in gratia subrogationis à Ioanne auctore Gregorij impetrata,

petrata, ac expressa in litteris Coadiutoriæ cũ futura successione, quas idemmet Gregorius expedierat ob infirmitatem Ioannis, pendente lite contractam; Cui proindè Archidiaconatum controuersum Domini adiudicarunt sequendo auctorit. *Doctor. in cap. 1. de lit. contestat. lib. 6. Abbat. in c. 2. in 2. notab. de reser. Dec. consil. 142. nu. 6. Rot. in Tricariten. Cappellæ 7. Aprilis 1617. coram Manzanedo.*

Neque subsistit obiectus reseruationis defectus exinde repetitus, quod præsens vacatio contingerat in mense Septembris Ordinarijs
3 Collationibus regulariter destinato; † Cùm enim ex litteris patentibus ipsius Episcopi appareat de acceptatione alternatiuæ sexta die eiusdem mensis in Dataria recepta, atque recognita, ac de obitu Melchioris in possessione Archidiaconatus 25. die eiusdem mensis subsecuto; clara exinde conuincitur reseruatio in regula nona Cancellariæ sancita his verbis, *Quibus*, scilicet litteris Ordinarij acceptantibus alternatiuam *ab eo* (videlicet Datario) *receptis, atque recognitis tunc demum, & non antea vti incipiat gratia supradicta*. Quarum vigore litterarum mensis ille, licet alias Ordinarius efficitur Apostolicus, & beneficia eo durante vacantia, dispositioni Summi Pontificis reseruata censentur, vt comprobat *Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 65. num. 9. cum seq. Garz. de benef. p. 5. cap. 1. numer. 698.* & respondit *Rot. decis. 349. num. 1. par. 3. recent. & in Tarentina Canonicatus 10. Decembris 1612. coram bo. me. Coccino, & in alijs relatis in dec. R. P. D. mei Peutingerij sub die 10. Maij 1647. in §. Exclusio vero.*

4 Non † obstat quod acceptante alternatiuam Episcopo in mense Apostolico aliàs inchoato hic non redigatur Ordinarius, sed vt prius remaneat reseruatus; ac talis proinde reputari debeat mensis Ordinarius si hoc incœpto alternatio recepta fuerit à Datario, atque recog-
5 nita, † nè claudicatio contractus inducatur contra *text. in l. Iulianus §. si quis colludente, ff. de act. empt.*

6 Dum † enim ratio militat in vtroque casu diuersa, de vno ad alterum congrua fieri nequit illatio *l. Papinianus ff. de minor. l. inter. stipulantem §. sacram, ff. de verb. oblig. l. naturalem, §. nihilominus, ff. de acquir. possess. l. vlt. in fin. ff. de calumnia-*
7 *tor.* † Quinimò ex parte vnius claudicatio quoque contractus admittitur secundùm *Castre. in add. §. si quis colludente num. 4. post glos. in verb. obligat. ff. de act. empt. Surd. decis. 187. num. 11. & alios, quos recenset. Rot. coram Andr. decis. 110. sub num. 14.*
8 Iusta † siquidem ratione ad fauorem Pontificis videtur iuductum, quod mensis aliàs Apostolicus inchoatus per alternatiuam non redigatur Ordinarius, nè Episcopi, à quorum libera voluntate dependent acceptatio alternatiuæ, huius declarationem differant in tempus ipsi Pontifici iam affectum, ac in præiudicium iuris eidem super eo integrè quæsiti, ac ipsius vigore regulæ reseruati, vt respondit *Rot. in Fauentina Canonicatus 16. Decemb. 1585. coram Blanchetto, impressa post Garz. de benefic. par. 5. cap. 1. numer. 693. & in Salamentina Beneficij 20. Iunij 1605 coram Manzanedo, impressa par. 2. recent. decis. 144. sub num. 6. & in Papien. beneficij 10. Aprilis 1617. coram Andrea inter impressas decis. 110. sub num. 11.*
9 Quæ sanè ratio † non militat in ipsis Episcopis, qui cum possint acceptationem exhibere Datario, eiusque receptionem, ac recognitionem curare in fine proprij mensis, sibi debent imputare, si in principio sequentis illam exhibent, & ius aliàs liberè sibi competens Pontificiæ dispositioni propria volũtate submittunt *arg. text. in l. quod quis ex culpa, & l. nemo fraudare videtur, ff. de regul. iur. capit. Damnum, cap. scienti, eod. tit. lib. 6. cùm alijs per Surd. decision. 182. num. 9.*

10 Neque † reseruatio per alternatiuam inducta destruitur ex collatione simultanea Archidiaconatus vti dignitatis in Cathedrali delata ex dispositione sacrorum Canonum, Capitulo simul ac Episcopo, de qua in *cap. nuit. & in cap. Pastoralis de his, quæ fiunt à Prælat. & in glos. communiter recepta in cap. cũ Ecclesia Vulterana in verbo postulauit. de elect.* quam latè explicat *Abb. ibidem num. 8. Præpos. in cap. 1. nu. 5. dist. 21. Rot. coram*
11 *Cassad. decis. 22. de præb. num 3.* † Cum in his collationibus simultaneis non admittatur alternatiua ad beneficia liberæ collationis restricta secundum *Gonzal. in reg. 8. glos. 45. num. 1. & dixit Rot. coram Seraph. decis. 1296. nu. 8. coram Greg. dec. 314. n. 4. & in Abulen. Canonicatus Pœnitentiariæ 7. Maij. 1607. coram Iusto.*

Quia suppositum simultaneæ collationis non subsistit, dùm Episcopus contulit dignitates, & signanter Archidiaconatum controuersum ante concordiam, prout deducitur in *prima decisione R. P. D. mei Peutingerij §. Quod ve-*
12 *rò*; † sola enim quasi possessio inde quæsita suffragatur ad effectum alternatiuæ, dum lis non agitur cum capitulo simultaneam prætẽdente: sed vertitur inter Prouisos, *vt notat Calder. cons. 23. de præben. Gonzal. ad reg. 8. glos. 45. § 1. num. 79. & §. 2. num. 1. Rot. decis. 49. nu. 1. de reser. in antiq. & decis. 5. præben. in antiquiorib. & coram Mohed. decis. 8. de priuil. & in decis. 39. num. 1. par. 3.*
13 *recent.* † & comprobatur præterea libera Episcopi collatio in dignitatibus Oscẽ ex antiquo eiusdem Ecclesiæ statuto, quo dignitates huiusmodi, Prioratu excepto, ad liberam Episcopi eiusque; prædecessorũ collationem spectasse asseritur, eisq; in futurum reseruatur, siue ex dispositione antiquorum Canonum, vt declarat *glos. in cap. quamquam in verbo deuoluitur, vers. vt igitur iuris originem scias de elect. lib. 6. ibique Abb. num. 6. Gemin. num. 4. Innoc. in cap. postulasti num. 1. in fin. de iurepat. Gonzal. ad reg. 8. in §. proœmiali 1. num. 20. Rot. coram. Bellam. decis. 69. in 2.*
14 *colum. circa fin.* † Siue vigore consuetudinis, quæ in hac materia potissimum attenditur, ac derogat iuri communi, *iuxta text. in cap. cum Ecclesia Vulterana in fin. de elect. & notat ibi glos. in verbo postulauit circa finem, & in cap. cum aliquibus in verbo ad eos lib. 6. Rot. coram Caualer. dec. 97. n. 3. & 232 num. 3. p. 1. recent.*
15 Hinc cessat obiectio † quod ius conferendi non fuerit in concordia diuisum inter Capitulum ac Episcopum, sed solum exercitium ex quo ibidem Episcopo sub certa conditione defertur, vt vni videlicet ex Canonicis digni-

gnitates prædictas teneretur ipse conferre; adeoq; ex subsecutis collationibus Episcopi simultanea quasi possessio Capituli videatur præseruata, iuxta *consil. Abb. 54. & dixit Rota coram Seraphin. decis. 220. nu. 2. & coram Buratt.* 805. *num.* 4.

16 Quia præterquam respectu Capituli, dum probata non fuit hæc quasi possessio, præseruari nec potuit, vt dixit *Rot. in Viterbien. Capellæ 12. Iunij* 1606. *coram Manzanedo, & in Placentina capellaniæ 30. Aprilis* 1615. *coram bon. mem. Coccino* & in alijs relatis in *prima decis. R. P. D. mei Peu-*
17 *tingerij in §. Neque iuuat dicere.*† Excluditur pręterea ex ipsismet collationibus ad ipsum Episcopum ius conferendi spectasse concludentibus, cum hæc verba importent plenum ius conferentis priuatiuè quoad alterum, *iuxta tex. in cap. nouit. de iudic. & glos. in cap. cum illis, §. si vero in verb. cum alio in fin. de præb. lib. 6.* cum alijs iuribus relat. per *Garz. de benef. par. 5. cap. 1. nu.* 477. *Rot. decis. 39. num. 5. part. 3. recen.* Quæ sanè liber-
18 tas † collationis in Episcopo non infringitur ex onere eidem iniuncto dignitates prædictas ipsis tantùm Canonicis conferendi, cùm tale onus solum limitet passiuam collationem, nõ autem actiuam conferendi libertatem adimat, quæ dum alterius Collatoris concursũ, vel assensum siue consilium non exigit, vti libera alternatiuam admittit ex dispositone regulæ 9. Cancell. quamuis pro certo genere personarum restricta, vt notat *Gonz. ad reg. 8. glos. 45. numer. 19. Garz. de benef. p. 5. cap. 1. num.* 475. & 476. *Rot. coram Put. decis. 158. lib. 2. & coram Acchil. dec. 5. de priuil.* & in alijs adductis *in Placentina Archidiaconatus 28. Nouembris* 1614. *coram bonæ memoriæ Card. Verospio impressa par. 2. recen. decis.* 600. *num.* 2.

19 Hinc† non vrget *decisio in Tarraconen. Sacristiæ 23. Ianuarij* 1602. *coram Iusto* in contrarium adducta, cũ ex eius lectura conuincatur simultanea ibidem Episcopi collatio cum Capitulo ratione consilij, quod ab eodem Capitulo necessario Episcopus in collatione Sacristiæ tenebatur exquirere ante concordiam, vt respondit *secunda decisio R. P. D. mei Peutingerij in §. Non obstat, & tertia decisio in §. vnde.*

20 Non obstat incompatibilitas† Archidiaconatus cum Canonicatu in eadem Ecclesia exaduerso repetita: cum huic obiecto satisfaciat vltima *decisio R. P. D. mei Peutingerij sub die 14. Decemb.* 1648. *in §. Denique cum seq.* quod videlicet idem Archidiaconatus per annos 40. & vltra absque dispensatione Sedis Apostolicæ vna cum Canonicatu fuerat retentus vigore consuetudinis comprobatæ ex concordia subsecuta, ac antiquo ipsius Ecclesiæ statuto.

21 Nec demum vrget† quod Doctoratus Salinas auctoris Gregorij non probetur ab aliqua Vniuersitate obtentus prout ex mente S. *Concily Trid. sess. 24. cap. 12. de refor.* ac ex dispositione Constitutionis san. me. Pij V. in ordine 60. in 2. §. iustificare tenetur Prouisus de aliqua dignitate in Cathedrali, & notat *Lotther. de re benef. lib. 3. q. 7. nu. 122. & 123.*

Quia vtraque dispositio S. Concilij ac Constitutionis Pianę locum obtinet in ijs tantum dignitatibus, quæ curam animarum, vel iurisdictionem habent annexam, vel Primatum obtinent in Cathedrali, vt notat *Germon. de indult. Card. §. quibusuis nu. 4. Aloys. Ricc. in praxi for. Eccl. decis. 473. secundum primam editionem Piasec. in prax. Episcop. p. 2. cap. 5. num. 20. Garz. de benef. p. 7. cap. 7. num. 41. Castro Palao tract. 13. disput. 4. puncto 6. nu. 15. & respon. ultima decisio R. P. D. mei Peutingerij in §. Nequis est facienda*, Adeoq; Doctoratus narratiua vti superflua, quamuis non iustificetur, gratiam ab eodem Salinas obtentam vitiare non potuit, vt respondit *Rot. in decision. 70. de rescr. in antiq. & dec. 10 eod. tit. in nou. & coram Bellam. decis. 4. in princ. & coram Cassad. dec. 10. de præben.*

Et ita vtraque parte decisum &c.

R. P. D. ARGVELLES.

Burgeñ nullitatis Professionis.

Veneris 16. Aprilis 1649.

ARGVMENTVM.

Annus probationis omninò requisitus ante professionem debet esse continuus, & non interpelatus aliqua temporis interruptione; interrumpitur autem si Nouitius habitu dimisso, & animo religionem desiderandi extra claustra se contulerit; an verò requiratur quęlibet interruptio phisica, & realis, aut sufficiat moralis, & cuius temporis sit necessaria, latissimè tractatur.

Professio emanata propter metum etiam reuerentialem est nulla; ex quibus autem satis probari possit adfuisse metũ in Nouitio professionem emittente, nonnulla deducuntur, quæ licet de per se non sufficerent ad annullandam professionem, tamen simul iuncta sufficientissima reputantur.

SVMMARIVM.

1 *Annus probationis, & deliberationis, quare detur uolenti religionem profiteri, & numer. 9. & numero 4. 8.*
2 *Religiosus dimittendo habitum in anno nouitiatus uidetur ipso facto deliberasse se nolle profiteri.*
3 *Nouitius si de tempore probationis dimiserit habitum. si postea uellet professionem emittere in Religione, opus est nouo tempore ad iterum probandum, & deliberandum.*
4 *Res una ac eadem non potest pati diuersos effectus.*
5 *Ordinatum aliquid sequi non potest ex his, quæ inordinatè procedunt.*
6 *Fundamentum ubi est uitiosum nihil tutum superedificari potest.*
7 *Matrimonium carnale, debet esse liberum, ita quoque matrimonium spirituale, quod est maius.*
8 *Professio facta coactè operatione aliorum Religiosorum non tenet.*
9 *Annus nouitiatus debet esse continuus continuatione phisica, & comparatur continuationi præscriptionis.*
10 *Monachi rectè prospicere debent, an iuuenes ingredien-*

dientes Religionem inspiratione, uel desperatione ducantur.

11 *Nouitio repetenti suas uestes seculares, debet superior religionis illas restituere.*

12 *Liberas alibi non est, quam ubi spiritus Domini.*

14 *Libertatem procurant homines etiam aperto uitæ periculo.*

15 *ad Libertatem uia multiplex patet.*

17 *Annus probationis debet esse continuus, nec sufficit coniungere priora tempora cum secundis, & quare num. seq.*

18 *de Tempore, lege, uel statuto ubi fit mentio, semper de continuo est intelligendum.*

19 *Annus probationis interrumpitur, si Nouitius habitu dimisso, & animo deserendi Religionem Claustra se conferat.*

20 *An uerò sufficiat qualibet interruptio phisica, & realis, an uerò moralis, & cuius temporis sit necessaria.*

21 *Annus probationis coniungitur egresso Monasterium, & regresso, & quando secus nu. 26.*

22 *Nouitiatus non interrumpitur per interpellationem paucorum dierum contra nu. 26.*

23 *Nouitiatus interrumpitur quoque per solas tres dies, & quid si essent minores puta duos &c. uel maiores puta quinque dies.*

Et quid si esset spatium unius noctis nu. 25.

24 *Sensus contrarius non admittitur in doctrinis Auctorum.*

27 *Annus probationis ut censeatur interruptus, quid sit considerandum, & an qualibet interruptio sufficiat num. 28.*

29 *Tempus petitum ad aliquem actum, censetur petitum tamquam forma.*

30 *Forma in minimo omissa uitiat actum, & si in minimo deficiat actus corruit nu. 32.*

31 *Tempus quando datum est pro forma, nec minimum quid addi, aut detrahi potest.*

33 *Professio irritatur per quantumuis modicum defectum continuationis anni Nouitiatus, sicut quamtumuis modicus illius anni temporis sufficeret ad illam cassandam.*

34 *Tempus nouitiatus nummeratur de momento ad momentum.*

35 *Annus prabationis interrumpitur etiam per spatium trium horarum.*

36 *Nouitiatus consistit in assumptione habitus animo religiosam uitam experiendi, unde cessat si habitum dimittas animo relinquendi uiam ceptam.*

37 *Nouitiatus interrumpitur per solam habitus dimissionem animo deserendi religionem.*

38 *Annus probationibus non constituitur à duodecim mensibus interruptis, sed continuis, quia sex non sunt bis tria, sed semel sex.*

39 *Annus Nouitiatus comparatur præscriptioni, in qua semel data interrumptione, tempora non coniunguntur.*

40 *Interrumptio in materia præscriptionis totum tempus præteritum extinguit.*

41 *Possessio per momentum temporis perditur.*

43 *Possessio semel amissa non continuatur cum possessione de nouo acquisita amplia si una est iniusta numer. 44.*

45 *Possessiones diuersæ speciei non possunt coniungi.*

46 *Annus probationis interrumpitur eo ipso quod Nouitius mutauit animum, & mutasse animum censetur si aufugerit.*

47 *Annus probationis, data etiam interrumptione coniungitur intellige ut nu. 50.*

49 *in Apostasiam facile dilabuntur ij, qui minus consulto religionem profitentur.*

51 *Ppossessio emanata propter metum est nulla.*

52 *Metus reuerentialis sufficit etiam sine minus ad annullandam professionem propter summam libertatem ad illam, requisitam contra vt per relatos numer. 55.*

53 *Metum adfuisse in emittente professionem ex quibus probetur.*

54 *Metum in matrimonio spirituali sufficit quod sit minor iusto, ad annullandam professionem contra relati num. seq.*

56 *Professio facta à viro constantissimo, an possit dici facta ob metum, vel ob minas.*

57 *Metus in puero sexdecim annorum sufficit minor ad annullandam professionem.*

58 *Metus, minæ malæ tractationes &c. quæ de per se non sufficerent, tamen simul iuncta, & considerata, annullant professionem.*

DECISIO CCC.

PRO Ventura responsum, pro quo faciunt
1 sequentia verba Lapi. † *Primo iste erat in probatione, & deliberatione, quia talis Annus datur etiam in fauorem sui, & ob fragilitatem humanæ con-*
2 *ditionis, vt in c. 2. de Regular. lib. 6.* † *sed exeundo, & dimittendo habitum (vt in themate proponitur) videtur ipso facto deliberasse se nolle profiteri, seu se non posse pati austeritatem clausuræ, & sic confirmatum*
3 *fuit pro hac vice propositum suum,* † *vnde mutato postea nouo proposito, opus erat nouo tempore ad iterum probandum, & deliberandum, nam ex eodem tempore probationis non potest sequi placentia, & displicentia, & sic etiam Monasterium, quia ista sunt aduersantia,*
4 *&* † *vna, & eadem res non debet pati diuersos effectus,*
5 *Præterea* † *ex his quæ inordinatè procedunt, nihil ordi-*
6 *natè sequi potest de accus. qualiter. 1.* † *& vbi fundamentum est vitiosum, nihil tutum superedificari potest. 1. q. 1. Cum Paulus, sed iste regressus quem fecit dictus iuuenis ad dictum Monasterium, fuit inordinatus, & vitiosus, nam dictus iuuenis captus, & inuitus*
7 *detentus redit ad Monasterium,* † *& sicut matrimoniũ carnale debet esse liberum, de sponsal. Cum locum, ita*
8 *matrimonium spirituale quod est maius c. 1.* † *sed hic iuuenis per dd. fratres mendicantes in sua deliberatione iam facta fuit impeditus, & coactus, & sic præsumitur non sponte, seu feruore spiritus, & quia talis coactio fuit facta operatione fratrum, & per consequẽs impediuerunt constitutionem (loquitur de dicto c. 2. de Regular.) idest annum probationis sub pœna nullitatis sed etiam quod infra annum quemlibet non impediat quo minus ad seculum redeat, prout de sua voluntate processit, vt in dicto versiculo, quod si forsan, repetitur coniunctim generaliter tota prohibitio ibi, contra hanc probationem* (sic legitur, sed errore librarij, nã in textu est prohibitionem &c.) *Prohibitio autẽ prædictorum emanauit coniunctim, & sub principali verbo, Nõ præsumatis, ergo receptio postea facta de*
9 *dicto iuuene non tenuit.* † *Præterea dictus annus probationis, vt supra est dictum, datur etiam fauore Monasterij, vt Monasterium probet mores ingressi si bonos mores habeat, & si voluerint admittant, & si malos mores habeat puta, quia non est aptus ad Religionem, vt quia*

vt quia austeritates regulæ pati non potest, aut non vult eum extra remanere volentem repellant, sed cum iste infra probationis annum fugiendo exiuerit extra Monasterium, & habitum dimisserit apparuit eis quod bonos mores non habuit, & Religioni aptus non erat, ergo eum repellere debuerunt non per violentiam reducere, & sic contra mentem iuris hoc fecerunt, in præiudicium Monasterij infra ex dolo suo, huc vsque Lap. alleg. 46. *num.* 3. *ante finem postquam eod. nu.* 3. *statim*
9 *à principio vers. item cum lex.* firmauit annum Nouitiatus debere esse continuum continuatione physica, dum eam comparat continuationi præscriptionis, de qua infra dicetur.

Et si quidē nomen Religionis demas (quod nihil interest ad casum) & quod ibi non per se ipsos, sed per alios apprehenderunt Religiosum fugientem (quod facit illum casum fortiorem nam in nostro, officio Birruariorum perfuncti sunt ipsi fratres, seu m uis Canonici Regulares S. Norberti) nec lac lacti tam simile est, quam casu Lapi huic nostro, nisi fortior etiam ille videatur, quia Nouitius ibi bono spiritu ductus ingressus fuit Religionem, non vero desperatione, vt iste noster.

Sufficeret pro decisione tanti viri auctoritas, & iisdem penè rationibus Domini decreuerunt constare de Nullitate Professionis Venturæ Muxicæ, qui non inspiratione, sed desperatione potius impediti matrimonij carnalis ad spirituale transire tentauit inconsiderare
10 (quod † debuerat Monachi rectè perspicere, vt præcepit *fa. mem. Sixtus V. in sua Bulla* 71. *Cum de omnibus*, 6. *Kal. Decembris* 1587. *§. cæterum* 4. *uersus finem, ibi, nisi denique constet ipsos non humana aliqua ratione, sed tantum deuotione, seu pietatis feruore uitam religiosam spontè, & ex animo elegisse*, vt benè explicat *Suarez. de Relig. tom.* 3. *lib.* 5. *cap.* 10. *num.* 16.) paulò post facti pœnitens inconsiderati, (inde enim fit, *ut ait M. Basilius*, vt eodem temere vnde fuerat egressus, reuertatur)
11 ad sæculum redire velle sæpius † protestatus vestesque suas sæculares repetens, (quas debuit Abbas restituere *ex d. cap.* 2. *de Regular. in* 6.) precibusq. ac lacrymis instans, ac tandem nil proficiens habitu exutus religioso, per cloacam, siue aquæductum nocte fugam arripuit, & postera die à duobus Monacis cum famulo ad id missis apprehensus, vi fuit in Monasterium reductus carceriq; addictus, & pane, & aqua per mensem maceratus lacrymis semper & eiulatibus obtestans se nolle prosequi Nouitiatum, & Religionem, & siue intermissione nocte diuq; clamans, & quiritans, cum præter hæc Abbas continuo minaretur cuidem Militum ductori, qui in vicino loco Milites cogebat ad vigens ardensque tunc bellum Fontisrabiæ plenum discrimine, imò desperatione se eum traditurum, vel magis proditurum; coactus tandem professionem emisit lacrymis, & singultibus antea, & postea, & in ipsa professione metum magis, quam motū animi à Religione auersissimi demonstrans, & sequenti die palam repetens se metu compulsum, vt primum potuit ad Ordinarium proficiscens iterum à Monacis arreptus dutiori carcere mancipatus rupta satis alta fenestra linteisque in modum funis intortis præcipitauit se potius quam demisit, aut descendit,
13 seq; in desideratam libertatem († si alibi libertas est, quam vbi Spiritus Domini *ex Paul.* 1.
14 *ad Corinth.* † asserere aperto vitæ periculo procurauit, adeo homines natura libertati student
15 *Cæs. lib.* 2. *de bell. Gallic.* † adeo multiplex patet ad libertatem via *Senec. lib.* 3. *de trac.* 15. & adeo
16 non † ardua virtus, seruitium fugisse manu; dixit *Lucan lib.* 4. *Pharsal.*

17 Enim vero † probationis annum continuū esse debere clarius est, quā vt multis indigeat probationibus, nec sufficit coniungere priora tempora cum secundis, *cap. ad Apostolicam* 16. *de Regular. & ibi Abb. num.* 9. *Anchar.* 7. *Franch. alios citans in c.* 1. *de regularib. in* 6. *nu.* 3. *uers. quid autem si non fuit, & seq. contra Gloss. Speculat. & Io. Andr.* explicando *Ancharanum*, & fortiùs *post S. Concil. Trident. sess.* 24. *de Regul. cap.* 15. *utrobique multi, diligenter relati à Reuerendiss. Barbosa Episcopo Vgentin. ibi num.* 5. *hic num.* 24. *& de Potest. Episc.* 3. *part. allegat.* 101. *num.* 23. *& de iure Eccles. lib.* 1. *cap.* 42. *nu.* 121. *& in summa decis. apostol. collect,* 31. *nu.* 12. (*ubi sic declarasse Sacram Congregationem Concilij*) dixerat prius *Bart. in l. final. §. quoties* 3. *ff. de publican. & uestigal.* arguens de seruis Nouitijs ad Nouitios Religionum per eum textum, qui benè congruit ibi, *sunt autem ueterana quæ anno continuo in Vrbe seruierunt &c. Nouitia autem mancipia intelliguntur quæ annum non dum seruierunt, Nauarr. cons. lib.* 3. *de* Regular. *cons.* 32. *num.* 1. *uers. tertio quod &c. & cons.* 34. *num.* 2. *& cons.* 41. *uersic. tertium quod &c. Mirand. in manual. p.* 1. *q.* 22. *art.* 4. *& art.* 5. *per tot. Less. de iust. & iur. lib.* 2. *cap.* 41. *dubit* 7. *nu.* 59. *Suarez. latè ad partes d. tom* 3. *lib.* 5. *cap.* 15. *à nu.* 1. & manu plenissima pro more *R. P. Diana res. mor. tom.* 5. *tract,* 5. *de paruitat. materiæ, resol.* 19. *multi per Bordon. de profess. cap.* 4. *q.* 11. *vers. Nouitiatus &c. Nouarr. in summa Bullar. de Nouitijs recipien. num.* 3. *&* 4. *& in Lucerna Regular. verbo annus num.* 6. *vtrobique testans sic S. Congregationem determinasse, Marsil. in remission. ad Concil. de cap.* 15. *R. P. Lezzan. in summa Regular. tom.* 3. *verbo professio num.* 10. *& tom.* 1. *cap.* 2. *num.* 11. *Ciarlin. contr. lib.* 1. *cap.* 108. *num.* 14. *Vecch. in prax. Nouitiorum disput.* 11. *dub.* 3. *num.* 1. *testans etiam de S. Congregationis declaratione* 7. *Nouembris* 1597. *Rota decis.* 175. *nu.* 2 *part.* 1. *recent. vbi de dicta declaratione, & alij infra citandi.*

18 Qui omnes rationem reddunt † quod vbi fit mentio de tempore, lege, vel statuto, semper de continuo intelligendum est *l. Genero* 8. *ff. de his qui not. infan. l.* 3. *cum Gloss. penult. l. naturaliter* 5. *l. nunquam la seconda in ord.* 31. *§. primo ff. de vsucap. Bart. vbi supra Lap. vbi supra num.* 3. *& ibi Mandos. littera E, Amaya ex Gloss. Menoch. Donell. Vsuald. obseruat. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 5. *Albert. Brun in tract. de permanent. & Perseuerant num.* 4. *habetur tract. com. tom.* 17. *fol.* 395. *Anton. Bard. de tempor. vtili, & continuo. cap.* 3. *nu.* 9. *ibidem tom.* 5. *fol.* 210. *col.* 4. *Fœnuti. in tract, de moment. tempor. cap.* 30. *num.* 10. *ralati à Vecch. vbi supra num.* 2. *Pelizzar. in manual. Regul. tract.* 2. *cap.* 1. *num.* 10. *Vela discept. Hispalen* 18. *n.* 3. *lib.* 1. *Peyrin. tract.* 2. *de Prælat. q.* 3. *cap.* 1. *§.* 4. *nu.* 100. *Bordon. cont. Regul. tom.* 2. *resol.* 99. *num.* 28. *& resol.* 54. *nu.* 188. *vbi magna congeries iurium, & auctorum*

Bart.

Bart. à S. Fausto Thesaur. Religios. lib. 5. q. 163. nu. 5. Remig. Scrof. solut. q. moral. q. 31. n. 2. Villalou. in summa tom. 2. tract. 35. difficult. 5. num. 7. qui testatur de S. Congregationis declaratione, Tamburin. de iure Abbat. tom. 3. disput. 6. q. 7. num. 10. & 11. & plurimi per modern. Iesuitam Regim. Christianæ Reipub. tom. 2 lib. 11. disput. 24. qui omnes, & alij referendi exornant etiam supra traditam conclusionem §. antecedenti.

Et omnes quidem magna concordia firma-
19 tas supra conclusiones amplectuntur, † & interrumpi dictam continuationem si Nouitius habitu dimisso, & animo deserendi Religionẽ extra Claustra se conferat *citati à Vecc. supra Peyrin. num. 10. Portell. verbo Nouitius num. 49. Tamburin. num. 17. Bordon. d. res. 54. numer. 191. Reuerendiss. Vgentin. d. cap. 15. num. 32.* & ante eos *Suarez de Relig. tom. 3. lib. 5. cap. 15. num. 6.* quem sequitur *Sanchez ad Præc. decalog. lib. 5. cap. 4. num. 32. & alij*
20 *inferius.* † Vtrum vero sufficiat quælibet interruptio physica, & realis, An vero moralis, & cuius temporis necessaria sit, magna discordia est.

21 Nam quod † tempora coniungãtur egresso Monasterium, & regresso tenuerunt ex antiquioribus *Gloss. final. in cap. eum qui certus de reg. iur. in 6. Speculat. ad tit. de stat. Monach. nu. 43. & ibi. Adden. littera G, & qui eos refert, & Anchar. Alex. consil. 54. num. 2. lib. 4. Bordon. vbi supra numero 9. versicul. in prædicto &c. Roman. d. l. final. §. quotiens num. 2.*

22 Ex recentioribus, † paucorum dierum interpellationem non impedire istam temporũ coniunctionem, seu non interrumpere moraliter tenuerunt *Less. de iust. & iur. d. lib. 2. cap. 41. dub. 7. nu. 5. vers. secundo hunc annum in fine,* & ante eum dixerat *Franch. d. cap. 1. de Regular. in 6. nu. 3.* paulò post medium, *vers. satis tamen videtur,* qui pro contraria citat *Lapum, & Nauarr. d. cons. 32.*
23 *vers. tertio quod*, vbi etiam si per solos tres dies foris maneret interrumpi Nouitiatum, quasi sentiat minorem interruptionem non sufficere ipse alios pro se citat, & alios, *Diana d. resol. 19. Reuerendiss. Vgentin. de Potestat. Episc. d. allegat. 101. nu. 25. & de iure Eccles. d. lib. 1. cap. 42. nu. 124. & d. sess. 25. cap. 15. num. 7. vers. contra Lessius, & Pellizzar. d. tract. 2. cap. 1. num. 10. & Bordon. d. q. 11. d. resol. 54. num. 202.* qui extendit ad spatium quinque dierum, & amplius pro quo nullum habet auctorem; & Nauarr. ab eo citatus, vbi supra qui loquitur de tribus diebus, fortè hoc
24 non dixit, nisi arguatur à contrario † sensu, (quod non recipitur in doctrinis auctorem *Rota decis. 135. in fine par. 8. recen.*) dicit enim interrumpere exeuntem etiam si per solos tres
25 dies maneret, † *Remig. Scrof. supra q. 31.* sensit per spatium vnius noctis, vel vnius diei, quorum placita vltra adducta per eos possent forsan probari *ex l. Paulus 38. §. Gaius ff. de liber. causa* quem *Roman. supra n. 3.* dicit nescire quod sit alibi.

26 Contrariam † tamen sententiam tenuerunt *Bart. in d. §. quotiens num. 2. Angel. & Alberic. ibid. Abb. & Anchar. vbi supra,* dum cõparant istam, interruptioni præscriptionis, melius *Lapus*, vt vidimus eleganter *Suarez d. cap. 5. nu. 6.* per hæc
27 verba: † *Mihi autem videtur probatio Nouitiatus, quam temporis diuturnitatem, quia alias nil certum de hac interruptione eiusque sufficientia dici poterit, sed relinquendum erit cuiuscumque arbitrio, alicui enim videbitur parua mora trium, vel quatuor dierum, alij verò magna, quo circa censeo, si quis dimisso Religionis habitu egressus est, eo ipso interrumpi annũ probationis, etiam si paulò post intra diem pœniteat, quia eo ipso amisit, statum quem habebat, & indiget noua receptione, & admissione, vt possit iterum Nouitius esse, &c. vndè quod Nauarr. ait annum interrumpi per exitum trium, vel quatuor dierum, è Monasterijs siue licentia Superioris si intelligatur de exitu totali, idest animo non redeundi, & dimisso habitu non solum verum est, sed etiam sine limitatione temporis fuisse asserendum, quia actus ipse per se sufficit, & naturaliter interrumpit perseuerãtiam, & constantiam propter quam continuitas in probatione postulatur,* huc vsque *Suarez idem num. 7. in medio, ver-*
28 *sic. per dimissionem,* † sequitur *Sanchez in præcep. decal. tom. 2. lib. 5. cap. 4. nu. 32.* qui postquam de continuatione, interruptione multis ad saturitatem congestis latè deseruit à numer. 30. & quamlibet interrumptionem sufficere *ex ipso*
29 *Nauarr.* probauit *cons. 33.* prosequitur, † *Præterea, quia tempus petitum ad aliquem actum censetur peti tamquam forma,* vt probat textus *in auth. quæ supplicatio, C. de præc. Imperat. deferen.* iuncta *gloss.*
30 *in verb. forma, &c.* † At omissio formæ in minimo vitiat actum, vt probat *Tiraquell. de iudic.*
31 *in reb. exig. nu. 12.* idem *Sanchez supra,* † & quando tempus est, *datum pro forma, nec addi, nec detrahi potest, nec minimum quid,* vt per *Scribentes in in leg. 1. ff. de lib. & postqum. Tiraquell. de vtroque retract. part. 1. §. 1. gloss. 21. num. 11. Fœnuti. supra*
32 *cap. 32. num. 21. cap. 33. num. 9.* † *facit vulgari regula, quod si forma deficiat in minimo actus corruit, l. cum hi 6. §. si prætor. ff. de transact. cum vulg. per relatè Axiomat. 157. littera F.* ijsdem rationibus, & multis citatis, *Bartol. à S. Fausto d. lib. 1. q. 164. num. 2. Tamburin. d. quæst. 7. num. 11. Ciarlin. dicto cap. 108. num. 20.*

33 Cum ergo † ad Professionis valorem petat S. Concil. Trident. annum continuum, quantumuis modicus continuationis defectus eam irritam reddct, sicut etiam quantumuis modicus illius annui temporis defectus sufficeret ad professionem cassandam, ita *Sanchez* argumentatur vbi supra, *d. num. 32. vers. cum enim & Elig. Basæus in suo tractat. Flores totius Theolog.*
34 *verb. Religio. 3. nu. 5. vers. pro resolutione.* † Nam certum est tempus istud numerari de momẽto ad momentum, vt ferè per omnes supra citatos, & cum multis alijs *Reuerendiss. Vgentin. d. cap. 42. nu. 139.* vbi adducit *declarationem Eminentissimorum DD. Cardinalium 21. Ianuarij 1617. latius num. 118. & d. sess. 25. cap. 15. num. 20. & 21. vbi de alijs declarationibus,* plenissimè *d. alleg. 101. num. 22. vers. verum, &c.* exornans ait, *se in illa tertia impressione re maturius examinata discedere à contraria opinione quam tenuerat iuribus, & rationibus ibi videndis.*

35 Quam opinionem, † de modica inquam interruptione, sequuti sunt multi alij à supra citatis adducti, *& à Peyranis d. tract. 2. de Prælat. quæst. 3. cap. 1. §. 4. nu. 100. fol. 406.* vbi de reuerso post

so post tres horas, Castr. Palao in oper. moral. par. 3.
36 tract. 16. disput. 1. §. 2. num. 7. † quia illa est vera, & propria interruptio status qua cessat status assumptus, è contrà verò cessat status probationis si habitum dimitas animo relinquendi viam ceptam, seù fugiendi obedientiæ iugum, siquidem Nouitiatus consistit in assumptione habitus animo Religiosam vitam experiendi,, sic Palaus supra, & alij citatii à Modern. Ie-
37 suita dicta disput. 24. † Miranda in manual. tom. 1. quæst. 22. artic. 3. concl. vnica vers. quidam dicunt ex Bulla Iuly Secundi, deducit per solam habitus dimissionem animo deferen. Religionem Nouitiatum interrrumpi, Villalob. in summa tom. 2.
38 tract. 35. diffic. 15. num. 7. qui loquitur † de interruptione physica dum adducit Aristotelem dicentem, quod sex non sunt bis tria, sed semel sex, & in puncto dixit Abbas dicto cap. ad Apostolicam
39 nu. 9. quod 50. & 50. non faciunt 100. adducit† etiã Villalobos sicut, & multi ex citatis, cõparationem præscriptionis in qua semel data interruptione tempora nõ coniunguntur, ita in proposito nostro Anchar. in d. c. 1. de vita, & honest. Cler. lib. 6. nu. 1. ad fin. vers. sentit enim, Corn. cons. 147. viso n. 23. lib. 2. Petr. Barbosa ad l. cum notissimum 7. §. immò nu. 29.
40 C. de præscript. 30. vel 40. ann. † quia interruptio totum tempus præteritum extinguit, Bald. dicta l. 7. num. 7. Barbosa num. 7. & num. 9.
41 Accedit, † quod possessio per momentum temporis perditur, vt de capto ab hostibus,
42 ad l. cum hæredes, §. 1. ff. de acquir. possess. † etiam si per momentum captus extitisse, Castr. in l. si his, qui pro emptore 15. nu. 7. ff. de vsucap. Menoch. de recup. remed. 14. num. 48. Fœnuti supra cap. 32. num. 13. argumento text. in l. 2. & 3. C. de posthum.
43 hæred. instit. † & possessionem semel amissam non continuari cũ possessione de nouo acqui-
44 sita, Bard. supra numer. 13. ex Bart. & alijs. † Et multo magis si vna est iniusta, Ferrett. consil. 1. in causa possessoria num. 8. lib. 1. vt in præsenti,
45 quia secundus ingressus, fuit violentus. † Nec posse duas possessiones diuersæ speciei coniungi, argumento text. in l. vnica, Cod. qui num. tutel. l. Spadonum 15. qui iura 11. ff. de excusat. tutor. l. 1.
46 §. fin. ff. de vacat. muner. † & cum ista continuatio ab animo pendeat Nouitij, eo ipso, quod egrediendo animum mutauit interrumpitur, & mutasse animum eo ipso planum est, quod aufugerit, vtrumque probatur ex l. naturalem 5. §. pauonum, vers. ceruos. ff. de acqu. rer. domin. §. pauonum 15. instit. de rer. diuis. Donell. lib. 4. comment. cap. 13. Borholten. d. §. 15.

Ex quibus apparet communiorem videri
47 opinionem Lapi, Suarez, & sequacium: † nec obstat dict. l. Paulus 38. §. Caius, quam expendit Sanchez supra num. 30. post Romanum vbi supra, nec text. in l. quod dicitur 38. §. miles, ff. de milit. testam. nec l. vnica, ff. de bonor. possess. ex testam. milit. aut l. necnon 28. §. si quis sæpius, ff. ex quibus caus. maior. quos adducit Alberic, vbi sup. Nam ipsi respondent ibi fauore libertatis, militis, & absentis Reipublicę causa sic responsum; nos sumus in materia odiosa, vt dixit Rota d. decis. 175. nu. fin. part. 1. recent. quia contra fauorem, & Nouitij, & Religionis esset, malè probatum ad Reli-
48 gionem admittere, † intentio namque finalis constituendi annum probationis fuit occurre-
49 re apostasiæ; † in quam facilè dilabuntur hi, qui minus consulto Religionem profitentur; d. cap. ad Apostolicam d. cap. 2. & per hæc iura, Rota penès Seraph. decis. 121. nu. 2. Vecch. vbi supra dub. 2. num. 6. & faciunt verba Sancti Basily supra relata.

Sed esto in difficili quæstionis resolutio sit, ex quo suum sensum aperire noluit, Rev. Pater Diana vbi supra, contentus hinc indè auctores referre, extrà istam aleam Ventura Muxica
50 est, † quia omnes supradicti auctores vtrinque adducti excepto Lapo, & Ciarlin. loquuntur quando deserens Religionem, Monasterium pœnitentia ductus regreditur, non verò quãdo coactus, & vi reductus, vel potius raptatus, vt Ventura, quo casu nulli venit in mentem tempora coniungi, immò Bordon. in suo casu ait, necessariam esse nouam intentionem, & in regresso, & in Monasterio.

Quæ omnia eo magis procedunt cum non solum fuerit violenter retractus Ventura,
51 sed † metu compulsus ad professionem, quo casu nullam esse latissimè probauit Rota multis iuribus, & Auctoribus, decis. 175. num. 5. & per tot. par. 1. recent. Prat. discept. 27. & in Vlixbonen. nullitatis professionis 29. Ianuarij 1646. num. 3. & seqq. confirmata 10. Decembris eiusdem anni, §. ex quibus satis, & §. seq. coram me. Et præsenti metum adfuisse cadentem inconstantem virum satis
52 probatur, omisso quod multi dicunt, † sufficere reuerentialem etiam sine minis propter summam libertatem ad actum istum requisitam, tenuit Basæus supra verb. Metus num. 3. cum multis ibi citatis, Ciarlin. multis alijs Iuribus, & Doctoribus d. cap. 108. qui latè prosequitur, & ap-
53 positissimè ad nostrum casum, † & quoad qualitatem metum passi, & quoad probationem, & etiam ad coniecturas ex fuga ex lacrymis, & protestationibus ante, & post professionem, ita vt durior appareat casus noster legendus a num. 27. & antè eos, Nauarr. ex glossa, & alijs ad Tit. de his, qui vi, lib. 1. consil. 10. nu. 4. & de conuers. coniugat. lib. 3. consil. 3. num. 4. & in manual. cap. 22. numer. 51. & de metu reuerentiali Prælati cum minis, Vecch. supra disput. 3. dub. 12. numer. 19. & de reuerentialj cum mala tractatione, Bordon. supra resolut. 38. num. 87. vers. mala autem, & de metu reuerentiali Abbatissæ, Rodriquez quæst. regular. tom. 3. quæst. 17. artic. 18. & reuerentiali Pedagogi iam officio functi in puero 15. annorum satis notanter Reuerendiss. Vgentin. cumulatissimè pro more lib. 1. vot. 1. à num. 41. ad 48. vbi per tot. in casu
54 fortiori matrimonij carnalis, † nam in spirituali minorem iusto metum sufficere, docuit R. P. Diana par. 3. tract. 2. de dubijs regular. resol. 92. ex declaratione S. Cõgregationis, & Rotæ multis congestis, vt solet Pont. de matrim. lib. 4. cap. 11. nu. 15. & 16. qui meminit Rotæ decisionem aly per Sperell. decis. 79. nu. 28. referendo S. Congregationem, & Rotam, & etiam per Ciarlin. d. cap. 108. nu. 33. latè disputat Cabrer. de metu ex S. Congregatione, & Rota, & multis alijs lib. 2. cap. 10. num. 49. viden. à num. 43. vbi post longam enumerationem contrariorum num. 50. respondet ad cap. final. qui Cleric. vel vouentes nu. 52. distinguendo inter matrimonium carnale, & spirituale.
55 Sed quia † multi contrarium defendunt, de qui-

quibus *Sanch. & plurimi relati ab Ognate de cōtract. to. 1 disp. 3. sect. 14. nu. 247*, & à *Sperell. d. decis. 79. à nu. 60. Reuerendiss. Vgentin uot. 17. nu. 128. lib. 2.*

56 Venturæ † tot metus imagines, tot minæ, tot malæ tractationes fuerunt incussæ, vt non
57 puerum 16. annorum † in quo minor metus sufficit, *Vgentin. d. vot. 1. nu. 23. lib. 1. d. voto 17. num. 103. lib. 2.* & latè *ab Ognate supra num. 212. Ciarlin. d. cap. 108. num. 31.* vbi de puero 16. annorum, vt erat Ventura, *Bordon. d. resolut. 38. num. 87. vers. mensurandam, Eligius Basæus, vbi supra, d. verb. Metus num. 3. Vecch. num. etiam 3. Sperell. nu. 6.* sed virum constantissimum possent monere.

58 Et saltim † si per se singula non fuissent, vt sunt sufficientissima sufficerent simul iuncta *Sperell. decis. 5. num. 67. & decis. 79. num. 80. & de metu leui cum interruptione Nouitiatus considerauit Rota decis. 175. num. 5. part. 1. recent.*

Et ita, &c.

R. P. D. MELTIO,

Posteà Episcopo PAPIEN.

Gerunden Beneficij.

Mercurij 5. Maij 1649.

ARGVMENTVM.

Descendentiam an sit necesse probare à Fundatore Iurispatronatus per aliquam gradum distinctionem, vel sufficiat illam probare genericè, & ab eo qui fuit in quasi possessione præsentandi; vt præsentatus institui debet, eruditè demonstratur; an autem, & quando quis dicatur constitutus in quasi possessione præsentādi per plures præsentationes ab eo factas, & ab Ordinario admissas cum clausulis, *vt dicitur*, siuè, *vt asseritur*, quamplura in præsenti decisione habentur: Quid autem dicendum esset si Fundator Iurisp. contemplauerit agnationem, & copulatiuè voluerit, quod successor ad effectum, vt præsentare valeat sit hæres alicuius Castri, & descēdens ex Dominis illius, an secuta alienatione dicti Castri descendens possit præsentare, doctissimè resoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio à Iudice prorsus fuit ablata, quando causa fuit à Curia auocata, & ad partes remissa.*
2 *Sententia nulla ex defectu iurisdictionis, non meretur, nec priuilegium, nec nomen sententiæ.*
3 *Ius præsentandi pluribus alternatiuè concessum, Turnus alterius consumptus remansit siuè ipse præsentauerit, siuè negligens fuit in præsentando.*
4 *Ius præsentandi pluribus alternatiuè concessum, data negligentia Hebdomadarij, ad quem deuoluatur.*
5 *Alternatiuæ natura qualis sit.*
6 *Collatio beneficij ex quibus probata remaneat, & quando secus.*
7 *Iuspatronatus alicui reseruatum in casum deficientiæ omnium patronorum, illius præsentatio, vt attendenda sit, quid requiratur.*
8 *Consensus præstitus præsentationi videtur constituere patronum in quasi possessione præsentandi.*
9 *Descendentia probata per aliquem ab existentibus in quasi possessione præsentandi in concursu alicuius præsenti Compatroni, sufficit pro plena, ac concludenti probatione.*
10 *Descendentiam non est necesse probare à Fundatore Iurispatronatus, sed sufficit illam probare ab eo, qui fuit in quasi possessione præsentandi.*
11 *Descendentiæ probatio generica, quando sufficiat, absque eo quod fieri debeat per aliquam graduum distinctionem.*
12 *Præsentatio quæ suum habuit effectum, facit præsumere, quod præsentans descendat à veris Patronis.*
13 *Præsentatus ab eo, qui existit in quasi possessione præsentandi, omnino institui debet.*
14 *Præsentationes Patronorum admissæ ab Ordinario non simpliciter, sed cum clausula,* vt dicitur, *non constituunt præsentantem in quasi possessione præsentandi intellige procedere, vt num. 15.*
16 *Præsentatio facta cum clausula,* vt asseritur, *parit suum effectum, ex possessione præsentandi tribuit Præsentanti.*
17 *Iuspatronatus remanet probatū ex decisionibus coniecturis, quando quæstio non cadit super illius existentia, sed solum super pertinentia.*
18 *Clausula,* vt dicitur, *apposita ab Ordinario in admissione præsentationum Patronorum quid operetur, & quid importet. num. 19.*
20 *Præsentatiua possessionis, quando induci non possit.*
21 *Iurispatronatus Fundator, qui contemplauit agnationem, & voluit copulatiuè, quod successor in patronatu sit hæres alicuius Castri, & descendens ex Dominis illius, an secuta alienatione dicti Castri, descendens possit præsentare.*
*Et quid denotent verba Testatoris, qui vocauit hæ*redem Castri. *num. 34.*
22 *Hæres dicitur successor non rei particularis, sed vniuersi Iuris hæreditarij.*
24 *Iuspatronatus, quando nō fuit annexum alicui rei materiali, stante alienatione illius rei non transit cum illa, sed remanet penes hæredem uniuersalem.*
25 *Iuspatronatus hæreditarium transit ad hæredes, & non potest ab eis postea separari ex facto alienationis, & quare.*
26 *in Iurepatronatu ille, qui est de parentela haberi debet pro præsentato, & præferndus est quibuscumque alijs.*
27 *Iurispatronatus adiudicatio, an, & quando facienda sit illi, qui est de parentela, & quando secus.*
28 *in Iurispatronatus adiudicatione præferendus est consanguineus in concursu, & quare.*
29 *in Iurepatronatus ille, qui est de parentela institui debet, etiamsi à nemine fuisset præsentatus.*

DECISIO CCCI.

PROPOSVI causam super resolutis coram me prima Iulij præteriti, & Domini perstiterunt in decisis ex rationibus tunc deductis. Dicebatur autem sententiam Rotalem esse infirmandam, quia tam illius nullitas, quam iniustitia satis est euidens.
1 † Nullitas resultat ex defectu Iurisdictionis, stante Cōmissione per quam causa huiusmodi fuit à Curia auocata, & ad partes remissa, quæ vt omnem iurisdictionem à primo Iudice statim, ac prorsus abstulerit, etiamsi illi non fuerit

fuerit intimata declarauit *Rot. in Burgen. Attentatorum* 18. *Decemb.* 1634. *coram Reuerendiss. Episcopo Terracinen. & in Leopodien. Censurarũ* 27. *Ianuarij* 1645. *coram R.P.D. meo Cerro, cũ alijs relatis in decisione quæ reuidetur sub §. Primò enim nullitas*,
2 † & sententia nulla ex defectu Iurisdictionis, certum est, quod non meretur nec priuilegium, nec nomen sententiæ, iuxtà *text. in l. si se non obtulit, §. condemnatum, ff. de re iud. Rota decis.* 117. *num.* 7. *part.* 3. *recent.* Iniustitia etiam illius satis est clara, dum adiudicat controuersum beneficium Andreæ Sanoù presentato ab Hebdomodario de Bruneola, & Clauigero Ecclesiæ de Villobino absque eo, quod fuerit doctum Hebdomodarium esse in Turno præsentandi, vel deficere Hæredem descendentem de Manso Grasso,
3 † cum in fundatione ius præsentandi alternatiuè fuerit concessum Hebdomodario, & dicto Hæredi, *ut in Summ. Fran. præteritæ positionis num.* 4. & in defectum Hæredis tantum succedit Clauiger. Vndè tantum abest, quod prædicta fuerint ab Andrea probata, quod imò apertè contrarium demonstratur, nempè adesse Mariannam hæredem descendentem à dicto Manso Grasso, ad quam propterea excluso penitus Clauigero pertinet Ius præsentandi, illamque esse Turnariam in præsenti vacatione probatur, quia post annum 1615. in quo ipsa præsentauit Geraldum Goy, *Summ. Franc. num.* 2. collatum fuit huiusmodi Beneficiũ Francisco Font vltimò Possessori, per cuius propterea prouisionem solum dici potest, quod Turnus Hebdomodarij suum habuerit effectum, ac consumptus remanserit, siue ipse præsentauerit, siue negligens fuerit in præsentãdo, ad *text. in l. cum quidam ita, ff. de legat.* 2. *Gonzal. super reg.* 8. *gloss.* 45.
4 §. 3. *num.* 13. *&* 16. † & quia hic non agitur de vacatione in Turno Hebdomodarij, nec eius negligẽtia adducitur ad effectum alicuius deuolutionis, sed consumptionis Turni tantum, ita vt in subsequenti vacatione ius præsentandi fuerit quæsitũ alteri Turnario iuxtà legem fundationis, non est nunc cognoscendum, an data negligentia Hebdomodarij in præsentando, ius fuerit deuolutum ad Compatronos, vel potius ad Episcopum, seù ad Papam, vt voluit *Garz. de benefic. part.* 10. *cap.* 3. *numer.* 35. *& seq.*

Dici neque potest, quod Turnus Mariannæ hæredis fuerit consumptus in præcedenti vacatione, in qua Beneficium obtinuit Franciscus Font, cum præsupponat Andreas aliam præcessisse, quæ computanda sit, in qua beneficium huiusmodi collatum dicitur Bernardo de Cardona, & sic stante alternatiua non potuerit etiam præsentare Marianna, dum casus
5 euenit huius vltimæ Vacationis, † cum alternatiuæ natura sit, vt vno contentetur, nec omnium concursum expostulet, ad *text. in l. si quis ita stipulatus, ff. de uerb. oblig. Rota decis.* 321.
6 *num.* 11. *part.* 5. *recent.* Quia † Collationis Cardonæ non est habenda ratio, cum alio modo illa non probetur, quam per solam licentiam non residendi ei ab Ordinario concessam, quæ in præiudicium tertij nullum probationis ge-

nus facit, & hoc eo magis procedere debet, quia apparet in hoc eodem Beneficio paulò obtinuisse institutionem, & immissionem Gerardum, qui ab Hærede fuerat præsentatus, qui propterea in subsecuta vacatione non potuit præsentare Franciscum Font, & cum hac distinctione Rota processit in *Reatina Prædij* 2. *Maij* 1603. *coram bon: mem: Coccino relata per adden. ad Gregor. XV. decis.* 215. *num.* 8. *uers. & ideò melius adaptatur distinctio.*

7 Quod autem † Andreas fuerit præsentatus à Clauigero minus suffragatur, quia vt attendenda esset illius præsentatio probari per eum debuisset omnes Hæredes defecisse, cum in casu tantùm huiusmodi deficientiæ fuerit reseruatum Iuspatronatus Clauigero, *Peregr. consil.* 26. *num.* 24. *lib.* 1. *Caual. decis.* 558. *num.* 1. *&* 3. *Rota in Cæsaraugustana Beneficij de Linares* 4. *Decembris* 1643. *§. hanc eandem circa fin. coram R. P. D. meo Bichio*, & tamen talis probatio nedum non fuit facta, sed potius contrarium demonstratur, ex quo adhuc est in rerum natura Marianna, quam esse hæredem, ac per rectam lineam descendentem ab Hæredibus eorum, qui tempore fundationis Domini erant Mansi Grassi demonstratur, quia descendit à Francisco Gras Auo, & ab Antonio Gras Patre,
8 qui † per consensus ab ipsis præstitos prouisioni huius beneficij de an. 1573. 1574. & 1589. *Summ. Franc. num.* 2. *&* 3. constituti fuerunt in quasi possessione præsentandi, ac Iurispatronatus, vt optimè Rota declarauit *decis.* 792. *num.* 7. *&* 8. *part.* 1. *diuersor. & decis.* 195. *num.* 3.
9 Clarum est enim, † quod probata descendentia per aliquem ab existentibus in huiusmodi quasi possessione in cõcursu alicuius prætensi Compatroni illa sufficiat pro plena, ac concludenti probatione etiàm descendentię à primò loco vocatis, *Rota decis.* 337. *num.* 3. *part.* 2. *recent. Placentina Cappellæ* 30. *Octobris* 1615. *coram bon: mem: Coccino, relata per adden. ad Gregor. XV. decis.* 417. *sub nu.* 14. *Gerunden. Beneficij* 11. *Mar-*
10 *tij* 1648. *coram R.P.D. meo Celso*; † Immò quod necesse non sit probare descendentiam à primò Fundatore, sed satis sit probare, vt ab eo descendatur, qui fuit in quasi possessione præsentandi, declarat *Add. ad Gregor. XV decis.* 349. *num.* 6. vbi aliæ referuntur Rotæ decisiones,
11 & ex quo † in hac facti contingentia vocatio descendentiæ non fuit limitata ad aliquẽ certum gradum, nec alius descendens comparet, sat est quælibet probatio generica descendentiæ, absque eo, quod fieri ea debeat per aliquam graduum distinctionem, vt latè fuit comprobatum *in decisione quæ reuidetur sub §. Nihilque refert, quod talis descendentia*, hoc idem declarat *Garz. de benefic. part.* 7. *cap.* 15. *num.* 28. *& sequen.* quem sequitur *Escobar. de Purit. & nobilit. part.* 1. *quæst.* 9. *§.* 3. *num.* 47. *&* 50. *Rota in Gerunden. Beneficij* 27. *Iunij* 1644. *coram R. P. D. meo Bichio, & in Caurien. Iurispatronatus* 13. *Martij* 1645. *coram R.P.D. meo Royas.*

12 Accedit etiam † pro præfatorum comprobatione, quod eadem Marianna existit in quasi possessione præsentandi, ex præsentatione per ipsammet facta de anno 1615. quę suum ha-

habuit effectum, & vt ista sola sufficiat, vt in ea sit præsumenda vera descendentia à veris Patronis, declarat *Seraphin. decis. 1334. in fin. Rota decis. 224. num. 9. in fin. & decis. 347. nu. 1. part. 1.*
13 *in recent.* † vbi dicitur ita alias fuisse resolutum, adeò vt ab ea præsentatus omninò institui debeat, ita censuit etiam *Rota in Placentina Canonicatus 1. Iulij 1647. coram R. P. D. meo Royas.*
14 Nihilque refert, † quod præsentationes factæ tam à Marianna, quam ab eius Patre, & Auo fuerint admissæ ab Ordinario sub enuntiatiua pertinentiæ Iurispatronatus non simpliciter, sed adiecta clausula, *vt dicitur,* vel, *vt asseritur,* quæ tanquam dubitatiua constituere nequit Præsentantem in quasi possessione præsentandi, *Rota Gerunden. Beneficij prima*
15 *Iunij 1644. coram Reuerendiss. Terracinen.* † Quia conclusio procederet, quotiescunque aliundè non constaret de existentia Iurispatronatus, de qua hic euidenter apparet ex Instrumento fundationis, & dotationis huius beneficij factarum dd anno 1384. à Petro Bassa, & Guilielmo Sartorio, ex quibus illis fuit quæsitum Iuspatronatus, iuxtà *text. in cap. filijs 16. quæst. 7. cap. 3. & cap. nobis de iurepatr. Abb. cons. 59. num. 3. & consil. 166. num. 2. vol. 2. Lambertin. de iurepatr.*
16 *lib. 1. part. 1. quæst. 1. art. 2. & 3.* † Propterea præsentatio facta cum huiusmodi clausula dubitatiua parit suum effectum, & possessionem præsentandi tribuit Præsentanti, vt explicat *dicta decisio Gerunden. coram Reuerendiss. Terracinen.* & conferunt decisiones allegatæ per *Add. ad Gregor. XV. decis. 417. num. 12. & per add. ad Buratt. decis. 633. num. 20. & sequen.*

Ponderatum etiam fuit per Dominos, vt
17 ex † eo quod hic non cadit quęstio super existentia Iurispatronatus, sed solum super pertinentia in concursu Præsentatorum à duobus Patronis illud remaneat probatum etiam ex leuioribus probationibus, ad trad. per *Angel. in l. si certis annis num. 11. C. de pact. cum alijs per Cephal. cons. 170. num. 26.* & per *Menoch. cons. 93.*
18 *num 15.* † quapropter præfata clausula, *vt dicitur,* apposita censeri non debet pro aliqua exclusione intentionis Ordinarij, & pro tollenda libertate beneficij, ac inferendo præiudicio prouisionibus Apostolicis, quia respicit tantum personam Præsentantis, non autem ipsum Patronatum, de quo Ordinarius non dubitauit, vt in casu simili, respondit *Rota in Tirasonen. Cappellaniæ 14. Decembris 1607. §. Nec obstat, vers. quæ dubietas coram Sanctissimo Domino Nostro,* quam refert, & sequitur *Lotther. de re benefic. lib. 2. quæst. 13. numer. 144. vers. nisi fortè.*
19 Vnde † illa importat solum quandam pręseruatiuam Iuris alterius Patroni, quæ vt non suspendat acquisitionem quasi possessionis fauore præsentantis, sed ad summum eam resoluat, casu quo alter Patronus suum ius deducat, declarat *Honded. cons. 86. num. 51. & seqq. lib. 2. Rot. decis. 513. num. 3. part. 1. recent. cum alijs relatis per Modern. de manut. obser. 50. num. 8. Bisignett, decis. 9. sub num. 1. vers. sed sub conditione, & num. 3. de concess. præbend.*

Vbi autem dicitur, quod in præsentatione à Marianna facta fuerit præseruata quasi possessio Hebdomodarij, & Clauigeri, qui alium præsentarunt, à quo Iuri suo fuit postea ces-
20 sum, minus releuat; † quia illi de aliqua eorum præcedenti possessione non docent, vt ad istum effectum requireretur, & certum est induci non posse aliquam præseruatiuam possessionis illius, quæ verè, & realiter non existit, vt benè animaduertit *Rota in Maioricen. Beneficij 27. Iunij 1648. §. quia factum coram R. P. D. meo Bichio, vbi aliæ cumulantur Rotæ decis.*
21 Minus obstat, † quod attento tenore fundationis duplicem qualitatem habere debeat Patronus, & per consequens Marianna, nempè, vt sit hæres Mansi Grassi, ac descendens eorum, qui de tempore fundationis erant in dicto Manso, & cum deficiat prima qualitas in eadem Marianna, quia minimè successit in Manso, cum illud valdè prius fuerit alienatum per Hieronymam Beunam, vtique ex tali alienatione huiusmodi Iuspatronatus deuolutum fuisse ad Clauigerum censeri debeat, qui tale obiectum, benè tollit *decisio quæ reuidetur in §. Minus obstat,* vbi habetur, quod dum Fundator vocauit eum, qui sit de parentela ex recta linea descendens Dominorum Mansi, contemplauit Agnationem, & Parentelam de Grassis, vndè Iuspatronatus non transijt cum Castro, siue domo in illius venditione, ex iuribus allegatis in dicta *decisione sub eodem §. Minus obstat,* & licet voluerit ipse Fundator, quod successor in Patronatu sit copulatiuè hæres, & descendens dictorum Dominorum Mansi, prout talis præsumitur Marianna, ex quo descendit ab existentibus quasi possessione, & ipsamet facto proprio d. Iurispatronatus quasi possessionem acquisiuit, non tamen voluit quod successerit in eodem Manso, prout est, quid materiale, cum ei illud non fuerit annexum, ponderando maximè illa verba, *Hæredem Mansi Grassi,* quæ non adaptantur Manso, vti
22 rei materiali, † nam Hæres non dicitur rei particularis, sed vniuersi Iuris hæreditarij successor, *Gomez. var. resolut. lib. 1. cap. 12. num. 6. Michael Graff. in §. hæreditas quæst. 3. in princ. & sub num. 3. & in §. Institutio quæst. 14. nu. 2. Rot. dec. 337. num. 2. part. 1. & decis. 162. num. 1. part. 2. recent.*
23 Quarè † optimè illa denotant non fuisse habitam aliquam rationem Mansi vti rei materialis, sed vti signi vniuersalis successionis in hæreditate Dominorum, qui tunc temporis erant dicti Mansi, ex quibus optimè colligitur Iuspatronatus minimè fuisse annexum Manso, vt ferè in simili casu declarauit *Rot. in Cracouien. Præpositurae 4. Maij 1646. §. final. ver-*
24 *sic. quinimò coram R. P. D. meo Verospio,* † & sic stante illius alienatione Iuspatronatus cum eo non transiuit, sed remansit apud Hæredem vniuersalem eorum, qui erant Domini, *Rot. decis. 53. num. 4. decis. 154. numer. 10. part. prima recentior.*

Sufficit igitur, vt Iuspatronatus Clauigero deuolutum dici nequeat, quod doceatur Mariannam habere etiam qualitatem hæredita-
25 riam, † quæ ante alienationem Mansi eius personæ infixa fuit, & non potuit ab ea postea separari ex facto alienationis, cum ista consi-

stat

stat in ipso iure repræsentatiuo personæ defuncti, & deferatur absque bonis, & corporibus materialibus, ad tex. in *l.hæreditas 53.& ibi gloss.verb.intellectus in fin.l.pecuniæ verbum 178.§. 1. ff.de verb. signif.l.item veniunt, ff.de petit.hæred.* & in terminis Iurispatronatus *Peregrin.consi.25 num.11.versic.hæreditas lib.2.*

At quamcumque tollere difficultatem vi-
26 detur, † quia Franciscus Blanquer est de parentela Mariannæ, quæ fuit probata hæres Mansi Grassi ex supra deductis, & propterea tamquam vocatus ex tenore fundationis haberi debet pro præsentato, & præferendus est quibuscumque alijs in huiusmodi Iurepatronatus, quod non solum ponderat *decisio, quæ reuidetur in §.penult.& final.*sed declarauit etiam *Rota in Comen. beneficij prima Iunij* 1641. *coram R.P.D.meo Royas, in qua recensentur concord.*

27 Non refragatur † demum, quod ipse Franciscus Blanquer tamquam de parentela hæredis Mansi Grassi in fundatione sit vocatus, quando præsentatio solum pertinet ad hæredem, vel ad Clauigerum, sed dum pertinet ad hebdomadarium in eadem fundatione vocētur personæ Gulielmi Sartoris,ac eius vxoris.

Quia ex supradictis satis fuit demonstratū præsentationem spectasse ad Mariannam hæredem, & vlterius dicitur, quod obiectum procedere fortasse posset, quatenus concursus adesset vtriusque vocati, qui in isto casu non adest, vnde dum alius non comparet, adiudicatio fieri debet eidem Francisco, vt explicat *Garz.de benef.par.7.cap.15.num.8.ad med. vers. se-*
28 *cundo non obstat*, † quia in concursu Andreæ Sanou penitus extranei, omninò ille præferri debet, præsertim quia in hac materia attendi solet verisimilitudo mentis Fundatorum, & naturalis ratio, vt per *Add.ad eundem Garz.dicto cap.15.num.18. in fin.vers. secundum verisimilem.* Imò quatenus etiam à nemine ipse fuisset pręsentatus,nihilominus instituì debuisset,vt pręter allegatos in *decisione dicto §. finali*, declarat *Add.ad Buratt.decis.55.num.9.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit, &c.

R. P. D. C E L S O,

Postea Eminentiss. CARDINALI

Romana Pecuniaria.

Veneris 7.Maij 1649.

A R G V M E N T V M.

Societas officij quamuis fuerit contracta ad fauorem Tertij, nihilominus spectat ad eum, qui facultatem exigendi fructus, nominandi periculum vitæ, illamque disdicendi, & cedendi sibi reseruauit; Si verò societas fuerit contracta ad fauorem mulieris, in qua maritus sibi reseruauit facultatem exigēdi fructus, & similia; huiusmodi reseruatio importat tātummodo nouam administrationem, quando apparet pecunias prouenire ex bonis ipsius mulieris.

Præscriptio statutaria fundata in præsumpta solutione: contrarijs præsumptionibus tolli, & non afficere existentes sub patria potestate firmatur.

S V M M A R I V M.

1 *Via executiua bene agi potest stante obligatione Camerali.*
2 *Clausula*, ad omne mandatum Domini, *quid operatur.*
3 *Clausula*, si quid exequendum, *non vulnerat obligationem Cameralem, sed benè proceditur ad vlteriorem executionem constito de validitate, & iustitia mandati.*
4 *Exceptiones, quæ tolluntur ex visione oculari, & ex lectura processus, inuerecundum est opponere.*
5 *Societas officij, quamuis contracta ad fauorem tertij, nihilominus spectat ad illum, qui facultatem exigendi fructus, nominandi periculum vitæ, &c. sibi reseruauit.*
6 *Societas officij contracta ad fauorem mulieris,in qua maritus sibi reseruauit facultatem exigendi fructus, & similia; hæc reseruatio quid importet.*
7 *Societas officij contracta ad fauorem mulieris,quando ad illam spectet, licèt maritus in ea reseruauerit facultatem exigendi fructus,&c.*
8 *Præscriptione triginta annorum perimitur omnis actio.*
9 *Præscriptio non currit contra pupillos, & minores, durante pupillari, & minori ætate.*
10 *Minoribus competit restitutio in integrum tam ex capite minoris ætatis, quàm ex capite probabilis ignorantiæ.*
11 *Ignorantia præsumitur in hæredibus.*
12 *Præscriptio statutaria fundata in præsumptione solutionis, non afficit existentes sub patria potestate.*
13 *Præscriptio statutaria fundata in præsumptione solutionis. tollitur per contrarias præsumptiones.*
14 *Hæredes vbi sunt plures,potest vnus,alijs nō adeuntibus, totum petere.*

D E C I S I O C C C I I.

Vigore promissionis factæ per Petrum Antonium Catalonum de restituendo pecunias sibi consignatas prioribus, & potioribus creditoribus Crescentij, & ad omne mandatū Domini obtinuerūt Lauinia,& alij de Achillis, vti hæredes Camillæ matris pro illarum restitutione mandatum executiuum contra hæredem dicti Petri Antonij.Quod hodie dubio proposito,Dixerunt Domini esse exequēdum. Etenim de credito non dubitatur propter instrumentum publicum societatis officij, & super anterioritate non cadit cōtrouersia cum illa emanauerit de anno 1598. Alia verò ad fauorem Petri Antonij fuerit inita de
1 anno 1601.† Vnde attenta obligatione Camerali, rectè fuit actum via executiua pro mandati relaxatione, *vt not.Galles.de oblig. Cam. q.1. num.18.& q.2.num.8.& 9.ibique Add.nu.4. Salust. in prax.lib.1.q.38. post princ.& q.49. sub numer.3. Rot.coram Duran.dec.404.num.4.& post Zacch. de oblig.cam.dec.135.num.1.*

2 Maximè † cum vltra obligationem prædi-

ctam adsit etiam clausula, *Et ad omne mandatum Domini*, quæ operatur, vt pecuniæ dicantur extare perindè, ac si nūquam consignatæ fuissent, & faciliorem præbet executionem, vt *not. Marches. de comm. appell. ab obl. cam. par. 1. §. 1. num. 173. & seqq. & præsertim num. 177. fol. 709. Rot. coram Seraph. decis. 1396. num. 1. & 2.*

3 Nec refert,† quod Signatura rescripserit cū clausula, *si quid exequendum*, quia illa non vulnerat obligationem Cameralem, sed constito de validitate, & iustitia mandati proceditur ad vlteriorem executionem, vt dixit *Rota coram Mellin. decis. 362. num. 2. & 3. & in rec. dec. 607. n. 2. par. 4. tom. 3. & post Zacch. de oblig. cam. dec. 12. n. 4. cum alijs adductis per Gratia. discept. forens. cap. 968. num. 2. & seqq.*

Exceptiones verò ex aduerso deductæ aliæ tolluntur ex facto; aliæ verò non subsistunt in
4 iure: † Quod enim adsit citatio ad restituendū pecunias iuxta formam iurium, de quibus in actis, quodque constet de legitimatione personarum iuramento calumniæ, necnon de sufficienti mandato procuræ tam ex parte hæredum in personam Victorij, quā ex parte Cataloni in personam Labentij apparet ex notula particulari data in responsione facti; itaut inuerecundum sit opponere defectus huiusmodi, qui cessant ex visione oculari, & ex lectura, & reuolutione processus, *Rot. coram san. mem. Greg. dec. 94. sub num. 5. & 6. coram Duran. decis. 321. num. 1. & in rec. decis. 261. num. 4. par. 2.*

5 Quod autem † societas officij, cuius bonam fidem recognouit Crescentius, licet contracta ad fauorem Camillę nihilominus spectaret ad virum, qui facultatem exigendi fructus, nominandi periculum vitæ, illamque disdicendi, & cedēdi expresè sibi reseruauit, iuxta *decis. 771.*
6 *num. 2. par. 2. recent.* † Tollitur ex lectura eiusdem instrumenti societatis, in quo apparet, pecunias prouenire ex pretio locorum montium, quorum omnimoda dispositio pertinebat ad Camillam vigore donationis ad sui fauorem factæ à Dominico de Achillis 18. Septembris 1593. pacto adiecto, quod in casum disdictæ pecuniæ deberent reinuestiri, iuxta formam præfatæ donationis. Vnde reseruatio ad fauorem mariti importat tantummodo nudam administrationem in personam ipsius, vt dixit *Rota coram Duran. decis. 197. nu. 4. vers. sed placuit, & decis. 245. num. 2. & in Romana separationis bonorum 20. Aprilis 1646. coram R. P. D. meo Verospio.*

7 Non† autem excludit quin dominium societatis spectet ad Camillam vxorem, cuius nomine contracta fuit; cuique propterea plenè fuit acquisita, iuxta *not. per DD. in l. multum interest, C. si quis alt. vel sibi, Rot. decis. 262. num. 1. & seqq. par. 1. rec. & in Romana Domus 18. Decembris 1620. coram bon. mem. Manzanedo, & in Romana de Marescottis 18. Iunij 1646. coram d. R. P. D. meo Verospio.*

Minus obstat, quod siue attendatur creditū Camillæ, siue debitum, & obligatio Petri Antonij semper affluxerint plusquam 30. anni,
8 Et sic non solum adsit præscriptio † statutaria, sed etiam iuris communis, per quam perimitur omnis actio, *l. sicut, & l. omnes, C. de præscript.*
9 *30. vel 40. ann.* † Siquidem præscriptio iuris cōmunis cessat attenta ætate hæredum, quorum primus mortua Camilla erat in decimo suæ ætatis anno constitutus; Alter in nono, tertius in septimo, & vltimus in secundo. Itaut præscriptio contra eos non potuerit currere, cum durante tempore pupillaris, & deindè minoris ætatis sēper dormiat, & conquiescat, prout in terminis de pupillo est *text. in d. l. sicut, C. de præscript. 30. vel 40. ann. & in l. cum notissimi, ibique gloss. verbo excipiendo, C. eod. gloss. in cap. cum non liceat, verbo nō obstante, vers. item pupillo de præscrip. Abb. in cap. 1. num. 2. eod. tit. Rota decis. 61. num. 13. part. 7. in recent.* Et de minore, *Rot. diu. decis. 454. num. 2. par. 4. coram Millin. decis. 334. numer. 4. & in recent. decis. 270. num. 2. par. 6.*

10 Et in omnem casum † competeret ijdem hæredibus restitutio in integrum in actis petita tam ex capite dictæ minoris ætatis ad *tex. in l. fin. C. quib. ex caus. restit. in integr. non est necess. Alex. cons. 116. sub num. 1. vers. post verò pupillarem, lib. 5. Odd. de restit. in integr. par. 2. q. 90. nu. 3. et seqq. Rota coram san. mem. Greg. decis. 489. num. 14. in rec. decis. 372. num. 10. par. 4. tom. 2. & in Perus. reintegrationis 11. Ianuar. 1647. coram R. P. D. meo Royas.*
11 Quam ex capite probabilis ignorantiæ, † quæ præsumitur in hæredibus, *per text. in l. qui in alterius, ff. de reg. iur. Alex. cons. 71. num. 2. & 3. lib. 1. & cons. 89. num. 10. lib. 2. Rot. coram Buratt. decis. 457. num. 2. & in rec. decis. 315. num. 7. & seq. part. 4. & decis. 360. num. 1. & 6. par. 6. & post Zacch. de oblig. cam. decis. 319. nu. 10. cum alijs, quos cumulat Ciriac. controu. 329. num. 77.*
12 Præscriptio† verò statutaria fundata in præsuptione solutionis, vltra quod non comprælendit hæredes prædictos, qui semper fuerunt sub patria potestate, *Auth. nisi triennale, vbi gloss. verbo apparuerit, C. de bon. matern. Abb. in cap. ex transmissa nu. 9. de præscript. & cons. 32. in princip. & cons. 101. num. 6. lib. 1. & cons. 22. num. 2. lib. 2. Rot. coram Caual. dec. 346. n. 6. & in rec. dec. 425. nu. 20. par. 5.* Cessat etiam in præsenti casu, in quo ex forma donationis Dominici, & instrumento societatis officij pecuniæ debebant reinue-
13 stiri. † Vnde non docto de dicto inuestimento non habet locum præsumptio huiusmodi, cum illa tollatur per contrarias præsumptiones, vt in verbis disponit idem Statutum cap. 158. lib. 1. ibi, *Nisi contraria præsumptio præponderans, ac præualens adducatur, Gab. consil. 148. nu. 10. & seqq. lib. 2. Mantic. decis. 151. num. 6. Duran. decis. 210. num. 15. & fuit dictum in Romana dotis coram Pirouano, post Fenzon. ad d. statutum decis. 157. à princip.*

Demum non obstat, quod dictum mandatum non potuerit relaxari, nisi pro quatuor ex sex partibus, ex quo aliæ duæ spectabant ad Bartholomæum, & Ioannem Antonium pariter filios dictæ Camillæ. Et ideò, vti obtentum pro tota summa sit excessiuum, & consequenter non exequen. Nam cum ijdē Bartholomæus, & Io. Antonius obierint ante matrem, de illis nulla est habenda ratio. vel quatenus viuerent, saltem negari non posset, quod ipsis non adeuntibus poterint alij, qui hodie agunt totum petere per *text. in l. 1. & ibi gloss.*

gloss.verbo omittentibus, C.quando non pet. partes, l. si ex pluribus, vbi pariter gloss.in verbo non adeuntibus, ff.si pars hæred.pet. l. si ponas, §. si cum duo, C. de inoffic.testam.Surd.consil.359.n.15.& seqq.

Et ita decisum &c.

R. P. D. BICHIO.

Marsiceñ. Iurisdictionis.

Lunæ 10.Maij 1649.

ARGVMENTVM.

Declaratoria non est ferenda contra Vniuersitatem, vel Capitulum ob non paritionem executorialium, si resistentia facta fuit à persona Capitulari, vel particulari; benè tamen ferri potest contra illum, qui non per seipsum, sed per alium, executorialibus impedimenta præstitit, accedente præsertim inter eos collusione, de qua ad hunc præcipuum effectum nonnulla tractantur.

SVMMARIVM.

1 *Capituli reatus non probatur ex oppositione facta à persona capitulari.*

2 *Litteræ executoriales oportet, vt sint intimatæ Vniuersitati collegialiter congregatæ, vt illius contumaciam inducant.*

3 *Vniuersitas non recipit damnum ex gestis vigore mandati procuræ facti à quibusdam particularibus tamquam Syndicis, & electis.*

4 *in Censuras incidit procurator impediens executionem litterarum executorialium, si contra quoscũq; impedientes fuerint comminatæ.*

5 *Declaratoria ferenda est etiam contra illum, qui non per seipsum, sed per alium executorialium paritionem impediuit, & quare.*

6 *Amplia, etiamsi speciosas oblationes fecisset obediendi executorialibus, & quid facere debeat, ne declaratoria feratur. & num.7.*

8 *Collusio probatur etiam ex coniecturis.*

9 *Licentia, cuius nomine, & quomodo fuerit concessa, ex ipsa inscriptione demonstratur. amplia vt num.10.*

11 *Iurisdictio ordinaria numquam exerceri potest à Capitulo, sede plena, ac legitimè non impedita.*

12 *Scientia præsumitur propter rei qualitatem, longitudinem temporis, & actuum multiplicitatem.*

13 *Collusio quando præsumatur.*

14 *Sententia lata inter duos quando afficiat etiam tertium, siue veniat principaliter, siue adhærendo iuribus rei.*

DECISIO CCCIII.

TERRAE Saponariæ Capitulum, seu Clerum, ac Vniuersitatem censuerunt Domini non esse declarandos incidisse in censuras ob nõ paritionem executorialium Rotalium contra inobediẽtes ibidem comminatas. Quia non constat de aliquo impedimento præstito
1 à Capitulo, vel eius legitimo † procuratore, & alicuius Capitularis personæ oppositio, Capituli reatum non probat, *Abb.in cap.irrefragabili sub num.2.in fin.vers.nam aliud, & seq. de offic. ordin.Plot.in repet.l. si quando sub nu.832. limit.24. C.vnde Alex.cons.114.sub num.12.lib.4.Seraph.decis.1022.num.4.*

2 De Vniuersitatis pariter † contumacia non constat cum litteræ executoriales illi collegialiter congregatæ intimatæ non fuerint, vt oportet, *iuxta gloss.in cap. si Capitulo, verb.factum de concess.præben.in 6.Seraphin.decis.857.num.7.decis.1116. sub num.1. Rota in Menopolitana iurisdictionis 11. Februarij 1647.§.nullitas coram me.* Ne-
3 que mandatum † procuræ à quibusdam particularibus tamquam Syndicis, & electis factũ ad protestandum, & inhærendum protestationibus contra executoriales Rotales, de quorũ legitima deputatione, seu electione non apparet Vniuersitatis contradictionem, seu culpam conuincit, *Alber.in l.nulli num. 12. ff. quod cuiusque vniuers.nom.Curt. iun. cons.174. num.36. Plot.cons.38.num.8.Menoch.cons.80.num.54. Schenar.cons.15.num.8.& 9.*

Vtique tamen declaratoriam esse ferendam contra Ioannem Camillum Manserium, Marcellum Gilibertum, & Ioannem Franciscum Danium modernum Saponariæ Archipresbyterum Rota censuit; Manserij enim, & Giliberti contradictio, ac impedimenta ab vtroq. præstita executorialium paritioni, probantur, quia ille alterum Procuratorem constituit ad contradicendum, & impediendum, prout de
4 facto alter contradixit, & impedire curauit; quapropter ambo inciderunt in censuras aduersus nedum principales ipsos, sed etiam quoscumque alios impedientes litterarum huiusmodi executionem inflictas tam vigore earumdem litterarum, quàm Bullæ in Cœna Domini in §.13.vers.quiue illa, &c. quam explicat *Vgolin. de censur.c.13.§.2.sub n.5.vers.quæ excommunicatio fol.mihi 326. & in §.14. vers. vel executionem &c.& in cap.14.§.4.vers. in executionẽ hanc fol. 339.* aliique, quos refert, & sequitur *Moder. Manicalciatensis in commentar. dictæ Bullæ lib.2.cap.13.quæst.9.conclus.2. n.5. & seqq.per tot.*

5 Cumque† prædicta gesserint nomine Francisci Archipresbyteri, vt legitur in sum. Reuerendiss.Episcopi num.5.ibi, *Ioannes Camillus Manserius Vicarius Generalis Ioannis Francisci Danij Archipresbyteri, &c.*& infra, ibi, *ad opponendũ omnia iura, actiones, & prætendentias spectan. ad dictum D.meũ Archipresbyterum principalem, &c.*ac tandẽ in subscriptione, ibi, *Manserius Vicarius generalis*; exindè conuincitur, etiã culpa Archipresbyteri, cum paria sint per seipsum, vel per alium suo nomine contradicere, vt in his terminis *Nauarr.consil.41.per tot.de sent. excom. cum alijs allegatis à Moder.Manicalciatensi supra cit.lib.2.can.13.q.9.in addit.litt.C.*

6 Nec † Archipresbytero suffragantur speciosæ oblationes in Curia factæ parendi mandatis Rotalibus, ac renunciationes eius nomine, vt supra gestis à Manserio, & Giliberto cum reuocatione quatenus opus sit deputationis Manserij in Vicarium, quia cum eumdem Manserium in Vicariatu intruserit, & Vicarius ad commodum Archipresbyteri gerat, debuit vltro Archipresbyter adhibere omnem dili-

diligentiam, vt ille Vicariatum dimittat, & à contradictione, alijsque iurisdictionis actibus abstineat, vt respondit *Rota decis.234.num.8.* vbi habetur, quod adhibere omnem diligentiam, & probare se fecisse morales diligentias *decis. 263. num.3. inter impress. apud Modern. Perusinum de manuten. ac repetita par.5. recent. decis.276. nu.2. & seqq.* vbi signanter *num.5.* dicitur, quod tenetur adhibere omnem conatum.

7 Maximè † quia euidens est collusio inter Archipresbyterum, & Vicarium, vt istis artibus Rotalis, seu verius Apostolici mandati eludatur effectus, ob quam ferenda est declaratoria cõtra Archipresbyterum ex facto Vicarij, quamuis hic non illius, sed Capituli nomine iurisdictionem exerceret, *Put. decis. 244. sub num.1.* ibi constito de aliqua collusione *lib.1. in corr. Rot. decis.487. nu.8. lib.3. par.3. diuers. d. decis.276. num.4. par.5. recent.*


8 Collusio † autem, cuius probatio etiam ex coniecturis elici potest *Caputaq. decis.147. nu.1. par.1. Castell. decis.72. num.15. & 16. Mut. decis.74. num.25. Rot. decis.23. nu.3. par.1. recent.* patet quia etiam post præfatas oblationes, & renunciationes Archipresbyteri, Manserius Vicarius iurisdictionem Archipresbyteralem exercuit in Terra Saponariæ, licentias quæstuandi, & alloquendi Moniales concedendo, & quidem nomine Vicariali ipsius Archipresbyteri, vt deponunt testes dati in summ. addit. Episc. n.2. & 3. & apparet ex licentia quæstuandi per extensum data summ. ibid. nu.1. cui Archipresbyteri nomen inscribitur, ibi, *Don Gio. Francesco Danio Arciprete di Saponara, & Ordinario di*
9 *quella.* † Nec facit, quod Manserius in huiusmodi licentiæ subscriptione Vicarij titulum omiserit, & se Decanum, ac Officialem Capituli nuncupauerit, quia ipsa inscriptio demonstrat cuius nomine, & quomodo licentiam concesserit, *Bart. in l. si patruus num.6. Cod. comm. vtriusque Iudic. Felic. de societ. cap.3. num.47.*
10 præsertim † quia illa nomine Capituli nullam ad id potestatem habentis substineri non posset, vt per *Abb. in cap. cum ex officij num.32. de præscr. Felin. ibid. num.31. & seq. Seraph. decis.549. n.2. Rota in Compostellana parochialis 10. Febr. 1645. §. ex his in fin. coram R.P.D. meo Verospio.*

11 Nusquam † siquidem iura disponunt, quod iurisdictio ordinaria exerceri possit à Capitulo sede plena, ac legitimè nõ impedita, vt fuit dictum *in Plocen. Canonicatus 29. Aprilis 1613. coram bo. me. Coccino sub num.8. vers. in tantum inter impress. apud Marches. de commiss. tom.2. fol. 495.* nusquam Capitulũ Saponariæ tale quid mente concepit spatio sexaginta, & amplius annorum, quo priuatiuè iurisdictionis inter Episcopum, & Archipresbyterum iudicialis controuersia, Archiuia de partibus fatigauit mediantibus pluribus hinc inde obtentis compulsorijs, innumeros coegit Testes reciprocis remissorijs, impleuit Notariorum regestra actitantiũ laboribus, & aliquoties Sacræ Congregationis super negocijs Episcoporum, cõtinuoque huius Sacri Tribunalis aures per multiplices dubiorum propositiones insignũ pro vtraque parte patronorum apparatu, maximoque litigantium dispendio occupauit:
12 Quorum † cum ignorantiam habuisse Capitulũ allegare non valeat, quippe ob rei qualitatem, longitudinem temporis multiplicitatem actuum scientia præsumitur. *Innoc. in cap. bona il secondo num.1. vers. quæritur de postulat. Prælat. Abb. in cap. cum Ecclesia Sutrina num.25. de caus. possess. & propr. Put. decis.210. num.3. Seraph. decis. 306. num.5.* quod modo postquam Epi-
13 scopus sententias, † & rem iudicatam reportauit, & in plena Signatura Sanctiss. illius executione præseruata ad executoriales, earumq; intimationem deuentum fuit, Capituli excitetur prætensio, ipsiusque nomine idem met Manserius, qui Vicarius fuit, & est Archipresbyteri perturbet Episcopi iurisdictionem, & executorialium effectum, manifestam præsefert collusionis Archipresbyteri cum Capitulo, seu Manserio præsumptionem, *Casanat. consil.28. num.16. Decian. cons.11. numer.112. & 113. lib.1. Menoch. præsumpt.26. num.12. lib.5. Buratt. decis.361. num.12.*

Vt scilicet obedientiæ ab Archipresbytero oblatæ quin potius effectatæ color, illius obdurati cordis contumaciam oculis celet, ne plectatur coniecturarum declaratoria, & è conuersò effectiuam obedientiam, Episcopique intentum euertat simulatum nomen Ca-
14 pituli, † quod in omnem euentum, siue veniat principaliter, siue adhærendo, ac defendendo iura Archipresbyteri, quia notoriam litem tamdiu supra agitatam sciuit, nec se hactenus opposuit afficitur re iudicata ad fauorem Episcopi completa, ne eius executionem valeat remorari, *ad text. in cap. sæpè de re iudic. l. sæpè, ff. eod.* & vtrobique notant Doctores, & post alios tradit *Grauat. ad Vestr. in prax. lib. 5. cap. vltimo num. 25. Cancer. var. resol. part. 3. cap. 17. num. 554. Buratt. decis. 917. num.1. vers. cum in actis, & num. 4. vers. quibus cum seqq. Bart. in l. à Diuo Pio, §. si super rebus, num.3. ff. de re iudic.*

Ex quibus cum quicquid Manserius attentauit solius Archipresbyteri interesse reuerà respiciat, & ob id etiam ab illo tacitè procuratum præsumatur, *Seraph. decis.1094. num.1. & seq. Buratt. decis.335. num.4.* & in terminis declaratoriæ *Rota decis.263. sub num.3. apud Moder. Perusinum de manut. & in Gandauen. exemptionis 22. Iunij 1648. coram R.P.D. meo Celso*; supradictis omnibus simul iunctis, necnon quod nepotes Archipresbyteri, ne executoriales intimarentur impedire aliàs curarunt, vt in summario Episcopi num. 4. visum fuit resistendum esse malitiæ contemnentis facto Apostolicam potestatem, quam labijs honorat.

Et ita decisum fuit vtraque parte informante, &c.



R.P.

R. P. D. ARGVELLES.

Romana executionis Laudi.

Lunæ 17. Maij 1649.

ARGVMENTVM.

Confirmatur in hac decisione quod dictum fuerat supra in præcedenti, in ordine; quod legata domo nõ venit apotheca vbi, vel ex verbis testamenti, vel ex designatione testatoris patet domum fuisse ab apotheca distinctam.

SVMMARIVM.

1 *Legatarius non potest aliquid prætendere contra expressam voluntatem legantis.*
2 *Apothecarum nomine comprehenduntur remissæ, mãsiones, repositoria aliqua similia.*
3 *Significatio verbi,* Bottega, *sumenda est à vocabulario Cruschæ, non à Calepino.*
4 *Vsui testatoris, non autem verborum denominationibus inhærendum est.*
5 *Ocularis aspectus omnes præualet probationes.*
6 *Vsus testatoris in locando attendendus est.*
7 *Apotheca à corpore domus distinata, & separatim locari solita, reputatur membrum distinctum, & separatum ab ipsa domo.*
8 *Habitatione domus legata non continetur apotheca.*
9 *Legatum domus comprahendat nè apothecas, & n. seq. ac per totam decis.*
10 *Domo, & apotheca legata si sublocandi domum fuit concessa facultas ea non dicitur concessa pro sublocatione apothecæ.*
11 *Apotheca domui contigua eodem pretio, & tempore empta, habensque aditum, ad domum, dicitur de pertinentijs domus.*
12 *Apotheca etiam sub eodem tecto compræhensa non continetur sublegato domus vbi constat de animo testatoris separandi domum ab apotheca.*
13 *Domus ab apotheca separata dicitur si muro aditus de apotheca ad domum fuit clausus.*
14 *Apothecæ à domo diuisæ, & vbi earum aditus est per aliam partem non veniunt appellatione domus.*
15 *Testator si aliquid in legato compræhendere valuisset, id expressisset.*
16 *Legatum Pium latissimam recipit interprætationem intellige vt num. seq.*
17 *Voluntas testatoris vbi constat seruari debet, nec est locus interpretationi.*

DECISIO CCCIV.

INFORMANTES pro RR. Patribus Congregationis Oratorij S. Mariæ in Vallicella totam aciem conuertebant contra primam conclusionem quód apothecæ, quæ separatim à domo locantur, nec ad eam aditum habent nõ contineantur sub legato domus, quã nec erat opus firmare, cum simus in longe clariori casu, nec prima decisio firmauit, vt patet ex §. *præterea quidquid sit &c.* Nec iuribus rationibus, & auctoritatibus minus fulcita ostendetur, si de hoc foret disputatio instituenda, vt indicatum fuit in §. *re tamen &c.*

Sed quidquid sit de hoc Domini persistentes in dicta decisione coram me edita 14. Iunij 1647. iterum censuerunt mãdatum per dictos Patres ab A.C. obtentum non esse exequendum super pensionibus apothecarum de quibus agitur, eo præcipuè fundamento, quia D. Tamira testatrix legauit *le piggioni della Casa di mezzo situata nella piazza di S. Pietro detratte però le Botteghe che sono sotto la detta Casa verso la piazza di S. Pietro &c.* ex quibus verbis patet, quod nedum non comprehendidit sub legato pensiones dictarũ apothecarum, sed immo quod
1 eas manifestè exclusit, † ideoq; Patres legatarij non possunt contra expressam voluntatem legantis eas prætendere, *vt fusè probatur in præterita decisione §. re tamen bene perpensa &c. & sequen. &c.*

Non obstat, quod sub appellatione apothecæ non veniant remissæ seu mansiones pro Rhedis reponendis. Quia apothecæ nomine
2 comprehendi † remissas, mansiones, repositoria, aliaq; similia loca idonea pro rebus ad tẽpus reponendis probant *l. si quis intra 7. C. de bo. præscript. l. quæsitum 12. §. instructo 34. ff. de fund. instruct. Gratian. Caluin. Calepin. & alij in decis. allegati, §. quod confirmatur &c.*

Nec Dominis placauit responsio data ab vno ex Aduocatis Congregationis, quod nẽ-
3 pe significatio verbi *Botteg ha* † sit sumenda, à vocabulario Cruschæ, non à Calepino *ex Bald. in l. duodecim tabularum 14. num. 7. ad medium C. de legit. hæred.*

Nam (vltra quod decisionis fundamentum non stat in solo Calepino, sed in alijs multis, quibus informantes pro Congregatione nihil respondent quod releuet) Baldus nil tale dicit, sed in fine dicti numeri 7. inquit solum quod sermo prolatus in vulgari interpretandus est secundum communem vsum loquendi. Nec maior auctoritas tribuenda est Cruschæ quã Calepino, qui in Dictionario verbo *apotheca*, lingua Italica ponit *Botteg ha*, & nec Cruschæ,
4 nec crustæ verborum inhærendum, † sed vsui testatoris, vt multis iuribus, & actoribus probatum est in prima §. *immo non solum &c.* si plura velis ade *Mantic. de coniect. lib. 3. tit. 8. nu. 10. & tit. 9. n. 1. sa. me. Greg. XV. dec. 257. nu. 1. Rot. dec. 239. nu. 8. p. 7. recent.*

Corroborantur prædicta tum ex ferramentis super earum portas infixis ad effectum appendendi tabulata, quæ non nisi apothecis artificum appendi solent, tum ex camino in vna fabricato, & ex quadam officina in alia, quæ demonstrant clarissimè non fuisse mansiones illas ad vsum remissarum (vt ita loquamur) constructas, sed ad habitationem, vt solent in apothecis pauperum esse etiam habitationes, immo testes dicunt aliquando pauperibus ad
5 habitandum locatas, † vt etiam constitit Dominis ex oculari aspectu *l. pediculis 34. §. primo, & §. Neratius 5. ff. de aur. & argen. legat. l. si quando 31. ff. eod.* Tum demum ex vsu vtendi eiusdem
6 testatricis; † quæ aliquando eas locauit ad vsum apothecarum, *vt fusè firmatur in præterita §. additur etiam &c. & quatuor §§. sequentibus.*

Vlte-

Vlterius ponderabant Domini non fuisse legatam domum, sed illius pensiones, ideoq; dum domus habet remissas commodiores ex parte Venerabilis Archihospitalis S. Spiritus, quæ insimul cum ipsa domo erant solitæ locari, clarè resultat, quod illæ, non autem istæ in platea S. Petri cadunt sub legato, quia istæ vti habentes ingressum non à domo, sed à via seu platea publica, diuersis personis separatim locari solitæ, & à corpore ipsius domus seiun-
7 ctæ,† reputantur mansiones distinctæ, & separatæ à dono, *vt ex l. si quis duas 6. §. si quis partem ff. commun. præd. Borgnin. decis. 19. nu. 52. & 54. lib. 2. Rota decis. 243. sub num. 26. vers. attamen ex noua destinatione &c. par. 5. recent.* Et quando habitatio domus legata est, non contineri apothecam,
8 quæ † non deseruiebat pro habitatione, latè *Giouagnon. citatus in prima decisione cons. 33. num. 4. lib. 1.* vbi loquitur de apotheca quæ sit sub eodem tecto, & finibus cum aditu ad domum, eodemq; tempore, & pretio comparata (quod malè negauit exaduerso) & facit differentiam, an domus legata sit, & tunc comprehendatur, an habitatio domus, & tunc non comprehendatur, & per duodecim causas rem explicat.
9 Nec obstat *Gratian. discept. 775. nu. 4.* † Primo quia nullum adducit auctorem, præter Gabr. reprobatum à Giouagnon. supra Secūdo quia loquitur in casu quo erat legata habitatio totius domus, & totam vim ponit in dicto verbo *Totius* vt latè à num. 5. & nos sumus in clarioribus terminis, quia nemo dicet quod pensiones apothecarum personis locatorum, sint pensiones domus, & facit optimè, & in fortioribus terminis *idem Gratian. decision. Mar-*
10 *chia 67.* † vbi cum Dominus locasset cuidam domum, & apothecam, sed ad diuersa tempora, concedendo postea facultatem sublocādi domum non censeri concessam ad sublocandum apothecam, nec vis est in eo quod apotheca non sit subtus domum, nam nonminus est de pertinentijs domus apotheca
11 contigua† quæ eodem pretio, & tempore empta, aditum habet per domum, *Gabr. d. cons. 94. num. 10. Giouagnon. d. cons. 33. num. 18.* sed quia domus erat locata ad triennium, apotheca ad annum, *& Gabr. sup. num. 13.* fatetur quod si animum habuit Dominus separandi apothecam
12 à domo, etiam si sit sub eodem tecto † non continetur in legato habitationis domus, &
13 tunc animū colligi si muro † aditum de apotheca ad domum clausit *in fortioribus etiam Rota d. decision. 243.* vbi mansiones seu apothecæ in ipsa domo, & quia muro fuerunt diuisæ,
14 & † aditus per illam partem apertus non veniunt appellatione domus, *Bart. Soccin. in l. plerique 18. nu. 59. ff. de in ius vocan.* loquitur de apotheca subtus domum, & multi alij, & sic etiā in fortioribus, quia hic non agimus an apotheca veniat sub appellatione domus, sed an pensiones apothecarum diuersis personis, & ad diuersa tempora locatarum veniāt sub appellatione pensionum domus, de quo dubitari quidem non potest, *iunctis tot. alys in præterita decisione ponderatis.*

Nō obstat quod testatrix discretiuè meminerit de apothecis, & de remissis eas singulariter nominando in prohibitione alienationis.

Quia, dicebant Domini, hanc discretiuam mentionem, magis ostendere enixam testatricis voluntatem prohibendi quamcūque alienationem, tam de domo, quam de apothecis, quam etiam de remissis, vnde sequitur quod si has remissas voluisset in legato comprehen-
15 dere expressisset, † sicut expressit quando voluit comprehendere in prohibitione alienationis, *vt per Crauett. cons. 214. num. 14. & cons. 234. nu. 2. vers. immo considerata consuetudine &c. & nu. 5. vers. rursus apotheca &c. lib. 2. vlgar. tex. in l. vnica. § vbi autem 11. vers. fin. autem, C. de edict. Diu. Adr. tollen. l. prima, §. sed hæc actio, ver. sed & si ff. si mens. falsi. mod. diuer.* quod suadetur ex quo quando pro censu constituit hypothecam testatrix nō solum obligauit domum, sed etiam apothecas: quia non credebat sub obligatione domus eas comprehendi, & non fecit mentionem de remissis, quia satis sibi visum fuit eas comprehendi sub nomine apothecarum, & sic fecit etiam mentionem viridarij explicando omnia ea quæ sibi videbantur indigere speciali explicatione, *vt dictum est in prima,* & ex quo in prohibitione alienationis non solum nominauit domum, sed apothecas, & remissas, oritur idē nempe prohibita domo eas nō prohiberi censuisse.
16 Nec refert quod agatur de legato † pio in quo latissima facieda est interpretatio *ex l. Titia 11. §. fin. ff. de aur. & argen. legat.*

Quia regula procedit in dubio, secus autem quando apparet de clara, & indubitata voluntate testatricis excipiendi apothecas, seu re-
17 missas ab onere legati, † tunc enim voluntas est seruanda, nec est locus interpretationi, *Mātic. de coniect. lib. 3. tit. 19. num. 10. in fin. Angel. cons. 328. num. 5. uers. nunc ad secundum &c.* Clarissima autem testatricis voluntas patet ex dictis verbis testamenti, *Detratte però le Botteghe che sono sotto la detta Casa uerso la piazza di S. Pietro &c.* & ex alijs fusè deductis, & comprobatis in præterita decisione, quam hodie Domini cōfirmarunt, vtraque parte audita &c.

R. P. D. CORRADO,

Posteà Eminentiss. D. CARDINALI.

Romana Successionis.

Lunæ 17. Maij 1649.

ARGVMENTVM.

Tota materia l. hac edictali C. de secundis nuptiis in his quæ filiis secundi matrimonij contemplatione vltimi viri fuerint relicta in hac decisione non minus doctè, quam erudite discutitur, hanc de pluribus coniecturis, & fraudibus, quæ in huiusmodi casibus adhibere solent plena affertur disputatio.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Legis hac editalis materia C. de secundis nuptijs difficilis est probationis, & ideo admittit coniecturas & præsumptiones.*

2 *Dispositio facta ad fauorem filiorum secundi matrimonij contemplatione uiri eiusdem matrimonij facta præsumitur.*

3 *Datum illi uidetur, cuius contemplatione, consensu, & opera alteri illud conceditur.*

4 *Dispositio l. hac editali facta fuit ad effectum obuiandi machinationes, & industrias, quæ in fraudem ipsius legis fieri consueuerunt.*

5 *Fraudes machinationes, & industriæ inter domesticos sunt faciliores.*

6 *Filijs secundi matrimonij relictum patris commodum resultare dicitur, si eidem administratio, usufructus fuerit relictus.*

7 *Proprietate filijs relicta, patri uerò usufructu, testatricem noluisse patrem ad commodum proprietatis admittere dicendum est.*

8 *Filijs simpliciter institutis solus usussfructus, non proprietas acquiritur patri.*

9 *Vsus fructus bonorum filijs relictorum Patri prohiberi potest.*

10 *Mater quæ filijs institutis patri usumfructum nõ prohibuit ideo illis reliquisse dicitur, vt per eos vsusfructus Patri acquireretur.*

11 *Vsusfructus filiorum secundo viro prohibitus ad sustinendam dispositionis validitatem censetur prohibitus.*

12 *Legem circum uenire eiusque tollere interpretationem nemo potest.*

13 *Fraus eo magis præsumitur quo maiores cauthelæ in rebus suspectis adhibentur.*

14 *Cauthelæ in fraudem l. hac edictali C. de secundis nuptijs reprobantur.*

15 *Commodum qualecumque secundo viro resultet ex institutione filiorum ipsius matrimonij considerari debet in materia l. hac editali.*

16 *Casus in quo non disponit statutum remanet in dispositione iuris communis.*

17 *Renunciatio secundi viri facta cuicumque iuri sibi ad bona suorum filiorum per matrem relicta filijs primi matrimonij non præiudicat.*

Et dicitur facta in fraudem l. hac editali, C. de secundis nuptijs num. 18.

19 *Substitutio facta de secundo viro filijs eiusdem matrimonij licet incerti euenti conditionem præseferens, considerabilis tamẽ est in materia l. hac edictali C. de secundis nuptijs.*

20 *Filijs secundi matrimonij relictum, cum facultate disponendi infauorem nepotis secundi viri, illius contemplatione relictum præsumitur.*

21 *Proprietatis commodũ ac etiam vsusfructus ex quibus relictum dicatur.*

22 *Maritum secundarum nuptiarum vxorem cõtemplatum fuisse præsumitur, ab institutione facta de filijs eiusdem matrimonij, & quando.*

Testamentum totum non autem separatim considerari debet in materia l. hac edictali C. de secundis nuptijs.

23 *Vxorem secundum virum contemplasse in ipsius filiorum institutione, maior non dari potest probatio, quam illa, quæ ex eius ore processit.*

24 *Discordia inter coniuges excluditur ex legatis alteri per alterum factis.*

Amplia quia hac probatio præualet testibus contrarium deponentibus ibidem.

Legatum annuli pretiosi ab altero ex coniugibus alteri cõiugi factum eximij amoris argumentum demonstrat nu. 24.

25 *Causa amoris filiorum secundi matrimonij quæcumque sit non excludit dispositionem l. hac edictali in his quæ cõtemplatione secundi viri relicta noscuntur, & nu. seqq.*

26 *Filius annorum sex non dicitur menti compos.*

29 *Amor, seù merita filiorum secundi matrimonii l. hac edictali dispositionem tollere non possunt.*

30 *Tempus testamenti attendi debet, & quando.*

31 *Odium, & inimicitiæ filiorũ primi matrimonii qualia esse debeant.*

32 *Mater præsumitur malis artibus circumuenta ad priuandum filios primi matrimonii nu. 31.*

in Fraudem l. hac editali quæcumque fiunt, attendi non debent.

33 *Effectus relicti contra dispositionem l. hac edictali attendere debemus, non autem simplieiter formam.*

DECISIO CCCV.

VOLVERVNT Domini tertia vice audire D. Com. Fabium. Verum causa denuò exacto studio discussa, nulla demum visa fuit pro eius parte deduci releuans ratio, ob quam sit recedendũ à resolutionibus corã me factis sub diebus 18. Maij 1646. * & 14. Iunij 1647.

☞ Nam ponderato, vt fieri debet, toto contextu testamenti Imperiæ illius vxoris clarè dignoscitur, quod eius intuitu, & contemplatione conditum fuit contra dispositionem *l. hac edictali, C. de secund. nupt.* Hoc enim in subiecta materia difficilis probationis† benè pro-
1 batur coniecturis, ac præsumptionibus Iudicis arbitrio pensandis, *ad l. licet Imperator. cum ibi not. per DD. ff. de leg. 1. l. dolum. C. de dol. cap. 2. de renunciat. in 6. Bart. in l. si filio familias, num. 1. vers. si apparet. ff. de donat. caus. mort. Angel. in l. fin. sub nu. 2. vers. & ideo, C. de vsufr.* cum alijs latè adductis per *Mascard. de probat. conclus. 815. sub num. 1. vers. qua in re &c.* & in specie tradunt *Soccin. iun. cons. 16. num. 4. vers. & ante omnia præsupponendum est &c. ac seqq. lib. 4. Rim. iun. cons. 243. num. 34. vers. & cum in fraudibus, & seqq. Lancellot. Gall. cons. 18. à nu. 25. vers. & hac quoad iuris præsumptionem, cum seqq. & sub nu. 53. vers. nec obstat, ac seq. Carol. Bardellon. cons. 4. sub nu. 66. vers. standum igitur est coniecturis, ac seqq. Fachin. controu. lib. 3. cap. 66. in fin. ver. ex variis porro causarũ figuris &c. & confert. lup. de illegitt. com. 1. §. 5. sub. n. 158. uer. vnde secus est &c.* Quæ in præcedentibus Decisionibus fuerunt plenè deductæ, & comprobatæ.

Nec obstat, quod ex institutione communium filiorum secundi matrimonij, quam fecit Imperia in proprietate bonorum eius hæreditatis, nullum resultet commodum dicto Com. Fabio eorum patri, quo circumscripto, cessare videtur in ea parte (super qua insistebant informantes) eius contemplationis præsumptio.

Quia præter quod illa quidem efficax est contemplationis huiusmodi demonstratio, sed non

non vnica, nec exclusiua aliarum præsumptio-
2 num † quibus eadem rectè percipitur, licet dispositionis cōmodum referatur in alterum, vt probat littera *text.* & explicat ibi *Goffred. & Fulgos. in l. fideicommissa, §, penult.* ibi: *Plerumque autem intelligendum est, priuati causa hoc fecisse. licet emolumentum publicano quæratur, &c. ff. de leg. 3.* & melius ad rem nostram *in l. penult. in fin. princ.* ibi: *Faciliorque suspicio per filium scriptum hæredem quamuis emancipatum adeuntem, liberti hæreditatem ipsum patronum habere; cum omnia quæ nostra sunt, liberis nostris ex voto paremus, &c.* ibique *gloss. in verb. patronum habere, ff. de bon. libertor.* Nam illi
3 datum videtur cuius consensu, † contemplatione, ac opera alteri quid conceditur, *l. solutum, ff. de pignor. act. l. si sponsus, §. generaliter, ff. de donat. inter vir. & vxor. l. donationes, §. species, ff. de donat. cum simil. Rip. cons. 1. sub num. 9. uers. ad fundamentum Baldi, &c. de secund. nupt.* Quæ sanè conclusio facilius procedit in hac materia, in qua Legislator apprimè intendit occurrere
4 industrijs, ac machinationibus, † quæ in fraudem ipsius legis, ac in præiudicium filiorum præcedentis matrimonii moliri solent, vt legitur *in d. l. hac edictali, in princ. uers. sin verò,* ibi: *Omni circumscriptione, si qua per interpositam personam, vel alio quocunque modo fuerit excogitata cessante, &c.* & *in §. optimè,* ibi: *Nulla machinatione neque per suppositas personas, neque per aliquā aliā causam interponi valente, &c. in Auth. de nupt.* Præsertim
5 inter domesticos, † quibus sunt faciliotes, ac frequentiores, *l. data, Cod. de donat.* & in specie probant *Castr. in cons. 150. viso puncto sub num. 2. ad fin. uers. nec obstat, quod saltem proprietatem, lib. 2.* & prius *Ioan. de Lignan. Franc. Aret. & Ricard. de Salycet. inter consil. eiusd. Castr. consil. 261. ac 263. & post cons. 264. lib. 1. Ruin. in cons. 112. sub num. 8. vers. & isto casu, lib. 1. Menoch cons. 511. sub nu. 11. uers. & quæ quidem cautela, &c. Rim. Iun. cons. 241. sub num. 46. uers. mouentur etiam, cum seqq. & dicto cons. 243. num. 27. uers. subiungens, & seqq. Thesaur. decis. 170. sub num. 33. uers. ideò cautelam, Eugen. cons. 1. sub nu. 27. uers. contrarium tamen, cum seqq. lib. 2. Hended, cons. 14. sub num. 32. uers. quintum, lib. 1. Lancellott. Gall. dicto consil. 18. sub num. 42. vers. sed quando pater, Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 33. sub num. 10. uers. aliud autem dici potest, & vers. neque est omittendum, &c. Rouit. decis. 12. sub num. 4. uers. rationem assignant, &c. cum seq. & sub num. 9. uers. ex quibus patet, &c.*

Ex facto etiam remouetur obiectum, cum ipse Com. Fabius fuerit in vsufructu eiusdem proprietatis hæres pariter institutus, cum plena bonorum administratione, ab omni redditione rationum, ac inuentarij confectione ex-
6 pressè liberatus, † ex quo euidenter probatur commodi illius in eadem proprietate filijs relicta participatio, *Castr. dicto cons. 150. sub num. 2. uers. vos, loquimur, &c. uers. sed hic ultrà processu, &c. lib. 2. Rimin. Iun. dicto cons. 241. sub num. 49. uers. & certè, &c. Thesaur. d. decis. 170. nu. 28. uers. ampliatur tertiò, &c.* dicens hoc esse indubitatum, *Laderch. cons. 147. sub nu. 1. uers. secunda est suspicio, Mart. Vot. 39. sub num. 15. uers. ex his sequiturr, & seq. Mart. Vot. 39. sub nu. 15. uers. ex his sequitur, & seq. Mastrill. decis. 173. num. 21. uers. item quia patri, & seq. Rouit. d. decis. 12. nu. 3. uers. prout si in eadem dispositione,* & fatetur *Bellon. Iun. in obiecto cons. 82. sub nu. 26. uers. ad secundū verò, &c.* sententiam prædictam in his terminis veram esse.

Nec releuat contraria illatio ex eo deducta, quod distincta huiusmodi dispositio, qua filijs proprietas, viro autem, ac patri eorum vsus-
7 fructus separatim fuit relictus, † apertè conuincat Testatricem nullum proprietatis commodum marito tribuere voluisse, vt sensit *Dec. in consil. 462, visa legtimatione sub numer. 20. vers. ad remouendum ista, &c.*

Quinimò contemplationem illius euidentiùs demonstrat. Nam si hæredibus simpliciter, vel etiam in proprietate alio non addito filijs posterioris matrimonij institutis decessisset Imperia, quo casu ex legis dispositione
8 idem vsufructus, † nullum autem ius proprietatis regulariter acquiritur patri *l. cum oportet, C. de bon. quæ liber.* Attamen id censeretur mariti contemplatione fecisse, ea sola ratione,
9 quia † cum illum expressè (vt poterat *Auth. excipitur, eodem tit.*) non prohibuerit, dicitur
10 ideò † filios instituisse, vt per eos patri acquireretur ad *l. cum filiofamilias, in princ. vbi gloss. in verb. Patri, & seq. ac DD. ff. de leg. 1. & l. si ita quis, la seconda, §. ea lege. ff. de verb. obligat.* & probauit *Bald. in consil. 161. quædam Nobilis Domina, lib. 1.* recedens à contraria opinione, quam priùs tenuerat *in consil. 22. quædam Domina Nicolina, per tot. lib. 5. & inter Consil. Castr. consil. 262. visis punctis, & consil. 264. ego Baldus, lib. 1. idem Castr. dicto consil. 150. sub num. 2. vers. sed hic vltrà processit, lib. 2. Surd. cons. 250. sub num. 33. vers. præterea, Laderch. d. cons. 147. sub nu. 1. vers. prima est, quia Mater, &c. Mantic. de tacit. lib. 13. tit. 37. sub num. 29. vers. illud etiam, latè Mastrill. d. dec. 175. sub num. 14. versic. contrariam tamen, &c. & seqq. Eugen. dicto consil. 1. num. 30. vers. secundò principaliter, &c. lib. 2. & alij.* Quorum sententiam non aliter euitant sectatores contrariæ, ac ipsa *Rot. penès sanct. mem. Gregor. decis. 173. & 443.* nisi quia vsusfructus eo casu censeri debeat Patri ex ta-
11 cita disponētis voluntate prohibitus † ad sustinēdam dispositionis validitatē *per l. quod seruus, ff. de acquir. possess. vbi not. Bart. & in dicta l. si filiofamilias, sub num. 2. vers. si verò potest quæri ipsi filio, &c. ff. de donat. caus. mort. Dec. dicto cons. 462. sub num. 20. in fin. uers. non obstat quod in casu, &c. Paleot. de noth. & spur. cap. 53. sub num. 8. vers. docuitque Bartholus, &c.* & *legitur in dicta decis. 173. num. 6. uers. nec facit, & dicta decis. 443. sub num. 4. uers. nec est inferendum, ac seqq. sanct. mem. Gregor. Bellon. Iun. d. cons. 82. sub num. 19. & seq.* Multò magis idem est iudicādum, vbi eamdem eius voluntatem ad fauorem mariti expressis verbis declarauit, quibus dum legis scopulos præmeditata illa distinctione solertiùs euitare fa-
12 tegit, eo magis illis se inuoluit, † quippè non tantùm legem circumuenire, sed etiam illius interpretationem detorquere curauit, vt respondit *I. C. in l. ita fidei hæredis cōmisit, vers. imò in priori specie, ff. de iur. Fisc. Bald. cons. 487. apparet quodam instrumentum, sub nu. 1. uers. quanto plus, lib. 1.* dicens, quo maior cautela in rebus suspe-
13 ctis adhibetur, † eo magis præsumitur fraus, ac

ac dolus, *Corn. conf. 217. num. 2. uerf. in iftis autem terminis, cum feq. & num. 7. uerf. itaque ratione, lib. 3. Bero. conf. 59. fub num. 14. uerf. ex alys etiam, lib. 3. Thefaur. dicta decif. 170. fub num. 17. uerf. ad Decium, &c.* vbi acriter, & iure, quidem merito inuehit contra DD. excogitantes, & appro-
14 bantes huiufmodi cautelas † in fraudem dictę legis, ac præiudicium filiorum primi matrimonij, *& fub dicto num. 28. ac 33. uerf. fed vt fupra dicebam, &c.* dicit illas effe verbales, & reijciendas, *Rimin. Iun. dicto confil. 241. fub num. 49. uerf. & certè, ac fub num. 57. uerf. fed ille cafus, &c. Bardellon. dicto conf. 4. fub num. 74. uerf. nec vim facit, &c.* vbi refpondet argumento Decij. Quod certiùs eft in propofito cafu, in quo ex amplitudine verborum inftitutionis mariti, ac tota Teftamenti ferie conftat Teftatricem verè intendiffe commodum etiam proprietatis illi vi-
15 uenti conferre, † quod qualecunque fit, fufficit adhunc effectum, *iuxtà l. Sulpitius,* ibi: *Si hoc egit vxor, ut aliquid ex ea re interim commodi fentiret maritus, &c. ff. de donat. inter uir. & uxor. Rimin. Iun. dicto conf. 243. uerf. & in cafu noftro, &c. cum feqq.* & comprobat *Facchin. dicto cap. 66. uerf. fic, & ipfe ftatuo, &c.* ibi: *Et id actum tacitè, uel expreffè, ut Victricus emulumenti aliquid fentiret, &c.*

Minùs releuat, quod vfusfructus prædictus pariter deberetur Com. Fabio ex difpofitione Statut. Vrbis lib. 1. cap. 131. fub rubr. de lucr. Dot. qui propterea eum repudiauit, ac declarauit nolle confequi ex Teftamento vxoris.

Quia Statutum illud difponit, atque procedit, quando extant foli filij communis matrimonij, non autem quando concurrunt alij ex
16 præcedentibus nuptijs fufcepti. † Atque ideo cafus ifte remanet fub difpofitione iuris communis, ac proindè *dicta l. hac edictali,* comprehenfus, vt alias fuit refolutum in *Romana prætenf. dotis 25. Decembris* 1594. *corā Corduba par. 4. diuerf. decif. 255.* & latiùs probatū in prædictis coram me, *fub die 18. Maij 1646. in §. prædictis verò non aduerfatur, cum feq. & fub die 14. Iunij 1647. in §. 1. & feqq.*

Repudiatio autem, Declaratio, & Proteftatio facta per Com. Fabium die 30. Decembris 1648. poft dictas refolutiones Rotales. Vifa fuit Dominis non fuffragari. Quia (præter ea quæ ex præftatioue legatorum, ac alijs in facto deductis, pro illius præcedenti acceptatione refultant) ius filiorum primi matrimonij procedit ex ipfa difpofitione, *l. hac edictali, &c.* quæ ex inftanti obitus matris cnm eiufmodi teftamento defunctæ operata fuit effectum fuum deferendo ftatim ius eifdem filijs non expecta-
17 ta acceptatione Victrici, † cuius ideò fubfequens tenunciatio, feu repudiatio illud tollere non potuit, *ad text. in l. fin. ff. de pact. l. fi poft mortem, §. fin. ff. de bonor. poffeff. contr. tab.* & in his terminis benè probat *Stephan. Bertrand. in repet. d. legis, verb. fi verò plus, fub num. 19. uerf. fed pro clariori intellectu, &c. Rip. in l. 1. fub num. 88. verf. & per illum textum, &c. ff. de vulg. & pupillar. fubftit.* dicens, quod huiufmodi repudiatio prefumitur facta in fraudem filiorum primi ma-
18 trimonij † ad priuandum illos lucro à lege delato, &c. *Boer. decif. 201. fub num. 6. col. penult. in princip. verf. quod fi Victricus; Surd. dicto confil. 250. fub num. 22. verf. quintò eo ipfo; cum feqq. Honded. dicto confil. 14. fub num. 30. verf. nec refiftit quartum, & feq. lib. 1. Rouit. d. decif. 12. fub nu. 26. verf. nec poterat effe in confideratione, &c. & fuit dictum in Romana quarti Dotal, 15. May 1635. coram Eminentiff. D. meo Card. Verofpio, in §. neque vifum fuit, verf. præfertim ad effectum, de quo agitur.*

Præterea plura concurrunt alia commoda ex eo teftamento Com. Fabio refultantia, quibus eius contemplatio in vniuerfa illa difpofitione conuincitur. Tum ex eo, quia, ipfe, ac alij eius defcendentes fuerunt immediatè fubftituti prædictis eius filijs hæredibus
19 inftitutis, eorumque defcendentibus, † quod licèt in futurum, ac incertum euentum deficientis illorū lineæ collatum, tamen eft confiderabile, vt in fpecie tradit *Caftr. d. conf. 150. fub num. 2. d. verf. fed hic vltrà proceffit, lib. 2.* & latè probat *Laderch. sonfil. 27. num. 9. verf. nunc aliqua de fpe fubftitutionis, cum feq.* & latiùs *conf. 28. fub nu. 10. uerf. nunc aliqua de fpe, &c. & plur. feqq.* & fenfit *Eugen. dicto conf. 1. fub num. 30. uerf. tertiò fortiùs*, cum alijs adductis in præcedenti *decifione fub die 14. Iunij 1647. in §. quia contraria, uerf. vlterius, &c.* Tum ex eo, quia tàm ipfi, ac hæredibus inftitutis, quàm defcendentibus præfatis conceffa fuit fpecialis facultas difponendi de bonis hæreditatis Teftatricis ad fauorem Francifcæ ipfius Comitis Neptis, ac
20 defcendentium ex ea, † quod ad folam eius contemplationem referri poteft, *iuxtà text. in l. fed fi plures, §. in arrogato, ff. de vulg. & pupill. fubftit. Thefaur. dicta decif. 170. num. 5. verf. tertiò facit, Rimin. Iun. d. conf. 243. num. 27. uerf. fubiungens, &c. Trentacinque uar. refolut. lib. 3. tit. de matrimon. refolut. 5. col. antepen. fub num. 35. uerf. hinc infertur, &c. Menoch. de arbitr. Iud. caf. 459. fub num. 28. uerf. ifta etiam, &c. Honded. d. confil. 14. num. 17. uerf. & propterea, cum feq. lib. 1. & alij in dicta decifione allegati in loco mox citato.* Deindè, quia difpofitionis decimæ partis eius dotis in cafu contradictionis D. Lælij ex præcedenti matrimonio filij ad opera pia ordinatæ, executorem primum reliquit Com. Fabium à quacumque rationum redditione pleniffimè liberatum, ac fucceffiue eius filios hæredes inftitutos; Pariterque ad onus portionis tunc eidem Lælio adiudicandæ detractionem dictæ decimæ partis, & legata etiam annua referri
21 voluit, † quod non folius proprietarij, fed vfufructuarij etiam commodum, & contemplationem Præfefert, *l. Aurelius, §. Titius, ff. de liberat. legat. Corn. dicto conf. 217. fub nu. 2. uerf. liberatio à redditione rationis, &c. lib. 3.* & ponderauit *Lancellot. Gall. dicto conf. 18. fub num. 65. uerfic. quia etiam hæc uerba, &c. & feq. Maftrill. dicta decif. 175. num. 22. uerf. item quia fuerat relictus, &c.* & comprobat *Mart. d. Vot. 39. fub num. 16. uerfic. tamen ubi, &c.*

Et licet hæc non videantur immediatè ex ipfa filiorum inftitutione procedere, demonftrant tamen Teftatricem præoculis femper habuiffe, & contemplatam fuiffe Com. Fabium eius virum, tàm in partibus præcedentibus inftitutionem filiorum, quàm in fequētibus,

22 tibus, † vndè idem prorsus resultat ipsius institutionis iudicium, *iuxt. gloss. in l. apud Celsum, in uerb. causa, ff. de dol. except. & in l. ille à quo, §. 1. in uerb. uerba, uers. item ex præcedentibus, & sequentibus, ff. ad S.C. Trebel. Crauet. cons. 143. sub nu. 9. uers. fraus enim arguitur, &c. Mascard. de probat. dicta conclus. 815. num. 16. uers. sexta coniectura, &c. Rot. decis. 111. nu. 41. uers. cum talia, &c. & seqq. part. 5. recent.* Nàm ad formandum huiusmodi iudi-
23 cium totius Testamenti contextus † (prout dictum est) non autem singulæ illius partes disiunctim, omnesque simul præsumptiones vndique resultantes considerari debent, cum vicissim adminiculentur, vt in his terminis concludit *Castr. d. consil. 150. sub num. 2. uers. sed hic ultrà processit, usque ad fin. lib. 2. Soccin. Iunior. cons. 59. num. 33. uersic. ex his tribus, lib. 3. & dicto cons. 16. sub nu. 9. uers. præterea, &c. lib. 4. Lancellot. Gall. d. cons. 18. sub num. 128. uers. sexta huic proximè insurgit coniectura, & sub num. 131. uers. undè in causa, cum seqq. Laderch. dicto cons. 147. sub num. 1. uers. quarta est, Mastrill. d. decis. 175. sub num. 19. uers. eoque magis in casu isto, & seqq.* cum alijs relatis *in Romana fideicommissi de Cesciaris 16. Martij 1648. coram me, in §. hac autem Testatricis uoluntas, &c. & in præcedenti decisione huius causæ sub die 14. Iunij 1647. in §. quia contrariæ, uers. hac demum totus Testamenti contextus, &c. cum seq.*

Demùm hanc veritatem Testatrix ipsa his verbis exhæredationem D. Lælij immediatè sequentibus patefecit: *Dichiarando di uolere, che la mia robba resti nell' infrascritti miei hæredi, non solo per l'amore, che li porto, ma per gratitudine delli seruigi, e benefici fatti dal Sig. Conte Fabio mio marito à me, & à mia Madre, & in ricompensa delle souuentioni dateli, & seruigi releuanti da lui fatti al Sig. M. Antonio Incasati mio Zio, & per rispetto mio anche al medesimo Sig. Lelio mio figliuolo del primo matrimonio.* Inferiùs autem Hæredes scripsit primum Com. Fabium in vsufructu, deindè filios in proprietate, ac illis eorumque descendentibus eumdem Com. Fabium, ac alios descendentes ex eo substituit; quare nulla ma-
24 ior certitudo dictæ contemplationis † adduci posse videtur, ea, quæ ipsius Testatricis ore prolata fuit *ad l. filiusfamilias, §. Diui Seuerus, & Antoninus, il secondò, vers. quod si liberis, ff. de leg. 1. l. labeo, §. id Tubero, uers. & quidem non arbitror, ff. de suppell. legat. cap. per tuas, de probat. gloss. in l. non aliter in verb. Testatorem ff. de leg. 3. Menoc. cons. 497. num. 16. vers. nam vbi dubitamus de intentione &c.* & in his terminis probat *Carol. Bardellon. dicto cons. 4. sub num. 66. ad fin. vers. prout certò staretur &c.*

Hincque prorsus eliditur obiectio discordiæ, ac odij inter præfatos Coniuges; Quia (præter exceptiones adductas tàm contra personas, quàm contra dicta Testium super eo deponentium) certum est, quod non iustificatur (vt necessarium erat) de tempore conditi testamenti prædicti, quinimò ex eius lectura omninò refellitur, et contrarium apparet, cum vltra institutionem viri in vsufructu, & alia plura in eius commodum, ac contemplationem ordinata, legauerit etiam illi annulum prætiosum ob eius memoriæ conseruationem, quod eximij amoris est argu-
24 mentum; † Vnde resultat probatio longè præstantior huiusmodi testium depositionum *l. si instituta, §. fin. ff. de inoffic. testamen. l. fin. vbi Bart. sub num. 3. vers. & sic habes, Imol. sub. num. 4. vers. item nota quod præfationes, & infr. ff. de hæred. instit. Rota penes Burat. decis. 616. sub nu. 16. vers. nec enim sufficit &c.* & fuit plenè, ac doctè probaum *in Romana success. 9. Maii 1644. coram Reuerendiss. P. D. meo Bichio, in §. secundo Testes non probant, & seqq.*

Postremò non obstant aliæ rationes adductæ siue amoris, ac benemerentiæ filiorum posterioris matrimonij, siue odij, & commerentię alterius ex præcedenti suscepti, siue amplioris huius fortunæ.

Mam (prætermissis exceptionibus contra testes super eis examinatos, eorumque depositiones, & præcipuè Octaui pleniùs deponentis de anno 1637. & sic postquam conditum fuerat testamentum anno 1630. 5. Octobris.) Prima ratio ex amore filiorum secundi matrimonij addita fuit in eadem Periodo ad corroborandam alteram contemplationis, & gratificationis viri efficacioribus verbis expressam
25 quibus † vtique apparet hanc fuisse dispositionis illius præcipuam, atque finalem, *Alciat. de præs. reg. 1. præs. 30. sub num. 4. vers. vnde putarem, & infr. Menoch. præsump. 29. sub num. 64. vers. uerum respondetur, lib. 3.* Licet ad hunc effectum suf-
26 ficeret, † quod esset equè principalis, atque coniunctim adiecta *ex theor. Bart. in l. ambitiosa sub num. 19. vers. hoc præmisso, ff. de decret. ab ordin. faciend. Rot. penes Put. decis. 246. nu. 1. vers. quia aut omnes. lib. 1. in correct. & decis. 589. sub num. 5. versum, & secundo, par. 1. diuers. & Pen. decis. 162. nu-*
27 *mer. 17. vers. nec refert, cum seqq.* immò, † & secundaria *Eugen. d. consil. 1. sub num. 33. ver. quia respondetur, & seqq. lib. 2. Bardellon. dicto cons. 4. sub numero 78. versicul. si quidem ad hoc, vt quid dicatur &c.*

Eoque certius, quia tempore conditi testamenti præfati filij hæredes instituti masculus nempè in ætete duodecim, fœmina verò sex
28 annorum circiter erat constituti. † Ac proinde nondum compotes meritorum, nisi patris contemplatio suppleuisset *Bald. in d. l. cum oportet, sub num. 4. vers. quod præsumitur, C. de bon. quæ liber. Menoch. præs. 28. sub num. 9. vers. hinc colligitur, lib. 3. Peregr. de iure fisc. lib. 3. tit. 18. num. 48. vers. coniectura autem notabilis est &c. Io: Bapt. Lup. de illegitim. com 1. §. 5. sub. num. 158. §. vnde secus est, vers. & hanc notabilem &c.* Præter quod nec eo casu licèt tantam inequalitatem inter filios inducere, vt ex primis nuptijs suscepti neque
29 legitimam consequantur, † aliàs enim huiusmodi dispositio tanquam iniqua, ac iniustis artibus extorta penitus reprobatur *Rim. iun. dicto cons. 241. num. 52. vers. si tamen habent vnum, ac seq. & consil. 428. num. 7. vers. si tamen &c. cum seqq.* & comprobat *Cancer. var. resol. lib. 3. cap. 15. sub numer. 339. vers. sed vbi apparet &c.*

Illa verò odij alterius filij ex prioribus nuptijs, non fuit iustificata tempore testamenti,
30 quod † attendi debet, quando inquiritur testatoris intentio circa disposita in eo *l. si ita, & l. fin.*

l.fin.in princ.ff.de aur.& argent. legat. cum concord. penes Mantic.de coniect.lib.3.tit.11.sub nu.11. vers. decimo, & lib.5.tit.15.num. 21. vers. sed adhuc &c. Bardellon.dicto cons.4.num.70.vers.quinimo &c. Rota decis.111.num.39.uers.& in simili &c. par.5.rec. & in d.Romana success.9.Maij 1644. coram R.P.D. meo Bichio, in §. & quatenus attendi debeant, versic. quæ omnia &c. cum testes de posteriori deponant. Præterea nec causas referunt graues,
31 quæ præualeant pietati meternæ, † vt necessarium esset, nam aliàs præsumitur extraneis artibus, ac suasionibus circumuenta, vt inquit *I.C.in l.4.vbi glos.in verb.delinimentis, ff.de inoffic. test.*& cõprobatur *ex l.lex.quæ tutores, §. lex enim non solum, C.de admin.tutor.Cagnol.in d. l. 4. quam commentatur cum l.2.sub num.7.vers.sexto nota &c. ff.de inoffic.test.Rim.iun.d.cons.241. num. 48. versic. quinimò &c.* & alijs relatis *Lancellot.Gall. d. cons. 18.à num. 19.vers.vbi infert, ac seqq.& sub nu.130 vers.quare ad hæc &c. Eugen.d.cons.1.num.28.vers. quod autem, & seqq.lib.2.Mastrill.d.decis.175.n.19 vers.item quia lex præsumit &c.& sub num.24.uers. in tantum. Rot. in Romana domus 12. Nouembris 1638.coram Reuerendiss. Salamantin.in §.minus releuat &c.*

Tertia denique ratio nec planè subsistens visa fuit, nec iuncta etiam cum alijs prædictis suffragari. Quoniam omnes censentur expressæ, & cumulatæ ad colorandam, & obtegendam mariti contemplationem, quando aliæ fortiores vigent coniecturæ, ac verba supra relata, quæ non solùm suadent, sed demonstrant principium, medium, finem, ac totius præfatę dispositionis substantiam fuisse in ea constitutam. Et propterea licèt aliàs veræ forent, cum tamen in proposito casu adiectæ censeantur
32 in fraudem, † ac circumscriptionem legis, attendi non debent, sed sunt reijciendæ, *l.si quis sub conditione, ibique gloss. Bald.& alij ff. de cond.instit.l.si libertus minorem, ff.de iur.patron.d. l.ita fidei hæredis, vers.immo in priore specie. ff. de iur. fisc.& deciditur in d.§.optimè, in Auth.de nupt.& in d.l.hac edictal.sub princ.in d.vers.sin verò vbi Bald. sub numer.19. vers. iuxta hoc &c.* dicit, quod non est
33 consideranda forma relicti, † sed effectus rei, & cæteri DD. sequuntur *C.de secund.nupt. Rip. cons.1.num.4.vers.præmissis, & similibus non obstantibus &c.ac seq.de secund.nupt.*& comprobat *Thesaur,d.decis.170.sub num.17. vers. ad Decium, &c. cum seqq.& sub num.33.vers. sed vt supra dicebam &c.Menoch.cons.314.sub num.31.vers. hæc itaque causa, Rim.iun.d.cons.241.sub.num.49.vers. & certè cum seq.ac sub num.57.vers.sed ille casus, Lancellot. Gall.d.cons.18.sub num.64.vers.respondeo, & plur. seqq.Mantic.de tacit.lib.12.tit.33.sub num.10.in fin. vers.neque est omittendum, Honded.d.cons.14.sub numer.21.vers.cum in fraudem legis fiat, & seq. lib.1. Bardellon.d.cons.4.sub nu.59.vers. qui modus testandi, ac seq. & sub num. 79. vers. nec obstat expressio &c.* & latiùs fuit probatum, an præcedenti Decisione 18. Maij 1646. *in §. altera vero ex eo deducta.*

Quare fuit conclusum vtraque parte informante standum esse in decisis. Reseruata cognitione super alijs detractionibus à Com.Fabio prætensis &c.

Vna ex dictis decisionibus reuocatis nempe sub 18. Maij 1648. coram eodem Eminentiss. D. Cardinal. Corrado est supra in præcedenti parte 8. recentior.decis. 406.

R. P. D. CORRADO
Postea Eminentiss. D. CARDINALI.
Concheñ. Pensionis.

Veneris 21. Maij 1649.

ARGVMENTVM.

Pensionarius tenetur plenè, ac concludenter iustificare valorem beneficij, etiamsi reperiretur in quasi possessione exigendi pensionem, & in illius reseruatione esset adiecta clausula, *dummodo centum remaneant pro Rectore, pro tempore beneficium obtinente*; & quid si successor in beneficio, in eius narratiua exposuerit beneficiũ reperiri tali pensione grauatum, an, & quando per huiusmodi narratiuam censeatur Titularem consensisse pensioni, latissimè tractatur.

Filij Clericorum illegitimi non possunt habere pensionem, non modò super beneficio, quod eius pater naturalis obtinebat; verum etiam neque super alio, quando eius pater pro illa obtinenda, aliam consimilem super suo beneficio imposuerit; huiusmodi verò simulatio ex quibus probata remaneat, eruditè demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Pensionarius tenetur plenè, ac concludenter iustificare valorem beneficij expressum per ascensum pro substinenda sua gratia, amplia vt num.4.*
2 *Amplia quando valoris certa notitia aliunde haberi non potuit, quam ex eadem narratiua.*
3 *Clausula,* vt asseris, *apposita in reseruatione pensionis, quid importet.*
5 *Pensionarius tenetur probare valorem beneficij etiãsi reperiretur in quasi possessione exigendi pensionem, & d.quasi possessio quid operetur.*
6 *Item etiamsi titularis consenserit eiusdem pensionis reseruationi, & quare.*
7 *Et quid si Titularis successor in litteris suæ prouisionis exposuisset beneficium reperiri tali pensione grauatum, an alia requiratur iustificatio.*
8 *Verba non debent operari diuersum effectum contra intentionem, ac in præiudicium proferentis.*
9 *Pensio debet probari, quod validè fuerit reseruata, etiamsi successor in beneficio in eius narratiua exposuerit, illud reperiri tali pensione grauatum. Et quid importet huiusmodi narratiua num.12.*
10 *Narratiua facti non extenditur ad qualitates illius.*
11 *Pensio vt censeatur approbata à successore in beneficio, ex quo exposuit Pontifici illud reperiri tali pensione grauatum, quid requiratur.*
13 *Consentiens pensioni nullæ sibi non præiudicat, quin possit huiusmodi defectum opponere.*
14 *Consensus tacitus Titularis in iudicio executiuo sufficit pro obtinenda solutione pensionis.*
15 *Pensio reseruata eodem contextu, quo quis fuit prouisus*

uisus de beneficio, censetur acceptata si postea prouisus absque contradictione accepit possessionem beneficij.

16 *Pensionarius quando nõ teneatur iustificare valorem beneficij, & num. 17.*

18 *Pensioni quando quis non dicatur consensisse; etiamsi in supplicatione exposuerit, quod beneficium reperiatur tali pensione grauatum.*

19 *Pensio reseruata cum clausula*, dummodo centũ remaneant pro Rectore, *ad effectum vt substineri possit, quid requiratur.*

20 *Beneficij valor, ad effectum, vt pensio reseruata substineri possit, attenditur de tempore supplicationis.*

21 *Clausula*, dummodo centum pro Rectore pro tempore beneficium obtinente, *apposita in reseruatione pensionis, quid operetur, & quomodo concordetur, num. 23.*

22 *Pensio diminui debet, eueniente diminutione redditum, ob quam Rector non possit seipsum congruè substentare, ac cæteris Ecclesiæ oneribus satisfacere.*

24 *Procuratoris incuria in materia pensionis exprimendo valorem beneficij in maiori quantitate, quando noceat principali, & quando secus, num. 25.*

26 *Pensionem non potest habere filius super beneficio, quod eius pater naturalis obtinebat.*

27 *Amplia, neque minus posse habere super alio beneficio, quando eius pater pro illa obtinenda, aliam consimilem super suo beneficio imposuit.*

28 *Et huiusmodi simulatio ex quibus probata remaneat, & num. 29.*

30 *Pensionis reseruatio simulatè facta, nullius est roboris, seu momenti.*

DECISIO CCCVI.

RESOLVTIO in hac causa coram me facta die 13. Ianuarij 1648. fuit hodie vtraq; parte informante, Reque denuò maturè discussa per Dominos confirmata. Quia visum est inconcussum fundamentum Decisionis in eo
1 positum, † quod Franciscus pensionarius ordinario iudicio super nullitate pensionis conuentus, non iustificauit valorem redditũum Parochialis grauatæ in litteris reseruationis per eum obtẽtæ, in summa ducatorum quingentorũ auri de Camera expressum per ascensum, vt tenebatur illum iustificare plenè, ac concludenter tamquam fundamentum ipsius gratiæ, in cuius concessione maximè consideratur à Summo Pontifice, *Rot. in Rauennaten. pension. 28. Iunij 1596. coram Litta num. 3. vers. sed etiam, apud Marches. de commiss. par. 1. fol. 615. & fuit latè probatum in Hispalen. pension. 22. Martij 1613. coram bon. mem. Pirouano in recent. decis. 444. per tot. confirmata decis. 526. part. 3. & decis. 144. num. 3. vers. quod autem in casu nostro, par. 4. tom. 2. & penes Reuerendiss. Vrgellen. decis. 147. nu. 6. vers. cum enim, &c. & in alys relatis in præcedenti decisione in princip.*

2 Eoque † magis cum agatur de pensione reseruata sine causa beneficio pleno de consensu Titularis adhuc viuentis, cuius valoris certa notitia aliundè haberi non potuit, quam ex
3 eadem narratiua. † Ideoque adiecta fuit clausula, *vt asseris*, quæ facti dubietatem in concedente demonstrat, atque præsefert conditionem, *si ita est*, non tantum iuris interpretatione, *per tex. in cap. 2. §. verum*, ibi, *& in huiusmodi litteris intelligenda est hæc conditio*, etiamsi non apponatur, *si preces veritate nitantur, &c. ibique gloss. in verb. conditio, & DD. de rescript.* sed propria ipsorum verborum virtute. *Calder. cons. 8. sub num. 1. vers. nec obstat si dicatur, de rescript. Felin. in cap. ad aures. sub num. 10. in fin. vers. & adde istis, eod. tit.* & in specie firmauit *Rota in Troian. pension. 14. Maij 1629. coram Queippo in recent. decis. 287. num. 9. vers. quando ex verbis, & num. 11. vers. quia illa verba, &c.* vbi dicitur, quod expressam conditionem præseferunt, &c. *par. 5.*

4 Ac proindè † maior incumbit probationis necessitas impetranti, qui aliàs remanet Gratiæ commodo destitutus, vt in terminis fuit resolutum *in Burgen. pension. 18. Februarij 1585. coram bon. mem. Gyps. & in decis. 412. sub num. 1. vers. ea potissimum ratione, par. 1. diuers. & in Tudertin. pensionis 21. April. 1614. & 2. Iunij 1617. coram bon. mem. Card. Verospio in recent. decis. 141. & dec. 511. per tot. par. 4. & latius d. decis. 144. sub num. 5. vers. non obstat quod pensionarius, & seq. & decis. 342. sub num. 1. vers. primo valorem, &c. ead. par. 4. tom. 2.* in quibus declaratur obiecta decisio *Veral. 329. part. 2.* cum alijs relatis *in Roman. pension. 25. Maij 1646. coram R. P. D. meo Bichio, vers. nec pariter iustificatur in fin. & in præcedenti decisione in princip. vers. prout in huiusmodi reseruationibus, &c.*

5 Neque † ab eiusmodi onere releuatur ex eo, quod sit in quasi possessione exigendi dictam pensionem. Nam illa suffragatur quidem in possessorio iudicio ad effectum obtinendi manutentionem, donec quæstio nullitatis fuerit terminata, non autem in petitorio, vt respondit *Rot. in Salamantina pension. 26. Martij 1593. coram Gyps. sub num. 2. vers. secundus est casus, & seq. & in d. Rauennaten. pension. coram Litta apud Marches. de commiss. par. 1. fol. 537. & fol. 615. & in recent. d. decis. 141. num. 3. vers. neque ad hunc effectum, & d. decis. 511. sub num. 3. vers. nec pensionarius, par. 4. ac d. decis. 144. num. 10. vers. neque possessio decennalis, & seq. ead. par. 4. tom. 2. & in d. decis. 287. num. 5. vers. sed in petitorio, ac seqq. part. 5.* ac in alijs relatis per *Garz. de benefic. par. 1. cap. 5. num. 456. uers. at in petitorio.*

6 Minus releuatur ex eo, † quod titularis prædecessor Andreæ consenserit eiusdem pensionis reseruationi. Quia consensus ille non præiudicat successori, causam non ab eo, sed à Summo Pontifice habenti, à quo fuit prouisus de beneficio vacante per obitum, quo tempore omne ius antecessoris erat prorsus extinctum, vt fuit dictum coram *Card. Seraph. decis. 1122. num. 1. vers. tam ex eo, & in Cæsaraugustana pension. 20. Decembris 1591. coram recol. mem. Card. Pamphil. apud Marches. de commiss. par. 1. fol. 564. sub num. 1. vers. prout. iustificari debuerunt, cum seq. ac in d. decis. 511. num. 2. vers. tanto magis par. 4. recent. & d. decis. 144. num. 16. vers. demum non obstat cum seqq. ead. par. 4. tom. 2.* & in alijs relatis per *Garz. de benef. d. cap. 5. à num. 442. uers. ad tertium, &c. & plur. seqq.*

7 Præterea † non suffragatur narratiua supplica-

plicationis,& litterarum prouisionis eiusdem Andreæ, in quibus expositum fuit redditus præfatæ Parochialis iam fuisse dicta pensione grauatos,vt legitur ibi, *super quibus annua pensio antiqua centum ducatorum monetæ Hispaniarum, octuaginta ducatos auri de Camera, vel circa constituentium, dilecto filio Francisco Gonzalez de Mansila Apostolica auctoritate reseruata reperitur,&c.* Vnde deducitur illius consensus, & approbatio, ac proinde infertur aliam non requiri iustificationem, vt fuit dictum in *Elboren.pension.19. Nouemb.1614.coram bon.mem.Pirouano in §. tamen cum in præsenti,&c.& in alijs allegatis.*

Primò,quia verba illa ad alium prorsus effectum apposita fuerunt, scilicet certiorandi Summũ Pontificem de grauamine tunc realiter existente, ac differendi solutionem annatę, quæ aliàs iuxta Constitutiones Apostolicas,
8 erat integrè soluenda. † Ideoque diuersum operari non debent effectum contra intentionem, ac in præiudicium proferentis, *l. si quis intentione ambigua,ff.de iudic.l.debitor,§.fin.ad S.C. Trebell.cap.humanæ aures, 22. q.5. cap. secundo requiris de appellat.Becc.consi.41. num.23. uers. præterea,Surd.decis.43.num.17.uers. nam uerba, & decis. 119.num.24.uers.uerba enim,cum seqq.& decis.250. sub num.5.uers.moueor ex decisione Alberic.cum seq. & cons.311. sub num.66.uers.respondetur tertio, & seq.Rot.penès Card. Seraph. decis.559. num.2. uers. tum ex eo, ac seq. & Pen.decis.332.num.8. uers. quia confessio,ac san.mem.Gregor. decis.357. num.5.uers. nullo autem pacto, & Card.Caualer.decis.199. nu.2. uers.uerba enim, Reuerendiss. Vrgellen. decis. 311. num.4.uers.tamen quia,& in recent. decis. 231. sub num.1.uers.unde concluditur, ac decis. 361.sub nũ.4. uers.& ideo,par.3.& decis.114.num.15 uers. confessio enim,& declaratio par.5.*

9 Secundò, † quia purum factum reseruationis dictæ pensionis exponunt, non autem validitatem illius, quæ cum a iuris dispositione dependeat, dici non potest ex simplici facti narratione probata,cum benè se habeant,quia pensio fuerit de facto reseruata,& tamen nulliter, ac inualidè ob defectum veritatis, seu iustificationis narratorum,vel aliter; Ideòque
10 dicimus, † quod confessio, seu narratiua facti non extenditur ad qualitates illius, *Rot. decis.56.num.6.uers.accedit,par.1.diuers.Osasc.Pedem. 138.sub num.17.uers.& quando quis approbat,&c.*
11 *cum simil.* † Quod certiùs sanè est, quando emanauit à successore, quem non constat certam habuisse notitiam de qualitate, atque defectibus actus gesti à prædecessore, qualis necessaria foret, vt illum proprio consensu conualidasse censeri posset, *l. tres fratres, ff. de pact. cum concord.penès Buratt.decis.899.num.1.uers.nam ad hoc, ut dicta acceptatio noceat, cum seqq. & in rec. decis.535.sub num.12.uers.quia fuit responsum, ac seq.& decis.621.sub num.1.uers. & pro negatiua fuit tentum, par.1.& in alijs.*

12 Tertiò,† quia huiusmodi narratiua easdem præsefert implicitas conditiones, plenam iustificationem, vt supra dictum est, requirentes, quibus facta fuit reseruatio, ac propterea nonnisi consimilis conditionalis consensus ex ea potest inferri, siue præsumi, qui ab onere iustificationis non eximit pensionarium, *Rota penès Card.Seraphin.decis.1017.sub num.3.uers.nihilominus, & seq. & penès Cardin. Mellin. decis.28. num.1.uers.quia forma Cameræ cum seq.& dec.237. num.2.uers.tamen hoc procedit.&c.& in Mediolanen. translat.pension.16.Ianuarij 1606. coram Litta in §. minus iuuare possunt apud Marches.de commiss.par.1. fol.630. Coccin. decis.40. sub num.6. uers. quantum attinet ad iustificationem, & in recent. decis.255.sub num.3.uers.nec faciunt ea,par.2. ac in alijs relatis in Perusina parochial. seu pension. corã Reuerendiss. D.*
13 *meò Decano in §. nec refragatur.* † Neque præiudicat titulari quin possit eiusmodi defectum opponere, *Cassador.decis.4.sub nu.6. vers.nec partis consensus, de pension. Card. Seraphin. decis. 356. num.21.vers.primo quod allegata. Sarnient. selectan. interpret.lib.1.cap.11.num. 2. vers. quo fit vt debitor pensionis &c.*

Atque ita demum in his terminis disputata quæstione *in Romana reseruationis fructuum 7. Nouembris 1575. resoluit Rota sub die 19. Martij 1579.coram san.mem.Clem. VIII. tunc huius Sacri Ordinis Auditore, & in Auersana pension.27.Martij 1628.coram bon.me.Merlin.in §.neq; etiam ab onere prædicto releuatur,ac in Merlin.pension.7.Iunij 1630. coram bon.me.Coccino apud modern.Perusin. in tract. de manuten.decis.278.n.3.vers. non obstat, quod perinde est. cum seq.*

14 Neque † aduersantur Decisiones obiectæ. Nam in illa *Elboren.corã bo.me.Pirouano.* Agebatur iudicio executiuo pro solutione pensionis, in quo visus fuit sufficiens tacitus consensus prouisi resultans ex narratiua iuncta cum possessione beneficij, ac acquiescẽtia illius per octo annos, & vltra absque vlla contradictione, præter alia, quæ in eo casu concurrebant,
15 vt ibi legitur in §. fin. † In illa verò *Casalen. pension.13.Iuny 1608.coram Card.Caualer.decis.26.* Non agebatur de simplici narratiua, sed de reseruatione pensionis facta eodem contextu cum prouisione, accedente consensu prouisi, qui recipiendo litteras, ac earum vigore possessionem beneficij absque contradictione, visus fuit consensisse in eo iudicio executiuo,in quo pariter agebatur de solutione eiusdem
16 pensionis. † In alia *Vlixbonen.pension.11.Martij 1616.penes Andr.decis.57.* Agebat resignans iudicio executiuo etiam manutentionis pro solutione pensionis contra prouisum per obitũ Resignatarij sub eadem narratiua,quæ nec requirebat iustificationem valoris,cum illa pensio fuisset reseruata immedietate fructuum, & alia iustificabantur etiam ex pluribus, vt legitur in Decisione, & positione ipsius causæ. Decisio autem *in d. Auersana pension. 30. Martij 1626. coram bon. memer. Merlino* fuit reuocata per aliam sequentem præallegatam sub die 27
17 Martij. † & in *Toletana pension.1 Iulij.1630.coram eodem.* Agebatur pro solutione pensionis contra resignatarium,qui benè conscius qualitatis pensionis reseruatæ, ac formæ reseruationis acceptauerat cum tali onere Canonicatum, illumq; possederat, vt in ea legitur *in §. vltra quod.vers.& idem Petrus.* Neque hoc solo fundamento, sed alijs nititur ea resolutio. Sic etiam cæteræ obiectæ non applicantur.

Verum in proposito casu omnis visa fuit
18 Dominis cessare difficultas, † quia cum Andreas in eadem supplicatione, ac litteris prouisionis longè minorem narrauerit beneficij valorem scilicet ducẽtorum ducatorum auri de Camera, quẽ exposuerat Franciscus quingentorum similium in præcedenti reseruatione pensionis. Et successiuè statim, atque habuit explicitam eius notitiam instituit iudiciũ in partibus anno 1641. coram Ordinario super eius nullitate, quod successiuè coram alijs Iudicibus, ac demùm in hoc Tribunali fuit prosecutum; Non potest inde profectò deduci eius consensus, & approbatio cui ex diametro repugnat contradictio *ad l. si debitor. §. si in venditione, ff. quib. mod. pign. vel. hypot. solu. Rot. penes Card. Seraph. decis. 708. nu. 4. vers. quia hoc procedit, & in rec. dec. 184. nu. 5. vers. nec dici debet consensisse par. 3. cum vulg.*

19 Non etiam prodest † Ioanni clausula in litteris reseruationis dictæ pensionis apposita, *Dummodo ex dictæ Ecclesiæ fructibus illam pro tempore obtinenti, centum ducati liberè annuatim remaneant &c.*

Hæc enim alio tendit, ac longè distat à iustificatione narratiuæ, quæ requiritur pro fundamento, & validitate pensionis in eius origine, atque creatione, quia cum fuerit sub ea conditione reseruata, non potest legitimum habere initium, nisi verificetur *ad l. quibus diebus, §. Termilius, ff. de cond. & dem. l. 1. ff. de instit. & substit. l. hoc iure, ff. de verb. obligat. l. cedere diem ff. de verb. signif. Mantic. de tacit. lib. 14. tit. 42. sub nu. 1 & seq. Rot. penes Card. Caualer. d. decis. 181. & 183. Buratt. decis. 931. num. 6. vers. nec de adimplemento dictæ conditionis &c. & d. decis. 287. n. 7. vers. & con-*
20 *ditio, cum seq. p. 5. recent.* † Ad quemeffectum sufficit iustificatio ad tempus supplicationis, ac litterarum relata *iux. tex. in cap. si eo tempore, cum ibi not. de reser. in 6. Rot. penes Veral. decis. 330. par. 3. & san. me. Greg. decis. 57. num. 10. vers. tamen nihil infert. &c. et decis. 419. sub num. 1. vers. valor autem, & decis. 444. sub num. 4. vers. tum quia p. 2. & decis. 159. num. 15. ver. ad effectum p. 5. recent. & sæpè*
21 *in alijs.* † Clausula verò prædicta in alia parte earundem litterarum adiecta, respicit continuationem, atque progressum eiusdem pensionis, quia cum plures casus contingere possent, quibus Ecclesiæ fructus licèt valoris narrati vere tunc existentes in futurum diminuerentur. Ideo ad consulendum indemnitati Rectorum pro tempore existentium apposita fuit, vt solutis priùs illis centum annuis ducatis liberis iuxta præscriptum *S. Conc. Trid. sess. 24. de reform. cap. 13. vers. ad hæc in posterum.* ex eo quod supererit de fructibus præstetur pensio. Ac proinde non est quoad hanc partem sufficiens iustificatio ad tempus narratiuæ restricta, sed requiritur successiua in progressu tẽ-
22 poris, vsq; quo durat pensio, † aliàs eueniente diminutione redditũum, ob quam non possit Rector se ipsum congruè sustentare, ac cæteris Ecclesiæ oneribus satisfacere, ipsa quoque pensio diminui debet, *vt fuit dictum penes Card. Seraph. decis. 951. num. 4. ver. sicut in simili dicitur. Caualer. dec. 404. in fin. princip. uers. non enim dicebatur obstare, et num. 1.* ac alijs adductis probat *Garz. de benef. p. 1. cap. 5. sub num. 400. uers. si ta-*
23 *men, et seq.* † Cum itaque huiusmodi clausulę diuersa tempora, & diuersos respiciant effectus, inuicem non colliduntur; sed benè conueniunt, ac concordantur *Rot. penes bo. me. Card. Mellin. decis. 246. à num. 5. uers. et ista clausula &c. cum seqq. et decis. 279. nu. 2. uers. et ad istum effectum &c.* & in his terminis fuit responsum *in d. Roman. pension. 25. Maij 1646. coram R. P. D. meo Bichio in §. unde huiusmodi probatio ualoris*, & comprobatur *ex d. decis. 144. nu. 12. uers. similiter non obstat et seq. p. 4. tom. 2. recent.*

Postremò non obstat, quod expressio d. valoris facta fuerit à Procuratore Pensionarij, qui de veritate poterat certior fieri ex Instrumento mandati facti per titularem in nonnullos Procuratores ad consentiendum d. pensioni in quo fuerat narratus ducatorum 600. monetæ Castellæ. Ideoque illius incuria præiudicare non debet principali.

24 Quia † (præter quod neque expressio facta in mandato procuræ titularis iustificat errorẽ narratiuæ Francisci pensionarij, eius Procuratoris in supplicatione super reseruatione pensionis, cum potuerit (vt verisimile est) deduci ex informationibus habitis ab ipsomet principali; Neque adeo facilè, ac indistinctè admittitur hæc excusatio, alias enim patens nimium esset aditus fraudibus contra *tex. in cap. si motu proprio, uers. secus,* ibi, *secus si ad petitionem illius, uel alterius pro eodem oblata gratiam huiusmodi faciamus &c. et in cap. seq. §. 1. ubi gloss. in uerb. alterius, de præbend. in 6. Rot. decis. 6. sub nu. 3. uer. item surreptio alterius, eod. tit. in antiquior. Bisignat. et penes Crescent. dec. 10. de præbend.* (Visa fuit remo-
25 ueri obiectio † cum Franciscus receptis litteris Apostolicis, in quibus eadem narratiua expressa legitur, non solum non contradixerit, nec pro illarum correctione institerit (vt par erat) sed eas produxit in iudicio contra d. Andream pro illarum executione habenda quo pacto censetur illas ratificasse cum omnibus in eis narratis *ad tex. clem. 1. ubi gloss. in uerb. receptis ac DD. de procur. Rot. penes san. me. Greg. dec. 331. num. 9. uers. cessante autem mandato, et seq. Card. Caual. d. decis. 26. sub num. 4. uers. nec dicebant obstare cum seq. et Burat. decis. 246. num. 9. uers. acceptatio enim, ac in recent. decision. 101. sub num. 2. uers. quod mandatum, et decis. 749. num. 1. uers. quæ instrumenta, par. 3.*

26 Accedit† demum prædictis ad maiorẽ comprobationem iuris Andreæ euidens simulatio in reseruatione eiusdem pensionis composita in fraudem Decreti *S. Triden. Concil. sess. 25. de reform. cap. 15.* quo cum prohiberetur Franciscus vllam habere pensionem super fructibus Ecclesiæ Parochialis Loci Vallis de Colme-
27 nas de Abaxo Conchẽ Diœcesis, † quam tunc Iacobus eius pater naturalis obtinebat, excogitatus fuit modus eam reseruandi super fructibus Ecclesiæ Parochialis Loci Carasanellæ eiusdem Diœcesis, cuius erat Rector Sanctius Ordono, eiusque consensus habendi gratia, idem Iacobus aliam similem super fructibus d. Ecclesiæ Vallis de Colmenas reseruauit ad fa-

ad fauorem Petri Paron Ordono illius Nepotis, expensasq; omnes pro expeditione litterarum Apostolicarum necessarias præuia mutua conuentione persoluit iuxta tradita per *Garz. de benef. p. 7. cap. 3. num. 87. vers. decimotertio dubita-*
28 *tur &c.* Huiusmodi autem † simulatio, (quę sui natura difficilis est probationis) satis in hoc casu iustificatur, non solum ex duobus Instrumentis mandatorum ab vtroq; celebratis in eodem loco, eademq; die, & coram eisdem Notario, & testibus, in quibus ijdem quoque Procuratores fuerunt constituti ad consentiendum præfatis pensionibus, alteri scilicet ad fauorē Francisci filij Iacobi, & alteri ad fauorem Petri nepotis Sancti, ac etiam in eadem quantitate, & ex supplicationibus insimul prę- sentatis, ac sub eadem data signatis *Rot. penes Put. decis. 513. lib. 2. in correct. Crescent. decis. 1. de simon. Achil. decis. 1. eod. tit. & decis. 81. sub num. 1. p. 3. diuers. Card. Seraph. decis. 237. num. 2. ver. ex quorum inculcatione, & decis. 1359. num. 9. uers. his accedunt coniecturæ &c. ac seq.* & comprobat *Flamin. Paris. de resignat. benef. lib. 14. quæst. 9. à num. 9. uers. sextò per correspectiuitatem &c. ac seqq.* Verum etiam
29 concurrentibus † depositionibus plurium testium de publica voce, & fama contestantium quorum secundus super tertio articulo ab ipso Sanctio id audiuisse, & quartus super eodē scripturam inter eos superindè confectam vidisse affirmant *Rodoan. de simon. p. 4. cap. 6. num. 33 vers. et tali casu. cum seq. Paris. d. q. 9. nu. 7. uers. quarto per famam. Mascard. de probat. concl. 1305. nu. 10. uersicul. quin etiam, Rot. penes Comitul. decis. 119. à num. 21. uers. adstipulantur, et testes &c. cum seq. ac in alijs.*

Quare cum prædicta non fuerint Summo Pontifici exposita, nec eius auctoritate sanata, certum est, quod d. pensionis reseruatio nullius omninò roboris est, vt specialiter cauetur in præcitato Decreto *S. Concil. sess. 25. de reform. cap. 15. in fin. et in cap. audiuimus, de collus. detegend.* & benè probat *Gig. de pension, q. 42. per tot.* & in terminis nostris *fuit resolutum in Reatin. pension. coram recol. me. Card. Pamphil. 11. Mart. et 15. Maij, ac 10. Iunij 1588. decis. 32. et 33. par. 4. diuers. et apud Marches. de commiss. p. 1. fol. 571. nu. 3. uers. tum etiam quia &c.*

Et ita fuit conclusum vtraque parte informante &c.

R. P. D. PEVTINGERO.

Perusina Pensionis.

Veneris 28. Maij 1649.

ARGVMENTVM.

Pensionis translatio nutu facta ab eo qui loqui non poterat nulla est, nulliusque roboris, quidquid sit dè translatione simili modo facta à persona loqui ualente, & dè cuius volūtate constat.

SVMMARIVM.

1 *Sententia iniusta non meretur executionem.*
2 *Pensio nutu transferri non potest ab eo qui loquelam amisit.*
3 *Pensio ut nutu possit transferri requiruntur nutus ita certi, et indubitati ut ex illis clara transferentis intentio colligatur, et uide per tot. dec.*
4 *Actus æquiuoci non suffragantur.*
5 *Vebra quæ formam inducūt per aliud adimpleri non possunt.*
6 *Decretum irritans ita formam inducit ut ea non seruata actus corruat.*
7 *Nutus est actus ualde periculosus, et fallacijs suppositus.*
Nutus ita demum procedit, quandò ille qui nutum dat loqui potest num. 7.
8 *Nutus non attenditur quando de oppressione mentis illius qui nutum dat dubitari potest.*
9 *Morbus grauis præsumitur, si dè inde ad paucos dies secuta fuit mors.*
10 *Apoplexia sensuum omnium ruinam secum affert.*
11 *Verba,* mi risoluerò, *nihil determinant.*
12 *Regula cancellariæ dè infirmis non cōpræhendit trāslationes pensionis quamuis factas in articulo mortis.*

DECISIO CCCVII.

IVDEX ab A. C. deputatus contra Ludouicū Benedictonium Priorem Ecclesiæ Marsciani in iudicio immissionis in quasi possessione exigendi annuam pensionem scut. 250. à bon. mem. Cardinali Vbaldo ad fauorem eius nepotis Rodulphi Monaldi super dicto Prioratu translatam per sententiam pronunciauerat, à qua appellationis causa mihi commissa, Dubium proposui, An sententia A. C. sit exequēda, & responsum fuit, non esse exequendam,
1 quia nimirum detecta fuit iniusta, † sententia enim iniusta executionem non meretur *Rota decis. 44. p. 4. diuers. Card. Caual. decis. 165. num. 4. et seq. Add. ad Burat. dec. 231. n. 8. et seq. in rec. dec. 323 num. 6. par. 5.*

Ipsius autē iniustitia deducitur ex eo, quod bon. mem. Cardinalis dum apoplexiæ morbo grauatus taliter oppressus fuisset, vt nullo mo-
2 do loqui posset † nutu pensionem transtulerat contra *text. in l. nutu 21. ibi, dummodo is nutu relinquat qui, et loqui potest, ff. de leg. 3. l. descriptis 10. C. qui testam fac. poss, et l. iubemus 28. ff. de testam. bo. me. Coccin. decis. 455. num. 3. et seq.* & latè comprobatur *à Franc. Caldas de iur. emphit. lib. 2. q. 1. num. 21. cum seq.* Quicquid enim sit de quæstione, An possit nutu transferri pensio sine veri præiu-
3 dicio, & si nu tu transferri pensio posset, † nutus ita certi, & indubitati esse deberent, vt ex illis clraa transferentis intentio colligi, & necessario inferri possit *ad tex. in l. quoties 9. §. si quis nomen, ff. de hæred. instit. l. nominatim 24. ff. de manum Alberic. et Florian de S. Petro dicta l. nutu ff. de leg. 3 Thesaur. q. forens. lib. 2. q. 99. num. 27. uers. et talis sit nutus, Crast. de success. §. institutio q. 17. sub num. 4. §. cæterum in fin. ibi, dummodo ille nutus esset satis certus, et dilucidus,* quales non fuerunt nutus Cardinalis Vbaldi, èx quibus eius voluntas infertur,

fertur,

fertur. Nam oculorum motus, qui adducitur affirmatiuam responsionem, vel negatiuam non inducit.

Neque motus capitis eiusdem Cardinalis consensum inducere potest. Nam duo Testes Cardinalem nil aliud fecisse deponunt nisi, *Vn' atto con la bocca, e con la testa, cioè alzando gli occhi al Cielo con muouer' anco la barba, e poi tornò subito*
4 *al suo luogo di prima*, qui actus tanquam† æquiuoci suffragari nequeunt *Rimin. iun. in rubric. instit. de testam. nu.* 449. *Aret. cons.* 71. *nu.* 2.

Deinde hic modus transferendi pensionem est directò contrarius verbis Indulti à san. me. Vrbano VIII. eidem Cardinali ad pensiones transferendum concessi, ibi, *Per te etiam in articulo mortis nominandi*, quæ verba præcisam adeò
5 formam præseferunt,† vt per aliam adimpleri nullo modo possit, vt probat *text. in l. iubemus per hanc* 16. ibi, *solatium publicum erogatur manu sua sine ullo dolo, et fraude singulis militibus enumeret. C. de erog. milit. annon. lib.* 12. *ubi Bart. num.* 1. *uers. in text, et Alex. in addit.* quod fortius in hoc casu procedit, quia huiusmodi indultum erat
6 decreto irritanti munitum, † quod taliter formam inducit, vt ea non seruata actus corruat *Barbos. claus.* 40. *nu.* 32. *Rota dec.* 215. *nu.* 7. *et* 8. *p.* 1. *diuers. et post Modern. Roman. de societ. offic. decis.* 61. *num.* 2. *et* 3.

Itaque non obstat, quod Cardinalis alteri interroganti annuendo consensum præstans,
7 censeatur ipse nominasse; † quia est actus valde periculosus, & fallacijs suppositus, ac procedere posset quando ipse tunc temporis loqui potuisset, iuxta *gloss. in d. l. iubemus in uerb. quemadmodum, uers. Sed quid si alius exprimat. Alex. num.* 9. *et Ias. num.* 12. *circa fin. uers. limita istam conclusionem et seq. C. de testam. Caldas supra alleg. nu.* 2. *et seq.* vel saltem hic modus defendi posset si de voluntate deliberata Cardinalis, & de ius manifesto consensu data fuisset pro parte Rodulphi aliqua probatio, quæ in dubium reuo-
8 cari non potest, † non verò in præsenti casu, dum de oppressione mentis Cardinalis, & astātium suggestione meritò dubitari potest, iuxta *l. quoniam indignum* 15. *et d. l. iubemus C. de testam.* & pluribus alijs relatis probat *Ias. ibidem num.* 12. *uers. secundo limita. Clar. in* §. *testamentum q.* 37. *num.* 6. *et* 7. *et fuit dictum in Senogallien. Bonorum* 30. *Maij* 1644. *in* §. *fin. coram R. P. D. mco Cerro.* Quia ipse Cardinalis non leui, sed forti apoplexia laborabat; prout indicat vitæ discrimen, in quo ipse existebat, vt conuincitur ex epistola biduo ante translationem ab eius fratre exa-
9 rata. *Sum. Ludouici num.* 21. & † demonstrauit effectus mortis ipsius duos dies post eamdem translationem subsecutæ *Modern. Roman. in q. Medicolegal. lib.* 2. *q.* 14. *num.* 9. & insimilibus terminis ponderauit *Menoch. cons.* 351. *nu.* 34. *uers. et præsertim*, ac dixit *Rota decis.* 45. *nu.* 3. *p.* 6. Apoplexia enim fortis sensuum omnium ruinam
10 secum † affert ad tradit. per dictum *Modern. Rom. d. q.* 14. *nu.* 16. *et seqq.* & actus qui pro Translatario afferuntur, ac de quibus Testes pro ipso examinati deponunt sunt nimis æquiuoci, & dubij potius de proprio corū Iudicio, quā veritate deponentes.

Neque Translatarius ad consequen. pensionem iuuari potest ex antecedenti declaratione voluntatis Cardinalis eamdem pensionem in ipsum suum nepotem transferre volentis de qua aliqui Testes super hoc examinati deponunt, quia sunt singulares, & alterius ex eis verba relata sunt indeterminata dū dicit Cardinalem semel dixisse, *forse mi risoluerò &c.* quod
11 nihil † certè determinat, v fuit dictum in *Romana pecuniaria* 3. *Martij* 1595. *coram Penia, inter eius impress. decis.* 332. *nu.* 5. Cui dicto tanto minus creditur, quia per biennium ante translationem pensionis à Cardinale emanauit, quo tempore vtique si verè pensionem in Rodulphum transferre voluisse id longè cōmodius, dum tunc meliori sanitate fruebatur, efficere potuisset.

Minus eidem suffragātur allegata per Scribentes pro eo ex *Sarn. ad Reg. de infirm. q.* 16. *col.* 1. *uers. prædictis tamen non obstantibus*, quem sequitur *Mandos. ibidem q.* 11. *Paris. de resignat. lib.* 6. *q.* 4.
12 *num.* 35. † Quia loquuntur in terminis Regulæ Cancellariæ de Infirmis, disponentis de resignationibus factis per Infirmos intra 20. dies antecedentes eorum obitum, quam dicti Authores asserunt non compræhendere translationes pensionū etiam factas in articulo mortis, & in casu *Paris.* cum nutu aderat loquela, neque ibi tractant de defectu consensus transferentis, vel formæ in facienda translatione præscriptæ, prout hic ex supradictis de forma in Indulto Cardinalis præscripta eam non fuisse seruatam constat, & de consensus, & de voluntatis transferentis defectu valde dubitatur, quæ cum debeat esse certa, & indubitata ex supra allegatis, & ad *l. quoties* 9. §. *si quis nomen ff. de hæred. instit.* talis autem hic nō ostendatur, ex his & alijs ab Informantibus deductis. Meritò Domini resoluerunt sententiam A. C. nō esse exequendam.

Et ità vtraque &c.

R. P. D. CELSO,

Posteà Eminentiss. D. CARDINALI.

Meleuitana Hæreditatis.

Veneris 28. *Maij* 1649.

ARGVMENTVM.

Donatario habenti pro obseruantia donationis obligationem Cameralem competit Saluianum, quod etiam contra tertium titulo possidentem conceditur. Donatio facta per Clericum vltra fructus beneficij bona patrimonialia possidentē substinetur cum de bonis ex industria acquisitis, non ex fructibus beneficij comparatis facta censeatur.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum datur uigore obligationis cameralis concurrentibus extremis.*

2 *Saluianum datur contra tertium titulo possidentem.*

3 Sal-

3 Saluianum datur donatario pro consequendis bonis donatis, & sup nu. 1. & per totam.
4 Clericus de bonis quæsitis ex fructibus beneficij potest cessante fraude per viam contractus, & donationis disponere.
5 Beneficiatus habens administrationem in vita æquiparatur vsufructuario.
6 Clericus dè bonis patrimonialibus, & industrialibus disponere potest.
Clericus præsumitur fructus beneficij in alimenta consumpsisse, & de bonis patrimonialibus, & industrialibus disposuisse num. 6.
7 Altari qui seruit, dè altare viuere debet.
8 Immissio conceditur hæredi docenti dè testamento claro, limpido, & non abolito.
9 Exceptio legatorum, non impedit hæredi immissionem.
Exceptio dè iure tertij in iudicio immissionis non admittitur num. 9.
10 Legatarij tenentur capere legatà de manu hæredis.

DECISIO CCCVIII.

SENTENTIAM Rotalem, per quam Andreæ Vassallo conceditur immissio in bonis Bartholomæi fratris, dixerunt Domini, esse confirmandam; Siquidem constat de donatione ad eius fauorem facta cum clausula Constitui, necnon hypotheca, & obligatione omnium bonorum mobilium, & stabilium pro
1 illius obseruantia, † cuius vigore, concurrentibus extremis intrare saluianum probat *tex. in l. 1. vbi Bar. ff. de salu. interd. l. 1. C. de præcar. & salu. Aretin. in §. item Seruiana nu. 9. instit. de actio.* & in his terminis dixit *Rot. decis. 292. num. 2. post. Pacif. de salu. & in rec. decis. 539. num. 1. p. 4. decis. 308. in princ. & decis. 578. nu. 1. par. 5. & decis. 205. per tot. part. 7.*
2 Dari autem Saluianum, † etiam contra tertium titulo possidentem, *not. glos. in l. 1. verbo vtile, ff. de salu. Rol. cons. 14. num. 1. lib. 1. Menoch. de adipisc. remed. 3. n. 57. Pacif. de salu insp. 1. c. 7. n. 14. Rota coram Seraph. dec. 935. nu. 3.* & etiam pro cõ-
3 sequendis † bonis donatis *d. dec. 308. num. 3. p. 5. in recen.*

Quibus stantibus non intrat spolium, sub prætextu, quod eadem bona præsumantur acquisita ex fructibus beneficij, quod retinebat Bartholomæus in Ecclesia Cathedrali Militeñ
4 cum † possit Clericus, cessante fraude, de illis disponere per viam contractus, & dominationis *iux. glos. communiter recept. in cap. præsenti, verbo reseruari de off. ord. in 6. Abb. in cap. ad hæc, nu. 4. vers. sed quando de testamentis, & in cap. cum constet num. 5. de pignor. & alijs cautel. Redoan. dc. reb. Eccl. non alien. q. 1. cap. 5. in princ. fol. mihi 282. & cap. 14. num. 2. & seqq. et cap. 16. à num. 1. Molin.* qui affirmat, semper vidisse, ita pronunciari, *de primog. Hisp. lib. 2. cap. 10. num. 33. & 34. alter Molin. de iust. & iur. disput. 148. vers. secundo conclusio, Sarmient. de reddit. Eccles. par. 4. cap. 4. nu. 5. in fin. & num. seq. Azor. instit. moral. 2. p. lib. 7. cap. 9. q. 5. Garz. de benef. p. 2. cap. 1. num. 10, Lotther. de re benef. lib. 2. q. 36. numer. 45. Corn. cons. 314. nu. 2. lib. 3. Petr. Nunez. resp. 19. num. 7. Rota coram san. mem. Greg. decis. 401. nu. 1.* Beneficiatus enim habens administrationem
5 in vita † æquiparatur vsufructuario, *Clar. lib. 3. sent. §. testamentum q. 27. num. 8. Barbos. in cap. præsenti eod. nu. de off. ord. in 6. Bellon. cons. 3. nu. 2. et seq. Rot. dec. 41. nu. 2. et seqq. de prob. in antiq. et coram Seraph. decis. 594. num. 7.*

Vlterius ex testibus formiter examinatis constat Bartholomæum, non solum possedisse bona beneficij, sed etiam patrimonialia, & fuisse solitum lucrari ex industria licita; Itaut præsumendum sit, consumpsisset fructus beneficij in alimenta, & alias impen. necessarias excedentes redditus eiusdem beneficij, prout deponunt ijdem testes, & de bonis patrimo-
6 nialibus, & industrialibus disposuisse, † quod vtique facere potuit *iux. not. per Abb. q. 4. nu. 14. Socc. cons. 91. col. 3. nu. 3. uers. secundum quod præsupponitur, lib. 3. Alex. cons. 116. nu. 3. te seqq. lib. 7. cum pluribus adductis per Surd. de alim. q. 12. numer. 11. & seqq.*
7 Et ratio est quod, qui Altari seruit † de Altari viuere debet *cap. cum secundum Apostolum de præbend. Innocen. in cap. Episcopus num. 1. eodem tit. Abb. in cap. 1. nu. 3. de magistr. Menoch. de arbitr. cas. 165. nu. 5. Rota coram Verell. dec. 306. nu. 5. et in rec. decis. 50. nu. 17. par. 7.*

Eoq; facilius Domini pro confirmatione responderunt, quia idem Andreas vltra prædictam donationem exhibet etiam testamentum à præfato Bartholomæo conditum non vitiatum nec cancellationem, in quo ipse re-
8 peritur institutus hæres, † itaut benè propterea illius vigore fuerit concessa immissio *ex rem. l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen. Contar. in l. unica in ampliat. seu quasi num. 98. C. si de mom. poss. Salust. in prax. lib. 2. cap. 5. numer. 1. Menoch. de adipisc. rem. 4. numero 16. Rota coram san. memor. Gregor. decis. 206. numer. 1. in recent. decis. 140. eod. numer. part. 6.*

Non obstat exceptio, quoad legata facta ab
9 eodem Bartholomæo, nam illa, † vti de iure tertij, non admittitur in hoc iudicio, *Alex. in d. l. fin. nu. 23. circa med. uers. secus si allegatur, C. de edict. D. Adr. toll. Pereg. de fideicommissis art. 48. numer. 46. Rot. in Forolivien. de Monsignanis 3. Iunij 1602. coram Penia,* & tamen est certum quod
10 legatarij † tenentur capere de manu hæredis *cap. Raynaldus, ubi glos. & DD. de testam. Rot. coram Duran. decis. 62. num. 8. & seq. & in recent. decis. 315. num. 5. par. 5.*

Ex quibus, & alijs latè deduct. in decisionibus R. P. D. mei Royas responsum fuit pro confirmatione sententiæ Rotales, altera tantum &c.

REVERENDISS. P. D. CERRO.

Sacr. Rot. Rom. DECANO.

Romana Hæreditatis de Gratianis.

Veneris 28. Maij 1649.

ARGVMENTVM.

Filiationis probatio plene ac luculenter in decisione examinatur, ad deducendum filium natum ex concubina domi retenta, & ad quam nemi-

nemini patebat accessus iuris præsumptione conuinci esse filium illius, qui d: concubinam retinebat.

SVMMARIVM.

1 *Filiatio respectu parentis est impossibilis, uel saltim difficillima.*

Filiatio probatur coniecturis, & præsumptionibus, quæ simul iunctæ, & coacerata plenam faciunt probationem num. 1.

2 *Fides baptismatis vehemens facit argumentum filiationis.*

3 *Filius alicuius probatur si quis tanquam pater illum Baptissari instetisset, & baptismati interfuisset.*

4 *Nominatio tractatus, alimentorum præstatio, ac communis reputatio plenè probant filiationem nè dum contra nominantem, sed etiam contra tertium.*

5 *Formæ similitudo litet sola non sufficiat ad probandam filiationem, alias tamen corroborat probationes.*

6 *Filius natus ex concubina domi retenta, & ad quam alius accedere non poterat, præsumitur retinentis.*

7 *Testes licèt aliquas patiantur exceptiones vbi tamen agitur de materia in qua difficile est habere testes omni exceptione maiores, & veritas aliunde haberi non potest admitti debent.*

8 *Filiatio probatur ex partis confessione contra ipsum confitentem.*

9 *Confessio facta in alio iudicio, & ad alium effectum adminiculata probat in quocumque iudicio.*

10 *Confessio facta circa statum filiationis maxime si est geminata variari non potest.*

11 *Confessio reuocari non potest in præiudicium iuris parti acquisito.*

12 *Confessio filiationis licet efficere non possit quem esse filium, probare tamen potest illum esse talem.*

13 *Testibus meliores qualitates habentibus standum est.*

14 *Confessio præualet mille testibus.*

15 *Filius per subsequens matrimonium efficitur verè, & propriè legitimus.*

16 *Filius per subsequens matrimonium efficitur habilis ad succedendum vsque à principio dum nulla causa impedimenti inter coniuges existebat.*

17 *Nepos succedit Patruo vna cum alio patruo.*

DECISIO CCCIX.

LAELIVS de Gratianis Francisci patruus non reuocauit in dubium validitatem sententiæ Rotalis latæ ad fauorem ipsius Francisci, sed illius iustitiam, & iterùm repetebat, quòd ille nunquam probauerit se esse filium Horatij. Quod tamen etiam hodie DD. reijcierunt, & pro confirmatione sententiæ respōderunt, ea moti ratione, quia cum probatio filiationis respectu Progenitoris, vel sit im-
1 possibilis, vel difficillima † solæ præsumptiones, & coniecturæ admittuntur cum istæ simul coaceruatæ in hac materia faciant plenā, & concludentem probationem contra quoscunque, *cap. per tuas, de probat. l. si vicinis C. de nupt. Alex. cons. 88. sub num. 9. ver. tamen istis non obstantibus lib. 7. Natt. cons. 235. num. 1. & seqq. Rot. decis. 430. num. 13. & 14. p. 5. decis. 314. num. 19. versic. quoniam quoad qualitatem, & num. 20. p. 6. ac admissum fuit in Farfen. bonorum 23. Ianuarij 1647. coram R.P.D. meo Corrado, § quia licet, & firmatur in Bononien. spolij 16. Martij 1648. coram R.P.D. meo Ottobono, §. quod verò.*

Coniecturæ enim, & præsumptiones, quæ pro Francisco deducuntur in decisione emissa 7. *Februarij* 1642. *coram R.P.D. meo Royas,* efficaces omnino, & concludentes adhuc Dominis visæ fuerunt.

Prima namque ex eo desumpta, quod ille in lucem proditus anno 1613. ex Olimpia de Mercadantibus sacro baptismatis fonte ablutus fuit tanquam filius eiusdem Horatij, & vti talis descriptus in libro Baptismali, vt ex partita exinde extracta, *Summario Francisci num. 2.*
2 vehemens † ostendit argumentum filiationis, vt præter deductos in dicta decisione considerauit *Rota in Romana filiationis* 10. *Iunij* 1611. *§ 2. subsequitur, coram bon. mem. Pirouano in Romana de Iauellis* 13. *Nouembris* 1613. *coram bo. me. Vbaldo & in Romana de Catalanis* 27. *Nouembris* 1630. *coram bon. me. Merlino in recen, decis.* 409. *num.* 5. *& 6. par.* 5. Eoque magis cum ex depositione secundi testis iuxta 8. *Iterrogatorio* probetur in dicto actu personaliter interuenisse eundemmet Horatium Patrem, ipsumque instetisse, vt Franciscus tanquam eius proprius filius ba-
3 ptizaretur † *dicto Summario nu.* 3. quod proinde plurimum confert ad probationem filiationis, *vt in fortioribus terminis tradit Surd. cons. 1. num. 45. & dixit Rota in recent. decis. 199. num. 2. vers. Baptizatio p. 3. & in dicta Romana filiationis dicto §. Secundo subsequitur circa finem, ac admisit in Romana de Bonellis 28. Nouembris 1614. coram bo. mem. Vbaldo §. 1. vers. nam coniectura.*

Secunda ex nominatione, tractatu, præstatione alimentorum educatione, ac communi reputatione, & fama apud omnes, & signanter apud vicinos, quod Franciscus esset filius Horatij, & tanquam talis ab eo educaretur, alimentaretur, ac denominaretur, vt deponunt
4 testes, *summario num.* 3. † efficax pariter, & valida non solùm contra Parentes, ita tractantes, & denominantes sed etiam contra tertium, præsertim alijs concurrentibus deducta fuit *per Rot. decis. 472. nu. 8. vers. verum etiam 1. p. dicta decision. 409. num. 10. & plenius dicta decision. 430. num. 67. & 68. part. 5. & dicta dec. 314. num. 3. par. 6. recent ac in dicta Romana Filiationis §. Tertio conuincitur.*

Tertia ex formæ similitudine probata per testes, *summ. num.* 4. licet vt plurimum fallax
5 de se sola non releuat † iuncta tamen cum alijs illas corroborat, & adminiculatur, *vt dicit Rota dicta decisione 314. numer. 10. part. 6. recentior.*

Quarta deprompta ex alijs pluribus testibus cōcludentibus Olimpiam à statu meretricio transitum fecisse ad concubinatum cum solo Horatio, quodque tempore conceptionis, & natiuitatis Francisci ad illam nemo habebat accessum præter ipsum Horatium, qui eam domi ab eodem conductæ, & sitæ è conspectu propriæ habitationis ad meliorem illius custodiam amore maritali retinebat, ibique alimē-

ta, &

ta,& alia necessaria dietim subministrabat sub spe illam ducendi in vxorem, prout tandem in articulo mortis eam duxit, *eodem summ.nu.9.*
6 *& 10.* † Ex quo propterea necessaria resultat iuris præsumptio, quod Franciscus verè sit filius Horatij illam pro concubina retinentis *secundum glos.magistr.in cap.Michael, de fil. presbyt. quam sequitur Alex.consil.157. num. 2. vers. tamen non ita præsumitur, lib. 5. alijq. relati in dicta decis. R.P.D.mei Royas, §. quinta elicita, idemque tenuit Rota dicta decis.314.num.14. p. 6. ac admissum fuit in dicta* Farfen. *Bonorum, §. nam testes.* Et licet nonnulli ex præfatis testibus patiantur aliquas exceptiones personales, quia tamen agitur de re, in qua non est ita facile reperire testes om-
7 ni exceptione maiores, † & veritas aliter haberi non potest ad eam probandam admittuntur, testes etiam inhabiles *ad text.in cap. veniens il 2.in fin.de testib.& prater. adductos in dicta decis.§. nec obstant exceptiones in puncto responsum fuit in supra allegata Romana filiationis coram bon. memor. Pirouano §.fin.& in d.decision.314.num. 27. part.6. recent.*

Quinta denique resultans ex proprijs confessionibus eorundemmet Lælij, & Octauij Patruorum tàm extraiudicialibus, ex quo post mortem Horatij ipsi sollicitè affectarunt Francisci curam, *summ. num. 5.* & passi fuerunt ipsum possidere hæreditatem paternam, quæ alias ad eos spectasset; quàm iudicialibus agēdo contra eundem Franciscum vti filium, & hæredem Horatij, & contra ipsum obtinendo mandatum executiuum pro debito hæreditario illius, quod deinde exequi curarunt super quadam Domo pariter illius hæreditaria, eiusque pretium consequuti fuerunt, *eodem summ. num.6.7.& 8.* tanquam omnibus alijs validior,
8 & de se sola sufficiens † illum cōstituit in quasi possessione filiationis contra ipsos Lælium, & Octauium Patruos ita confitentes, & illum pro tali denominantes *ad text.in l. cum precum, C.de liberal, caus. vt ad propositum tradunt Menoch. de præsumpt.lib.6.præsumpt.53.num.23.Gratian. discept.forens.cap.653.num.71.& cap. 754. num. 32. cæteriq. adducti in dicta decisione §. Quarta, & quæ omnes, & præter ipsos faciunt deducta per Alexan.cōs. 181.num.8.lib.7.Paris.cons.10.nu.89. cum seqq.lib. 2.Natt.cons.59.numer.15.lib.1.Petr.de fideic. q. 11. num.299.*

Nec releuat, quod huiusmodi confessiones factæ fuerint in alio iudicio ad alium finem, & effectum quodque fuerint reuocatæ, & non præiudicent in non dependentibus à voluntate confitentium.

Quia vltra alias responsiones datas in dicta *decisione R.P.D. mei Royas* confessio facta in di-
9 uerso iudicio, & ad diuersum effectum, † quādo prout hic est adminiculata probat contra confitentem in quocunque alio iudicio, & ad quemcunque alium effectum, *vt respondit* Rota *in Romana Fideicommissi de Guidis 28. Iunij 1630. coram Eminentissimo D.Cardinali Hieronymo Verospio in recent.decis.338.num.7.p. 6.* Et cum confessiones de quibus agitur emanauerint circa actus filiationi proportionabiles, & proprios;
10 † circa statum personæ Francisci, fintque plures, & geminatæ variari non potuerunt, *l.ingenuum cum ibi notat, ff.de stat. homin. Alex.cons. 35.num.13.lib.7.cum alijs per Gratian. discept. for.*
11 *cap.869. num. 16.* Minusue reuocari † in præiudicium iuris ipsi Francisco acquisiti, *glos.fin. in d.cap.per tuas ibique, Felin.nu.14.vers. quia sicut, de probat.Surd.cons.169.num. 9. Gratian. vbi supra cap.116.num.5.cum concordantibus congestis in Aue uionen. Alimentorum 27.Ianuarij 1647. corā R.P.D. meo Corrado, §.nam assertio, ver.nec deindè, & §.quoniam assertiones*, prout nec reuocatæ fuerunt, & præsertim ab Octauio, de cuius hæreditate agitur, immò ab vtroque effectuatæ per supradictam crediti exactionem; Nec dicuntur emissæ circa non dependentia à voluntate cōfitentium, quia exindè non prætenditur, quod
12 Franciscus efficiatur filius Horatij, † sed deducuntur ad effectum probandi veritatem eius filiationis, quod omnino dependet à voluntate confitentis ipsique præiudicat, *vt benè respondetur in altera decisione §. nec obstat quod confessio.*

Cœterum iterum DD. dixerunt non obstare depositiones testium pro Lælio examinatorum. Tum quia detecti fuerunt non informati, inuerisimilia deponunt, conuincuntur de mendacio, & non percutiunt tempus conceptionis, & natiuitatis Francisci; Tum etiam quia in concursu cū illis alijs pro Francisco examinatis numero pluribus, melius informatis, verisimilia deponentibus, & concludentibus de loco, & tempore, non sunt atten-
13 dendi † cum magis sit credendum præfatis testibus Francisci tot meliores qualitates habentibus, *vt singulas ponderando responsum fuit in dicta decisione §.minus obstat; quod probatio cum quatuor seqq.* Ideoque præsertim iunctis supra ponde-
14 ratis confessionibus, † quæ regulariter præualent mille testibus in contrarium examinatis, *per ea quæ tradunt Aym.cons.61.num.3.vers.Confessio enim, Gabr.de testibus conclus.4.num.45.b.m.Burat.decis.317.nu.8.*

Firmata igitur filiatione Francisci per subsequens matrimonium inter dictos Horatiū, & Olimpiam eius Progenitores contractum
15 *anno 1621.* † effectus fuit verè, et propriè legitimus, *§.primo Auth.quib.mod. natur. effic. legit. Ias.in l.generaliter §.cum autem num.9. C. de instit. & substit.Rip.in l.si vnquam num.86.C.de reuoc.donat.Hond.cons.72.num.26.lib.2.Lup. de illegit.comment.4.§.3.num.1.cum seqq.Mantic.de coniect.lib.11 tit.12.sub num.4.Gabr.de legitimat.concl.1.num.18. & seqq.aliique adducti in dicta decis.§.quod verò.* Ac habilitatus ad succedendum proindè ac si vsque ab initio ex legitimo matrimonio proge-
16 nitus fuisset † dum nulla causa impedimenti inter ipsos coniuges intercessit, *l.nemo quis ver. Neque enim, C.de nat.liber.Hond.dicto cons.72.n.27 lib.2.* Ita ut proindè ipsi ritè, et rectè concessa fuerit immissio pro medietate hæreditatis dicti Octauij Patrui in concursu cū Lælio altero Patruo succedendo in stirpes iure repræ-
17 sentationis eiusdē † Horatij Patris, et respectiuè germani fratris præfatorū Octauij, et Lælij *iux. claram dispositionē tex.in §.si igitur, Auth. de hær. ab intest.vt probatur in eadem dec.§.Tota difficultas.*

Ad

Ad ea verò, quæ longa serie in contrarium deducta fuerunt, vel plenissimè satisfactum fuit tam in prædicta decisione R. P. D. mei Royas, quam in alijs decisionibus contra Attauantem emanatis *coram eodem 29. Maij 1643. & coram R.P.D. meo Meltio 11. Decembris 1648.* vel non indigent responsione.

Et ita vtraque, &c.

REVERENDISS. P. D. CERRO Sacræ Rotæ DECANO.

Cathaceñ Hæreditatis.

Veneris 28. Maij 1649.

ARGVMENTVM.

Variatio nominis non vitiat dispositionem certam in substantia, quando aliunde constet, Testatorem de tali persona intellixisse; huiusmodi vero Testatoris intentio, ex quibus sufficienter constare dici possit latissime tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Hæredi exibenti testamentum non abolitum neque cancellatum, nec in aliqua parte suspectum, danda est immissio.*

2 *in Sacramento eucharistiæ recolitur memoria Dominicæ Passionis, ac ipse Dominus, & Redemptor adoratur.*

3 *Nominis variatio quando non vitiet dispositionem certam in substantia.*

4 *Amplia quando inter ipsa nomina nulla in effectu, uel saltem modica difformitas intercederet.*

5 *Intentionem Testatoris, regulariter duæ tantum demonstrationes conuincunt.*

6 *Testator præsumitur instituisse hæredem illum, erga quem habebat maximam affectionem.*

7 *Intentio disponentis optime declaratur ex antecedentibus, & subsequentibus.*

8 *Vsus particularis loquendi Testatoris operatur ut testamentaria dispositio alias æquiuoca, & erronea iuxta eius formam, omni modam recipiat interpretationem.*

9 *Testamentũ ambiguum factum ad fauorem piæ causæ, pro ipsa interpretari debet.*

10 *Testes etiam unici, & singulares admittuntur ad declarandam, & interpretandam mentem Testatoris.*

11 *Causa Testati, regulariter facit cessare causam intestati.*

12 *Immissio conceditur non solum hæredi scripto uerbis expressis, sed etiam hæredi, qui uirtualiter institutus censetur ex uerisimili mente Testatoris.*

DECISIO CCCX.

DECIVS Scoglio in testamento, sub quo decessit hæredem vniuersalem sibi scripsit Confraternitatem Redemptoris; Verum quia in Ciuitate Calhaceñ nulla adest Confraternitas sub huiusmodi Inuocatione, ideo Canfraternitas SanctissimiSacramenti ibidem existẽs cum prætenderet hæreditatem illius institutit iudicium in Curia Episcopali, ibique fauorabilem sententiam reportauit, sed causa mihi deuoluta instantibus etiã Horatorio, eiusque Nepotibus de Scoglio dubitaui An, et cui esset danda immissio in possessionem hæreditatis, et bonorum dicti Decij, † illamque con- 1
cedendam esse dictæ Confraternitati Domini existimarunt cum exibeat testamentum illius non abolitum neque cancellatum, nec in aliqua parte suspectum *ex uulg. remedio l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. toll.*

Nec obstat, quod in eo instituta fuerit Confraternitas Redemptoris, non autem ipsa Confraternitas Sanctissimi Sacramenti.

Quia præter quod denominatio Confraternitatis Redemptoris, non existente alia in eo loco ita specialiter appellata, bonè congruit
2 Confraternitati Sanctissimi Sacramenti, † in quo memoriam Dominicæ Passionis, et redemptionis nostræ recolimus, ac Dominum, et Redemptorem ipsum adoramus, *ista Sacrum Euangelium Diui Lucæ cap. 22. & dispositionem cap. iteretur quotidie de Consacration. distinct. 2. ac Sacri Concil. Trident. sess. 13. cap. 5. de Sanctiss. Euchar. Sacrament.* Cum aliunde constet Testatorem intellexisse de huiusmodi Confraternitate San-
3 ctissimi Sacramenti, † variatio nominis non vitiat dispositionem certam in substanjia *l. si in nomine C. de testam. l. esse toto. ff. de hæred. instit. l. uerum. §. cum quidam, ff. de reb. dub. l. si me in uacuam in princip. uers. nisi forte, & ibi DD. ff. de acquir. possess. §. si quidem in nomine instit. de legat. Alex. cons. 108. nu. 2. uers. in quo prætermissis non necessarys lib. 7. Paris. cons. 15. nu. 8. uers. tamen quando constet lib. 4. Vital. de clausul. claus. non errore ductus nu. 15. & sect. nunc uideamus n. 1. inter tract. magn. tom. 18. fol. mihi 403. à tergo, & fol. 410. pariter à tergo Bertazzol. de clausul. 3. glos. 1. n. 3. Card. Mantic. de coniectur. ultim. uolunt. lib. 4. tit. 6. nu. 1. Card. Seraphin. decis. 701. n. 1 Rota in recent. decision. 309. nu. 1. par. 4. & decis. 314.*
4 *nu. 17. & 18. par. 8.* Idque præsertim † cum inter Nomen Redemptoris, & Denominationem Sanctissimi Sacramenti nulla in effectu, vel saltem admodum modica difformitas intercedat, *ut post text. in l. librorum. §. quod tamen Cassius, ubi gloss. in uerb. libros, C. de legat. 3. ponderant Imola in l. si quis in fundi vocabulo num. 2. ad medium, ff. de lagat. 1. Vital. dicta sect. nunc videamus nu. 3. vers. fallit propter, Grat. discep. foren. cap. 830. num. 3.*

5 Intentio autem testatoris† instituendi istam Confraternitatem ex pluribus apertè conuincitur, licèt duæ tantum demonstrationes regulariter sufficiant *ad. trad. per Bartt. in l. demonstratio num. 14. ff. de condit. & demonstrat. Castr. in dicta l. si in nomine, num. 4. C. de testament. Alexan. dicto cons. 108. nu. 3. lib. 7. Rota in rec. dicta dec. 319. nu. 5. par. 4.*

6 Primo enim † ex quo ipse dum vixit fuit Confrater huius Confraternitatis spatio 40. annorum, & vltra, eidemque inseruiuit occurrentibus necessitatibus, *eius summ. num. 2.* Vndè verisimiliter præsumitur erga illam habuisse maximam affectionem, quæ proindè præbet non leue argumentum, quod intellexerit

xerit ipsam relinquere hæredem vniuersalem *l.si quis ad declarandum,§.vbi autem . C.de Episcop.& Cler.l.quæ conditio, §.vltimo, ff.de condit. & demonstrat.gl.os.singularis in cap.si pater verb.pauperes de testament.in 6.Abb.cons.99.sub num.5.vers.& his omnibus par.2.Ancharan.cons.214.num. 12. vers.& est ratio Speculat.tit.de instrum.edit.§. nunc verò aliquo num.64.ver.& idem si pecunia,*cum alijs quos refert, & sequitur *Riccin addit.ad Tiraquell.de priuil.piæ caus.priuil.56.§.primo .*

Secundo ex dispositionibus tam Archidiaconi Cathaceñ asserentis testatorem sibi pluries dixisse velle relinquere omnia sua bona eidem Sanctissimo Sacramento *dicto sum.nu.4.* Quam etiam Petri Francisci de Pace deponentis,quod interrogatus ipse testator de persona hæredis ad effectum faciendi exequias,respondit quod vocaretur Procuratores Sanctissimi Redemptoris, & signanter Ioan. Antonius de Paula *eodem summ. num.* 5. qui Ioan. Antonius tunc temporis erat Prior Sanctissimi Sacramenti, ideoque certiùs dicendum videtur testatorem intellexisse de illius Confraternitate:

7 ex † antecedentibus enim , & subsequentibus optimè declaratur disponẽtis intentio *ex theoric.Bart.in l.2.sub nu.40.vers. quæro ex quibus cum seqq.ff.de vulg.& pupill.substit.Ruin.cons.192.nu.5. lib.2,Cæphal.cons.144.num.29.vers.& ultra prædicta, Cardin.Mantic.de coniect.ultim.uolunt. lib.3.tit. 1.num.4.& 5.Card.Seraphin.decis.382.num.5.Rota in recent.dicision.293.num.17. part.5. & pleniùs coram bonæ memoriæ Buratto decision. 168. numero 17.& 18.*

Tertio ex altera dispositione Parochi , qui paulò post conditum testamentum,et illi subministratum Sanctissimum Eucharestię Sacramentum ostendens Sacram Pixidem cum interrogauit An vellet quidquam pro Anima relinquere , qui respondit se iam disposuisse *dicto summ. num.3.* Hinc enim valde congruit , quod in faciem dictę Sacrę Pixidis ita respondendo intellexerit de dispositione facta in testamento , quod proindè clariùs declarat eius intentionem ad fauorem istius Confraternitatis .

Quarto denique comprobatur ex eius particulari vsu loquendi probato per fidem pluriũ testium formiter repetitorum asserentium ipsum consueuisse Sanctissimum Sacramentũ vocare Redemptorem, ibi , *Il q. Dottor Clerico Decio Scoglio à tempo uiueua quando passaua il Santissimo Sacramento sempre diceua,& soleua dire passa il Nostro Redentore, facciamo Riuerenza,& adoramo*

8 *il Nostro Redentore &c. dicto summ. num.6.* † Huiusmodi enim particularis loquendi vsus tollit omne dubium , et operatur vt testamentaria dispositio alias ęquiuoca , et erronea eius formam omnimodam recipiat interprętationem, *l.si seruus plurium §.final.ff.de legat.* 1. *l. cum alimenta, ff.de alimen.& cybar.legat.Alciat. in l.* 1. *num.47.in fine ff.de iurisdict.omn.iudic.Corn. consil. 243.num.5.lib.4.Soccin.iun.cons.81.num. 18. lib.3. Paris.cons.50.num.19.uers.nam semper in uerbis p.4 Vital.ubi supra dicta sect.nunc. uideamus sub num.* 1. *uers.uel nisi consuetudo, & nu.3.uers.fallit si ex communi, Card.Mantic.ubi supra dicto lib.3.tit.9.num.3 uers.& quod ex consuetudine, Rota in recen.dec.391. num.6.& decis.697.num.8 p.1.& decis.239.num.9. p.* 7. cum alijs plenè relatis *in Bononien. fideicommissi de Boatterijs 8. Aprilis 1644. coram Reuerendissimo Domino Salamantino §. tum quia in hoc casu .*

Et predicta tanto magis in proposito admittenda esse dixerunt Domini cum agatur de

9 dispositione facta ad fauorem causę pię,† quo casu testamentum etiam ambiguum pro ipsa semper solet interpretari *l.sunt personæ, ff.de Religion.& sumpt.funer. Imol. in cap. in præsentia de probat. cum. allegat. per Mascard. eod tract. concl. 1271.num.2.& nu.70.Tiraquell.de priul. piæ causæ priuil.165.per tot.ibique Thor.in addit. uers.hinc testamentum .*

Nec refert quod prefatę testium depositiones sint simplices fides , quodque illorum repetitio facta fuerit post sententiã de partibus , & interpositam appellationem .

Quia cum non deducantur ad probandum

10 actum institutionis, † sed ad declarandum,& interpretandam mentem testatoris, vt scilicet dignosci possit quòd ipse intellexerit appellatione Confraternitatis Redemptoris , vtique sufficiunt etiamsi sint simplices fides , et patiantur aliquas exceptiones circa repetitionem, cum ad istum effectũ admittantur testes etiam vnici , & singulares , *Castr.cons.395.num.1.lib.2. Aym.consil.73.num. 3. Gabr.cons. 51.num. 8. lib.2. bon.mem.Buratt.decis.205.num.2.* quos sequuta fuit *Rota in Bononien.fideicommissi 17.Martij 1640. coram R.P.D. meo Bichio, & in Romana successionis 21.Iunii 1641.coram* Reuerendiss. *D. Salamantino, §. quoniam obiectum .*

Indeque cessat pretensio Horatij , et Neptũ

11 succedendi ab intestato,† quia causa testati regulariter facit cessare causam intestati, *l.quamdiù potest 39.ff.de acqu.hæredit.l.quamdiù 90.ff.de regul.iur.l.antequam, C. comm. de succes. l. ex testamento , C.vnd. liber.* nihil obstante quod ipsa Confraternitas non legatur scripta hæres in testamento , sed veniat ex interpretata testatoris voluntate : Quia præter quod si verba institutionis intelligantur secundum particularem vsum disponentis (prout verè sunt intelligenda) ipsa existimari debet tamquam hæres propriè , & specificè scripta : Verior ,

12 & magis recepta est opinio † quod immissio concedatur non solum hæredi scripto verbis expressis , sed etiam hæredi , qui virtualiter institutus censetur ex verisimili mente testatoris , *per ea quæ tradunt in his terminis Menoch. de adipisc. remed. 4. num. 121. cum plurib. seqq. Modern.Bononien.de acquir.possess.q.13. art.4. num.58. cum seqq.iunctis numeris 75.& 76.cum alijs pluribus seqq.*

Et ita vtraque &c.



R. P. D. MELTIO.
Postea Episcopo PAPIEN.
Romana Fideicommissi de Mutis.

Veneris 28 Maij 1649.

ARGVMENTVM.

Pactum redimendi quandocumque, & perpetuo, an excludatur spatio quadraginta annorum, quamuis in instrumento esset appositum iuramentum, clare demonstratur. Bona fideicommisso subiecta, in subsidium valide posse alienari non solum pro restitutione dotis, sed etiam pro restitutione acconcij in instrumento dotali promissi, & æstimati traditi, quamuis hypoteca esset restricta ad causam dotis principalis tantum, intrepide firmatur.

SVMMARIVM.

1 *Bona fideicommissaria in dotem assignata cum pacto redimendi, redemptione secuta, ab hærede nil aliud prætendi potest quam pretium in redemptione expositum.*

2 *Prescriptione 30. annorum, quælibet actio quamuis perpetua remanet extincta.*

3 *Pactum redimendi quodcumque, & perpetuo, spatio triginta, vel quadraginta annorum excluditur, etiamsi in instrumanto adesset iuramentum.*

4 *Instrumentum non impedit prescriptionem, sed eam ad quadraginta annos producit.*

5 *Pactum redimendi ad fauorem alicuius reseruatum remanet penitus extinctum, si ille consensit alienationi.*

6 *Maritus superlucratur integram dotem quoad vsumfructum mortua vxore, superxistentibus filijs communis matrimonij ex dispositione Statuti Vrbis.*

7 *Dos consistens in pecunia numerata, diminuenda venit pro rata adimpleti legati.*

8 *Solutiones duas pro eodem credito nemo consequi potest.*

9 *Dos constante matrimonio recepta ab Vxore vna cum eius Viro, ad cuius manus peruenisse præsumitur.*

10 *Bona fideicommissaria alienari possunt pro restitutione acconcij in instrumento dotali, promissi, & traditi æstimati, & quare.*

11 *Bona fideicommissaria expresse hypotecata pro quãtitate dotis, intelliguntur etiam tacite hypotecata pro acconcio.*

12 *Oblgatio Cameralis apposita in instrumento extenditur ad omnia præcedentia in eo enunciata, & promissa.*

13 *Fratres in quantum sunt hæredes Patris, omnes tenentur dotare sorores non dotatas.*

14 *Bona fideicommissaria valide alienari possunt pro restitutione dotis.*

15 *Bona fideicommissaria non possunt alienari ex causa donationis propter nuptias, quando d. donatio potest detrahi ex bonis liberis.*

16 *Donatio propter nuptias quando detrahi debet ex bonis fideicommissarijs equiparatur doti.*

DECISIO CCCXI.

DECISIONI emanatæ coram me sub die 11. Ianuarij præteriti, * in qua firmatur Octauio, & fratribus de Mutis dandam esse immissionem in duodecimam partem Casalis Polidori, factis priùs detractionibus in dicta decisione expressis, cum neutra pars acquieuerit ad trutinam hodie illa reuocata fuit, & Domini, præuia reformatione quoad lucrum dotale ex matrimonio Philippæ, & quoad solutionem scutorũ 168. occasione legati relicti à Philippa Portiæ eius filiæ, necnõ medietatem quartæ, & quintæ detractionis, in reliquis persliterunt in decisis.

Prima namque detractio respiciens dotem Lucretiæ constitutam in quinta parte sextæ prædicti Casalis Polidori, à neutra parte impugnatur; vnde de ea dubitari minimè potest.

Secunda, quæ est quarta pars residui dictæ sextæ Casalis tradita pro dote Liuiæ pariter visa fuit subsistere iuxta formam, & quantitatẽ taxatam in decisione, quæ reuidetur sub §. 2. est 4. pars. Non refragante, quod huiusmodi pars Casalis assignata fuerit pro scutis mille, cum pacto illam redimendi semper, & quandocumque stipulato ad fauorem Cæsaris assignantis, eiusq; hæredum, & successorum, ex quo informantes pro Mutis hoc dilemma fa-
1 ciunt. † Aut redemptio facta fuit, & nil aliud prætendi potest, quam pretium in redemptione expositũ *l. Lucius, §. Titia ex asse. ff. ad Trebell. Cagnol. in l. 2. nu. 171. C. de pact. inter empt. & uendit. Dec. cons. 88. n. 3. & cons. 238. nu. 5. vers. quinto. Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 8. nu. 21.* cum alijs allegatis per *Fusar. de substit. q. 629. nu. 1. cum seq.* Aut facta non fuit, & tali casu licet fideicommissarijs vti dicta facultate redimendi, & con-
2 uentum pretium offerre. † Quia tamen aliqua redemptio non probatur facta, itaut dicta pars venire debeat in restitutione fideicommissi hodie dictum pactum minus potest habere locum cum spacio 90. annorum præscriptum dicatur, prout de pacto redimendi sub illis verbis semper, quandocumque, & perpetuò, quod spacio 30. annorum excludatur, quia dicta verba in materia præscriptionis nõ important perpetuitatem, sed restringuntur ad tempus 30. annorum, quo elapso iura volunt quamlibet actionem quamuis perpetuã remanere extinctam, vt tradunt quamplurimi DD. congesti *per Menoc. cons. 143. per tot. & cons. 962. num. 38. & seqq. Surd. decis. 2. per tot. & ibi. Hodiern. Gratian. discept. forens. capit. 2. num. 2. cum seq.*
3 & † hanc opinionem sequuta fuit Rota in terminis, quibus aderat iuramantum, quia non exindè perpetuari actionem, nisi ad 30. vel 40. annos firmatum fuit *in Florentina bonorum 19. Februarij* 1593. *coram rec. mem. Cardin. Hieronymo Pamphilio, & in Reatina tenutæ* 13. *Decembris* 1576. *seu* 3. *Aprilis* 1579. *coram Card. Lancellotto seniore,* & sequuntur *Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 31. num. 29.*
4 *vers. nec obstat,* † vbi quod iuramentum non impediat præscriptionem, sed eam ad 40. annos producit, *Barbos. in l. 3. numer. 140. C. de* præ-

præscript. & tradit *Gratian. disc. forens. d. capit. 2. num. 5.*

5 Præterea huiusmodi obiectum tollitur,† ex quo ipsemet Cæsar post dictam assignationē de anno 1558. consensit alienationi huius partis Casalis, & illius venditioni factæ ad fauorem Iacobi Muti, ex dicto enim consensu resultat pernecessè remissio hypotecæ, quam supra dicta parte Casalis habebat, & sic dictū pactum redimendi remansit penitus extinctum, *l. sicut. §. si voluntate, ff. quib. mod. pign. vel hypot solu.*

Tertia detractio consistens in dote ducat. 4. mill. acconcio ducat. 500. & lucro dotali Philippæ scut. 500. visa fuit in totum non subsistere, nam vltra scuta 1100. detracta in decisione: quæ reuidetur pro valore domus fideicommissariæ alienatæ demenda sunt dd. scuta 500. taxata pro lucro dotali. Quia hodie in facto iustificatur matrimonium fuisse dissolutum non per prædecessum Cæsaris viri, prout in præcedenti positione erroneè suppositum
6 fuerat, † sed per mortem Philippæ vxoris superexistentibus filijs communis matrimonij, & ita apparet non fuisse factum locum dicto lucro dotali, sed potius Cæsarem maritum superlucratum fuisse totam, & integram dotem, quoad vsumfructum tantum iuxta dispositionem Stat. Vrbis cap. 131. lib. 1.

In extinctionem prædictæ dotis Domini censuerunt etiam imputanda esse scuta 168. Nam cum Philippa reliquerit legatum scut. 500. Portię eius filię, & hodie ad computum dicti legati iustificetur de pecunijs dotalibus Delię vxoris Alexandri solutum fuisse Monasterio S. Marię in Campo Martio pro parte dotis Portię eandem summam scut. 168. vt ex declaratione, & iurium cessione facta per Portiam ad fauorem Delię summ. Octauij num. 3
7 inde sequitur, † quod dos Philippæ consistens in pecunia numerata pro rata adimpleti legati veniat diminuenda *l. pupillus, ff. ad l. falcid. & instit. quib. mod. toll. oblig. in princ. cum vlgat. Burat. decis. 283. nu. 1.*

Non obstat replicatio data pro parte Violantis, quod legatum Philippæ, ex quo solutum fuit de pecunijs Deliæ non impediat detractionem integræ dotis, cum ad hunc effectum requireretur, quod solutio facta fuisset de Casali obligato pro restitutione dotis, quia ponderatum fuit, quod solutio dd. scut. 168. pro monacanda Portia euit facta de ipsisinet scutis 500. quos Cæsar pater Alexandri Muti receperat à Vitale Galgano patre præfatæ Deliæ in actu stipulationis instrumenti dotalis, vt constat ex instrumento dictæ declarationis, & cessionis ab eadem Portia factæ sub die 21. Iunij 1564. *summ. num. 3.* Ideo cum dicta scuta 168. detrahantur ex partita scut. 500. dotis Deliæ pernecesse debent minuere dotem Philip-
8 pæ, † alias sequetetur, quod bis fieret detractio eiusdem summæ semel in detractione dotis Deliæ, & altera vice in detractione dotis Philippæ, quod esset inconueniens *ad text. in cap. bona fides de reg. iur. in 6. l. bona fides, ff. eod. tit. l. Stichum. §. dolo, ff. de solut. Surd. consil. 413. num. 11.*

De alijs autem legatis ab eadem Philippa relictis eius filiabus nulla fuit habita ratio, eo quia soluta apparent non de bonis fideicommissarijs, sed de pecunijs proprijs Alexandri, & ita non sunt apta ad diminuendam dotem Philippæ ad fauorē fideicommissariorum nullam causam habentium ab Alexandro à quo causam habet Violantes.

9 Minusque † in diminutionem eiusdem dotis Philippæ admissa fuerunt scut. 300. recepta à Philippa constante matrimonio vna cum Cæsare eius viro, dum alienata fuit quinta pars Casalis spectan. ad Lucretiam, prout nec etiam alia scuta 250. prouenientia ex venditione alterius portionis assignatæ Liuiæ, quia cū de tempore dd. solutionum matrimonium Cæsaris, & Philippæ non esset dissolutum, factus non fuerat locus alicui dotis restitutioni, & consequenter dicta quantitas præsumitur potiùs peruenisse ad manus mariti, adeout in extinctionem partis dotis mulieris imputari non possit, nisi concludenter probetur dictam quantitatē versam fuisse in euidentem vtilitatem ipsius mulieris *Honded. cons. 45. num. 26. vbi de communi lib. 1. Pedemont. decis. 43. num. 8. & seqq. Thomat. decis. Maceraten. 109. n. 8. & 9.* vbi quamplurimi alij recēsentur. Præterea de dicta quātitate creatum fuisse cēsum ad fauorem ipsius Philippæ pro summa scut. 450. cum declaratione, quod dictum pretium proueniebat ex alienatione partis Casalis venditi Iacobo Muto, constat ex particula instrumenti census dati in summario responsionis Violantis littera A, & cum dictus census fuerit deinde à præfato Cæsare assignatus pro fundo dotali Sigismundæ filiæ codē summario littera B, sequitur, quod aut integra remanent dos detrahenda ex Casali, vel addenda est hæc detractio pro residuo dotis Sigismundæ.

10 De acconcio, † quod veniat, & illud detrahendum, non fuit dubitatum, quia cum fuerit in eodem instrumento dotali promissum, & traditum æstimatum venit sub nomine dotis. Imò pars dotis reputatur, illiusque naturam sortitur, vt dictum fuit *in Romana acconcij 28. Octobris 1611. coram Coccino* vbi plures aliæ referuntur DD. auctoritates, *Romana separationis dotis 28. Iunij 1641. coram R.P.D. meo Cerro §. non obstat quod Ioannes, Romana saluiani 4. Octobris 1643 coram R.P.D. meo Verospio §. non obstat quod acconcium, & in Romana vinearum 17. Martij præ-*
11 *teriti coram R.P.D. meo Royas.* † Vnde licet hypoteca specialis expressa restricta fuerit ad ducatos 4000. assignata in causam dotis principalis tamen pro restitutione acconcij, intrat nedum tacita legalis *l. vnica, C. de rei vxor act. Marescott. var. resol. cap. 9. lib. 4. nu. 4. Grat. discept.*
12 *forens. c. 496. n. 58.* verum etiam generalis† proueniens tam ex promissione generaliter facta de restituendo dotem, quam ex obligatione Camerali apposita in fine instrumenti dotalis, quæ extenditur ad omnia præcedentia in eo enunciata, & promissa, *Rota diuers. decis. 246. num. 2. decis. 741. & 797. part. 1. & apud Zacch. de oblig. Camer. decision. 61. num. 2. & 3. & decision. 69. num. 3. & 4.*

Circa quartam detractionem occasione residui dotis Sigismundæ, & quintam pro expensis factis occasione collocandi Portiam,& Martiam in Monasterio, Domini existimarunt reformandam esse decisionem quoad medietatem summæ in ipsis contentæ. Nam licet tota quantitas persoluta fuerit ab Alexandro, nihilominus quia Laurentius erat obligatus pro medietate illius, nō potest integrè detrahi ex portione Alexādri, sed æqualiter etiā detrahi
13 debet ex portione Laurentij, † quia omnes fratres in quantū sunt hæredes patris tenentur dotate sorores non dotatas, *glos. fin. in l. cum plures §. fin. in verbo alio patre, ff. de administr. & peric. tut. Bald. in l. fin. num. 3. C. de dotis promiss. Ruin. consil. 200. numer. 4. lib. 1. Rota in Romana de Rusconibus 18. Aprilis 1603. coram bon. mem. Cardinal. Millino.*

14 Sextæ detractioni† pro dote Deliæ nihil dixerunt Domini addendum, aut minuendum esse, cum illa firma remaneat in summa scut. 500. in decisione declarata, quia ex instrumento celebrato sub die 29. Octobris 1560. summario Violantis *num. 3.* Constat Cæsarem ex dicta dote Deliæ recepisse tantùm consimilē summam scut. 500. pro quorum restitutione intrare dispositionem *auth. res quæ*, fuit abundè firmatū in decisione, quæ reuidetur in §. sexta, & vltima detractio.

15 Neque prætendi potest, quod huic detractioni addenda sit donatio propter nuptias, pro qua Cæsar pater insolidum se obligauit cum Alexandro filio summ. eiusdem Violantis *num. 3.* quia placuit responsio data in decisione, quod cum dicta donatio possit detrahi ex bonis liberis Alexandri, non sit confugiendum ad remedium subsidiarium, vt præter relatos in dicta decisione sub §. fin. declarat *Menoch. consil. 318. in fine, Petra de fideicom. q. 8. numer. 459. Peregr. de fideic. art. 42. num. 66. & dec. 125* vbi scribit ita fuisse iudicatum, *Caualc. dec. 81. num. 108. p. 3. Ioseph. Ludou. decis. Lucen. 28. nu. 98.*
16 *Surd. decis. 62. num. 4.* † & quamuis istę omnes doctrinæ loquantur de dote, optimè etiam applicari possunt donationi propter nuptias, cum ęquiparentur in hoc ex pluribus cumulatis per *Fusar. de substit. q. 533. nu. 1.*

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum &c.

Decisio ista in hac eadem causa sud die 14. Ianuarij 1648. coram eodem Reuerendiss. Papień. emanata est supra in hac eodem part. decis. 273.

REVERENDISS. P. D. CERRO

Sacræ Rotæ DECANO.

Bononień de Tostinis.

Lunæ 31. Maij 1649.

ARGVMENTVM.

Vbi quis per transactionem iuribus suis renunciauit, sicuti ad iura renunciata amplius regressum habere non potest, ita quęlibet lis dicitur per transactionem sopita, vt exindè repellatur actor à limine iudicij. Causa finalis transactionis, sicuti transactionem annullat, ita quælibet causa ad eam substinendam reputatur sufficiens.

SVMMARIVM.

1 *Iustitia sententiæ probatur ex decisionibus in causa factis.*
2 *Transactio imponit finem litibus, & agentem repellit à limine iudicij.*
3 *Renuncians ad iura renunciata regressum amplius habere non potest, cum illa acquirantur irreuocabiliter cessionario, eiusque hæredibus.*
4 *Transactio emanata ex falsa causa est ipso iure nulla, nec aliquem operare potest iuris effectum.*
5 *Dictio,* Forte, *vbi respicit factum dubitationem præsefert.*
6 *Dictio,* Forte, *nihil certum ponit in esse.*
7 *Causa finalis transactionis dici non potest, quod nec fuit narratum, nec habitum fuit pro constanti.*
8 *Transactionis ad validitatem sola causa finalis attenditur.*
9 *Minor non dum potest hæreditatem denuo cum beneficio l. & inuentarij adire, sed eam totaliter repudiare.*
10 *Transactio remanet in statu validitatis donec per tres sententias conformes rescindatur.*
11 *Transactionem ad substinendam quæuis probabilis dubitandi ratio sufficit, dummodò calumniam excludat.*
12 *Reseruatio nihil operatur, vbi non docetur reseruanti aliquod ius competere.*
13 *Fideicommissarius vt hæredi impediat immissionem possessionem sine vitio probare tenetur, incontinenti de iure suo docere, & nihil esse detrahendum iustificare.*
Amplia quod ista tria copulatiuè concurrere debeant, itaut verificatio alterius ex istis qualitatibus non sufficiat ibidem, & nu. seqq.

DECISIO CCCXII.

PER sententiam Rotalem pronunciatum fuit dandam esse immissionem Alexandro vitali hæredi scripto per Guidonem de Tostinis super omnibus bonis in eius hæreditate repertis quam hodiè coram Me in gradu appellationis confirmandam esse responsum fuit, quia illius
1 validitas non reuocatur in dubium, † Iustitia verò probatur *ex decisionibus emanatis coram Reu. P. D. meo Peutingero 2. Decembris 1647. & 5. Iunij 1648.**

Nec obstat exceptio fideicōmissi pro parte sororum de Tostinis iterum deducta ex testamento Philippi.

Quia cum ipsæ in instrumento transactionis celebratæ 4. Februarij 1604. amplissimè cesserint, & renunciauerint eidem Guidoni omnia, & quæcunque iura eis quomodolibet competentia, ac competitura, & signanter vigore institutionis, & substitutionis ad earum fauorem factarum per eumdem Philippum *ipsarum summ. num. 6.* vtique eis obstat exceptio litis finitæ, cum transactio omnibus controuersijs,

2 uersijs; † & prætensionibus finem imponat, & agentem repellat à limine Iudicij, *cap. 1. de lit. contest. in 6. l. causas, & l. fratris C. de transact.* & *præter auctoritates deductas in præcedentibus decisionibus responsum fuit in Romana Successionis de Comitibus 26. Iunii 1647. coram Reuerendiss. d. Terracinen. §. Ratio quæ mouit. & in Romana Rescissionis concordiæ 15. Iunii 1648. coram R. P. D. meo Corrado §. Hæc enim.* Dictaque iura irreuocabiliter acquisita fuerunt ipsi Guidoni cessionario, eius-
3 que hæredibus, & successoribus, † itaut dd. sorores amplius ad illa regressum habere non valeant, *vt plenè probant reiectis contrariis Peregrin. cons. 54. num. 16. lib. 5. Franch. decis. 375. num. 1. Rota in recent. decis. 587. num. 9. p. 1. decis. 109. num. 1. & seqq. & decis. 141. num. 12. p. 5. coram bon. me. Buratt. decis. 310. num. 5. vers. quo verò ad Margaritam ac num. 6. & 7. in Romana fideicommissi de Incoronatis 5. Nouembris 1639. coram bon. me. Pirouano, aliisque pluribus relatis dictum fuit in Romana fideicommissi de Cosciaris 16. Martii 1648. coram R. P. D. meo Corrado §. firmata igitur.*

Nec subsistit quod transactio emanauerit ex falsa causa ex eo scilicet quod Guido non approbauerit testamentum paternum, cuius tamen contrarium appareat ex instrumento ipsius approbationis confecto 23. *Iulii* 1602.
4 dicto *summ. num.* 2. † & ideo sit ipso Iure nulla nec aliquam operari possit Iuris effectum *l. si ex factis C. de transact.*

Dupplicitèr enim responsum fuit, & primo quod huismodi defectus approbationis fuerit quidem in dicto Instrumento narratus, sed sub dubijs, non autem certis, & determinatis verbis, ibi, *prout sic non fuit fortè per solemne Instrumentum approbatum.* Dictio enim illa *forte*
5 quando, † prout hic respicit factum, dubitationem præsefert *Ruin. cons. 170. nu. 5. lib. 2. Paris. cons. 29. num. 18. lib. 2. Menoch. cons. 759. num. 4.* Et
6 nihil certum † in esse ponit, *vt post alios dixit Rota coram bon. me. Buratt. decis. 550. num. 2.* Ideoque huiusmodi defectum dici non potest cau-
7 sa finalis ipsius transactionis. † dum, nec narratus, nec habitus fuit pro constanti, *vt ponderauit Rota decis. 104. num. 1. p. 2. recent.* Et consequenter non suffragatur pro illius inualidita-
8 te, quia ad istum effectum sola causa finalis attenditur *ad not. l. domus C. de condit. & demonstr. Rota d. decision. 104. numer. 1. in fin. versicul. quæ vt causa.*

Secundo quod ibidem non fuit simpliciter narratum Guidonem non approbasse testamentum paternum, sed quod illud non approbauerat saltem, vt voluerat Philippus eius Pater ex quo illius hæreditatem adiuerat cum beneficio legis, & Inuentarij, ibi, *ob non factam per eumdem Guidonem approbationem expressam dicti testamenti saltem prout dispositum à dicto testatore fuerat &c.* & ibi prout *sic non fuit fortè per solemne instrumentum approbatum per d. D. Guidonem, vt voluerat d. D. Philippus eius Pater, sed tantum adeundo hæreditatem cum beneficio legis, & Inuentarii, &c. vt in regestr. fol. 176. a tergo cum seqq.* Quæ quidē narratiua tantum abest quod sit falsa, quinimo est verissima quia Guido vltra dictam approbationem simpliciter factam 23. *Iulii* 1602 *Sum. d. num.* 2 eadem die *vel vt respondendo in contrarium adductis firmatur in vtraque decis. R. P. D. mei Peutingerii*, vel vt altera pars pretendit 27. eiusdem præuia curatoris deputatione hæreditatem paternam iterum adiuit cum dicto *beneficio legis & Inuentarii*, ac cum protestatione quod si quid ab eo factum fuerit nomine vel iure hæreditatio id semper fore, & esse factum saluo, ac reseruato sibi dicto Beneficio, & non alias aliter nec alio modo *eod. Sum. nu.* 3. Huiusmodi enim aditio, & noua approbatio omnino est attendenda cum facta fuerit legi-
9 timo tempore, † & versamur in minore cui licitum est non solum denuo cum beneficio adire, sed hæreditatem totaliter repudiare, *vt per text. in l. sicut maior C. de repud. & abstin. hæred. dictum fuit in Romana fideicommissi de Maximis 11. Ianuarii præteriti coram me, §. penultimo vers. quam minoribus cum aliis deductis in prima dec. huius causæ §. Præterea quamuis:* Ac per consequens prætensa falsitas causæ pœnitus excluditur, & trā-
10 sactio remanet in statu validitatis † saltē quousque per tres sententias conformes rescindatur *ex probatis in vtraque præcedenti decisione, & signanter in prima §. final.*

Et vlterius Domini ponderabant quod trāsigentes principaliter deuenerunt ad huiusmodi transactionem ob varias prætensiones hinc inde extraiudicialiter deductas; Nam dictæ sorores prætendebant à Guidone libras 8. mill. & apparatum Leonæ promissum a prædicto Philippo, nec non legatum annuorum scutorum centum ab eodem ipsis relictum; Pro parte vero Guidonis replicabatur ad nihilum teneri, quia se vocatum dicebat ad antiquius fideicommissum q. Hieronymi Patrui eiusdem Philippi, quodque illius vigore omnia bona ab eius Patre relicta posidebat, vt proinde, nec dicta promissio sibi obstaret, nec Philippus in eius præiudicium præfatum legatum illi relinquere valuisset, & quatenus aliquid adesset proprium dicti Philippi illud sibi deberi prætendebat pro restitutione dotis Angelæ eius matris, vt clarè habetur in eodem Instrumento dictæ transactionis sub illis verbis, *Hincque ideo orta cum seqq.* vndè cum ex his appareat causa finalem dictæ trāsactionis fuisse controuersias super præmissis extraiudicialiter deductas, & litium occasiones, quibus partes cautè occurrere voluerunt, vtique hoc superabundat, vt de illius nullitate, & falsa
11 causa apponi non valeat, † cum pro substinenda transactione quæuis probabilis dubitādi ratio sufficiat dummodo calumniam euidentem excludat *l. in summa ibique glos. verb. nulla ff. de condit. indeb. Paris. cons. 32. nu. 17. lib. 1. Dec. cons. 56. num. 29. lib. 4. Becc. cons. 109. nu. 8. vers. nam eo ipso, Rota in recent. decis. 263. num. 2. p. 3. & decis. 348. num. 4. vers. etiam si modica p. 4. ac dictum fuit in Bononien. Transactionis 25. Februarii 1639. coram bon. memor. Merlino §. illudq; plurimi faciebat cum aliis latè congestis in dicta Romana rescissionis concordiæ coram Reuerend. P. D. meo Corrado §. quia contrarium.*

Denique minus releuat reseruatio iuriū super bonis ex hęreditate eiusdem Hieronymi.

Quia non fuit facta simpliciter, sed sub his verbis, ibi, *reseruatis iuribus suis in bonis hæreditatis d. Hieronymi &c. post mortem d. Guidonis sine filiis &c. si tamen &c. & prout de iure &c. & non aliter &c.* Et ideo cum adhuc concludenter doctum
12 non fuerit, ipsis aliquod ius competere,† vtique vigore istius reseruationis petitam immissionem hæredi scripto nequeunt impedire, *ex notat. in l. filium fratribus ibique glos. verbo mitti placuit, & DD. C. ad Senat. Consul. Trebell. ex l. 2. C. de edict. diu. Adr. toll. Bar. in l. fin. nu. 22. vers. quæro vtrum fideicommissarius ff. eod. & comprobat. Argel. de legit. contrad. q. 10. art. 15. nu. 215. cum seqq.* Et licet reperiatur in possessione authore Prætore nihilominus quia ad istum effectum tria co-
13 pulatiuè requiruntur, † nempè quod Fideicommissarius doceat incontinenti de iure suo, quod nihil sit detrahendum, & quod possideat sine vitio *ex plenè deductis in Bononien. bonorum 31 Ianuarii 1646. coram* Reuerendiss. *D. meo Decano §. nec ad impediendam.* Non docto incontinenti de ipsarum iure non dicuntur legitimæ con-
14 tradictrices, † quamuis possessio non videretur vitiosa, *vt respondit Rota coram bo. me. Buratto decis. 544. nu. 1, & 2, & melius decis. 589. nu. 2. ac in aliis latè relatis in eadem Bonon. bonorum §. nam primo.* Vltra quod ex persona eiusdem Guidonis
15 competunt detractiones legitimæ, † & dotis maternæ ponderatæ *in 2. decis.* R. P. D. *mei Peutingerii in fine.*

Atque ita vtraque &c.

Decisio ista vltima in hac eadem causa emanata sub die 5. Iunii 1648. coram bon. me. Peutingero, est supra in hac par. 10. decis. 197.

R. P. D. CORRADO.

Postea S. R. E. CARDINALI.

Mediolanen. Bonorum.

Lunæ 31. Maij 1649.

ARGVMENTVM.

Emptor vt de euictione agat, ac pretii restitutionem recuperet, vna cum refectione damnorum, & interesse, si iudicium instituit contra tertium hypotecam præcipue probare debet, quæ, ex quibus resultet ex decisione habebis.

Monasterium quando excludat substitutũ viuẽte saltem hærede grauato, vbi tamen illud esset successionis capax.

SVMMARIVM.

1 *Hypotecam ad constituandam sufficit quæcumque partium voluntas, quibuscumque verbis etiam generalibus atque indefinitis demonstrata.*
2 *Hypoteca deducitur ex verisimili atque probabili ratione, etiam si verba oporteat extendere ac plenius interpretari.*
3 *Clausula appræhendendi bona, & similia important hypotecam.*
4 *ex Iuramento hypoteca deducitur.*
5 *Vsus, & obseruantia sub certa forma contrahendi hypotecam inducit.*
6 *Clausulæ in fine positæ regulariter referuntur ad omnia in instrumento contenta.*
7 *Emptor secuta euictione rectè agit ad pretij restitutionem, ac damnorum, & interesse consecutionem, & num. vltim.*
8 *Obligatio defendendi venditorem quando compræhẽdat susceptionem litis damnorum, & interesse refectionem, ac omnimodam indemnitatis conseruationem.*
9 *Confraternitates Laicorum vt loca dicantur Ecclesiastica quid requiratur, adhoc vt fori exemptionem, & priuilegium fruantur.*
10 *Alienationes factæ per grauatum substinẽtur ratione detractionum.*
11 *Prohibitio alienationis vbi est realis, & principaliter facta continet perpetuum, & absolutum fideicommissum.*
12 *Vocatio resultat ex grauamine alicui facto.*
13 *Fœminorum vocatio in defectum masculorum quando resultet.*
14 *Testatoris voluntas ex omnibus partibus testamenti insimul consideratis deducenda venit.*
15 *Monasterium quando faciat purificare conditionem si sine filijs.*
Vocatio facta sub conditione si sine filijs purificatur per ingressum grauati in Religionem, & quando num. 15.
Hæres grauatus si fuit in aliqua religione professus perinde habetur ac si naturaliter fuisset præmortuus num. 15.
16 *Voluntas testatoris excludentis monasterium, non odio religionis, omnino seruari debet.*
17 *Monasteria quamuis successionis capacia, si à testatore fuerunt exclusa perinde habentur ac incapacia fuissent.*
18 *Monasterium ex quibus arguitur à testatore fuisse exclusum.*
19 *Vocatus in casum alienationis possit nè statim vendicare bona non expectata morte alienantis.*
20 *Substitutus rectè agit si alij præuocati vel non agunt, vel non agere declararunt.*
21 *Detractiones censentur consumptæ ex precedentibus alienationibus, & ex consecutione suppellectilium aliorumqne effectuum hæreditariorum.*
22 *Sententiæ latæ cum legitimis contradictoribus probant liquidationem donec de contrario non constet.*
23 *Sententia lata contra vnum, afficit ne alium cui libellus cum sola citatione si sua putauerit interesse fuit intimatus.*
24 *Fides bona in contractu emptionis, & venditionis plurimum attendi debet.*

DECISIO CCCXIII.

SENTENTIA Rotalis per R. P. D. meum Bichium prolata in remedio vtilis saluiani interdicti ad fauorem DD. Priorum, ac Deputatorum Confraternitatis, seu Scholæ Immaculatæ Virginis apud S: Satirum contra RR. Præpositum, & Clericos Regulares Collegij S. Barnabæ Ciuitatis Mediolani visa fuit Dominis confirmanda. Nam ex processu probatur eius validitas *iux. vulg. decis. Veral. 262. par. 2.* Iusti-

Iustitia verò ex duab. Decisionibus pleno, doctoq; calamo exaratis ab eodem Domino meo sub die 26. Iunij 1647. & 18. Maij 1648.

Primum enim (vt aiunt) extremum in hoc iudicio necessarium, scilicet creditum cum hypoteca constat ex publico Instrumento celebrato die 3. Iulij anni 1601. quo mediante Nicolaus etiam vti hæres Desiderij, & Octauianus fratres, filij q. Io. Pauli de Besutijs iure proprio vēdiderunt præfatis Prioribus, & Deputatis dictæ Scholæ nōnulla bona prætio lib. duo de viginti millium sexcentarum vigintitrium, & solid. quatuor, ac denar. vnius Imperialium cum mutua, & solemni stipulatione (sunt verba eiusdem Instrumenti) ac obligatione (non tamen bonorū dictorum Priorum, sed ipsius Scholæ tantùm.) Atque obligatione defendendi &c. in forma communi, & iuris &c. Ac pactis executiuis &c. (quæ iuxta formularum, ac stilum Notariorum dictæ Ciuitatis continent facultatem apprehendendi bona venditoris, eaque etiam iure pignoris retinendi pro defensione, ac obseruantia conuenta) & cum promissione iurata non contraueniendi &c. etiam sub refectione &c. Quæ sanè clausulæ, & distinctæ, & multo magis coniunctæ præseferunt hypotecam bonorum partium pro plena obseruantia illius cōtractus, & conuentorum in eo,
1 † cum ad hunc effectum sufficiat contrahentiū voluntas quibuscunque verbis etiam generalibus, atque indefinitis apparens *iux. tex. in l. contrahitur*, ibi, *nec ad rem pertinet, quibus fit verbis, sicuti est in his obligationibus, quæ consensu contrahuntur &c. ff. de pignor. l. fin. C. quæ res pign. obligar. poss. Neguf. de pignor. p. 3. memb. 1. sub nu. 3. vers. item contrahitur &c Bursatt. cons. 39. num. 37. vers. primo quia ex sola voluntate &c. Cæphal. cons. 41. num. 19. vers. præcipuè cum simplici voluntate &c.* & alijs relatis *Mantic. de tacit. lib. 11. tit. sub num. 5. vers. tertio deducitur.* Quinimò ex verisimili, atque probabili ratio-
2 ne deducta, † etiam si verba oporteat extendere, ac pleniùs interpretari *l. 3. §. fin. vbi gloss. & DD. ff. qui pot. in pignor. hab. l. 2. & d. l. fin.* ibi, *cū istum sit voluntatem controhentium magis, quàm verborum conceptionem inspicere &c. C. quæ res pignor. oblig. poss. ibiq; Bart. sub num. 1. vers. secundo nota &c. Bald. nu. 1. vers. nota quod verba instrumentorum &c. Angel. sub num. 2. vers. voluntates contrahentium &c. Salycet. sub num. 1. uers. item quod voluntas &c.* ac alij; & rursus idem *Bald. in l. 3. vers. quia mutuaui Titio &c. C. de pignor.* vbi loquitur de huiusmo-
3 di pactis, † & clausulis apprehendendi bona, & simil. ac sequuntur *Castr. cons. 336. Dubium facit. sub num. 2. vers. hoc important illa verba &c. p. 2. Fulgos. cons. 83. Bonacursius condidit testamentū, sub num 2. vers. & sic pro ea etiam competat hypoteca &c. Nesan. de pignor. d. memb. 1. sub nu. 4. vers. item constituitur. ac seq. Rim. sen. cons. 299. sub nu. 18. vers. & istud ostenditur euidenter, ac seqq. Surd. cons. 243. sub num. 10. vers. septimo facit &c. Mantic. de tacit. d. tit. 3. nu. 15. vers. præterea & seq. Rot. penes Reuerendiss. Vergellen. decis. 40. sub num. 20. vers. sed vnum est &c. cum seq. & latius in Roman. saluiani de Casalibus 21. Iuny 1641. coram R. P. D. meo Cerro in §. & in hanc sententiam vers. quæ verisimilis mens. ac seq.* cū alijs relatis per *modern. Roman. discept. 683. à nu. 2. vers. accedit. ac seq.* Et ex iuramento præstito super obseruantia promissorum in Instrumento
4 quod † pleniorem obligationis formam, ac proinde cum hypoteca bonorum importat, vt probant *Cæphal. d. cons. 41. sub num. 18. vers. quibus infertur &c. & seq. Seraph. de priuileg. iuramen. priuileg. 158. per tot. Surd. decis. 225. sub num. 9. versic. ad secundum dicebant. ac seqq. & aly.* Ac demum ex communi vsu, & obseruantia vbique ferè re-
5 cepta † sub hac forma contrahendi in huiusmodi negotijs, vt benè aduertit *Bursatt. d. cons. 39. nu. 4. vers. idem ergo debet importare &c.* & respondit *Menoch. cons. 104. sub num. 70. vers. id quod pro more &c. Surd. decis. 213. sub nu. 4. vers. certum est autem &c. & decis. 265. num. 63. ver. & idem procedit in hypoteca &c.* Quibus equidem eliditur prorsus obiectio, quod clausula illa (*pacta executiua &c.*) respiciat solam conuentionem super fructibus correspectiuis, tum quia contrarium apparet ex lectura Instrumenti, in cuius fine legitur inter clausulas generales, *Renunciantes &c. pluri pretio &c. & iurauerunt habere ratū*
6 *& non contrauenire &c.* † quæ ad omnia in eo contenta congruè referuntur, vt patet ex earū verbis, ac iuri consonum est *l. talis scriptura, §. fin. ff. de leg. 1. cap. secundo requiris, in princ. & capit. inquisitioni, de appellat. Rot. decis. 378. sub nu. 1. ver. vt patet ex illa clausula p. 4. diuers. & penes Cardin. Mantic. decis. 52. num. 2. vers. quæ clausula, & seq. Buratt. decis. 161. num. 12. vers. & ideo d. clausula &c.* Tum quia pro iustificatione hypotecæ cætera præmissa satis, superq; sufficiunt.

Ideoque secuta dictorum bonorum euictione licuit emptoribus præfato remedio experiri contra dictos Clericos posteriores possessores aliorum, quæ tempore dicti contractus, seu postea venditorum fuisse, ex ipso proces-
7 su probatur, † pro restitutione prætij soluti, vt ex publicis Instrumentis apparet, ac pro damnis, & interesse passis iuxta iuris dispositionem *l. euicta re, ff. de euict. l. non dubitatur, l. si cum quæstio. C. eod. Mysinger. obseru. 54. nu. 1. cent. 1.* & in specie respondit *Rot. decis. 9. num. 1. vers. hypoteca enim, & per tot. & decis. 13. num. 2. vers. cum ex natura euictionis &c. p. 4. diuers. & dec. 407. nu. 8. vers. & demum, cum seq. p. 5. rec.* Esto quod sola legatur obligatio defendendi &c. in forma cō-
8 muni &c. & iuris &c. † nam illa æquè comprehendit litis susceptionem, refectionemque damnorum, ac interesse &c. et plenam indemnitatis conseruationem *per tex. in l. pater dotem, ff. de dot. prælegat. Ruin. cons. 187. sub num. 1. ver. sed præmissis non obstantibus, & seqq. lib. 1. Paris. consil. 16. nu. 125. vers. ad quod etirm facit. lib. 2.* cum alijs relatis *à modern. Pisaur. de euict. q. 2. nu. 13. ver. nam parificantur.*

Nec obstant quæ repetuntur impugnando iustificationem crediti Actorum, quos propria negligentia, et culpa euictionem passos fuisse prætenditur; Tum quia consenserunt in Iudices laicos quorum iurisdictioni dicta Schola, seu Confraternitas non est subiecta; Tum quia fuerunt ab eis prætermissæ exceptiones, quibus facilè poterant euincentes excludi.

Si

Si quidem obiectus iurisdictionis defectus ex hactenus deductis non probatur, vt necessarium esset, Alias enim huiusmodi Congregationes Laicorum à quibus reguntur, & gubernantur, licet locum habeant in quo conueniunt, et Capellam, siue Altare in Ecclesia S. Satiri, ac opera pietatis exercent, eaque ratione sint permissæ, ac plurimum commen-
9 dandæ, † non tamen loca Ecclesiastica censeri possunt, vt fori exemptione, ac priuilegio fruantur, nisi Episcopi, vel alterius facultatem habentis auctoritate institutæ fuerint, et alia concurrant ad hunc effectum necessaria *iux. tex. in cap. ad hæc. cum ibi not. per DD. de relig. domib. Bart. in l. cum senatus, sub nu. 4. vers. quæro quid si relinquitur &c. ff. de reb. dub. & in l. fin. sub num. 6. vers. quædam Collegia approbantur, ff. de Colleg. illicit. Bald. in l. si quis ad declinandum, §. in omnibus, sub nu. 19. vers. respondeo &c. C. de Episcop. & Cler.* & explicat *Innocent. in cap. dilecta. sub num. 2. vers. societas est, & sub nu. 4. vers. item videtur, cum seq. de exceß. Prælat. Imol. in cap. officij, sub num. 20. vers. circa primum &c. & sub numer. 21. versicul. circa secundum &c. et versic. vnde aduerte. pro ista part. &c. et vers. sed aduerte quia vt dicit Bald. &c. et ver. aduerte quia pro opinione D. Card. &c. de testam. Felyn. in cap. de quarta, sub num. 11. vers. secunda declaratio &c. de præsc. Calde. cons. 4. de relig. domib. Card. Florent. cons. 11. pro enucleatione omnium, sub num. 2. vers. oppositum de iure censeo. cum seq. et cons. 13. pro elucidatione dubiorum, sub nu. 2. vers. contrarium est verum &c. ac seq. per tot. Fed. de Sen. cons. 130. factum est tale. quædam domus, sub nu. 2. vers. sed contra videtur, Abb. cons. 31. ad claram decisionem, sub num. 1 vers. sed his non obstantibus &c. et seqq. per tot. par. 1. Castr. cons. 301. prædicta dubia. sub num. 2. versic. nec possunt dicere illi de Schola. lib. 2. Alexan. cons. 120. super eo quod quæritur, sub num. 3. vers. prout etiam respondet. lib. 1. Ias cons. 218. quoniam vt inquit Philosophus, sub num. 1. vers. vltra ergo &c. et seqq. lib. 2. Paris. cons. 34. à num. 9. vers. istis tamen non obstantibus, et seqq. lib. 4. Anton. Gabr. commun. conclus. lib. 6. tit. de pia caus. concl. 1. sub num. 1. et num. 7. vers. tenendo primam opinionem, et num. 13. vers. quarto infertur. ac seqq. Hyer. Gabr. cons. 162. num. 2. versic. primò quia &c. et seqq. lib. 1. Madalen. de num. test in testam. requisit. p. 1. cap. 13. num. 21. vers. prout in proposito, & p. 2. cap. 2. nu. 24. vers. prout etiam &c. cum plur. seqq. Iosef. Lud. decis. Perus. 90. sub num. 9. vers. primò quia &c. Magon. decis. Lucen. 19. num. 15. uers. ad secundam, & seq. Valasc. consult. 105. num. 5. uers. sed hoc est intelligendum, cum seqq. et sub nu. 47. uers. si uero & seq. per tot. num. 54. Mastril. decis. 110. sub num. 16. uers. & controuersia, Monet. de commui. ult. uolunt. cap. 4. sub num. 26. uers. ex hoc facilè erit &c. Rot. penes Comitul. decis. 94. nu. 3. uers. cum enim &c. et latius decis. 117. num. 13. uers. Ecclesiastica tamen cum seqq. & nu. 37. uers. et sanè &c. ac decis. 574. sub num. 5. uers. ideo si debet attendi &c. et seq. p. 1. diuers. Coccin. decis. 210. nu. 1. uers. nam licet Confraternitas. et seqq. Castill. decis. 2. num. 12. uers. nec poterat &c. lib. 1.* & alij relati per *Carol. de Craß. de effect. Clericat. effect. 1. num. 122. uers. & quia dixi. cum seqq. et per Reuerendiß. Episcop. Vgentin. de offic. Episcop. allegat. 75. num. 24. uersicul. uerum hæc resolutio &c. et de iur. Ecclesiast. lib. 2. cap. 11. sub num. 78. uers. quare circa utrumque, et sub nu. 80. uers. si de ipsis Confraternitatum corporibus, ac seq.* Neque protestatio facta pro parte Fisci sæcularis coram Vicario Archiepiscopali Iudice Remissoriali sub die 3 Decembris 1648. vllum conuincit impedimentum examini, ac prosecutioni processus dictorum Clericorum verè præstitū fuisse, sed verbalē nullitatis oppositionē in forma, qua non attenta procedi poterat ad vlteriora stāte repetita instātia pro eisdē Clericis die 17. Martij 1649. et expresso consensu Confraternitatis ipsamet die præstito, vt patet ex actis exhibitis.

Exceptiones autem pro parte Clericorum adductæ, quibus prætenditur euictionem euitari potuisse ad duo præcipuè capita rediguntur; Alterum scilicet, quod fideicommissum per Io: Paulum seniorem da Besutijs ordinatū ad fauorem eius filiarum, et descendentium ab eis, in casu quo Nicolaus, et Desiderius filij masculi hæredes instituti decederent sine filijs masculis legitimis, et naturalibus, et de legitimo matrimonio natis, et procreatis, cuius vigore bona per eius filios vendita Cōfraternitati fuerunt euicta, defecerit per existentiam Ioan: Pauli, et Felicis filiorum Nicolai superstitum tempore mortis patris. Alterum verò, quod alienatio illa saltem ratio-
10 ne legitimæ, et aliarum detractionum † venditoribus debitarum in bonis patris fideicommittentis sustineretur *per tex. in l. Marcellus, §. res quæ, ff. ad S.C. Treb.* quorum neutrum subsistere Domini censuerunt.

Quoniam fideicommissum à Io: Paulo institutum est successiuum inter masculos primùm, ac subindè fœminas earumque descendentes in perpetuum, vt apparet tam ex prohibitione alienationis in eodem testamēto ibi, *Et ulterius etiam prohibeo bona mea usque in perpetuum quouis modo alienari, obligari, & hypotecari, et si fieret alienatio, uel obligatio, quod sit nulla, & inualida, & pars alienata, uel obligata applicetur alteri*
11 *non alienanti, nec obliganti &c.* quæ cum fuerit realis, et verbis ampliatiuis in particulari oratione principaliter ordinata, continet absolutum atque perpetuum fideicommissum inter prædictos, quorum fauore facta censetur, vt eadem bona inter eos perpetuò conseruentur nam aliàs eiusmodi prohibitionis perpetuitas inanis esset, ac verificari non posset *l. filiusfamilias, §. Diui. il 2. ff. de leg. 1. Bart. in l. qui Romæ, §. cohæredes, sub num. 3. uers. quod puto uerum &c. ff. de uerb. obligat. Decian: cons. 41. sub num. 36. uersic. quæ conclusio indubitatè procedit &c. lib. 1. Rot. decis. 112. num. 4. uers. tum quia, p. 2. diuers. et penes Card. Caua2ler. decis. 167. num. 1. uers. de fideicommisso autem &c. et in recent. decis. 14. p. 1. et decis. 357. num. 2. uers. der. ex ito enim annullatione alienationis &c. p. 4. tom. 2. et decis. 284. sub num. 7. uers. et in hoc casu cessat omnis difficultas &c. cum seqq. p. 6.* cum alij per *modern. Roman. discept. 828. num. 7. uers. aliud est quando &c. ac seqq.* et latius probatur in vtraque decisione coram R.P.D. meo Bichio. Quam etiam ex subsequenti dispositione in casu delicti, vel fideicommissi, ac obligationis bonorum, et fructuum, in quibus ipsos filios masculos institutos, eorumque pariter descendentes com-

pre-

12 prehendit,† eosque grauauit, vnde præcedens illorum vocatio cōprobatur *l.ab eo. C.de fideic. Soccin.iun.cons.136.sub num.24.uers. ex quibus omnibus lib.3. Decian.d.cons.41.sub num.35. uers.quinta coniectura, & seq. lib. 1.* Ac demum proprias filias fœminas, et descendentes ex eis eodem
13 ordine superius expresso substituit, † ex quo pariter certior redditur eius intentio pro illarum successiua vocatione post descendentes masculos filiorum suorum in præcedenti parte testamenti *ad l.quis filiabus, in princip.l.si seruus plurium. §.fin.ff.de leg.1. Rot.penes sanct.mem. Greg. decis.315.sub num.2.uers.longè magis, cum seq.& in recent.decis.10.num.9.uers.minùs facit &c. et d.dec. 14.sub num.5.uers.quia uulgare est &c.p.1.et decis. 4.num.7.uers.quod propterea &c.p.4.tom. 2.* cum alijs relatis per *Fusar.cons.41.sub num.102.uer.his accedat. et num.122.uers.et proinde &c.* Et ex alijs partibus eiusdem testamenti optimè ponderatis in præcedenti decisione coram R. P. D.
14 meo Bichio sub die 18. Martij 1648. † Quæ ad conuincendam Testatoris voluntatem coniungi debent, ac insimul considereri *Rot.penes san.mem.Greg.d.decis.315.num.9.uer.quæ coniectura ac in recent.decis.266.num. 19. uers. nam coniecturis &c. part. 1. & decision. 21. numer. 16. uersicul.& coniectura singula, cum seqq. parte 5.* & sepè in alijs.

Quare cum præfati Felix, et Io: Paulus perfectiorem vitam eligentes solemnem professionem emiserint; Ille scilicet in Congregatione Clericorum Regularium S. Pauli; Iste verò in Religione PP. Minorum Conuentualium Sancti Francisci, quas Testator non quidem Religionis odio (quod ab intentione Christiani hominis prorsus alienum censeri debet) sed fauore descendentium ex proprio sanguine, inter quos voluit eius bona perpetuò conseruari, vt clarè conuincit prædicta subsequens alienationis prohibitio, Ab eius bonis exclusit, vt legitur ibi *Et si omnes decesserint sine filijs legitimis, et ut supra (scilicet de legitimo matrimonio natis, et procreatis) ita quod spurij etiam legitimati non succedant, uel aliquod Monasterium, quod tunc succedant filiæ meæ, et earum filij legitimi, et ut supra, in stirpes, et non in capita, sine detractio-*
15 *ne &c.*† Ex tunc purificata fuit successiua substitutio filiarum, ac descendentium ex eis, perindè ac si illi naturaliter præmortui fuissent, quales ad hunc effectum, stante expressa Monasterij exclusione reputantur *ad tex.in cap.placuit il 2.ubi gloss.in uerb.mortuus 16.quæst.1.et theor. Bart.in l.Deo nobis, nu.1.uers.item ingressus, et seq. ibique Bald.sub nu.10.uer.sol.dicit Cyn.&c.et Castr. sub nu.5.uers.ubicunque ergo apparet &c. C.de Episcop.et Cler.et in Auth.nisi rogati, sub num.3. uers.si ergo appareat de contraria intentione, C.ad S.C.Trebel.et rursus idem Bald.in cap.in præsentia, sub n.41. uers.in contrarium &c.ubi Dec.sub num.229. uersic. sed mihi nullo modo consonat &c.de probat. et iterum Dec.cons.258.uisis his quæ nouissimè scripta sunt &c sub num.3.uersic.circa primum &c. et seq. propè fin. uers.et ideo cum bona de quibus agitur, et cons. 426. in duobus dubijs num. 2. uers. circa primum arbitror &c.Decian.cons.41.sub num. 30. uers. quarta coniectura, et seq.lib.1.et cons.61.sub num.2.uers.quia respondetur, et seq.lib.5.Osasch.decis.126.sub num.19 uers.quare cum dicendum non sit.et sub num.24.uers. ex prædictis igitur &c.cum seqq. Marzar.de fideic.q. 31.Menoch.præs.83.num.3.uers.et dicendum est &c. lib.4.Franch.decis.29.sub nu.5.uers.nec obstat textus et seqq.Sfort.Odd.de compend.p.6. art. ult. in secund. dub.seu q.num.22.uers.limita decimo &c.et seq.Did. resol.19.sub num.11.uers. quartum uerum esse censeo. lib.1.Mantic.de coniect.lib.8.tit.12.sub num.25.uer. sed ego puto. et num.28.uers.sed certè &c.cum seq.et lib.11.tit.7.sub num.18.uers. decimo debet restringi, et seq.Io:Gutierez.canon,q.cap.32.nu.26.uer.secundo eadem recepta sententia &c.* cum alijs relatis per *Sanchez.ad præcept.decalog.lib.7.cap.15.sub nu.19. uers.et confirmatur &c. et cap.16.sub nu.22.uers.sed molto uerius existimo &c. et Marescott. resol.21.numer. 65. uersicul. undecima limitatio &c. et seqq. lib. 3.*

Neque applicatur obiecta conclusio regulariter vera, communique DD. sententia recepta, quod saltem viuentibus naturaliter professis bona remaneant penès Monasteria aliàs capacia ea retinendi in communi, intereaq; substituti non admittantur.

Quia nō procedit, quando repugnat Testatoris voluntas expressis verbis illa excludentis. Hæc enim cessante (vt dictum est) Reli-
16 gionis odio, † maximè attendi, atque seruari debet §. *disponat. in Auth.de nupt.cap.ultima uoluntas 13. q. 2.* Ac proindè statim patet aditus substitutis, non aliter, ac si ipsa Monasteria ex proprijs Regulis, seu Constitutionibus essent
17 omninò incapacia,†prout in effectu in huiusmodi casibus ex voluntate disponentium efficiuntur, vt benè probat *Didac.d.resol.19.sub numer.11.uers.quartum uerum esse censeo lib.1.* & declarat *Peregr.de fideic.art.28.sub.num.82.uers.intellige nisi testator. Nicol.Intrigliol.de substit.centur.3 q.63.sub num. 42. uers. et tunc exclusio &c.* ac alijs relatis *Marescot.d.resol.21.num.81. uers. rursus intelligi debent &c.cum seqq.lib. 3.* & respondit *Rot. in Bonon.fideicom.21.Maij 1636.coram Reuerendiss. D.meo Terracinen.in recent. decis.135. sub num.15. vers.nec facit quod cum Ioannes &c. & seq.* vbi dictum fuit secundùm hanc distinctionem intelligendos esse DD. pro Monasterio adductos par.7. Et hæc quidem Testatoris voluntas certior redditur adhuc ex præcedenti parte eiusdem testamenti, in qua legauit Horatio alteri filio iam professo in Monasterio Montis Oliueti annuas tantū libras duodeuiginti donec naturaliter vixerit cum expressa declaratione, quod nullum super eis ius, vel actio di-
18 cto Monasterio acquireretur, † quæ declaratio (quicquid sit de illius validitate, & effectu) efficax tamen est ad demonstrandam eius intentionem excludendi Monasteria, etiam durante vita filij ingressi, vt benè in specie aduertit, & probat *Decian. cons. 61.sub nu.4.ver.addo etiam &c.cum seq. lib.5.*

Præterea cesare videtur omnis difficultas; Quia filiæ Testatoris, & descendentes ex eis fuerunt vocatæ non solùm in casu mortis masculorum, verùm etiam cuiuscunque alienationis, obligationis, & hypotecæ bonorum hæreditatis, vel eorum fructuum, vt legitur in d.

in d. vers. *& vlterius etiam prohibet &c.* & inferiùs in vers. *prohibeoque etiam dictis filijs, & descendentibus meis &c.* qui proculdubio euenit, tam ob alienationem dictorum bonorum per Nicalaum primum hæredem venditorem dictæ Confraternitati, quàm per vniuersalem donationem, ac dispositionem respectiuè factas à dd. Felice, ac Io: Paulo in personas, & loca sub dicto fideicommisso non comprehensa, quin etiam prohibita, nempè Octauianum, et

19 Monasteria prædicta; † Ideoque ex hoc quoque capite statim agere potuerunt ad ea vindicanda, non expectata morte alienantium *l. peto. §. fratre. l. cum pater. §. si liberis, ff. de leg. 2. l. cum fidei hæredis, l. quidam, & l. rogo. ff. de fideic. libert. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 16. num. 32. versic. vnum tamen &c. Rot. decis. 379. num. 2. vers. nam testator. par. 1. diuers.* et in specie declarant *Petr. de fideic. q. 8. sub nu. 516. vers. declaratur modo &c. Didac. Spin. in specul. testam. glos. 27. princip. sub num. 27 vers. quid autem erit in Monasterio capaci &c. cum seq. & Fusar. de substit. q. 430. num. 6. vers. declaratur quarto &c.* Etiam si alij adhuc extarent præuo-

20 cati capaces, † Qui tamen non agerent, nec velle agere declararent pro illorum reuocatione, *Cæphal. cons. 318. num. 33. vers. cum igitur omnes &c. et seq. Rot. decision. 73. part. 1. rentio.* cum alijs relatis per *modern. Brixien. de substit. quæstio. 318. numero 115. versicul. ampliatur tertio &c. cum seqq.*

Altera verò exceptio detractionis legitimę, siue aliorum competentium filijs Testatoris, qui bona prædicta vendiderunt, non poterat

21 impedire euictionem † stantibus præcedentibus alienationibus per eos factis, ac suppelectilibus, et mercibus, cæterisque effectibus hæreditarijs ad eos delatis; Quibus (alio nō constito) censentur absumptæ *Peregr. de fideic. art. 39. sub nu. 4. vers. effectus autem est &c. Rot. penes Card. Seraph. decis. 321. sub nu. 17. vers. ideo cum exceptio, ac seq. & in recent. decis. 462. sub num. 6. vers. & in omnem euentum &c. cum seq. p. 4. ac decis. 542. sub num. 8. vers. quia Dominis placuit responsio &c. p. 5.* & in alijs relatis *in Romana fideicommissi de Capiteferreo coram me, sub die 10. Martij 1645. in §. non obstat, quod hæc portio, cum seq. et sub die 19. Februarij 1646. in §. altera vero detractio &c. vers. pro ea vero parte &c.* Prout fuit etiam declaratum per sententias conformes Iudicum eiusdem Ciuitatis sub die 30. Iunij 1623. & 22. Martij 1627. in executione aliarum duarum conformium præcedentium super meritis prolatarū in iudicatum transfactas, et euictioni manda-

22 tas; † Quæ tanquam latæ cum legitimis contradictoribus, scilicet cum Priore, & Deputatis dictæ Scholæ possessoribus, ac reis principaliter conuentis, scientibus etiam, ac intimatis Auctoribus, siue eorum hæredibus, ac successoribus sufficiunt ad probandam huiusmodi liquidationem donec aliud appareat *l. auctore laudato, vbi Bald. in princip. et nu. 1. vers. nota ergo quod sufficit, C. de euict. Natt. cons. 300. sub nu. 1 vers. & ita cum d. Teremo &c. Didac. PP. Quæst. cap. 13. sub num. 5. vers. nec enim dubium esse potest. Rot. decis. 161. sub num. 4. ver. idem probatur ex sententia Magistratus Mediolani, p. 2. & decis. 739. numer. 19. vers. maximè quia &c. cum seqq. part. 4. tom. 3. ac decision. 340. num. 8. vers. attamen sententia ac part. 5. recent.*

Neque subsistit quod dd. sententiæ fuerint latæ contra dictos Clericos Sancti Barnabæ in illo iudicio citatos; Quia licet ab initio fuerit illis intimatus Actorum libellus cum citatione si sua putarent interesse, nihil tamen contra ipsos actū fuit neque fuerunt in dictis sen-

23 tentijs nominati, vel comprehensi; † Ideoque citatio illa nō coactiua, nec vllius roboris aduersus eos non inficit processum, ac sententias contra laicos pro eorum particulari ac distincto interesse legitimè latas *iux. theor. Bart. in l. iurisperito §. fin. vers. & si est causa, ff. de excusat. tut. Felyn. in cap. cum inter. sub nu. 10. vers. similiter &c. et infr. de sent. et re iudic. Marian. Socin. in cap. 1. sub num. 18. vers. decimaquinta declaratio est &c. de for. compet. Gabr. cons. 56. num. 16. vers. quia conclusio supradicta non procedit &c. et seqq. lib. 1. Rot. decision. 451, sub num. 7. versicul. et è conuerso &c. part. 2. recent.*

Cum itaque ex prædictis, et alijs plenius adductis in præcedentibus Decisionibus corā præfato R. P. D. meo Bichio iustificetur euictio, quam passa fuit Schola, siue Confraternitas, iure meritò fuit illi concessa immissio pro restitutione prætij, ac refectione damno-

24 rum, & interesse, † prout conuenit bonæ fidei quæ maximè attenditur in his iudicijs, vt respondit *I. C. in l. exempto. in princip. et l. emptorem, vbi Bart. et DD. ff. de act. empt. l. Herennius Modestinus, vers. quæritur cum emptrix. ff. de euict. Alex. cons. 63. Diligenter inspectis, et consideratis his, sub nu. 12. vers. fortius dico &c. lib. 6. Didac. variar. resolut. lib. 3. cap. 17. sub nu. 6. vers. sextoquamuis &c. Surd. dec. 20. sub num. 7. vers. nec dicatur, et seqq. Rot. in Tusculan. releuat indemnit. 20. Iunij 1614. coram S. D. N. in recent. decis. 630. sub num. 4. vers. minus refragari &c. p. 1. et decis. 18. num. 36. vers. et aliàs certum est, par. 4. tom. 2. et decis. 390. num. 1. vers. admittunt enim DD. ac seqq. part. 5. & penes Coccin. decision. 27. numero 3. versiculo sed tollitur omnis scrupulus &c.* & in alijs.

Et ita fuit conclusum vtraque parte informante &c.

R. P. D. MELTIO.
Postea Episcopo PAPIEN.
Cusentina Canonicatus.
5. Iunij 1649.

ARGVMENTVM

Executor Apostolicus vbi quis est in possessione beneficij procedere non potest nisi partes Iudicis assumat, & sic possessorem citare tenetur qua citatione non interueniente, nulliter procedit; quomodo autem citari debeat possessor, si est absens, ex decisione patebit.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum possessionis plenè probat etiam ad effectum manutentionis dum non docetur alium eo tempore possedisse.*

2 *Pos-*

2 *Possessio iunior præsumitur clandestina, & sic non manutenibilis.*

3 *Possessio capta de ordine executoris Apostolici non dicitur spoliatiua.*

4 *Executor etiam Apostolicus nulliter, & iniuste procedens non priuat possessorem sua possessione.*

5 *Possessio data per executorem Apostolicum est nulla, si sine citatione processit.*

6 *Executor Apostolicus alio in possessione existenti partes Iudicis assumere tenetur.*

7 *Executor Apostolicus vbi partes Iudicis assumere debet, nihil facere potest nisi parte citata.*

8 *Clausula, vocatis vocandis, facit executorem mistum.*

Executor mistus partes Iudicis assumit nu. 8.

9 *Iudici asserenti partem fuisse citata, & alia solemnia adimpleta non creditur.*

10 *Citatio de qua solum constat per relationem, non sufficit, cum de qualitate illius apparere debeat.*

11 *Citatio personalis requiritur contra possessorem beneficij.*

12 *Citatio per contradictas fieri non potest contra personaliter non citatum.*

13 *Possessor etiam si fuerit absens personaliter citari debet in loco, in quo reperiatur.*

14 *Possessor beneficij citari debet vel domi vel ad valuas Ecclesiæ, in quo adest beneficium.*

15 *Absens ut sua possessione priuari possit quomodo citari debet, & sup. nu. 11. cum seqq.*

16 *Citationem non interuenisse, & minus legitime factam fuisse paria sunt.*

17 *Possessor non citatus, non dicitur sua possessione priuatus.*

Possessori non citato non denegatur manutentio numer. 17.

DECISIO CCCXIV.

IOSEPHO de Feria Prouiso Apostolico de Canonicatu, seu Præbenda Metropolitanæ Ecclesiæ Cusentinæ mandatum de manutenẽdo esse concedendum in illius possessione dixerunt Domini, quia ex publico Instrumento celebrato sub die 26. Octobris 1642. apertè constat eum possessionem accepisse de dicto Canonicatu, quod quidem instrumentum possessionis probat quoad omnes iuris effectus & per consequens etiam sufficit ad effectum
1 manutentionis, † dum non demonstratur, quod tunc temporis alius possideret ex doctrina *Bart. in l. Prædia ff. de acquirend. possess. l. non idcirco, vbi Bald. C. de fid. instrum.* quam in distinctè Rota sequitur, vt millies dictum fuit, & signanter *in decis. 202. num. 3. p. 1. diuers. decis. 92. nu. 1. p. 1. recent. & fuit resolutum in Elnen. Cameraria 13. Martij 1617. coram bon. me. Buratto, nec non in Lunen. Sarzanen. beneficij 13. Iunij 1625. coram Durano.*

Non obstat, quod postea sub die 30. Ianuarij 1644. Ioannes Dominicus Iannoccarus dicti Canonicatus possessionem acquisiuerit.
2 Quia stante anteriori possessione Iosephi † recentior præsumitur clandestina, & iniusta, & consequenter non manutenibilis *ad tex. in cap. licet causa de probat. Bart. in l. 1. §. quod ait num. 1. & in l. si duo sub numer. 4. ff. vti possid. Seraphin. decision. 1106. numer. 2. Rota decis. 139. num. 5. part. 7. recent.*

Et licet possessio dicti Ioannis Dominici iusta prætendatur ex quo capta fuit in vim Gratiæ Apostolicæ certo modo obtentæ, & vigo-
3 re decreti Iudicis Executoris, † quæ propterea videtur dici non posse spoliatiua iuxta *glo. in cap. præsentium verb. in aliam in fin. 7. q. 1. cap. intra quatuor de maiorit. & obedient. Gemin. cons. 112. Crauett. cons. 5. num. 8. cum alijs quos congerunt Gabr. conclus. 1. num. 123. de restit. spoliat. & Menoch. de recuperan. poss. rem. 8. nu. 3.* Tamen quia Exequutor nulliter, & iniustè processit, nequaquam dici potest quod priuauerit Iosephum sua posses-
4 sione, † adeo vt ipse non obstante dicti Ioan: Dominici immissione, sit manutenendus, *vt per DD. in l. clam possidere §. qui ad nundinas ff. de acquiren. possess. Rot. decis. 539. num. 5. p. 3. rec. & dec. 233. num. 20. decision. 366. numer. 1. & seq. & decis. 417. num. 2. coram bon. me. Coccino Greg. XV. decis. 9. num. 4.*

Nullitas autem ex eo resultat, quia dum ab Exequutore Apostolico tradita fuit possessio d. Canonicatus ipsi Io. Dominico, citatus non fuit Ioseph, prout requirebatur, cum in
5 illius possessione reperiretur, † certũ est enim nullam possessionis auocationem fieri posse nisi possessore citato *ad tex. in l. final. C. si per vim vel alio modo, l. de vnoquoque ff. de re iudic. Roman. cons. 69. num. 12. Alex. cons. 5. num. 1. vers. non constat lib. 2.* & præsertim de Exequutore litterarum
6 Apostolicarum, † vt partes Iudicis assumere teneatur alio existente in possessione, declarat *Felin. in cap. final. num. 24. & ibi communiter DD. de præsumpt. Rot. in nou. decis. 30. de rescript. & dec. 202. in princ. par. 1. diuers.* Itaut aliquid facere non
7 possit, † nisi parte citata *text. est satis clarus in l. de vnoquoque ff. de iudic. Rota in causa Tirasonen. elemosinariæ 28. Ianuarij 1602. coram Card. Lancellotto Iuniare, Ripana beneficij 12. Februarij 1599. corã Iusto, & in Mediolanen. beneficij 16. Nouembris 1611 coram Vbaldo,* quod fortius procedit in hac facti contingentia, quia Exequutor fuit mixtus stante clausula in litteris Apostolicis apposita,
8 *vocatis vocandis,* † quæ facit semper executorem mixtum, & propterea tenebatur tanto magis partes Iudicis assumere, & citare Iosephum iam possidentem *ad tex. in cap. licet Episcopus, & ibi glo. verb. te non vocato de præbend. in 6. cap. exhibita de iudic. Oldrad. cons. 227. num. 2. Calderin. cons. 4. de dilat. Felin. in c. fin. nu. 23. & seq. de præsumpt. cum alijs relatis per Rot. decis. 538. nu. 6. par. 5. recent. tom. 2.*

Non sufficit quod Iannoccarus prætendat dictum Iosephum fuisse citatum, quia hoc nõ probatur, præterquam ex sola assertiua emanata in Iudicis sententia, & tamen Iudici de
9 hoc asserenti, † et quod adhibita fuerit causæ cognitio, ac seruatæ fuerint solemnitates, quę solent, et debent obseruari, fides non est adhibenda, cum super his confici soleant separatæ scripturæ, vt benè explicat *Menoch. cons. 439. sub num. 28.* Præterea constare etiam deberet de
10 modo quo ista citatio facta fuit, † videlicet, an fuerit personalis, vel per edictum, & si per edictum an seruata fuerint requisita de quibus

bus per *Vestr. in prax. lib. 4. cap. 3. nu. 4. Pas. in prax. tom. 2. fol. 15. col. 3. num. 11. Rot. decis.* 104. num. 10.
11 *p. 6. recen.* et præcesserit citatio personalis,† quę omnino requiritur, *ex tex. in clem. 2. de re iudic. Seraph. decis.* 1276. *num.* 4. adeo vt ille, qui nun-
12 quam fuit personal iter citatus, † citari neque possit per contradictas *Put. decis.* 169. *lib.* 2. *cum alys per Cardin. Caualer. decis.* 410. *num.* 2. Nec refert quod dici possit Iosephum fuisse absente,
13 quia † nihilominus citari persoualiter debuit eo in loco, in quo reperiebatur, vt post *Imol. cons.* 105. *col.* 1. *Rota apud Caputaq; decis.* 117. *num.* 3 *p.* 1. *Dec. cons.* 460. *num.* 29. vel saltem in Domo suæ solitæ habitationis, et ad valuas Ecclesiæ
14 Cathedralis † in qua est Canonicatus controuersus, iuxta dispositionem tex. in *clem. causam 3. de election.* cuius formam esse præcisè seruan-
15 dam ad effectum vt † absens sua possessione priuetur firmauit *Rota in Rossanen. Parochialis* 14. *Iunij* 1645. *sub* §. *nullitas coram R. P. D. meo Otthobono*. Vltra quod etiamsi constaret de citatione per Edictum in loco Beneficij in hoc casu non officeret, quia dictus Iannoccarus impetrauit Canonicatum sub narratiua quod Ioseph in Vrbe reperiebatur, à qua discedere noluerat, vndè optimè sciebat vbi ille morabatur, et propterea in eadem Vrbe citari debebat, prout fuerat demandatum in ipsis litteris Apostolicis eiusdē Iannocari ibi citato dicto Iosepho.

Atque ita cum de legitima citatione non
16 constet, † et paria sint aliquid non fuisse legitimè factum, et non fuisse factum, *l. nihil interest. ff. de reg. iur. ex* huius citationis defectu nō
17 fuit priuatus Ioseph sua possessione, † qua stante non est ei deneganda manutentio ex vulgato §. *retinendæ instit. de interdict. cum concord.*

Et ita vtraque parte informante fuit decisum.

R. P. D. ARGVELLES.

Bonoñ fideicommissi de Guidottis.

Lunæ 7. Iunij 1649.

ARGVMENTVM.

Requisita ad inducendam substitutionem reciprocam in hac numerantur decisione: Quod nempe omnes sint honorati, quod vltimo fiat morienti, et quod in tota hæreditate, posteriora duo quomodo verificentur ex eadem decisione habebis.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio vt dicatur facta vltimo morienti satis est quod testator non expresserit à quo hæreditas sit restituenda, & vide nu.* 6.

2 *Substitutionem esse factam post mortem omnium, & vltimo morienti paria sunt vide autem nu.* 6.

Amplia existentibus coniecturis necessarys numero 3.

4 *Fusarius diligentia laudatur*.

5 *Reciproca facilius inducitur inter descendentes.*

7 *Substitutio vt dicatur facta in tota hæreditate ex quo deducatur, & nu. seqq.*

8 *Probatio trebellianicæ arguit substitutionem factam in tota hæredi ate.*

9 *in Fideicommissis attenditur voluntas testatoris ne dū expressa sed etiam tacita.*

Voluntas tacita ex coniecturis elicitur num. 9.

DECISIO CCCXV.

SVB diebus 24. Ianuarii, & 5. Iunii anni præteriti decisum fuit, constare de perpetuo fideicommisso ad fauorem omnium descendentium de Guidottis, et sub die 23. Ianuarij huius anni cōstare de fideicommisso reciproco ad fauorem omnium descendentium masculorum, ex eo quia multiplices, et vrgentissimæ visæ fuerunt coniecturæ resultare ex testamento Ioannis Senioris de Guidottis, nēpè vocatio omnium descendentium masculorum per lineam masculinam hæredem vsufructuarium, Multiplex substitutionum gradus, Substitutio tam in casum mortis omniū descendentium, quam in casum contrauentionis, hoc etiam addito, quòd descendentes contrafacentium nullum incommodum patiantur Diuisionis, et alienationis bonorum realis prohibitio, amplissimis verbis concepta rationeq; vestita, omnes casus complectens, quibuscumque hæredibus, et per quodcumque tempus scripta, Trebellanicæ prohibitio, Prouisio de hærede infuturum, et in casum delicti, Exclusio Religionis, Ecclesiæ, et similium, non in cœlibatus odium, sed pro conseruandis bonis in familia. Omnimoda fœminarum exclusio, illarumq; dotatio. Clausulæ codicillaris, et omni meliori modo.

Ideo Domini in dictis Decisionibus hodie persistendum censuerunt. Potissimè quia illa tria requisita ad hanc tacitam reciprocam inducendam necessaria reperiuntur, vt in dicta decisione 23. Ianuarij currentis anni §. in testamento enim.

Cicra primum, quod omnes sint honorari, nulla cadere potest dubitatio, quia omnes descendentes masculi, et per lineam masculinā in perpetuum sunt vocati, vt in allegata decisione 23. Ianuarij §. primum requisitum.

Secundum, quod substitutio sit facta vltimo morienti, omni prorsus caret difficultate; nam ex contentis in testamento, vt in vltima decisione §. secundum, benè compræhenditur quod substitutio facta fuit in defectum, et post mortem omnium, et sic vltimo; immo satis est, quòd Testator non expresserit à quo
1 hæreditas sit restituenda † ad hoc vt onus vltimo impositum dicatur *Bart. Castr. & cæteri Doctores in l. qui duos 42. ff. de vulg. Rota decis.* 266. *num.* 24. *decis.* 300. *num.* 12. *decis.* 361. *num.* 15. *vers. & licet non expressisset p.* 1. *recent. decis.* 209. *num.* 11. *par.* 4. *tom.* 2. *recen. in Auximana fideicommissi* 2. *Iunij* 1638. §. *tertium denique coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in secunda decisione huius causæ, §. sed cessat vlterius.*

Nulla enim est constituenda differentia inter

ter substitutionem factam post mortem om-
2 nium, † et vltimo decedenti iuxta magis, receptam sententiam cum qua latè discusso articulo resi det *Fusar.cons.45.num.8.uers. in quibus locis, Ro.mon.cons.9.num.18.Mart.de success.par.1.q.9.art.5.num.13.cum alys per Capice. Latr.decis.1.num.70.Rota decis.361.nu. 16.uers. nam contrariam sententiam p.1.& dec.467.num.8.p.5. tom.2. recent.*

Præsertim quando adsunt coniecturæ ne-
3 cessariæ † ex verbis testamenti desumptæ (vt in hoc sunt plurimæ coaceruatæ in alijs deci-
4 sionibus, *Fusar. de subst. q.472. per totam*, † qui sua diligentia nobis adimit laborem congerēdi Doctores. *Castill non minus diligens lib.4.contru.cap.9.num.4.Pereg.de fideicomm.art.13.num.73. Rota in Romana fideicommissi de Zephiris 4. Iulij 1646. §. sed his non obstantibus coram R.P.D. meo Bichio* (in casu satis difficiliori) & sumus in
5 descendentibus inter quos facilius † inducitur reciproca *Peregr.cons.56.num.13.lib.1. consil. 33. num.7.lib.3 & de fideicommissis dicto art.13.num.72 uers.cuibus addo. Rota in Romana fideicommissi de Zephiris 8.Februarij 1647. §.fin.coram R.P.D.meo Bichio, & in præcitata decis.23. Ianuarij §. & quicquid sit.*

Fachin.autem lib.4.contr.cap.81.& Larrea decis.
6 *Granu.61.num.15.& 16.& alij ab eis citati*, † qui contrarium dicunt, mouentur ex eo pluralitas resoluitur in singularitates ex iuribus per eos citatis, & benè explicatis à Larrea, quæ nostro casui applicari non possunt, cum toties appareat repetita voluntas Testatoris conseruandi bona in masculis familiæ, & nonnisi illa finita ad vltimò substitutos peruenire ex ratione *text.in l codicillis 34.ff.de usuf.leg.* Nam Mandel. opinionem existimatis tunc vno defuncto ad eius hæredes suam peruenire portionem, & postea omnibus vocatis à Testatore sublatis ad substitutum redire, benè reiecit *Rota in illa 23.Ianuarij §.non obstat*. Et lapsum fuisse ait *Fachin.ubi supra uers. fin.* Maximè in nostro casu, in quò tàm enixè prohibuit Testator omne diuisionis genus, & voluit semper inter ab eo Vocatos conseruari.

Tertij requisiti probatio, quod substitutio sit facta in tota hæreditate, clara desumitur,
7 ex† eò quòd fideicommittens bonorum diuisionem prohibuit, addita ratione, vt bona in perpetuum vnita permaneant, & sic de tota hæreditate disposuit, quia alias (*ut dictum fuit in sæpius allegata decis.23.Ianuarij §.tertium deniq.*) bona indiuisa in perpetuum penès Descendētes votatos stare non possunt, nisi vnus alteri sit grauatus restituere.

Quæ quidem substitutio in tota hæreditate comprobatur etiam ex eo, quòd fideicomittens in cap.38.testamentj Trebellianicæ detractionem prohibuit, substituendo etiam pupillariter in legitima filiorum, vt redigeretur ad hæreditatem; Ex huiusmodi autem Tre-
8 bellianicæ, † substitutionis requisitum in tota hæreditate oriri dixerunt *Curt. iun. consil.10. num.5 ad med.Rimin.sen.cons.243.num. 91. Zanch. ad §.tum ita p.6.num.203.Lancell. Gall. consil. 17. num.37.Menoch.cons.575.num.10. Barr.de subst.recipr.lib.7.cap.2.nu.3.uers.quintum* quando prohibuit detractionem Trebellianicæ *Capic.Latr.dicta decis.1.nu.76.*

His tribus requisitis, & tot tantisque coniecturis concurrentibus, certum est Testatorem omnes masculos successiuè vocatos voluisse inuicem esse substitutos, cum in fideicommissis ne dum expressa, sed etiam tacita
9 voluntas, † quæ ex coniecturis colligitur, attendatur *l.cum proponebatur 66. cum ibi notatis, ff.de leg.2.l.2.C.comm. de leg.*

Cui quidem solidissimæ resolutioni, non obstat asserta testamenti inobseruantia, cum optimè fuerit sublata ex responsionibus in illa 23. Ianuarij §. nec quicquam obesse uisum fuit cum seqq. datis, quas Domini iterum amplexi sunt.

Et ita &c.

R. P. D. MELTIO.

Posteà Reuerendissimo Episcopo PAPIEN.

Cortonen Cappellaniæ.

Lunæ 7. Iunij 1649.

ARGVMENTVM.

Possessio ciuilis de aliqua re, an dicatur translata ex eo, quod quis in illa re sibi reseruauit vsumfructum, quamuis addiderit, vt eius dispositio suum sortiatur effectum, secuta ipsius morte; primo loco discutitur. Consensus Ordinarij, omnino requisitus pro creatione beneficij, & acquisitione Iurisp. ex quibus sufficienter interuenisse dicatur, latissimè tractatur. Iuspatron. quando fuit in esse deductum, & perfectum, ac facta reseruatio illius auctoritate Ordinarij ad fauorem Titij, an, & quando tolli, & reuocari possit, ac in aliam personam transferri, erudite demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Possessio Ciuilis de aliqua re transfertur, ex eo, quod quis in illa re sibi reseruauit vsumfructum.*
Amplia etiam si superaddidit, vt eius dispositio debeat habere effectum, secuta ipsius morte numer. 16.
2 *Vsusfructus reseruatio super alio prædio, habetur loco fictæ traditionis illius, adinstar præcarij.*
3 *Vsumfructum vbi quis sibi reseruat, & transfert dominium, dicitur tacitè transferre possessionem Ciuilem, quæ illi adheret.*
4 *Possessio Ciuilis, finito vsufructu per mortem vsufructuarij trahit ad se possessionem naturalem.*
5 *& Possessor Ciuilis in ea manuteneri debet.*
6 *Præsentatus in actu fundationis beneficij, data eius habilitate, necessario institui debet.*
7 *Electio seù institutio in beneficijs nō est facienda nisi citatis contradictoribus interesse habentibus, & quando sufficiat citatio edictalis nu. 8.*
9 *Cancellario attestanti de spectantibus ad eius officiū, standum est.*
10 *Episcopi consensus omnino requiritur pro creatione beneficij, & acquisitione Iurispatronatus, alias nul-*

nullum ius attribuitur numero 29.

11 *Consensus Episcopi in creatione beneficij, & fundatione Iurisp. probatur interuenisse ex attestatione Notarij de ipso instrumento fundationis rogati.*

12 *Licentia Episcopi pro erigendo beneficio cum reseruatione Iurisp. sufficit absque alia reseruationis Iurisp. approbatione.*

13 *Consensus Ordinarij quandocumque interueniens sufficit pro erectione beneficij, & reseruatione Iurisp. & conditionibus iuri conformibus.*

14 *Consensus Episcopi licet præcedens erectionem beneficij, est sufficiens, nec requiritur alius consensus subsequens, & quando secus nu. 15.*

17 *Possessio iam antea in aliquem translata non tollitur per possessionem posteriorem cum clausula*, constituti, *in alterum translata.*

18 *Iusp. reseruatio ad fauorem alicuius quæ fuit perfecta, alia posterior non venit consideranda.*

19 *Clausula*, constituti, *tanquam accessoria, non operatur nisi data validitate contractus.*

20 *Immissio non denegatur ad effectum confirmandi possessionem iam captam.*

21 *Neque ad effectum acquirendi nouam possessionem, quatenus prima, aliquam pateretur difficultatem.*

22 *Immissio quibus concurrentibus competat Instituto ab Ordinario vigore præsentationis patronorum habentium ius præsentandi.*

23 *Iuramentum quid operetur.*

24 *Iurisp. reseruatio ad fauorem alicuius facta, efficitur irreuocabilis ex stipulatione Notarij pro absente.*

25 *Iusp. quando fuit in esse deductum, & perfectum auctoritate Ordinarij non potest reuocari nec tolli eis, quos iam fundator voluit esse patronos.*

26 *Iurisp. translationi in aliam personam, in præiudicium eius cui iam fuerat ius quæsitum, non potest Episcopus validè consentire, & quare nu. 28. & quando secùs nu. 27.*

DECISIO CCCXVI.

VTRVMQVE remedium siuè manutentionis siue immissionis in possessionē Cappellæ, de qua agitur, & bonorū pro illius dote ab Innocentina fundatrice assignatorū Paulo ad dictam Cappellam præsentato concedendum
1 esse Domini dixerunt. † Quia de illius possessione constat ex reseruatione vsusfructus bonorum à dicta Innocentia fundatrice pro dote dictæ Cappellæ assignatorum durante eius vita in eodem Instrumento facta, cuius vigore translata fuit in ipsam Cappellam, ac eumdē Paulum primum in Instrumento fundationis Rectorem nominatum possessio Ciuilis *l. quisquis, & l. si quis argentum, §. sed siquidem C. de donat. Alex. cons. 117. num. 5. in fin. vers. Item probatur*
2 *primo, Ang. cons. 44. in princ. vers. aut illud*, † vbi quod reseruatio vsusfructus habetur loco fictæ traditionis ad instar precarij, & similium *Honded. cons. 18. num. 2. & 3. & num. 46. lib. 2. Ferret.*
3 *cons. 122. num. 3. lib. 1.* & in puncto † quod vbi quis sibi reseruat vsumfructum, & transfert dominum videatur tacitè transferre possessionem Ciuilem, quæ illi dominio adhæret, resoluit *Rota coram Puteo decis. 215. num. 3. lib. 3. & in recen. decis. 520. num. 2. p. 2. & in Romana donationis 9. Maij 1621. coram Eminentiss. D. Card. Verospio*
4 Dicta† autem possessio Ciuilis ex instanti quo extinctus fuit vsusfructus per mortem Innocentiæ vsufructuariæ traxit ad se naturalem, in qua præfatus Paulus manuteneri debet ex *allegat. per Thesaur. q. forens. 96. num. 4. lib. 2. Rota in recen. decis. 291. num. 2. p. 7. in Romana de Incoronatis 29. Aprilis 1616. coram bon. me. Vbaldo, inter impress. apud Modern. de manutenen. decis. 299. num. 4. & 5. vers. Tum etiam ex reseruatione Ferrarien. manutentionis 28. Ianuarij. 1641. coram bon. me. Pirouano, & in Recanaten. manutentionis 27. Iunij 1641. coram R. P. D. meo Cerro.*

Constat etiam de possessione Pauli manutenibili ex Instrumento illius institutionis, & immissionis in actualem possessionem dictæ Cappellæ ab Ordinario Cortoneñ obtentæ *sub die 11. Martij 1646.* vt ex Instrumento relato in
5 eius *Summario sub num. 4* † qua mediante controuerti non potest, quin fuerit ei acquisita (saluo vsufructu prædicto) possessio bonorum ad dictam Cappellam spectantium, in qua secuta morte Innocentiæ manutenendus est iuxta doctrinam *Anchar. in reg. beneficium col. vlt. ante num. 12. vers. & ideo ego dico de reg. iur. in 6 Couar. lib. 3. var. resol. cap. 16. num. 13.* Rota coram *bon. me. Coccino decis. 51. sub num. 5. & in recen. decis. 245. sub num. 4. vers. Præterea par. 3. & comprobat. Boccat. de interdict. cap. 2. sub numer. 72. versicul. Præterea, & sub num. 86. vers. Possessio capta de tit. benefic. & seqq.*

Hinc tollitur obiectum, quod non constet de legitima beneficij erectione, & institutio-
6 ne Pauli; † Nam beneficij erectio probatur ex Instrumento fundationis, & dotationis factæ ab Innocentia sub die 5. Februarij anni 1646. cum consensu Ordinarij *Summario Pauli n. 2.* & institutio Pauli pariter probatur ex alio publico Instrumento sub die 11. Martij eiusdem anni, *eodem Summario nu. 4.* & dictus Paulus cū fuisset ab Innocentia in actu dictæ fundationis specialiter nominatus erat (data eius habilitate) necessariò instituendus *cap. decernimus, cap. Monasterium 16. q. 7. cap. Pastoralis de iurepatr. Lambert. de iurepatr. p. 2. lib. 2. q. 8. art. 15. nu. 1. per tot. Rot. penes Burat. decis. 547. sub num. 6. vers. & ideo si sit præsentatus &c. & decis. 804. num. 1. vers. & propterea, cum alijs adductis in Fesulana beneficij coram R. P. D. meo Bichio sub die 27. Iunij 1646. in §. habilitatem denique, ac sub die 5. Decembris eiusdē anni, in §. Ideo Bartholomeus.*

7 Neque manutentioni refragatur, † quod fuerit deuentum ad institutionem non citatis illis de Venutis, & sic contra formam *cap. fin.*
8 *de elect. in 6.* † quia cum eorum interesse ex posteriori Instrumento resultans non esset eo tēpore cognitum, ita quod certi apparerent cōtradictores, sufficiens fuit citatio edictalis *iuxta textum in dicto cap. final. in §. vocationem autem, vbi glos. in verb. generaliter, & ibi DD. de elect. in 6.* & dictam citationem præcessisse constat ex attestatione Cancellarij Episcopalis de eodem
9 Instrumento rogati *Summario num. 4.* † cui tanquam attestanti de spectantibus ad eius officium standum est, vt sæpissimè dictum fuit, & si-

& signanter penes *Burat.decis.706. num.2. vers. cui tanquam.*

Prætendi neque potest, quod in reseruatio-
10 ne iurispatronatus, de quo agitur, † defuerit consensus Episcopi omnino requisitus pro creatione beneficij, & acquisitione Iurispatronatus *cap.nullus, cap.illud, cap.quod autem, & cap.*
11 *suggestum de iurepatr.* † Quoniam illum interuenisse probatur tum ex attestatione Notarij de ipso Instrumento fundationis rogati, ibi, *Con consenso dell'Illustrissimo Monsig. Vescouo di Cortona datomi à bocca, Rota penes Coccin.decis.353*
12 *sub num.3.vers.ista autem*; † tum ex licentia expresè data ab Episcopo sub die 5. Februarij eiusdem anni in *Summario Pauli num.* 1. erigendi dictum beneficium cum reseruatione iurispatronatus, nominatione Rectoris, ac alijs conditionibus fundatrici bene visis, quæ sola licentia fuit sufficiens absque eo quod alia sequeretur reseruationis iurispatronatus,& aliorum præmissorum approbatio, vt probatur in *cap.Nobis de iurepatr.Rot.penes Coccin.decis.453. num.7.vers.hinc dicitur, & penes Card. Caual. de-*
13 *cis.336.num.4.versicul. Nam respondebatur*, † vbi enim agitur de erectione cum reseruatione Patronatus, & conditionibus iuri conformibus sufficit auctoritas, & consensus Ordinarij quandocunque interueniens *Calderin. cons. 20. de iurepatron.Roch.de Curt.in verb.pro eo q.4. nu.9. cum alijs per Adden.ad bon.me.Burat. decis.1.nu.25.*
14 &†in terminis consensus Episcopi præcedentis erectionem, quod sufficiat, nec requiratur alius consensus subsequens tradit *Lambertin.de iurepatr.lib.1.p.1.q.2.art.3.num.12. Sanchez. lib.2.*
15 *cons.moral.cap.2.dub.33. num.3.* † Quicquid dicendum esset si ageretur de conditionibus appositis contra Ius, et Sacros Canones; Nam tunc non sufficeret consensus Episcopi præcedens, vel contemporaneus erectioni, sed requireretur alter subsequens approbatiuus, & in his terminis loquuntur *Roch. & Lambertin. lib.1.p.1.q.9.num.49.vers.declara, & num. 10. fol. 149.vbi sic distinguit Sanchez.lib.2.cons.moral. cap. 1.dubit.10.num.5.Rot.decis.331.num. 9. & 10.p.4. recent.* allegatur pro parte illorum de Venutis, qui proinde non applicantur proposito casui, ex quo fundatrix non apposuit aliquam conditionem iuris dispositioni resistentem.

Neque repugnant verba in eadem funda-
16 tione apposita, † ibi, *Con patto, e dichiaratione, che la detta Signora Innocenza riserua à se stessa durante sua vita l'vsufrutto di detti beni, siche l'effetto sia che la detta fondatione habbia luogo seguita che sarà la morte di detta Signora Innocenza*; ex quibus ab Informantibus pro Venutis inferebatur voluntatem fundatricis fuisse non transferendi possessionem Ciuilem nisi secuta eius morte naturali. Quia dicta verba non respiciunt dictæ fundationis substantiam, neque illius perfectionem, nec Ciuilis possessionis translationem impediunt, sed solam facti executionem, ac naturalem apprænsionem suspendunt, differuntque in tempus mortis dictæ fundatricis *l. quoties C. de donat.quæ sub mod.* & fuit responsum in *Romana de Incoronatis apud Modern.de manut.decis.299.num.6. vers. nec visum* *fuit subsistere, & in eadem 20.Februarij 1617 ibidem decis.300.num.14.vers. sed huic obiecto num seqq. & & decis.57.sub num.12.vers.non obstat, & seqq.p.7 recent.*

17 Minus impediri valet manutentio† sub prætextu alterius constituti appositi in Instrumento ad fauorem dd.de Venutis celebrato. Quia in hoc Iudicio potior est conditio Pauli, cui ex reseruatione vsusfructus, nec non ex Institutione, ac actuali immissione fuerat iam antea in dd.bonis translata possessio *l. potius C. de rei vindic.Alex.cons.14.nu.8.lib.7.& cons.23. nu.8. lib.3.Dec.cons.226.nu.1.* Vnde non potuit deinde in dicti Pauli præiudicium transferri in dictos de Venutis possessio, præsertim per actũ inualidum, & inefficacem, qualis fuit ille secundæ reseruationis Iurispatronatus ad eorũ
18 fauorẽ factus, † quia stante prima reseruatione facta ad fauorem Io:Thomæ de Thomasijs & fauorem hæredum, quæ fuit perfecta, & irreuocabili stante consensu Ordinarij habito in limine fundationis, & acquisitionis, alia posterior non est considerabilis cum minimè sustineri possit *Rot.decis.37.num.4.p.7. recent.* &
19 consequenter † cessat virtus Constituti, quod tanquam accessorium non operatur nisi data validitate cõtractus *Bald.in l.1.§.si vir vxori cedat possessionem col.3.& ibi Ias.num.18. ff.de acquir. poss. Alex.cons.81.num.14.lib.3.Tiraq.de constit.p.3 limit.7.num.8. Rot.in Mediolanen.donationis de Poris 12.Februarij 1599.coram Orano apud Modern. de manut.decision.390.num.10. versicul. nec potest suffragari 4. Iunij 1600. coram recol.mem.Card.Pamphilio, apud eumdem dec.85.nu.12.vers.Nec Io.Baptistæ suffragatur.*

Vigore eiusdem institutionis Domini dixe-
20 runt etiam † dandam esse Paulo immissionẽ, siuè per viam confirmationis possessionis iam captæ pro qua non denegari immissionem, tradit *Menoch.de adipisc.remed.4.nu.348. cum seqq.*
21 *& firmatur in decisione 129.num.1.p.5.recen.*† siue ad effectum acquirendi nouam possessionem, quatenus prima aliquam pateretur difficultatem *Rot.decis.549.num.13.vers.sed quatenus etiam*
22 *par.5.recent.* concurrunt† enim ad dictam immissionem omnia requisita nempe existentia iurispatronatus, & habilitas personæ approbatæ ab Ordinario mediante institutione, quibus stantibus, vt immissio de plano competat Instituto ab Ordinario vigore præsentationis Patronorum habentium Ius præsentandi fuit dictum in *Vrbinaten.beneficij 28. Ianuarij, & 14. Iunij 1613.coram bo.me.Vbaldo.*

Neque releuat quod fundatrix paulò post nominationem de Equite Thomasio in Patronum, & de Paulo in primum Rectorem factã in actu fundationis Iurispatronatus illam reuocauerit, ac Patronos esse voluerit illos de
23 Venutis. † Quia cum actus præcedentis erectionis Iurispatronatus cum qualitatibus, & conditionibus adiectis esset iam in esse deductus, ac perfectus ex consensu Ordinarij præstito in limine dictæ fundationis, vtique non licuit fundatrici pænitere, & reseruationem iam radicatam, & impressam reuocare in præiudicium Patroni, & nominati, quibus fuerat antea

antea ius quæsitum tam ex iuramento, quod dirigitur in Deum, qui vbique præsens est, & recipit pro absente *Alex. in l. stipulatio ista §. alteri num. 5. ff. de verb. obligat. Seraph. de priuil. iuramen. priuil. 24. num. 2. Rota penes Buratt. decis. 149. num. 2*
24 *vers. etiam quod fuerit facta*, † quàm ex stipulatione Notarij, vt in *d. decis. 149. nu. 2. vbi Adden. Grat. descept. forens. cap. 471. num. 20. 21. & 22. Rot. coram Seraph. decis. 472. nu. 12. & seqq. & decis. 724. num. 8. & in recen. decis. 37. num. 5. & 6. p. 7.* Et in
25 terminis † quando Iuspatronatus fuit in esse deductum, & perfectum auctoritate Ordinarij, quod non possit reuocari, seù mutari, nec tolli eis quos iam fundator voluit esse Patronos firmat *Calderin. cons. vlt. vers. in contrarium de iurepatr. eodem tract. in verb. pro eo nu. 34. in fin. vers. limita tamen. Lambert. eod. tract. lib. 1. p. 1. q. 4. art. 7. in fin. vers. benè ex his, Grat. discept. forens. cap. 177.*
26 *num. 4. cum seqq. & 21. & 22.* vbi quod nec minus Episcopus potest validè consentire translationi Iurispatronatus in aliam personam in præiudicium eius, cui iam fuerat ius quæsitũ *Garz. de benefic. p. 5. cap 9. nu. 68. & 69. vers. & licet*, & comprobauit *Rota decis. 228. num. 1. vers. non obstat p. 1. diuers. & in rec. decis. 37. n. 2. vers. Idemque fundatrix. par. 7.*
27 Neque huic opinioni † repugnant *Zabarell. Roch. de Curt. Lambert. & allegat. decis. Conchen. Cappellaniæ de Belmonte coram bon. me. Cardin. Fabritio Verospio*, quia illæ doctrinæ loquuntur de dispositione facta in vltima voluntate, & ante præstitum consensum ab Episcopo, secus est autem in erectione facta per contractum in-
28 ter viuos auctoritate Episcopi. † Nam tunc dicitur facta pollicitatio Deo, & illi tertio, cui quæsitum est ius, in cuius propterea præiudicium non permittitur aliqua variatio *Grat. disceptat. forens. dicto capit. 177. numer. 5. vers. stante enim.*
29 Consideratum fuit etiam, † quod in sequẽti dispositione ad fauorem dd. de Venutis facta nullus interuenit Episcopi consensus, ex cuius solo defectu, vt nullum illis fuerit Ius attributum declarat *text. in cap. Nobis, vbi glos. 1. de iurepatr. cum concord. relatis per Adden. ad Buratt. decis. 1. sub numer. 23. versic. in reseruatione*, quæ tamẽ in petitorio iudicio exactius discutienda erunt.

Et ita resolutum fuit vtraque parte informante &c.

REVERENDISS. P. D. CERRO Sacræ Rotæ DECANO.

Cæsaraugustana Distributionum.

Lunæ 7. Iunij 1649.

ARGVMENTVM.

Statutum clarè, & specificè loquens, ad vnguem seruandum est, præsertim si emanauerit de partium consensu, & fuerit Apostolica authoritate confirmatum, & hinc demonstratur, quæ forma seruanda sit in condendis statutis, facultate Apostolica impetrata; pariterque explicatur an, & quando statutum confirmatum à Sede Apostolica tolli, vel aliter statuẽdo reuocari possit.

SVMMARIVM.

1 *Statutum, quando clarè, & specificè loquitur ad vnguem seruari debet, nec ab illius expressa dispositione recedere licet.*
2 *Statutum ex quibus dicatur transisse in contractum, & effectum fuisse Papale, & per consequens in perpetuum obseruandum.*
3 *Clausula sine præiudicio quid operetur, & nu. 7.*
4 *Statuta condita cum facultate Apostolica, non debent aduersari Bullæ Pontificiæ.*
5 *in Gratijs Apostolicis, regulariter tempus datæ attendi debet, amplia vt num. 6.*
8 *Clausula sine præiudicio, licet nihil de nouo tribuat, ius tamen prius inherens totaliter præseruat,*
9 *Canonici stante insufficientia redditûum, compelli non possunt ad aliquem recipiendum in locum antiquorum Canonicorum demortuorum.*
10 *in Statutis condendis cum facultate Apostolica quæ forma seruari debeat.*
11 *Statutum confirmatum à Sede Apostolica, an & quando tolli, vel aliter statuendo reuocari possit.*

DECISIO CCCXVII.

REDDITVS Ecclesiæ Cæsaraugustanæ, dum olim ipsa existebat in statu Regulari Ordinis Sancti Augustini, in vnicam dumtaxat bursam, seu massam communem reponebantur, & de ipsis participabant tam Canonici, quàm Portionarij, cæterique Beneficiati, ea tamen forma, vt Canonici integram, Portionarij verò dimidiam portionem pro distributionibus quotidianis, diurnis, ac nocturnis reciperent. Verum Clemens Octauus san. me. anno 1604. ad preces Philippi Secundi, tunc temporis Hispaniarum Regis eamdem Ecclesiam sæcularizauit, ac numerum Canonicorum ad vnum dumtaxat redactum ad viginti quatuor auxit, quorum contemplatione, & vtilitate nouos redditus antiquæ massæ applicauit, nouamque massam ex illis pro ipsorum tantummodo commoditate fieri mandauit, addito, quod deductis prius oneribus omnes præfati Canonici de fructibus dictæ nouæ massæ æquis portionibus, & indifferenter participare deberent, sine tamen præiudicio Portionariorum, aliorumque participantium de distributionibus, & alijs fructibus ad antiquã massam hactenus spectantibus; Et insuper pro prospero, & fælici statu, ac regimine ipsius Ecclesiæ, & pacifica perceptione, diuisione, & repartitione distributionum, Anniuersariorum, Eleemosynarum, aliorumque emolumentorum concessit Capitulo plenam, & totalem facultatem condendi Statuta, licita tamen, & honesta, ac Sacris Canonibus, decretis Concilij Tridentini, & Constitutionibus Apostolicis non contraria per Nuncium Apostolicum, vel Archiepiscopum Cæsaraugustanum examinanda, & approbanda. Cuius qui-

quidem facultatis vigore, ad tollendas omnes differentias super huiusmodi diuisione, & repartitione oriundas, conditum fuit anno 1607 à Procuratoribus Capituli solemniter constitutis, quoddam statutum mandans, quod ex nouis, redditibus Capitulo applicatis in dicta Bulla sæcularizationis, tantum adderetur Bursæ communi, vt Decanus, & Dignitates, ac singuli Canonici regalia sex, Portionarij verò, & Beneficiati participantes regalia tria pro distributionibus quotidianis, horis diurnis consequerentur. Et huiusmodi Statutum successiuè à bon. memor. Cardinale Mellino, tunc temporis Hispaniarum Nuncio authoritate Apostolica examinatum, &c. confirmatum fuit, atque Capitulariter à Canonicis acceptatum, & obseruatum vsque ad annum 1611. quoad huiusmodi præstationem se se amplius non teneri dixerunt. Vnde introducta desuper lite, & terminato Iudicio possessorio ad fauorem Portionariorum cæptum fuit petitorium, in quo æditis tribus decisionibus, *3. Decembris* 1540. 22. *Iunij* 1641. *coram Eminentiss. D. Cardinale Panzirolo, & 21. Maij* 1642. *coram Reuerendiss. D. Salamantino*, latæ fuerunt duæ sententiæ conformes declarantes Capitulum teneri prædictum Statutum seruare, & iuxta illius formam, singulis annis supplere in bursa cõmuni tantam quantitatem, quæ sufficiat pro dictis tribus regalibus vnicuique Portionario singulis diebus præstandis; sed causa per appellationem mihi delata, proposui discutiendum An sententia Rotalis sit confirmanda, vel infirmanda, & confirmandam esse post quarta disputationem Domini responderunt; Quia non reuocata in dubium illius validitate, Iustitia conuincitur ex lectura ipsius. Statuti ad litteram disponentis circa distributionum repartitionem iuxta modum in eadem senten-
1 tia expressum; † Præfatum enim Statutum, cum clarè, & specificè loquatur ad vnguem seruari debet, nec ab illius expressa dispositione recedere licet, *ad text. in l. Ancillæ, ibique glos. ff. de furt. & in l. Cõstitutionibus ff. ad mũicipal. Bald. in l. Gallus §. si eius in secundo notab. ff. de lib. & posth. alijque relati in prima decisione Eminentiss. D. Card. Panziroli, §. Cum autem circa finem, & in decisione*
2 *coram Reuerendiss. D. Salamantino §. sed quia.* † Præsertim cum emanauerit de partium consensu, à Nuncio Apostolico in amplissima forma fuerit confirmatum, & à Capitulo per plures annos executioni demandatũ, ex quibus proindè transiuit in contractum, & effectum fuit Papale, itaut per consequens in perpetuum veniat obseruandum, *ex plenè probatis in omnibus supradictis Decisionibus.*

Nec subsistit, quod in pluribus aduersetur dictæ Bullæ sæcularizationis Blementis Octaui.

Prima enim contrarietas ex eo desumpta, quod redditus Beneficiorum suppressorum ex forma ipsius Bullæ ponendi essent in massa noua ad commodum dumtaxat, & vtilitatem Canonicorum nouiter erectorum, & nihilominus Statutum illos poni mandauerit in massa veteri, ac ad illorum participationem admiserit etiam Portionarios. Tollitur penitus animaduertendo, quod cum summus ille Pontifex in dicta Bulla *num.* 58. admiserit Canonicos nouiter erectos ad participationem fructuum mensæ Capitularis, seu massæ antiquæ sine præiudicio Portionariorum de fructibus ad eamdem mensam hactenus spectantibus Participationum, ibi, *omnes Canonici præfati de fructibus dictæ mensæ Capitularis æquis portionibus, & indifferenter, sine tamen dicti Gabriellis, ac Portionariorum, & aliorum de portionibus mensatis prædictis, nec non alijs fructibus ad eamdem mensam hactenus spectantibus, & pertinentibus participãtium &c. præiudicio participent &c* Ex huiusmodi verò Canonicorum admissione Portionarij maximum damnũ, & præiudicium passi fuerint cum exinde antiqua ipsorũ portio sum-
3 moperè diminueretur. † Vtique ad consulendum eorum indemnitati omnis æquitas suadebat, quod ipsi admitti deberent ad aliquam participationem massæ nouæ, ne contra mentem Pontificis ex dicta clausula, *sine præiudicio*, satis apertè declaratam, ipsi remanerent in damno, & euidens præiudicium sentirent, *vt optimè ponderatur in prima decisione Eminentissimi D. Cardinalis Panziroli, §. & ex hoc etiam, & in decisione Reuerendiss. D. Salamantini, §. Participatio verò cum seqq.*

Maximè cum in eademmet Bulla *sub numer.* 107. expressè tribuatur Capitulo facultas cõdendi quæcumque statuta super perceptione, diuisione, & repartitione omnium fructuum, & dictributionum etiam quotidianarum à Nuncio, vel Archiepiscopo examinanda, & approbanda pro fælici, & prospero
4 huius Ecclesiæ gubernio: † Vndè cum statutaria admissio Portionariorum ad participationẽ Massæ nouæ dicatur repartitio fructuũ facta pro bono gubernio, & regimine iuxta Bullæ permissionem, nullatenùs dici valet Statutum huiusmodi esse illi contrarium, & consequenter clausulæ generales, quibus eadẽ Bulla munita reperitur, multò minus obstare videntur, *vt benè respondetur in dicta decisione D. Cardinalis Panziroli dicto §. & ex hoc ver. Præsertim cum per eam, & in dicta decisione D. Salamantini §. Adeo quod statutum.*

Nec obstat, quod per dictum augumentum Canonicorum numerum viginti quatuor nõ excedens nullum illatum fuerit Portionarijs præiudicium considerabile, cum in statu regularitatis Ecclesia, de qua agitur, esset receptitia, & aliquando in ipsa quinquaginta Canonici extiterint.

Quia cum inter partes non controuertatur tempore Bullæ sæcularizationis in dicta Ecclesia vnicum tantummodo extitisse, Canonicũ, maximum proindè præiudicium Portionarijs illatum fuit, dum ad participationem Massæ antiquæ de qua vnicus dumtaxat Canonicus tunc temporis existens participabat, viginti quatuor nouiter in eadem Bulla instituti ad-
5 mittebantur, & consequenter, † cum regulariter in Gratijs Apostolicis tempus datæ attendi debeat *cap. eam te, vbique gloss. verb. datam, & Felin. num.* 18. *de rescript. cap. si eo tempore eodem tit.*

tit.In 6.Rot.in recent.decis.387. num. 16. part.5. & decis. 99.nu.2.& 3.p.7.& coram Card.Caual. decis.
6 *196.nu.1.vers.Quia ad hunc effectum,* † præsertim vbi agitur, prout hic, de præiudicio tertij, *vt ad propositum dictum fuit coram eodem Card.Caual. decis. 46. num. 4.* Præiudicium Portionariorum ob huiusmodi augumentum fuisse
7 euidentissimum inficiari non potest, † & propterea per dictam clausulam præseruatũ censetur, *vt ratiocinatur dicta decisio D. Salamantini,*
8 *§. Absque quod valeat.* † Licet enim huiusmodi clausula, *sine præiudicio*, nihil de nouo tribuat Ius tamen prius inhærens, (quod in casu nostro verificatur in perceptione fructuum Massæ antiquæ cum participatione vnius dumtaxat Canonici) totaliter præseruat *Caputaq;dec. 119.p.1.Put.dec.113.lib.2.in correct. Card. Seraph. decis.144.num.6.cum alijs in dicta prima decisione D. Cardinalis Panziroli, §. Et ex hoc etiam tollitur, ac dictum fuit in Ariminen.Castrorum 14. Fabr.1642. coram Reuerendiss.D.meo Decano.*

Ponderando insuper, quod numerus Canonicorum de tempore præfatæ sæcularizationis ad vnicũ dũtaxat reductus fuerat, quia facultates, & redditus mẽsæ Capitularis, seù Massæ ãtiquæ pro maiori quãtitate nullatenus suppetebãt, vt euidenter demonstrat addito dictorũ viginti quatuor nouiter erectorum facta in dicta Bulla præuia assignatione, & destinatione
9 nouarum facultatum; † Stante enim huiusmodi redditũum insufficientia Portionarij, & Beneficiati compelli non poterant ad aliquẽ recipiendum in locum antiquorum Canonicorum demortuorum, & illi validè se se apponere poterant, *vt probant Abb.in cap.ex parte nu.4.ibique Imol.nu.10.vers.in eadem glos.de concess. præbend. Modern.Roman.de re benef.lib.1. q. 14. sub num.19.uers. tamen id intelligitur, & num. 21. cum seqq.Cardin.Mantic.decis.229.num.3.* Vnde multò minus refragari potest, quod retroactis tẽporibus huiusmodi Ecclesia fuerit receptitia etiam quinquaginta Canonicorum, dum de tempore dictę sęcularizationis ob pręfatam redditũum insufficientiam vlterior Canonicorum electio fieri non poterat in pręiudiciũ Portionariorum, aliorumque Beneficiatorũ & consequenter eo magis dicta clausula pręseruatiua operari debet effectum suum supra deductum.

Secunda contrarietas ex eo, quod statũtum faciat ęquales Dignitates cum Canonicis, quę tamen per dictam Bullam erant exclusę tam in statu regulari, quam sæculari; non spectat ad pręsentem quęstionem cum Portionarijs agitatam, ideo Domini dixerunt fore examinandam cum ipsismet Dignitatibus.

10 Tertia † denique deprompta ex quo idem Statutum confectum fuit à Capitulo absque interuentu Archiepiscopi contra formam tam *Sacri Concilij Tridentini sess. 21. cap. 3. & sess. 22. pariter cap.3.de reformat.* quàm ipsiusmet Bullę *sub numer. 78.* remouetur ponderando, quod erectio nouę bursę, & repartitio fructuum, ac distributionum sunt duo actus pęnitùs inter se distincti, & separati. Quorum primus per Sacrum Concilium locis allegatis, & Bullam *dicto num. 78.* ipsi Archiepiscopo demandatur; Secundus verò concernens repartitionem fructuum, & distributionum non comprænenditur sub Concilio, sed ex forma dictę Bullę *sub num. 107.* Capitulo commissus fuit, cum examine tamen, & approbatione Nuncij Apostolici, vel Archiepiscopi Cęsaraugustani. Vnde cum statutum, de quo agitur, non loquatur, nec versetur super primo actu, scilicet erectionis nouę bursę, sed super secundo repartitionis fructuum, & solemniter per Nuncium fuerit examinatum, & approbatũ, (vt toties dictum est) Vtique tantum abest, quod videatur dictę Bullæ, Contrarium, quinimò totaliter est ipsi conforme tanquam præcise confectum, iuxta formam ab ipsa præscriptam, *vt respondetur in omnibus prædictis decisionibus.*

Nec subsistit, quod præfatum Statutum reuocari potuerit, prout de facto fuerit reuocatum.

11 Quia † cum Capitulum non habeat facultatem statuendi, vel statuta immutandi, nisi accedente Authoritate Apostolica mediantibus prædictis examine, & approbatione Nuncij, vel Archiepiscopi; Statutum verò, de quo agitur (vt sæpius dictum fuit) per Nuncium tunc temporis Hispaniarum authoritate Apostolica examinatum, & confirmatum fuerit. Vtique tolli non potuit, nec aliter statuendo reuocari eadem Apostolica solemni confirmatione non intercedente, *ex theoric. Bart. in l. omnes populi num. 33. vers. Aut non poterat facere ff.de iustit.& iur. quem sequutus fuit Abb. consil. 25. num.25.p.2.& comprobauit Rota coram Cardin. Seraphin.decis.538.num.1.vers tamen non habet, in recent.decis.104.sub nu.2.vers. maximè cum ab huiusmodi par.3.& decis.87.num.3.par. 7.& dictum fuit in dicta decisione Eminentissimi D. Cardinalis Panziroli, §. Nec videtur.* Vltra quod asserta reuocatio tanquam notoriè nulla, & attentata *præuijs duabus decisionibus coram me æditis 17. Februarij, & 26.Iunij* 1645. reuocata fuit, & pro illius reuocatione *præuia altera decisione sub die 25. Maij* 1646. ad Censurarum, & declaratoriæ relaxationem processum ob duritiem Capituli mandatis Rotalibus parere recusantis.

Cæterum repetita fructuum diminutio penitus sublata fuit in omnibus alijs præcedentibus decisionibus, & signanter ex quo non solum vnquam iustificata non fuit, sed plenè ælisa ex libris eiusdem Capituli, & relationibus Peritorum, ex quibus apparuit redditus huius Ecclesię à dicto anno 1607. potiùs fuisse auctos, quàm diminutos. Quinimò suffragari non potest, dũ ex forma dicti Statuti Capitulũ supplere tenetur in bursa communi, quidquid necesse erit pro solutione dictorum trium regalium, *vt respondetur in decisione.D. Salamantini §. finali.*

Atque ita resolutum fuit vtraque parte trina vice informante, hodie verò Portionarij tantùm &c.

R.P.

R. P. D. ARGVELLES.

Romana Fideicommissi.

Lunæ 8. Iunij 1649.

ARGVMENTVM

Iudicium qui instituit vigore fideicommissi hęc tria capitulatiue probare tenetur, existentiam nempe, purificationem illius, quodque bona eidem sint fideicommisso supposita: ex quibus autem hæc omnia probata remaneant ex lectura decisionis habebis.

In legitimam imputatur quidquid filius ab hæreditate patris fuit consecutus.

Prohibitio Testatoris licet legitimæ non præiudicet eidem, tamē præiudicat prohibitio Principis.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissi existentia probatur ex testamento fideicommittentis.*
2 *Fideicommissum probatur ex confessione fideicommissariorum emanata in supplicatione facta ad effectum vendendi, & quando.*
3 *Testamentum in quo filij sunt præteriti dicitur iniustum.*
4 *Obitus sine filijs de iure præsumitur.*
5 *Fideicommissum factum sub conditione si sine filijs purificatur per mortem grauati sine illis.*
6 *Institutio conditionalis habetur pro pura conditione purificata.*
Puri, & purificati eadem est ratio nu. 6.
7 *Filiatio probatur ex dotatione, & collocatione in matrimonium.*
8 *Filius præsumitur legitimus.*
9 *Legitimatio probatur vbi quis vti filius legitimus bona suorum parentum possidet.*
10 *Confessio probat inter confitentes, & habentes causam ab eis, & num. seq.*
12 *Successor authoris confessionem infringere non potest.*
13 *Testamentum impugnare non potest qui ex eo petijt immissionem.*
14 *Testamentum, de cuius identitate constat, ex partis confessione probatur non esse vitiosum.*
15 *in Legitimam imputatur Summa ad computum legitimæ recepta.*
16 *in Legitimam imputantur bona, & pecuniæ per filium receptæ.*
17 *Legitima probatur consumpta ex alienationibus vbi non fuit inuentarium confectum, & nu. 19.*
18 *Alienationes factæ à nepote deseruiunt pro detractione legitimæ filij.*
20 *Bona fuisse supposita fideicommisso probatur ex confessione ipsius grauati.*
Confessiones factæ in scripturis non solent emitti sine meditatione num. 20.
21 *Filius potest approbare fideicommissum.*
22 *Prohibitio testatoris facta contra legem nullius est momenti.*
23 *Prohibitio testatoris non præiudicat legitimæ.*
24 *Prohibitio Principis etiam contra leges substinetur.*
Princeps potest tollere leges nu. 24.
25 *Principis prohibitio quod bona non alienentur ex quacumque causa derogat etiam legitimæ.*
26 *Ius oneris reiciendi non transfertur ad hæredes extraneos.*
27 *Trebellianica prohiberi potest etiam filijs primi gradus.*
28 *Trebellianicæ prohibitio vbi inuentarij concurrit omissio certum est quod etiam in filijs substinetur.*
29 *Confessio non admittitur sine solemnitatibus vbi est prohibita alienatio.*
30 *Confessio coniecturis suffulta admittitur etiam sine solemnitatibus in alienare prohibita.*
31 *Confessio recognitionis bonæ fidei admittitur etiam sine solemnitatibus.*
32 *Mulier cum eadē dote censetur secundo viro nupsisse, cum qua nupsit primo.*
33 *Voluntas declaratur etiam per actum nullum.*
34 *Mulier potest declarare dotem ad pompam promissā etiam absque solemnitatibus.*
35 *Confessio mulieris vbi non agitur de eā obliganda, vel renunciando substinetur sine solemnitatibus.*
36 *Confessio mulieris facta pro declaratione dotis eo magis attenditur, quo fuit facta consecutiue ad instrumentum dotis.*
Correspectiuitas probatur ex actuum vicinitate numer. 36.
37 *Instrumenta correspectiua vnum dicitur factum contemplatione alterius, & pro vno habentur.*
38 *Incontinenti quæ dicantur facta arbitrio iudicis remittitur.*
39 *Confessio triduo facta post instrumentum illi dicitur correspectiua.*
40 *Mortis in hora quilibet præsumitur veritatem proferre.*
41 *Moriens quisque præsumitur memor salutis æternæ.*
42 *Assertio exclusiua iuris agentis non opponitur ab eo qui possessor non est.*
43 *Possessio data ad tempus post illud censetur denegata.*
44 *Reintegratio conceditur possessori transacto tempore, quo alteri possessio fuit concessa.*
45 *Spoliare dicitur denegans restitutionem postquam fuit satisfactus.*
46 *Spoliatus venit ad suam possessionem restituendus.*
47 *Auth. res quæ C. comm. de legatis est iuris communis correctoria.*
48 *Dispositio vig. auth. res quæ non excluditur per prohibitionem testatoris.*
49 *Remedium Auth. res quæ est subsidiarium.*
50 *Mulier agere debet contra bona specialiter obligata antequam agat vig. Auth. res quæ.*
51 *Confessio receptæ dotis quādo nec in vim legati substineatur.*

DECISIO CCCXVIII.

PANTHASILEA Mattheia de Vrsinis anno 1577. scripsit sibi hæredes Iacobum Antonium, Curtium, Scipionem, Dominicum, & Fabium suos filios, hisq; substituit eorum descendentes in infinitum, prohibuitq; detractiones Trebellianicæ, & cuiusuis alterius quotæ, & immobilium alienationem sub pœna priuationis.

Ex Curtio ortum habuit Clarix, ex Scipione Cæsar, Hilarius ex Fabio; Obijt Cæsar instituta

stituta Thopatia vxore; Mox etiam Thopatia institutis sibi Remedio Albano, & Balthasare Vandello. Quapropter contra istos D D. Clarix, & Hilarius litem mouerunt, prætendentes ad eorum fauorem apertum fideicommissum, & desuper assumpta disputatione; Dixerunt Domini constare de fideicommisso, & detractiones non obstare.

Et de existentia quidem fideicommissi in-
1 ciuilis videretur dubitatio, † cum ex ipso appareat Testamento Panthasileæ, *l. ille à quo 13. §. si de testamento, ff. ad S.C. Trebell. l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll. & post antiquiores Molin. de primog. lib. 2. cap. 8. num. 2. Mierez de maiorat. p. 4. q. 20. numer. 127. Gomes, & omnes Tauristæ ad l. 41. Tauri. Peregr. de fideic. art. 43. ex nu. 2. vers. probatur autem fideicommissum*. Et ex confessione Cæsaris, Hilarij, & Claricis tempore non suspecto sæpius
2 geminata † in supplicatione pro licentia vendendi, & subrogandi, & in instrumentis subrogationum, de cuius errore non docetur, nec dicitur *ad tradita per Peregr. de fideic. d. art. 43 num. 6. Dec. cons. 516. nu. 11. Decian. cons. 44. nu. 76. lib. 3. Mier. de maiorat. par. 2. q. 50. num. 97. & par. 4. q. 14. num. 44. Menoch. cons. 820. nu. 26. iuncto Fusar. de substit. q. 618. num. 39. qui in q. 501. cum citatis* est intelligendus, quando constat de errore, *Ciriac. controu. 256. num. 6.*

Purificatio quidem non minus clara ad fauorem Hilarij, & Claricis per mortem Cæsaris sine filijs de quo non controuertitur, & ex eius testamento, & aditione Thopatiæ ab eo institutæ (ex cuius iure veniunt Albanus, & Vandellus,) quæ hæreditatem non potuisset acquirere si cum filijs Cæsar decessisset; Iniu-
3 stum enim esset testamentum † præteritione liberorum *vulg. text. in l. Gallus 29. §. in omnibus alias §. ergo. l. inter cætera 30. ff. de lib. & posthum. cũ simil.* Præterquam quod obitus sine filijs de
4 iure † præsumitur *l. ex facto 17. & ibi Bart. & Bald. ff. ad S.C. Trebell.* cum pluribus *per Surd. cons. 92 num. 16. Fusar. de substit. q. 436. num. 3. Mantic. decis. 32. num. 1. Rata decis. 641. num. 3. par. 3. recent. & decis. 468. nu. 8. par. 5. & in Rom. fideic. de Capiteferro 4. Maij 1625. coram Coccino latè Mascard. concl. 801*
5 *lib. 2.* Et sic verum † est quod aduenerit conditio fideicommissi, *Argel. de acquir. possess. q. 8. nu. 328. & 335.* vnde idem est ac si pure fuisset
6 facta institutio ex vulg. regula, † quod puri, & purificati eadem est ratio *l. necessario 8. vers. quod si extiterit, ff. de peric. & commod. rei vendit. l. potior 11. §. 1. ff. qui pot. in pign. hab. l. si pupillus 26. ff. de cõd. & dem. Argel. supra nu. 329. & 376. Pereg. de fideic. art. 49. num. 78.*

De legitimatione personarum, & filiatione Hilarij, & Claricis constat ex instrumentis per eos, & ipsum Cæsarem factis, in quibus fatetur esse fideicommissarios, & enunciantur filij Curtij, Scipionis, & Fabij respectiuè, vt in instrumento venditionis domus, & alijs quæ non possunt Cæsaris hæredes nunc infringere *ex supracit. in §. & de existentia.*

7 De filiatione vero Cleriæ, & Virginiæ † cõstat ex dotatione, & collocatione in matrimonium per earum matrem Cleriam facta *Buratt. decis. 725. num. 5. & 6.* vbi multos etiam cõgerit *Gratian discept. 653. nu. 7. tom. 4.* Et ex fide Baptismi, & ex Breue san. mem. Pauli V. derogationis, ex quo constat Cæsarem egisse cõtra Claricem, ac Cleriam, & Virginiam eius filias, & in arbore descendentiæ datæ pro altera parte, in quibus omnibus enunciantur dd. filiæ legitimæ, & videtur notorium, nec secundum bonum finem peti probationem legitimationis, præterquam quod præsumitur
8 *Peregr. de fideic. art. 43. num. 7. Couar. in epitom p. 2. cap. 1. nu. 5. Rot. diuers. decis. 420. in princ. par. 1.* sed quid quid de hac opinione sit dicendum extantibus tot instrumentis, & Cæsaris confessione, iuncto tractatu, & nominatione, imò & notorietate, & quasi possessione d. filiationis, & legimationis tàm Claricis, & filiarũ
9 quàm Hilarij, † qui tanquam tales fideicommissum, & hæreditatem suorum parentum possident, et possederunt (*cap. lator. 4. §. fin. qui fil. sint legit. & ibi glos. verb. probare,*) et stante fide baptismatis, et matrimonij non videtur dubitandum, nec creditur partem aduersam in hoc insistere, & durissimum quidem esset dubitare filias Claricis mulieris conspicuę prędítæ nobilitate esse illegitimas.

Nec etiam in controuersiam adducitur bonorum identitas, et abunde constat ex instrumentis subrogationum, et supplicatione pro licentia vendendi domum, et casale, in quibus etiam fatetur bona prædicta supposita esse fideicommisso, et in eorum loco fieri dictas subrogationes, quæ confessiones emanatæ à Cæsare, Hilario, et Clarice non solum pro-
10 bant inter eos, † vt præter supra allegatos dixit *Mazzar. de fid. q. 58. Decian. cons. 76. nu. 9. & 10. lib. 3. Peregr. de fideic. art. 44. num. 5. Burat. decis. 229 num. 1. Rot. decis. 320. num. 4. par. 5. recen.* sed etiam
11 contra Albanum, † et Vandellum à Cæsare causam habentes *Fusar. de substit. q. 618. num. 11. Ruin. cons. 128. num. 16. lib. 2. Seraph. decis. 543. nu. 3 Burat. sup. num. 1. & ibi Add. litt. A & decis. 76. nu. 7 Rot. d. decis. 320. num. 4.* qui non possunt infrin-
12 gere confessionem † Authoris *d. decis. 229. & alijs supracit. Neguerol. cum multis alleg. 25. nu. 85 Ciriac. contr. 256. num. 5. & 6. Surd. cons. 151. nu. 38. & 188. num. 3. Rot. decis. 462. nu. 2. par. 4. recent.* qui plures referunt.

Et tandem hoc non videbantur hæredes pernegare, sed tantum insistebant non posse agi ex remedio *l. fin.* quia non adducitur testamentum originale, de quo remedio cum hodie non agatur insula est disputatio, et quan-
13 do ageretur, parum forte interesset, † cum ipsi Aduersarij virtute eiusdem testamenti Panthasileæ petierint hæreditatem Cæsaris, non poterunt hoc instrumentum calumniare *Larrea cum alijs decis. Granaten. 53. num. 14. Osasch. decis. 39. num. 32. vers. præterea, Thesaur. decis. 66. num. 4. vers. tota*: Præterquam quod cum appareat de identitate testamenti per confessionem Cæsaris allegatam in supradictis instru-
14 mentis, † satis constat de non vitio eiusdem testamenti, *Argel. de acq. poss. q. 6. art. 3. nu. 44. vers. Ad secundum* alijs congestis.

Detractiones verò non obstare dixerunt Domini.

Non

Non prima ex legitima quia in eam debēt 15 imputari scut. 200. † per Scipionem patrem Cæsaris ad computū legitimæ accepta à Panthasilea eius matre *l. si non mortis causa 25. ff. de inoffic. testam. l. si quando 35. §. fin. vbi glos. in verb. computetur, C. eod. §. igitur instit. eod.* & ibi *Piccard. n. 35. Donell. lib. 19. Coment. cap. 4.* & passim DD. in dd. Iuribus. Exegit insuper scut. 600. ex pretio partis Casalis Vezzani scut. 58. ex medietate vnius loci Montis Fidei scut. 168. 30. ex pretio domus mediante mensa numularia Archihospitalis S. Spiritus, de quibus nulla 16 redditur ratio, † nec dubitari quin debeant in legitimam imputari *l. Marcellus 3. §. res quæ 3. ff. ad S.C. Trebell. Argel. de acquir. q. 8. num. 850. Mangil. de imput. quæst. 9. num. 69. Peregr. de fideic. art. 39. numer. 2. Rota in Maceraten. fideicomm. 16. Februarij 1601. coram Sacrato cum alijs per eos adductis.*

Præterea quia cum Scipio pater Cæsaris nō confecerit inuentarium, & appareant alienationes 17 factæ † præsumitur subtractio, & satisfactio de legitima, & contrarium dicens deberet concludenter probare *tex. in auth. de hæred. & falcid. collat. 1. Nonell. 1. cap. cum hinc nobis 2. ibi, sed dabit eis pœnam ex actio suæ malignitatis cū transcenderint leges, & post antiquiores Pereg. de fid. art. 39. num. 14. Couar. var. lib. 2. cap. 6. num. 4. Gratian. discept. 570. à num. 20. Rot. in recen. decis. 47. num. 11 77. num. 3. 226. num. 16. 279. nu. 17. 309. num. 3. 185. num. 5. par. 5. recen. decis. 298. num. 3. par. 6. & 164. num. 7. 167. num. 8. par. 7. & in Aexina fideicom. 10. May 1641. §. nec obstant tria coram R.P.D. meo Cerro, & in Rom. fideicom. de Capiteferro 10. Martij 1645 §. non obstant quod hæc portio &c.* confirmata 19. Februarij 1646. *& in Rom. fideicom. de Rubeis 30. May 1646. §. non obstat &c. pag. 9. coram R.P.D. meo Corrado, & in Rom. fideic. de Pelatijs 28. Iunij 1647. §. quia cum &c. coram me, Buratt. decis. 115. num. 10. Add. latissimè num. 18. Duran. Tarraconen. decis. 165. num. 5. & 195. num. eod.* & multæ aliæ congestæ per *Giouaynon. cons. 20. lib. 2. & per Add. ad san. me. Greg. XV. 266. nu. 16. & Auxim. fideicom. 13. Ianuarij 1640. §. & quatenus, & 31. Ianuarij 1642. §. nam omissis &c. coram Reuerendiss. D. meo Dunozet. Decano, & alij plurimi nouissimè congesti per Merend. cont. lib. 24. cap. 9. à num. 4.* Ex quibus apparet male tenuisse contrarium *Scayn.* cum alijs *dec. Bonon. 108. num. 66.* qui adducit etiam Rotæ decisiones nil tale probantes; imò quamplurimæ ex supracitatis loquuntur etiam vbi nullæ factæ fuerunt alienationes, & quod sola omissio inuentarij sufficiat; nam ratio ab omnibus adducta est præsumptio subtractionis, & fraudis & sufficientis satisfactionis, cum vero adsunt alienationes nulla est dubitatio ex supra alleg. Nec interest quod constet de quantitate pecuniarum habitarum ex alienationibus domus, & Casalis, quia non per hoc probatur quod non fecerit alias quæ facilè colliguntur ex quo de mobilibus Panthasileæ nulla datur ratio.

Nec obstat etiam quod alienationes non 18 fuerint factæ ab ipso Scipione; † nam sufficit factas fuisse ab eius filio, seu hærede, est optima *decis. 488. per tot. par. 4. rec.* quæ omnia procedunt etiamsi agatur contra grauatum fideicommisso vniuersali *Couar. var. d. lib. 2. cap. 6. num. 4. Ruin. cons. 81. num. 4. lib. 2. Rot. d. decis. 309. num. 29. p. 5. decis. 167. num. 8. p. 7. recen. in Bononien. fideicom. de Glauarinis 5. Iunij 1637. §. quo vero ad detractiones &c. & 10. Decemb. 1638. §. non obstat conclusio &c. coram R.P.D. meo Royas, & in d. Auximana fideicom. 13. Ianuarij. 1640. §. eoq. magis &c. & 31. Ianuarij. 1642. §. 1. coram Reuerendiss. Decano* vbi insuper quod hæc conclusio indistinctè 19 procedit siue grauatus, † eiusq; successores agant, siue excipiant in *d. Aexina fideicom. 10. Maij 1641. coram R.P.D. meo Cerro in d. Rom. fideicom. de Capiteferro 10. Martij 1645. §. quia cum ex publicis coram R.P.D. Corrado, & in d. Rom. fideic. de Palatijs 28. Iunij anni præteriti, §. eaq. præsumptio coram me.*

Addebat vnus ex Dominis nil peti posse, nec pro detractione supplementi legitimæ, nec pro ipsa legitima, imò, & posse tentari restituendas pecunias à Cęsare consumptas ex dictis alienationibus.

Primo quia ipse Cæsar sæpè confessus fuit supradicta bona esse supposita fideicommisso, 20 quæ † confessiones benè probant, cum sint in scripturis factæ, quæ non solent emitti sine meditatione *l. desiderium 7. vbi Bald. C. deposit. Surd. cons. 151. num. 44.* & faciunt allegata *in d. Auxim. fideicom. 26. Maij 1642. §. quoad tertiam in fin. coram Reuerendiss. Decano*; Eo magis cum sit 21 de re, quæ pendet ab animo confitentes († quia Cæsar bene potuit approbare fideicōmissum præsertim ante contractum matrimonium) *Surd. cons. 173, num. 42. & cons. 177. nu. 9.* maximè coram Notario idem *Surd. cons. 188. numer. 11.* Imò coram Principe *l. fin. C. de precib. Imper. feren. ibi vt responsuro Principi vera precatio rem aperiat cognoscendam*, ex quibus patet quod Cæsar possedit ista bona titulo fideicommissi, non titulo legitimæ.

Secundo quia ipse Princeps iussit vt supradicta bona remanerent semper subiecta fideicommisso, nec possent alienari ex quacunque causa etiam dotis, vbi quidquid sit in prohi- 22 bitione facta à testatore, † quæ contra legis dispositionem nullius momenti est vulg. *text. l. nemo potest 55. ff. de leg. 1.* & sic non præiudicat 23 legitimæ, † vt notant omnes, & latè *Merlin.* multis citatis *de legit. lib. 3. tit. 2. q. 9. num. 10.* ex notissimis *l. quoniam in fortioribus 32. & scimus 36 C. de inoffic. testam. cum similib.* Tamen quando 24 adest Principis prohibitio, † maximè ad supplicationem partis, non videtur dubitandum cum ipse bene possit leges corrigere *ad not. in l. 1. ff. de constit. Molin. in puncto legitima de primog. lib. 2. cap. 1. num. 14. & cap. 10. num. 81. versicul. quod probatur*, & præcipiendo vt essent fideicommis- 25 so subiecta, & non alienarentur † ex quacuq; causa videtur derogare etiam legitimæ, & legibus *ad text. in l. quidam consulebant, ff. de re iudic. l. idem Vulpianus 12. §. fin. ff. de excus. tut. Molin. d. cap. 10. num. 15.*

Tertio quia nec Scipio, nec Cæsar de onere fideicommissi post tot prohibitiones, & confessiones conquesti sunt, & sic ius oneris rei- 26 ciendi † ad hæredes extraneos non transferri tenue-

tenuerunt multi laudati à *Cancer.lib.1.var.cap.3.num.41.& à Grattan.discept.983.ex num.11.* qui latè à *num.15.ad 25.* respondet contrarijs,& *in Addition.ad decis.Maceraten.4.nu.2. Arias de Meza var.lib.3.cap.42.num.21.& à modern. ad Peregr.de fideicom.art.36.fol.399.versic. decimotertio obseruo. Capic.latr.consult.121.num.36.Tusc. lib.5. conclus.210.num 12.litt. L.* & multi per eum relati, *& per Castil.lib.5.contr.c.107. num.72. Rot. decis.47. num.2.vers.quod eo magis, & d.decis.27. nu.50.p.5. recen.& in allegata Bonon.de Rubeis 30.Maii 1646. §.nec obstat. vers.facilius pag. 9. coram R.P.D. meo Corrado.*

Minus competere potest detractio Trebellianicæ, quia licet valde quæstio hæc, an possit prohiberi filijs primi gradus Doctorum
27 exercuerit ingenia, † affirmatiuam sententiā sequitur Rota,& tenuit latissimè ad partes disputans *Molin.supra lib.1.cap.17.a num.12.multis hinc inde congestis,& aliis pluribus Adden.ibi præter longa serie relatos à Castill.lib.5.contr.cap.86.nu.48 & à Facchin.lib.12.contr.c.11.& à modern. Lucen. tom.1.tract.5.tit.6.num.278.& à Merend.latè disputan.controu.lib.4.cap.15.& respond. l. iubemus 6.C. ad S.C.Trebell.* in qua tota difficultas consistit cui etiam alii multi ex citatis respondent, & ab eo non esse recedendum propter Rotæ auctoritatem, *ait Mazzar.de fideic.q.49.quam summam esse ait Facchin.* supra agens de hac disputatione, super enim sic tenuit, *vt ex relatis à Marescott.lib.1.var.cap.100.num.10. Seraph.decis.553.num.8.& decis.570.sa.me.Greg.XV.decis.421. à num.9.vbi aliæ per Add.num.16. & decis.399.numer.10.p.5.recen.& decis.653.p.3 diurs.Mantic.decis.348.nu.1.Caual.dec.441.num.2. & in Spoletana bonorū 20.Martii 1628.§.respectuTrebellianicæ corā*
28 *Virile,* & quando vltra prohibitionem † concurrit ommissio inuentarij sine dubio procedere, *Grat.cons.160.nu.22.lib.2. Curt.iun.cons.54. num. 11.*

Nec difficiliores explicatus habet prætensa detractio dotis Thopatiæ, quam ascendere tantum ad scut.1600. dixerunt Domini, quia licet in instrumēto dotali pridie matrimonio celebrato Cæsar confessus fuerit accepisse anteriori tempore scut.1500.& ei promittebantur alia 1500.quæ efficiebant dotem 3000.postridie tamen matrimonio ambo fecerunt instrumentum in quo declaratur dotem esse tātum scut. 1500. alia vero ad pompā, & ostentationem fuisse conuenta, cui confessioni repugnare non possunt Thopatiæ successores ex supra allegatis.

Nec quidquam facit quod confessio non
29 admittatur sine solemnitatibus, † vbi prohibita est alienatio *san.me.Greg.XV.decis.118.nu.7 Rot.post Zacch. de societ.decis.24.num. 3. vers. non obstat Thomat.decis.Maceraten.23. num. 88. & 89.* qui plures referunt. Quia conclusio nō pro-
30 cedit quando confessio † est coniecturis suffulta *Gabr.cons.51.num.5.lib.2.Greg.XV. d. decis. 188.num.8.& ibi Add.multis citatis d.decis.24.nu.5 post Zacch.& alii plures per Fanzon.ad statut. Vrb. cap.151.fol.mihi 365.in princ.& num.1.*& in con-
31 fessione per viam † recognitionis bonæ fidei indistinctè *docuit Rota in Rom. dotis 10. Ianuarii 1600.coram Sacrato. & in alia Rom.dotis 23.Febr. 1628.§. nec in tali declaratione coram R.P.D. meo Ghisilerio*, cum alijs diligenter congestis per *Altograd.cons.5.à num.7.ad 14.Ren. Vrgell. dec.98. num.13.* Adminiculum quidem adest hic magnum nempe Thopatiam nulla dote primo viro nupsisse, à quo habuit bona vsque ad
32 quantitatem scut. 1500. quia mulier † ex dote videtur nubere secundo qua nupsit primo *l.dote 30.ff.de iur.dot.l. penult.§.vxorem, ff.sol. matrim.* qua ratione vtitur *san.me.Greg. supra ad probandam simulationem dotis* confessatæ, cū ergo Thopatia nulla dote nupserit primo viro, & ab eo acceperit dd.scut.1500.magna coniectura est nulla alia habuisse bona, & confessionē quoad alia scut.1500. fuisse simultatam, & ad pompam.

Deinde quia esto actus sit nullus sufficiens
33 quidem † erit ad declarandam voluntatem *l.fin.ff.de reb.cor.l.2.C.de confirm.tut.citati per Altograd.cons.80.num.fin.Rota in Vlixbonen. professionis 16.Iunii 1640. coram Reuerendiss. D. meo Carrillo Episcopo Salamantino, Seraph.decis.934. num. 13. Mantic.de coniect.lib.3.tit.20. num.6.* & in puncto
34 confessionis dotis ad pompam † promissæ, quam mulier fecit sine solemnitatibus relati per *Altograd.d. cons.5. num.3.* eo quod optime probet promissionem factam fuisse apparenter tantum,& non realiter *Decian.cons.68.n.10. lib.2.Farinac.de fals.& simulat.q.162.num.116.& duob.seqq.* & hic nō vtimur confessione mulie-
35 ris ad eam obligandam,† nec ad renunciationem sui iuris, sed ad probationem rei gestæ *Reuerendiss. Vrgellen. d. decision. 98. num.13.* Maximè contra confitentem, *vt ex Curt. Menochio Albanen. & aliis idem Altograd. consilio 5. numer. 4.*

Præterea quia ista confessio est correspecti-
36 ua Instrumento dotis, † probatur ex actuum vicinitate *Menoch.de præsumpt. lib.6. præs.12.numer.28.& 30.Bellon.de potest.eorum quæ incontinenti fiunt cap.36.num.3.* ex quo nascitur vt videatur
37 ipsimet Instrumento inesse,† & eius contemplatione facta, & quod pro vno habeantur *Verall.decis.307.num.2.Menoch.vbi sup. numer.20. Giurb.cons. crimin.86. num.18.* vbi multis citatis
38 in arbitrio Iudicis positum esse, † quæ dicantur incontinenti facta, *& ad consuetud. Messan. cap.8.glos.5.p.1.num.2.Decian.cons.3.nu.121.lib.4. Rot.post cons.Farinac.lib.2. decision.124. num.5.* &
39 optimè facit pro casu nostro † (cum triduo non transacto emanauit confessio) *text.in l.fin. ibi ex continenti, idest triduo proximo, C.de err.Aduoc. & l.fin.§. illico autem, idest intra triduum, C. de iudic.* quod secundum subiectam materiam solet arbitrari, *Giurb.d.num.18. Gigas de pens. q. 100.in fin.*

Adstipulatur etiam alia declaratio,seu confessio eiusdem Cæsaris facta in suo testamento in mortis articulo, vbi declarauit recepisse in dotem Thopatiæ scut. 1600. quæ cum sit à moribundo facta non leue præstat adminicu-
40 lum,† quia in illa hora quisq; præsumitur veritatem proferre *Faber.in Cod.lib.4.tit.31.num.1 & 8.in allegat.Rot.decis.58.num.20.& 22. p.7.rec.*
41 ex eo quia moriens quisque † censetur memor

mor salutis æternæ *l. fin. C. ad leg. Iul. repetund. tum vulg. per Axiomatistas. Valasc. litt. M. Axiomat.* 112. & sic censuerunt Domini illa scuta 1600. ad hæredes Thopatiæ pertinere, sed constare de satisfactione ex bonis mobilibus Cæsaris, de quibus in Inuentario (per ipsam Thopatiam facto,) & ex fructibus bonorum perceptis à die associationis, quæ non sulum ascendunt, sed excendunt dictam quantitatem.

Nec quidquam facit exceptio quod Victoria, & Ioanna filiæ Scipionis non probentur
42 mortuæ. † Quia licet hæc assertio videatur exclusiua iuris agentis ad latè *trad. per Surd. cons.* 405. *nu.* 9. *Thesaur. decis.* 4. *per tot. Argel. de acq. poss. q.* 3. *num.* 161. & melius *q.* 8. *num.* 149. *cum sequen.* non potest opponi ab hæredibus Thopatiæ, quia non fiunt possessores *ad regulam text. in l. fin. C. de rei vendic.* eorum enim possessio virtute mandati de associando quæsita est resoluta facta satisfactione debiti pro quo fuerunt asso-
43 ciati; nam possessio data ad tempus, † post illud dicitur prohibita *l. statu. liberi. §. stichum. ff. de leg.* 2. *l. si vnus* 27. *§. si cum reo, vbi Bald. & l. epistola §. fin. vbi Castr. in princ. ff. de pact. Surd. cons.* 354. *numer.* 18. *vol.* 3. *& decis.* 133. *nu.* 12. qui alios congerit *Pacific. de salu. inspec.* 4. *cap.* 1. *num.* 18. & sic Hilarius, & Clarix sunt reintegrandi in sua
44 possessione, † à qua fuerunt eiecti virtute mādati de associando *ad trad. per Castr. d. §. si cum reo nu.* 3. *Corbul. de iur. emphit. de caus. probat. ob lin. finit. in princip.* vnde immissus postquam ex fructi-
45 bus fuerit satisfactus possessionem † restituere denegans dicitur spoliare, *Surd. cons.* 260. *num.* 7. *lib.* 2. *Menoch. de recup. remed.* 1. *num.* 148. *Aegid. dec.* 511. *Ruin. cons.* 165. *num.* 5. *lib.* 5. *vers. ad istud &c.* & alij per eos, & sic Vrsini tanquam spoliati
46 veniunt restituendi † ad suam possessionem *ex vulg. regula cap. in litteris de restit. spoliat. Menoc. vbi supra.*

Imò contendebat vnus ex Dominis fructus esse restituendos, quia bona, de quibus agitur non potuerunt obligari pro dote stante supplicatione ipsius Cæsaris, & Principis decreto, ne bona possent ex quacunque causa etiam dotis alienari vt supra est deductum, eò ma-
47 gis cum *Auth. res quæ. C. com. deleg.* † sit iuris cōmunis correctoria, *vt asseritur in Auth. vnde sumitur, videlicet de restit. & ea quæ parit. collat.* 4. *nouell.* 39. *in fine præfat.* & sic faciliùs potuit derogari, præcipuè cum tot. annis ante matrimonium consensus, & decretum emanauerint, adiucto etiam quod fideicommissum est maternum, & enixa voluntate Panthasileæ ne bona alienarentur ex quacunque causa, vt conseruarentur inter suos descendentes adiecta
48 pœna priuationis, † & quod isti hæredes sunt extranei, quia licet hoc non sufficiat ad excludendum remedium Authent. vt benè per *Rot. in Rom. dotis* 23. *Iunii* 1645. *&* 23. *Maii* 1646. *coram R. P. D. meo Otthobono*, vbi multi laudantur, facit tamen in præsenti cessare, quia illud remedium intrat, vel ex præsumpta mente testantis & hæc excluditur per expressam prohibitionem, vel ex publica vtilitate, & virtute legis ii. ca se fundationis, vt in allegatis decisionibus, & hæc corrigitur Principis decreto maximè ad supplicationem emanato.

Præterea addebat idem Dominus non in-
49 trare d. remedium, † quia est subsidiarium, *vt notant omnes in d. Auth.* & Thopatia habebat bona specialiter obligata, & pro fundo dotali assignata, videlicet domum quamdam Cæsaris, et illa loca montium in dotem ei data
50 quare † contra ea prius agere debet, et intrat etiam *regula text. in l.* 2. *C. qui pot. in pign. hab.* vt in specie docent *Roman. cons.* 187. *in re præsenti nu.* 2. *Aym. cons.* 77. *nu.* 16. *Corn. cons.* 246. *in princ. & aliis multis Ripol. var. cap.* 10. *à num.* 8. *ad* 12. *vbi sic iudicatū &c.* et esto hæc patiantur difficultatem, aiebat tamen confessionem Cæsaris non posse sustineri nisi in scut. 1500. quia licet ex ea posset præsumi donatio, tamen hoc cessat,
51 quando † confessio refertur ad aliud instrumentum quia referens continetur in relato, et instrumentum ad quod se refert Cæsar non continet nisi scut. 1500. quo casu nec in vim legati valere confessionem *dixit Crauett. consil.* 956. *per tot. Fontanell. de pact. nupt. claus.* 14. *gloss. vnic. p.* 1. *n.* 27. *&* 28. *multis citatis*, et facit optimè *Rot. decision.* 77. *numer.* 3. *& decis.* 40. *num.* 7. *par.* 2. *diuers.*

Tandem isti hæredes nō poterant consequi nisi aut dotem, aut legitimam, iam soluta. Quia, vt supradictum est, remedium Authent. est subsidiarium.

Et ita &c.

R. P. D. PEVTINGERO.

Beneuentana Manutentionis.

Mercurij 9. Iunij 1649.

ARGVMENTVM.

Manutentio aduersus factum Iudicis nulliter, & iniuste procedentis, non solum in gradu appellationis, verum etiam post tres conformes condi potest, non obstante rescripto signaturæ facto cum clausula, *sine præiudicio trium conformium.*

SVMMARIVM.

1 *Possessio probatur ex iudicio immissionis executioni demandato.*

2 *Sententia nulla, & iniusta, si possessor non habuit se pro spoliato, illum sua possessione non priuat.*

3 *Iudex laicus iudicare non potest de possessione bonorum emphiteuticorum Ecclesiæ, nec etiam inter laicos.*

4 *Executio est nulla facta post appellationem, vel appellatione pendente,*

5 *Aegidiana non habet locum in bonis Ecclesiæ etiam quod à laicis possideantur, Amplia ut nu. seq.*

6 *Sententia est appellabilis in totum etiam quod vnum tantum corpus fuerit sub Ecclesiæ dominio.*

7 *Renuncians contra renunciationem à se factam venire non potest.*

8 *Renunciatio facta titulo oneroso impugnari non potest.*

Renuncians contra reuocationem venire non potest, nisi

nisi restituat quod vigore renunciationis recepit num.8.

9 *Insinuatio requisita uig. Const. Aegidianæ non habet locum in Ciuitate Beneuentana.*

10 *Insinuatio præsumitur ex cursu annorum 30.*

11 *Clausula*, sine præiudicio trium conformium *præseruat facultatem Iudicis à quo, vt ille possit executionem suæ sententiæ deuenire.*

Clausula, sine præiudicio trium, conformiũ, *non impedit quin Iudex ad quem non possit per viam manutentionis procedere num.11.*

DECISIO CCCXIX.

APPELLATIONIS causa à sententia A.C. sine præiudicio trium conformium mihi commissa, dubium hodie proposui, an sit dandum mandatum de manutenendo Hieronymo Carafæ in duabus ex tribus partibus bonorum, de quibus agitur, cui Domini affirmatiuè responderunt, eo quia de eius anteriori possessione constat † ex ipso pro parte Fuluiæ Mascambrunæ contra Hieronymum immissionis iudicio instituto, & sententia subsecuta, quæ fuit executioni demandata ex allegatis per *Rot.apud Greg.XV.decis. 46. num.3. vers.quia illi obstat, & decis.200.sub num.2. versic. probatur etiam Caualer. decision. 106. numer. 1.decis.347.num.1.part.2.decision.406.num.6.vers.cum petens immitti p.4.tom.2.& decis.210.num.1.par.7. recent.*

Nec obstat, quod Hieronymus per sententiam Gubernatoris Beneuentani de anno 1643. & aliam Vicarij Archiepiscopi Beneuentani Iudicis appellationis, ac tertiam A.C. Locumtenentis confirmatoriam illarum pro immissione Fuluiæ, fuerit auctoritate Iudicis possessione sua, quam in bonis, de quibus agitur habuit priuatus. Quia nihilominus dum sententia, ista immissionis fuit nulla, & iniusta,

2 & † Hieronymus per eam se non habuit pro spoliato ipsi erat concedenda manutentio tãquam anteriori possessori, *Rot.penes Reuerendiss. Vrgellen.decis.138.num.5.& decis. 200. per tot.dec. 225.sub num.4.p.1.decis.284.sub num.13. & seq.p. 5.decis.330.num.2.par.6.recent.Greg.XV.decis.307 num.6.& 7.& decis.555.numer.6. & fuit dictum in Ariminen.deuolutionis bonorũ 27.Iunij 1608. coram b.m.Pirouano, quæ est dec.111.post modern.de manut. num.1.& aliàs sæpissimè.*

Nullitas verò sententiæ Gubernatoris est inexcusabilis, quia secundum Sacræ Rotæ opinionem, de bonorum emphyteoticorum ecclesiasticorum possessione etiam inter lai-

3 cos † Iudex laicus iudicare non potest, vt latè comprobatum fuit in illa *Romana domus de Scapuciis 19.Ianuarii 1611.coram bon.me. Coccino impress.apud Marches.de commiss.tom.1.fol.1020.& in Rauennaten.emphyteusis 28.Martii 1631.coram bon. me.Merlino decis.42.per tot.p.6.recent.in Ariminen. saluiani 19.Iunii 1643.coram R.P.D.meo Bichio in §.nam ex defectu potestatis, & in Romana saluiani, seu attentatorum 19. Iunii 1647. coram R.P.D. meo Arguelles §.contrarium tamen.*

Et quam nullitatem auget etiam, quod executio contra Hieronymum facta fuit non solum pendente tempore ad appellandum à

4 sententia die 20. Maij 1644. † sed etiam post interpositam appellationem die 23. eiusdem mensis, vt ostenditur in Hieronymi *summar. num.3.contra l. 1. & tot.tit. ff. nihil innou. appellat. interpos.l.sciendum 6.de appell.recip.l.appellatione 3. C.de appell.cap.ex parte 67.in fine, & cap.non solum il 7.eodem tit.in 6.Rot.decision.183.numer.1.part.2. & decision. 691. numer.1. part.3. recent. quæ plures cumulat.*

Quæ nullitas non excusatur ex dispositione constitutionis Aegidianæ lib.6. cap.2. in pos-

5 sessorio appellationem prohibentis, † quia hæc constitutio in causis, vbi de bonis Ecclesiæ, licet à laicis possessis agitur, non intrat, vt fuit resolutum in supradicta *Romana domus de Scapucciis, & in dicta Ariminen. saluiani coram R.P.D. meo Bichio, decis.49.num.1.p.5.& decis.42. num. 8. par. 6. recent.* Et huiusmodi conclusio locum habet, quamuis vnum tantùm ex pluribus corporibus esset de directo dominio Ec-

6 clesiæ, † quia sufficit, quod sub vnica actione, petitione, atque sententia fuerit comprehensum, vt in totum excludatur Aegidiana, et causa sit appellabilis, *Rot. in Bononien. de Manzolis 16.Februarii 1629.coram bon.me.Coccino apud modern.Perusin.post.tract.demanut.decis.257.num.3. in d.Ariminen.saluiani 19. Iunii 1643.corã R.P.D. meo Bichio §. & licet non solum, & 30. Maii 1646. coram eodem §.tum.etiam esto quod portio*, et pariter distinguendo dictum fuit *in Viterbien. fideicom. seu attentatorum 13.Maii 1644.§.quia conclusio corã R.P.D. meo Cerro.*

Vltra defectum nullitatis patitur etiam dicta sententia vitium maximę iniustitię, quę ex publico instrumento renunciationis Fuluię, et eius sororis Emilię de omnibus iuribus, ac bonis maternis ad fauorem Francisci Antonij cum solemnitatibus statutarijs, ac iusto titulo oneroso factę sub dię 3. Iunij 1609.

7 euidenter apparet, † hac enim stante nequaquam Fuluia contra Hieronymum causam habentem à dicto Francisco Antonio efficaciter agere potuit *l.quæritur 14.§. si venditor. ff. de ædilic.edict.l.si maritus 15.§.si negauerint.ff.ad l.Iul. de adult.l.postquam lib.4.C.de pact.l. Hærennius 63. in princ.ff.de euict.Surd.decis.231.num.13.vers.similiter, Caualer. decis.47. num.2.* Ex qua renunciatione tanto magis resultat iniustitia, dum ea

8 facta fuit titulo oneroso, † quam propterea Fuluia non poterat impugnare, nisi priùs restituo quod recepit *l.si diuersas 14.& l.vbi pacta 40.C.de transact.Ciriac. controuers.3. num.65. Gregor.XV.decis.418.num.9.Rot.recent.decis.539.nu.6. part. 1.*

Nec refert defectus insinuationis ex constitutione Aegidiana in huiusmodi contractibus

9 requisitę, † quia quatenus requireretur in Ciuitate Beneuentana, quod Rota negauit *in Beneuentana redditionis rationis 11. Ianuarii 1644. coram Reuerendiss. Salamantino*, illa ex cursu 30.

10 annorum † ab eo tempore vsque ad hanc litẽ motam decursorum interuenisse præsumeretur, *Rot.coram Caual.decis.575.nu.10. coram bon. me.Burat.decis.120.num.37.& seq. in Romana diuisionis 10. Iunii 1641. §. secundum obiectum coram R.P.D.*

R.P.D.meo Cerro, & pluribus relatis in Romana fideicommissi de Cosciariis 16. Martii 1648. §. præter quod coram R.P.D.meo Corrado.

Quibus omnibus non obstat clausula, *sine præiudicium trium conformium*, in commissione Rotali apposita, nam licet hæc clausula facultatem Iudicis à quo, vt ad executionem possit procedere, præseruet, non tamen Iudicem ad quem impedit, quo minus executionem hanc nulliter, & iniustè factam etiam manutentionis iudicio reuocare possit, *Burat. decis. 185. num. 6. Rot. decis. 214. num. 5. & 6. p. 7. rec. & in Romana domus 22. Martij 1627. coram bon. me. Patriarcha Manzanedo apud modern. Peruf. dec. 668. num. 2. cum seq.*

Et ita pro Hieronymo, Fuluia diù expectata, & citationibus lacessita, responsum fuit &c.

R. P. D. ARGVELLES.

Romana Cambij.

Mercurij 9. Iunij 1649.

ARGVMENTVM

Demonstratio nihil aliud est, quam signum adiectum pro maiori declaratione, & ideo non importat conditionem, & quænam sit differentia inter conditionem, & demonstrationem, & in dubio, an verba potiùs demonstratiue, quam dispositiuè sint accipienda, eruditè tractatur.

Sententia lata cum legitimo contradictore, ad quem causæ defensio primo loco pertinet, nocet etiam non citatis, vnde si Sembronius mihi promisit restituere centum, quod debebat Titio quandocumq; declaratum fuerit, quod ego sim verus, & legitimus creditor d. Titij; vt non sit necessarium quod etiam Sembronius, citatus fuerit in iudicio, in quo contra Titium obtinui, constanter firmatur, & in contrarium adductis, plene respondetur.

Defectus mandati procuræ, reddit nullum quidquid actum fuerit, an autem sufficienter resultat ex productione instrumentorum, & expensis in liticando factis, quando ex aduerso facta fuerit protestatio, neminem audiri nisi docto de legitimo mandato procuræ, latissimè discutitur, & resolutio est affirmatiua.

SVMMARIVM.

1 *Aduerbium, quod dispositionem suspendit in aliquem futurum euentum, facit conditionem.*
2 *Dictio*, quando, seù quandocumque, *importat conditionem.*
3 *Dictio*, quandoque, *accipitur pro*, quandocumque, *& importat conditionem.*
4 *Creditum benè constat ex re iudicata.*
5 *Promittens aliquid restituere sub conditione, impleta conditione, compelli potest ad restitutionem.*
6 *Puri, & purificati, eadem est conditio.*
7 *Obligatio Cameralis, habet executionem paratam.*
8 *Demonstratio non inducit conditionem; quia nihil interest an vera sit, aut falsa, dummodo constet de demonstrato.*
9 *Demonstratio nihil aliud est, quam signum adiectum pro maiori declaratione.*
10 *inter Demonstrationem, & conditionem, quænam sit differentia.*
11 *Verba in dubio potiùs demonstratiue, quam dispositiue sunt accipienda.*
12 *Verba demonstratiue prolata non disponunt.*
13 *Conditio non potest referri ad casum præteritum, cum sit futurus euentus, in quem dispositio confertur.*
14 *Conuentio non potest referri ad casum præteritum.*
15 *Verba sunt intelligenda secundum statutum, & materiam, ad quæ partes se præparant.*
16 *Verba quando sumus in dubio, de futuro sunt intelligenda.*
17 *Verba in dubio, secundum magis verisimile sunt intelligenda.*
18 *Citatio an sit necessaria contra interesse habentes, quando causa agitur contra principalem contradictorem ad quem propriè spectat defensio causæ.*
19 *Sententia lata cum principali contradictore, an & quommodo afficiat non citatos.*
20 *Citatio in litis examinatione, tantum est necessaria contra illum, quem negotium principaliter tangit, non autem contra alios, ad quos, in consequentiam litis defensio pertinet.*
21 *Sententia licet possit in consequentiam tertio præiudicare, tamen quando citari non debeat.*
22 *Conditione adimpleta, dicitur iam cessisse diem stipulationis conuentionalis.*
23 *in Conditionis adimplemento non requiritur præsentia aut scientia disponentis, neque grauati.*
24 *Conditio impleri potest etiam inuito eo, à quo relictum est.*
25 *in Conditionis adimplemento, non est necessaria præsentia, vel scientia contrahentium, & quare numer. 26.*
27 *ex Conditionis adimplemento nulla oritur actio vel obligatio, sed ex preambula conditionali dispositione.*
28 *Pupillus potest sine tutoris auctoritate conditionem adimplere.*
29 *Pupillus se obligare non potest sine Tutoris auctoritate.*
30 *pro Adimplemento alterius, quoties quid venit, non agitur ex implente, sed ex impleto.*
31 *Mandati defectus, de quo pars aduersa protestata fuit reddit nullum quidquid actum fuerit.*
31 *Mandatum procuræ non sufficit habere, sed debet in actis produci, quando est facta protestatio, neminē audiri nisi docto de legitimo mandato procuræ. Et quid si post factam protestationem, fuissent ratificata omnia gesta per Procuratorem nu. 42.*
32 *Mandatum procuræ non sufficit probare per coniecturas, quando est facta protestatio neminem audiri, nisi docto de legitimo mandato procuræ.*
33 *Amplia neque sufficere probari per testes, de quo vide nu. 37. & quid sentiat Rota nu. 40.*
34 *Et ita testatur seruari per leges expressas in Hispanis ac alijs locis vt nu. 36.*
35 *Mandatum procuræ in Hispanis non admittitur nisi fuerit subscriptum ab Aduocato, declarante esse sufficiens.*

38 *Mandatum procuræ quando est dubium, iubetur, vt procurator caueat satisdatione, contra nu. 46.*

39 *Procurator, qui instrumenta produxit, quando non habet mandatum procuræ, debet satisdare de rato.*

41 *Mandatum procuræ resultans ex productione instrumentorum, an, & quando sufficiat.*

43 *Ratificatio omnium gestorum per Procuratorem post sententiam, nullius est momenti.*

44 *Mandatum procuræ probatur coniecturis, & præsumptionibus, etiam si facta fuerit protestatio neminem audiri nisi docto de legitimo mandato procuræ.*

45 *Mandatum procuræ bene probatur ex productione instrumentorum, & expensis in litigando factis, & num. 47.*

48 *Mandatum procuræ quando fuit probatum per testes, non debet Procurator cauare de rato.*

DECISIO CCCXX.

PROMISERAT Hyppolitus Coccapanius scuta 2069. sibi debita, & soluta à Marchione Pallauicino restituere sacro Monti Pietatis vel Ioanni Mancino, quandocumque d. Mancinus fuisset declaratus verus, & legitimus creditor d. Marchionis, quam conditionem impletam fuisse per rem iudicatam coram R.P.D. meo Peutingero contendens, Ioannes obtinuit mandatum ab A.C. executiuum cōtra Hypolitum, ob cuius appellationem causa commissa, Mandatum esse exequendum Domini responderunt.

Certum est enim obligationem istam fuis-
1 se conditionalem, † vt potè conceptam per aduerbium futuri temporis scilicet *Ogni volta, che sarà dichiarato.* quod latinè redit, quando, vel quandocumque declarabitur, & sic intrat *regula Bart. in l. 1. num. 15. & num. 22. ff. de condit. & demonst.* ibi *subijcio tamen hic regulam, quod omne aduerbium quod dispositionem suspendit in aliquem futurum euentum facit conditionem Galgan. de cond. & demonstr. p. 1. cap. 5. num. 2. & par. 2. cap. 1. q. 2. num. 5*
2 *& melius d. par. 1. cap. 89. num. 8.* † Et de verbo quando, seu quandocumque *Alberic. Spiegel. & Caluin. in Lexicon. in verbo quando, & in verbo quandoque* vbi multis adductis iuribus probat
3 verbum † quandoque accipi pro quandocumque, & importare conditionem, & de verbo quando, *Barbosa alijs iuribus, & Doctoribus dict. 307.*

4 Fuisse autem † Ioannem declaratum verum creditorem Marchionis, constat ex re iudicata *Alberic. in l. qui Romæ 122 §. Agerius num. 1. ff. de verb. oblig. Iason. ex Iacob. de Aren. Raynar. Imol. Aret. per l. primam. ff. de re iud. l. res iudicata 207. ff. de reg. iur.* & per eadem iura *Alex. ibi numer. 3.* (quibus possunt addi vulgaria iuria *per Velasc. axiom. 87.*) *Mantic. de tacit. lib. 2. tit. 1. num. 45.* faciunt tradita per *Bolognett. ad d. l. 122. §. dicofratres numer. 21. 35. 37. 40. & seqq. Surd. decis. 218. num. 8.*

5 Impleta † veró conditione Hyppolitū cogi posse ad restitutionem non minus clarum est *vulg. tex. in l. cedere diem 213. ff. de verb. signif. l. Bouem. 43. § si sub conditione ff. de cond. & demonstr.* ibi expleta conditione *l. grege 13. ff. de pign. l. quoties la 1. in ordine 5. ff. de verb. oblig. & alijs citatis Rota decis. 34. num. 1. par. 4. & decis. 109. num. 1. p. 7. rec. Seraph. decis. 1396. num. 2. & 3. Verall. decis. 272. num. 1. par. 2. & post Zacch. de obligat. Camerali de-*
6 *cision. 160. nu. 2.* † Quia puri, & purificati eadē est conditio *l fin. §. 1. ff. de vulg. l. sed, & si de sua 34 §. 1. ff. de acq. hæred. cum alijs per Velasc. littera P. axiom. fin. Galganet. cū pluribus de condit. & demonst.*
7 *par. 2. cap. 1. q. 66. num. 14.* † & executiuè, cum obligatio Cameralis sub qua se obligauit Hyppolitus paratam habeat executionem, vt est vulgatissimum, & mille testantur apud *Zacch. de obligat. Camerali q. 2. num. 5. & in puncto dec. 25. nu. 1. & 2. par. 3. recen.*

Non obstat exceptio, quod non appareat declaratum per Iudicem Criminalem, sed solum per ciuilem, quia verba illa *super quo pendet controuersia tam ciuilis, quam criminalis* non stant cōditionaliter, vt vtriusque Iudicis quærenda sit declaratio, sed demonstratiuè, vt ostenderetur de quo cambio loquebantur cōtrahentes, sic enim sunt verba concepta. *Sarà obligato restituirli &c. ò al Signor Giouanni Mancini ogni volta, che sarà dichiarato sia vero, & legitimo creditore di noi infrascritti Pallauicini del cambio sopra il quale verte controuersia &c. tanto ciuile quanto*
8 *criminale.* † Demonstrationem autem conditionem non inducere satis constat, ex eo quod nihil interest, an vera sit, aut falsa, dummodo constet de demonstrato vulgaria iura in *l. demonstratio 17. l. falsa 33. l. quibus 40. §. dotalem l. cum tale 72. §. falsam cū seqq. ff. de dondit. & demonst. l. nominatim 34. l. si sit legatum 78. §. 1. ff. de leg. 1. l. Quintus 10. l. scribit. 34. §. item scribit. ff. de aur. & arg. leg. §. huic proxima 80. Instit. de leg. & multis alijs Gotthof. d. l. 33. littera X. Gomez. 1. tom. var. cap. 12. num. 74. Cuiac. Petr. Greg. & alij penes Pichard. d. §. 30. num. 1. vbi Theoph.* reddit rationem; quia
9 demonstratio † nihil aliud est, quam signum adiectum pro maiori declaratione, & facit *Vlpian. in l. quoties 9. §. si quis nomen ff. de hæred. in-*
10 *stit. Petr. Greg. syntagm. lib. 42. cap. 32. num. 53.* † vbi differentiam inter demonstrationem, & conditionem scribit, & optimè *Iurisc. Floren. in d. l. nominatim 34. §. 1. & l. sticum 6. & l. quidam testamento 96. ff. de leg. 1.* rectè *Cuiac. in recitation. ad eumdem titulum d. l. 6. mihi, qui vtor impressione Lugdunensi anno 1606. tom. 2. column. 798. sub littera C.* & faciūt benè tradita per *Mortā cons. 106. n. 7. Galganet vbi supra de condit. & demonstr. par. 1. cap. 91.* & quod notat *iuribus, & Doctoribus num. 11.*
11 quod † in dubio potius demonstratiue, quam dispositiuè sint accipenda *Mart. vbi supra cum alijs num. 13. Duran. decis. 341. num. 4. & 409. nu. 3.*
12 Et † quod verba demonstratiuè prolata non disponant præter relatos *Galganet. vbi proximè cap. 90. num. 7. Rota decis. 505. num. 3. p. 4. tom. 3. & 314. par. 5. recent.* qui multos congerunt, & fauent pro responsione huius obiecti, quæ dicentur in §. sequenti.

Nec aduersatur fuisse cambium vsuarium declaratum per sententiam Locumtenentis Criminalis A C. quia contractus fuit factus non solum post eam, sed etiam post sententiam reuocatoriam à Senatere secundæ instantiæ

tiæ in causa criminali Iudice prolatam, quæ transitum fecerat in iudicatum; Vnde apparet contrahentes sensisse de sententia Rotæ in qua pendebat per appellationem causa ciuilis:
13 † quia ad casum præteritum referri non posset conditio, cum sit futurus euentus in quem dispositio confertur *l. institutio talis 10. §. fin. ff. de condit. instit. l. itaque 39. ff. de reb. cred. d. l. nominatim 34. §. fin. ff. de condit. & domonstr.* & præter Ordinarios *in dictis iuribus, & in l. 1. ff. de condit. & demonst. Galganet. d. cap. 1. p. 1. nu. 12. Pichard. in Rub. Instit. de vulg. num. 15. Faber. d. l. 39. Gotthof.*
14 *littera N. & O.* † Nec etiam conuentio, vt ex *Bart. Mant.* benè ad propositum *Altogr. conf. 95. num. 62.* Præterquam quod verba sunt clarissimè concepta in tempus futurum, vt *in §. pro-*
15 *ximè præterito,* † immo verba esse intelligenda secundum statum, & materiam ad quem partes se præparant, *ait Surd. ex Natt. & alijs con-*
16 *sil. 395. num. 33.* † Immò in dubio verba de futuro esse intelligenda *l. solemus 9. & ibi Bart. l. si*
17 *vir. 61. ff. de condit. & demonstr.* † & secundum magis verisimile *Fontanell. decis. 76. num. 11. ex l. nuptura 58. ff. de iur. dot.* Et sic nec conditio, nec conuentio potuit referri ad sententiam criminalem iam transactam in iudicatum, nec interest quid fuerit in ea dictum, cum partes verbis expressis in futurum prolatis conuenerint de sententia ferenda.

18 Non remoratur, † quod Hippolytus non fuerit citatus ad causam, per quam Ioannes fuit declaratus legitimus creditor, *ex vulg. regula res inter alios acta &c. tot. tit. C. cum mille vulgatis per Gotthofr. ibi, & Velasc. littera R. axim. 104.*
19 Quia præterquam quod sententia (vt respondebant informantes pro Ioanne) lata cum legitimo contradictore ad quem causæ defensio primo loco pertinent, nocet etiã non citatis (licet non vt exequi possit contra eos) saltim in consequentiam, *Couar. pract. cap. 13. num. 2. vers. nec oberunt, & num. 6. vers. hoc ipsum cum alij penes Coccin. decis. 216. num. 4. registrata apud Marches. de commiss. p. 1. cap. 5. fol. 234. & in Romana saluiani 15. Ianuarij 1644. §. cum enim coram R. P. D.*
20 *meo Verospio;* † Quia ad iudicium, & litis examinationem tantum vocandus est ille, quem negotium principaliter tangit non autẽ quos in quamdam consequentiam litis defensio potest attingere, insignis *Gloss. communiter recepta secundum Couar. vbi supra,* qui multos congerit, & vltra eos, & alios à Rota supra congestis
21 faciunt optimè verba † *Alex. cons. 86. visis dubitationibus num. 13. lib. 2.* ibi, *Licet sententia possit in consequentiam facere præiudicium alicui, tamen non debet citari, nisi illud præiudicium de sui natura tenderet principaliter in damnum ipsius tertij &c.* & ponit exemplum in terminis fortioribus, & alios citat, quos sequitur Hippolytus *de Marsil. in repetit. l. de vnoquoque 47. ff. de re iud. num. 116. & ferè idem num. 72.* Hippolyto verò non nocet sententia, nec ex iure, & viribus rei iudicatæ; immò nec in consequentiam, quia nihil ex his, quæ in illa lite, vel sententia continentur petitur contra eum, nec vlla actio, aut exceptio, vel ius, quod ex illa oriatur, aut formetur, contra eum intentetur, aut vlla euictio
22 ob quam ipse teneatur, † sed tantum obligatur ex sua stipulatione, scilicet conditionali, cuius dies cessit, & venit impleta conditione
23 *c. l. 213. ff. de verb. signif.* † in cuius implemento, nec requiritur præsentia, aut scientia disponẽtis *l. si ita 45. alias 46. §. fin. ff. de leg. 2. l. quidam relegatus 6. ff. de reb. dub. l. hæc conditio 10. §. fin. cum l. seq. ff. de condit. & demonstr.* nec grauati *l. mortuo 15. l.*
24 *si peculium 20. §. 1. ff. de stat. lib.* † quia eo à quo relictum est, etiam inuito impleri conditio potest *l. statu liberos 3. ff. de stat. lib. & absente. l. cum*
25 *hæres 4. ff. eod.* † & generaliter præsentiam, vel scientiam contrahentium necessariam nõ esse in implemento conditionis, tenuit *Bart. in l. si quis arbitratu 43. num. 7. vers. præterea, ff. de verb.*
26 *oblig. & ibi Donell. num. 20.* † quia nullum damnum infertur ex ipso conditionis implemẽto *opt. tex. in l. conditionibus 5.* ibi, *Nam hoc iure potestatis fieri non conditionis expletæ,* & ibi, *Gotthofr.*
27 *littera Z. l. si pupillus 26. ff. de condit. instit.* † Non enim ex conditionis implemento oritur actio vel obligatio sed ex præambula conditionali dispositione, vt benè aduertit *Bald. in l. ex placito 3. n. 7. C. de rer. permut. Castr. in d. l. 5. ff. de condit. & demonstr. num. 2. Gotthof. littera E.* & ibi etiam *Bald. Natt. cons. 176. num. 1. Galganet. de condit. &*
28 *demonstr. p. 2. cap. 1. q. 53. n. 4. & q. 98. nu. 1.* † Alias pupillus sine tutoris auctoritate conditionem
29 implere non posset, contra *d. l. 5. & 26.* † Cum sine ea obligari non possit *l. obligari 9. ff. de auct. tut. princ. instit. eod. vbi latè Pichar. & omnes, & Bart.*
30 *in d. l. 3. nu. 4.* regulam constituit, † quod quoties quid venit ad implementum alterius, non agitur ex implente, sed ex impleto *ex l. si ita stipulatus 6. § 1. cum l. seq. ff. de nouat.*

31 Magis vrgere videbatur † defectus mandati, cum semper fuerit protestatum neminem audiri, nisi docto de legitimo mandato, qua stante protestatione esse nullũ quicquid actũ fuerit *Buccafer. respons. 104. num. 11. & seqq. Rota penès san. me. Greg. XV. decis. 264. num. 1.* & multis iuribus, & Doctoribus *in Maceraten. censuum 22. Iunij 1646. §. quarta nullitas coram me, quæ est decis. 254. num. 22. post Zacch. de oblig. iuxta nouiss. im-*
31 *press.* † Nec tunc sufficere esse verum procuratorem, & adesse mandatum, nisi ostendatur, & producatur in actis, firmatur plurimi apud *Posth. de manut. obseru. 86. num. 4. Barbos. in collect. ad l. licet 24. num. 7. C. de procur. Rota dicis. 105. nu. 2 par. 1. diuers. & decis. 3. num. 3. post Mangill. de subbast. & decis. 128. num. 1. post Zacch. de oblig. Camer. & san. me. Greg. XV. decis. 330. num. 1. Buratt. decis. 296. num. 1.* & multas alias congerit *Rubeus sin-*
32 *gul. p. 2. verbo mandatum fol. 69. col. 1. nu. 4.* † Nec tunc sufficere mandatum probare per coniecturas. *Gratian. discept. foren. cap. 573. nu. 51. Rota apud clar. me. Card. Millin.* & satis clare *decis. 22. num. 10.* ibi, *Nam licet ex præsumptionibus (ait) deductis per informantes pro Collegio præsumatur mãdatum, tamen cum esset oppositum à Procuratore D. Cæsaris neminem audiri, nisi docto de legitimo mandato ad effectum, vt acta subsequuta substineantur erat necessaria realis productio mandatis in actis, Mantic. de tacit. lib. 7. tit. 4. nu. 10.* ibi, *Neque etiam quisquam debet credere aliquem esse procuratorem nisi mandatũ*
33 *proferatur, itaut legi possit, & alios citat.* † Immò nec

nec sufficere probari per testes dixit *Castr. in l. 1. num. 1. C. de procur.* non in subtili ratione ibi videnda *Io. Andr. in addit. ad specul. tit. de procur. §. ratione autem num. 2. super littera A.*
34 † quam doctrinam sequuntur Hispani, & legibus apud eos cautum inuenitur, vt refertur in dicta *Macerateñ. censuum 22. Iunij 1646. coram me d. §. quarta nullitas* & alij possunt dici *apud Rodrig. ibi citatum Cancer. var. p. 2. tit. 14. de procur. num. 193.* vbi benè distinguit, & seruari ex consuetudine omnium Tribunalium ex Castr. & ex consuetudine Cathaloniæ testatur, licet fallitur, quatenus dicit hoc esse de cõsuetudine Castellæ, quia non est consuetudo, sed lex expressa, scilicet *l. 3. tit. 2. lib. 4. recopill. & ibi Azeued. num. 4.*
35 *& l. 5. tit. 17. d. lib. 4. & l. 55. tit. 1. lib. 3.* † (Immò amplius iubetur *l. 24. tit. 16. lib. 2. recopill.* quod non admittitur mandatum nisi fuerit subscriptum ab Aduocato declarante esse sufficiens, *Paz. in prax. tom. 1. anot. 4. num. 7. cum seq. alter Paz. ad ll. styli l. 16. num. 4. & 6. fol. 107.* qui num 5. ait non vidisse in Cancellarijs, nec inferioribus Tribunalibus obseruare dictarum ll. tenorem sed notandum, quod scripsit antequam fuisset factus auditor Regiæ Vallisoletanæ Cancellariæ, vbi hoc sine dubio vidit obseruari, vt vidimus, & alij, nam ibi ll. exactissimè obseruantur, maximè cum inter speciales ipsius Cancellariæ constitutiones radiat hæc etiam; Verum est quidem, quod in Tribunalibus inferioribus non ita exactè seruatur) dictas ll. exornat etiam *Carleual. de iud. tom. 2. lib. 1. tit. 2.*
36 *disput. 4. num. 27. pag. 49. & 50.* & tastatur idem cautum nouiori iure Neapolitano loco ibi citato, idem cautum Statuto Bononiæ scribit, *Barz. decis. 46. num. 56. & de ordinatione Lusitaniæ* fidem præstat *Cardos. in prax. Aduocatorum verbo*
37 *procurator num. 8. fol. 300. colum. 2.* † Qui tamen omnes cum Iason. & alijs de iure communi fatentur posse probari per testes, & esse magis communem *Osuald. alijs citatis ad Donell. lib. 18. comment. cap. 13. littera Y. pag. 111. colum. 1. ad fin.* sed benè occurrit *Ioseph. Ludouic. comm. opin. de mandato concl. 2. vers. in practica vero (ait.) Vix posset obtineri, nisi produceretur mandatum in scriptis cum multa substantialia requirantur, quæ non possunt probari per testes, & dicta probatio mandati facta per testes nihil operaretur, nisi ad excusandum procuratorem à pœna falsi, & expensis. Non enim multum hæc probatio reum iuuare potest si quando is cœperit postea à Domino conueniri, Donell. ait d. lib. 18. comment. cap. 12. vers. altero modo in meis, impressionis Francofurten. anni 1595. pag. 208. sub num. 10. in fin.* vbi latè disputat, & sic eluderetur iudicium, & reus parta victoria frui non posset, *Castr. vbi sup. Pichard. de satisd. §. 2. num. 5. in fin. & nu. 15*
38 & † ideo quando dubium est mandatum, iubetur, vt procurator caueat satisdatione de rato *l. 1. C. de procur. l. seruum 33. §. ait. Prætor 3. l. non solum 39. §. qui alieno ff. de procur. & ibi Gothofr. littera M. Pichard. cum multis loco mox citato num. 9. cum seqq.* (viden. quia non modicam lucem huic conclusioni præfert) *Faber. d. §. qui alieno Donell. d. lib. 18. comment. cap. 12. vers. diuersa fol. mihi 190. sub num. 10. cum seqq. Vuesenbec in Paratitla ad tit. de procur. ff. nu. 6. vers. sin autem in impressione Basilica anni 1598. fol. 131. in princ. Cuiac. obseruat lib. 7. cap. 26. colum. 1511. sub littera E. & est tex. express. in d. §. fin. autem instit. de satisd. vbi additio Glossæ littera L. verbo confirmauerint*, & præter iura, & doctores ibi *à Pichard. congestos nu. 1 probat rotundus tex. in l. si is à quo 3. si procurator. ff. vt in poss. leg.* quod in præsenti factum non est,
39 & † in puncto de eo, qui instrumenta produxit debeat satisdare de rato, est clarus *tex. in cap. coram 34. de offic. & pot. iudic. deleg. & ibi Innoc. n. 1. Bart. in l. vulgo 24. nu. 4. ff. de administr. tutor. & alios iungit littera C. Ioseph. Ludouic. decis. Perus. dec. 110. par. 2. vestr. vel potius eius Add. lib. 4. cap. 5. num. 19.*
40 si ergo † probatio testium sufficiens non est, vt securus maneat reus, multò minus proba-
41 tio præsumptiua, † maximè cum dicat *Mantic. d. lib. 7. tit. 9. num. 9.* Præsumptionem ex productione instrumentorum esse præsumptionẽ semiplenam, et sic non admitti ex ea procuratorem, nisi cum cautione de rato. Sed esto sit plena, nec id sufficere dixit *Donell. vbi supra vers. quando pag. mihi 209. in fin. viden. per tot. & in fine ibi. Cum uideamus probationem mandati non statui quamlibet, sed nominatim ad certas species instrumentorum referri, puta eorum, quorum, & fides certa sit, & potestas penes reum cum reus his vti volet:* Et inferiùs *non aliam ob causam quam quod alia probatio non est inpotestate rei vt se quandoque ea aduersus Dominiũ tueri possit, & efficere ne iterum iure ab eo conueniatur, Pichard. vbi supra à nu. 13.* et benè faciunt tradita per *Buccafer. d. respons. 104. num. 15.*

42 Addebatur † his non obstare responsionem, quod Ioannes post sententiam ratificauerit gesta à Procuratore, quia facta protestatione ratificatio nullius momenti est, nec ante sententiam *Barbos. in collect. C. de procurat. l. licet 24. numer. 2. Vant. de nullit. ex defect. inhabilit. & mand. num. 116. Cardos vbi supra nu. 11. in fin. vers. quarto decimo fol. 301. column. 1. in fin. Buccaferr. d. respons. 104. d. num. 11. & 12. & 17. latè Rota Bonon. diuers. decis. 85. num. 20. & seqq. Gratian. decis. Maceraten. 105. num. 16. cum multis ibi citatis Rota d. decis. 105. num. 2. par. 1. diuers. & d. decis. 3. post. Mangill. num. 3.*
43 Post † sententiam autem ratificationem nullius momenti esse, etiam si protestatio non precesserit. *Crauect. cons. 108. nu. 1. Christoph. de Paz. d. l. 16. nu. 13.*

44 His tamen omnibus facilimo negotio responsum, † nempè iure optimo Rotam amplexam fuisse æquiorem sententiam videlicet sufficere etiam stante protestatione mandatũ probari coniecturis, et præsumptionibus, et validum esse iudicium ita mide apud *Posth. d. obseru. 86. nu. 6. Seraph. decis. 933. nu. 2. & dec. 725. nu. 4. par. 3. & decis. 441. nu. 2. recen. registrata penes Posth. de manut. decis. 309. Add. ad san. me. Greg. XV. decis. 111. nu. 17. littera A. & decis. 330. nu. 5. littera etiam A. Add. ad bon. me. Burat. decis. 296. num. 10. Rota in d. Maceraten. Censuum 22. Iunij 1646. §. sed tamen coram me Ioseph. Ludouic. decis. Perus. decision. 110. in fine par. 2.* qui omnes, & *Mantica, & Ru-*
45 *beus supra citati* † millies tastantur innumeris adductis, productionem instrumentorum, et expansas in litigando factas esse ad hoc potentissimas coniecturas, et eis mandatum probari

& ipsa

& ipsa *Rota, & alijs citatis Osuald.d. lib.18.cap.13 sub littera B.vers.cæterum in Lugdunen.impress.anni* 1619.*pag.*112.*columm.*1. *post princ. Vuesenbec. vbi supra n.*17.*in fine,qui multos refert littera L.& quotidie in Rota.*

46 Ad rationes, † et Argumenta Donelli benè respondit *Osuald.in notis d.cap.*13. *littera Y.ex Bart.viden.d.l.*1.*& l.licet.C.de procur. & multis citatis,*explicando etiam *tex.in l.si procuratorem* 65 *ff.de procur.* quem *Donell.* affert, & præter citatos *ab eo,& à Vasquez.Menchac.ibi relat.qui multos congessit. Bald.ad l.prohibitum* 5. *nu.*10.*C. de iure fisci lib.*10. et quocumque legitimo modo probatum sit mandatum, tam validum esse Iudiciũ immò tam à cautione de rato excusatum procuratorem, ac si per instrumentũ in actis productum, et per formam *d.l.si procuratorem* 65. *probatũ esset Osual.supra pag.*1111.*col.*2. *post.princ.*

47 *vers.quia cum &c.* † Legitimum autem modũ probandi mondatum per dictas præsumptiones esse ex Rota ipso *Osuald.& multis alijs supra*

48 *satis probatum est.* † Præterquam quod *Donell. & Castr.* non dicunt, quod probato mandato per testes iuditium sit nullum, sed quod tunc etiam debeat procurator cauere de rato, quod æquè negant *Bart.& Osuald. vbi supra qui multos congerit.*

Et ita vtraque parte audita &c.

R. P. D. M E L T I O.

Postea Episcopo PAPIEN.

Laudeñ Parochialis.

Mercurij 9. Iunij 1649.

A R G V M E N T V M.

Iurispatronatus existentia ex quibus probata remaneat, ita vt dici non possit immutata ex pluribus collationibus de eo factis à summo Pontifice latissimè tractatur; et licet probatio immemorabilis esset necessaria quando versaretur inter personas suspectas de vsurpatione; tamen, an et quando cesset suspicio vsurpationis clarè demonstratur.

S V M M A R I V M.

1 *Parochialis Ecclesia, quæ est de iurepatronatu Ecclesiasticorum, & laicorum, licet conferri debeat præuio examine, non tamen requiritur concursus.*

2 *Congregationis Eminentiss. Cardinalium Concilij Interpretum, determinationes pro lege seruari debent.*

3 *Rota reuerenter obseruat determinationes Sacræ Cõgregationis Eminentiss. Cardinalium Concilij Interpretum.*

4 *Sententia lata super statu iurip. facit ius quoad omnes, amplia vt nu.*5.

6 *contra Rem iudicatam veniri minimè potest.*

7 *Res iudicata habetur pro veritate.*

8 *de Re indicata contra optimè dicitur quando non apparet quod à sententia aliqua fuerit interposita appellatio.*

9 *Decisiones faciunt constare de iustitia sententiæ.*

10 *Decisio facta in causa, in noua disputatione impugnari non potest, sed presupponi debet iuxta stylum Rotæ.*

11 *Patronorum consensus in prouisione Apostolica reseruatus, ac illi postea præstitus, habet vim præsentationis.*

12 *Iurisp. existentia probatur ex eo, quod quis derogationem obtinuit.*

13 *Iuripatronatus existentia, ex quibus probata remaneat.*

14 *Iuspat. non eliditur, sed magis comprobatur à prouisione Apostolica facta sub expressa mentione d. Iurisp. ac illius derogatione pro ea vice tantum, & num.* 24.

15 *Iurisp. existentia an, & quando probata remaneat ex litteris Apostolicis.*

16 *Iurispatron. probatio immemorabilis est necessaria si versetur in personis suspectis de vsurpatione.*

17 *Et in quibus personis cadat suspicio vsurpationis, in quibus verò non nu.*18.

19 *Vsurpatio Iurispatr. præsumitur in personis potentibus.*

20 *Amplia etiam in habentibus causam ab ipsis, & quã do secùs nu.*21.

22 *Episcopus non potest concedere alicui iuspatronatus in Ecclesia, quæ libera existit.*

23 *Episcopis nullo modo permittitur beneficia in seruitutem redigere.*

25 *Collationes beneficij à summo Pontifice factæ non mutant statum illius, nec illud constituunt in quasi possessione libertatis, quando constat de anteriori statu contrario.*

26 *Amplia id maximè procedere fauore patronorum.*

27 *Collationes alicuius Iurispation. a Pontifice factæ ad effectum vt mutent statutum illius, quæ requirantur.*

28 *Prouisio de iurep. tamquam de beneficio libero, quæ fuit à Patronis impugnata, & dedit causam liti, non est habenda in consideratione.*

29 *post Rem iudicatam benè possunt deduci nullitates, & iniustitia.*

30 *Iniustitiæ exceptio non attenditur, nisi ex ipsis processibus manifestè resultet.*

31 *Procurator constitutus in prima instantia, in qua fuit lata sententia, & ab ea alter procurator appellauit, secundus procurator, & non primus postea citari debet.*

32 *Procurator constitutus ad primam instantiam illa finita, non potest prosequi litem in alijs instantijs.*

33 *Procurator constitutus in vna causa, eo ipso quod fuit lata sententia desinit esse Procurator.*

D E C I S I O   C C C X X I.

QVAESITVM fuit, An Parochialis Ecclesia loci Sancti Columbani, Laudeñ Diœcesis, Præpositura nuncupata, de qua agitur, debeat conferri per Ordinarium absquè concursu, et affirmatiuè fuit per DD. responsum

1 cum † dubitatum non fuerit, quin dicta Parochialis sit de Iurepatronatus mixto ecclesiasticorum, et laicorum, quia pro medietate spectat ad Priorem, et Monachos Monasterij Chartusiæ propè Ciuitatem Padiæ, pro alia verò medietate, ad Communitatem dicti loci San-

Sancti Columbani, ideò licèt conferri debeat præuio examine Synodalium examinatorum, non tamen aliquis concursus requiritur, secundùm veriorem sententiam, quam pluries approbauit Sacra Congregatio Eminentissimorum Cardinalium Concilij Interpretum, vt signanter in declaratione data in *Summario* RR. Priorum, & Monachorum Chartusiæ, nec non Communitatis dicti loci Sancti Columbani *num.8.* atquè in alijs relatis *per Viuian. de iurepatr. lib.10. cap.1. num.34. in addition. Barbos. ad Concil. sess.24. cap.18. num.144. de reformat. iuxta nouissimam impressionem, & per eumdem in suo tract. de offic. & potest Episc. par.3. alleg.60. num.17. post med. vers. verum licet &c. ac secundum nouissimam impressionem*, vbi se retractat de contraria opi-
2 nione, quam prius tenuerat, † cuius Congregationis determinationes non est ambigendũ, quin pro lege seruari debeant, ad tradita *per Hond. cons.76. nu.26. lib.2. Garz. de benef. in præfat.*
3 *ante med. ver. & quod attinet*, † & propterea Rota illas semper reuerenter suscipit, atque obseruat absque vlla discussione *Cardin. Caual. decis. 627. num.8. Burat. decis.479. numer.2. in fin. Mantic. dec.56. num.3.* nuperrimè fuit dictum in *Aquen. Prioratus 16. Martij 1648. coram R.P.D. meo Peutingerio.*

Huiusmodi autem Iuspatronatus mixtum optimè probatur, nedùm ex sententijs Ordinarij Papiensis, & huius Sacri Tribunalis relatis in eodem Summario Prioris, Monachorũ
4 *nu.2. & 4.* † quæ tanquam respicientes statum faciunt ius quoad omnes *l. ingenuum, vbi glos. Bart. & Doct. ff. de stat. homin. Rota decis.42. num.7. inter impress. post Viuian. de Iurepatr. & decis.174. num.5. p.5. decis.44. num.6. & 7. & decis.203. nu.19.*
5 *par.7. recent.* † Maximè cum in iudicatum fue-
6 rint transactæ *d. decis.174. num.14. p.5. recen.* † & contra rem iudicatam veniri minimè potest
7 *iuxta text. in l. res indicata ff. de reg. iur.* † cum habeantur pro veritate *l.1. ff. de re iudicat. cap.1. eodẽ tit. Innoc. in c. super litteras de rescript. Coccin. de-*
8 *cis. 263. num. 4.* † & de re iudicata in hoc casu constare, optimè dicitur, quia à dictis sententijs non apparet, quod aliqua fuerit interposita appellatio *Rota decis.5. num.10. par.5. recentior.* Verum etiam ex decisione in hac eadem causa emanata *coram bon. me. Pirouano sub die 28. Iu-*
9 *nij 1630. quæ est 401. in ordine par. 5. recen.* † & vt ista etiam constare faciat de iustitia sententiæ sæpius Rota in similibus casibus declarauit, & præsertim *decis.617. num.2. p.1. decis.678. nu.1. par.2. & decis.395. num.1. in fin. p.4. recen. Greg. XV.*
10 *decis. 524. num.4.* † & propterea in hac noua disputatione illa impugnari minimè potest, sed præsupponi debet iuxta solitum stylum Rotæ, *vt in dec.354. nu.3. p.4. & dec.604. nu.4. p.5 tom.2. recen.*

Sed eo magis deteg itur iustitia dictarum sententiarum, quia apparet de præsentationibus factis à Priore, & Monacis Chartusiæ, atque à Communitate Sancti Columbani spatio 50. annorum, et vltra, ad dictam Parochialem, quæ omnes fuerunt effectuatæ, et incipiendo ab anno 1512. de illa fuit prouisus Robertus de Episcopo per san. mem. Iulium Secundum, cum expressa mentione dicti Iurispatronatus, et reseruatione consensus dicti Prioris, et Monacorum, à quibus successiuè fuit præstitus, vt optimè colligitur ex attestatione Archidiaconi Laudeñ litterarum Apostolicarum executoris emanata *sub die 24. Februarij anni 1513.* relata in summario additio-
11 nali Monachorum *sub num.1.* † qui quidem consensus Patronorum in prouisione Apostolica reseruatus, ac illi postea præstitus vim habet præsentationis, *vt Rota benè firmauit decis. 527. sub nu.2. vers. vt ijs accedat par.4. diuers. & decis.13. sub. num.5. vers. vltra quod p.1. recen. Buratt. dec.142. n.4. in principio, cum alijs relatis in Mediolanen. Prioratus 14. Martij 1646. in §. Præsentationis verò coram R.P.D. meo Corrado, modern. Pisan. de iurep. lib.14. cap.2. nu.10.*

Deindè de anno 1552. per mortẽ dicti Roberti de Episcopo ista Parochialis ab eodem Pontifice fuit collata Iacobo Antonio de Malossis Clerico Cremonensi, ad cuius fauorem fuerat anteà in manibus ipsius resignata, cum derogatione dicti Iurispatronatus pro illa vice tantùm, vt constat ex litteris Apostolicis relatis in allegato summario additionali Mona-
12 chorum *num.4.* † quæ derogatio valdè suffragatur pro maiori comprobatione huiusmodi Iurispatronatus, nam quotiescumque, quis derogationem obtinet, probare prius tenetur beneficium esse Iuspatronatus, alias gratia derogationis redditur nulla, *ad tradita per eumdem modern. Pisanum de Iurepatr. lib. 14. capitul. 2. numer.27.*

Postremo quia de anno 1558. è vita migrauit dictus Iacobus Antonius de Malossis, fuit à Priore, et Monacis Chartusiæ, atque à Communitate Sancti Columbani, vti Patronis præsentatus Annibal Guentius, qui ab Ordinario reportando suam institutionem dictam Parochialem possedit pacificè *vsque ad annum 1573.* de quo tempore, ex nonnullis causis, illa pri-
13 uatus remansit, vt partes fatentur, † et huic quadragenariæ, ac valdè longiori possessioni præsentandi, cum accedant depositiones testium examinatorum in Rota super publica voce, et fama huius Iurispatronatus, *vt in dicta decis.401. num.3. par.5. recen.* dubitari non potest, quid illud remaneat concludentèr probatum *Cassad. decis.2. nu.4. cum sequen. de probat.* dicens Rotam tenere opinionem *Bald. in l. cum. super C. de rei vendic. Acchill. decision. 6. de Iurepatron. Put. decision. 60. in fine liber. 1. & fuit dictum in causa Barchinonen. vnionis 5. Decembris 1597. coram Gipsio.*

14 Quarè dici non potest, † quod obstet intermedia prouisio Apostolica emanata ad fauorem dicti Iacobi Antonij de Malossis, quia cum facta fuerit sub expressa mentione dicti Iurispatronatus, ac illius derogatione pro ea vice tantùm, non elidit, sed magis iurispatronatus comprobat, vt paulò ante dicebatur, neque impedit coniunctionem, et conseruationem præcedentis, siue consensus præstiti *de anno 1612.* cum subsequenti præsentatione facta *de anno 1558.* cum sufficiat ad hunc effectum, vt illa contineat enunciationem, quod ista

ista Parochialis sit de iurepatronatus *Rota d. decis. 527. num. 1. vers. Hic autem plures, & numer. 2. versicul. licet enim part. 4. diuers. cum alijs adductis in d. Mediolanen. Prioratus sub allegat. §. præsentationes verò propè final. versicul. Verum nec impediunt.*

15 Non obstat, † quod litteræ Apostolicæ nō suffragentur ad probationem iurispatronatus, vt sensisse Rota videtur *decis. 9. inter impres. apud eumdem Viuian. de iurepatr. num. 6.* quia in dicta decisione dubitatum fuit de existentia iurispatronatus, & enunciatiua litterarum habita fuit pro suspecta, vt in eadem legitur *sub nu. 5. & 7.* & propterea dictum fuit, litteras non suffragari. Verùm cum in præsenti casu Papa declarauerit in suis litteris ex certa scientia, Ecclesiam hanc esse de Iurepatronatus ex fundatione, & donatione, *vt in Summario* Prioris, & Monachorum *nu. 5. 6. & 7.* Ideò dictæ litteræ optimè probant illius existentiam, *vt in dicta decision. 9. sub eodem numer. 6.* & ita etiam distinguendo firmauit *Rota decis. 169. nu. 4. in fin. par. 3 diuers.*

Adducta pro parte Promothoris fiscalis Curiæ Episcopalis Laudeñ, & litis Consortium
16 ad probandum † quod versemur in personis suspectis de vsurpatione. Vndè necessaria videatur legitima probatio immemorabilis iuxta dispositionem *Sac. Concil. sess. 25. de reform. cap. 9. vers. in his verò personis, seu Communitatibus,* non fuerunt per DD. habita in consideratione; Nam hic non agitur de sola Communi-
17 tate Sancti Columbani, † in qua cadit suspicio vsurpationis *Mantic. decis. 233. Garz. de benef. par. 5. cap. 9. num. 102.* etiam si parua illa sit *Modern. Pisan. de iurepatr. lib. 11. cap. 5. num. 75. Coccin. decis. 25. num. 4. Rota decis. 82. num. 17. par. 7. recent.*
18 Sed † cum ea concurrit Ecclesia etiam, quæ quamcumque malam suspicionem excludit, nec est præsumendum, quod Viri Pij, ac Religiosi huiusmodi ius Ecclesiasticum absq; iusto titulo retinere voluerint, vt benè fuit responsum *in d. decis. 401. sub num. 5. vers. attamen quando, & sequen. vbi aliæ concordes referuntur, & penès Reuerendiss. Vrgellen. dec. 413. sub num. 5. vers. Quia fuit responsum.*

Minusquè obesse videtur, quod Prior, ac Monachi Chartusiæ respectu huius Iurispatronatus causam habere dicantur à Ducibus Me-
19 diolani, † qui cum sint suspecti de vsurpatione huiusmodi, vt pluribus decisionibus probat *dictus Modern. Pisan. de iurepatron. lib. 11. cap. 5. nu. 73. & seq. Ricc. in prax. iurispatr. decis. 146. nu. 1.*
20 dubitari † minimè potest, quin, & ipsa Chartusia, quæ infectum initium à dd. Ducibus habuit, non sit in eodem statu, itaut contra eam quoque cadat suspicio vsurpationis, *ad tradita per Gonzal. super reg. 8. Gancel. glos. 18. n. 48. & seq. Ricc. in d. prax. iurispatr. dec. 44. num. 18. & d. decis. 40. nu. 11.*

21 Nam esto † (sine tamen veri præiudicio) quod à dd. Ducibus in Monasterium Chartusianorū tale Iuspatronatus peruenerit, ex quo ab *anno* 1512. circa, ac etiam antea penès illos semper fuisse constat tam longo tempore facili negocio Ecclesia, de qua agitur in libertatem ab Episcopis Laudensibus pro tempore existentibus potuisset vindicari, dum euenerunt casus vacationum illius, nec verisimilitèr ab eis fuissent admissi consensus, ac præsentationes prædictæ, maximè cum tunc temporis potentia laicorum omninò cessasset, *vt in d. decis. 401. num. 12.* cum alijs relatis in *dicta Mediolanen. Prioratus §. Prædicta verò versic. Tum*
22 *quia certum est coram R.P.D. meo Corrado.* † Nec Episcopi concedere potuerunt Iuspatronatus Monacis super ista Ecclesia, quatenùs libera fuisset, cum talis concessio fieri nequiuerit sine authoritate Papæ *Calderin. cons. vltimo de iu-*
23 *repatr.* † Quia Episcopis nullo modo permittitur, beneficia in seruitutē redigere *Abb. cons. 106. p. 2. Garz. de benef. p. 5. cap. 9. num. 130. Ricc. in prax. iurispatr. decis. 190.*

Non releuant asseitæ prouisiones factæ ab *anno* 1573. citrà, quarum nonnullæ dicuntur factæ ab Episcopo Laudensi pro tempore existente, aliæ verò à Summo Pontifice, vti de beneficio libero, quia illæ Episcopi minimè
24 iustificantur; † Pontificiæ autem leguntur sub expræssa mentione, atque derogatione dicti Iuspatronatus pro singulis vicibus tantū, quo quidem casu, non solùm illud dici non potest extinctum per contrarij status constitutionem, quinimò specialitèr reseruatum censetur ex intentione Pontificis, qui eo pacto declarauit, se nolle Patronorum ius tollere, atque absolutè derogare, sed pro futuris vacationibus velle, illud præseruare *Rota decis. 172. sub num. 9. vers. Et prædicta procedunt par. 3. recen.* & in alijs pluribus relatis *in dicta Mediolanen. Prioratus coram R.P.D. meo Corrado, §. non obstat*
25 *demùm, ac sequen.* & in omnem casum † collationes à Summo Pontifice factæ non mutant statū beneficij, nec illud constituunt in quasi possessione libertatis, quando prout hic constat de statu anteriori contrario *Garz. de benef. par. 5. num. 118. Rot. decis. 145. num. 5. par. 1. diuers.*
26 *Seraph. decis. 779. nu. 3.* † quod maximè procedit fauore Patronorum *Dec. cons. 126. nu. 4. Put.*
27 *decis. 32. lib. 2. Acchil. decis. vnic. de stat. benef.* † & ad effectum, vt mutent statum, requiritur, quod in Papa conferente concurrat animus præiudicandi, & in Patronis scientia, & patiētia, vt fuit decisum in *Mediolanen. iurispatronatus 2. Iunij 1589. coram Comitulo, & in Papien. Archipræsbiteratus 9. Aprilis 1601. coram recol. me. Card. Hieronymo Pamphilio.*

28 Nequè obstat, † quod de *anno* 1621. per obitum Ioannis Antonij Molaschi fuerit de eadē Parochiali vti libera prouisus in concursu ad formam Concilij Tridentini, Ioannes Ambrosius Dugnanus, quia talis prouisio à Chartusianis fuit impugnata, & dedit causam liti, vndè non est habenda in consideratione *Rota in recentior. decision. 30. numer. 1. par. 2. & decis. 701. num. 6. par. 4. recen. tom. 3. Greg. XV. decis. 417. num. 4.*

29 Demùm non officit, † quod post rem iudicatam etiam possint deduci nullitates, & iniustitia, *vt per Bart. in l. post rem iudicatam sub nu. 3. & ibi Castr. nu. 2. ff. de transact. Angel. cons. 249. nu. 3. & probat text. in d. l. eleganter, ibi, vel hoc ipsum incertis*

30 *certis, & ibi cum de sententia indubitata*, † quia exceptio iniustitiæ non attenditur, nisi ex ipsis processibus manifestè resultet *Abb. cons.60. num.3.vers.Nec obstat, si dicatur lib.2. Scac.de appell.q.18.lim.1.sub nu.62.vers. Secus si non sit notoria, & de re iudic.glos.14.q.11.sub num. 10. versic.*
31 *Restringe*. Nullitas autem deducta, † ex quo Procurator mensæ Episcopalis Laudeñ non fuit citatus in tertia instantia coram Rota, minùs releuat, nam cum ille fuerit citatus in prima instantia coram Ordinario Papieñ, nec à dicta sententia per eum promulgata ab ipso Procuratore fuerit appellatum, sed tantùm à Ioanne Ambrosio Dugnano, Ideò contra eũ fecit sententia transitum in iudicatum, nec amplius ille citari debuit, sed tantum Dugna-
32 nus, qui appellauerat certũ est enim, † quod Procurator constitutus ad primam instantiã, illam prosequi potest tantùm, non autem litem in alijs instantijs, quia lata sententia finitur instantia, & sic mandatum *Achil. decis.13.*
33 *de procurat.Seraph.decis.324.nu.1.& 3.* † & Procurator constitutus in vna causa eo ipso, quod fuit lata sententia desinit esse Procurator *l.inuitus, & ibi glos.C.de procur.Mobedan.dec.6.nu.2.eodẽ tit.de procur.*

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum &c.

R. P. D. ARGVELLES.

Romana Casalis.

Lunæ 14. Iunij 1649.

ARGVMENTVM.

Solutio facta per hæredem præsumitur facta nomine proprio, non autem, ex fructibus hæreditarijs, quæ post aditionem pleno iure proprio, & dominij ad ipsum spectant.

SVMMARIVM.

1 *Possessio emptoris probatur ex clausula constituti in instrumento venditionis apposita.*
2 *Bona acquisita per hæredem grauatum ipsius hæredi, non autem fideicommissario debentur.*
3 *Solutio præsumitur facta nomine proprio nisi contrarium probetur.*
4 *Solutio non præsumitur facta ex fructibus bonorum hæreditariorum sed hoc probari debet.*
Amplia vt num. seq.
6 *Fructus post aditam hæreditatem pleno iure spectant ad hæredem.*
7 *Hæres per aditionem efficitur dominus etiam si ad certum tempus restituere grauatus sit.*
8 *Fructus percipiuntur iure dominij.*
9 *Hæreditas post aditionem desinit esse hæreditas.*
10 *Hæreditas post aditionem fit proprium patrimonium hæredis.*
11 *Bona legatario soluta occasione legati sub fideicommissario cadere non possunt.*
12 *Approbatio testamenti paterni operatur ac si ipse approbans disposuisset.*
13 *Filius approbans testamentum paternum de suis pro-prijs bonis debita in eodem testamento contenta persoluere tenetur.*
14 *Detractio quæ competit auctori competit hæredi.*
15 *Hæres tenetur ante restitutionem soluere creditoribus, & legatarijs.*

DECISIO CCCXXII.

PETRVS Antonius Tholomeus possessor Casalis S. Proculæ, seu Muratellæ decedens anno 1573. fecit sibi hæredem Iacobum filiũ, cui morienti sine filijs substituit Lucretiam suam vxorem, istique sub eadem conditione deficienti substituit Venerabile Hospitale Lateraneñ Iacobus obijt absque filijs anno 1615. scriptis sibi hæredibus Pauperibus Puellis Dispersis S. Euphemiæ, multo ære alieno grauatus, vnde Casale partim à Creditoribus, partim à dicta Lucretia fuit apprehensum. Verum Locus Pius Puellarum recuperata anno 1636. rata à Creditoribus occupata per transactionem cum iisdem initam ex causa Legitimæ, & Trebellianicæ dicto Iacobo competeñ & ex causa scutorum quatuor millium eis solutorum. Hodie prætendens aliam medietatem dicti Casalis deuentam Lucretiæ, & possessam ab Artemesia, & Mathea eius filiabus alterius tamen matrimonij, obtinuit causam committi in Rota, & dato dubio An, & pro qua rata loco Pio Puellarum hæc medietas debeatur resolutum fuit deberi pro duabus ratis ex duobus detractionibus.

Prima est quinta pars dicti Casalis constans ex viginti octo rubris terreni, quæ vti spectans ad Paulum dicti Petri Antonij germanum fratrem data fuerat in solutũ pro legato scutorum 900, Michaeli de Grossis, & Oliuæ de Blondis coniugibus Legatarijs eiusdem Pauli sed sub die 30. Aprilis 2579. mediante solutione dictorum scutorum 900. per Iacobum dicti loci Pij Auctorẽ fuit redempta, seù empta à dictis Legatarijs possessoribus, vt ex instrumento munito clausula constituti, alijsque
1 amplissimis, † quod optimè probat possessionem acquirentis *l.quod meo 18.ff.de acquir. poss.l. quædam mulier.76.ff.de rei vindic. l.2. C. de acquir. poss.Petr.de fideic.art.12.num.36.& seq.Peregr.eod. tract.art.44.num.4.Fusar. de substit. q.618. num.4. Rota decis.360.num.6.par.5. recen. & in Auximana fideicomm.13.Ianuarij 1640.§.respectu deniq.prædij &c.confirmata 22.Aprilis 1641. coram Reueren.D. meo Dunozet Decano.*

Et sic ista quinta pars Casalis vti à Iacobo acquisita, & propria Iacobi procul dubio debita est, non dictis Artemisiæ, & Marthæ Fi-
2 liabus Lucretiæ, † sed Loco pio hæredi eiusdem Iacobi *l.cohæredi 41.§. cum filia, ff.de vulg. Bald.cons.492.num.1.lib.2.Crauett. cons.144.nu.4. & fuit dictum in Bononien. de Glauarinis 18. Maij 1639. §. primus coram Reuerend. P. D. meo Royas cum pluribus per Mantic. de coniect. liber. 7. tit. 8. num. 14.*

Non obstat, quod solutio illorũ scutorũ 900. non probetur facta de proprijs pecunijs Iaco-
3 bi. † Quia hoc præsumitur de iure nisi contrariũ ostendatur in facto *Gloss.in l.cum oportet 6 verbo*

verbo ex eius substantia, ibique DD. C. de bon. quæ lib. Natt. cons. 100. num. 15. Maur. de solut. cap. 19. num. 9. Menoch. lib. 3. præs. 46. num. 7. Rota in Bononien. legati 29. Maij 1648. coram Reuerend. P. D. meo Royas, & latè Peregr. de fideicomm. artic. 35. num. 34.

Et sic minus obstat, quod censeatur facta
4 ex fructibus bonorum hæreditariorum. † Nã vltra quod id non probatur prout probari debuit, cum iuris præsumptio sit in contrarium vt in numeris congestis *Fusar. de substit. q. 665. num. 7. Rota cum multis alijs decis. 509. num. 5. apud Burat.* Imo penè impossibilis est hæc probatio cum multo post aditam hæreditatem,
5 fructusque, † & eorum pretium cum alijs bonis Iacobi hæredis grauati confusos, (quod titulo, & bona fide factum conciliaret fortè dominum hæredi ex eleganti *text. in l. si alieni nummi 78. ff. de solut. & late traditis à Donell. lib. 4. comment. cap. 22. Piccard. in §. si duorũ 25. & §. quod si frumentũ 26. l. fin. in fine instit. de rerum diuision.*) pecunia sit soluta.

Indubitati quidem Iuris est fructus post
6 aditam hæreditatem pleno† iure ad hæredem grauatum fideicommisso pertinere *l. deducta 58. §. qui post tempus, vers. nec ideo l. in fideicommissariam 18. l. mulier. 22. §. si hæres, l. hæredes mei 57. ff. ad Sen. Cons. Trebell. l. quod his verbis 83. ff. de leg. 3. l. 3. §. nonnunquam, ff. de vsur. post glos. & antiquiores in dictis iuribus Donell. lib. 7. comment. cap. 26. & ibi Osuald. litt. E. Amaya cum alijs obseruat. lib. 3. cap. 1. §. primo nu. 15.* Optima ratione quia per
7 aditionem hæres efficitur Dominus† etiam si ad certum tempus grauatus sit restituere *l. non ideo 66. ff. de rei vindic. l. plerumq. 205. ff. de reg. iur. l. & post litem 13. ff. famil. Ercisc. Amaya vbi supra nu-*
8 *mer. 11. post medium*, fructus autem iure dominij percipi textus est clarus *in l. qui scit 25 §. primo, ff. de vsuris, l. qua ratione 9. ff. de acquir. rer. domin. §. qua ratione instit. de rer. diuis. vbi omnes notant. Gotifred. d. §. 1. litt. C.*

Ergo nec in facto, nec in iure verum est pecuniam illam fuisse solutam ex fructibus hæreditatis. Adde quod post aditionem hære-
9 dis † hæreditas esse desinit *Cuiac. ad d. l. in fideicommissarium 18. Osuald. vbi supra*, fit proprium
10 hæredis † patrimonium, *l. sed plures 10. §. filio impuberi, ff. de vulg. §. primo instit. de rer. qualit. & diff. glos. in l. 1. §. veteres verbo per seruum, vers. tu dic. ff. de acq. poss. communiter sequuta teste, Cuttier. in c. quamuis pactum, vers. omnino seruari num. 8. de pact. lib. 6. Piccard. in rubr. instit. de hæred. instituen. num. 6.*

Altera detractio est alia rata Casalis importans scuta 300. debita per Petrum Antonium Ecclesiæ S. Mariæ Puritatis ex causa Legati ei relicti à Mario eiusdem Petri Antonij Patre, & Authore anno 1572. & per Iacobũ dicti Petri Antonij filium soluta 13. Aprilis 1576. pro
11 qua summa non potest ex hypotheca † legati denegari detractio huius ratæ Casalis ad fauorem Puellarum hæredum dicti Iacobi *l. 1. C. commun. de legat. §. nostra instit. eod. tit. Bar. in l. 1. sub num. 13. vers. & ita intelligit ff. de legat. primo, Surd. decis. 76. num. 4. Buratt. decis. 286. nu. 14. vbi Adden. num. 19. alios cumulat, & fuit dictum in Sancti Seuerini dotis, seu Saluiani 4. Maij 1640. §. quinta denique &c. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Nec interest, quod hoc legatum scutorum 300. relictum fuerit à Mario Patre, non autẽ à Petro Antonio eius filio.

Quia Petrus Antonius in suo Testamento confirmauit, & approbauit omnia legata pa-
12 terna, † vt in Summ. loci Pij *nu.* 12. ibi *Afferma quanto Mario suo Padre ha lasciato* ex Doctrina *Decy. in rubr. de confirm. vtil. vel inutil. num. 1. Rot. decis. 702. num. 7. vers. quando enim &c. par. 1. diuers.* Sicque hoc veluti alia debita Petri Antonij
13 fuerat soluendum ex suis proprijs bonis † nõ autem ex bonis Iacobi hæredis grauati, vt bene *Pereg. de fideic. art. 4. nu. 17. circa finem*, vbi respondet contrarijs, *& num. 22. & seq.* quem sequitur *Fusar. alijs citatis q. 521. nu. 9. vers. intellige tamen. &c.*

Et ex hoc competere detractionem Loco
14 Pio † hæredi dicti Iacobi dubitari non potest *ad text. in l. emptor 65. ff. de rei vind. l. filius familias 117. §. diui il 2. in ordine 14. ff. de legat. primo Fusar. multis congestis q. 666. num. 1. & per totam.* Nam
15 hæres tenetur † ante restitutionem soluere Creditoribus, & Legatarijs, *leg. ita tamen 27. §. qui ex Trebellianic. versicul. antequam, ff. ad Senat. cons. Trebell. & ibi Bart. & melius in l. tertia, ff. eodem.*

Fuit itaque conclusum has duas detractiones vti iustificatas Loco Pio Puellarum deberi, Alias vero petitas, sed non iustificatas non deberi, Partibus auditis &c.

R. P. D. PEVTINGERO.

Romana redditionis rationis.

Lunæ 14. Iunij 1649.

ARGVMENTVM.

Testator si liberationem tutori legauit, non tenetur tutor ad rigorosam redditionem rationis, nec citra dolum conuenitur, & in hoc partitis per tutorẽ in suo libro descriptis stari debet, donec contrarium probetur.

SVMMARIVM.

1 *Peritorum relationi standum est.*
2 *Solidatio computorum ritè & rectè potest inter partes fieri.*
3 *Redditio rationis semel reddita amplius prætendi non potest.*
4 *Partita per tutorem in suo libro descripta, si prætenditur maioris quantitatis, hoc ab allegante probari debet.*
5 *Segetes comprœhenduntur sub nomine frumenti.*
6 *Tutor per testatorem à redditione rationis liberatus, rigorose non conuenitur, nec citra dolum condemnatur.*

DECISIO CCCXXIII.

DOMINI sub die 10. Decemb. anni 1646. coram me firmarunt Claudiam de Fortis Tutricem, & pro tempore Curatricem filiorum

rum à Francisco Baratello viro deputatam non teneri pro quinque partitis, ad quas disputatio tunc fuit restricta rationem reddere, sed esse legitimè redditam, & obtenta à Creditoribus noua Audientia, causaque sæpius proposita tandem Domini steterunt in decisis.

Quia quoad primam partitam herbarum ex Casali Vaccareccię à Claudia perceptarum à Creditoribus oppositam, quod in rationibus ab ea redditionis non legatur ad debitum ipsius, seu Felicis eius filij adnotata, res caret difficultate, nam easdem herbas pro nutrimēto 53. æquarum, & 33. bouum circiter, qui in hæreditate Francisci viri remanserant apparet fuisse consumptas, cum longe maiori quantitate indigerent quam ex dicti Casali rubr. 160. circiter percipiebatur, quemadmodum affirmarunt plures Periti dati pro parte Claudiæ, & vt firmatū fuit in decisione, quæ hodie reuidetur *sub §. partita enim herbarū*, adeo quod in eamdem pabuli dd. animalium causam vlterius scuta 375. circiter fuerint impensa, vt ex partitis inter partes concordatis resultat, & prout in eadem decisione deductum fuit.

Et sic non obstat assertio creditorum Baratelli, quod admissa etiam venditione herbarum facta per Felicem, adhuc superessent in Casali tot herbæ, quæ pro pascendis animalibus prædictis sufficerent; nam hoc ex ipsa quantitate rubr. eiusdem Casalis 297. vt constat ex Instrumento locationis, & ex Peritorum attestatione de quantitate pascuorum in similibus Casalibus assignari solita, omnino
1 eliditur, † cum in hoc standum sit relationi Peritorum, vt firmat *d. decisio in hac causa facta Rota dec. 526. nu. 5. in fin. p. 4. & dec. 151. nu. 14. p. 6. recent.*

Ita etiam corruit exceptio creditorum, quod dicta animalia toto tēpore triennij administrationis Claudiæ in hæreditate Francisci non extiterint, dum contrarium probatur ex Instrumento venditionis eorumdem animaliū de anno 1622. factæ.

Sed quam vis etiam pretium herbarum vēditarum peruenisset ad manus Claudiæ, cuius contrarium ex prædictis apparet, dum ipsa annis 1619. 1620. & 1621. emit herbas pro animalibus hæreditatis in tenuta Campi Mortui, Praticæ, & Porciliani pretio scut. 375, vt fuit dictum, & iustificatur ex quietantijs, illud veniret compensandū cum dd. scut. 375. vt deducitur *in decisione, quæ reuidetur d. §. partita enim herbarum.*

Quò verò ad salmas 108. fœni dicitur consumptas fuisse pro alendis animalibus hæreditatis, videlicet æquo, quo vtebatur Felix, vt præesset culturæ Casalium, & conseruationi animalium, & alijs æquis venientibus ad Vrbem ad effectum transportandi panem, & similia pro victu agricultorum, & pastorum, & asportandi caseum, lanam, & alios fructus Massariæ pecudum.

Quoad secundam partitam concernentem fructus Casalis Turris nouę de anno 1618. Pariter censuerunt Domini firmam remanere decisionem stante Instrumento solidationis rationum sub die 24. Nouembris eiusdem anni initæ inter Bizzarrum principalem ipsius Casalis Conductorem, & Felicem Baratellum filium Francisci, & Claudiæ, a quo fuerunt administrati, vt habetur in Sūmarijs Claudiæ, & vt ponderatur in *decisione quæ reuidetur sub §. neque partita.*

Cui resolutioni non obstat quod fructus d. Casalis (detractis prius expensis, ac pensionibus debitis DD. de Aldobrandinis) vigore conuentionis initæ inter Bizzarrum, & Franciscum de anno 1618. die 24. Nouembris per acta Octauij Capogalli Notarij, & dum de interesse creditorum Bizzarri ageretur, pro quibus Franciscus Baratellus fideiusserat, in horū satisfactionē impendi debuissent. Ideoque d. solidatio absque creditorū interuentu fieri non potuerit,

Quia semper subsistit, quod principale interesse spectabat ad Bizzarrum principalem Conductorem eiusdem Casalis, & verum Dominum eius fructuum ac Baratellum eius fideiussorem, pro cuius indemnitate dicta conuentio facta fuit, & consequenter ex tali conuentione nullum tale ius creditoribus acquisitum fuit, quin inter partes ad solidatio-
2 nem, † & redditionem rationis validè postea deueniri potuerit, vt ritè factum fuit *Rota in Narnien. Societatis 19. Februarij 1619. coram bo. me. Pirouano impress. decis. 77. num. 4. & seq. p. 4. tom. 2. recent.*

Sed cessat insuper obiectum, considerando quod ex solutionibus scut. 2300. dd. Aldobrandinis ab ipso Felice factis pro affictu d. Casalis Turris nouæ vsque per totam diem 24. Nouembris 1618. quo tempore per solidationem computorum factam cum Bizzarro expirauit illius mandatum, & ex alijs solutionibus factis diuersis Creditoribus eiusdem Bizzarri, de quibus in secundo Summ. Claudiæ, apparet ad eius manus maioris valoris
3 fructus non peruenisse, & propterea d. redditio rationis prætendi non potest, *ad tradita per Bart. in l. 1. numer. 9. & seqq. ff. de eden. Crauett. consil. 231. numer. 14. Rot. apue Greg. XV. decis. 220. num. 3.*

Nec refert quod in compendio rationum Claudiæ ad debitum hæreditatis Francisci sui viri descripta fuerit partita scut. 820. soluta pistoribus die 4. Nouembris 1618. ante confectionem d. Iustrumenti solidationis computorum. Ideoque pariter redditus ex dicto Casali percepti essent describendi ad eius debitum.

Quia vltra quod semper creditoribus resistit d. solidatio facta cum Bizzarro Conductore Casalis, & vero Domino frumenti, vt in alia decisione firmatum fuit, respondetur nequaquam constare, quod ista Pistoribus facta solutio sit respectu Casalis Turris Nouæ, quod tamen esset pro parte creditorū concludenter probandum, maximè dum verba quietantiæ repugnant, & aliæ partitæ à die 23. Iulij vsque ad d. diem 3. Nouembris solutionum

num factarum nedum DD. Aldobrandinis, sed etiã alijs creditoribus Bizzarri in vltimo compendio rationum Claudiæ non fuerunt descriptæ, vt in hoc partes conueniunt, sed fuerunt adductæ pro maiori iustificatione solidationis rationum in dicto Instrumento factæ.

Similiter placuit DD. eamdem decisionem confirmare quoad tertiam partitam concernentem fructus Casalis Turris Nouæ de anno 1619. eo ipso quod à creditoribus non probatur concludenter maiorem quantitatem fructuum, quàm in rationibus Claudiæ descripta
4 fuit, ad eius manus peruenisse, † quæ tamen probatio necessaria erat ad condemnandum Claudium, & ad conuincendam partitarum ab ipsa descriptarũ insufficientiam *Alex. in l. 1. num. 22. vers. in ea, ff. de eden. Soccin. sen. cons. 24. numer. 35. lib. 1. Rot. in Nepesina Tutelæ 22. Aprilis 1622. coram bonæ. memor. Vbaldo impress. decision. 380. num. 3. versic. & in omnem euentum p. 4. tom. 2. recentior.*

Non obstat quod ratio de herbis ex d. Casali eodem anno perceptis reddita non fuerit, quia sufficit pro huiusmodi anno ad creditum hæreditatis Paratelli appositam fuisse quantitatem scutorum 2803. quæ retracta fuerunt ex venditione lanæ, & agnorum, quæ lanæ, & agni non extitissent nisi ex herbis d. Casalis ouès bis millæ nutritæ fuissent, cum nulla alia pro alendis ouibus impensa facta in istis rationibus adnotata legatur, vt ex vltima Giribaldi Petri electi reletione in 6. partita reseruata apparet.

Pariter Domini dixerunt decisionem confirmandam quoad quartam partitã frumenti de anno 1620. in prætensa Rubr 800. quantitate collecti, Nam vltrà quod à Claudia tanta quantitas recollecta negatur, & talis negatio ex attestatione officialis Annonæ in eiusdem Claudiæ Summ. *num.* 5. aliàs relata adminiculatur, si ex dicta quantitate Rubrorum 800. Rubr. 80. pro seminibus necessaria deducantur, & iuxta Peritorum assertionem decem rubra à quolibet centenario ob rationem diuersitatis mensurarum demantur, atque hor-
5 deum, & blada, † cum etiam segetes sub nomine frumenti comprehendantur *glos. in l. 1. §. de eo opere, ff. de aq. pluu. arc. & in l. triticum 94. verb. triticum ff. de verb. oblig. Rebuff. in l. frugem 77. vers. frumentum dicitur, ff. de verb. signif. Forcatul. in pœn. iur. ciuil. cap. 6. per tot.* vtique partita hæc in rationibus ad creditũ hæreditatis in Rubr. 539 ÷ eo anno venditis descripta sustinetur, vt ex Periti relatione in 31. partita reseruata dignoscitur, & vt in alia decisione deductum fuit *sub §. quamuis etiam.*

In eamdem sententiam quoque Domini descenderunt quoad quintam partitam redditionis integræ rationis æquorum 53. & bouum hæreditatis 35. nam boues 12. fuerunt lanionibus venditi, & alij 23. Camillo Bonauenturæ vt in Summ. Claudiæ docetur; prout etiam de 20. equabus pro scut. 15. pro qualibet Micheli Angelo Riofredo venditis, vt ex relatione supradicti Periti in quinta partita reseruata demonstratur; Ita quod pro 33. æquabus deficien. ad d. pretium valutatis valoris scutorum 495. poterit hoc debitum Claudiæ, quæ ex eisdem rationibus in longe maiori quantitate creditrix remanserat, cum hoc eius credito compensari, *prout in decisione quæ reuidetur fuit ponderatum in §. fin.*

Quæ omnia eò facilius videbantur Dominis esse admittenda, cum hic agatur de muliere Francisco Baratello eius viro quoad fidẽ & integritatem optimà cognita, adeout eam ab huiusmodi rationum redditionum onere, vt in eius testamento legitur, plenè liberauerit, & sic ab ea rigorosa redditio exigi non pos-
6 sit, nec citrà dolum condemnari *l. Aurelio 21. §. Caius, ff. de lib. leg. l. cum necessitatem 18. vbi glos. fin. & Doct. C. de fideic. Crauett. consil. 193. numer. 9. Rot. decision. 762. numer. 8. part. 2. decision. 331. num. 1. & seq. par. 3. & decis. 409. num. 2. & 6. par. 4. recent.*

Præsertim aduertendo quod ipsa de gestis per Felicem filium pariter à patre Francisco liberatum post rationem de vtraque administratione iam diù solemniter redditam, molestatur, post quam fuit per sententiam Iudicis liberata, & creditrix declarata, vt ex sententia alijsque iuribus in Summ. eiusdem Claudiæ apparet; vndè merito ab omni sinistra suspicione immunis habenda est, vt decisio firmat quæ reuidetur, in qua propterea Domin. permanserunt vtraque &c.

REVERENDISS. P. D. CERRO
Sacræ Rotæ DECANO.
Eugubina Prædij.
Lunæ 14. Iunij 1649.

ARGVMENTVM.

Statutum de duabus conformibus ne dum in loco statuti venit attendendum, verum etiam in Curia, vbi causa in gradu appellationis discutitur.

Quid operetur respõsio Iudicis facta per terminum reuerentiales, & reuerentiales in forma, hæc tibi declarat Decisio.

SVMMARIVM

1 *Sententia transit in iudicatum si post interpositam appellationem integro biennio nihil in causa fuit actum.*
2 *Sententiæ dicuntur conformes si una alteram confirmat.*
3 *Sententiæ duæ habent vim trium si ab illis statutum appellari prohibeat.*
4 *Statutum de duabus conformibus seruari debet etiã in Curia.*
5 *Appellatio dicitur de appendicijs illius instantiæ, cuius est sententia.*
6 *Appellationis causa eadem dicitur, in secunda instantia, prout erat in prima.*
7 *Appellationis causa subiacet statutis illius fori, in quo prima sententia prolata fuit.*

8 *Ap-*

8 *Appellationi detulisse dicitur Iudex qui dedit terminos reuerentiales.*
9 *Appellationis simplex delatio operatur vt Iudex à quo non possit amplius se in causa intromittere.*
10 *Appellationis delatio causam inappellabilem, appellabilem efficere non potest in præiudicium partis.*
11 *Termini*, reuerentiales, *simpliciter, & termini*, reuerentiales in forma, *longe differunt inter se.*
Iudex si dedit, reuerentiales in forma, *appellationi eatenus detulisse dicitur, quatenus erat deferendum num.* 11.
Termini, reuerentiales in forma, *continent etiam refutatorios, vbi causa non est appellabilis num.* 11.
12 *Venditor vbi res vendita alijs obligata detegitur, rectè condemnatur ad liberationem dd. obligationum.*
13 *Emptor agit ad rescissionem contractus vbi res uendita alijs detegitur obligationibus obnoxia.*
14 *Relatio periti de partium consensu electi plene probat donec de errore concludenter appareat, & numer.* 16.
15 *de Iure tertij apponi non potest.*
17 *Solutionis modus inter emptores, & debitores variatus creditoribus non præiudicat.*

DECISIO CCCXXIV.

VENDIDERVNT anno 1635. Aloysius, & Ioan. Carolus de Maggis quasdam Terras sitas in Territorio Eugubij Petro, & Septimio de Becchettis prætio scutorum 2786. sub expressa assertione illas esse liberas, & expeditas ab omnibus iuribus, & actionibus, et alijs non esse datas, cessas, nec quouis modo alienatas, cui venditioni, et assertioni accesserunt vti principales, principaliter et insolidum Sebastianus, et Ioann. Baptista de Sebastianis, *summ. de Becchettis num.* 3. Verum habita notitia per emptores, quod dictæ terræ reperiebantur grauatæ nonnullis censibus sortis principalis scutorum 1865. ideo insteterunt corã Prætore Eugubij pro relaxatione mandati cõtra dictos venditores, aliosque obligatos ad effectum deponendi in Monte Pietatis quantitatem illis correspondentem, donec dictas terras liberas præstiterint, et sententiam fauorabilem reportarunt, quæ deindè in gradu appellationis confirmata fuit ab A.C. sed causa mihi commissa cum clausula constito de re iudicata exequatur; Proposui dubium, an constet de re iudicata, quæ veniat exequenda, vel potius de causis restitutionis in integrum, et Domini affirmatiuè quoad primam partẽ, negatiuè verò quoad secundam responderũt. Cum enim appellatio interposita fuerit 19. *Decembris* 1646. et toto sequenti biennio nihil
1 actum in causa, nec prorogata fatalia, † ipsa remanensit deserta, et sententia in rem iudicatam transiuit perinde, ac si nunquam ab ea fuisset appellatum, *Auth. ei qui, C. de tempor. appell. cap. cum sit Romana extr. de appellat. Clem. si appellationem eod. tit. Scacc. de appell. q.* 15. *art.* 8. *n.* 119 *cum seqq. Vestr. in prax. lib.* 3. *cap.* 5. *nu.* 2. cum alijs plenè adductis *in Caurien. iurispatronatus* 13. *Martij* 1645. *coram R.P.D. meo Royas in Aquilana iurispatronatus* 4. *Iunij* 1646. *coram R.P.D. meo Corrado §. quia cum ab eo tempore, in Caietana bonorum* 3. *Decembris eiusdem anni, & in Ianuen. fructuum dotis* 8. *Februarij* 1647. *coram me.*

Et insuper ineuitabilis visa fuit res iudicata ob dispositionem statuti Eugubini prohibentis appellationem à secunda sententia, quæ concordet cum prima *dicto summ. num.* 6. Vnde cum in casu nostro vna confirmet alteram
2 *eodem summ. num.* 4. & 5. Vtique secunda † tàm in stubstantia, quam in qualitate concordare videtur cum prima, et dicuntur conformes *gloss. & DD. in clem.* 1. *de re iudicat. Rot. in recen. dec.* 491. *num.* 1. *p.* 5. *cum concordantibus adductis in Senogallien. supplementi legitimæ* 17. *Maij* 1645. *§. conformitas, & in Romana domorum de Regardis* 15. *Ianuarij præteriti §. si quidem conformitas coram Reuerendiss. D. meo Decano*: Et consequenter intrat dispositio dicti statuti, quod prohibendo vlte-
3 riorem appellationem, operatur, † vt præfatæ sententiæ habeant vim trium, et constituerint rem iudicatam exequutioni demandandam, vt in terminis similis statuti respondit *Rota coram san. mem. Greg. decis.* 492. *nu.* 1. *coram Cardinali Caualer. decis.* 387. *n.* 2. *coram bon. me. Burat. dec.* 130 *num.* 3. & *decis.* 567. *num.* 1. *ac dictum fuit in Romana saluiani* 13. *Aprilis* 1646. *coram R.P.D. meo Otthobono.*

Idque etiam si hæc posterior prolata fuerit in Curia per Auditorem Cameræ.

Quia cum emanauerit in gradu appellationis interpositæ à Priori lata in partibus, vtique comprænhenditur sub dispositione præfati sta-
4 tuti, † quod proindè seruari debet etiam in Curia, vt in proximis terminis tenuit *Rota in Bononien. successionis* 22. *Maij* 1609. *coram bo. mem. Sacrato penes Pacific. de saluian. decis.* 154. *num.* 10. *vers. quod quidem statutum, & in Bononien. administrationis de Linis* 1. *Iulij* 1620. *coram recol. me. Coccino.* Appellatio enim dicitur de Appendicijs
5 illius † instantiæ; cuius est sententia, à qua interponitur *l. in iudicijs, vbi DD. C. de procurat. Castr. in l. ab exequutore, §. si procurator num.* 2. *ff. de appellat. & in l. inuitus n.* 4. *C. de procurat. Angel. Aret. in l. fin. §. si procurat. nu.* 4. *ff. an per alium cau. appell. agi poss. Scacc. de appell. q.* 5. *num.* 12. *vers. ratio est, & q.* 18. *nu.* 2. *vers. primo quia, Acchill. de Graff. dec.* 4. *num.* 1. *de appell. Rot. diuers. decis.* 330. *num.* 1. *par.* 2. *repetita penes eumdem Pacific. decis.* 248. *num.* 2. & *dictum fuit in Bononien. legati* 3. *Iulij* 1645. *coram me §. prout etiam, vers. hic auctoritate*: Illiusque
6 causa censetur † eadem in secunda instantia, prout erat in prima *gloss. in l. si ita demum verb. agitur, ibique Salyc. in fin. & in dicta l. inuitus nu.* 15. *C. de procurat. Ioan. Petr. Ferrar. in pract. Papien. de form. apponen. contr. test. glos. suntque publicatis sub num.* 3. *vers. aut enim hæc noua Rota Bononien. diuers. decis.* 138. *num.* 116. & *coram recolen. memor. Coccino decis.* 42. *num.* 6. *vers. nam causa*. Itaut proindè
7 semper subiaceat statutis illius fori, † in quo prima sententia prolata fuit, *vt probat Scacc. dicta q.* 18. *per tot.* et ad propositum respondit *Rota diuers. dicta decis.* 330. *nu.* 2. *p. & penes Pacific. de saluian. dicta decis.* 154. *sub num.* 10. *vers. & fuit* pon-

ponderatum, *& dicta decis.248. dicto num.2.vers.& ideo subiacet*.

Nec refert, quod A.C. detulerit appellationi
8 dum † pro responsione de Apostolicis dedit *Reuerentiales*.

Quia præter quod simplex appellationis de-
9 latio afficit quidem † vt Iudex à quo non possit amplius se in ea causa intromittere *cap. cum appellationibus friuolis de appellat.* non autem vt
10 causam † inappellabilem reddat appellabilem in præiudicium partis, vt latè probat *Grab. cons.35.nu.4.& 5.lib.1.Rota in Romana damnorum, & interesse 10.Iunij 1591.coram bon.me.Penia.inter eius impress.decis.179.nu.4.vers.sed Domini. & seq. Add.ad bon.me.Buratt.decis.556. num.17.* Dum A.C. non dedit Apostolos Reuerentiales sim-
11 pliciter, sed, *in forma dicto summ. 7.* † exindè non censetur detulisse appellationi nisi ipsa competeret, cum sub huiusmodi responsione, quando causa (prout hic) non est amplius appellabilis contineantur etiam refutatorij, *ad tradita per Vestr.in prax.lib.7.cap.vltimo nu.2.Cassad.decis.7.num.5.de appellat.Rota in Anconitana de Gozzis 1.Iulij 1592.coram clar.mem.Cardinali Hieronymo Pamphilio relata per Add.ad bon.me.Burat. dicta decision. 556. numer. 16.* idemque his adductis firmatum fuit *in Volaterrana Prioratus 15. Decembris 1645. coram R.P.D. meo Bichio §. final.*

Et prædicta indubitanter procedunt concurrentibus validitate, & iustitia sententiarũ, quarum prima resultat ex reuolutione processuum; secunda verò probatur ex publico Instrumento supradictæ venditionis, in quo post emissam assertionem, quod terræ venditæ erant expeditæ sub omnibus iuribus, & actionibus, nullisque datæ, cessæ nec quouis modo alienatæ, venditores, illorumque fideiussoris insolidum se se obligarunt illas conseruare liberas, & vacuas ab omnibus oneribus, & ipsos emptores indemnes penitus manutenere ad quemlibet eorum simplicem requisitionem, vt in extract. fol. 42. *& dicto sum. numer. 3.* Vnde cum deinde detectum fuerit venditores super illis antea imposuisse plures census sortis principalis scutorum 1865. Iure merito condemnati fuerunt ad deponendam dictam summam in Monte Pietatis pro cautione, & indemnitate ipsorum emptorum
12 donec † dictæ terræ ab illorum oneribus fuerint liberatæ, vt eleganter *probat tex. in l. ex ys prædijs, C.de euict.* quem sequuntur *Surd.cons.13 num.15.& 16.Mangil.de euict.q.122.num. 20. cum pluribus seqq. Cacheran. decis. Pedem. 24. num.4.& firmatum fuit coram Card. Seraph.decis.321. nu.19. & 20.* Quinimò emptores iustam habebant causam agendi pro rescissione contractus, &
13 compellendi † venditores, cæterosque obligatos ad restitutionem pretij, quamuis euictio actualiter sequuta non fuerit, *vt tenuit Rota diuers.decis. 304. num. 1. & 2.p.4.repetita penes Cenc.de cons. decis. 46. num.1. cum pluribus seqq. in Bononien.prædij 27. Iunij 1639. coram Reuerendis. D.meo Terracinen.§.quæ dicuntur, & in Vrbeuetana bonorum 4. Februarij 1643. 13. Maij 1644. & 19. Iunij 1645.coram R.P.D.meo Royas.*

Nec obstaret, quod Becchetti assignauerint venditoribus pro parte pretij conuenti censum, quem habebant cum illis de Brunis sortis principalis scutorum 1350. sub ea expressa lege quod in euentum, in quem ipsi nõ intrarent in concursu, & sententia graduatoria ferenda ad fauorem omnium creditorum præfatorum de Brunis tenerentur ad solutionem dictorum scutorum 1350. atque ideo cũ ipsi non intrauerint in præfato concursu conueniri possint ad dictam solutionem, & consequenter præfatam summã imputare debeãt in quantitate per ipsos petita,

Difficultas enim visa fuit penitus remoueri, tum ex sententia graduatoria, in qua ipsi de Becchettis positi, & graduati fuerunt in loco decimo nono *dicto summar. num. 2.* Tum etiam ex relatione Periti, & Calculatoris ab A.C. de consensu partium electi, ex qua apparet integrum debitum dictorum de Brunis non excedere summam scutorum 16307. eodem *summ. nu.8.* & ideò cum valor bonorum ad ipsos spectantium, & per eosdem Maggios emptorum ascendat ad scuta 18000. vtiq; ipsi de Becchettis necessario intrant in concursu, & graduatione dictorum creditorum. Relatio enim Periti, & Calculatoris de consensu partium electi facit probationem probatam,
14 & † omninò debet attendi donec de errore plenè, & concludenter doceatur *iuxt. gloss.in l. item si vnus, §.principaliter, verb. authoritati in fin. ff.de recept.arbitr. Bart.in l. instar. num.5. C. de iur. fisc. Angel.in l.aduersus, C.de vsur. & fruct. Legat. Nauiz.cons.94.num.18.Paris.cons.96. num.3. lib.1. Scacc.de appell.lib.3.cap.2.q.17.limit.35. sub nu.1. san.me.Greg.decis.220.num.4.Rota in recen.dec.354 num.1.p.1.decis.533.num.1. vers. & propterea p.3. decis.129.nu.5.par.5.decis.47.nu.7.& dictum fuit in Romana supplementi legitimæ 6.Iulij 1646.coram me §. nec dubitari*.

Et hinc etiam cessaret prætensio, quod creditores anteriores ratione fructuum censuum eis debitorum assumerent integram summã dictorum scutorum 18. mill.

Quia præter quod huiusmodi exceptio opponi non poterit à Maggis, qui sunt tertij,
15 nisi † concludenter per ipsos probetur adnotata per *Ioan.Andr.in cap.super his 16.num.7.vers. quia si obijciatur de accusation.Lap.allegat.94.num.4 prop.fin.vers.nam si accuso Titium. Cæphal.cons.47. num.5. Amat.decis.March.61.num.13.& 14.* Tollitur omnis scrupulus ex dicta relatione, cum ex ipsa appareat integrum debitum dictorum de Brunis non excedere supradictam sum-
16 mam scutorum 16307. † cui proinde omninò standum esse videtur, *vt præter superius allegat. dixit Rota decision. 10. numer. 12. part. 6. recent.*

Prout nec subsisteret, quod in dicto concursu sit habenda ratio de scutis dumtaxat 12.mill. in pecunia numerata persolutis, non autem de alijs scutis sexmille assignatis in tot bonis.

Quia cum creditores dictorum de Brunis haberent obligata, & hypothecata omnia ipsorum bona, & signanter præfata vẽdita dictis de

de Maggis, atque ideo in iudicio concursus pariformiter deducta, & in sententia graduatoria pro dicta quantitate scutorum 18. mill. ad ipsorum fauorem comprehensa fuissent; modus solutionis inter emptores, & debito-
17 res variatus† nullum potuit ipsis creditoribus præiudicium inferre, neque illorum gradum, & participationem vllo pacto turbare, vt probat *text apert. in l. debitorum pactionibus, C. de pact. Surd. decis. 132. nu. 8. vers. & pactum*: Ac per consequens siue dictum paetium promissum, & persolutum fuerit in quantitate, siue in bonis, de eo integraliter erit habenda ratio: Quod etiam ipsimet emptores, & debitores agnouisse videntur, dum instrumento dictæ venditionis conuenerunt, quod si creditores describendi in sententia graduatoria excederēt scuta 18. mill. venditio haberetur pro non facta signum euidens, quod ipsi creditores participare debebant de integro bonorum pretio, nō autem de solis scutis 12. mill.

Et ita vnica tantùm &c.

R. P. D. PEVTINGERO.

Bonoñ Fideicommissi de Rubeis.

Veneris 18. Iunij 1649.

ARGVMENTVM.

Fideicommissario obtinente à Pontifice facultatem bona fideicommissi alienandi certa tamē forma præscripta, si & non seruetur alienatio non valet, & emptor tutus esse non potest. Gratia Pontificis quando vel obreptionem, aut taciturnitatem qualitatis, quæ Pontificem ad eam impediendum vel impedisset, vel difficiliorem reddidisset, impetrauit suffragari non possit.

SVMMARIVM.

1 *Forma in breui pontificio ordinata adamussim seruari debet.*
2 *Alienandi facultas sub certa forma concessa, ea non seruata euanescit, & venditio annullatur.*
3 *Emptor non tenetur esse sollicitus de versione pretij.*
Intellige vt num. seqq.
4 *Emptor rei alienari prohibitæ seruata forma à Pontifice præscripta molestari non potest secus si eum negligere curauit ibidem.*
5 *Emptor rei fideicommissariæ distractæ ad effectum soluendi debita tenetur esse sollicitus de versione pretij.*
6 *Forma immutari non potest nec per æquipollens adimpleri.*
7 *Verba, volumus autem, in breui Pontificio apposita formam inducunt.*
8 *Gratia sub certa qualitate concessa, ea non iustificata remanet obreptitia.*
9 *Gratia impetranti suffragari non potest, si Pontifici non fuit patefacta qualitas, quæ vel gratiam impedisset, vel Pontificem difficiliorem ad eam concedendam reddidisset.*
10 *Existentia bonorum liberorum penes fideicommissarium narrari debet Pontifici concedenti facultatē alienandi bona fideicommisso subiecta.*
11 *Clausula, discretioni tuæ, in commissione apposita importat arbitrium boni viri.*
12 *Clausula, conscientiæ tuæ committimus, requiritur causæ cognitionem, & ordinem iudicij.*
13 *Ratificatio ei, qui non interuenit, præiudicare non potest.*

DECISIO CCCXXV.

CAVSA hæc coram pluribus iam Auditoribus, & præsertim coram R. P. D. meo Corrado sub die 30. Maij 1646.* & 5. Aprilis 1647.* discussa, & capta resolutione pro immissione Iacobo de Rubeis ex *l. fi. C. de edict. Diu. Adr. toll.* concedenda in bonis à q. Mino, & Nestore de Rubeis per fideicommissum ad eius fauorem ordinatis. Hodiè iterum ex iisdem fundamentis confirmatum fuit, eidem Iacobo dandam esse immissionem in bonis per D. Marchionem Iuliam de Pepulis possessit, quia illa à Tiberio de Rubeis Marchioni Iuliæ authori nulliter vendita fuisse constat ex sequentibus. Nam firmum semper remanet impedimentum validitatis venditionis ex eo, quod forma in Breui Pontificio licentiæ vendendi Tiberio concessæ, nequaquam fuit obseruata, hæc enim expresè mandauerat, vt de libris 54. mil. inuestirentur scuta 4. mil. in locis montium non vacabilium de Vrbe, quæ in locum bonorum venditorum subrogarentur, supponenda eisdem prohibitionibus alienandi, & vinculis fideicommissi supradictorum Mini, & Nestoris, quibus alie-
1 nata subiacebant, † quæ forma præcisè adamussim serūnda erat, *ad text. in auth. de non alien. aut permutan. §. emphiteusim autem*, & non seruata
2 facultatem alienandi tollit, † & ipsam venditionem annullat *l. auxilium 38. ff. de minor. in fin. in l. si pupillor. 7. circa med. §. si Prætor. ff. de reb. eorū l. fin. §. fin verò, vbi glos. verb. consueuerunt C. de iur. delib. Roman. cons. 23. in fin. cum infinitis cumulatis in §. secundo quia cum seqq. in dicta decis. 30. May 1646. & in §. 2. defecit in dicta dec. 5. Aprilis 1647. coram R. P. D. meo Corrado*, quod in præsenti casu eo minus negari potest habere locum, quia ipsa quoquè Vicarij Generalis Archiepiscopi Bononien. Executoris Apostolici in litteris deputati sententia verbis expressis præcipit in primis, & ante omnia scuta 4000. summam lib. 16. mill. constituentia inuestien. fore, & esse in tot bonis stabilibus, seu locis montium non vacabilium de Vrbe, hoc vtiquè præcepto neglecto, venditio nunquam fuit in statu validitatis, vt potè contra mentem Papæ, & executoris facta ex abundè allegatis in dictis duabus decisionibus, quæ repetere superfluum est.

Nec prædij, de quo agitur emptor Marchio de Pepulis dictæ Iuliæ author excusari poterat ab obseruatione huiusmodi formæ ab Executore sibi præscriptæ, quod facultas Pontificia concepta legatur, ne Emptores horum bonorum quouis quæsito colore, vel ingenio mole-

3 molestari, vel inquietari nequeant, † adeoque de versione precij in vtilitatem venditoris sollicitus esse, non teneretur ex *alleg. in Romana Vineæ 23. Iunij 1642. corā R.P.D. meo Bichio* quia hoc procederet, si forma venditionis præscripta seruata fuisset, & pretium solutum saltem in scutis 4000. in causam à Pontifice, & Executore destinatam erogatum fuisset,
4 non † autem hoc modo, vt euidenter ex authoritatibus in §. *Nam hoc procederet d. decis. 5. Aprilis 1647. coram R.P.D. meo Corrado* conuincitur. Quemadmodum enim in casu sequuti adimplementi à Pontifice præscripti emptores amplius molestari non potuissent; Ità hoc neglecto liberati ab adimplemento minimè remanserunt, sed molestari possunt ea ratio-
5 ne; † ne via vendendi bona fideicommissaria, & vocatos fraudandi aperiatur, vt optimè aduertit *Rota in alia huius causæ decisione coram Eminentissimo Card. Panzirolo 4. Martij 1641. §. nec dicatur il secondo*, considerando licentiam vendendi fuisse à Tiberio venditore obtentam ex
5 necessitate soluen. debita, † quo casu emptorem de versione pecuniarum sollicitum esse debere aliàs tenuit *Rota decis. 681. nu. 5. p. 1. recent. & post Cenc. de censib. dec. 287. n. 4. & 5. cum alijs relatis in d. §. fin. d. dec. 4. Martij coram Eminentiss. Card. Panzirolo*.

Sic parum refert, quod Marchio emptor fructus interim recompensatiuos venditori soluerit, quia non propterea fuit adimpleta supradicta forma inuestimenti scutorū 4. mil. præscripta pro reintegratione fideicommissi,
6 quæ † nullo modo poterat immutari, nec aliquo modo per æquipollens adimpleri, ad not. in *decis. 518. num. 3. & seq. coram Greg. XV. & dixit Rota in Valentina Baroniæ de Curtis 10. Martij, & 18. Aprilis 1603. coram Ortembergo*, vbi firmatur,
7 quod verba, *volumus autem*, † vt hic, in gratia apposita operantur vt forma in illa gratia præscripta impleri nequeat, quod etiam confirmant congesta in *dec. huius causæ 2. Martij 1643. in fin. §. 1. coram me*.

Deindè dicta licentia vendendi Tiberio cōcessa fuit ex causa narratiuæ, se esse ad summa librarum 45350. debitis grauatum, quam qualitatem cum coram Executore non legitimè iustificauit, vt aduertit *prima decisio in §. tertio quia, & secunda suprà allegata decis. in §. tertio acce-*
8 *dit coram R.P.D. meo Corrado*, † gratia remanet obreptita, & dum idem Tiberius Pontifici tacuit, se bona libera possidere valoris lib. 25. mil vt ex Instrumento huius venditionis factę apparet, accedit defectus subreptionis; Nam si Pontifex hoc sciuisset, vtique licentiam alienandi fideicommissaria bona, vel nullo modo vel saltem multo difficiliùs, aut pro minori
9 quantitate concessisset, † vndè talis omissio gratiam taliter inficit, vt impetranti suffragari nequeat *capit. Constitutus 19. capitul. super litteris, cap. postulasti 27. & cap. ad audientiam 2. de rescript.*

Neque hic defectus tollitur ex assertione, quod aliqua de his bonis liberis erant vendita cum pacto franchandi, alia verò censibus, & hypothecis obnoxia, adeoquè inter bona

libera Tiberij non connumeranda.

Quia bona vendita cum pacto francandi sūt distincta ab istis Marchioni pro pretio lib. 25. mil. venditis, vt ex ipso instrumento venditionis, vbi de præcedenti aliorum bonorum cum pacto francandi venditionem fit mentio resultat.

Et quod ad hypothecis obnoxia tantū erat
10 Pontifici narrandam † eorum penes Tiberiū existentia, vt ponderat *dec. 1. huius causæ in § neque responsiones coram me, & seqq.*

Demùm frustrà hæc venditio defenditur ex clausula in Commissione inserta discretioni
11 Vicarij † commissa, tanquam arbitrium boni viri importans ad trad. per *Menoch. de arbitr. q. 8. num. 24. lib. 1.* Quia vltrà clausulam, *discretioni tuæ committimus*, adest etiam clausula, *&*
12 *conscientiæ tuæ*, † quæ causæ cognitionem, & ordinem iudiciarium requirit, vt plenè *Felin. in cap. canonum statuta nu. 51. & seq. de Constit. Alex. cons. 218. n. 6. lib. 2. Asin. in prax. Iudic. §. 7. cap. 5. limit. 6. nu. 2. & 3.* & arbitrium boni, & iusti Viri, & Causæ cognitio solummodò circa ea, quę Pontifici narrata, non quoad ea bona, prout sunt ista, quæ tacita fuerunt, & verisimiliter Papa à gratia facienda retraxissent, referuntur.

Ad id verò, quod circa fructum Iacobi venditionis istius ratificationem, & periurium attinet, satis cum alijs in *decision. 30. Maij 1646. coram R.P.D. meo Corrado in §. demum quod ratifi-*
13 *cationes*, † fuit responsum, Iacobum nempè huiusmodi actibus non interuenisse, quare ei esse dandam immissionem conclusum fuit.

Et ità vtraquè &c.

Decisiones istæ emanatæ in hac causæ sub diebus 28. Maij 1646. & 5. Aprilis 1647. coram Eminentiss. D. Cardinal. Corrado Prima erit in calce libri. Altera vero est supra in hac eadem parte 10. recent. decis. 41.

REVERENDISS. P. D. CERRO.

Sacr. Rot. Rom. DECANO.

Romana Dotis.

Veneris 18. Iunij 1649.

ARGVMENTVM.

Tota materia l. hac ædictalis C. de secundis nuptijs non minus breuiter quam doctè in præsenti decisione declaratur, illamque non solum filijs, sed etiam nepotibus, & pronepotibus suffragari expresse concluditur.

SVMMARIVM.

1 *Causa testati facit cessare causam intestati.*
2 *Mulier non potest plus secundo viro relinquere, quam vni ex filijs primi matrimonij, & nu. 3. ac per totam decis.*
3 *Mulier si plus secundo viro reliquerit, quam viri ex filijs primi matrimonij, deducitur prius filio-*

rum legitima, deinde residuum æqualiter diuiditur & sup. num. 2.

4 *Dispositio l. hac ædictalis C. de secundis nuptijs procedit etiam si Victricus non fuerit institutus, sed tantummodo proprijs filijs substitutus.*

5 *Substitutus per vulgarem directè testatori succedere dicitur.*

6 *Ius dicendi testamentum nullum tanquam factum cõtra formam l. hac ædictalis competit soli filiæ, nec ad hæredes transmittitur, & vide numero seqq.*

Limita si filius cum testamento decedat nu. 7.

Secundo limita procedere solum in hæredibus extraneis, secus in filys num. 8.

9 *Tex in l. hac ædictali C. de secundis nuptijs, & in auth. de nupt. §. optimè collat. 4. in quibus terminis procedant, & nu. 11.*

10 *Positiones contra producentem plenè probant.*

12 *Præscriptio annorum 30. requiritur integra in materia l. hac ædictalis C. de secundis nuptijs.*

13 *Scientia nullitatis testamenti non probatur ex sola intimatione illius.*

14 *Mulier absque solemnitatibus statutarijs non potest remittere nullitates testamenti.*

15 *Clausula generalia contra operatur dissensum ac præseruat ius excipiendi quandocumque.*

16 *Decisiones emanatæ inter diuersas personas, & ad diuersum effectum non applicantur.*

DECISIO CCCXXVI.

NVPSIT prius Clarix Costaccia Lucæ de Baronibus, ipsoq; defuncto superstitie Lucretia cõmuni filia iterum, & secundo nupsit Io. Baptistæ Balestræ constituta dote scutorũ bismille, ac deinde condidit testamentum, in quo suos hæredes instituit eius Ventrem, omnesque alios filios, tam masculos, quam fœminas nascituros ex ipsa, & d. Io. Baptista secundo viro, illisq; non extantibus in vniuersa hæreditate vulgariter, & pupillariter, & per fideicommissum eundem secundum virum substituit.

Obijt postmodum ipsa Clarix, & vigore præfati testamenti Io: Baptista Victricus omnia sua bona occupauit: Nuperrimè verò decessit etiam Lucretia, instituta sibi vniuersali hærede Camilla Pellegrina eius filia, quæ productis coram A.C. instrumentis promissionis, & solutionis dictæ dotis, iudicium introduxit contra ipsum Io: Baptistam, seruatisq; seruandis, ac legitimatis personis duo mandata executiua obtinuit, alterum scilicet pro tertia parte dd. scutor. 2000. ratione legitimæ sibi de iure debitæ, alterum vero pro alia tertia parte iure coæqualis successionis cum ipso Victrico, à quibus interposita appellatione, causa mihi commissa cum clausula *si quid exequendum*, dubitaui an mandata A.C. essent exequenda, & omissa illorum validitate, quæ nõ controuertitur, tota difficultas restricta fuit ad iustitiam, quia Io: Baptista principaliter opponebat, quod Camilla nullam haberet actionem petendi restitutionem dictæ dotis vti heres ab intestato Claricis, ex quo ipsa decessit
1 cum testamento, † cuius causa facit cessare causam intestati *l. antequam, C. comm. de success. l. quandiu potest ex testamento, ff. de acquir. hæred. l. 1. C. de secund. tabul.*

Sed re benè perpensa Domini hoc minimè obstante resoluerunt mandata A.C. fore exequenda ex aperta dispositione *text. in l. hac ædictal. C. de secund. nupt.* vbi cauetur mulierem secundo, vel vlteriori viro nullo libertatis titulo, siue inter viuos, siue per vltimam voluntatem in testamento, vel codicillis posse plus relinquere, quam vni ex filijs primi matrimonij, & si secus fuerit, priùs deducendem esse integram legitimã pro filijs dicti prioris matrimonij, deinde vero residuum inter eosdem filios, & Victricem æqualiter diuidendum:
2 Ideoq; † dum Clarix in omnibus suis bonis Victricum substituit, vtique illud plus, quod in fraudem dictæ legis relictum fuit pro non
3 scripto habetur, & Camillæ eius nepti † competit primo loco detractio integræ legitimæ, deinde verò coæqualis portio remanentis hæreditatis, vt etiam non minus clarè disponitur *in Auth. de nupt. §. optimè collat. 4.* & hanc sententiam tanquam veriorem, & æquiorem sequutur *Bald. in d. l. hac ædictali nu. 20. & in l. vnica n. 9. & 10. ibique Bart. num. 2. & Castr. num. 4. C. de inoff. dot. Ripa in l. quartam num. 219. ff. ad leg. falcid. idem Bald. cons. 22. nu. 1. lib. 5. Castr. cons. 150. sub num. 1. vers. vtrum saltem par. 2. Dec. cons. 245. num. 2. & 3. Roland. cons. 29. nu. 11. lib. 4. Rim. iun. cons. 311. n. 15. & cons. 333. num. 3. Aym. cons. 142. nu. 4. & cons. 194 num. 1. Ruin. cons. 94. num. 5. vers. quod autem lib. 5. Cephal. cons. 412. num. 6. & 20. vsque ad fin. Surd. cons. 237. nu. 11. Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. glos. 8. tom. 4. num. 59. Fachin. contr. iur. lib. 3. cap. 70. vers. fundamentum est cum seq. Trentacinque var. resolut. lib. 3. resol. 5. sub nu. 34. vers. secunda pœna, Gratian. discept. for. cap. 463. num. 1. & amplexa fuit Rot. corã Crescent. decis. 4. ad fin. de testam.* alijsq; antiquioribus omissis *in Romana legati 27. Martij 1634. §. alterum fundamentum & in Romana quarti dotalis 15. Decemb. eiusdem anni, & 15. Maij 1635. coram Em. inentiss. D. Card. Hieronymo Verospio, in Fauentina dotis, seu successionis 21. Febr. 1639. coram Reuerendiss. D. meo Decano, in Vrbeuetana restitutionis dotis 6. Febr. & 14. Decemb. 1640. coram bon. mem. Merlino, 30. Ianuar. 1642. coram R.P.D. meo Royas & 4. Feb. 1643. coram R.P.D. meo Peutingerio, in Romana successionis 18. Maij 1646. corã R.P.D. meo Corrado, & in Bonon. successionis 15. Martij 1647. coram R.P.D. meo Bichio.*

Idq; etiamsi Io: Baptista Victricus non fuerit institutus, sed tantummodò proprijs filijs substitutus, quia nihilominus locum habet
4 dispositio *d. legis*, † cum totalis ordinatio præfati testamenti facta censeatur eius contemplatione animo illam fraudandi, *per tex. in l. Sulpitius si color. ff. de donat. int. vir. & vxor. Eugen. cons. 1. num. 31. lib. 2.* & alij ad propositum relati *in d. Romana successionis 14. Iunij 1647. coram R.P.D. meo Corrado, §. quia contrariæ, ver. deinde fuit.* Eoq; magis in casu nostro, quo Victricus solus superstes tempore mortis vxoris in vim vulgaris vniuersam apprehendidit hæreditatẽ, quo fit, vt perinde habeatur, ac si fuisset hæres in-
5 stitutus, † cum substitutus per vulgarem testatori

tori directè succedere dicatur *per ea, quæ tradit Fusar. de substit. q. 22. num. 1.*

Nec refert, quod Lucretia de præfata materna dispositione nunquam conquesta fuerit & proinde ius dicendi de illius nullitate, vt-
6 pote introductum ob iniuriam, † ipsius morte extinctum remanserit, nec transmissum fuerit ad Camillam eius hæredem, *vt in simili dixit Rota decision. 223. numero 7. 8. & 9. part. 5. recent.*

Quia huiusmodi conclusio nonnullas patitur limitationes, quarum duæ applicantur casui nostro: altera scilicet quod non procedat, quando filius decedit, prout hic, condito te-
7 stamento, † cum in hoc casu dictum ius ad eius hæredes omnino transmittat, *vt distinguēdo firmat Bolognin. in addit. ad Matthesilan. de success. ab intest. art. 2. num. 23. inter tract. magn. tom. 8. par. 1. fol. mihi 326. Gabr. de secund. nupt. conclus. 3. num. 31 Merlin. de legit. lib. 4. tit. 2. q. 2. nu. 13. cum duob. seqq.* Altera verò quod procedat tantummodo in
8 hæredibus extraneis, † non autem, prout hic, in filijs, & descendentibus, in quibus transmissionem dicti iuris fieri ipso iure etiam ab intestato, defendunt in terminis *d. l. hac ædictali Aym. d. conf. 142. num. 2. Cancer. var. resol. lib. 3. tit. de inuent. cap. 2. n. 195. cum seq. Gabr. vbi supra conclus. 4. nu. 49. Trentacinq. d. resol. 5. sub nu. 34. ver. septimo ius competens lib. 3. moder. Venet. de transmis. cap. 13. num. 2. cum seqq.*

Et cessat difficultas, quia *textus in d. l. hac ædictali, & in d. §. optimè*, non loquitur solum de
9 filijs, sed etiam de nepotibus, & neptibus, pronepotibus, & proneptibus ex vtroque sexu progenitis, *vt in d. l. vers. quam obseruantiam, & in d. §. vers. hoc idem obseruando.* Ac proinde dum Camilla est filia Lucretiæ, & sic neptis Claricis testatricis, vt fassus fuit ipsemet Balestra in positionibus per eum productis *sum.*
10 *num. 4.* † quæ contra ipsum faciunt plenam probationem, *vt dictum fuit in Arboren. ponsionis 1. Iulij 1947. coram Reuerendiss. D. Terracinen §. hæc autem*: Vtique nulla indiget transmissione, sed etiam ex persona propria iuuatur dispositione dicti textus, & consequenter dictas duas portiones Auitæ hæreditatis consequi debet nedum tanquam hæres Lucretiæ, sed etiam tanquā neptis testatricis in dicta legali dispo-
11 sitione explicitè compræhensa, † & primum gradum successionis obtinens, *vt benè animaduertunt Bertrād. in repetitione d. l. hac ædictali in dict. vers. quam obseruationem num. 4. Ruin. cons. 8. num. 4. vers. & primo lib. 5. Fontanell. vbi supra d. clasul. 5. d. glos. 8. par. 4. num. 53. Molfes. ad consuetud. Neap. par. 3. q. 18. num. 1. & per tot. Cancer. var. resol. d. cap. 2. num. 197. Molin. de rit. nupt. lib. 3. qæst. 35. num. 12. Surd. decision. 73. num. 10. cum alijs in puncto allegatis in d. Bononien. successionis 15. Martij 1647. coram R. P. D. meo Bichio §. pro cuius dubij resolutione cum seqq.*

Ideoq; non releuat, quod ex longi temporis cursu cum subsequuta taciturnitate eiusdē Lucretiæ, vel huiusmodi actio præscripta fuerit, vel saltem inducta videatur tacita præfatę iniuriæ remissio.

Præscriptio enim allegari non potest, quia à die obitus Claricis sequuti *mense Februarij* 1621. vsq; ad mortem Lucretiæ defunctę *mense Maij 1647. summ. num. 2.* non intercessit cursus
12 30. annorum † ad præscribendum huiusmodi actiones necessarius *l. licet. C. de iur. deliber. l. sicut & l. omnes C. de præscrip. 30. vel 40. annor. Roland. cons. 21. num. 45. lib. 2.*

Tacita vero remissio multò minus deduci valet, tum quia non constat illam habuisse
13 explicitam notitiam dictæ nullitatis, † quæ non probatur ex sola intimatione testamenti, *vt latè dixit Rota in Roman. de Marescottis 20. Martij 1615. coram bon. me. Card. Sacrato in recen. decis. 662. num. 3. par. 2.* Tum quia taciturnitas etiā cum scientia non sufficit vt exindè dicta iniuria censeatur remissa *per ea, quæ tradit modern. Venet. vbi supra d. cap. 13. sub num. 11. vers. quibus tamen non obstantibus vsq; in fin. cum alijs per Add. ad bon. me. Burat. decis. 82. littera E.* Eoq; minus
14 cum Lucretia tanquam mulier † illam nec expresse remittere potuerit absque solemnitatibus statutarijs, *vt dixit Rot. coram bon. me. Burat. d. decis. 82. num. 13.* Tum denique quia ipsa dictæ intimationi expresse opposuit *generalia con-*
15 *tra*, † quæ sanè oppositio non solum excludit eius consensum, sed apertum dissensum, & contradictionē ostendit, ac præseruat ius excipiendi quandocumque *Marescot. var. resolut. lib. 1. cap. 81. num. 10. Caputaq; decis. 323. p. 1. Rota in recen. decis. 91. nu. 15. par. 6.* Quæ tanto magis procedunt ad fauorem Camillæ, cum ipsa non priùs obtinuerit gradum primæ successionis, nec prius agere potuerit, quam post obitum dictæ Lucretiæ sequutum *d. anno 1647.* & sic ab inde citra contra ipsam nullū tempus præscriptionis, nec aliqua taciturnitatis allegari potest, cum ferè in continenti iudicium corā A. C. introduxerit.

Decisiones denique emanatas, *in causa Romana domus 4. Maij 1647. coram R. P. D. meo Meltio* in quibus deducitur validitas testamenti, de quo agitur, Dixerunt Domini non applicari
16 casui nostro, † quia emanarunt inter diuersas personas, ad diuersum effectum, & super diuerso articulo.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. MELTIO.

Postea Episcopo PAPIEN.

Aquilana Iurispatronatus.

Veneris 18. Iunij 1649.

ARGVMENTVM.

Possessio capta lite pendente etiam quod fuerit vacans dicitur attentata, & per consequens sequestranda: Contradictor legitimus vt quis dicatur sufficit quod in actis dè iuribus tituli sibi competentis docuerit.

SVMMARIVM.

1 *Possessio requiritur ad affectum manutentionis.*
2 *Possessione plene non probata nō cōceditur manutētio.*

3 *Possessio capta pendente lite manuteneri non debet.*
4 *Pendentia litis probatur ex comparitionibus, & citationibus in iudicio emanatis.*
5 *Possessio lite pendente capi non potest citra vitium attentatorum etiam quod esset vacans.*
6 *Possessio attentata sequestrari debet.*
7 *Possessio capta pendente lite est attentata, & per consequens sequestranda.*
8 *Attentata non dicitur possessio concessa ex noua gratia.*
9 *Pendentia litis super institutione sufficit ad reddendam attentatam possessionem captam vigore prouisionis Apostolicæ, & nu.10.*
11 *Executor gratiæ obtentæ lite pendente non potest procedere ad executionem citrà vitium attentatorum.*
12 *Contradictor legitimus citari debet.*
13 *ex Præsentatione acquiritur præsentato ius considerabile.*
14 *Contradictor legitimus efficitur quis per productionē sui tituli.*
15 *Contradictor legitimus dicitur habens parem titulum.*
16 *Clausulæ,* verificato, dummodo, & amoto, *iura partium præseruant.*
17 *Executor efficitur mistus per clausulas*, verificato, dummodo, & amoto.
18 *Exequutor mistus quidquid facere non potest nisi partes Iudicis assumendo, & iuris ordine seruato procedendo.*

DECISIO CCCXXVII.

DE Beneficijs sub inuocationibus Natiuitatis Beatæ Mariæ Virginis in Collegiata Ecclesia S. Syluestri, & Sanctissimæ Assumptionis in Ecclesia S. Benedicti Ciuitatis Aquilæ vacantibus per obitum Stephani Fraticelli dum contenderent duo Præsentati nempe Ioannes Cascina quem præsentarunt Elisabetha, & Catherina de Basilijs, ac Iosephus Riuera præsentatus à Cesare Riuera eius patre fuit ab vtraque parte ad plures actus iudiciales deuentum coram Ordinario Aquilano Summ. Cascinæ *num. 2. & 3.* & successiuè d. Ioannes Cascina tanquam præsentatus à legitimis patronis obtinuit de eiusdem Beneficijs prouisionem Apostolicam, ac litem introduxit super exequutione litterarum Apostolicarum, & adiudicatione beneficiorum contra d. Iosephum Summ. *d. num. 3.* qui vigore consimilis prouisionis Apostolicæ antea ad sui fauorem obtentæ intrusit se in possessionē dd. Beneficiorū non citato Cascina eodem Sum. *num. 4.* Prosequuta postmodum lite coram Ordinario Aquilano ad instantiam eiusdem Cascinæ emanauit sententia per quam fuit declaratam litteras Apostolicas Cascinę esse exequendas, & Beneficia eidem adiudicanda, vt ex eodem Summ. apparet *num. 5.* Ab hac sententia cum Iosephus appellauerit, & committi causam obtinuerit in Rota, dubitaui cui nam dandum esset mandatum de manutenendo, & Domini responderunt neutri, dandum esse, sed apponendum esse sequestrum.

Quod enim ad Ioannem manutentio non prætenditur neque prætendi potest dum ex parte sua ipse non docet de aliqua eius posses-
1 sione, † quæ omnino requiritur ad effectum manutentionis *vulgat. §. retinendæ instit. de interd. Rot. decis. 512. num. 1. par. 4. recen.* & si de ea clarè
2 non constet, † vt neque illa concedi possit declarat *Aretin. in l. 3. num. 8. vers. hæc tamen dicta, ff. de aquir. poss. Abb. in ca. 1. num. 3. vers. secus autem de relig. domib. & fuit resolutum in Lucana optionis domus 24. Aprilis 1606. coram Manzanedo, & in Pistorien. Prioratus 17. Martij 1615. coram bon. me. Card. Fabritio Verospio.* Respectu vero Iosephi Riueræ cum possessio per eum adepta fuerit sub die 14. Ianuarij 1649. Summ. Cascinæ *num. 4.*
3 tanquam capta † iam pendente lite minus est manutenibilis *tot. tit. ff. & C. vt lit. pend. Natt. cons. 168. in princ. Cassad. dec. 3. in fin. de restit. spol. Mant. decis. 207. num. 10. & 322. num. 11. Burat. decis. 531. nu. 3. vers. & ideo in recen. decis. 159. num. 1. & 643. num. 1. part. 2. & post Posth. de manut. decision. 100. num. 6.*

Pendentia autem litis resultat ex compari-
4 tionibus, & citationibus † emanatis coram eodem Ordinario Aquilano ab vtraque parte sub die 7. eiusdem mensis Ianuarij 1649. Summ. Cascinæ *num. 2.* In quibus cum concurrant omnia sex requisita *per Clement. 2. vt lit. pend. & not. per Lancellot. de attent. lit. pend. 2. par. cap. 4. in præfat. num. 28. & seqq.* dubitari non potest de li-
5 tis pendentia, qua stante Possessio† nullo modo capi poterat quamuis etiam esset vacans citra vitium attentatorum, *Natt. d. cons. 568. à princip. vsq; ad num. 6. Lancellot. vbi supra num. 301 Rota decis. 159. num. 1. p. 2. recen.* & propterea ne attentans gaudeat commodo vitiosæ posses-
6 sionis,† illa venit sequestranda prout in puncto *Lancell. loco supracit. num. 718. Rota decis. 227. num. 2. 3. & 4. p. 3 lib. 2. & decis. 265. nu. 2. & 3. lib. 3 eodem par. 3. diuers.* et generaliter quod posses-
7 sio capta pendente lite† sit attentata, et sequestranda veniat tradit fusè *Lancell. vbi sup. nu. 711 cum seqq. & dixit coram Penia decis. 110. num. 5. & coram Buratto decis. 262. nu. 3. cum seqq. & dec. 691. num. 1. vers. Vnde merito p. 3. recen.* et plures aliæ cumulantur *in Lucana Canonicatus 1. Februarij 1647. coram R. P. D. meo Royas*, vbi quod hoc procedit de notorio stylo huius Tribunalis; Neque attentata excusari possunt sub prætextu, quod Riuera immissus fuerit in possessionem ab exequutore vigore litterarū Apo-
8 stolicarum, † et sic ex noua gratia distincta, et separata ab institutione, super qua prætenditur, vt lis tantum fuerit contestata *Rota coram san. mem. Greg. XV. decis. 345. nu. 1. & ibi Add. nu. 7.* et fuit resolutum *in Alexandr. Archipræsbyteratus 28. Iunij 1627. coram bon. me. Merlino, quæ est decis. 57. post Modern. de manut. sub num. 2. & 3.* Quia vltra quod obiectum tollitur ex facto, dum apparet litem introductam etiam fuisse super exequutione litterarum Apostolicarum ex decreto Iudicis de citando Iosephum, & citatione exequuta contra eundem, qui omnes actus facti fuerunt priusquam ab eodem Iosepho dictorum Beneficiorum fuerit adepta possessio. Summ. Cascinæ *num. 3.* Illud nec minus

minus habet subsistentiam in iure, nam sola
9 pendentia litis super institutione † sufficit ad reddendam attentatam possessionem captam etiam vigore prouisionis Apostolicæ, *Rota in Vrgellen. Archidiaconatus 13. Aprilis 1616. coram Sanctiss. D.N. & coram san. me. Gregor. XV. decis. 10. per tot.* et in puncto, quod possessio sit attentata, nedum si fuerit capta vigore institutionis habitæ ab Ordinario lite inter compræsenta-
10 tos pendente, † verum etiam si fuerit processum vigore prouisionis Apostolicę per vnum ex pręsentatis obtentæ manet *Lancell p. 2. cap. 4. vt lit. pend. in præfat. num. 714. Lotther. de re benefic. lib. 3. q. 11. num. 40. & 41. Rota in Gerunden. beneficij 1. Februarij 1645. coram R.P.D. meo Cerro, §. final.* quod procedit etiam si in gratia fuerit facta mentio litis; nam talis mentio saluat quidem gratiam à subreptione ob non factam mentionem de lite, & operatur validitatem, non obstante quod lite pendente Principi sup-
11 plicare non liceat, † verum non operatur quod lite pendente exequutor procedere possit ad executionem citra vitium attentatorũ, in terminis *Lotter. de re benef. lib. 3. q. 11. num. 41. Rot. in Teraonen. iurispatronatus 13. Maij 1616. corã S.D.N. & 443. numer. 3. & 4. coram bon. memoriæ Coccino.* vbi quod Rota plures reuocauit similes executiones tanquam attentatas.

Eoq; facilius dictam possessionem sequestrandam esse Domini dixerunt, quia Riuera se intrusit in possessionem dd. Beneficiorum
12 minimè citato Cascina, qui erat † citandus stante quod antea illum habuerat pro legitimo contradictore ex citatione contra eum exequuta coram Ordinario Aquilino *Dec. in l. fin. num. 45. C. de edict. Diu. Adr. tollen. Felil. post Innocent. in cap. cum inter num. 11. vers. tamen fallit de Iudic. Rota decis. 213. nu. 3. par. 3. recen. cum alijs allegatis in decis. 185. num. 10. p. 5. recen.* Accedit etiam quod ex præsentatione Patronorum ad
13 fauorem d. Cascinæ facta, † fuerat ei quesitum ius ad dicta Beneficia considerabile adnotat. *per Abb. in c. num Bertoldus de re iudic. Rota decis. 17. de præbend. in nou. & coram Seraph. decis. 1238. num. 4.* Vnde per solam productionem d. præsentationis factus fuit etiam legitimus
14 contradictor † ad impediendam immissionem Riueræ prouisio Apostolico cum clausula *Dummodo de tempore datæ præsentium non sit alteri ius quæsitum*, prout in his terminis firmauit *Rota coram Crescen. decision. 7. de iurepatron. & in Baren. beneficij 1. Iulij 1611. coram Pœnia, & penes Burat. decis. 212. num. 4. vers. quia sola præsentatio.*

Fortius id procedit dum Ioannes Cascina vltra præsentationem Patronorũ nititur pari titulo cõsimilis prouisionis à Sede Apostolica
15 obtẽtę † quo casu dubitari nõ potest quin dici possit legitimus contradictor ad impediendam immissionem alterius prouisi Apostolici *vt per Bart. in l. fin. num. 21. ibiq; alios communiter, C. de edict. Diu. Adr. toll. Menoch. de adpiscen. remed. 4. num. 58. Moder. de legit. contrad. q. 2. num. 143. & numer. 183. Mobedan. decis. 3. vt lit. pend. Rota coram Gregor. XV. decision. 221. numer. 3. & in recent. 362. num. 1. par. 3. & decis. 400. num. 14. p. 4. tom. 2. & decis. 34. num. 10. per. 5. & in Lucana Canonicatus 1. Iulij 1647. coram R.P.D. meo Royas, §. ac Petrum Lemmettum.*

Dum igitur litterę Apostolicę Riuerę productæ coram Ordinario Aquilano continent
16 clausulas *Verificato, Dummodo, & Amoto*, † vt in Summ. additionali Cascinæ *numer. 1.* ex istis clusulis fuit præseruatum ius validum, et cõsiderabile, quod habebat Cascina, *Seraphin. decis. 1489. num. 4. Rota in recen. decis. 572. numer. 6. par. 1. Card, Caualer. decis. 280. num. 2.* & Exequu-
17 tor factus fuit † mixtus, *Caputaq; decis. 337. n. 6. p. 1. Greg. XV. decis. 91. nu. 2. & decis. 413. vbi Add. num. 4. circa fin.* qui propterea procedere aut ali-
18 quid facere non potuit, † nisi partes Iudicis assumendo, et sic iuris ordine seruato, atque citato Cascina legitimo contradictore, *Felin. in cap. de cetero num. 9. de re iudic. Mohed. decis. 7. nu. 5. de restit spoliat. cum alys satis copiosè relatis in decis. 451. num. 2. p. 3. recent.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit &c.

R. P. D. CORRADO,

Posteà Eminentiss. CARDINALI.

Perusina Bonorum.

Veneris 18. Iunij 1649.

ARGVMENTVM.

Sententia lata cum legitimo contradictore, an & quando afficiat etiam alios non citatos latè discutitur, & huius occasione quis dicatur cõtradictor legitimus, clarè demonstratur. Statutum exclusiuum fœminarum, quando expressè refertur ad hæreditatem dotantis non importare exclusionem quoad alias successiones, constanter firmatur. Fideicommissario, an & quando competat retentio pro valore bonorum ab hęrede grauato alienatorum, eruditè tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Validitas sententiæ probatur ex ipso processu.*
2 *Iustitia sententiæ probatur ex decisionibus in causa factis.*
3 *Appellatio ex cursu triginta annorum efficitur deserta.*
4 *Restitutio in integrum non datur aduersus lapsum triginta annorum.*
5 *Sententia, quando sit executioni demandanda.*
6 *Sententia lata contra sententiam, quæ fecit transitum iniudicatum est nulla, & quando secus num. 7.*
8 *Sententia lata cum legitimo contradictore afficit etiã alios. intellige vt num. 10.*
9 *Contradictor legitimus quis dicatur.*
11 *Retentio competit fideicommissario pro valore bonorum, quæ fuerunt fideicommisso subiecta, & ab hærede grauato alienata.*
12 *Legitima debetur Nepoti in bonis Auiæ, Matre iam prædefuncta.*
13 *Legitima non potest fideicommissi onere granari.*

14 Le-

DECISIO CCCXXVIII.

CONSTARE de re iudicata sententię Rotalis à bon.mem Ortembergo prolatę de anno 1611. ad fauorem Hieronymi Martinelli hæredis Andreæ a Cornea contra Vener. Monasterium, ac Monachos Sancti Petri Ciuitatis Perusiæ, eamque ideò exequendam instante Costantio illius filio, ac hærede fuit resolutum die 29. Maij 1648. coram me. Verùm quia Informantes pro Monachis insistebant adhuc vehementer super nullitate, ac iniustitia dictæ sententiæ. Ideò causa denuò proposita, exactèque discussa, Domini steterunt in decisis.

1 Quia † validitas eiusdem sententiæ probatur ex ipso processu, in quo constat de iurisdictione, mandatis, & citationibus, ac obseruantia terminorum substantialium *iuxta decis. Verall. 262. par. 2.* & ex Decisionibus super ea emanatis *coram bon. mem. Coccino diebus 24. Februarij, &*
2 *3. Maij* 1612. † Iustitia verò ex alijs præcedentibus *coram eodem Ottemberg. diebus 24. Nouemb. 1608. 14. Ianuarij, & 18. Martij, ac 6. Iunij 1611.*
3 Ex † tempore autem triginta annorum, & vltra decurso planè conuincitur interitus omnium fatalium, tàm appellationis *l. fin. §. illud etiam, & Auth. ei, qui C. de tempor. & reparat. ap-*
4 *pellat. cap. cum sit Romana de appellat.* † quàm restitutionis in integrum, *l. fin. ibique gloss. in verb. finiendamque litem, &c. & DD. C. de tempor. in integr. restit. cap. 1. de restit. in integr. in 6. Clement. vnic. eodem tit. Rota pœnes Buratt. decis. 77. num. 8.*
5 *vers. & quatenus, &c. & decis. 741. per tot.* † Et propterea exequi debet *l. post rem iudicatam ff. de re iudicat. l. 1. C. eodem l. 2. & l. fin. C. de execut. rei iudicat. l. 1. C. eodem l. 2. & l. fin. C. de execut. rei iudicat. Rota in Tiburtina hæreditatis 22. Iunij 1637. coram Reuerendissimo Salamantino in §. ex quibus res iudicata venit omninò exequenda, &c. cum alijs relatis in præcedenti decisione §. 1.*

6 Neque subsistit † obiecta nullitas ex eo deducta, quod sententia fuerit prolata contra alias præcedētes b.me. Gropperij anno 1570. & b.m. Orani 1590 ad fauorē Monasterij, & Monachorū prędictorum super eisdē bonis, tàm in iudicio possessorio, quàm petitorio contra quosdam de Signorellis, quæ in iudicatum iamdiù transierant, plenamque obtinuerant executionem *contr. l. 1. C. quand. prouoc. non est necess.*

7 Quoniam conclusio non procedit, † quando sententiæ fuerunt inter diuersas personas, & ex diuersa causa prolatæ, vt in proposito casu, in quo Monachi, vti hæredes in effectu Panthasileæ vxoris q. Hieronymi Vibij egerunt primum contra illos de Signorellis iudicio possessorio manutenendę, ac respectiuè reintegrandæ ob molestias, turbationes, ac spolia per eos illatas, & illata. Deindè verò petitorio pro canonizatione iuris proprij contra illorum iactationes ex prætensis antiquorum fideicommissis, vel alijs causis. Et in vtroq; sententias contra illos obtinuerunt non interuenientibus, neque citatis Andrea à Cornea, siue Guidone, & Hieronymo Martinello eius hæredibus, pro quibus emanauerat sententia immissionis in possessionem Prædij nuncupati il Palazzo di Madonna Pantha, & Terrarum, de quibus agitur à Gubernatore Perusij in alio diuerso iudicio, & ex diuersis causis, nempè donationis eiusdem Prædij, & Terrarum facta per dictam Pantasileam q. Rosato, à quo fuit legatum Sebastiano Vibio, cui successit ex testamento d. Andreas, & Dationis in solutū terrarum per filios, ac hæredes dicti q. Hieronymi Vibij Margheritæ eorum sorori, ac matri præfati Andreę pro residuo dotis illi debitæ, vt apparet ex Instrumentis, Processu, ac Decisionibus Rotalibus prædictis. Ideòq; nulla ratione prætendi potest, quod sententiæ, ac res iudicata super diuersa causa cum Signorellis præiudicium intulerint alteri cum his vertenti, ac nullitatem sententiæ in ea prolatæ potuerint inducere per *text. in l. & an eadem ff. de exception. rei iudicat.* & benè declarat *Bart. in d. l. 1. vers. nam secundum quod intelligo, & seq. & Salycet. sub num. 5. vers. tertio casu, &c. ac alii C. quand. prouoc. non est necess. Innocent. in cap. causam quæ il 2. sub num. 7. vers. sed quæris, & ibi Butr. sub nu. 14. vers. non obstat quod sententia contra sententinm, &c. qui fil. sint legitim. Felyn. in cap. inter Monasterium*

sub

ſub nu.24. verſ. limita nono,&c. de re iudic. & reſpondit Rot. in Leodien. fruct. 30. Aprilis 1632. in rec. deciſ. 119. ſub num. 1. verſ. quia vltra quod, cum ſeq. par.6.

8 Minus ſubſiſtit, quod iudicium, † & ſententiæ latæ cum Signorellis eorumdem bonorum tunc poſſeſſoribus, ac proindè legitimis contradictoribus alios etiam afficiant.

Quia nec in facto iuſtificatur obiectio, quãdoquidem ſententia bo. me. Gropperij in iudicio poſſeſſorio prolata fuit ad fauorem Monachorum, qui medietatem bonorum tunc poſſidebant, alterius verò medietatis poſſeſſione fuerant à dictis Signorellis iniuſtè ſpoliati, & executa anno 1570. Alia verò bo. mem. Orani in petitorio anno 1590. Monachis ipſis poſſidentibus, & ab eorum iactationibus ſe liberari ſatagentibus, vt patet ex Proceſſu; Nec con-
9 gruit caſui propoſito, † nam ille dicitur ad hũc effectum legitimus contradictor, ad quem cauſa ipſa, eiuſq; defenſio principaliter ſpectat, *Alex. in l. ſæpè num. 77. verſ. circa primum, &c. ff. de re iudic. Rota pœnès Mohed. deciſ. 8. de ſent. & re iudicat. & Comitul. deciſ. 133. num. 10. verſic.*
10 *legitum aniem contradictor*, † Quare potuerunt quidem Signorelli legitimi appellari contradictores reſpectu cauſæ, ac intereſſe proprij, non autem reſpectu cauſę, ac intereſſe Andreę à Cornea, eiuſque hæredum nullam cum eis connexionem, ac dependentiam habentis, ſed omninò ſeparati, & ex diuerſis perſonis, & cauſis prouenientis, de quibus cum in illo iudicio nec actum, nec ipſis citatis cognitum fuerit, nulla ſanè indè deduci poteſt ſuper eis res iudicata, nullumq; eorum præiudicium, *l. de vno quoque ff. de re iudic. l. cum quæritur. cum duabus ſeqq. l. ſi cum vno hærede ff. de excep. rei iudic. l. 1. & ſeq. C. quibus res iudicat. non noc. l. 1. & ſeq. C. res inter alio, act. eam ſuper de re iudic. cap. dilecto filio in finalibus verbis, ibique gloſſ. in verb. non obſiſtat. verſ. ſed ſecus eſt hic, &c. de præbend. Caſtr. conſil. 76. in facto iſto. in fin. uerſ. ulterius lib. 2. Didac. PP. quæſt. d. cap. 13. ſub num. 5. uerſ. nec enim dubiũ eſſe poteſt, &c. & infr. Molin. de Primogenit. lib. 4. cap. 8. ſub num. 11. uerſ. non enim cum illo, &c. Surd. deciſ. 256. à num. 4. uerſ. contrarium tamen, &c. cum ſeqq. & conſil. 418. num. 13. uerſ. at ſententia, etc. Rot. penes Cardin. Seraphin. deciſ. 1477. numer. 2. uerſ. nam ſententia, &c. & num. 6. uerſ. neque obſtat, &c. & num. 7. uerſ. neque obſtat, &c. Card. Mantic. deciſ. 66. ſub num. 1. & ſeq. & Pen. deciſ. 2. nu. 11. uerſ. nec afficiebant, &c. ac ſeq. cum aliis relatis in præcedenti deciſione in §. nam quod primo loco deducitur, &c.*

Præterea non obſtat exceptio iniuſtitiæ, eo
11 quia † aduerſus immiſſionem à præfato Andrea à Cornea, eiuſq; hæredibus petitam competeret Monachis vti hæredibus, ac fideicommiſſarijs dictæ Pantaſileæ retentio pro valore bonorum eidem fideicommiſſo ſubiectorum, quæ fuerunt a Sebaſtiano Vibio eorum cohærede grauato, ab ipſoq; Andrea à Cornea illius paritèr hærede alienata, vt aſſeritur probari ex Inſtrumentis celebratis anno 1551. die 7. Nouembris, & anno 1556. 9. Aprilis anno 1560. die & anno 1562. die 20. Aprilis *iuxtà tradit. à Peregrin. conſil. 35. ſub num. 11. uerſ. itaque lib. 3. & in Romana legati 25. Maii 1648. coram R. P. D. meo Royas in §. in caſu autem noſtro, &c.* quæ tamen illis non fuit conceſſa.

Quia primum inſtrumentum celebratum anno 1551. die 7. Nouembris continet quidẽ venditionem factam à dicto Andrea à Cornea, & Bernardo eius Fratre, ac Orlandino de Monteuibio tertiæ partis omnium bonorum, quæ remanſerunt in hæreditate Pantaſileæ in locis ibidem nominatis, vt in eo legitur in Summario Monachorum ſub *num.* 11. ſed vel illa non habuit effectum, nam dd. bona poſſidebantur à Monachis, & Sebaſtiano Vibio eius hæredibus, vt apparet ex præcedenti inſtrumento illorum apprehenſionis auctoritate Iudicis factæ die 4. Aprilis 1550. in eodem Summario ſub *nu.* 2. in qua quidem poſſeſſione ijdem Monachi mortuo Sebaſtiano cohærede obtinuerunt manuteneri ex ſentẽtia Gubernatoris Peruſij anno 1558. Ideòque non ſatis hinc probatur realis diſtractio fideicõmiſſi, ſuper qua prætenſa per Monachos integratio
12 fundatur. † Vel ſi habuit effectum, nihil tamen ex ea detractum fuit iuribus dicti fideicommiſſi, cum eadem tertia pars debita eſſet ratione legitimæ in bonis Panthaſileæ Teſtatricis ipſius Andreæ, & Bernardo eius nepotibus ex Margherita filia tunc prædefuncta, *§. neque illo in auth. de Trient. & ſemiſſ. §. 1. in authen. de hæred. ab inteſt. gloſſ. in l. omni modo in uerb. aliis per-*
13 *ſonis. C. de inoffic. teſtament.* † quæ fideicommiſſi onere grauari non potuit, *l. quoniam in prioribus l. ſcimus in princip. & in §. cum autem C. eod. tit.* Atq; ideò in ea quota alienata cenſetur ab illis electa fuiſſe, *l. Marcellus §. res, quæ. & ibi DD. ff. ad S.C. Trebell. Cephal. conſ. 189. num. 19. uerſic. ſecundo, &c. & ſeqq. Honded. conſil. 72. num. 5. uerſic. uerum prædictis non obſtantibus, etc. lib. 1. Rot. deciſ. 429. num. 1. uerſ. quemadmodum enim, &c. par. 4. diuerſ. & penès ſan. mem. Greg. deciſ. 580. num. 2. uerſ. & clarum eſt, &c. cum ſeq. Andr. deciſ. 80. ſub num. 1. verſ. & cum dicta vinea, &c. & ſeq. & deciſ. 105. ſub num. 8. verſ. præterea, ac ſeq. & in recen. dec. 215. num. 1. verſ. quibus præſuppoſitis par. 2. & aly relati per Sfort. Odd. de prohibit. alienat. quæſt. 34. ſub num. 4. verſ. ad premium, &c. cum ſeqq. & in Romana fideicommiſſi de Capiteferreo coram me ſub die 11. Martij 1645. in §. neque ſubſiſtit, &c. & 19. Ianuarij 1646. in §. nam hoc procedit, &c. & alibi ſæpè.*

14 Nec obſtat, † quod legitima non deberetur d. Margheritæ, nec proindè filijs eius, quippè non poterãt matri ab inteſtato ſuccedere, tùm quia fuerat dotata, tùm quia ſupererat d. Sebaſtianus Teſtatricis nepos legitimatus ex Raphaele filio legitimo prædefuncto, quibus caſibus excluduntur fœminæ, ac deſcendentes ab eis ex diſpoſitione ſtatut. Peruſin. lib. 2. rub. 45.

15 Quia fuit illa quidem dotata, † ſed à Raphaele, ac Balleono eius fratribus, vt conſtat ex Inſtrumento anno 1529. die 2. Ianuarij celebrato. Ideòque vel ex proprijs, bonis ipſius mulieris dos illa conſtituta fuiſſe cenſetur, vt in di-

in dicto Statuto cauetur *in §. item si aliquis receperit, vers. & intelligatur dos fuisse de bonis mulieris*
16 *dotata, &c.* † vel saltem ex bonis paternis, (vt tenebantur etiam vigore dicti statuti *in §. item si aliquis pater*) *iuxta theoric. Bald. in l. fin. sub numer.17. vers. sed hic pone, quod frater dotauit sororē, &c. cum seq.C. de dot. promiss.Menoch.de arbitr.iud. cas.88. sub num.46. vers. sic in fratre, &c. ac seq. lib.1. Rot. decis. 44. sub num.7.vers. quod eo fortiùs &c. & seq.par.4. tom.2. recent. cum alijs allegatis in*
17 *præcedenti decisione in §.alterum verum,&c.* † Ideoque hac ratione non erat exclusa ab hæreditate, & successione matris, cum statuti dispositio referatur expresè ad successionem, & hæreditatem dotantis, vt in eo legitur in principio, & fuit responsum in *Perusina bonorum 27. Iunij 1597. coram Gypsio apud Modern. Perusin. ad statut. eiusdem Ciuitatis decis.24. num. 6. vers. quo-*
18 *niam responsum fuit,&c. & seq.* † vbi in terminis illius statuti firmatur, quod filia fœmina admitti debet vna cum fratre ad successionem matris, nisi probetur ab ea fuisse dotata,& cōprobatur *in recent.dec.180. num. 2. vers. nec obstat dictum statutum, &c. ac seqq. & dec. 213. numer. 3. versic.quantum attinet ad primum,&c. cum seqq.p.4. tom.2. & dec. 247. num. 6. versic. aliud verò statutum, &c. & dec. 321. num. 13. versic. & huiusmodi statuta, etc. et seqq.et num.23. versic. neque sat fuisse,*
19 *et seq. par.5.* † ob existentiam verò dicti Sebastiani (quatenus validè probaretur legitimatus, seù dispensatus) exclusa quidem fuisset ab hæreditate, sed non à legitima ex iuris dispositione debita, quàm eiusdem statuti verba præseruant,dum masculos legitimatos,seù dispensatos admittunt ad succedendum secundum tenorem, & valorem legitimationis, seù dispensationis, ac voluntatem, & dispositionem Domini bonorum ad cuius instantiam fuerint
20 legitimati (Iuri tamen nō contrariam.)† Nam iuris, ac æquitatis rationi aduersaretur, si parentes legitimam sobolem debita portione per eiusmodi spuriorum legitimationes priuare possent contra legum dispositionem *l.omnimodò. l. quæ nuper. l.quoniam in prioribus. l. scimus §. cum autem, et §. sancimus C. de inoffic. testament. ac in §. aliud quoque Capitulum in authen. vt de appellation. cognosc. et probatur ex text. in §. et quoniam variè in authen.quibus mod.nat. offic.sui Menoch. consil.19. sub num.25. versic. quocirca si pater, etc. Rot. penès san.mem.Gregor. decis. 134. cum alijs relatis per Modern. Pisaur.de imput.quæst.83.num.5. vers.quod ampliatur, etc. cum seqq. et fuit dictum in Perusina bonorum de Vbaldo 5. Maii 1586. coram coram bon.mem. Orano apud d. Modern. ad statut.Perus. decis.106. sub num.4.vers. neque repugnat statutum Perusiæ cum seq.*

Minus releuat legatum florenorum 2000. cum onere plus non petendi, & alijs in eo adscriptis à Panthasilea factum dd. eius Nepotibus.

21 Quia † nullum ex eo potuit inferri præiudicium, nec quicquam detrahi legitimæ ipsis competenti *d. l.omnimodo, ibiq; gloss.in verb. exigere, et d.l. quoniam in prioribus C.de inoffic. testam. Cephal.cons.95. sub num.8.uers. ratio est,etc. ac seqq. Rota in Romana legitimæ 25. Iunii 1618. coram bo. mem. Remboldo in §. nec obstat prohibitio Brigidæ*
22 *facta, etc. et sæpè in aliis.* † Ideoque non probata illius specifica approbatione illam integrè petere, ac consequi non prohibentur, *Crauett. consil. 312. sub num.4. in §.tertio principaliter quæro. uers. tunc enim agendum esset, etc. Anton Fab. in in eius Cod. sub tit. de inoffic. testament. def. 9. Rota penès sanct. mem. Gregor. decis.489. num. 21. uersic. respondetur, et seqq. et in recent. decis. 368. num. 3. uers. tertia responsio fuit, etc. et decis.543. numer.2. uers. non obstant prohibitiones, etc. part. 4. cum aliis relatis per Modern. Brixiens.de substit.quæst.296.sub num. 47. uers. ampliatur decimo quarto, etc.*

Aliud autem Instrumentum celebratum anno 1556. 9. Aprilis continet simplicem cōuentionē inter dictos Sebastianum, & Andreā initam,quod hæreditas Panthasileæ equis portionibus ad vtrumque spectaret cum reciproca iurium cessione specialitèr per Andream facta ad fauorem Sebastiani super dimidia parte bonorum dotalium Margheritæ matris, & vicissim per Sebastianum ad fauorem illius pro dimidia parte iurium ad ipsum spectantium super quodam Horto ibi descripto, vt legitur in dicto Sūmario *sub nu.12.* sed nec inde probatur alienatio, atque distractio bonorum fideicommissi, quæ realiter habuerit effectum. Tùm quia non constat bona tunc fuisse penès Andream, immò probatur dictam hæreditatem ex testamento delatam Monachis, ac Sebastiano, eosq; illam realiter adeptos fuisse ab anno 1550. citrà, & specialitèr dictum Hortum in Instrumento eorum immissionis descriptum, cum expressa prohibitione cuiuscumque alienationis amplis verbis concepta,ac etiam diuisionis vsque quo idem Sebastianus filios masculos ex legitimo matrimonio suscepisset, vt legitur in dicto testamē-
23 to, † contra cuius tenorem nihil detrahi potuit iuribus fideicommissi, neque dominium bonorum sub eo comprehensum in alios transferri, *l. fin.ibique gloss. et DD. C. de reb. alienan. non alienand. gloss. in l. cum pater §. libertis in uerbo ne id alienarent, uers. itē his ff.de legat.2. et not.DD. in l.filius familias, §. Diui ff. de leg.2. Grat.cons.17. num.16. uers. immò impeitur,etc. Rota penès Cardin. Seraph. decis. 321. num. 13. uers. sed etiam prohibitio alienationis, et decis.512. num.1. uers. quod multò magis, par.4. diuersor. Cardin. Caualer.decis.81. numer.6.uers.quia stante expressa prohibitione alienandi etc. et decis. 108. num. 1. uers. quia stante expressa prohibitione alienandi, etc. et decis.108. num. 1. uers. quia cum Testator, et seqq. Coccin. decis.166.num.1. uers. hæc prohibitio, etc. ac infra cum aliis relatis per dict. Modern. Brixiens. de substitut.q.717. à num.1. et seqq. et num. 18. uers. infertur ex prædictis cum seqq.* Tùm quia Sebastiano sine filijs defuncto Monachi eius cohæredes, ac pro indiuiso cum eo omnia dictæ hæreditatis bona posidentes iuxta Testatricis dispositionem continuarunt eorumdem possessionem insolidum, & in ea fuit illis contra dictum Andream cōcessa manutentio per dictam sententiam Gubernatoris Perusij, ex qua iustificatur illorum præcedens
24 possessio, † cum manutentio non tradat possessionem, sed illam prius traditam, siuè habitam

tam fuisse declaret, atque confirmet etiam absque alia executione facti, quam ipsa præsefert implicitam, *Menoch. de retinend. remed. ultim. nu. 57. vers. præterea &c. & in specie fuit responsum in Auximana Census 23. Iunij 1636. coram Reuerendissimo Terracinen. apud Modern. Perusin de manuten. dec. 647. nu. 33. vers. & si non doceatur de executione &c. cum seq.*

Alterum verò cælebratum anno 1560. die nil plus rẽleuat alio præcedenti sub die 7. Nouembris 1551. de quo actum fuit supra *in §. quia primum instrumentum &c.* Continet enim venditionem factam ab illo Orlãdino de Monte Vibio cuidam Aurelio eiusdem tertæ partis bonorum ipsi prius venditæ mediante dicto Instrumento præcedenti ab Andrea, et Bernardo fratribus à Cornea; Ac alterius etiam tertiæ partis ad Cleopham eius
25 vxorem spectantis. † Et licet in eo legatur clausula Constitut. &c. Hæc tamen operari non potest translationem possessionis eorum bonorum, quæ non apparent penès ipsum constituẽtem realiter extitisse *glos. in l. 2. in verbo tradita sit, C. de sequestr. possess. Angel. in l. quædam mulier sub nu. 2. vers. item attende &c. ff. de rei vindic. Franc. Aret. in l. interdum. in fin. princip. vers. & vide omnino &c. ff. de acquir. posses. Alex. cons. 10. viso processu &c. sub num. 2. vers. nec obstat constitutum &c. lib. 4. Rot. penès Cardin. Seraphin. decis. 302. num. 6. vers. sequitur quod quemadmodum &c. & Burat. decis. 136. num. 11. vers. vnde nec constitutum &c. cum alijs relatis per Modern. Roman. discept. 954. sub nu. 3. vers. secus autem respectu tertij &c. & seq.*

Postremum denique celebratũ anno 1562. die 20. Aprilis in dicto Summar. *num. 17.* continet venditionem nonnullorum bonorum (quę propria erant dicti Andreæ) factam per ipsum præfato Sebastiano, cui venditor acceptо tulit ad computum pretij florenos octingentos quadraginta duos ab ipso debitos emptori pro iuribus eidem competentibus super bonis in hæreditate dictæ Panthasileæ remansis ac prædicto Orlandino de Monte Vibio de eius consensu vt supra venditis. Verum nec ex eo probatur intentio Monachorum, quia non dicitur ibi, qud Sebastianus alienauerit, consenserit alienationi bonorum fideicommissi, sed iurium sibi competentium in dictis bonis, quæ duplicis erant speciei fideicommis
26 si oneri non obnoxia. † Scilicet ratione legitimæ ipsi debitæ in bonis Auiæ (Raphaele patre prædefuncto) quę firmiter asseruit illum fuisse ipsa instante legitimatum, & pro tali haberi voluit, atque disposuit *gloss. in authen. si qua mulier in uerb. liberos C. de Sacrosanct. Eccles. Alex. consil. 139. elegantèr fuit conclusum in princip. uersic. secundo concludo, etc. lib. 1. Rolan. consil. 96. num. 51. uers. quia conclusione præmissa, et seqq. lib. 3. Rimin. iun. con. 156. num. 36. uers. quoniam legitimato filio, etc. et seqq. Laderch. consil. 170. num. 2. uers. hinc fit, etc. et seq. Rot. penès Card. Seraphin. decis. 801. numer. 8. uers. tamen cum Simon, etc. et decis. 355. sub num. 1. uers. et moti sunt Domini par. 1. diuersor. ac in recent. decis. 653. num. 3. uersic. prout etiam part. 1.*
27 *confirmata decis. 368. par. 4. et sæpè in alijs.* † Et ratione fructuum eorumdem bonorum, quorum commoditatem validè potuit cedere, & alienare pro tempore vitæ suæ, *l. si usufructus ff. de iur. dot. l. usufructu ubi Bart. et alii ff. solut. matrimon. Bald. in l. codicillis §. instituto sub num. 1. uers. et per hoc induco, et. ff. de leg. 2. Ias. in l. filius familias §. diui sub num. 11. in undecima limitatione, ff. de legat. 1. Molin. de primogenit. lib. 1. cap. 20. sub numer. 12 uers. quo sit, etc. et cap. 21. sub num. 25. uers. in tertia, et ultima specie, etc. Paregrin. de fideicommiss. art. 4. sub num. 110. uers. attamen poterit, etc. et num. 117. uers. quamuis autem, etc. Menoch. consil. 777. num. 8. uers. et quod is, etc. et seqq. Præd. de fideic. quæst. 8. num. 102. uersic. sextò limitatur, etc. cum alijs relatis per d. Modern. Brixiens. de substit. quæst. 525. num. 17. uers. porro, etc. et quæst. 527. n. 5. uers. sed aduerte, etc.*

Non obstat denique compromissum de anno 1558. à præfatis Andrea, Sebastiano, & Orlandino factum in M. Antonium Eugeniũ insignem I.C. nec laudum subsecutum.
28 Quia respicit tantum bona hæreditatis Hieronymi Vibij, non autem dictæ Panthasileæ. Quinimò referuntur in eodem laudo alienationes ab illa indebitè factæ, vt legitur in dicto Summario *sub num. 18. & 19.* Ideoq; ad effectũ, de quo agitur induci, neque extendi potest, *l. pen. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. l. Paulus la 1. ff. de re iudic. Bart. in l. Iulianus num. 5. vers. probo etiam ff. de condit. indebit. Alex. cons. 18. circa dubia num. 3. vers. & sententia arbitri, &c. lib. 7. Ruin. consil. 116. num. 6. vers. quia sententia, vel laudum, &c. lib. 4. Paris. consil. 5. sub num. 19. vers. & etiam quia verba, &c. lib. 2. Roland, cons. 79. à nu. 10. vers. nam indubitati iuris est, &c. cum seqq. lib. 3. Surd. cons. 313. num. 14. uers. nos autem sumus, &c. Rot. penes Card. Mant. d. decis. 66. sub num. 3. uers. accedit etiam, &c. & decis. 145. num. 5. vers. & cum laudum, &c. par. 5. & decis. 76. num. 13. vers. & lau-*
29 *dum, ac seqq. par. 7. recent.* † Neque illud potest per Monachos impugnari, quando ipso vsi fuerunt, ac vtuntur. *l. Publia §. fin. ff. depos. Rot. penès Buratt. decis. 602. num. 6. uers. ex quo, & in recent. decis. 360. num. 3. uers. & ideò cum seqq. pa. 5. & decis. 88. sub num. 21 uers. & quamuis productio, & seq. part. 6.*

30 Quare cum † ex prædictis obiecta retentionis exceptio appareat, vel non subsistens, vel saltem turbida, & illiquida iure admitti non potuit coram bon. mem. Ortembergo. Minusq; potest in præsentia ad impediendam illius sententiæ, ac rei iudicatæ executionem, *l. fin. C. de compens. l. 2. & l. 4. C. de re iud. l. 2. & l. fin. §. de execut. rei iudic. & fuit dictum in Perusina bonor. de Balteon. 26. Iunij 1591. coram bon. mem. Comitulo decis. 167. sub num. 5. uers. nullam habet, &c. cum seq. & penes s. m. Greg. dec. 220. n. 5. vers. interim, ac decis. 254. num. 3. uers. sed tamen non procedit, &c. Buratt. decis. 260. num. 14. uers. quia cum à d. sententia, etc. Reuerendiss. Vrgellen. decis. 113. num. 7. uers. quia quicquid sit, etc. et in recent. decis. 433. sub nu. 4. uers. præterea, etc. par. 2. et decis. 743. num. 11. uers. non obstat denique exceptio retentionis, etc. par. 3. et decis. 411. num. 4. uers. neque creditum par. 5. ac sæpè in*
31 *alijs.* † Eoque minùs attenta perceptione fructuum ex eisdem bonis, (de quibus agitur) per Monachos possessis à die litis tãdiu cõtestatæ citra,

citra, vt respondit *Rota in Romana domus de Barbarel. 26. Aprilis* 1591. *coram eodem Comitulo decis.* 145. *nu.* 11. *vers. quia nil morantur &c. ac penes Reuerendiss. Vrgellen. decis.* 360. *sub num.* 6. *vers. & in omnem casum &c. & in recent. decis.* 249. *sub nu.* 20. *vers. reliquæ verò detractiones &c. ac seq. part.* 6. *atq; in alijs relatis in Ariminen. Saluiani* 19. *Iunij* 1648. *coram R.P. D. meo Bichio in* §. *non obstat retentio &c. & in præcedenti decisione coram me in* §. *quare cum huiusmodi Monachorum prætensio &c.*

Et ita resolutum vtraque parte informante &c.

REVERENDISS. P. D. CERRO Sacræ Rotæ DECANO.

Interamnen. Vsusfructus.

Veneris 18. *Iunij* 1649.

ARGVMENTVM.

Statutum quãdo excludit fœminas si fuerint dotatæ, expressa, & formalis requiritur dotatio, quando tamen illas excludit propter masculos, & mandat ipsas dotari nisi fuerint dotatæ, tunc non est necessaria actualis dotatio de tempore successionis, & quare. Item quando statutum censeatur excludere fœminas tãtummodo ab hæreditate dotantis, & quando vnica dotatio sufficiat, vt ab omnibus dicantur exclusæ latissimè tractatur.

Pater retinendo bona vxoris vsq; ad eius obitũ censetur adiuisse hæreditatem nomine filiorũ quibus delata fuerat stante statuto exclusiuo fœminarũ censetur adiuisse nomine masculorum, & non fœminarum, & quid si frater stãte supradicto statuto admittit sorores ad hæreditatem paternam, an censeatur etiam voluisse admittere ad hæreditatem maternam, latè discutitur.

SVMMARIVM.

1 *Vsusfructus omnium bonorum alicui relictus, intelligitur de omnibus bonis, quæ ad Testatorem spectant.*
2 *Fœminæ quando sunt exclusæ à statuto, siue sint dotatæ, siue indotatæ, sola existentia masculorum sufficit pro illarum exclusione.*
3 *Fœminæ vbi sunt exclusæ à statuto propter masculos, demandando illas dotari, nisi fuerint dotatæ, dotatio non est necessaria pro illarum exclusione, & quare.*
4 *Fœminæ vt dicantur exclusæ à statuto, demandare illas dotari, non est necessaria actualis dotatio de tempore successionis.*
5 *Dos nõ debetur nisi matrimonium, & nuptiæ actualiter contrahantur.*
6 *Statutum exclusiuum fœminarum, quando procedit per dictiones alternatiuas enumerando personas à quarum successione excludit, videtur tantummodo illas excludere ab hæreditate dotantis.*
7 *Intellige quando statutum tam in parte dotationis, quàm in parte exclusionis, vteretur verbis, & dictionibus alternatiuis, secus si in parte donationis tantum.*
8 *Statutum exclusiuum fœminarum, quando non censeatur illas exclusisse ab hæreditate dotantis, sed vnica dotatio sufficiat pro omnium exclusione.*
9 *Et quid si fœminarum exclusio non esset perpetua sed temporalis.*
10 *Statutum quando præsumatur confirmatum Apostolica auctoritate.*
11 *Pater retinendo bona Vxoris vsque ad eius obitum, censetur adiuisse hæreditatem nomine filij, cui delata fuerat.*
Intellige procedere in solis filijs infantibus, & quãdo etiam in maioribus num. seq.
12 *Hæreditatis aditio ex quibus sufficienter probata remaneat.*
13 *Communio inter fratres, & sorores non probatur ex assertione emanata in confectione inuentarij bonorum alterius ex fructibus defuncti.*
14 *Additio hæreditatis, quæ præsumitur facta à patre nomine filiorum, retinendo bona Vxoris, intelligitur facta nomine masculorum, & non fœminarum, stante statuto illarum exclusiuo.*
15 *Frater stante statuto exclusiuo fœminarum, si admittit sorores ad hæreditatem paternam, non censetur voluisse etiam admittere ad maternam hæreditatem, & quare num.* 16.
16 *Vsus fructus quando est relictus vxori donec viduitatem seruauerit, non tenetur præstare cautionem Mutianam.*
18 *Cautio de utendo, & fruendo arbitrio boni uiri ob litem postea motam sufficit, ut præstetur ab vsufructuario in actu consecutionis usufructus.*
19 *Vsusfructus omnium bonorum relictus Vxori, intelligitur persoluto prius ære alieno.*
20 *Cessio iurium per uerba* talia, qualia, *sufficit ad obtinendum contra bona debitoris.*
21 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij benè agere potest contra bona hæreditaria pro consecutione sui crediti.*
22 *Actiones non confunduntur, sed separatæ præseruatur in hærede beneficiato.*
23 *Hæres, qui de tempore aditæ hæreditatis non est creditor, sed talis factus fuit postea persoluendo de proprio, benè potest agere contra bona hæreditaria pro eius satisfactione.*
24 *Hæres quamuis adiuerit hæreditatem absq; beneficio legis, & inuentarij, quando tamen actiones sui crediti non censeantur confusæ.*
25 *Legatarius amittit legatum nõ seruando ad vnguem voluntatem Testatoris.*
26 *Hæres proprietarius non potest consequi legatum vsusfructus, sed illud accrescit collegatario. intellige ut num.* 27.

DECISIO CCCXXIX.

DEFVNCTO Io. Alexandro Paciono, institutis hæredibus proprietarijs Lucia, & Doralice sororibus vsufructuaria Catharina Campia vxore, inter istas mulieres variæ ortę fuerunt controuersiæ tam super hæreditate dicti Io. Alexandri fratris, & mariti respectiuè, quàm super hæreditatibus Fuluij, & Alcidę illius parentum. Ideoque coram Reuerendissimo D. Ghislierio tunc S. Rotę Auditore,

tore, nunc verò Episcopo Terracinen. suscepta disputatione super hereditatibus Fuluij,& Io. Alexandri tantum, resolutum fuit Doralici, & Luciæ dandam esse manutentionem in duabus partibus bonorum Fuluij, Catharinæ in alia tertia parte eorundem bonorum, & in omnibus bonis Io. Alexandri eius viri, titulo tamen solius vsusfructus,& cũ oneribus contentis *in decis.27.Ianuar.*1643.

Acquieuerunt prefatę mulieres huic resolutioni, sed prosequentibus coram me in locum d.Reuerendiss.Terracinen.particulariter subrogato disputationem super hereditate Alcidæ ibidem non comprehensa *sub die* 13. *Maij præteriti* proposui dubium, An in bonis Alcidę sit dãda manutentio Catharinę in totum, sed Domini ordinarunt, quod videretur de bono iure, quo dubio hodie proposito constare existimarunt de bono iure vtriusque partis.

Catharinæ scilicet, & quidem in omnibus præfatis bonis quoad vsumfructum sibi relictum à d.Io.Alexandro eius viro; Cum enim ex dispositione statuti Ciuitatis Interamnæ *lib.2. sub fol.40.rubr.quod mul.dotat.non succed. relati in eius Summ.num.2.* fœminarum exclusiui, ipse solus tamquam masculus successerit d. Alcidę ab intestato defunctæ exclusis penitus Lucia, & Doralice sororibus, prout etiam resolutum fuit *in Interamnen.hæreditatis de Paradisis* 12.*Decembris* 1650.*coram S.D.N.in recent. decis.*104. *par.*1. *confirmata coram eodem* 6. *Martij* 1606.*& admittitur in d.decis. ædita coram Reuerendiss.D. Terracinen. §. non obstat alterum*.
1 † Sicut hæreditas d.Alcidæ in totum spectauit, & effecta fuit proprium patrimonium ipsius Io. Alexandri, ita etiam eius vsusfructus in totum spectare debet ad Catherinam ab ipso vniuersalem vsufructuariam in testamento scriptam *ad tex.in l.vxori meæ 37.ff.de vsufruct.legat.*

2 Idque † etiam si dd.sorores expressæ dotatę non fuerint; Cum enim præfatum statutum in verbis specificè excludat non solum dotatas, sed etiam indotatas iuncto fratribus onere dotandi pro viribus patrimonij, sola existentia masculorum sufficit pro ipsarum exclusione, vt responsum fuit *in d.Interamnen.hæreditatis de Paradisis 6. Martij 1606. §. non obstat dum dicebatur, & in similibus terminis dixit Rota decis. 540.per tot. & signanter sub num.1. vers. non enim propter dotem par.1.diuers.in recent.decis.405.n.22. cum seqq. par.5. & plenius in Romana supplementi legitimæ 18.Maij 1640.15.Aprilis 1644.& 26.Ianuarij 1646.coram me.* Licet enim quando statutum excludit fœminas, si fuerint dotatæ expressa, & formalis requiratur dotatio, quæ
3 censetur causa finalis statuentium. † Quando tamen, prout hic, illas excludit propter masculos, & mandat ipsas dotari, nisi fuerint dotatæ, dotatio non est necessaria pro ipsarum exclusione, cum fauor masculorum,& agnationis conseruatio causa finalis, & principalis in statuentibus reputetur, *iuxta distinctionem Castr.communiter approbatam in l.Titio centum, §. Titio genero num.8.vers. ego pluries, ff.de condit. & demonstr.& in cons.276.num.2.lib.1.quem sequuntur Soccin. sen.cons.75.num.8.vsque in fin.lib.3. aliique relati per Rotam d.decis.540.num.1. & seqq. par.1. diuers.in Perusina fideicommissi de Alfanis 17. Maij 1621.coram clar.mem.Coccino, penes Merlin. de legitim.decis.106.num.7. in Tiburtina hæreditatis 13. Februarij 1634.coram Eminentiss.D. Card. Hieronymo Verospio, penes Fenzon.ad Statut.Vrb.dec.113*
4 *sub vers.& licet.* † Præsertim quia dd. sorores nunquam nuptæ fuerunt,& ideò obijcere nõ possunt defectum dotationis, cum ad istum effectum non sit necessaria actualis dotatio de tempore successionis, *Card. Seraph. decis.* 112.
5 *num.1.& per tot.* † Et dos non debetur,nisi matrimonium, & nuptiæ actualiter contrahantur, vt probat *Castr.d.cons.276.num.2.vers.vnde, & tunc relictum lib.1.Rota d.decis.540.num.1.vers. distinctio autem part.1.diuers.& d.decis.405. nu.26. vers.neque eius obligatio par.5.recent.* Tum etiam, quia satis condecentem dotem habuisse videtur, dum ipsemet Io. Alexander illas admisit vna secum pro æquali portione ad paternam hæreditatem, & eas vniuersales hęredes proprietarias in omnibus suis bonis instituit.

6 Nec obstat,† quod d.statutum videatur excludere feminas tantummodo ab hęreditate dotantis, dum enumerando personas, à quarum successione illas excludit, procedit per dictiones alternatiuas, *vt dixit Rota in Narnien. successionis 7.Februarij,& 29.Nouembris 1629. coram bo.me.Merlino in recent.dec.247.num.19. vers. verum quando par.5.& decis.329.num.16.cum seqq. par.6.*

7 Obiectum † enim procederet,si d.statutum tam in parte dotationis,quàm in parte exclusionis vteretur verbis, & dictionibus alternatiuis,in quibus terminis loquuntur *præfatæ decisiones Narnien. successionis*. Secus autem vbi, prout hic, procedit per dictiones alternatiuas dumtaxat in parte dotationis,in parte verò exclusionis vtitur verbis,& dictionibus coniunctiuis, & copulatiuis, ibi, *Nec actionem habeant, nec petere possint contra patrem patruum, nec fratres carnales, vel eorum hæredes, nec ab eis causam ha-*
8 *bentes,&c.* † Tunc enim non censetur exclusisse fœminas ab hæreditate solius dotantis, sed vnica dotatio sufficit, vt ab omnibus hæreditatibus personarum ibidem specificatarum illæ dicantur exclusæ, vt declarant *Bald. cons. 73. circa medium, vers. & est considerandum lib.4. Becc.cons.53.num.3. uers. nam respondetur, Alciat. cons.5. sub num.11.uers.item quando statutum loquitur lib.2.Menoch.cons.873. sub num.12.uers.quintus est casus,Surd.cons.120.num.9.Bellon.iun. consil.74. num.48.Thesaur.decis.Pedemon.62.num.7.uers. imò si statutum,idemque admisit Rota in d. Narnien. successionis,vt in decis.247.num.18.& 19.par.5.& decis.329.num.15.& 16. par. 6. ac responsum fuit coram Card.Seraph.decis.1291. num.1. in Balneoregien.bonorum 16.May 1594.coram recol.mem.Card. Hieronymo Pamphilio, & in Romana hæreditatis de Stellis 16.Ianuarij 1608. coram bo.me. Ottembergo, penes Fenzon.ad Stat.Vrb.decis.115.& decis. 116. per tot.*

9 Minusuè obstat, † quod huiusmodi fœminarum exclusio non sit perpetua, sed temporalis, quousq; scilicet adsint masculi de agnatione

tione, ipsis verò defectis fœminæ ad successionem reintegrentur, *ad tradit. per Brun. in tractat. quod stant mascul. art. 10. num. 12. & 23. cũ alijs relatis in d. decis. Reuerendiss. Terracinen. §. non obstat alternm, vers. tum quia.* Quoniam in casu nostro tollitur ex facto hæc difficultas, cum statutũ fęminas expressè excludat non solum ad fauorem fratrum, sed etiam eorum hęredum, aliorumque ab eis causam habentium, ibi, *nec actionem habeant &c. nec fratres carnales, uel eorum hæredes, nec ab eis causam habentes, &c.*

10 Nec facit, † quod d. Statutum non probetur Apostolica auctoritate confirmatum: quia cum à longissimo tempore citra appareat obseruatum etiam in iudicijs contentiosis, & signanter in hoc sacro Tribunali confirmatio Apostolica interuenisse præsumitur, *ad not. per DD. in cap. illud, de præsumpt. & in cap. sicut, de re iudic. Card. Seraph. decis. 507. num. 3. & decis. 536. num. 5. cum alijs in Barchin. Statuti 3. Martij. 1636. coram Eminentiss. D. Card. Hieron. Verosp. in recent. decis. 107. n. 24. p. 7.*

Prout nec subsistit, quod non doceatur Io. Alexandrum adiuisse maternam hæreditatem prout ad hunc effectum requiritur.

11 Cum † enim huiusmodi hęreditas consistat potissimè in bonis dotalibus, quæ Fuluius maritus per quatuordecim annos, vsque ad eius obitum penès se retinuit, ex præfata retentione adiuisse censetur dictam hæreditatẽ nomine Io. Alexandri communis filij, cui ipsa delata fuerat, vt probat *text. in l. qui in aliena, §. sed & si non adiuerit, ff. de acquir. hæredit. Bart. cons. 129. num. 2. lib. 1. Natt. cons. 74. num. 11. Surd. cons. 253. num. 32. Paschal. de uirib. patr. potest. par. 1 cap. 2. num. 35. uers. immo etiam, Rot. decis. 259. nu. 3. & decis. 723. num. 14. uers. & in proposito par. 2. &*
12 *decis. 527. num 4. par. 8. recent.* † Et licet nec conclusio procedere videatur in solis filijs infantibus, *ad tradita per Alex. cons. 20. nu. 1. lib. 7. Surd. cons. 244. num. 2.* secus verò in maioribus infan-
13 te *idem Surd. decis. 140. num. 11.* † Nihilominus quia ipsemet Ioannes Alexander post mortẽ Fuluij patris eademmet bona possedit, & sua vita durante de illis disposuit, vt probatur ex inuentario confecto à dictis sororibus *eodem num. 5.* vtique faciendo se illorum dominum, & possessorem, censetur paternam aditionem ratificasse, vel dictam hæreditatem iterum sufficienter adiuisse. *l. pro hærede, & l. gerit, C. de acquir. hæredit. l. 3. C. ad S. C. Orfician. §. penult. instit. de hæred. quali. & differen. Castr. in l. potuit. num. 4. C. de iur. deliber. Bald. cons. 272. sub num. 2. vers. tertia ratio est lib. 5. Aym. cons. 33. nu. 14. Honded. cons. 61. num. 58. lib. 2. Surd. cons. 253. num. 31. Cardinalis Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 12. tit. 12. n. 8. & decis. 245. n. 11. san. mem. Greg. decis. 7. n. 2. dec. 98. n. 1 & dec. 136. num. 2.*

Nihil obstante, quod in dicto Inuentario præfatæ sorores asseruerint bona ibidem descripta possessa fuisse per Ioannem Alexandrũ pro indiuiso, & in communi cum ipsis.

14 Quia † præterquod huiusmodi assertio eis suffragari non potest, nisi concludentibus probationibus assertam communionem iustificent, *ad text. in l. 1. C. de probat.* Cum præfata hæreditas deberetur soli Ioanni Alexandro masculo ob predictam statuti dispositionem ex dicta possessione ad eius dumtaxat fauorẽ, non autem sororum, quibus illa delata non fuerat, desumi potest aditio, vt declarant *Surd. d. cons. 253. d. num. 31. Card. Mantic. d. tit. 12. d. nu. 8. vers. quod scilicet probatio, Boer. decis. 33. n. 25. vers.*
15 *aliàs si esset cum cæteris supra allegatis.* † Minusuè pręsumi potest, quod dictus Ioan. Alexander voluerit ipsas admittere vna secum ad maternam hęreditatẽ, ex quo eas admiserat ad hæreditatem paternam, ideoque renunciasse videatur dictæ statutariæ dispositioni, *vt firma-*
16 *tum fuit in dicta præcedenti decisione;* † Quia cum præfata admissio expresè facta, & restricta fuerit ad bona paterna, exindè inferri non potest, quod voluerit eas pariter admittere ad materna, cum admissio, & renunciatio ex ipsa resultans eandem specificam expressionem pernecesse desiderent, *ex probatis ferè in terminis per Gabr. cons. 60. num 2. 3. 6. & per tot. lib. 1. Surd. cons. 443. num. 58. & 59. Morot. cons. 3. num. 19. cum seqq.*

Denique non obstat, quod Catharina nullam præstiterit cautionem, siue Mutianam, siue de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri.

17 Respectu enim † responsum fuit eam non esse præstandam, dum non versamur in institutione, sed in legato vsusfructus temporalitèr duraturo, donec scilicet legataria viduitatem seruauerit, vt distinguendo firmant *Natt. cons. 459. num. 17. uers. tamen secus est, Gratian. discept. for. cap. 596. num. 11. Thomat. decis. Macerat. 105. num. 7. & 8. Barz. decis. Bonon. 73. num. 29. cum*
18 *seqq.* † Respectu verò cautionis de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, ob litem postea motam, & acritèr agitatam visum fuit Dominis sufficere, quod præstetur in actu pacificæ consequutionis prædicti vsusfructus, *iuxta Theoric. Bald. in l. 2. sub numer. 11. & circa fin. C. comm. de legat. quam pluribus adductis sequuta fuit Rota in Auenionen. vsusfructus 4. Febr. 1637. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & 1. Iulij eiusdem anni coram Eminentiss. D. Card. Panzirolo in rec. dec. 195. num. 19. & 20. & decis. 238. num. 11. par. 7. ac 29. Aprilis 1641. coram Reuerendiss. D. Terracinen. §. final. & nouissimè in Firmana codicillorum 1. Martij præteriti coram me, §. quia sub eademmet die.*

Quo verò ad præfatas sorores existimarunt Domini constare de ipsarum bono iure, tum pro summa *scutorum* 850. tum etiam pro rata vsusfructum, quam Catherina tenetur illis communicare.

Pro summa scilicet *d. scutorum* 850. quæ ab eis persoluta fuerunt eidem Catherinæ pro restitutione dotis sibi debitæ à dicto Io. Alexandro Testatore eius viro, vt apparet ex publico Instrumento ipsarum *summ. num. 1.* Quã-
19 uis enim † vxor relicta vsufructuaria non teneatur ad debita mariti prædefuncti; Attamen deduci non potest vsusfructus sibi relictus, nisi prius ex substantia totius hęreditatis ęs alienum illius integrè persoluatur *per text. in l. fin. ff. ad l. ff. de vsufr. legat. & in l. usufructu bonorum, ff. ad l. Falcid. Gabr. cons. 114. num. 8. lib. 1. Gail. pract. obseruat. lib. 2. obseruat. 146. num. 7. Menoch. de præsumpt.*

sumpt.lib.4.præsumpt.143. sub num.13. uers. altera fuit opinio, Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib.9. tit.6.num.12. plenè Mastrill. decis.3. sub num.4. cum plurib. seqq. par.1. & dictum fuit in dicta præcedenti decisione Reuerendiss. D. Terracinen. §. neque potest, uers. & iuxta.

20 Nec refert, † quod Catharina in actu exactionis dictæ dotis cesserit iura talia, qualia, dummodo contra ipsam retorqueri non possint; Quia dictæ sorores non vtuntur huiusmodi cessione, nec agunt contra cedentem, pro repetitione soluti, sed deducunt huiusmodi solutionem æris alieni contra bona hereditaria debitoris, ad quem effectum ipsius sufficit vera, & actualis solutio, vt proinde absq; alia cessione super illis satisfieri debeant de concurrenti quantitate summæ persolutæ. *l.qui à debitore, ff. qui potior. in pign. habean. l. si potiores, ibique gloss. C. de his, qui in prior. credit. loc. succed. Card. Mantic. decis.69.num.3. uers. diuersum est tamen.*

Et parum releuat, quod sint hæredes d. Io.
21 Alexandri debitoris; Quia † præter quod illius hereditatem adiuerunt cum beneficio legis, & inuentarij, proindeque eis impediri nõ potest integra satisfactio ipsarum crediti, ad tradita per *Bald. in l. fin. §. in computatione num.3. ibique Ias. num.5. C. de iur. deliber. Paris. cons.69. nu. 161. lib.1. Rota in recent. decis.528. num.1. part.2. decis.127. num.10. par.7. dec.46. num.6. & dec.513.*
22 *num.13. part.8.* Ea ratione, † quia per aditionẽ cum dicto beneficio actiones non confundũtur, sed separatæ præseruantur, *d.l. fin. d. §. in computatione, uers. si uero ipse, C. de iur. deliberan. Bald. in l. si vxor nu.2. C. de bon. auth. iud. poss. Castr. cons.186. in principio, vers. siue dicamus, quod facto inuentario lib.2. Surd. cons.7. num.31. Rota decis.63. num.2. in fine par.3. decis.114. num.22. par.7. & de-*
23 *cis.145. num.7. par.8. rec.* † Cum tempore aditionis dictæ sorores non essent creditrices, sed tales effectæ fuerint post aditam hæreditatem persoluendo de proprio huiusmodi debitum dotis Catharinæ, vtique etiam si non essent hæredes benficiatæ, adhuc ipsis prædicta satis-
24 factio denegari non poterit; † Immaginaria enim solutio, & confusio actionum, quæ resultant ex aditione absque dicto beneficio, procedunt tantummodo respectu crediti penès hæredem existentis tempore aditionis; secus autem respectu crediti, quod ipse, prout hic, deinde acquisiuit adita iam hereditate preuia solutione debitorum defuncti proprijs pecunijs peracta, vt in puncto distinguendo firmauit *Rota coram Card. Caual. decis.367. num.1. 2. & 3. & in Bononien. fideicommissi de Cattaneis 10 Martij 1617. coram bo.me. Pirouano in recent. decis. 430. n.10. uers. quia creditum par.4.*

Pro rata verò vsusfructus, quia testator eidem Catharinę legatarię expresse mandauit, quod illud communicaret cum pręfatis suis
25 sororibus; † Voluntas enim Testatoris in proposito ad vnguem seruari debet aliàs legataria legatum amittere, vt firmatum fuit *in Spoletana alimentorum 20. Nouemb. 1630. coram Eminentiss. D. Card. Hieronymo Verospio, & in Romana legati cibi, & potus 13. Iulij 1635. coram Reuerendiss. D. meo Decano relatis in dicta decis. d. §. neque potest.*

26 Nec obstat, † quod cum ipsæ sorores institutæ fuerint hæredes proprietarię, huiusmodi legatum ad ipsarum fauorem non substineatur, sed accrescat Collegatarię ex dispositione *text. in l. plenè 34. §. si duobus, ff. de legat. 1. approbata in Recanaten. manut. 27. Iunij 1642. coram me, §. & huic intellectui, uers. tum prælegatum.*

27 Conclusio † enim procedit quando hæres à semetipso legatum consequi debet; vt clarè legitur *in d. text. ibi, A semetipso ei legatum inutiliter videtur &c.* secus autem vbi, prout hic, illud capere debet è manibus collegatariæ propter onus communicandi illi iniunctum, tunc enim legatum tamquam validum substinetur, nec ipsi collegatariæ accrescit, vt declarat *gloss. in d. verb. inutiliter, uers. item à legatario, quam sequuntur Alex. in d. §. si duobus numer.2. uers. quia sicut quando, alijque relati per Bellon. de iur. accresc. cap.7. q.29. num.14.15. & 16.* vbi reddit optimam rationem, quia scilicet huiusmodi legatum nullam cõtinet obligationem ipsius hæredis, sed illius tãtummodo, qui fuit grauatus, & *num.90.*

Cæterum pretensa melioramenta, vt asseritur facta per Fuluium in bonis cõtrouersis, Domini non habuerunt in consideratione, quia non iustificantur, neque in specie, neque in genere.

Atque ità resolutum fuit vtraque parte informante &c.

R. P. D. CORRADO

Postea S. R. E. CARDINALI.

Bononieñ. Prędij.

Lunæ 21. Iunij 1649.

ARGVMENTVM.

Permutationis contractus cum suapte natura euictionem contineat, illa cum refectione totius summæ solutæ pæstari debet; Quæ in liquidatione fructuum desideretur probatio ex decisione patebit.

SVMMARIVM.

1 *Euictionem præstare debens tenetur ad omnium restitutionem, quæ euictionem passus soluere fuit coactus.*
2 *Euictio procedit etiam in permutatione.*
3 *Euictio debetur ex pacto.*
4 *Euictionis iudicium in se suscipiens ex eodem processu condemnari potest.*
5 *Aestimatio probatur ex instrumento.*
6 *Emptor non præsumitur stultus.*
Restanti valore censetur, quãti fuit vendita. n.6.
7 *Euictio præstari debet ex natura contractus permutationis.*
8 *Euictio præstatur ex pacto.*
9 *Fructus legaliter taxantur ad rationem quinque pro centenario.*
10 *Iactare suum nemo præsumitur.*

11 *Liquidatio fructuum leniores requirit probationes arbitrio Iudicis.*
12 *pro Liquidatione fructuum sufficiunt etiam æstimationes, & calculi inter alios facti.*
13 *Detractiones eximunt bona à fideicommisso.*
14 *Emens rem subiectam fideicommisso satis dicitur securus si adest derogatio Pontificis.*
15 *Molestiæ vbi non adsunt, non tenetur quis de euictione.*
16 *Inuestimento non secuto, si pars ex eo nullum damnum sensit, excusatur inuestire obligatus.*

DECISIO CCCXXX.

FACTA nonnullorum bonorum immobilium in Agro Bononien. existentium permutatione inter Com. Franciscum Mariam Boschettum ex vna, & Marchionem Ioañem Mariam Fontanam ex altera parte, alienauit Marchio Prędium ex ea receptum in loco nuncupato Bagnarolæ Ioseph, & Ludouico fratribus de Ghellis pretio libr. triginta quatuor millium monetæ illarum partium; A quibus cum nonnullos post annos fuerit per Ludouicum filium Alphōsi de Sabatinis euictum vigore præcedentis fideicommissi primogenitalis q. Marci Antonij eius patrui magni, condemnatus fuit idem Marchio eorum auctor ad restitutionem pretij vnà cum fructibus, quos dd. fratres ex bonis euictis percipere non potuerunt loco damnorum, & interesse, & satisfecit, vt apparet ex publico Instrumento inter eos celebrato die 5. Iun. 1642 in quo dd. fructus annorum octo, & dierum sexdecim, quibus præfati de Ghellis remanserunt ob eam causam ipsis bonis priuati, fuerunt concorditer liquidati ad summam libr. tresdecim millium sexcentarum septuaginta quinque, & solid. vndecim, inito calculo ad rationem quinque pro centenario dicti pretij conuenti, vt legitur in d. Instrumento; Quare instante modo Marchione contra Comitē Claudium filium, & hæredem d. Com. Francisci Mariæ Boschetti, ac de euictione obligatum ex d. contractu permutationis pro refectione, ac restitutione huiusmodi damnorū, & interesse Dubitaui. An, & pro qua summa Comes teneatur, & sit contra eum relaxandum mandatum. Et Domini pro Actore informante responderunt.

Quia cum ex processu constet prædium à q. Com. Francisco Maria d. permutationis titulo traditum Marchioni Fontanæ iam diù realiter euictum, atque ablatum fuisse à dd. de Ghellis ab ipso Marchione causam habentibus, illumque subindè coactum præuijs Decisionibus coram Reuerendiss. D. meo Terracinen. sub die 27. Iunij 1639. & 13. Febr. 1640. ac sententia Rotali, interpellato, causæque assistente d. Com. Boschetto prolata, ad restitutionem pretij, & fructuum prædiorum. Hinc
1 pariter † sequitur Com. Claudium patris hæredem teneri ad eorum omnium restitutionem ratione interesse Marchionis, tam ex dispositione Iuris communis per *tex. in l. si venditione, & l. euicta re la 2. ff. de euict. l. si controuersia, l. si cum quæstio, l. cum successores. C. eod. tit.* quarum
2 legum dispositio procedit † etiam in permutatione *l. 1. C. de rer. permut. l. si permutationis, C. de euict. Menoch. Præs. 118. numer. 18. vers. atque in permutatione &c. lib. 3. Cabal. de euict. §. 4. num. 43. vers. quid in contractu permutationis &c.* cum alijs relatis per *Modern. Pisaur. in simil. tractat. de euict. q. 140. sub num. 1. & seq.* quàm ex pactis specialibus pro defensione &c. & euictione &c. bonorum permutatorum &c. & constituto &c. ac alijs executiuis &c. inter contrahentes vi-
3 cissim conuentis; † quę leguntur in d. Instrumento in Processu fol. 18. pag. 2. e seq. latius extensis in Formular. Ciuitat. Bonon. vbi fuit celebratum, in fin. secund. volum. statutorum fol. 18. ac seq. sub Rubr. Pactum Constituti, & Libelli in permutatione &c. *l. sciendum, ff. de euict. Franch. decis. 34. num. 2. vers. sed quia in Instrumento permutationis &c. ac seq. Rot. penès Card. Seraph. decis. 787. num. 1. vers. vnde cum habeamus expressum pactum &c. & san. mem. Gregor. decis. 25. per tot. & in recent. decis. 552. sub num. 10. vers. secundum par. 3. decis. 281. sub num. 1. vers. fundamentum decisionis fuit &c. cum seq. par. 4.* Et demùm ex peculiari obligatione ipsius Comitis Claudij ab eius Procuratore specialiter constituto per Instrumentum mandati celebratum die 3. Martij 1639. facta in actu susceptionis dicti iudicij, ac defensionis causæ per acta Francisci
4 Poccobelli Notarij Rotalis † sub die 14. eiusdem mensis, quo casu potest contra eum relaxari mandatum ex eodem Processu pro indemnitate Marchionis, *iuxta text. in l. minor 25. annis in fin. princip. vers. nam si ei fundus, ff. de euict. Castr. in l. cum vendente sub num. 3. vers. immò, & per viam executiuam, C. vbi caus. Fiscal. P. Barbos. in l. venditor sub num. 188. vers. quinimmo, ff. de Iudic.*

Pretium autem in ea summa librarum triginta quatuor millium comprobatur non solum ex Instrumento donationis eiusdem prędij per d. q. Marcum Antonium de Sabatinis factæ anno 1591. die vltima Octobris Alphōso eius ex Fratre Nepoti, ac eius primogenitis, cum perpetuo inter eos fideicommisso, in quo fuit particulariter assertum valoris scutorum circiter septem millium septingentorum d. summam propè attingentibus, qui successiuè probabiliter augeri potuit. Verum etiam ex Instrumento alienationis per Marchionem factæ in dd. de Chellis anno 1628. 22. Octobr.
5 in quo † tanti fuit æstimatum, *Bald. in l. cum fundus, §. quamquam sub num. 1 in fin. uers. in gloss. si fundus &c.* dicens, quod emptor non præsumi-
6 tur stultus, † & ideo res tanti valere censetur, quanti vendita fuit, nisi aliud probetur, *ff. de reb. eor. Cephal. cons. 26. sub num. 15. uers. postremò, &c. ac seq. Menoch. cons. 358. sub num. 22. uers. quinto confert, &c. cum seq. Surd. cons. 181. sub num. 21. vers. tamen fallit, &c. Mastrill. decis. 280. nu. 52. uers. Et res tanti dicitur valere, &c. cum seq.* Et ex alio sub die 5. Iulij 1642. in quo eandem summam ipsis emptoribus à Marchione restitutā fuisse apparet præcedentibus dictis Decisionibus, ac Sententia Rotali ità expressè declarantibus, ipsumque Marchionem condemnantibus,

bus. Quæ ideò attendi, ac Marchioni restituenda est ratione interesse, quod passus est
7 ob d.euictionem, † atque præstari debet tàm ex natura contractus, *l. euicta la* 1. *& la* 2. *vbi gloss.& DD.l. si cum venditor,§. fin. ff. de euiction. cum alijs supra citatis*, quàm ex pacto speciali refectionis damnorum, & interesse in d. In-
8 strumento explicitè conuento,† ac plenius in præcitato formulario extenso, *Castr. in l. Titius cum decederet num.3.vers.ex decisione verò &c. ff.de act.empt.Peregr.de fideicomm.art.52. sub n.55 vers.Punctus est &c.* & respondit *Rot. in decis.13. num.1.vers.qui debet attendi &c. cum seq. ac decis. 378.num.1.vers.& quod huiusmodi tempus &c.par. 4.diuers.* & latius *in Ferrarien. Decimarum coram bo.me.Vbaldo in Recent.decis.227.à nu.3. vers. quia huic obiecto fuit responsum &c.& seqq.ac decis.710. par.4.tom 2.& 3.* in quibus clarè explicatur hęc materia, & in aliis relatis *per Marescott. resolut. 79. sub num.5.uers.& est sciendum &c. cum seqq. lib.2.& per Modern.Pisauren.in d,tract. de euiction. q.179.à num.20.uers.at contra &c.cum seqq.*

Liquidatio verò fructuum in d. summa librarū tresdecim millium sexcentarum septuaginta quinque, & solidorum vndecim calculata super eodem valore ad rationem librarum quinque pro singulis centenarijs, & annis ab euictione re ipsa sequuta, & ablatione bonorum vigore executionis factæ anno 1639. Visa fuit Dominis proportionabilis, & satis iu-
9 stificata tàm ex præsumptione legali, † secundum quam fructus bonorum huiusmodi immobilium tanti regulariter ęstimari solent, *iuxta gloss.in Auth.perpetua in verb.iusta,C.de sacr. Sanct.Eccles.* & in his terminis respondit *Rota in d.Ferrarien.Decimarum coram bo. me. Vbald. in recent.decis.718.num.1.uers.qui valor apparet taxatus &c. par.4.tom.3.Thesaur.Iun.quæst. forens.3.in fin.vers.item fructus lib.3.* Quàm ex d.Instrumēto die 5.Iul.1642.celebrato inter dd. de Ghellis, & Marchionem, qui sanè maximè prudens, ac diligens pater familias censeri non
10 potest † proprium iactare voluisse, vt successu temporis, litibus, atque dispendijs ab eius Auctoribus recuperaretur, *ad l.cum de indebito, vers.qui enim soluit,&c. ff.de probat.* In hac enim materia stante certitudine euictionis, ac temporis, quo Prædium fuit à Ghellis ablatum,
11 leuiores probationes pro † liquidatione fructuum arbitrio Iudicis admittuntur, vt in specie respondit *Rot.decis.317. num.21. vers. & in consuetudo, ac sub num.24. uers. sed in casu nostro, ac seq. par.4.tom.2.& d.decis.718.num.6.uers. & supradicta cum seqq.ead. par.4.tom.3.& in decis. 521. sub num.10.vers. super quantitate &c.cum seq. par.5.Recent.vbi num.16.uers. id quod etiam, &c.*
12 dicitur ad hunc effectum sufficere † æstimationes, seu calculos etiam inter alios factos, *post Alciat.cons.116.à num.3.uers.dico igitur &c.cū seq. lib.* 5. loquentem de huiusmodi liquidatione in transactione inter alias personas facta, quia solæ coniecturæ Iudicis animum persuadentes sufficiunt.

Nec obstat, quod bona quoque per Marchionem Fontanam cū Com. Boschetto permutata fideicommissis maiorum subiecta dicantur.

Tùm quia nec id probatur attentis præci-
13 puè detractionibus, † quę in omnem casum illa potuerunt ab eis (si quæ apparerent) eximere, *l.Marcellus,§.Res quæ, ff.ad S.C. Trebell. l, quoniam in prioribus,& l.omni modo,C.de inoffic.testam.Osasch.decis.148. sub numer.13. uers. Romano pariter &c.Decian.cons.85. sub num.1. & seq.lib.2. Peregr.de fideicomm.art.36.num 27. uers. præterea, Rot.decis.342.num.4.uers. cessare uisa fuit, part. 5. Recent.*

Tùm quia hoc specialiter fuit narratum in d.Instrumento ex parte Marchionis,quod nō fecit Comes ex parte sua; Immò idem Comes pro abundātiori cautela constitutus fuit Procurator ad petendam, & impetrandam Apostolicam derogationem, & aliorū Mar-
14 chionis bonorum subrogationem,†quo magis securus esset, vt in eo legitur in Processu fol.22.pag.2. vers.Conuenientes etiam, &c. iuxta tradita per *Rot.penes bo.me.Card.Mellin.decis.116.num.2.uers. de quo dicebant Domini &c. & seq.& in Recent.decis.402.num.4.uers.hodie tamen, &c.par.4.tom.2.* Quare cum nullæ adhuc fuerint ob hanc causam Comiti benè notam, ac
15 specialiter insinuatam illatæ ipsi, † vel eius successoribus molestiæ, non potest vtiq; Marchio ea ratione cōueniri pro liberatione, vel alijs, siue in exercitio Iuris sui impediri, *l. 1. §.venditor in fin. ff.de act.empt.Surd.decis.265. sub num.27.uers.& quamuis, ac seqq.* & respendit *Rot. penes Sa.mem.Gregor.decis.90.à num.8.uers. præterea non procedit,& seq. ac in Recent. decis. 753. sub num.2. uers. secundo &c.par.3.& decis.207. nu.13. uers.idque cum iuuari non valeret &c.cum seq.par.5.* Eoque minus stante facultate Comiti attributa pleniorem procurandi securitatem, ad *l.Debitor meus, ff.de negot. gest.l.quoties,§. sicut autem, ff.de admin.tutor. Roman.cons.187.num.5. uers. aut non soluit &c.Alb.cons.217.nu.23.uers. ad prædicta, Surd.cons.290. sub num. 33. uers. uerum ego &c.* cum alijs relatis per *Hering.de fideiussor.cap. 27.par.1. sub n.264.uers. decimotertio quando bona debitoris &c.& seq.*

Minus obstat, quod Marchio non inuestiuerit libr.quatuor mille sibi solutas à Comite Boschetto pro adæquatione contractus, vt tenebatur ex pacto ibidem conuento in dicto Processu fol.21.pag.1.vers.Conuenerunt partes prædictæ &c.

Quia cum nullum ob id damnum senserit Comes, neque eius hæredes, ac successores,
16 nihilque prorsus illis deperierit, † excusatur D.Marchio, vt probat *Surd.d.decis.265.num.39. uers.et defectus implementi &c.* & respondit *Rot. penes Card.Seraph.decis.1243.num.5. uers. non obstat quod emptor possit agere &c. & in Roman. Palatij, seu Cens.7.Maij 1590. coram Bubal. apud Marches.de Commiss.par.1. fol.747. sub num.5. uers.non obstat quod qui promisit &c. Pen. decis.531. num.2. uers. cum Bartholomeus emptor, et seqq.ac S.memor. Gregor.decis.347.num.11. uers.itaut propterea &c. vbi Add.num.20.uers. exceptio non implementi &c. referunt concordantes.* Et magis etiam stantibus

prædictis molestijs, litibus, ac euictionibus,
17 quæ postea superuenerunt; † Satisque oportunè præfatæ conuentioni in effectu parebit eandem quantitatem inuestiendo ex summis illi, vt dictum est, per D.Com.Boschettum restituendis, *iuxta d.decis.Card.Seraph.1243.n.2. vers. sufficit enim,&c.cum simil.*

Atque ità fuit conclusum informante tantum D.Marchione Fontana. Sed D.Comite Boschetto sępè sępiùs citato, & diù expectato &c.

R. P. D. PEVTINGERO.

Romana prætensæ restitutionis dotis.

Lunæ 21. Iunij 1649.

ARGVMENTVM.

Renunciatio facta per filiam ad fauorem patris dotantis certum est, quod etiam dotem maternam compræhendit, vbi dotis constitutio de tempore dotationis correspondet portioni legitimæ, quam ipsa filia ex bonis patris consequi potuisset.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatione facta per matrem excluditur filia illius hæres.*

2 *Filia recepta dote, si renunciationem fecit fauore patris dotantis num in ea dotem maternã renunciasse dicatur, & qui totam.*

3 *Dos filiæ assignata censetur iuxtà conuentiones initas in præcedenti instrumento, in cuius executionem assignatio fuit facta.*

4 *Causæ cognitio sufficienter adhibita præsumitur ex decreto Iudicis, & interuentu consanguineorum.*

5 *Statutum Vrbis lib.1.cap.149.loquitur de vera, & propria donatione, nec renunciationem factam propter dotem compræhendit.*

Renunciatio facta per filiam dote recepta non dicitur donatio, num.5.

6 *Renunciatio mulieris dote recepta, eo magis sustinetur, quo de alterius, quam ipsius mulieris præiudicio non agitur.*

7 *Dos debet commensurari legitimæ.*

8 *Pater non præsumitur filiam in dote constituenda lædere voluisse.*

DECISIO CCCXXXI.

AVDITA hodie denuò D. Cleria Sannesia de Caualeriis super resolutione sub die 15. Ianuarii præsentis anni coram me emanata, in qua dictum fuerat mandatum A. C. pro scutis 11.mill.contra bona hæreditaria q.Antimi Vrsini Aui materni eiusdem D. Cleriæ relaxatum esse iniustum, Domini in decisis perstiterunt ex inconcusso fundamento renũciationis à Martia Cleriæ matre factæ suæ do-
1 tis maternæ, † per quam D.Cleria eius filia, & heres omninò à petitione eiusdem dotis excluditur per *Text. in l. ex qua persona, ff. de reg. iur. l.cum matre,C.de rei vend. l. si ab eo, C.de liber. caus. Gregor. XV. decis. 418. num. 5.*

Nec d. Cleria exceptione allata iuuari potest, quod Martia sua mater post factam iam sibi dotis constitutionem ab Antimo suo patre de bonis suis, *ad l. fin.C.de dot. promiss.* doti maternæ sine causa renunciauerit, neque instrumentum renunciationis ab ipsa Martia, ac duobus saltem in eo adhibitis Testibus subscriptum legatur, prout Statutum Vrbis lib.1 cap.149.disponit.

Quia quoad comprænsionem etiam bonorum maternorum vltra cunuentionem in ipsa dotis constitutione inter partes factam, quæ tam ex depositione D.Pauonij mediatoris de facto ab ipsomet gesto deponẽtis comprobatur, quàm ex iuris præsumptione resultante ex Antimi patris patrimonio coniuncto cum eiusdem renunciantis voluntate, dum seruatis omnibus solemnitatibus Statuti lib. 1.cap.151.etiam de donationibus expresè loquentis, dotem ipsi Martię pater in congrue-
2 ti quantitate assignauit, † & stante alterius filiæ Martiæ sororis superexistentia omninò suadet fuisse bona etiam materna Martiæ obuenientia in sua dote comprænsa, *ad tradita post alios per Gabr. cons.156. num.21. & seq. lib.1. Menoch.cons.300.num.20.& seq.*

Veritas hæc conuincitur nedũ ex eo, quod assignatio dictæ dotis facta fuit ex pretio Castri Morlupi, ac eius fructibus iam antea sub die 2. Aprilis 1613. hac expressa lege bo. me. Cardinali Scipioni Burghesio vẽditi, vt quicquid ex multiplicis in Instrumento venditionis conuentis, eorumque fructibus ad filias Antimi peruenerit, integrè in earum creditũ dotis maternæ referendum, & imputandum esset, vt tenor ipsius instrumenti ostendit, ac
3 proinde † iuxta sensum præcedentis conuentionis, perinde ac si expressum fuisset, censeri debet *l. filia.§.1. ff.de verb.obligat.Caual.dec.303. num.3. Buratt.decis.10.num.23. & dec.905. num.5. cum pluribus relatis in Signina bonorum 9.Iun.1645 in §.quarto denique,& §.hoc autem coram R. P. D. meo Corrado*, quod ex subsequenti per ipsas Antimi filias pro conuentorum in d. venditionis instrumento die 27. Octobris 1620. adimplemento ad fauorem D. Principis Burghesii tamquam præfati Cardinalis hæredis expressa declaratione corroboratur.

Sed etiã ex decreto Iudicis interposito causa cognita cum interuentu, & approbatione grauium virorum, qui pro consanguineis in-
4 teruenerunt, vnde fit, † quod de sufficientia, & veritate causæ expressæ dubitari non possit, vt præter allegatos in decisione, quæ reuidetur sub §.cuius quidem causę, firmarunt *Ciriac.contron.182.à num. 7. vsque ad 14. Rota decis. 345.num.9. par.4.rec. & in Anconitana redditionis rationis 2.Decemb.1647. sub §. est enim coram Reuerendiss.Terracinen.*

Iunctis pręsertim tot, tantisque coniecturis latè ponderatis in dicta decisione, quas Domini putarunt benè subsistere non obstantibus ijs, quæ per informantes pro D. Cleria de nouo afferuntur.

Quo

Quo verò ad Statutum lib.1.c.149.respondetur illud de veris, & proprijs donationibus loqui ad obuiandum, quæ in ijs fieri possunt, fraudibus, vt ex eiusdem lectura apparet, quæ ratio, seu mens nequaquam præsenti casui
5 applicari potest, † quia hic non versamur in vera, & propria donatione, sed correspectiua ad dotem à patre constitutam, vt dixit *Rota in Romana Viridarij coram Orano impressa apud Fèzon.ad stat.Vrbis decis.133. in §.nam quando, & in Romana venæ ferri 16.Maij 1597.coram Card.Blãchetto in §.nec refragatur,* & in alijs pluribus in decisione, quæ reuidetur, relatis *§.fin.* Hic enim omnis fraudis suspicio penitus tollitur ex dicta legitima causa ipsius renunciationis ex consanguineorum præsentia, & consensu, & Iudicis decreto, quę omnes solemnitates huic actui, & instrumento iuxta formam dicti Statuti lib.1.cap.151.de contractibus Mulierum,& Minorum specificè disponentis interuenerunt, & ex publica insinuatione die 7.
6 Februarij 1620. subsecuta, † potissimum quia in eadem renunciatione de nullius alterius, quam de ipsius Mulieris renunciantis præiudicio agebatur, *vt dixit Rota in Romanã nullitatis obligationis 18.Aprilis 1611. coram bo.me. Pirouano impress.inter cons.crimin.Farinac.dec.321.n.1.* & in terminis fuit ponderatum in alia *decis. 252.num.3.ibidem apud eumdem Farinac.*

Cuius decreti à Iudice interpositi iustitia elucet ex vera, & iusta causa pręcedentis congruę dotationis, quę ex iusto calculo bonorũ tempore d.dotationis effectiuè penes Antimum existeutium, dempta parte ad eiusdem fratres spectante, ęreque suo alieno probatur,
7 habita ad legitimam ex residuo ratione, † vt fieri debet, *Rot.dec.195.num.4.& seq.par.2.recen. & dictum fuit in decisione, quæ reuidetur in §. non obstat, quod Antimus pater,* cui accedit iusta pręsumptio patrem noluisse lędere filiam in cō-
8 stituenda dote, † nec aliquid illi damnum inferre, *Seraphin.decis.940.num.6.Burat. decis.898. num.2.Rota decis.281.num.3.par.1.rec.*

Cętera obiecta fuerunt in decisione, quæ reuidetur, sublata ideoque Domini steterunt in decisis vtraque &c.

☞ *Decisio ista in hac eadem causa emanata sub die 15.Ianuarij 1649.coram eodem bo.me.Peutingero est decis.276. supra in hac eadem part.10. recent.*

R. P. D. CORRADO,

Posteà Eminentiss. CARDINALI.

Anconitana Mannæ.

Lunæ 2. Iunij 1649.

ARGVMENTVM.

Obligatus ad reddendum rationes, si legitimè fuit in iudicio conuentus cum assignatione, & prefixione termini ad illas reddendas potest deinde pro capitali conueniri, si eamdem rationis redditionem facere non curauit. Secus particularis, ac etiam administrator proprijs pecunijs, non autem societatis, vel administrationis emissę pręsumuntur.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis paratam habet executionem.*
2 *Facultatibus A.C.competentibus Auditoribus Rotæ vigore Bullæ Sa.mem. Gregor. XIV. quando locus sit.*
3 *Rationem qui reddere debet, conuenitur pro capitali, si eam in termino sibi assignato non reddat. & num. seqq.*
6 *Rota subrogata in locum A.C. procedit executiuè.*
7 *Pretium ex alicuius rei venditione redigendum verisimiliter maior impensa futurum esse creditur.*
8 *Negotiatio augumentum recipit, & diminutionem ex circumstantijs, locorumque, ac temporum qualitate.*
9 *Pretium mercium venditarum detractis expensis, ac portione lucri debiti ab onus susceptum solui debet mercatori ab alio mercatore, cui illarum venditio demandata fuit.*
10 *Instrumenti pars posterior à primo congruam recipit interpretationem.*
11 *Fraudibus, & malitijs aditus aperiri non debet.*
12 *Expensis, ac periculis subeundis in transportatione librorum iudex prouidere debet.*
13 *Facto vbi opus est verba non sufficiunt.*
14 *Redditio rationis dicitur induidua.*
Rationis redditionem incipere, sed eam non perficere nihil operatur, num.14.
15 *Exhibitio librorum, quos non constat respicere partis, aut negotij controuersi interesse fieri non debet.*
16 *Libros exhibere tenetur qui aliquid in eis describere, eosque conseruare tenebatur.*
17 *Instrumentum habens publicum pro se, non alijs indiget adminiculis.*
18 *Emptio facta præsumitur nomine proprio, ac cum pecunijs emptoris.*
19 *Socius particularis proprio nomine, ac cum proprijs pecunijs emisse præsumitur.*
20 *Administrator proprio emisse nomine, proprijsq; pecunijs præsumendum est.*
21 *Emptionem alieno nomine quã ementis factam fuisse qui dicit, hoc probare tenetur.*
22 *Pignus à creditore acceptatum pro credito sufficiens fuisse præsumitur donec constat de contrario.*
23 *Partium intentio partitas, & computa diuersa facere volenti omnino seruari debet.*
24 *Compensatio cum credito antecedenti non admittitur stante obligatione camerali, & iuramento.*
25 *Veritas vndique modis est inquirenda.*
26 *Solutio crediti liquidi retardari non debet prætextu exceptionis redditarum actionum, si illæ minus legitimæ, & imperfectæ fuissent redditæ.*

DECISIO CCCXXXII.

CVM Petrus de Petrobellis filius, ac hæres Pauli, contra quem fuerat ab A.C.relaxatum mandatum ad effectum reddendi rationes Mannę per q. Marinum de Fanis consignatę valoris ducat. 2172. monetę Regni ex publico instrumento celebrato die 3.Decembris 1613. & in hac parte confirmato die 28.Apri-

28. Aprilis 1614. prætenderet eas reddidisse ex quibusdam calculis, seu partitis, ac scripturis per eum exhibitis, fuit resolutum sub die 5. Iunij 1648.* non constare de sufficienti redditione ex adductis in decisione tunc emanata coram me. Hodie verò hæredibus dicti Marini petentibus relaxari mandatum pro restitutione summæ prædictæ vigore præfati Instrumenti,& commissionis Signaturæ S.D.N. nuper exhibitæ communicantis Rotæ facultates eiusdem A.C. quatenus illis locus sit. Dubitaui. An intrent huiusmodi facultates, itaut sit relaxandum mandatum, & pro qua summa. Et Domini responderunt illas intrare, mandatumque relaxandum pro summa in decisione exprimenda.

Nam creditum Actorum probatur ex publicis Instrumentis prædictis, quibus constat dictum Marinum consignasse hæredibus dicti Pauli Petrobelli Mercatoribus Anconitanis libras nouem mille circiter Mannæ continenti valoris dd. ducat. 2172. ad effectum illam vendendi, ac ipsi soluendi pretium redigendū pro rata summæ ab eo impensę, vt in eis legi-
1 tur, † quæ cum sint Camerali obligatione munita executionem habent paratam, *Galles. de Cameral. obligat. quæst. 2. sub num. 8. vers. nempe cum seq. Thesaur. decis. 26. num. 11. vers. fallit quinto. Rot. penes Mohed. decis. 2. & 3. de except. Reuerendiss. Vrgellen. decis. 112. num. 1. vers. quia promissio, & in recen. decis. 620. sub num. 1. vers. satis enim par. 1 & decis. 224. num. 1. vers. quia actum fuit, & decis. 572. num. 1. vers. & quidem par. 4. tom. 2. & 3. et decis. 194. num. 1. uers. quoniam Instrumentum part. 6. cum alijs relatis per Add. ad Galles. d. q. 2. nu. 5. uers. omnis generis executio.* Et locus est facultatibus
2 A.C. † competentibus vigore Bullę fa. mem. Gregor. XIV. *apud Salust. in prax. fol. 516. et sequentib. vbi Zacc. in Add. num. 14. in uerb. manum apponere, cum seqq. refert concord. Rot. penes Buratt. decis. 752. num. 7. uers. nec hodie, ac in recent. decis. 415. sub numer. 10. uers. unde dubitari non potest par. 1.*

Neque obstat, quod à pręcedenti mandato A.C. pendeat appellatio mihi commissa cum clausula *si quid exequendum*.

Quia cum fuerit iam cognita, & comprobata illius iustitia in alia Decisione sub die 13. Maij 1644. coram Me. Nec Petrobellus pluries citatus, atque interpellatus, & iussus in terminis prius assignatis, vel postea rationes legitimè reddiderit, vt iam fuit resolu-
3 tum dicta die 5. Iunij 1648. † Nihil aliud superest, quam relaxare mandatum pro solutione mercium ei consignatarum, vt condit *Bald. in cons. 493. incip. Multiloquium numer. 3. uers. sequitur videre lib. 4.* cuius verba refert, & sequitur *P. de Vbald. de duobus fratrib. part. 8. sub num. 42. uers. quadragesimo primo quæro, & latè probat Soccin. cons. 24. sub num. 36. uers. modo hoc præsupposito, & plur. seqq. lib. 1. Rot. Genuen. diuers. decis. 148. sub num. 2. uers. contrarium tamen, ac seq. & decis. 163. sub num. 19. uers. sed in casu nostro. Cartar. decis. 74. sub num. 25. uers. contrarium tamen, Giurb. decis. 15. num. 10. uers. nam si interpellatus cum seq.* dicens in fine ita fuisse iudicatum. *Munoz. de ratiocin. cap. 21. sub num. 24. & prædictam &c.* Quorum sententia in his terminis, quando scilicet Procurator, administrator, socius, vel alius rationes reddere ob-
4 ligatus, † illas non reddidit, vel minus legitimè, maximè congruit iustitię, ac æquitati, & comprobatur *ex trad. à Rot. in decis. 540. sub num. 5. uers hoc enim caput, & seq. par. 1. & decis. 214. numer. 18. uers. & nihilominus part. 6. recent.*
5 Eoque magis procedit stante † prædicta eius obligatione, vt respondit *Rota in Romana Donationis de Stellis coram bo. mem. Coccino 26. Nouembris 1627. in §. fin. & 14. Martij 1631. ac 9. Nouembris eiusdem anni per tot.* Quod quidem Fanis inhærendo viæ executiuæ ipsis competenti, & ex pręmissis antecedentibus actis, vt dictum est iustificatis non vulneratæ, iure petere licuit coram Rota subrogata in locum
6 Aud. Cam. † seu vigore primæ commissionis cum expressa mentione Cameralis obligationis, & clausula *quam, & quas &c.* vt resolutum fuit *in Romana pecuniaria 10. Iun. 1646. coram me in §. 1. & comprobat Modern. Roman. discept. 698. num. 3. uers. cum commissio, & seq.* seu vigore secundæ nuper præsentatæ, vt pariter dictum fuit *in Romana vineæ de Pannolinis 26. Februarij 1623. coram Card. Millino decis. 375. à num. 1. uers. non obstat, & seq. par. 4. diuers. & dicta decis. 752. sub num. 7. penes Buratt. ac decis. 415. sub num. 10. ad fin. par. 1. recent. & in alijs.*

Minus releuat obiecta illiquiditas crediti d. Fani ex eo deducta, quod non fuit ab hæredibus Petrobelli promissa simpliciter restitutio dicti valoris Mānæ ducat. 2172. sed eius portio pro rata impensæ per ipsum factæ, vt legitur in d. Instrumento celebrato sub die 3. Decemb. 1613. cuius tamen impensæ quantitas non fuit ab eo iustificata.

Quoniam est aduertendum duas esse illius Instrumenti partes negotium hoc Mannæ concernentes. Alteram scilicet, quæ respicit quantitatem, & valorem illius per Marinum dd. hæredibus consignatæ, & hæc liquida, ac certa omninò est, quantitas scilicet libr. 9000. & valor ducat. 2172. vt legitur in vers. *In oltre li Signori Heredi confessano, &c.* Alteram verò respicientem illius venditionem ab ipsis hæredibus fiendam, ac pretium ex ea redigendum, de qua partes infra immediatè loquuntur his verbis.

Et con patto espresso, che venduta, che sarà detta Manna, ò parte di essa da detti Signori Heredi, ò da altri per loro siano tenuti, & obligati consignare à d. Sig. Marino la sua parte per rata del speso da lui &c. & in alio sequenti Instrumento sub die 28. Aprilis 1614. ibi *& venduta che sia la mercantia della Manna ciascuna delle parti habbia la sua parte conforme l'Instrumento in ciò fatto &c.* In hac autē posteriori parte ideo non fuit expressa certa summa, quia pretij ex eius venditione redi-
7 gendi quantitas licet † impensa maior verisimiliter futura esset *iux. text. in l. semper in Ciuitate, ibi negociatio pro incremento facultatum exercenda est &c. ff. de iur. immun. Bero cons. 191. nu. 5. vers. & ex negotiationibus lib. 1.* Tamen certò sciri nō poterat cum ex varijs oneribus ac iusto Mercato-

catorum lucro, temporumque, ac locorum;
8 & alijs circumstantijs † augumentum, ac diminutionem reciperet *Dom. Sot. de iust. & iur. lib.6.q.2.art.3.col.2.vers. secunda conclusio. Nauar. in Manual.cap.23.sub 78. vers. secundò, & seqq. P. Molin. de iust. & iur. tom. 2. de contract. disput. 347. sub nu.2. vers. quodam aliud est &c. & disp. 348. sub num. 6. vers. ex dictis hactenus*. Quod autem ex ea redactum esset non totum erat Fano soluendum, sed deductis expensis occasione trāsmissionis ad alia loco, & venditionis fiendę ac lucri portione eisdem Petrobellis ob susceptum onus debiti iuxta stylum Mercatorum, ac solitum ipsarum partium ex eodem, & alijs Instrumentis inter eas celebratis apparentem.
9 Nec † pro sola quantitate capitalis impensi, sed vna cum augumento superlucrato detractis prædictis *iuxt. text. in l. si remunerandi in princ. vbi gloss. in verb. Honori, & in l. idemq; §. 1. & §. idem labeo, ff. mand. Mant. de tac. lib. 7. tit. 19. sub numer. 6. vers. quòd verò dictum est cum seqq. Rot. Genuen. diuers. decis. 16. sub num. 10. vers. circa aliam partitam, & seq. Rot. decis. 556. sub num. 3. vers. hic autem contractus p. 2. recen.* Ideo rationis incertitudinis huiusmodi pretij, non potuit certior circa eius diuisionem fieri conuentio, quam quod Petrobelli facta venditione teneretur consignare Fano eius portionem pro rata pecuniæ ab eo impensæ, idest erogatæ per ipsū in emptione Mannæ, quæ certa erat in d. summa dd. ducat. 2172. de qua sola facta fuerat
10 paulò ante mentio in d. præcedenti † parte; vndè posterior hæc de eodem negotio continuatiuè disponens congruam vtique recipit interpretationem *iux. reg. l. qui filiabus in princ. l. si seruus plurium in fin. ff. de leg. 1.* & in specie bene probat *text. in l. cohæredi, §. final. ff. de vulg. & pup. & l. nomen 164. vers. portionis nomen*, ibi, *sed prout adictionem est &c. ff. de verb. sign. Bec. cons. 41. nu. 18. vers. & vna pars Instrumenti, Rot. penès Burat. decis. 272. num. 11. vers. & cum sint apposita &c. & in rec. decis. 540. num. 3. ver. secundo p. 2. & decis. 654. nu. 41. vers. sed ipsa verba par. 4. tom. 3.* & specialiter de interpretatione similis verbi *penès Reuerendiss. Vrgell. dec. 82. sub n. 24. vers. quod etiam ac seq.*

Quare cum Petrobellus ab eo tempore citra, atquè post litem cæptam de anno 1632. ac plures iudiciales interpellationes protestationes, decreta, dilationes, & mandata vsq; in præsentia non reddiderit sufficientiam rationem de pretio ex ea redacto, vt fuit latè probatum in prædicta decisione sub die 5 Iunij 1648. Non decet profectò, quod ex eius facto, & contumacia turbetur liquiditas valoris Mannæ à Fano consignatæ, ac eo prætextu differatur vlterius eius solutio, nam illas pa-
11 tens nimium aditus aperiretur fraudibus, † atque malitijs, quod fieri non debet, *l. cum ij, §. transactiones, vers. cum lis, ff. de trans. l. in fundo. vbi gloss. in verb. indulgendum, ff. de rei vind. & post Bald. in d. cons. 493. lib. 4. ac Soccin. d. cons. 24. sub. 36. in fin. vers. alius casus est cum seqq. lib. 1. Rot. Genuen. diuers. decis. 128. sub nu. 2. ad fin. vers. minusq; etiam, & alios præcitatos DD. probat Munoz de ratiocin. d. cap. 21. sub num. 24. vers. & prædictum sententiam, & clarius. Felic. de sociat. capitul. 24. sub numer. 31. versicul. quia si ex facto debitoris cum seqq.*

Nec excusari potest ex eo, quod sub die 6. Augusti 1648. librum quendam apud Cancellarium Episcopalem Anconæ exhibuerit, asserens in eo cōtineri diuersa negocia importantia scut. 143. mill. atque consentiens illius transportationi ad Vrbem sumptibus dd. Heredum Fani, & data prius ab eis cautione idonea de illum tutè, ac fideliter transportando. Ac deinde die 12. eiusdem mensis producta huiusmodi exhibitionis fide nouam obtulerit coram Rota redditionem rationum exhibitis tamen à præfatis de Fanis totius negotiationis libris.

Quia nec illius libri exhibito, neq; sequens oblatio præsertim tot cautelis, ac conditionibus parti fortè impossibilibus circumseptæ illi prodesse possunt. Tum quia non vnicus ille est liber, sed prures, in quibus rationes cum Fano conscriptæ sunt nempè Giornales nuncupati I. & L. & Magistri D. & E. vt apparet ex partitis ab eodem Petrobello compulsatis coram D. Vicario Reuerendissimi Episcopi Anconitani, & cum illo Processu coram Rota productis fol. 72. & seqq. Tum quia si quos verè habebat libros, vel scripturas ad negocium hoc conferentes tenebatur ipse eas transportare ad Vrbem iuxta resolutionem antea factam sub die 31. Iunij 1647. præmissis hic coram Rota eius protestationibus, ac instantijs circa expensas, ac pericula
12 à parte subeunda † super quibus fuisset per Dominos opportunè prouisum *iuxt. l. Prætor. ait. §. & hoc est constitutū cum l. seq. vbi glos. in verb. descriptum, & Castr. sub num. 2. vers. nisi petens, ff. de eden. Simon. de Prat. cons. 154. nu. 2. vers. & quando*. Cum alijs in d. Decisione relatis. Non
13 autem verba dare, † quæ vtiq; non sufficiunt vbi factis est opus. *l. peculium la 1. in fin. princ.* ibi, *Re enim non verbis &c. ff. de pecul. gloss. fin. in cap. Pastoralis in verb. & nota &c. de offic. Ord. Bero. cons. 196. nu. 1. vers. quia vbi &c. lib. 1. Rot. Genuen. diuers. decis. 204. num. 5. vers. quia respondetur, & in recen. decis. 387. nu. 16. vers. & oblatio par. 4. tom. 2. & decis. 502. sub num. 5. vers. non obstat par. 5.* Neque satis erat incipere aliquid facere nisi omnia complerentur ad perfectam redditionem
14 spectantia, † quæ dicitur indiuidua itaut pro parte satisfieri non possit *l. qui sub conditione rationum reddendarum; ff. de cond. & dem. l. si statuliber. Bald. in l. si plures sub num. 17. vers. item pone aliud exemplum, ac seq. C. de cond. insert.* & benè probat *Socc. sen. cons. 159. sub num. 12. vers. sed in casu nostro lib. 2. Rot. Genuen. diuers. decis. 165. sub num. 6. vers. nec sufficit, & Paul. Montan. de tutel. & cur. cap. 38. sub. num. 93. vers. trigesimoquinto*. Hæredes verò Fani non tenentur libros aliquos
15 exhibere, † quos non constat negotium hoc concernentes habuisse, nec habere, vt necessarium esset *l. 3. in princip. ibiq. gloss. in §. sciendum, in verb. summatim, ff. ad exhibend. Rot. penes Card. Seraph. decis. 386. nu. 1. vers. respectu vero, & decis. 259. sub num. 1. & seqq. par. 1. recent.* Nec est verisimile, cum eiusmodi onus spectaret ad hæredes

redes Petrobelli, qui Mannæ vendendæ curam susceperant, ideoque computus, atque rationes eam concernentes super eorum libris diligenter describere, conseruare, ac ex-
16 hibere tenebantur. † Non autem Fanus, qui nihil in ea gessit sed eorum fidem secutus fuit *l.quædam in princip.ff.de edend.d.l.2.ff.de neg.gest.l.1. §.officio, ff.de tutel.& rat.dist.Socc.d.cons.24.nu.37. vers.quia quilibet, & seq.lib.1. Rot. Genuen.diuers. decis.77.num.2.vers.& cum d.Iulianus,& dec.116. per tot.ac d.decis.173.sub num.16.vers.tenetur enim socius cum seq.& decis.183.num.5.versic.hoc enim, Rot.decis.707.sub nu.5.vers.vnde p.1.diuers.& penès Card.Caualer.decis.646.n.4.vers.& consequenter ac in recent.d.decis.540.num.4.vers.& alias certum sit.p.1.& decis.256.num.13. uers.ad quam p.6. cum alijs adductis in prima decisione huius causæ die 13. Maij 1644.in §.non enim visa fuit admittenda excusatio,& in Romana pecuniaria 14.Decembris 1646. in §. Iustitia uero. Coram me.* Auctoribus enim sufficit publicum Instrumentum prædictum, quod plenam facit probationem quantitatis,
17 & valoris Mannæ consignatæ, † nec alijs indiget adminiculis *l. cum precibus, C. de probat. l.emancipatione, C.de fid.instr.cap.cum dilecti de donat.Bald.in l.interest. num.2. uers. nota quod Instrumentum, C.de solut.Rot.Genuen.diuers.dec.122.n.1. uers.unde succedit.Ceph.cons.109. sub num.6.uersic. cum enim, & seqq.Rot.penes Card. Mant. decis. 26. num.1.uers.nam de sorte, ac decis.166. num.13.uers. non obstat, & san.me.Greg.decis.195.num.1.uers.& licet ac in recent.decis.620. sub nu.2. uers.de credito par.1.& decis.550.num. 1.uers. nam de credito p.4. & decis.207.sub num 1.uers. ratio fuit &c. ead.p.4. tom. 2.*

Præterea non subsistit, quod Fanus emerit d.Mannam ære d.de Petrobellis tanquam eorum socius, siue administrator.

Hæc enim nullibi iustificantur, vt necessarium esset. Quinimò tam ex prædictis, quā ex alijs pluribus Instrumētis in Processu productis, & signanter ex illo celebrato die 3. Aprilis 1613. in quo specialiter conuentum fuit, quod Petrobelli tenerentur assecurare, vel assecurari facere quamcumq; mercium quantitatem tam ab eo transmissam,& penès ipsos existentem ad d.effectum vendendi,quā in posterum transmittendam, alias subiacerent ipsi periculis contingentibus, vt legitur in Extract. *fol.479. pag. 2. in fin. vers. cum pacto etiam, & fol. 480.pag.1.* Et ex ipsismet partitis librorum ab eis exhibitis constat, quod Fanus propria agebat negotia,mercesque ab eis recipiebat, ac vicissim transmittebat cū participatione lucrorum, prout inter amicos Mercatores fieri consueuit. Repugnat autē Iuris præsumptio secundum quam emptio
18 Mannæ facta censetur proprio nomine, † atque pecunijs Fani emptoris, *ad l. si ita stipulatus fuero, §. Chrisogonus, ff.de verb.oblig.l.& magis, ff.de solut, Bart.in l.si patruus num.4.vers.tertio casu, C.commun.vtriusq;Iud. Alex. cons.134. Circa ea de quibus in superiori themate,num.6.vers.respondeo, & seqq.lib.5.Bec.cons.113.sub num.27. vers. & consequenter,Menoch.præs.46.sub num.1.& seqq. lib.3.Mant.de tac.lib.6.tit.17.num.1.Sot.penès Cocin.decis.352.sub num.1.vers.& cum non consiet,& in recen.decis.679.nu.9.vers.prout atiam p.4.tom.3. & alij relati per Fælic.de societ.cap.14.num.93.vers. nonus,& vltimus casus est cum seqq.& in precedenti*
19 *decisione.* Quæ conclusio procedit † etiam (fortioribus non repugnantibus) fauore socij particularis *l.2.ibiq; Bart.sub sub num.2.vers. secundo est multum notandum, C.pro soc.Bec.d.cons. 113.num.28.Peregr.decis.90. sub num.8. vers. con-*
20 *firmat etiam conclusionem.* † Atq: administratoris *l.Titiam, & Mæuiam, §.Præfectus, ff.de admin.tut.l.si defunctus, C.arb.tut.Crau.cons.129.n.3. vers.in hac difficultate, & alij relati per Fælic.de societ.cap.3. num.66. vers. altera,* & alibi. Et hæc quidem iuris præsumptio legitimam probationem inducit *l.licet Imperator, vbi DD.ff.de leg.1.glos.in l.si tutor petitus in verb.ostenderis, C.de peric.tut.& curat.Menoch.de præs.lib.1.q.36.num.8 vers.& proterea cum seqq.Surd.decis.170.nu.8.vers. & quod dicitur, Rot.decis.342.num.5.vers.præsumptio enim iuris, & decis.756.sub nu.4.vers.responderunt Domini par.2.recen.* Quæ transfert onus
21 iustificandi† contrarium in aduersarium *l.generaliter in fin.princ.vers.sed cum ex præsumptione, ff.de fideic.libert.Surd.cons.61. sub nu.21.vers.quia hæc est præsumptionis natura Rot.penes.Pen.decis.78. num.10.vers. vnde, & decis.121. num.5. vers.nam præterquam,& in recen.decis.287.num.15.vers.quia iuris præsumptio p.5.* Et quidem plenè, ac concludenter *l.fin.in princ.ff. de eo quod met caus. Menoch.de præs.lib.1.q.32.num.5. vers.rursus accedit, Surd.cons.151.num.25. vers. sed operatur Rot.penes Reuerendiss. Vrgellen. decision.28. num.18.vers.quia libertatis præsumptio, & in recentior. decision. 117. num.3. versicul. stantibus maximè præsumptionibus, par.3.& decis.45.sub num.7. vers. quia vltra quod par. 4.*

Nec aduersantur Instrumenta, & aliæ scripturæ plures pecuniarum summas à dd. de Petrobellis diuersis temporibus Fano solutas præseferentes, quibus hæc Nanna empta fuisse prætenditur.

Quia non resultat ex eis talis probatio. Nā ex primo instrumēto celebrato die 16. Octobris 1612. in extract.fol.481.& seqq.in quo d. Marinus Fanus se debitorem fatetur dd.heredum de Petrobellis de scu.120.de paulis,constat eisdē consignasse libras quingentas Mannæ ad effectum eam transmittendi Venetias vendendam, ac de pretio sibi satisfaciendi, quod ipsi in calculo nuper exhibito fatentur ascendisse ad scut.similes 147. baioc.11. dictā summam debitam excedentes. Et ex alio celebrato die 3. Aprilis 1613. in Extract. fol. 477.& seqq. in quo idem Marinus fatetur se debitorem de scut.557.& baio.34.Ac de alijs scu. 300. similibus, costat eisdem assignasse pro cautione libras quadringentas, & alias libras septingentas Mannæ ad effectum eam transmittendi ad eamdem Ciuitatem, ac sibi satisfaciendi (vt præmissum est) ex qua licet tam in d.instrumento sub die 28. Aprilis 1614. quam in d. calculo asserant Petrobelli retraxisse tantummodò duca. 533. constituentes scu. 348.circiter de paulis. Nihilominus quia in eisdem locis narrant d. summam (quatenus

nus in causam d. instrumenti sit referenda) fuisse retractam ex parte, & in computum d. Mannæ, nec exhibent rationes illius, prout
22 tenētur,† viget contra eos præsumptio, quod cum illam acceptauerit pro sui cautione fuerit sufficiens ad satisfactionem eorum crediti donec aliud appareat *iux.gloss.in l.2. in verb.redigere, C.de pignor.Neguς.de pignor.in 2.membr.tertia par.princip.num.37.vers.adde tamen in prædictis Surd.decis.44.nu.16.vers. bene verum est*. Aliud vero celebratum die 6. Iulij eiusdem anni in Extract.fol.75. & seqq. in quo Marinus confessus fuit se debitorem de scu. 1200. similibus, quos promisit erogare in emptionē olei, mannæ, & aliarum mercium, easq; transmittere ad creditores vendendas, vt sibi ex pretio satisfacerent, & quicquid lucri superesset ex æquo diuiderent. Eliditur ex alio prædicto sub die 28. Aprilis 1614. & ex eodem vltimo calculo, ex quibus constat illos postea recepisse oleum, & alias merces à debitore transmissas valoris ducat 1581. siuè 1841. maiorem summam nempe scu. 1675. 31. constituentium, vt habetur in d. calculo. Aliud autem sub d. die 3. Decembris anni prædicti in Extract.fol.3.& seqq. in quo Marinus confessus fuit recepisse à præfatis de Petrobellis duca.800. monetæ Regni mediantibus litteris cambij directis Andreæ Bonello ad computum prædicti olei ad eos transmittenni, non habuit effectum, sed concordi partium consensu fuit reuocatum, & ab eo recessum per aliud sequens sub d. die 28. Aprilis 1614. celebratum, ac proinde litteræ cambij in eo cōsignatæ Fano non fuerunt acceptatæ, neque solutæ, sed reiectæ per dictum Andream Bonellum, vt appareat ex eius litteris sub die 7. Martij 1614. relatis in summ.dd.de Fanis sub num. 6. Cæteræ demum partitæ nempe scut. 637. sub die 24. Augusti, & scu. 290. sub die 11. Septembris, ac scu. 273. sub die 14. eiusdem mensis anni 1613. & scu. 220. sub die 16. Februarij 1614. alias respiciunt causas. Ideoq; relatæ fuerunt ad debitum eiusdem Marini in alijs eius rationibus currentibus, vt apparet ex illis extractis à Libris dd. de Petrobellis, ac per eos productis vna num d. processu cōpulsoriali coram Vicario Reuerendiss. Episcopi Anconitan.d.fol.72.& seqq. ac etiam ex prædicto vltimo calculo; Quare ad hoc diuersum negotium mannæ trahi non debent contra partium intētionem volentium illud à cæteris eorum computibus esse distinctum ac separatum, vt patet ex præcitatis partitis, ac
23 instrumento 28. Aprilis 1614. † quæ principaliter attendi, atque seruari debet *l.1.l.iurisgentium.§.prætor ait,ff.de pact.l.1.ff.de constit.pecun. Cardin.Caualer.decis.165.nu.2.vers.constabat.enim & fuit dictum in Roman.pecun.18.Iunij 1646.coram me, in §.quarta demum, & 31.Iulij 1648.in §.1.tier. non autem ad hoc referri potest, & in d. præcedenti decis.in hac causa emanata sub die 5. Iunij 1648.in §.quia non agitur in proposito.*

Et hinc refellitur etiam exceptio compensationis, seu retentionis opposita. Quia repugnat eadem partium voluntas ex d. posteriori instrumento resultans, in quo facta mētione præcedentium computuū inter eas pendentium, ac debiti præfati Marini. Nihilominus conuenerunt, quod statim ac manna vendita fuisset, Petrobelli tenerunt illi soluere partem suam, cum obligatione Camerali,
24 & iuramento, † quo casu regulariter non admittitur compensatio, neq; retentio ex causis antecedentibus *Rot.decis.708.in fin.vers.præterea hoc creditum, p.3.lib.3. diuers.& penes Reuerendiss.Vrgellen.decis.157. num. 9. vers. quia vltra quod, & decis.404.num.11.vers.secundo fuit responsum, ac in recent.decis.532.sub num.1.vers.quæ magis de plano procedunt, p.3.& decis.303.nu.6.vers. præsertim, p.5. & in alijs relatis in Roman.litterar. camb.13. Aprilis 1646. coram Rauerendiss. D. meo Terracin.§.pen.in fin.vers.quando autem, & in ead. coram R.P.D. meo Otthobono 19. Iunij 1647. in §. hinc vero cessat obiectum*. Nec vlla sub esse videtur æquitatis ratio pro Petrobello, qui cū ab initio huius causæ posset bonam fidem, vt tenebatur, agnoscere, omnesq; libros, ac scripturas palàm exhibere, ex quibus calculus absolutus datorum, & receptorum desumi, ipsaq; rei veritas clarè percipi posset. Attamen longa, dispendiosaq; lite per sexdecim annos, & vltra partem fatigauit, modo allegando præscriptionem, modo exhibendo rationes imperfectas, non iustificatas, neque legitimas, vt latiùs deductum fuit in dictis prȩcedentibus decisionibus sub die 31. Iunij 1607. & 5. Iunij 1648.

Verumtamen quia partium ex relatis instrumentis (demptis primis duobus, in quibus particulares effectus fuerunt assignati, vt dictū est, pro cautione dd.de Petrobellis, cęterisq; partitis non iustificatis) & partim ex alijs scripturis exhibitis constat d. Marinum ab eis recepisse summas prædictas scut. 1200. 637.290. & 237. ac 220. necnon 110. quos in d.vltimo instrumento 28. Aprilis 1614. promisit restituere per totum mensem Maij sequentem constituentes in totum scu. 2730. Neque adhuc satis videtur probatum fuisse ab illo tranmissas merces, nec aliud quicquā traditum, vel solutum (præter partitam ducat. 538. de qua supra facta fuit mantio in §. *nec aduersantur instrumenta &c.* quæ si opus erit iterum discutietur) vltra summam dd. scut. 1675.31. ab ipsis in d. vltimo instrumento, & calculo confessatam. Ita quod ex hactenus deductis remaneret earum ratione debitor Fanus de scut.1054. baioc.69. constituentium ducat. circiter 1160. monetæ Regni (licet id negent actores plura oponentes) Propterea vt sit consultum vtrique parti. Visum fuit Dominis mandatum ab hȩredibus d.Marini petitum esse concedendum, ac relaxandum, suspensa tamen pro nunc d.quantitate,
25 donec rei veritas certior appareat, † quæ vndiq; modis omnibus est inquirendam *l.Indices C.de iud.l.fin.§.licentia, C.de iur.deliber. c. fin. 30. q.5.* & ad rem confert *Put.decis.284.lib. 2.in correct.Burat.decis.277.num.4. vers. & admittitur aliquando &c.* Ita tamen, vt non retardetur inte-
26 rea solutio residui crediti præfati † Marini, quod

quod ex prędictis omnino liquidum, ac iustificatum dignoscitur *iux. l. statuliber. rationem, ff. de statuliber. l. si residuum, ubi no. DD. C. de distr. pig. Soccin. sen. d. consil. 24. sub num. 36. versicul. sed incertum libr. 1. cum alijs relatis per modern. Roman. discept. 728. numer. 11. versicul. cum sufficiat, & seqq.*

Et ita fuit reselutum vtraque parte informante &c.

Præsens decisio in hac eadem causa facta coram eodem Eminentissimo D. Cardinal. Corrado sub die 5. Maij 1648. est supra in hac eadem parte 10. decisio 198.

R. P. D. BICHIO.

Hispaleñ Decimarum.

Veneris 25. Iunij 1649.

ARGVMENTVM.

Manutentio in quasi possessione exigendi decimas datur possidenti, etiamsi per decennium eas non exegerit dummodò nullus alius hoc tempore possederit, vel executio non fuerit à debitore controuersa. Nec talis manutentio est retardanda ratione tituli exemptionis, nisi probetur in continenti titulus vel per confessionem partis, vel per rem iudicatam, vel per instrumentum publicum.

SVMMARIVM.

1 *Testes de facto proprio benè probant.*

2 *Quasi possessio acquisita tempore primi possessoris nocet illius successori in solutione decimarum.*

Quod procedit etiam contra habentes priuilegium exemptionis. num. 3.

Nisi successoris priuilegium sit indubitatum, & clarum. num. 4.

5 *Quasi possessio non ammittitur spatio decennij, nisi fuerit contradicta, vel alius possederet. & numer. 6.*

7 *Negatiua non probatur per notulam, seù descriptionem aliquarum rerum, quia tantummodò probatur affirmatiuam descriptarum, non negatiuam aliarum.*

8 *Negligentia Capituli non nocet Ecclesiæ, etiam ad effectum manutentionis.*

9 *Quasi possessio non soluendi acquiritur per denegationem debitoris, ac scientia, & patientia Creditoris.*

Fallit, quando constat de titulo denegantis, quia tunc non requiritur scientia, & patientia. numer. 10.

11 *Manutentio in quasi possessione exemptionis decimarũ non datur non possidenti, etiamsi pro eo assisteret immemorabilis, & priuilegium Apostolicum.*

12 *Possessio antiqua præualet alterius, possessione non concurrente.*

Imò est etiam manutenibilis non obstante immemorabili, vel priuilegio, quæ ad petitorium referuntur. num. 13. & 32.

Fallit stante priuilegio claro. num. 14. & 23.

Vel si allegans immemorabilem sit in possessione, aut immemorabili nitatur. num. 15. & 16. & vide num. 23. & 25.

17 *Dominicani non habent priuilegia pro exemptione decimarum clara, imò contra ipsos aliquando reiecta fuerunt.*

18 *Immemorabilis quamuis habeat vim priuilegij multum ab isto differt.*

Quia testes super immemorabili non faciunt incontinenti probationem probatam. num. 19.

20 *Instrumentum facit probationem probatam.*

21 *Probatio per testes admittit probationem contrariam.*

22 *Testes non sufficiunt in possessorio ad probandum non ius possessoris.*

23 *Manutentio adhoc vt retardetur possessori debet constare de titulo incontinenti, vel per confessionem partis.*

Vel per rem iudicatam, vel per publicum instrumentum.

24 *Possessorium non retardatur per probationem tituli factam per testes.*

25 *Immemorabilis tunc impedit manutentionem, quando est tribus sententijs canonizata.*

26 *Non solutio, quando non concurrit petitio, & denegatio potius est abstinentia, quàm consuetudo, vel vsus non soluendi.*

Quod procedit in præscriptione longi, vel longissimi temporis, secus in immemorabili. num. 27.

28 *Exceptio immemorabilis requirit altiorem indaginem ideò à possessorio reijcitur.*

Exceptio facti dubij à possessorio reijcitur. numer. 28.

29 *Remissoria ad hoc, vt concedatur sola dubietas sufficit.*

Immemorabilis à solutionis decimarum exceptione an comprehendat bona futura. num. 20. & 30. & 31.

31 *Præscriptio non operatur in postea acquisitis.*

Immemorabilis non operatur in eis, qui de nouo superueniunt. num. 31.

33 *Iesuitæ habent priuilegium exemptionis decimarum.*

34 *Communicatio priuilegiorum aliorum mendicantium non compræhendit exemptionem a decimis diuinis.*

Nisi fuerit expressa, & adsit indiuidua derogatio Concilij generalis Innocentij III.

35 *Subrogatio non tribuit subrogato exemptionem, nisi docto de exemptione illius, in cuius locum subrogatur.*

36 *Subrogatio facta ad homine non transfert in subrogatum priuilegia principalis.*

DECISIO CCCXXXIII.

VTRVM Capitulo, & Canonicis Cathedralis Ecclesiæ Hispalensis in quasi possessione exigendi decimas ex fructibus bonorum, quę Patres Dominicani Monasterij S. Pauli eiusdẽ Ciuitatis hæreditario, vel alio titulo à Laicis acquisiuerunt, & proprijs sumptibus colunt, vel e cõuerso ipsis Dominicanis in quasi possessione non soluendi dictas decimas danda sit manutentio, fuit hodiernæ disputationi expositum, & ad fauorem Capituli resolutũ, prout aliàs in secunda instantia coram R. P. D. meo Meltio, quia illius intentio fundatur, ne dum in assistentia iuris, quam habet vti generalis, & perpetuus administrator redditũum, & decimarum

marum Vice Archiepiscopi vniuersalis Parochi in Dioecesi Hispalensi, sed etiam in particulari quasi possessione exigendi decimas, ex ipso prædio nũcupato di buena speranza, olim possesso à Didaco Henriques, & per eum vendito Dominicanis, de qua deponunt plures
1 Testes de facto proprio † *Summ. Capit. num. 4.* & propterea benè d. quasi possessionem probant *Bald. in l. 1. num. 22. C. de fructib. & lit. expen. Coccin. decis. 439. num. 2.*

Eademq; quasi possessio acquisita de tempore, quo posidebat Henriques ad obtinendãm manutentionem aduersus Dominicanos
2 illius successores Capitulo suffragatur, † quia ius metimur ex parte actoris, cumq; sit reale mutata persona possessorij non immutatur, vt in terminis decimarum, *Rota decis. 341. num. 1. par. 1. recent. decis. 189. n. 3. par. 2. decis. 455. n. 2. penès Modern. de manut.* & magis in pũcto ad fauo-
3 rem huius Capituli contra successores † prætendentes habere priuilegium exemptionis à solutione decimarum fuit decisum *in Hispalen. decimarum 27. Iunij 1644. quia fuit responsum coram R. P. D. meo Corrado, & in alia Hispalen. decimarum de Baraona 12. Ianuarij 1646. §. quia per mutationem coram R. P. D. meo Cerro*, nisi fortè suc-
4 cessoris priuilegium sit clarum, † & indubitatũ in quibus terminis loquitur *decisio 215. coram Reuerendiss. Vrgellen. & decis. 44. num. 4. p. 7. recen.* vt declarauit *Rota in Toletana decimarum 15. Iunij 1648. §. final. coram R. P. D. meo Celso*; quale, vt infra dicam) non est priuilegium Dominicanorum.

Dici verò non potest Capitulum à possessore cecidisse, ex quo per decennium, & amplius decimas non exegerit, quia ciuilis possessio animo retenta etiam vltra decennium continuata præsumitur in his incorporalibus,
5 quando non fuit contradicta, seù interuersa per denegationem solutionis semel factam à debitore, vel alter eiusdem iuris, quasi possessionem non acquisiuit, cum tunc non intret præsumptio obliuionis, ac admisionis animi posidendi, quam lapsus decennij inducere
6 solet interuersa, † vel occupata per alterum possessione, *Lotther. de re benef. lib. 1. quæst. 38. numer. 216. & seqq. Gratian. discept. 310. num. 48. & seqq. & post Bertazzol.* loquentem de taciturnitate per 30. annos *Buratt. decis. 347. num. 10. & 11. Mantic. decis. 272. num. 5. Rota inter recen. decis. 287. num. 5. par. 2. decis. 143. num. 2. & decis. 571. num. 13. inter impress. apud modern. de manut. cum alijs alleg. in d. tract. obseru. 58. num. 13.*

At in casu nostro Dominicani non probant denegasse aliquando solutionem harum decimarum Capitulo ipso acquiescente, ad quem effectum non releuant Testes dati in illorum *Summ. num. 4.* deponentes, quod in Archiepiscopatu Hispalensi adest quidam redditus nũcupatus fratrum, & Monialium, qui componitur ex hæreditatibus, & bonis per Fratres, & Moniales acquisitis, cuius decimam percipiũt Arrendatores Archiepiscopatus, quia exindè resultat quidem probatio affirmatiuæ, nempè quod bonorum ibi descriptorum decimæ ad Capitulum spectant, & ab Arredatoribus exa-
7 ctæ fuerunt non tamen negatiuæ non pertinẽtiæ, † aut denegationis decimarum ibi non descriptarum, *vt ex Peregrin.* & alijs respondit *Rota in Bonon. fideicommissi de Glauarinis 5. Iunij 1637. §. nec excusant coram R. P. D. meo Royas facit decis. 497. num. 3. par. 4. recent.* Eò minùs, quia nulla adest necessitas, aut obligatio has decimas arrendandi, & quod plus est in arrendamentis factis excipiuntur nominatim decimæ illorum, qui soluere recusant, earumque exactio reseruatur Capitulo, vndè prorsus excluditur acquiescẽtia Capituli, ne decima hęc exigeretur, vt benè ponderatum fuit in prima decisione huius causæ *coram R. P. D. meo Meltio sub die 15. Februarij 1647. §. & dum*, & in omnem euentum negligentia Capituli in exigẽdo, quia præiudicare non valet Ecclesiæ penes, quam
8 possessio radicalitèr manet † non efficeret, quin eiusdẽ Ecclesiæ nomine hodie peti posset manutentio, *Seraphin. decis. 1417. sub numer. 3. cum alijs allegatis in Hispalen. Decimarũ 27. Iunij 1644. §. secundo quia, coram R. P. D. meo Corrado.*

Ex his corrollariè sequitur, quod à Patribus Dominicanis nusquam acquisita fuerit quasi possessio non soluendi, ac exemptionis à solutione decimæ, quia cum actus negatiui possessio pendeat ab ipsa denegatione, & per hanc affirmatiua possessio prioris possessorij absque
9 illius consensu, & animo non euacuetur, † requiritur proindè ad acquirendam quasi possessionem non soluendi denegatio ex parte acquirentis, & copulatiuè scientia, & patientia creditoris in quasi possessione exigendi existentis iuxtà notata *per DD. in l. 1. C. de seruit. & acqu. l. quamuis 46. ff. acquir. poss. Buratt. decis. 912. num. 6.* & in terminis decimarum vltra allegatos in decisionibus D. mei Meltij *Seraphin. decis. 1463. num. 5. Mantic. decis. 40. num. 9. & decis. 207. sub num. 6. Rota d. decis. 165. sub numer. 5. & 6. par. 4. & in Toletana decimarum 15. Iunij 1648. §. Vlterius coram R. P. D. meo Celso*, & gratis dici-
10 tur scientiam, † & patientiam huiusmodi non requiri, quando constat de titulo *Rebuff. in constit. Gall. tom. 3. tit. de mater. poss. in præfat. n. 145. & seqq. Gratian. discept. 870. nu. 33. Rota dec. 533. num. 3. par. 1. recent.* quia ex infra dicendis tituli exemptionis releuans probatio non adest.

Nullo modo igitur Dominicanis debetur manutentio in quasi possessione exemptionis,
11 esto, quod simul ipsis asisteret immemorabilis, & priuilegia Apostolica, *vt per Merescot. var. resol. lib. 1. cap. 11. num. 5. & 18. Reuerendiss. Vrgellen. decis. 215. num. 6.* quia assertam quasi possessionem non probant, eaq; cessant præ-
12 ualet † antiqua Capituli possessio, tàm vniuersalis, quàm particularis in prædio, de quo agitur, *Seraph. decis. 18. num. 3. & decis. 1380. nu. 2. Rota in supracitata Toletana decimarum §. possessio verò coram R. P. D. meo Celso* Estq; mànutenibi-
13 lis non obstantibus dicta immemorabile, † & priuilegijs, quia respiciunt petitorium, nec retardant manutentionem, donec pleniùs discutiantur, vt comprobat prima decisio *coram D. meo Meltio. §. Vnde, & secunda edita 19. Iunij 1648. §. non obstat vbi allegantur concordantes.*

Et licet hoc limitetur, quando priuilegia sunt

14 sunt clara, & indubitata, † vt declarauit Rota in sæpè citata *Hispalen. decimarum 27. Iunij 1644.*
15 §. *quia decisio coram Reu. P. D. meo Corrado,* † vel reus conuentus habens pro se immemorabilem est in quasi possessione *Rota apud modern. de manut. decis. 197. num. 4.* vel ij, qui manutentio-
16 nem petit nititur immemorabili,† qui est casus *decis. 44. num. 9. & 10. par. 7. recent.* neutra ex his limitationibus applicatur casui nostro, quia Capitulum, vt dicebam innititur vniuersali, ac particulari possessori, quam ex abundanti iuris assistentia confouet, Dominicani rei conuenti, vt mox probaui non possident, &
17 exaduersò † allegata priuilegia non sunt clara pro Dominicanis, quin potius contra ipsos reiecta fuerũt *in Vercellen. Decimarum 13. Nouemb. 1645. & 15. Ianuarij 1646. coram R. P. D. meo Cerro,* vbi singulorum defectus enumerantur, & priùs in *Dertusen. decimarum coram Card. Sacrato impress. apud Modern. de manut. decis. 157. num. 4. & 5.*

Clara paritèr, & indubitata non est immemorabilis, circa quam animaduertendum est primo multum illam differre ad effectum, de
18 quo agitur ab instrumento priuilegij † quamuis priuilegij vim habeat, *Becc. consil. 180. nu. 22. & seqq. alijq; relati à Larrea allegat. 119. num. 15. par. 2.* & differentia cadit, non quoad substantiam, sed quoad probationem, siquidem testes,
19 per quos immemorabilis probatur † non faciunt incontinenti probationem probatam, ac rem notoriam, *Bald. in l. generali sub nu. 5. in vlt. notab. C. sacros. Eccles. Menoch. de adipisc. remed. 4. sub num. 108. Argel. de acquir. poss. quæst. 6. nu. 76. Buratt. decis. 211. num. 3.* prout facit publicum in-
20 strumentum † *Dec. consil. 36. nu. 2. Ruin. cons. 128. num. 1. lib. 4.* cum probatio per Testes non ex-
21 cludat † quin alia pars admittatur ad probandum contrarium, vt benè ad propositum põderat *Rolan. consil. 98. n. 38. vers. nam certissimi lib. 5. Castren. consil. 91. sub num. 8. vers. quod cum, lib. 1. Argel. de acquir. poss. quæst. 2. num. 215. & 2. seqq. & meliùs quæst. 14. num. 31.* ob quam rationem *Rota in Balneoregien. confinium 4. Aprilis 1604. coram bo. mem. Card. Sacrato impress. apud Modernum de manut. decis. 422. nu. 10.* dixit in hoc summarijssimo
22 iudicio non satis esse testes † ad probandum non ius possessoris.

Cum itaque vt exceptio tituli respiciens retardet manutentionem debeat nedum esse re-
23 leuans in substantia, † sed etiam in continenti indubitanter probata, itaut de titulo constet per confessionem partis, aut rem iudicatam, aut publicum instrumentum *Seraph. decis. 876. num. 2. Rota decis. 3. sub num. 1. vers. quando hæc notorietas de restit. spol. in nou. decis. 81. numer. 4. penes Martin. Andr. & Iuuenacen. & Melphiten. bonorum 8. Iunij 1646. coram R. P. D. meo Corrado in Calagurritana beneficij de Cornago 13. Maij 1647. coram me.* Limitatio supra deducta, quod priuilegium clarum impedit, ne possessor manuteneatur intelligenda est de priuilegio probato per publicum instrumentum, vel altero ex prædictis tribus modis, in quibus terminis loquuntur quotquot in id exaduersò allegantur, non autem de eo, quod præsumi facit immemorabilis probata per testes, nisi vltrò eadem immemorabilis fuerit canonizata per tres sententias in iudicatum transactas, nam probationis ti-
24 tuli† desumptæ ex testibus iudicium possessorium non retardant *Rota decis. 72. num. 9. & 10. & decis. 284. num. 8. apud modern. Perus. de manut.* & ideò in hoc Sac. Tribunali perpetuò decisum fuit, quod tunc demum immemorabilis im-
25 pedit ne possessor manuteneatur,† cum canonizata fuerit per tres conformes, vt in pluribus decisionibus allegatis *à d. Moderno de manut. obseru. 45. nu. 19. & in 1. decis. R. P. D. mei Meltij, §. vnde cum,* & nuper *in Beneuentana decimarum 8. Martij anni currentis §. tum etiam coram R. P. D. meo Royas.*

Secundo animaduertendum est, quod in casu nostro dubitari vlterius contingit, an Testes probent immemorabilem, cum deponũt Dominicanos interpellatos, vt decimam soluerent eam denegasse Capitulo Hispalẽsi sciente, & acquiescente, vt etiam pro inducenda immemorabili requiri voluerunt infra allegãdi, eo quod tempus non est modus inducendæ, vel tollendæ obligationis; libertas non præscribitur sine facto præscribentis, quod in denegatione petitæ solutionis consistit; & petitione, ac denegatione cessantibus esset potius quædam abstinentia à solutione, quàm con-
26 suetudo, † seù vsus non soluendi, cuius opinionis auctor est *Alex. consil. 136. num. 19. vers. 1. quod fuerint lib. 2.* eumq; sequitur *Bursat. consil. 142. num. 22. & seqq. vbi signantèr sub num. 25.* ait opinionem *Alex.* esse communiorẽ, & veriorẽ *Cephal. consil. 40. num. 32. & 33. Becc. consil. 128. numer. 18. Rimin. iun. consil. 589. num. 47. & seqq.* vbi respondet omnibus contrarijs, alijq; plena manu congesti *à Castell. de tert. reg. cap. 29. numer. 7.* quibus additur *Rouit. decis. 97. num. 5. & seqq. Rota decis. 655. num. 3. vers. & quatenus par. 3. recent. decis. 23. num. 1. iuncto num. 5. par. 6.* Neque contrarium firmatum fuit *in Hispalen. decimarum 26. Iuny 1647. coram R. P. D. meo Corrado,* quia etsi in §. quoniam allegati fuerunt Doctores contrarium sententias tamen in §. finali declaratur id ponderatum fuisse ad effectum dumtaxat demonstrandi, quod articulus est disputabilis & propterea interim deneganda non erat petita remissoria, super qua principalitèr illa decisio emanauit reseruando suis loco, & tempore eiusdem articuli quatenus opus sit pleniorem discussionem.

27 Et quamuis contrariam opinionem † videlicet, quod requisitum petitionis, & denegationis, procedat quidem in præscriptione longi, seu longissimi temporis, non autem in immemorabili amplexus fuerit, *Aym. consil. 111. præsertim sub num. 2. & sub num. 21. consil. 775. col. penult. Natta consil. 446. num. 15. Menoch. consil. 887. num. 54. Auend. de exequend. mand. cap. 6. sub num. 8. & pluribus allegatis Castell. d. tract. de tert. reg. cap. 29. num. 8. & seq.* ea ratione, quia immemorabilis includit præsumptam concessionem priuilegij, quæ petitione, ac denegatione solutionis non eget, & in omnem euentum vtrumq; per temporis immemorabilis lapsũ intercessisse præsumitur. Quicquid sit de

vtriusq;

vtriusque opinionis veritate hæc ipsa Docto-
28 rum discrepantia efficit, † vt exceptio immemorabilis requirere dicatur altiorem indaginẽ & propterea non secus, ac receptio facti dubij à summarijssimo possessorio reijciatur *Capic. decis.10.num.19.& 20. Seraph. decis.271. sub nu.6. vers.nam etiam Rota decis. 64. num. 6. inter impress. apud Pacific. de Salu. idem Pacif. tract.insp.2.cap.2. num.85.& seqq. & fuit dictum in bonon.fideicommissi de Sanctis 17. Maii 1647. §. finali coram me.*

Insuper quia prædiũ hoc di buena speranza solum ab anno 1615. effectum est Ecclesiasticum, & à Dominicanis possessum post quod tempus certum est immemorabilem non fuisse inductam remanet discutiendum, An immemorabilis super alijs bonis Dominicanorũ suffragetur in bonis futuris, ac nuper acquisitis, quam quæstionem tangi *supracitata decisio Hispalen.decimarum anni* 1647. §. *quia si probetur*, & affirmatiuè resoluit ad effectum remissoriæ,
29 ad † quem sola dubietas sufficit, sed pleniori cognitioni, vt cætera in fine reseruat, pariterq;
30 affirmatiuam† sententiam in terminis priuilegij exemptionis à decimis distinguendo inter priuilegium, & præscriptionem sequitur *Suar. de relig. tom.1. lib.1.cap.19.sub num.7. Castr. Palao moral. tom.2. tract.10. de decimis, & primit. disput. vnica punct.12. nu.* 6. Sed negatiuam in ipsis his
31 terminis immemorabilis videtur † amplexa *Rota penès Put.decis.150.num.2. lib.* 1. ea ratione, quia præscriptio non operatur in postea quæsitis., sed antea, & immemorabilis non operatur in postea quæsitis, sed antea, & immemorabilis non operatur, quoad ea, quæ de nouo superueniunt, sic etiam *Gabr. de præscript. conclus.2. num.13. Zas.cons.16. num. 54. & seq. lib.* 2. Et insuper hac quæstione maturius deliberandum esse dixit in puncto priuilegij exemptionis à decimis, *Ferdinand. Arias de Mesa var. res. lib.3. cap.13. num.22. in fine.* Quapropter cum tot concurrant altioris indaginis argumenta ac testes ad probandam immemorabilem inducti non coarctent negatiuam solutionis per 40. annos, vt latiùs ponderatur in *decis.R.P.D. mei Meltii*, nullatenus iterim prætextu assertæ
32 immemorabilis suspendenda† est manutentio Capituli in quasi possessione plenè probata decimam, de qua agitur percipiendi, vt ferè in puncto *Maresc. var. resol.lib.1.cap.11. nu.18. circa fin. Rota in Hispalen.decimarum 27. Iunii 1644. §.alia verò coram R.P.D.meo Corado.*

Minus releuat communicatio priuilegiorũ
33 aliorum mendicantum, inter quæ † adest illud Patrum Iesuitarum canonizatum *in dec.44 par. 7. recent. & in aliis*, quia sub ea non venit exemptio à decimis diuinis, nisi fuerit expres-
34 sa,&† vlteriùs adsit indiuidua derogatio Cõcilij generalis sub Innocentio III; relate *in cap. nuper de decim.* vt in terminis communicationis fuit decisum *inter recent. decis.214. num.5. par.2. decis.40.num.1.& 3.par.4.& in Vrbinaten.Decimarum coram S.D.N. Innocentio X. impress. post tract. modern.de iur. Abbat. decis.95.num.4.* vbi allegantur concordantes, *& in Mediolanen. decimarum coram bon.mem. Coccino inter eius impress.decis.279. num.2. & seqq.* cum alijs relatis *ad Add.ad Burat. decis.704.num.13.*

Tandem non obstat, quod hoc prædium Dominicani emerint ex pretio alterius prædij per ipsos vẽditi laicis, cuius proindè loco sub-
35 rogandum prætendunt, tùm quia,† vt vi subrogationis hoc prædium esset exemptum dandum esset de exemptione prædij, in cuius locũ dicitur facta subrogatio, *ut ex text.in l.nemo plus iuris ff.de reg.iur.* Respondit *Rota decis. 151. nu.9. apud Modern.de manut.*tum etiam,quia subroga-
36 tio expressa non adest, † & quæ fit ab homine non transfert in subrogatum priuilegia principalis, *Rimin.iun.consil. 18.num.88.Valenz.consil.19. num.52.lib.2. Girond. de priuil.num.313.Rota decis. 95.num.5.par.3.recent.decis.402,num.1.par.4.*

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. CELSO,

Postea Eminentiss. CARDINALI

Gerundeñ Portionum.

Lunæ 25. Iunii 1649.

ARGVMENTVM.

Appellatione deserta, cùm sententia transeat in iudicatum, executioni demandari debet.
Beneficia probantur validè vnita per subsequutam vnionem longo tempore obseruatam.

SVMMARIVM.

1 *Causa ob non prosecutionem appellationis remanet deserta, & sententia transit in iudicatum.*
2 *Sententia in iudicatum transacta debet executioni demandari.*
3 *Executio sententiæ est fructus rei iudicatæ.*
4 *Validitas sententiæ resultat ex reuolutione processus.*
5 *Hæres tenetur ad solutionem portionis, quam defunctus soluere tenebatur.*
6 *Testes deponentes per modum negatiuũ in literis Põtificis requisitum plenè probant.*
7 *Vnio executioni demãdata per cursum temporis præsumitur valida.*
8 *Obseruantia probat validitatem vnionis.*
9 *Vnio Parochialis non excluditur per assignationem, seù applicationem fructuum retenta congrua pro Vicario.*
10 *Præscriptiones tot requiruntur quot sunt anni in præstationibus annuis.*
11 *Communicatio priuilegiorum idem operatur ad illorum concessio.*
12 *Restitutio in integrum sine lesione non datur.*
Læsio excluditur per validitatem, & iustitiam sententiæ. num.12.

DECISIO CCCXXXIV.

LICET à sententia lata ad fauorem Monasterij, & Monialium S.Claræ de Petra alba appellauerit de anno 1626. Franciscus Aduersarius. Nihilominus, quia per annos 25. & vltra non fuit appellationem prosequutus proposui

posui dub. iuxta formam Commissionis mihi directæ, An constet de re iudicata, quæ veniat exequenda, vel potius de causis restitutionis in integrum, & affirmatiuè quoad primam partem, negatiuè verò quoad secundam responsum fuit. Etenim ob non prosecutionem appellationis per spatium tanti tē-
1 poris † causa remansit deserta, & sententia transiuit in iudicatum, *Auth. ei, qui C. de temp. app. clem. sicut. & clem si appellationem de appell. cap. cum sit Romana eodem tit. Rot. in Caietana bonorum 3. Decembris 1646. coram R. P. D. meo Cerro.*

2 Vndè prædicta sententia † debet executioni demandari, *l. si contra, & ibi Bald. in princ. C. de appell. l. quoniam, vbi Bart. num. 1. C. eod. Rot. decis. 69. numer. 3. par. 6. recent.* Cum executio sit
3 fructus rei iudicatæ, *l. si se non obtulit, §. si ex conuentione ff. de re iud. Rota in Romana Fideicommissi de Incoronatis 16. Ianuarij 1643. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Nec validitas dictæ sententiæ, quæ requiritur ad hunc effectum per *tex. in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iud.* vllo modo controuerti potest. Illa enim resultat ex lectura, & reuolutione
4 processus, † in quo apparet de citationibus, mandato procuræ, alijsque necessarijs, iuxta *decis. Caput. decis. 260. par. 2.* passim canonizata *à Rota, vt in recent. decis. 7. num. 1. & decis. 178. n. 3. par. 6. & in alijs.*

Iustitia verò desumitur ex instrumēto vnionis factæ ab Episcopo Gerundeñ, in quo Vicarius pro tempore Ecclesiæ S. Felicis grauatur soluere Monasterio S. Claræ portionē annuam 30. lib. Vndè cum dictum Franciscus possederit Vicariam, de qua agitur, & per annos 29.
5 retinuerit præfatā portionem, † sequitur, quod eius hæres teneatur ad solutionem illius *l. vlt. §. cum igitur C. de iure delib. can. Episcopus 12. q. 2. ibiq; gloss. verbo ab hæredibus in fine cap. ex præsentium, vbi DD. de pignor. Nauarr. de spol. Cleric. §. 10. num. 6. vers. quinto, tom. 1. fol. mihi 111. Boer. decis. 62. num. 4.*

Non obstat, quod Ioannes Papa Vigesimus secundus mandauerit vniri ea tantum beneficia, quæ non excedant lib. 200. nam tantum abest, quod huiusmodi excessus requisitus de tempore vnionis vllo modo iustificetur, quod immò ex testibus exaduersò examinatis, & datis *in Summ. num. 5.* constet expressè de contrario, dum deponunt huiusmodi beneficium nō
6 excedere dd. lib. 200. † & sic per modum negatiuum contentum in iisdem litteris *Rot. decis. 186. num. 5. & 6. par. 1. recent. & decis. 439. nu. 3. par. 4.* & latè firmatum fuit in *Gerunden. Prioratus 29. Ianuarij 1646. coram R. P. D. meo Bichio.*

Et tamen attenta effectuatione prædictæ
7 vnionis † per cursum tanti temporis intrat præsumptio pro illius validitate, vt dixit *Rota coram Buratt. decis. 734. num. 6. & seqq. & in recent. decis. 222. num. 4. par. 2 decis. 139. num. 6. par. 6. decis. 174. num. 14. & 196. num. 8. par. 7. cum alys adductis per Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 28. num. 37. & seq.*

Iuncta præsertim obseruantia deducta, & ex sententia Ordinarij Gerunden. vsque de anno
8 1358. † & ex pluribus solutionibus, & ex lapsu annorum 300. & vltra, vt notat *Garz. de benef. par. 12. cap. 2. num. 179. Rota coram Seraph. decis. 1432. num. 4. & in recen. decis. 580. num. 3. in fin. p. 4. tom. 3. & decis. 441. num. 4. par. 5.*

Minùs obstat, quod Episcopus non vniuerit iuxtà formam litterarum Apostolicarum: sed potius processerit per viam dismembrationis assignan. portionem annuam lib. 30. super fructibus Parochialis, de qua agitur. Nam contrarium apparet ex ipso instrumento dato in *Sum. sub num. 2.* Applicatio verò fructuum nullo modo vnionem excludit, cum illa potuerit fieri non solum per applicationem fructuum ad fauorem Monasterij, retenta congrua pro
9 Vicario, † sed etiam assignando eosdem fructus Vicario prædicto, & portionem pro se retinendo *per tex. in cap. Auaritiæ 10. vbi gloss. verbo redditus de præbend. gloss. in cap. de Monachis verbo de Prouentibus eodem tit. Rota decis. 37. num. 10. p. 4. rec. & decis. 580. num. 7. & seqq. par. 4 tom. 3. & decis. 441. num. 10. & decis. 445. num. 11. pa. 5.*

Nec releuat allegata præscriptio, quia in annuis præstationibus, qualis est ista, de quo
10 agitur, † non sufficit præscriptio vnica, sed tot requiruntur quot sunt anni, *l. cum notissimi §. in ijs, ibique etiam gloss. verbo cuiusque C. de præscript. 30. ann. Hostien. in summa tit. de præscript. rerum immob. §. quæ res præscribi poss. vers. quid ergo dices, fol. 198. col. 1. Aym. de antiquit. temp. par. 4. §. materia, num. 34. vers. sed vbi ageretur Gail. pract. obs. lib. 2. obs. 73. num. 1. Cenc. de censib. quæst. 118. numer. 17. Rot. post eumdem decis. 302. num. 3. dec. 304. num. 2. & decis. 487. num. 5. & in rec. decis. 21. numer. 19. decis. 264. num. 13. & decis. 265. numer. 20. par. 7.*

Immò ab anno 1562. quo constat de solutione vsque ad annum 1619. quo tempore fuit mota lis non interuenerunt tot anni, qui sufficiant ad præscriben. contra Monasterium Sanctæ Claræ, quod per Priuilegia Summorum Pontificum quampluribus Regularibus concessa, & sibi communicata gaudet sexagenaria, & centenaria, vt de Benedictinis dantur priuilegia, quo ad sexagenariam *in Summ. Monialium num. 6. & 7.* Imò habent etiam centenariam, vt in Bulla 15. §. 6. & 8. Pauli Tertij, & sexagenariam habent Oliuetani ex Indulto Iulij secundi Bulla 12. §. 28. Communicatio enim Priui-
11 legiorum operatur idem, † ac si dicta priuilegia specificè eidem Monasterio concessa fuissent, *Oldrad. consil. 300. num. 5. in fin. Paris. consil. 22. numer. 5. lib. 4. Bertrand. consil. 149. num. 1. in fin. & num. seq. lib. 1. Cresc. decis. 9. num. 5. versic. secundò quia de Priuil. in recenti decis. 30. numer. 2. par. 4. tom. 2. & dictum fuit in Valentina decimarum coram Lancellotto, post Marches. de Commiss. tom. 1. fol. 39. num. 1. & in Ianuen. priuilegiorum 24. Iunij 1647. coram R. P. D. meo Royas.*

Stante itaque validitate, & iustitia sententiæ
12 cessat læsio exaduersò prætensa, † & consequenter restitutio in integrum, *l. quod si minor, § 1. ff. de minor. cap. 1. vbi Abb. de restitut. in integrum Odd. eodem tractat. par. 1. quæst. 4. artic. 1. numer. 1.* Et pluribus adductis firmauit *Rota in Vrbi-*

Vrbinaten. Emphiteusis 29. Maij 1648. coram R. P. D. meo Ottbobono, & in Romana Vineæ 26. Iunij eiusdem anni coram R. P. D. meo Corrado.

Et ita vtraque parte informante decisum fuit.

R. P. D. M E L T I O.

Postea Reuerendiss. Episcopo PAPIEN.

Romana Affictus Ferreriæ.

Veneris 25. Iunij 1649.

ARGVMENTVM.

Locatio facta ad triennium, si illo completo cõductor persistit in re conducta, & locator petijt pensiones decursas post lapsum dicti triennij, resultat sufficiens vtriusque partis consensus pro reuocatione locationis cum eadem pensione, & sub eisdem pactis, & conditionibus; & quid si locator completo triennio decessisset, an, & quando tacita relocatio substineatur cum illius hærede minore, siuè pupillo clarè demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Validitas processus ex quibus resultet.*
2 *Obligatio Cameralis apposita in locatione, non censetur repetita renouatione tacita post lapsum trienn.*
3 *Via executiua procedi potest in causis pensionũ Prædiorum, & Casalium.*
4 *Clausulæ,* Summariè, simpliciter, sine strepitu, & figura iudicij, & sola facti veritate inspecta, *important facultatem procedendi executiuè.*
5 *Instrumentum facit probationem probatam.*
6 *Instrumentum habet pro se omnem iuris præsumptionem.*
7 *Locatio facta ad triennium, illo completo, quando resultet renouatio locationis.*
8 *Locatio facta ad triennium, illo finito, intelligitur facta reconductio cũ eadem pensione, & cum eisdem pactis, & obligationibus.*
9 *Locatione finita, ad tacitam renouationem inducendam, requiritur consensus vtriusque partis.*
Et quid si ex parte locatoris fuerit petita licentia pro faciendis necessarijs laborerijs in re locata, an censeatur voluisse recedere à tacita continuatione. num. 18.
10 *Locatione finita ad effectum continuationis consensus ex parte locatoris iam defuncti sufficit existentia hæredis habitualiter.*
11 *Et antequam hæreditas adeatur, voluntas, & consensus defuncti conseruatur in hæreditate iacente.*
12 *Obligatio oriens ex contractu, quando non est noua, sed proueniit ex causa præcedentis obligationis, nullis indiget solemnitatibus.*
13 *Solemnitatum defectus non habetur in consideratione in actu Pupillo, vtili, & quando ipse non dat de nullitate, sed agit pro obseruantia contractus.*
14 *Minor quamuis non teneatur ex contractu nulliter gesto, tamen potest compellere contrahentem ad ipsius obseruantiam.*
15 *Receptio nouæ obligationis non inducit liberationem debitoris, deficientibus requisitis necessarijs ad inducendam delegationem, & nouationem.*
16 *Locator quando recipiendo partem pensionis à secundo conductore, non censetur voluisse amittere ius, & actionem contrà primum conductorem.*
17 *Subconductor soluens pro residuo debiti, & temporis, quo rem locatam retinuit, si postea conductor locationem continuauit, ipse tenetur soluere pensionem.*
19 *Clausula,* sine præiudicio, *præseruat actionem agentis.*

DECISIO CCCXXXV.

FRANCISCVS Lenius titulo locationis duraturæ ad triennium tradidit sancto Officio, & pro eo Patri Commissario Casale Campi Leonis cum Ferreria, & Arboreto pro annuo Affictu scutorum 200. & cum pacto, quod finito dicto triennio restitueretur *con tutti i suoi ordegni, andante, & lauorante*, vt constat ex publico Instrumento locationis rogato sub die 29. Octobris 1636. *Summ. Franciscæ Antoniæ Lenæ num. 1.* dictum Casale fuit deindè à S. Officio sublocatum 3. Maij 1638. Alexandro Laureto, vt habetur ex responsionibus ad positiones datas pro parte dictæ Franciscæ Lenæ eodem *Summ. nu. 3.* qui vice dictæ subconductionis cessit sub die 15. eiusdem mensis Octauio Bagarotto, & Bagarottus Ioanni Baptistæ, ac Alexandro fratribus de Siris, vt ex declarationibus, de quibus in *Summar. eorumdem de Siris num. 3. & 4.* Finito dicto triennio in locatione conuento, cum dictum Casale non fuerit restitutum, sed longo tempore in eodem affictu postea semper continuatum, Francisca Antonia de Lenis filia, & hæres dicti Francisci primi locatoris egit contra S. Officium pro affictibus decursis etiam post conuentum triennium, & pro illis obtinuit à R. P. Dño Assessore dicti S. Officij relaxari mandatum, simileque mandatũ fuit executiuè expeditum pro S. Officio contra Lauretum, & pro Laureto contra illos de Siris pro liberatione à dictis molestijs, quæ mandata in secunda instantia fuerunt reuocata per sententiam R. P. D. Palutij Consultoris, & Iudicis istarum causarum deputati. Prætendente autem dicta Francisca Antonia de Leuis huiusmodi sententiam laborare vitio tam nullitatis ex defectu Iurisdictionis, & citationis, quàm notoriæ iniustitiæ, porrexit preces Sanctiss. in quibus petijt hanc causam committi in Rota omni appellatione remota, & Sanctissimus annuit, vndè fuit expedita Commissio, ad cuius formam dubitaui, An decretum R. P. D. Assessoris sit exequendum, & Domini affirmatiuè responderunt.

1 Nam † validitas mandati satis probatur, ex quo de Iurisdictione d. Assessoris non dubitatur, & constat de legitimatione personarum ex mandati procurę, ac de citationibus ad omnes actus substantiales, ex quibus sententias, & decreta quoad telam iudiciariam, & ordinem processus iustificari, firmat *vulg. decisio Caputaq. 260. part. 2.*

Neque illa valet impugnari sub prætextu quoad actum fuerit via executiua, quæ prætenditur non potuisse competere, † ex quo obligatio Cameralis apposita in locatione, non censetur repetita in renouatione, seu relocatione tacita post lapsum triennij, ex traditis per *Felic. de societ. cap. 42. nu. 42. Barz. dec. 60. num. 8.* † quia circumscripta etiam obligatione Camerali potuit executiuè procedi tàm ex dispositione iuris, iuxtà *text. in l. Præses, C. locat. conduct.* vbi disponitur, ea quæ ex locatione debentur exsolui debere sine mora, quam vigore Statuti Vrbis lib. 1. cap. 88. mandantis in causis pensionum Prædiorum, & Casalium procedi † summariè, simpliciter, sine strepitu, & figura iudicij, & sola facti veritate inspecta, quas clausulas importare facultatem procedendi executiuè, tenent *Bart. in extrauag. ad reprimendum in verb. figura in fin. Natt. in Clem. sæpè, §. non sic tamen, versic. visis suprascriptis num. 95. Marant. in specul. de ordin. iudic. part. 4. dist. 9. nu. 8.* & firmauit *Rota post Zacchiam de oblig. Cameral. decis. 170. num. 3. in vltima impress. & in recent. decis. 446. numer. 1. part. 2.* & in *Romana pecuniaria 29. Maij 1641. coram R. P. D. meo Royas §. Nec obstat.*

2 (margin)

Iustitia pariter dicti mandati euidenter deducitur ex dicto Instrumento locationis Ferreriæ Campi Leonis per Franciscum Lenium S. Officio facto pro annua responsione scutorum 206. † quod Instrumentum facit probationem probatam, iuxtà doctrinam *Bart. in l. Imperator num. 3. ff. de stat. homin. & in l. interest in vltimo notab. C. de solut.* † & habet pro se omnem iuris præsumptionem, ex latè adductis in *Cremen. seu Ianuen. pecuniaria 1. Iulij 1648. coram R. P. D. meo Royas, §. Hæc sunt.*

Opponi neque potest, quod locatio expirauerit per lapsum triennij in dicta locatione conuenti. † Nam dum S. Officium finito triennio non restituit Casale ad formam suæ obligationis, sed perstitit in reconducta, & vlterius locator petijt pensiones decursas post lapsum triennij; ex his resultat sufficiens vtriusque partis consensus pro continuatione, seu renouatione locationis, ad text. expressum in *l. Item quæritur 14. §. quo impleto, ff. locat. & in l. legẽ, C. eodem, Angel. in l. cum satis, §. caueant, C. de Agricol. & censi. lib. 11. Alex. cons. 28. in fin. lib. 4. Soccin. Iun. cons. 63. num. 20. lib. 2. Peregr. cons. 74. sub num. 19. lib. 1. Mar. Anguise cons. 213. num. 13. vol. 1. Bim. cons. 51. nu. 5. & 6. vol. 1. Intrigliol. cons. 25. nu. 29.* & † dicta reconductio intelligitur facta cum eadem pensione, & sub eisdem pactis, & obligationibus positis in primo contractu, *Maluas. cons. 87. num. 39. vol. 1. Cancer. variar. resolut. lib. 1. cap. 14. num. 65.*

9 Nec releuat, † quod ex quo decessit Franciscus Lenius relicta Fracisca Antonia posthuma, non potuerit eo tempore dari ista continuatio, vel renouatio tacita ex defectu simultanei consensus omninò requisiti ad dictam renouationem inducendam, *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 5. tit. 15. num. 15. Trentacinq. variar.*
10 *resolut. vol. 1. lib. 3. resolut. 2. sub num. 12.* † Quia ad effectum continuationis consensus in locatore sufficit existentia hæredis habitualiter, ad tradita per *Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 17. nu. 3. vers. dilectis hæredibus, Mantic. de tacit. lib. 14. tit. 46. num. 21. vers. Item est aduertendum, Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 85. num. 27. vers. Extenditur septimò, Cancer vbi suprà*
11 *num. 64.* † Et antequam hæreditas adeatur voluntas, & consensus defuncti conseruatur in hæreditate iacente, quæ personam defuncti repræsentat, *Mantic. loco superius citato numer. 21. Osasch decis. 34. num. 20. Rot. decis. 520. numer. 80. part. 1. diuers. & in Romana hæreditatis de Crocelis coram bon. mem. Card. Millino*, relata post *Posth. de manuten. decis. 375. num. 3.*

Minorem releuantiam habet, quod tacita continuatio, vel renouatio non possit præsumi in proposito casu in quo cum ageretur de contractu Pupilli imò infantis, vltrà patientiam requirebatur solemnitas decreti Iudicis, & consensus propinquorum, quia cõtrarium, vt nempè tacita hęc reconductio potuerit fieri absque solemnitatibus visum fuit verius,
12 tum ex eo, † quia quando obligatio oriens ex contractu non est noua, sed prouenit ex causa pręcedentis obligationis nullis indiget solemnitatibus, vt docent *Castr. cons. 183. num. 2. lib. 1. vers. nec obstat statutum, Tiraqu. ad l. Connubialem, gloss. 8. num. 196. Pic. ad statut. Vrb. gloss. 7. nu. 218.*
13 *vers. & quod Statutum.* † Tum quia defectus solemnitatum non habetur in consideratione in actu pupillo vtili, & quando ipse non dat de nullitate, imo agit pro obseruanria contractus, vt post alios probat *Pignatell. contr. 21. num. 12. Surd. decis. 179. num. 17. & 18. Hodiern. ad eundem Surd. decis. 70. numer. 10. Capyc. Latro*
14 *decis. 19. nu. 6. 7. & 8.* † regulariter enim quamuis minor non teneatur ex contractu nulliter gesto, volens tamen potest compellere contrahentem ad illius obseruantiam, ex quo solemnitas statutaria fuit illius fauore inducta, *Abb. in cap. 1. ne Sed. vacant. Ruin. cons. 11. num. 6. lib. 4. Gratian. discept. forens. cap. 27. nu. 41. vers. in electione.*

Neque prætendi potest, quod hæres Francisci exigendo pecunias depositatas à Laureto pro dictis pensionibus videatur agnouisse illũ in Conductorem, & consequenter liberasse Sanctum Officium à futura præstatione.
15 Nam † vltrà quod receptio solutionis ab alio, imò etia receptio nouæ obligationis regulariter non inducit liberationem debitoris deficientibus requisitis necessariis ad delegationẽ, & nouationem inducendã, ex quo tunc censetur potius facta cumulatiuè, quàm animo debitorem liberandi, *Gait. de credit. cap. 2. tit. 3. num. 2381. vsque ad nu. 2288. Muta decis. Sicil. 33. num. 18. & 32. Rota Ianuen. decis. 2. num. 20. cum duobus seqq. Rota diuers. decis. 445. num. 1. part. 4.* & penès *Gregor. XV. decis. 217. num. 1.* Cessare videtur omnis difficultas in proposito casu,
16 in † quo dictæ pecuniæ exactæ fuerunt sine preiudicio residui, & quorumcunque iurium, & præcipuè competentium contra Sanctum Officium, *Summario Franciscæ Antoniæ de Lenis num. 8.* ex qua quidem præseruatiua manifestè constat locatorem per receptionem partis solutio-

lutionis à secundo Conductore noluisse amittere ius, & actionem sibi competētem aduersus primum Conductorem, *Anton. Fab. in suo Cod. lib. 4. tit. 42. effect. 28.*

Quidquam non facit, quod ab Alexandro Laureto depositata fuerint in Sacro Monte Pietatis de anno 1642. scuta 400. pro tempore, quo ab eo fuerat retenta Ferreria, & pro toto eo, quod contra eius personam prætendere
17 potuisset hæres dicti Francisci Leni: † Quia de facili hoc tollitur, dum partita non cantat pro residuo pensionum debitarum à Sancto Officio, nec pro tempore quo retinuit Ferreriam Sanctum Officium, sed dumtaxat pro residno debiti, & temporis quo eam retinuit ipse Alexander Lauretus. Quod melius comprobatū remanet ex eo, quia ad instantiam Franciscæ Antoniæ de Lenis non fuit simpliciter petita consignatio dictarum pecuniarum, sed ad bonum computum, & sine præiudicio residui, & quorumcunque iurium competentium. Vndè cumetiam post exactionem dictarum pecuniarum Sanctum Officium continuauerit retinere Ferreriam, iure quidem merito illud cōdemnari potuit ad solutionem pensionum postea decursarum, secundum *Bald. in l. 1. §. in duo tutelæ iudicio, ff. de eo, qui pro tut. Ias. in l. si ex legati causa sub num. 14. in 6. limitat. de verb. oblig.*

18 Minusque aduersatur, † quod per Tutorem dictæ Franciscæ Antoniæ aditus fuerit Iudex ad effectom obtinendi licentiam pro faciendis necessarijs in dicta Ferreria, & sic ille videatur voluisse à continuatione locationis, nec aliquam tacitam, & præsumptam relocationem fecisse. Quia tali licentia minimè fuit vsus Tutor, & propterea non videtur habuisse animum recedendi à locatione, *Alex. consil. 1. num. 13. vers. non obstat lib. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 85. num. 42. vers. cæterum.* Tum etiam quia obtenta fuit huiusmodi licentia sine præiudicio iurium suorum, ex qua etiam præseruatiua optime arguitur, eum animum non habuisse sibi præiudicandi in dicta locatione, sed tantummodo vtendi licentia pro reparandis damnis edificij Ferreriæ, cuius ruina imminebat, ne in totum corrueret ex adductis per *Mastrill. decis. 48. num. 6. part. 1. Castill. dec. 5. num. 40. part. 1.*

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum, &c.

R. P. D. CORRADO.

Posteà Eminentiss. D. CARDINALI.

Leodieñ Dominiorum.

Venis 25. Iuny 1649.

ARGVMENTVM.

Bona Ecclesiastica, quia vt validè alienari possint, requiritur tàm iusta causa euidentis vtilitatis, & necessitatis ipsius Ecclesiæ, quàm beneplacitum Apostolicum; idcircò in præsenti decisione clarè explicatur, an & quando beneplacitum Apostolicum per mortem Pōtificis expirasse dicatur; atque vtilitas Ecclesiæ ex quibus in huiusmodi alienatione iustificata probetur, latissimè tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio quando non fuit prosecuta, propter quod sententia fecit transitum in iudicatum, perinde est, ac si non fuisset ab initio appellatum.*

2 *Sententia, quæ transiuit in iudicatum exequi debet, & num. 27.*

3 *Sententia antequam executioni demandetur, Rota solet incipere, an sit iustificata.*

4 *Validitas sententiæ apparet ex ipso processu.*

5 *Confessio iudicialis Auctoris plenè probat contra successorem.*

6 *Possessio probatur ex confessione partis, ac litis sustentatione.*

7 *in Iudicio vendicationis, quæ sunt requisita necessaria ad obtinendum.*

8 *Bona Ecclesiæ vt validè alienari possint, omninò requiruntur solemnitates, ac iusta causa.*

9 *Amplia etiamsi alienatio fiat ad fauorem alterius Ecclesiæ.*

10 *Beneplacitum Apostolicum obtentum pro confirmatione alienationis bonorum Ecclesiæ, quando non dicatur expirasse per Mortem Pontificis, & quando secùs num. 11.*

12 *Ablatiuus absolutus formam præcisè obseruandam inducit.*

13 *Beneplacitum Apostolicum obtentum pro confirmatione alienationis bonorum Ecclesiæ & à Pontifice concessum cum clausula,* vocatis vocandis, *vt afficere debeat, quid requiratur.*

14 *Clausula,* constitò, *apposita in Beneplacito Apostolico, obtento pro confirmatione alienationis bonorum Ecclesiæ, quid requiratur.*

15 *Beneplacitum Apostolicum pro alienatione rerum Ecclesiæ obtentum cum clausula,* constito quod in vtilitatem cedat &c. *huiusmodi vtilitas, quommodo sit iustificanda.*

16 *Sententia lata super validitate alienationis rerum Ecclesiæ, eo quod alienatio cesserit in ipsius vtilitatem, quando non substineatur, si sit fundata in extraiudicialibus informationibus.*

17 *Sententia lata super validitate alienationis bonorum Ecclesiæ non seruata forma in Breui Apostolico præscripta, est nulla.*

18 *Bona Ecclesiastica alienari nō possunt sine iusta causa necessitatis, vel euidentis vtilitatis ipsius Ecclesiæ.*

19 *Vtilitas pro validitate alienationis bonorum Ecclesiæ, non iustificatur ex assignatione rei æqualis valoris.*

20 *Et iustificari debet non ex solo valore redditnum, sed ex qualitate proprietatis, habita ratione iurisdictionis annexæ num. 21.*

22 *Vtilitas Ecclesiæ in alienatione bonorum illius non probatur ex sola partium assertione.*

23 *Bona Ecclesiastica an legitimè alienata dicantur, ex quo erant detenta à quodam Barone, & ab eo per longam litem, numquam recuperari potuerunt.*

24 *Beneplacitum Apostolicum obtentum pro alienatione bonorum Ecclesiæ, quando dicatur subreptitium.*

25 Be-

25 *Beneplacitum Apostolicum in alienatione bonorum Ecclesiæ, non supplet defectum vtilitatis omninò requisitæ.*
26 *Bona Ecclesiastica, quando sunt nulliter alienata, restitui debent eidem Ecclesiæ vna cum fructibus perceptis.*
27 *Præscriptio contra Ecclesiam debet esse quadragenaria.*
28 *Et non currit viuente Rectore seù &c. qui bona Ecclesiæ alienauit.*
29 *Titulus insufficiens primo loco productus facit præsumere, meliorem, ac sufficientem non extitisse.*
30 *Titulum ineptum producens, non potest deinde opponere de titulo meliori & efficaciori.*

DECISIO CCCXXXVI.

PRO Decano, & Capitulo Ecclesiæ Collegiatæ Sancti Pholiani Oppidi Fossen. Diœces. Leodien. vindicantibus Pagos, seu Loca nũcupata de Vaulx, & Borset ad eorum, ac mensæ Capitularis Dominium, & iurisdictionem spectantia à Com. Francisco Barbiano detenta prolatæ fuerunt in partibus duæ sententiæ cõformes altera die 16. Octobris 1640. & altera die 5. Nouembr. 1642. A qua licet pro parte eiusddm Com. Francisci fuerit appellatum ad S. D. N. & obtenta commissio R. P. D. meo Verospio. Tamen ab eo tempore citrà nec causam fuit prosecutus, nec terminari curauit; Cumque ideo præsentata per Actores alia commissione executoriali instaretur pro executione rei iudicatæ. Hodie ego vices præfati D. mei aduersa valetudine detenti iussu Dominorum in hac parte gerens, proposui dubium. An constet de re iudicata; quæ debeat executioni mandari. Eoque exactè discusso affirmatiuè fuit resolutum.

1 Quia † cum per sexenium, & vltra ab interposita, commissaque appellatione decursum, non fuerit prosecuta, censetur ex legis dispositione deserta, & sententiæ præcedentes in earum robore permanent, ae rem iudicatam constituunt, perinde ac si non fuisset ab initio appellatum *cap. cum sit Romana de appellat. Clem. sicut & Clem. si appellationem eod. tit. l. fin. §. illud etiam ac seq. & auth. ei qui C. de tempor. & reparat. appellat. Rot. penes Card. Caualer. decis. 281. num. 1. vers. vnde, & decis. 282. num. 2. vers. & ideo, ac in recent. decis. 601. num. 1. vers. certum est enim, ac seq. & decis. 665. num. 16. vers. tamen par. 4. tom. 3. & decis. 412. num. 3. vers. tamen par. 5. & sæpè in alijs.*

2 Ac propterea exequi debent *l. post rem iudicatam ff. de re iud. l. 1. & 2. & l. sub specie C. eod. tit. l. 2. & l. pæn. ac fin. C. de execut. rei iud. Card. Mantic. decis. 187. num. 4. vers. nam post rem iudicatam & decis. 289. num. 6. vers. quare ae in recent. d. decis. 601. num. 2. vers. & consequenter & decis. 666. nu. 3. vers. illam vero par. 4. tom. 3. & decis. 229. num. 16. vers. ideo par. 5. & decis. 69. nu. 3. venit exequenda par. 6. & decis. 227. num. 2. uers. estque omnino executioni demandanda par. 7. recent.* cum alijs relatis *in Perusina bonorum 29. Maij 1648. coram me §. 1. uers. certum est.*

3 Si quidem † visæ fuerunt Dominis plenè iustificatæ, (quod in hoc Sacro Tribunali apprimè inquiritur antequam executioni demãdentur *Put. decis. 391. num. 1. vers. quia si fuisset tractatum par. 1. in correct. sanct. mem. Greg. decis. 208. num. 5. vers. adhuc tamen Cardin. Caualer. decis. 62. num. 1. vers. & Domini Buratt. decis. 650. nu. 3. vers & notus est stilus huius Tribunalis.*) † Nam validitas apparet ex ipsis processibus in quibus

4 fuerũt ritè seruata omnia seruanda *Rot. pene s. me. Greg. dec. 218. n. 1. vers. quia de validitate Buratt dec. 126. n. 2. vers. cum de ualiditate & d. dec. 601. n. 3 uers. validitas autem sententiæ p. 4. to. 3. rec.* Iustitia vero ex probationibus in eis factis, quibus cõstat hęc loca fuisse sub dominio, ac iurisdictione Decani, & Capituli, non solum per testes examinatos, ac Instrumenta locationum, & alienationum in auctores præfati Comitis factarum, † verum ex repetitis confessionibus

5 iudicialibus Co. Io. Iacobi, (cui ille successit) ad positiones actorum. Vndè plena resultat dominij probatio *l. generaliter C. de non num. pecun. l. cum precum C. de liberal. caus. cap. per tuas de prob. Mascard. de prob. concl. 545. Rot. decis. 290. sub num. 1. vers. regulariter autem par. 1. & decis. 476. num. 8. vers. confessio, & decis. 597. sub num. 8. vers. ex qua confessione par. 4. tom. 3.* & in his terminis fuit responsum *in decis. 294. sub num. 4. uers. primum uero extrèmum par. 7. recent.* Eademque tem

6 pore instituti huius iudicij à dicto Com. Io. Iacobo fuisse detenta, ac successiuè à d. Com. Francisco eius hærede ex præmissis confessionibus, ac respectiuè litis sustentatione ab anno 1620. citra, *Rot. penes Cæs. de Graff. decis. 4. de restit. spoliat. sanct. mem. Gregor. decis. 200. sub numer. 2. uers. probatur enim possessio Burat. decis. 693. num. 5. uers. ex quibus & decis. 728. num. 3. uers. secundum uero extremum &c. & in recent. decis. 186. num. 4. uers. nouissimam autem & d. decis. 294. num. 3 uers. & quantum attinet ac seqq. par. 7.* Quæ sunt

7 requisita ad † obtinendum in proposito vindicationis iudicio necessaria *l. officium & l. in rem in princ. ff. de rei uind. Alex. cons. 182. uiso processu sub num. 1. uers. & primo cum seqq. lib. 1. & alij.*

Nec obstat quod anno 1582. 16. Maij fuerint (vt apparet ex publico Instrumento) alienata titulo permutationis in Episcopalem mẽsam Leodien. pro annua præstatione quadrigentorum florenorum monetæ Barbantiæ prætio similium florenorum octomiliũ perpetuo redimibili cum reseruatione beneplaciti Apostolici sumptibus eiusdem mensæ obtinendi, quod deindè obtentum fuisse prætenditur, ac demum loca ipsa in d. Com. Ioan. Iacobũ & Com. Franciscũ successiuè translata.

8 Quoniam † alienatio illa nullius omnino fuit roboris, tam ex defectu solemnitatis, quam iustæ causæ, quæ tamen omninò concurrere debebant pro eius validitate *cap. sine exceptione 12. q. 2. cap. 1. de reb. Eccles. non alien. in 6. Clem. 1. eod. tit. latè Rot. penes Card. Seraph. decis. 508. num. 1 & seqq. per tot. & decis. 1490. sub num. 1. & seq. Card. Mantic. decis. 41. num. 1. uers. nam in alienatione rei Ecclesiæ & decis. 300. num. 1. uers. cum enim & decis. 596. num. 1. uers. quia in alienatione ac dec. 722 num. 1. uers. & tamen par. 4. diuers. Card. Caualer. decis. 288. num. 1. & seq. Reuerendiss. Vrgellen. dec. 250 n. 1. uers. ratio resolutionis fuit & n. 4. uers. quod Dominis,*

minis, & dec.459.n.2.uers.quæ tamen ac seq.Coccin. dec.445.n.1.uers.& difficultatē faciebat ac seq. & in rec.dec.624. n.5. uers.nam cum ualiditas alienationis par.1. & dec.430.num.1. & sub num.4. uers. sed ulterius par.2. & dec.261.num. & seq.ac num.14.uers. ad effectum enim par.4.tom.2. & dec.711.nu.4.uers. constat etiam ead.par.4.tom.3. & dec. 252. num.23. uers. quæ utilitas par.7. Quæ conclusio procedit
9 etiam si † alienatio fiat in aliam Ecclesiam, *cap. tua nuper de his quæ fiunt à Prælat. Zenzel. in Clem.2. ibique Card. in §. quod si Episcopus sub n.5 uers. dic quod & Vital. sub num.12. uers. nec obstat quod non est alienatio de rebus Eccles.nō alien.Franc. in cap. 1. sub num. 20. uers. si uero bona sint diuisa eod.tit.lib.7. Rot. penes Card. Seraph. dec. 196. sub num.2.uers. & tanto magis ac seq.*

Solemnitas enim, (quæ Summi Pontificis auctoritate suppletur) omninò desideratur. Nam licet fuerit in d. Instrumento, vt præmissum est, reseruata ac deinde obtentum à san.mem.Gregorio XIII. Breue Deputationis Executorum, siuè veriùs Delegationis Iudicum in partibus, quibus iniunctum fuit, *quatenus, si, & postquam uocatis, qui fuerint uocandi, ac seruata forma præinsertarum litterarum (nempè Paul. II.) necnon dominiis, locis, territorijs, districtibus, Terris, & alijs supradictis huiusmodi eorumque circumstantijs uniuersis prius coram uobis specificatis de præmissis, ac datione & concessione prædictis, ac quod illæ in euidentem d. Capitularis mensæ cedāt utilitatem, uobis coniunctim procedentibus legitimè constiterit, easdem dationem, & concessionem confirmare, & approbare, omnesque & singulos tam iuris, quam facti defectus, si qui interuenerunt in eisdem supplere auctoritate nostra curetis &c.* vt legitur in ipsis litteris Apostolicis, Dat. Idibus Februa-
10 rij 1584. † Huiusmodi tamen Breue non fuit præfatis Executoribus, ac Iudicibus præsentatum ante diem 29. Nouembris 1585. quo tempore cum Sanctus ille Pontifex iam obijsset mense Aprilis præcedenti, eiusdem quoq; Breuis vires euanuerant, atque extinctæ fuerant, nulliusque remanserat roboris, quippè non continebat gratiam confirmationis d.cōtractus simplicem, atque perfectam, cuius pura executio alteri demandata esset *iux.tex. in cap. si super gratia de offic.delegat. in 6.* sed manda-
11 tum, † seu commissionem de confirmando sub conditionibus præuia causæ cognitione coram eis legitimè iustificandis *iux. cap. licet de offic.delegat. & in cap. si cui §. secus ubi gloss. fin. & DD. de præbend. in 6.* Ideoque nulla prorsus eius vigore fuit illis eo tempore collata iurisdictio, qua ualidè potuerint procedere, ac pronunciare, vt decreuit sub die 19. Maij 1586 prout legitur in eorum sententia, vt habetur *in d.cap. licet ubi gloss. & DD. de offic.delegat. Rot. dec.12.eod. tit. in nou. & explicat Dec. in cap. relatum num. 22. uers. & ista conclusio intelligitur d. tit. Gabr.com.concl.lib.6.tit. de præb.concl.1.nu.5. & 7 uers. hinc dicunt DD.Lud.Peguer. dec.128. sub numer.2.uers. his non obstantibus, & seqq.* in his terminis respondit *Rot. penes Card.Mantic.d.dec.41 à num. 2. uers. neque obstat. & seq. & Reuerendiss. Vrgellen.dec.225. sub num.7.uers.& gratia non executa*, ac latiùs *in recent.decis.473.num.3.uers.quod autem & seqq.par.2. & decis.306.par.3. & alibi.*

Deinde nec constat fuisse seruatam formam à Summo Pontifice in eodem Breui præscriptam tàm in ea parte, in qua iussit priùs specificari dicta dominia, loca, & territoria, eorumque districtus, terras, & alia iura in d.
12 permutatione comprehensa, ibi, † *Prius corā uobis specificatis &c.* quę verba formam præcisè obseruandam præseferunt, vt in his terminis firmauit *Rot. in decis.189.sub num.1. & seq.par.4 diuers. & decis. 624. sub num. 2. uers. aderat enim part.1.recent. & in Aquilana bonorū 17. Iunij 1624 coram bon. mem. Rembold. apud modern. Perusin. de manuten.dec.11.num.7.uers.quare fuit nulla ac seqq.* & comprobatus *in Bonen. fideicom. de Ramdunis 9. Maij 1636. coram Reuerendiss.D. meo Decano in recent.dec.131.num.6.uers. dicta enim uerba par. 7. recent. & in ead. causa coram Reuerendiss. D. meo Terracin. 22. Martij 1638. in §. pariter censuerunt*
13 *&c.* Quam in illa, † in qua asserens se non esse informatum, voluit legitimè constare, vocatis vocandis, de veritate narratorum, & quod ille contractus in euidentem d. Capituli cederet vtilitatem ibi, *quatenus se, & postquā uocatis, qui fuerint uocandi de præmissis, ac datione, & concessione prædictis, & quod illæ in euidentem d. Capitularis mensæ cedant utilitatem uobis coniunctim procedentibus legitimò constiterit &c.* quæ sanè verba sub expressis, & geminatis conditionibus enixam demonstrant Summi Pontificis intentionem, ac solicitudinem quod in ea re omni adhibita diligentia canonicè procederetur. Atque ideo cùm pro parte mensæ Episcopalis peteretur confirmatio necessaria erat citatio eiusdem Capituli de cuius interesse principaliter agebatur *iux. reg.l. de vnoquoque ff. de re iud.d.cap.1. vbi gloss.in verbo defensore de reb. Eccles. non alien. in 6.Rot.decis.vnic.eod. tit. in nou. & dec.624.num.4.vers.fuisse quoque nullam, & seqq. par.1.recent.* cum alijs adductis *in Squillacen.dismembration.3. Iunij 1644. coram R. P. D. meo Otthobono in §. in hoc autem casu, & in Meleuitana Canonicat.1. Iulij 1643. coram eodem in §. nullitas ineuitabilis, & in Comen.dismembrat.22. Iunij eiusdem anni coram me in §. præterea.* Et legitima
14 iustificatio narratorum pręcipuè verò eujdētis illius vtilitatis & quidem ex plenis, ac cōcludentibus probationibus *iux. no. in l. Lucius ff. de cond. & dem. Felyn. in rubr. de prob. sub nu.3. vers. sed aduerte ibique Dec. num.153. vers. retenta prædicta conclusione, ac seq. idem Felyn. in cap. exhibitæ sub num. 4. vers. & nota de iud. & in cap. de cætero sub num.10.vers. quid de clausula vocatis vocandis &c. de re iud.Bot.penes Aegid.dec.68. sub numer.4.vers.accedit etiam par.4.diuers.san.mem.Gregor.dec.11.num.2.vers. & tamen Burat.dec.41.nu.1 vers. & erat probanda ac in recent.dec.4. sub num.5. vers. quinto quia par.4. & dec.343.num.14.vers. & cum in commissione par.6.Cardin.Caualer.decis.288. num.2.vers. vnde cognitio, ac seq.Reuerendiss.Vrgellen.d.dec.205.num.5.vers. & narratiua cum seqq. & dec.250. sub num.8. vers. quod autem & in Leodien. prætens.cens.29. Ianuarij 1596. coram Orano, & in alia Leodien. cens.15. Ianuarij 1597. coram Corduba apud modern.Perusin. de censib.dec.36.num.2.uers. cum enim & seqq. & dec.37.num.4.vers.stante enim* clau-

clausula &c. & d.decis.11. sub num.4. vers. secundo &c. apud d.modern. de manuten.& pleniùs d.dec.94 sub d.num.42.vers. non rectè, ac seqq. per tot nu.53 par.7.recent. & in d. Meleuitana canonic. in d. §. ex eadem vero clausula.

15 Adeout hoc casu † sententia, quæ ex processu non iustificatur extrinsecis præsumptionibus pro executoribus, temporis cursu, ac obseruantia adduci solitis, sustineri non valeat, cum extraiudiciales informationes, ac proinde præsumptiones ex eis deductæ non admittantur *per text. in cap. quoniam contra vbi gloss. in verb. extraordinario & in verb. præsumatur de prob. & fuit responsum coram Reuerendiss. Vrgellen. d.decis.238.num.6.vers. tamen in præsenti & seq.*
16 *& d.decis.250.num.7.vers. non obstat & seq.* Eoq; minus quando ex ipso processu apparent defectus *Paris.cons.85.nu.41.vers. & quando cum seqq. lib.3. Honded.d.consil.37.nu.15.vers. huic præsumptioni non est locus lib. 2. & fuit dictum in Toletana professin.27. Februarij 1595. coram recol.me.Card. Pamphil. apud Garz. de benefic.par.9.cap.2. sub numer.330.vers. & tanto magis & decis. 94. num. 43. vers. vnde sententia & plur.seqq.par.7.recent.*

17 Quare † cum non fuerit adimpleta forma in dicto Breui præscripta processus, & sententia eius vigore prolata ex hoc etiam defectu nullius fuerunt momenti *cap. cum dilecta §. dictum insuper de reser. cap. venerabilis §. porro de offic.delegat. Rot. penes Burat. decis.854. num.2. vers. ideoque & decis.367. sub num.13. vers. quia cum beneplacitum ac seqq.par.5.recent.* & in his terminis *in d.decis.189.par.4. diuers. & penes Card. Caualer. d.decis.288. Reuerendiss. Vrgellen.d.decis.205.num.3. vers. deinde & decis.238.num.1. & seqq. ac dec.250 num.14. vers. quia cum beneplacitum & in recent. d. decis.624.num.1. & per tot par.1. & in d.decis.94. n. 42. vers. quia nunullus est, & seq. par.7. & in d. Meleuitana canonicat. coram R.P.D. meo Otthobono* ac in alijs præcitatis.

18 Præterea † deficit iusta causa, quæ potissimum attendi, ac summo studio inquiri debet scilicet necessitatis, vel vtilitatis Ecclesiæ alienantis, & quidem notabilis, ac euidentis *iux. tex. in d.cap. sine exceptione 12. q.2. & in cap.1. de reb.Eccles. non alien. in 6.Cardin.Seraph.d.dec.508. num.12.vers. & eo magis & decis.430.num.1. vers. res enim Ecclesiæ par.1. & decis.65.num.17.vers. & præmissa & decis.178.num.10.vers. & eo magis p.2 diuers. ac in recent.decis.430. sub num.4.vers. vtilitas vero* vbi dicitur *sub num.5. vers. præterea &c.*
19 quod ex assignatione rei æqualis valoris non iustificatur euidens Ecclesiæ vtilitas, qualis est necessaria pro validitate alienationis *par. 2. idemque firmatur in decis.261.num.14.vers. ad effectum enim cum seq.par.4.tom.2. & d.decis.94.nu.51 uers. iustitia quoque cum seqq. & decis.252. num.23.*
20 *vers. quæ vtilitas par.7.* † Neque ex solo valore reddituum, sed etiam proprietatis est iustificanda, *Ioan. de Anan. in cap. vt super sub num.15 vers. quærit ipse de reb.Eccles. non alien.Card.Seraphin. decis.480. num.7. vers. allegabatur quoque, & Coccin.decis.445. sub nu.4. vers. & hæc euidens vti-*
21 *litas.* † Habitaque ratione iurisdictionis annexæ, vt benè fuit responsum *in d.decis.94. d numer.55.vers. diciturque contractus par.7.recent.*

Si enim eiusmodi iusta causa deducitur ex eo, quod a Barone de Lumay viro potente iam dudum fuisset Capitulū dictis bonis prorsus spoliatum, nullosque fructus ex eis perciperet, licet duram per vigintiquinque circiter annos litem pro eorum recuperatione sustinuisset, prout Summo Pontifici fuit narra-
22 tum. † Hæc sanè nullibi iustificatur, nec constat, quod aliter Ecclesiæ consuli minimè posset quam per eiusmodi alienationem, nā sola partium assertione in hac materia non probatur *Franch. in cap.1. sub num.4.vers. quarto nota & sub num.5. uers. vnde dicebat de reb. Eccles. non alien. in 6.Paris.cons.36. sub num.11.vers. similiter lib.4.Rot.decis.716.num.2.vers. tamen de ea debet constare par.1.diuers. & in recent.decis.261.nu.6. vers. & cum in hoc casu par.4.tom.2. & d.decis.711 num.10.vers. cum in huiusmodi terminis par.4.tom.3 & in d.decis.94.num.44.vers. & super utilitate p.7. ac in d.Squillacen.dismembrat. 3. Iunij 1644. coram R.P.D. meo Otthobono in §. iusta uero causa & in d. Comen. dismembrat.22. Iunij 1648. coram me in §.*
23 *in proposito autem casu.* † Nec erat fortè sufficiens, ob quam iura Ecclesiæ indefensa relinqui, ac in perpetuum alienari deberent, vt respondit *Rot. in d.decis.596.num.3. uers. nec potentia aduersariorum par.4.diuers.* Eoq; minus, quia licet fuerit narrata in supplicatione per Mensam Episcopalem communi etiam Capituli nomine inexecutione pacti porrecta Summo Pontifici, nulla tamen de illa legitur facta mentio in d. Instrumento permutationis; Qui
24 nimò ex alijs Instrumentis præcedentium locationum, ac partitis Librorum Capitulariū exhibitis apparet Capitulū ex dictis locis fructus, ac pensiones annuas percipere consueuisse, vnde subreptitia potius dignoscitur huiusmodi narratiua in hac parte, quæ maximè substantialis est *Rot. penes Card.Seraph.decis.508. num.10.uers. nec obstat & seq. & in d.decis.94.n.74 uers. maiorque cum seq. par.7. recent.* & in alijs supra relaris. Si vero deducitur ex redditibus Prorsus eliditur ex eisdem libris Capitularibus ac Instrumentis locationum, quorum alterū anno 1558. die 5. Maij ad annos duodecim proximè venturos sub annua pensione centum sexaginta modiorum speltæ grani boni, & triginta quinque florenorum bonæ monetæ Barbantiæ. Alterum anno 1569. die 11. Martij ad annos nouem die prima eiusdem mensis anni 1570. inchoandos sub annua pēsione modiorum centum septuaginta duorū, & triginta florenorum similium, fuit celebratum, quæ attento communi valore dictæ speltæ in illis partibus in processu pariter iustificato triplo, & vltra excedunt annuam præstationem florenorum quadringentorum in d. Instrumento permutationis Capitulo promissam. Sin autem ddducitur ex proprietate Reijcitur pariter ex depositionibus testium, & etiam peritorum affirmantium dicta loca, dominia fuisse æstimata, ac esse valoris triginta, ac etiam quadraginta millium florenorū Barbantiæ, & tamen fuerunt alienata pro dicta annua præstatione quadringentorum florenorum similium prætio octo millium per-

25 petuò redimibili. † Ex quibus sanè quoquo modo calculus ineatur clarè constat non solū euidentem peficere Capituli vtilitatem, sed euidens illius damnum, ac præiudicium probari. Quod sanè per Apostolicum beneplacitum in forma commissaria concessum non euitatur; *Rot. penes Card. Seraph. d. decis. 508. nu. 2. vers. & licet, Card. Caualer. d. decis. 288. num. 6. vers. huiusmodi autem defectus, Coccin. dicta decis. 445. n. 2 vers. & licet, et dicta decis. 367. num. 15. vers. quia li-*
26 *cet &c. par. 5. recent.* † Quare ex hoc etiam solo capite nulla dignoscitur dicta alienatio, ac loca ipsa eidem Capitulo sunt restituenda vna cum fructibus perceptis, prout fuit à præfatis Iudicibus de partibus iudicatum *cap. si quis Presbyterorum, cap. ad nostram, de reb. Eccles. alien. vel non, cap. 1. eodem tit. in 6. ac in eisdem locis not. DD. l. iubemus nulli, §. sanè, C. de Sacr. Sanct. Eccles. Surd. cons. 115. num. 31. vers. videmus etiam, ac seqq. Rot. decis. 14. num. 5. uers. ideò uidemus, et decis. 278. par. 1. diuers. et penes Reuerendiss. Vrgellen. dec. 256.*
27 *num. 2. uers. quia agitur de restitutione.* † Ac proinde sententiæ super illorum restitutione latæ, & in iudicatum transactæ sunt exequendæ, Vt fuit conclusum *in Romana deuolut. dom. 11. Martij 1620. coram bo. me. Coccin. in recent. d. dec. 71 par. 4. tom. 3.*

Neque ex lapsu temporis cum obseruantia subsecuta potest hoc casu Com. Franciscus, seu præscriptionem, seu validioris tituli præsumptionem deducere.

Nam ab anno 1582. quo facta fuit alienatio cum reseruatione beneplaciti Apostolici vsq; ad annum 1584. & 1585. quo fuit pro parte mensæ Episcopalis impetratum, & exhibitum d. Breue. Ac deinde anno sequenti obtenta super illius confirmatione sententia prædicta,
28 nulla potuit inchoari præscriptio; † Ab anno verò 1586. vsque ad annum 1622. quo fuit pro Capitulo de mense Iulij iudicium introductum, non est elapsum tempus sufficiens, *iuxta tex. in cap. de quarta, de præscr. Rot. penes Car. Seraph. decis. 671. num. 8. uers. et primo, ac decis. 16. num. 8. uers. aut certè cum seq. par. 7. recent.* Eoque
29 minus † subducto tempore vitæ Canonicorum, qui huiusmodi alienationi perperam assenserunt, *iuxta text. in cap. si Sacerdotes 16. q. 3 Coccin. d. decis. 445. num. 8. uers. tunc enim, et in recent. dicta decis. 94. sub num. 11. uers. non quidem, & seqq. ac decis. 294. num. 28. uers. demum, & seqq. par. 7.*
30 Præsumptio autem † alterius, atque melioris tituli ex eo tollitur, quod ipsemet Com. Barbianus in iudicio produxit ad sui præsidiū dictum Instrumētum permutationis, ac Breue san. mem. Gregorij XIII. cum sententia dd. Executorum, ac Iudicum censetur enim meliorem, quam haberet titulum elegisse, ideoque cessat alterius efficacioris præsumptio. *Rot. decis. 208. num. 2. uers. secundo, par. 4. diuers. & penes Card. Seraph. dec. 1235. uers. nec obstat, et Buratt. d. decis. 792. num. 1. uers. unde resultat,* & in his terminis *Reuerendiss. Vrgellen. d. decis. 205. num. 16 vers. tum etiam quia &c. ac in recent. decis. 430. sub num. 3. vers. quia cum Vicarius par. 2. et decis. 512. num. 16. vers. ita ut productio vno titulo, part. 5. & dicta decis. 94. sub num. 38. uers. at hodie, cum seq. part. 7.*
31 Præter quod † oppositiones huiusmodi reprobauit san. mem. Vrbanus Octauus in eius Constitutione incip. Romanus Pontifex in Sancta B. Petri Sede constitutus in §. Necnon reliqua omnia quotquot, & qualiacumque cum seqq. publicata die 5. Iunij 1641. vt fuit dictum *in Barchinon. exemption. 13. Iunij 1646. coram me, in §. tum quia repetita, uers. & demum.*

Et ita fuit conclusum Decano, & Capitulo informantibus, citato tamen pluries Comite Francisco legitimè per contradictas, iuxta stylum Curiæ &c.

R. P. D. CORRADO
Postea Eminentiss. D. CARDINALI.
Ianuen. Priuilegiorum.
Lunæ 28. Iunij 1649.

ARGVMENTVM.

Monasteria non possunt ædificari prope alia antiquiora, nisi relictum sit spatium centum quadraginta cannarum. Communicatio priuilegiorum comprehendit etiam præiudicialia, quando constat de voluntate Pontificis, quæ ex amplitudine verborum probatur.

SVMMARIVM.

1 *Monasterium ædificari non potest prope Ecclesias RR. Patrum Carmelitarum, nisi relicto spatio cētum quadraginta cannarum, & num. 2.*
3 *Quod amplia procedere etiam ad fauorem Patrum Theatinorum.*
4 *Priuilegia omnia cæteris Religiosis concessa fuerunt communicata Theatinis à Gregor. XIV. ac si ipsis independenter concessa fuissent.*
5 *Priuilegia concessa Theatinis sunt omnino obseruanda.*
6 *Monasterium potest ædificari prope PP. Carmelitas, & Theatinos non relicto spatio centum quadraginta cannarum quando erat cæptum ante supradictorum Conuentum, & num. 7.*
8 *Ecclesia Sancti Siri Ianuæ ab antiquissimo tempore est ædificata, & fuit prius apud Cassinenses, & postea fuit Theatinis concessa, num. 9.*
10 *Ecclesia potest cogere vicinos ad vēdendum pro ampliatione Monasterij.*
11 *Communicatio priuilegiorum non comprehendit quæ sunt alijs præiudicialia.*
Fallit quando constat de voluntate Pontificis. num. 12.
Quæ voluntas ex amplitudine verborum satis probatur. num. 13. & 14.
15 *Ecclesiæ, seu Monasteria non possunt ædificari in præiudicium aliarum antea ædificatarum.*
16 *Pontifices ad euitanda iurgia, & dissensiones prohibuerunt ne Ecclesia ædificaretur prope aliam.*
17 *Primum priuilegium non tollitur, aut derogatur per secundum data compatibilitate illorum.*
18 *Priuilegium non esse in vsu alleganti incumbit onus probandi.*

19 *Priuilegia quod Monasteria non ædificarentur prope alia, nisi relicto spatio cannarum 300.*
Fuerunt per Clementem VIII. reducta ad cannas 140.
20 *Priuilegium de mutatione situs à Religiosis fienda non comprahenditur sub priuilegio, ne ædificetur infra spatium cannarum 140.*
21 *Illatio non potest fieri à diuersis.*
22 *Decretum irritans non irritatur per non vsum priuilegij, imò nec etiam per contrarium vsum.*
23 *Regulares per communicationem gaudent priuilegijs concessis Cassinensibus ab Eug. IV. & Chartusiensibus à Nicolao IV.*
24 *Theatini habent vsum priuilegij ne ædificentur Ecclesiæ prope illorum monasteria, nisi relicto spatio cannarum 140.*
25 *Negligentia aliorum non debet diligenti nocere.*
26 *Priuilegia per non vsum mortificata reuiuiscunt stante noua confirmatione.*
27 *Ius, quod contra alios quis vsus fuit, debet & contra se exercere.*
28 *Sententiæ validitas ex resolutione actorum probatur.*

DECISIO CCCXXXVII.

COMMISSA mihi causa appellationis interpositæ ad Sanctiss. D. N. pro parte RR. Patrum Congregationis S. Philippi Nerij Ciuitatis Ianuen. à sententia Rotali, qua fuit declaratum illis non licuisse, neque licere Ecclesiam, Domum, seu Conuentum ædificare, vel recipere, neque habitare, aut residere in Ecclesia Sancti Pancratij, vel alio loco infra spatium centum quadraginta cannarum ab Ecclesia Sancti Siri, seu Conuentu RR. Patrũ Theatinorum distanti iuxta Summorum Põtificum constitutiones. Hodie dubitaui, An illa sit confirmanda, & Domini re denuo exactè discussa responderunt affirmatiuè.

Quia nititur expressis verbis Bullæ san. me. Sixti Quarti Priuilegiũ hoc concedentis RR. PP. Carmelitis sub Dat. 4. Kal. Decemb. 1476.
1 vt in † ea legitur penes *Roderic. in Collect. Priuilegior. Regular. fol. mihi 209. sub num. 79. & P. Lezan. in summa qq. Regul. tom. 5. par. 2. fol. mihi 519. sub eod. num. 79.* ibi.

Et vt quieti eorumdem Fratrum dicti Ordinis vlterius consulatur Constitutionem fel. rec. Clem. Papæ Quinti etiã prædecessoris nostri super Domibus professorum Mendicantium propè Domos aliorum Ordinum Mendicantium professorum infra spatium centũ quadraginta cannarum de nouo non recipiendis. Ad omnes alios Religiosos aliorum Ordinum tàm Mendicantium, quàm non Mendicantium vtriusque sexus, & quascumque alias Ecclesiasticas personas prope Domos Fratrum dicti Ordinis de Monte Carmelo nouas Ecclesias, & Loca construere, vel alias de nouo recipere, & habere volentes extendimus. Ita vt nulli eorum infra prædictum spatium centum quadraginta cannarum etiam per aerem mensurandarum, vbi alias commodè per terram mensurari non possent, ædificare de nouo, seu construere, aut inhabitare iuxtà Loca prædictorum Fratrum de Monte Carmeli præsumant. Si quis verò cuiusuis conditionis, status, aut gradus fuerit, qui contra prædicti Clementis prædecessoris Constitutionem, & nostram ampliationem venire, aut agere præsumpserint, tàm ipsi, quàm auxilium, vel fauorem præstantes ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, quam ferimus in his scriptis, & nihilominus cuncta, & singula ab eis facta pro infectis habeãtur &c. Additis in fine clausula sublata &c. & Decreto irritanti, &c. & amplius derogationibus.

2 Idemque referunt † *Hieronym. Sorb. in compend. Priuileg. Regular. in verb. ædificare, sub nu. 19. vers. idem Sixtus fol. mihi 314.* ac ipse iterum *Roderic. qq. Regular. tom. 2. quæst. 50. art. 5. vers. quo priuilegio, Lud. Mirand. in manual. Prælat. tom. 1. q. 33. art. 4. in tertia conclusione, Barbos. de vniuers. iur. Eccles. lib. 2. cap. 12. sub num. 76. vers. pro Fratribus &c. & alij.*

Quod quidem fuit deinde communicatũ;
3 ac † principaliter concessum eisdem Patribus Theatinis tàm à Clem. VII. in Constitutione incip. Dudum pro parte vestra. Dat. 3. Martij 1533. in ordine 38. §. 12. An insuper vobis. Bullar. par. 1. ac Pium V. in eius Constitutione incip. Ad immarcescibilem. Dat. septimo Idus Februarij 1567. in ord. 31. in §. 14. Ipsisque. & §. 15. Bullar. par. 2. & sanct. mem. Greg. XIV. in eius Breui, Dat. 5. Aprilis 1591. ibi. *Et insuper volentes prædictam Congregationem pro singulari quo eam ob eminentia merita, charitatis affectu complectimur amplioribus fauoribus, & gratys, vt par est, cumulare, & exornare, eisdem Congregationi, et Clericis, vt vltra priuilegia, et alia sibi concessa prædicta, omnibus, et singulis alijs priuilegijs, exemptionibus, facultatibus, indultis, indulgentys, et peccatorum remissionibus, et relaxationibus, cæterisque gratijs, tàm spiritualibus, quàm temporalibus quibusuis Religionibus, Congregationibus, & Ordinibus quocumque nomine nuncupentur etiam Mendicantium, ac tàm virorum, quàm mulierum, eorumque Monasterijs, Domibus, et alijs pys locis per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac Nos, dictamque Sedem hactenus quomodolibet concessis, et in posterum concedendis, ac quibus illorum vtriusq; sexus personæ de iure, vel consuetudine, aut ex priuilegio, vel alias quomodolibet vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti potiri, et gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum in his, quæ eorum Regularibus Institutis non aduersentur dumtaxat, non solum ad eorum instar, sed æquè principaliter, ac pariformiter in omnibus, & per omnia, perinde ac si eisdem Congregationi, & Clericis specialiter, et expresè concessa forent vti, potiri, et gaudere liberè, et licitè ualeant perpetuò concedimus, & indulgemus, illaque eis communicamus, et concedimus, et ad eos extendimus. Decernentes præsentes litteras, et in eis contenta quæcumque etiam ex eo, quod interesse habentes ad hoc uocati non fuerint, nec eisdem præmissis consenserint, nec ex quibuscumque alys causis quantumuis legitimis, et iuridicis de subreptionis, aut nullitatis uitio, seu intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, retractari &c. non posse &c. sublata &c. ac irritum &c.* Et prout latius constat ex eodem Breui, cuius vigore quæcumque priuilegia cæteris Religionibus concessa, & concedenda effecta sunt propria dd. PP. perindè,
4 ac si fuissent ipsis nominatim concessa,† independenter ab alijs, *l. omnia, et ibi no. C. de Episcop. et Cler.*

et Cler. Oldrad. consil. 300. sub num. 8. uers. et praesertim, cum aliis relatis per *Horat. Mandos. in eius tract. de priuileg. ad instar quaest. 4. per tot. Rot. penes Crescent. decis. 9. sub num. 5. uers. secundo quia, et in fin. de priuileg.* & latius *decis. 30. num. 2. uers. quae communicatio, part. 4. tom. 2. recent.* & pro eisdem PP. fuit aliàs dictum *in Licien. quartae funeral. 15. Ianuarij 1618. coram bo. me. Coccino in princip. uers. in casu autem de quo agitur, & in Rauennaten. iur. sepultur. 19. Februarij 1618. coram eodem in princip. vers. priuilegia suffragantur etiam praedictis Clericis*
5 *Regularibus*. Quare omninò † sunt obseruanda, nec ab eorum tenore recedi potest, *cap. porrò, vbi gloss. fin. & cap. seq. de priuileg. Rota penes Card. Mantic. decis. 320. num. 1. uers. nam tenor priuilegij, ac in recent. decis. 226. num. 24. uers. quod cum fuerit, par. 7.* cum alijs relatis *per Modern. Roman discept. 947. num. 28. uers. cuius tenor*.
6 Nec aduersantur Decisiones † *in Toletan. Reaedificat. Capellae 24. Februarij 1592. coram bon. mem. Card. Mantic. decis. 163. & in Ianuen. domorum 15. Maij 1615. coram bon. mem. Manzaned. in recen. decis. 676. par. 1.*

Quia in illa Toletan. fuerat probatum Ecclesiam Sancti Ioseph, cuius Patroni, & Capellani in ea existentes nouam inceperant aedifi-
7 care Capellam, † fuisse constructam ante Monasterium PP. Discalceatorum, vt in ea legitur *sub num. 3. uers. imò probatur &c.* In casu autem proposito constat Ecclesiam Sancti Siri
8 ab antiquissimo tempore aedificatam, † de qua mentionem facit *Sanctus Gregor. Dialogor. lib. 4. cap. 53.* Eamdem apud Monachos Cassinenses prius existentem, fuisse deindè concessam PP.
9 Theatinis anno 1575. † ex publicis instrumẽtis in processu productis. Et ab eis restauratã, vt attestatur *Card. Baron. in Notat. ad Martyrolog. in Lect. diei 29. Iunij SS. Apostolis Petro, & Paulo sacri, in verb. Sancti Siri Episcopi fol. mihi 363.* At in ea recentiori Sancti Pancratij PP. Congregationis longè postea receptos, & introductos anno scilicet 1644. proindeque illis inevitabiliter obstat dispositio relatae Constitutionis Apostolicae prohibentis non solum Ecclesias, Domos, ac Monasteria de nouo ędificari, sed iam aedificata etiam de nouo recipi, ac habitari infra spatium dd. centum quadraginta cannarum, vt apparet ex eius lectura, & tradunt DD. supracitati. In illa verò Ianueñ. discussus tantummodo, atque decisus fuit articulus. An RR. PP. Societatis IESV tenerentur vendere nonnullas Domos, & situs pro ampliatione dicti Monasterij Sancti Si-
10 ri † ex priuilegio iure communi inducto Ecclesiae, ac Religionis fauore *per l. si quis sepulchrum, ff. de Religios. & sumpt. funer. vt patet ex dicta decis. 676. par. 1. recent.* vbi quoad haec ipsa particularia priuilegia, de quibus modò agitur eisdem PP. Theatinis competẽtia expressè fuit resoluta cognitio *num. 11. vers. quia tamen &c.*

Minus releuat, quod sub eiusmodi generalibus priuilegiorum communicationibus illa
11 compraehendi non soleant, † quae sunt alijs praeiudicialia.
12 Quia non procedit obiectio, † quando constat de voluntate Summi Pontificis intendentis omnia indistinctè complecti, vel ex amplitudine verborum, vel ex aliquorum praeiudicialium expressione, vel ex clausulis adiectis. Quae omnia concurrunt in proposito casu, in quo praedictum Indultum non solum per viã communicationis, sed principalis concessionis in omnibus, & per omnia pariformis caeteris praecedentibus aliarum Religionum amplissimis verbis conceptum fuit, expressis etiã specialiter immunitatibus, & exemptionibus, quae sui natura solent esse alijs praeiudiciales; necnon additis clausulis abrogantibus defectum citationis, atque consensus omnium interesse habentium, ac etiam subreptionis, obreptionis, & intentionis ipsius concedentis
13 oppositionem. † Ex quorum sanè amplitudine satis probatur deliberata, & enixa Pontificis voluntas impartiendi huic Religioni quaecumque, & qualiacumque priuilegia, etiamsi tertijs praeiudicialia caeteris Religionibus antea concessa, & in posterum concedenda, licet aliàs sub generalibus simplicibus verbis non fuissent comprehensa, vt benè cõprobat *Horat. Mandos. in d. tract. de priuileg. ad instar d. q. 4. sub num. 7. uers. quae omnia, cum seq. & fuit resolutum in Bonoñ. exemptionis 25. May 1618. coram bo. me. Cardin. Verospiò in recent. decis. 30. per tot. par. 4. tom. 2. & in Melitẽ. collectar. 7. Maii 1627. coram bon. mem. Card. Vbald. decis. 63. num. 4. uers. et quidem &c. ac seq. par. 5. earund.* Et in his terminis, quod sub eiusmodi generali communi-
14 catione † comprąehendatur d. priuilegium, de quo nunc agitur tradunt *Io. Baptist. Confect. in summa priuileg. Ordin. Mendicant. tit. 58. cap. 1. fol. mihi 363. Roderic. qq. regul. tom. 2. d. q. 50. art. 5. uers. quo priuilegio &c. Mirand. q. 33. art. 4. in conclusione secunda in fin. uers. quo priuilegio. Laurent. de Portel. in dub. Regular. par. 1. in uerb. communicatio priuilegiorum sub num. 9. uers. si vna Religio, & alij passim*.

Praeterea non consistit, quod dd. priuilegia fuerint moderata, ac reformata per Constitutionem san. mem. Clem. Octaui incip. Quoniam ad institutam. Dat. 23. Iulij 1603. inter impressas eiusdem Pontificis in ord. 99. Bullar. par. 3. confirmata per san. mem. Greg. XV. in Constitutione 31. incip. Cum alias 17. Aprilis 1622. & per san. mem. Vrban. VIII. Cõstit. 25. Romanus Pontifex 28. Augusti 1624. Bullar. par. 4.

Quoniam est aduertendum duplicem in hac materia vigere prohibitionem. Alteram scilicet generalem Sacrorum Canonum, & Conciliorum, qua vetitum est nouas Ecclesias, seu Monasteria in quibusuis Ciuitatibus,
15 vel locis aedificari, † erigi, ac introduci cum praeiudicio iurium aliorum ibidem iam existentium, vt habetur *in cap. quicumque, 16. q. 1. cap. 2. vbi gloss. in uerb. ueteribus, de Eccles. aedificand. cap. 1. de excess. Praelat. in 6. S. Concil. Trident. sess. 25. de Regular. cap. 3. in fin. uers. nec de caetero, Guid. Pap. decis. 360. Rot. penes Card. Seraph. dec. 847. sub num. 2. uers. nam tam ex forma rescripti, quàm ex dispositione iuris communis*. Et de hac disponunt praefatae san. mem. Gregor. & Vrban. Constitutio-

tuti ones, quibus præscribitur forma in præmissis seruãda, ac numerus quidam Religiosorum in singulis Monasterijs erigendis alendorum definitur, vt patet ex earum lectura, & in eisdem terminis loquitur *Rot. decis.* 745. *par. 2. recent.* quæ emanauit in causa vertente non inter duas Religiones, sed inter PP. Sancti Augustini Discalceatos, & Capitulum Ecclesię B. Mariæ de Pilari Cæsaraugustanæ Ciuitatis, vt patet ex positione.

Alteram verò specialem ex peculiaribus singulorum Ordinum, & Religionum Indultis, & priuilegiis, quibus per Summos Pontifices prohibitum fuit personis Ecclesiasticis, ac Religiosis in Ciuitates, ac loca quæcumq; denuò introductis, atque receptis Ecclesias, Conuentus, ac Monasteria ædificare, siue iam ædificata recipere, habere, & habitare infra certa præscripta spatia ab alijs ibidem iam erectis, ac institutis distantia. Quę sicut non ex ea ratione (vt quidam asseuerant) sed ex
16 alia diuersa, & particulari processit, † nempe ad euitandas æmulationes, iurgia, dissensiones, & scandala, quæ oriri possunt ex eorum vicinitate, vt apparet ex relatis verbis Bullæ san. mem. Sixti Quarti, & aliorum Summorũ Pontificum, & explicat *S. Bonauent. in Libello apologetico quæst. 7. uers. Cum potius deberetis diligere tom. 2. Opusculor. fol. mihi* 430. ac pro ipsis PP. Theatinis respondit *Rot. in Ianuen. domorum 20. Decemb. 1610. coram bon. mem. Manzaned. in recent. d. decis. 87. sub num. 5 uers. quæ autem deducebantur par. 4.* Ita sub generalibus illis Constitutionibus san. mem. Clementis, Gregorij, & Vrbani fauore earumdem Religionum ob aliam causam emanatis non comprehenduntur, nec ab eis reuocantur, sed in eorum robore permanent, quippè diuersam continent non autem contrariam, nec repugnantem dispositio-
17 nem, cum inuicem non aduersentur, † sed benè conueniant, quod Religiones, & personæ Ecclesiasticæ, seruata forma dictarũ Constitutionum admittantur, & recipiantur in Ciuitatibus. Attamen non ædificent, neque constituant Ecclesias, Conuentus, neque habitationes eorum in locis alteri Religioni vicinis infra dictum spatium, *cap. veniens, ibique gloss. in utrb. nullam, de præscr. cap. si propter, de rescr. lib. 6. l. hac saluberrima, uers. ita tamen, ibiq; gloss. in uerb. conuertere, C. de prepos. agent. in rebus lib. 12 Horat. Mandos. de priuileg. ad instar, gloss. 8. d num. 6 uers. secundo quia, & seqq. Rot. penes Put. decis. 83. num. 1. uers. et fuit decisum, ac seq. lib. 3. Verall. decis. 380. num. 1. par. 2. et in recent. decis. 29. numer. 33. uers. et cum secundum priuilegium par. 7.* & in hac specie sensit *Rot. dicta decis. 87. sub num. 5. part. 4. recent. & B. Lezan. in eius summa par. 4. in uerb. Monasteria Regularium sub num. 20 uers. notandum secundo, et par. 5. tom. 2. circa §. 25. fol. 699. sub n. 227 uers. secundum uerò &c.* dicens se in hac Vrbe experientia didicisse, quod quando Religiosi reclamant huiusmodi priuilegiorum obseruantiam petentes à Sede Apostolica audiuntur.

Postremò non obstat, quod dicta priuilegia non sint vsu recepta.

Primò, quia contraria vrget iuris præsumptio præsertim fauore illorum, quibus con-
18 cessa fuerunt, † ideoque neganti incumbit onus probandi legitimè, & concludenter, *cap. accedentibus, de priuileg.* & respondit *Rota penes Crescent. decis. 4. num. 2. uers. unde Domini uoluerunt de priuileg. et decis. 67. num. 3. uers. neque obstat, et seq. par. 2. diuers. Card. Caualer. decis. 423. nu. 1. uers. neque uidebatur, et in recent. decis. 197. sub num. 5. uers. et cum vsus, et decis. 213. sub num. 1. uers. quæ Constitutiones par. 1. et decis. 572. num. 16. uers. obseruantia allegata &c. et seq. part. 4. tom. 3.* Id enim non satis probatur ex litteris, atque Decretis
19 exhibitis pro PP. d. Congregationis. † Nam quædam loquuntur de cannis tercentis, quæ ab eodem san. me. Clemente IV. in alia eius constitutione relata per *Ioan. Baptist. Confect. in Collect. litterar. Apostolic. Mendicant. fol. 12. Const. 3.* & ab alijs deinde Summis Pontificibus fuerunt reductæ ad cannas centum quadraginta. Aliæ de sola mutatione situs Monasterij antiquitus in eodem solo constructi ab ipsismet Religiosis iam dudum in eo degentibus ob
20 necessariam causam fiẽda, quæ sub eiusmodi prohibitione non compræhenditur, vt probat *Mirand. in manual. Prælat. tom. 1. d. quæst. 33. art. 5. concl. 2. Suarez, & aly relati per Barbos. d. cap. 12 sub num. 78. uers. sicut etiam.* Aliæ verò in particularibus casibus, in quibus peculiares vigebant rationes, nec constat de hac distantia actũ
21 fuisse. † Et propterea ex illis ad casum propositum congrua fieri non potest illatio, *iuxta reg. l. Papinianus 21. ff. de minor. l. si maritus, la prima in fin. vbi gloss. in verb. separata sit. C. de donat. inter vir. & vx. Castr. in cons. 97. ne impropeijs vtamur vocabulis, sub num. 3. uers. nec obstat &c. par. 2. Rot. penes Card. Seraph. decis. 892. num. 4. uers. & ideò est decis. 349. sub num. 1. uers. quia termini istarum decisionum par. 4. diuers. et penes san. mem. Gregorij cons. 470. sub num. 9. vers. ex quo dicebant Domini.*

Secundò quia ob solam patientiam, & tolerantiam Regularium, vel aliquorum ex eis non fuerunt amissa huiusmodi priuilegia validissimis clausulis, ac decretis irritantibus roborata, quæ ex Principis intentione omnia contra eorum tenorem per inferiores acta ita inficiunt, & quouis iuris effectu prorsus desti-
22 tuunt, ac si gesta non fuissent. † Ideoque non vsus, vel contrarius vsus suffragari nõ potest, *Archid. in cap. cum de beneficio, sub num. 2. vers. sed pone, de præbend. in 6. Felin. in cap. cum accessissent, sub num. 30. vers. quarto limita &c. de Constit. Rot. dec. 3 de priuileg. in antiq. & penes Crescent. d. decis. 4. nu. 4. vers. & in hoc, & seqq. vsque ad fin. eod. tit. & decis. 240. num. 5. uers. & cum illud priuilegium, ac seq. par. 4. diuers. Card. Caualer. decis. 423. num. 2. vers. respondebatur insuper, & seqq. Burat. decis. 704. n. 10 vers. tertio quia &c. Horat. Mandos. de priuileg. ad instar gloss. 15. sub num. 32. uers. nono fallit &c. Io. Baptist. Confect. in summa priuileg. Mendicant. tit. 3. cap. 3. fol. mihi 292.* idemque in specie comprobat reiectis contrariis *Campanil. in diuersor. iur. Canon. rubr. 12. cap. 13. sub num. 81. uers. Sorbus autem &c. & P. Lezan. in loco supra cit.* Eoque magis hoc procedit stante mutua generali communicatione priuilegiorũ inter ipsos Regulares

per

23 per Summos Pontifices facta, † ob quam gaudent concessis à Nicolao IV. san. memor. PP. Chartusiensibus, & ab Eugen. IV. sanct. mem. PP. Cassinensibus, qui ab eiusmodi præiudicijs præseruantur, vt apparet ex Bullis relatis per *Roderic. in dict. Collect. Bullar. sub eodem Eugen. Bulla 9. numer. 19. vers. Adijcientes, fol. 86. & Bulla 11. num. 10. vers. Adijcientes, fol. 90. & P. Lezan. in eius summa part. 4. in verb. priuilegia Regularium, sub num. 17. vers. notanda etiam, fol. mihi 488.*

Tertiò quia, quicquid sit de alijs Religionibus; Certum est quod obiectio ex facto tollitur quoad PP. Theatinos, nam hi quoties casus euenit huiusmodi priuilegio tàm in iudi-
24 cio, quàm extrà vsi fuerunt, † & specialiter in ipsa Ciuitate Ianuæ cum RR. PP. Iesuitis, vt apparet *ex decis. 676. num. 11. vers. quia tamen, part. 1. & d. decis. 87. part. 4. recent.* ac iterum cum eisdem in Ciuitate Messanæ anno 1542. vt patet ex litteris S. Congregationis Episcoporum & Regularium, & cum RR. PP. Præmonstratensibus hic in Vrbe. Ac demũ cum Presbyteris Secularibus S. Caroli Borromæi in Ciuitate Neapolis, vt apparet ex Decreto eiusdem S. Congregationis sub die 16. Februarij 1643. relato etiam *à P. Lezan. in loco cit. sub dicto nu. 20. vers. vndè cum Neapoli.* Ita quod licet quoad alios non essent in vsu, tamen quoad ipsos ser-
25 uari debent, † quibus propria diligentia prodesse, aliorum autem incuria nocere non debet, *Abb. in cap. cum accessissent, sub num. 8. ad fin. vers. dic vbi priuilegium, de Constit. Rot. penès Card. Seraph. decis. 951. num. 1. vers. priuilegium, ac seq. & d. decis. 240. num. 6. vers. hoc autem part. 4. diuers. Buratt. decis. 704. num. 9. vers. secundò quia, Ioann. Baptist. Confect. d. cap. 3. sub princip. Ant. Cordub. in Addit. ad Sorb. in Compend. priuileg. Regular. in verb. communicatio priuilegiorum in verb. tandem, fol. mihi 198. Roderic. qq. Regular. tom. 1. quæst. 8. art. 5. & quæst. 55. art. 19. Mirand. in manual. Prælat. tom. 2. quæst. 47. artic. 8. Portel. in dub. Regular. d. verb. communicatio priuilegiorum, sub nu. 11. vers. quamuis vna Religio, & in verb. priuilegij communicatio, sub num. 22. vers. quando vna Religio.* Quod fortiùs etiam procedit attenta confirmatione, & noua concessione eorundem omnium priuilegiorum ad ipsorum fauorem emanata à san. mem. Gregor. XV. Motu proprio, ex certa scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine per aliud Breue. Dat. 16. Octob. 1621.
26 cuius † vigore præcedentia reuiuiscunt, & in pristinum statum reducuntur à quibusuis anteactis præiudicijs vindicata, *Io. Baptist. Confect. d. cap. 3. in fin. vers. quæ quidem innouationes, fol. 293. Roderic. qq. Regular. tom. 1. quæst. 8. artic. 4. col. 2. vers. imò talis confirmatio, Suarez de legib. lib. 8. cap. 19. sub numer. 1. vers. quia confirmatio ex certa scientia, &c. & cap. 20. sub num. 8. vers. secundò dicendum est, &c. ac seq.*

Postremò huiusmodi non vsus eo minus allegari debet pro parte PP. d. Congregationis, qui, siue eiusdem Instituti Confratres in dicta Ciuitate Neapolis superioribus annis à sanct. mem. Vrbano Octauo similem prohibitionem obtinuerunt, vt apparet ex Breue, Dat. die 17. Maij 1631. producto in Registro
27 Rotali fol. 297. & seqq. † Itaque iustitiæ, & æquitati consonum est, vt eodem ipsimet iure æquo animo vtantur erga se ipsos quod in alios exercuerunt, *iux. illud Thob. cap. 3.* ibi; *quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias,* ac in *Euang. S. Matthæi cap. 7. in princip. & S. Lucæ cap. 6. post med. & in cap. dilecti,* vbi *gloss. in verb. nolles, de maior. & obed. ac in l. 1. ff. quod quisque iur. cum concord.* relatis per *Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloss. 13. sub num. 6. vers. præterea, cum seqq.*

Cum igitur ex prædictis, & alijs doctè, ac plenè adductis in duabus præcedentibus Decisionibus coram R. P. D. meo Royas sub diebus 24. Iunij 1647. & 24. Ianuarij 1648. appa-
28 reat iustitia sententiæ Rotalis, † cuius validitas ex ipso processu iustificatur, in quo fuerunt seruata seruanda, *iuxtà dec. Verall. 262. par. 2.* Iure merito fuit per Dominos conclusum illã esse cõfirmandam, *ad tex. in cap. ea quæ,* vbi *gloss. & DD. de sent. & re iudic.*

Et ita decisum informantibus tantum RR. PP. Theatinis. Alia verò parte sæpè sæpiùs citata, &c.

R. P. D. MELTIO,

Posteà Episcopo PAPIEN.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 28. Iunij 1649.

ARGVMENTVM

Cambia quæ fuerunt soluta, & non doceatur de trasmissione litterarum expeditiones cedunt in sortem, fallit tamen si petantur loco damnorum, & interesse ob non adimplementum. Quæ damna licitè iustificari possunt in secunda instantia quando res vtitur exceptionibus nouis in eadem secunda instantia.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum habet executionem paratam.*
2 *Validitas mandati ex reuolutione actorum probatur.*
3 *Cambia non debentur nisi constet de illorum realitate, quæ probatur ex trasmissione litterarum expeditionis aliàs* dell'andata.
4 *Cambia cedunt in extinctionem sortis, quando non docetur de substantialibus requisitis.*
5 *Cambia debentur loco damnorum, & interesse quando is, qui recepit sortem non adimpleuit ea, ad quæ tenebatur.*
6 *Fides Mercatorum Vrbis benè iustificat damna, & interesse in materia Cambiorum.*
7 *Compensatio non admittitur vbi non constat de debito.*
8 *Damna, & interesse non iustificata in prima instantia non possunt iustificari in secunda, quando causa commissa fuit cum clausula,* si quid exequendũ, *fallit quando exceptiones rei non fuerunt iustificatæ in prima instantia, sed in secunda. numer. 9. & 11.*
10 *Creditor in secunda instantia potest vti nouis iuribus si de-*

si debitor condemnatus faciat nouas probationes.
12 *Productio scripturæ absque citatione ad dicen. contra nihil releuat. & num. 15.*
Nec potest dici de actis etiam facta coram Notario, & Testibus. num. 13. & 14.
16 *Exceptio adhoc, vt sit attendenda non sufficit generaliter opposita, sed specificè opponi necessarium est.*

DECISIO CCCXXXVIII.

IN duabus decisionibus coram me in hac causa emanatis sub die 14. Maij 1646. & 23. Martij 1648. resolutum fuit mandatum de consignando non esse exequendū stante quod aliud mandatum contra Venturam Mazzantem, & Gulielmum Roncallum, siue eius hæredes principales debitores relaxatum ab Auditore Cameræ pro scutis 1500. ad fauorem Dominorum de Collettis pro rata sortis, non sustinetur, quia cambia soluta non debentur, & sic ex illis sors extincta remansit, vndè disputato Dubio sub die 15. Martij præteriti. An esset recedendum à decisis, dilata fuit resolutio, & Domini ordinarunt, quod disputaretur dubium An mandatum relaxatum sit exequendum contra principales debitores, quo hodie proposito, affirmatiuè fuit responsum: Dubitatum enim non fuit de credito dictorum de Colettis aduersus Venturam Mazzantem debitorem, cum illud probatum remaneat ex publico Instrumento obligatione Camerali vallato, vt in *Summario præteritæ positionis nu. 1.* cui obligationi tanquam fideiussor accessit Gulielmus Roncallus, qui vti principalis principaliter, & insolidum se obligauit de omnibus, & singulis in dicto Instrumento contentis, eodem *Summario num. 2.* quod, † vt habeat
1 exequutionem paratam, tradit *Angel. in leg. 4. §. condemnatum nu. 4. ff. de re iudicat. Gabr. conf. 67. num. 7. lib. 1. Galles. ad formam obligat. Cam. part. 1. quæst. 1. nu. 11. & 18. & quæst. 2. num. 9. & sequen. Rota decis. 273. numer. 4. part. 1. recentior.* & alibi passim.

Quo verò ad mandatum illius validitas cōtrouerti non potest, quia ex reuolutione actorum apparet interuenisse omnia necessaria re-
2 quisita † pro validitate iudicij, iuxta *decis. Caputaqu. 260. part. 2. Rota decis. 173. num. 2. part. 5. recent.* Iustitia etiā benè deprehenditur ex dicto Instrumento cambij stipulato sub die 25. Martij 1635. in quo Ventura Mazzantes se obligauit in forma Cameræ restituere eisdem Colettis scuta 2016. nempè quolibet anno ratam partem consistentem in scutis 250. vnà cum cambijs, & interesse, cui obligationi, vt dicebatur, quia accessit Gulielmus Roncallus principaliter, & insolidum, eo defuncto iustè obtinuerunt Coletti mandatum contra eius bona hereditaria pro paghis decursis in summa scutorum 1500. ad computum, & in extinctionem dictæ sortis.

Non obstat, quod in dictis duabus decisionibus in hac causa factis firmatū fuerit assertum mandatum relaxatum non esse exequendum, eo quia sors extincta remansit ex fructibus à Colettis, vt asseritur perceptis in summa scut. 2798. quia Cambia non debentur; Nàm vltrà quod Coletti docet partem dictarum pecuniarum cessisse in aliam causam particularem, cessat obiectum, quia tunc Rota censuit, quod cambia vti cambia peteren-
3 tur, † quæ certum est non deberi nisi quando de eorum realitate constat ex litteris, quæ vocantur, expeditionis, siue *dell'andata*, ad nundinas transmissis, prout etiam ex aliis litteris, quæ nuncupantur redditùs de nundinis, ex quibus illorum iustitia sufficienter probatur, vt per *Nauarr. in suo Manuali tit. de septimo Præcepto, Non furtum facies num. 289. Lauren. de Rodulph. de vsur. part. 3. quæst. 1. num. 1. Rota Ianuen. decis. 37. numer. 11. Seraphin. decis. 946. numer. 1.* At quia tunc non fuit doctum de istis requisitis necessarijs, & sic de substantialibus cambiorum, meritò dictum fuit fructus à Colet-
4 tis exactos † cedere in extinctionem sortis, cum cambia nullo pacto ab illis prætendi potuerint, vt vltrà allegata in prædictis decisionibus declarauit etiam *Rota in Mediolanen. pecuniaria 27. Maij 1602. coram Litta, & decis. 711. num. 6. vers. cum illa nullo iure debeantur part. 3. & decis. 304. nu. 2. part. 3. recent.* & fuit etiam dictum *in Licien. pecuniaria 29. May 1643. coram R. P. D. meo Bichio.*

Verum quia postea Coletti sese melius declararunt, quod cambia prætendunt, vt damna, & interesse ex quo Mazzantes, qui mandatū ad cambiandum susceperat cum fideiussione Roncalli, illud non adimpleuerat, nec docuerat fecisse debitas diligētias ad effectum reperiendi personas, quæ pecunias ad cambiū acciperēt, nec illas reperijsse ex tali non adim-
5 plemento tam eum, † quam eius fideiussorem teneri ad omnia damna, & interesse, quod prouenit, ipsis Colettis, declarat *text. in leg. si quis alicui 27. §. qui susceptis, ff. mand. Rot. decis. 479. nu. 9. & 10.* apud *Cinc. de censib. Romana, seù Ianuen. pecuniaria 1. Iulij 1644. §. aut petit coram R. P. D. meo Bichio, Romana pecuuiaria 5. Iunij 1648. §. quia cum Pagninus, & 1. Iuly eiusdem anni §. quia certum est, & sequen. coram R. P. D. meo Corrado.*

Damna autem, & interesse ex parte illorum de Colettis concludenter probantur fide, quæ data fuit in eorum *Summario præteritæ positionis num. 13.* subscripta ab octo ex principalibus Vrbis Mercatibus, ex qua optimè demonstratur adfuisse plures occasiones cambiandi, & ex partitis, & giratis cambiorum singularum feriarum cambia nedum ascendisse, sed excessisse scuta sex pro quolibet centenario toto illo tempore, quo à Colettis cambia petuutur cum illa fuerint inter partes conuenta ad dictam rationem scutorum sex, vt in eo-
6 dem *Summario num. 1.* & † vt illa sufficiant ad iustificationem prætensorum damnorum, & interesse admittit *Rota in dicta Romana pecuniaria 1. Iulij 1648. §. quia certum est ibi iustificatur ex iuratis Mercatorum attestationibus, coram R. P. D. meo Corrado*, stante hac igitur probatione damnorum, & interesse cessat compensatio in sortem, quia compensationis exceptio non potest admitti in præiudicium illorum de Co-
7 lettis, † dum non probatur aliquod eorum de-

debitum, vt declarauit *Rota decis. 214. num. 3. part. 5. recent.*

Minus refragatur replicatio in dictis decisionibus data, quod damna, & interesse non fuerint iustificata in prima instantia coram
8 A.C. à quo fuit relaxatum mandatum, † quæ hodie ex nouiter deductis probari nequeant, stante quod causa commissa in Rota cum clausula, *Si quid exequendum, Rota decis. 64. nu. 1. & 5. decis. 162. num. 1 & decis. 260. numer. 5. inter impressas penès Pacif. de Saluian. iuxtà nouam impressionem, & aliàs sæpè*. Quia cum à Roncallis, & socijs reis coũentis nõ fuerint exhibitę ante relaxationem mandati solutiones, quæ prętenduntur insortem imputandæ, sed post, quod benè probatum remanet, nam dictæ solutiones fuerunt productę sub die 4. Decemb. 1645 *Summario de Colettis num.* 14. mandati verò relaxatio præcessit, cum decretum fuerit factũ sub die 9. Iulij 1644. & 2. Decembris 1645. vt
9 in eodem *Summario num.* 6. & † sicuti exceptio dictorum de Roncallis impugnatiua mandati iustificatur ex nouis probationibus, ita potest ex nouis iustificari replicatio eorumdem de Colettis pro obtinenda eiusdem mandati executione, nam quotiescumque debitor condemnatus facit nouas probationes, non impe-
10 ditur creditor quin nouis iuribus, † & probationibus vti valeat ad elidẽdam probationem iam factam, benè *Rota decis. 168. num. 10. inter impressas pariter apud eumdem Pacific. de Salnian. Anconitana bonorum 21. Maij 1603. coram bo. mem. Iusto, & in Papien. pensionis 19. Nouembris 1608. coram Ottembergo*, & passim sunt admittendæ nouæ probationes exaduerso factas, & hoc
11 optima ratione, † ne aperta remaneat via Reo de nouo deducendi totũ, & omne illud quod sibi magis proficuum existimauerit sub spe, quod Actor exhiberi non possit noua iura ad exclusionem eorùm, quæ ab ipso reo fuerunt producta, & sic executiuam viam eludendi, vt in terminis clausulæ, *Si quid exequendum*, explicat *Adden. ad Gregor. XV. decis. 272. sub num. 9. vers. sicut etiam quis admittitur*, *Rota in Eugubina dotis 12. Februarij 1642. coram Reuerendiss. Sacramantino*.

Eoque magis dicebant Domini non esse attendendam dictam solutionum exhibitio-
12 nem, † quia emanauit absque citatione ad dicendum contra, quæ omninò requirebatur secundum *Bald. in l. 1. in fin. C. de sent. ex breui recitand. Cassador. decis. 1. num. 5. de exception. Caputaq. decis. 99. part. 2.* quæ quidem solutiones,
13 nec† possunt dici de actis ex solo defecti dictæ citationis, *Honded. cons. 75. num. 34. lib. 2. Cæs. de Grass. decis. 3. num. 7. de restit. spoliat.* quamuis
14 illarum † coram Notario, ac Testibus, *Barbos. in cap. contingat num. 2. de fid. instrum. Roman. consil. 519. num. 13. & sequen.* cum alijs relatis in *decis. 361. sub num. 3. coram Penia*.

Nec releuat, quod dum facta fuit exhibitio solutionum repetita appareant alia iura, & solutiones exhibitæ de anno 1643. quia per huiusmodi repetitionem non suppletur defectus
15 dictæ citationis ad dicendum contra, † qui solus operatur, vt tales solutiones licet productæ nullam probationem faciant tanquam de actis non existentes, vt vltrà iam allegata, explicat *Felin. in cap. quoniam contra, num. 40. de probat. Rota decis. 1. num. 3. de fid. instrum. in nou. Caputaq. decis. 117. numer. 5. part. 3. Cæs. de Grass. decis. 16. num. 4. de probat.*

Omitti neque debet, quod dum rei conuenti nunquam exceperunt specificæ de petita imputatione in sorte solutionum alias ab ipsis factarum pro interesse, necnon huiusmodi interesse ex iam deductis verè, & realiter Colettis sit debitum ex causa non adimpleti mandati suscepti à Mazzante pecunias ei traditas ab ipsis Colettis cambiandi, attendenda hodie non sit generalis solutionum exhibitio
16 facta, † quia exceptio ad effectum vt pro recusanti sit admittenda opponenda est specificè, non autem in genere, iuxtà *text. in l. scire, autem opportet, ff. de excusat. Tutor. cap. vt circa de election. in 6. Clement. Constitutione eodem tit. Felin. in cap. Pastoralis num. 13. de exception. Bald. in l. 1. num. 44. C. vndè vi, Manen. decis. 15. nu. 45.* & fuit dictum in *Beneuentana Canonicatus 8, Febr. 1647. §. Ac semota, coram R.P.D. meo Bichio*.

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum, &c.

R. P. D. BICHIO.

Romana hæreditatis de Gratianis.

Lunæ 28. Iunij 1649.

ARGVMENTVM.

Litigiosi vitium quando contrahatur plenè in hac decisione firmatur ad concedendam viã executiuam contra testium possessorem, qui lite pendente, rem acquisiuit, vbi & an in actione personali huiusmodi vitium incurratur.

SVMMARIVM.

1 *Dominium non efficitur litigiosum per iudicium possessorium, benè tamen possessio vitio litigiosi afficitur, & num. seq.*

2 *Possessio quamuis agatur iudicio possessorio efficitur litigiosa, nec potest in alium transferri, & numer. seqq.*

4 *Litigij uitium contrahitur etiam si actione personali contendatur, dummodo actione certæ rei agatur.*
Iudicium contra principalem completũ potest contra tertium consumari, qui lite pendente rem acquisiuit num. 4. & 5.

6 *Alienatio facta ex causa dotis non afficitur uitio Litigiosi, ac pro inde tertius emptor executiue conueniri non potest.*
Intellige ut num. 11. cum seqq.

7 *Ignorantia in uitio litigiosi reicitur.*

8 *Alienatio ex causa dotis est necessaria.*

9 *Dotis causa dicitur concernere publicam utilitatem.*

10 *Dotibus fauere rei publicæ interest.*
Nuptiæ facilius propter dotem contrahuntur, & iusti liberi procreantur num. 10.

11 *Bona alienata post secutas nuptias ac dotem solutam etiam si illa nomine dotis dentur, non gaudent beneficio Auth. res quæ C. com de legat.*

12 *Facultas patri concessa legandi dotem filiæ spuriæ cessat ea nupta cum alia dote.*

13 *Priuilegij ratio ubi non applicatur, nec ipsum priuilegium suffragatur.*

14 *Assertiones partium factæ constante matrimonio non probant in præiudicium tertij.*

15 *Priuilegia dotis non militant, quando probatio desumitur ex sola assertione emissa constante matrimonio.*

16 *Dotis titulus concurrente fraudis suspicione non reputatur sufficiens ad obtinendam executionem contra tertium possessorem lite pendente possessionem nactum.*

17 *Contractus simulatus est nullius momenti, & ipso iure nullus.*

18 *Fraus, & collusio probatur coniecturis.*

19 *Actus iudiciales redduntur suspecti ex coniecturis.*

20 *Actus iudiciales non nocent non citato.*

21 *Via executiua datur contra tertium possessorem tam ratione uitij litigiosi, quam fraudis.*

22 *Emens pendente lite, si litem sciuit fraudis particeps dicitur.*

23 *Alienatione facta titulo oneroso lite pendente, ut dicatur frudolenta requiritur, quod alia bona debitoris non adsint & nu. 24.*

DECISIO CCCXXXIX.

NE super domo hæreditaria Octauij Gratiani, pendente lite inter Franciscum, & Lelium, à Lælio in Attauantem translata titulo dotis, fieret executio vigore mandati de immittendo in possessionem bonorum hæreditariorum dicti Octauij obtento à Francisco, idem Attauantes obiecit, se tanquam tertiū possessorem non posse executiuè conueniri. Quo tamen non obstante fuit contra ipsum relaxata executio *à R.P.D. meo Royas*, & successiuè, *coram R.P.D. meo Meltio*, cui ad instantiam Attauantis per Signaturam commissa fuerat causa appellationis cum clausula, *Alteri* qui procedat ad legitimam executionem, Rota decreuit esse ad exequutionem proceden. A quo pariter decreto interposita per Attauantem appellatione, eiusque causa mihi commissa, cum clausula, *Alteri*, qui ad vlteriorem Dubitaui hodie an sit procedendum ad vlteriorem executionem fuitque affirmatiuè responsum, tam ex capite litigiosi, quam fraudis.

Et primo, quia etsi lis penderet in iudicio possessorio vigore interdicti, quorum bono-
1 rum, † ideoque litigiosum non esset illorum dominium iuxta *Theoric. glos. communiter receptam in cap. primo, uerbo litigiose de confirm. util. uel inutil.* reddita tamen fuit litigiosa ipsa pos-
2 sessio, † quæ propterea non potuit, in alium lite pendente transferri, vt præter allegatos *in decis. coram RR. PP. DD. Royas, & Meltio notant in dicto cap. 1. Anton. de Butr. sub num. 4. uers. sed hoc puto, & clarius Abbas sub num. 5.* vbi ait, ita intelligendum esse dictam glossam, & reddit rationem, quia licet non agatur de Dominio rei, agitur tamen de Dominio possessionis,
3 quam† ideo non licet in alium transferre lite pendente, eumque sequitur *Decius ibidem numer. 36. Rota in Toletana Beneficij ceram Iusto, impress. apud Marches. de Commiss. par. 1. fol. 385. sub num. 9. uers. & ideo possessio post Bartol. in l. prima §. primo ff. de litig. qui sub nu. 2. uers. si uero contenditur* ait, quod etiam in actione personali, si contenditur de ipsa re, efficitur litigiosa ipsa res,
4 & actio. † Vnde, quod etiam si iudicium penderet in actione personali, si actum fuit ratione certæ rei, possit processus exequutiuus completus contra principalem consumari aduersus tertium possessorem, qui lite pendente acquisiuit, voluit *Anton. Fabr. in Cod. tit. de exequut. rei iudicatæ defin. 7. in fin.* vbi dicit ra-
5 tionem, ne alioquin eueniat, † vt Victoris durior conditio fiat per factam se in suo alienationem, eumque sequitur *Cancer. uar. resol. tom. 3. cap. 17. sub nu. 467. uers. his adde. Giurba dec. 62. sub n. 11. uers. Secus. Parlad. rer. quotid. lib. 2. cap. fin. par. 4. §. 5 num. 9.*

Neque hic intrat excusatio, vel propter ignorantiam litis pendentis tempore alienationis, vel ob priuilegium doti concessum ab
6 Imperatore Iustiniano† *in l. fin. C. de litigios.* vbi habetur, quod non obstante vitio litigiosi potest dotis nomine fieri alienatio, ideoque non posse executiuè procedi contra tertium possessorem, ad quem ex causa dotis bona litigiosa transierunt tradunt allegati, *per Fontanel. de pact. nupt. clausula 6. glos. 1. par. 3. num. 49. Anton. de Amat. resol. 45. nu. 17.* Ignorantia enim tollitur
7 ex facto, & reijcitur *in ipsa l. fin.* † ad effectum, vt nihilominus sit nulla alienatio ibi, *siue scientem, siue ignorantem, ut in punct. post Bartol. Couaru. & alios aduertit Rota coram Reuerendissimo Vrgellen. decis. 88. num. 5. & 6.* à qua in hac parte non fuit recessum *in decis. 281.* quam gratis impugnat *Modern. Foroliuien. contr. iur. Tom. 4. lib. 24. cap. 3. num. 16. & seq. & fuit dictum in Romana domus 27. Nouembris 1634. §. nam uitium uers. siue tertius coram me.*

Priuilegium verò dotis siuè innitatur ratio ni necessitatis, quia nempe alienatio ex causa
8 dotis † sit necessaria, vt voluit *Anton. de Amat.*
9 *d. resol. 45. nu. 18.* siuè publicæ † vtilitatis, vt alijs allegatis notat *Cancer. uar. resol. to. 2. cap. 12. num. 51. Rota coram Reuerendissimo Vrgellen. d. dec. 281. num. 3.* Interest siquidem Reipublicę do-
10 tibus fauore, † quia propter dotes facilius nuptiæ contrahuntur, & iusti liberi procreantur *leg. prima ff. de iure dot. Arias de Mesa uar. resol. lib. 3 cap. 32. sub num. 12. Capic. Latr. decis. 109. num. 11.* Cessat in casu nosto, quo tempore alienationis huius domus mulier iam fuerat nupta, & dos promissa scut. 2000. soluta in alia domo
11 sita ad viam Babuini, † & sic neque militat ratio necessitatis, neque publicæ vtilitatis, cū iam mulier esset nupta, & dotata, sicuti in simili diximus, quod priuilegium dotis, vt pro ea constituenda, vel restituenda alienari possint bona fideicommissi, non habet locum si post nuptias secutas, ac dotem solutam aliquid amplius nomine dotis detur, *ut in Auth. res quæ, Cod. Com. de legat. notat Curt. Iun. num. 45.*

Mar-

Marzar.cons.primo nu.41.& seq.Gratian. disc.498. sub num.58.& seq.Cæsar.Manent.decis.35.num.18. Burat.decis.568.nu.15. Sic etiam facultas con-
12 cessa Patri legandi filiæ spuriæ dotem, † cessat si spuria cum alia dote iam nupsit. *Cæsar. Manent.decis.43.nu.18.* vbi allegat concordantes, vbi enim priuilegij ratio non applicatur,
13 nec † ipsum priuilegium suffragatur *l. pen. ff. de milit. test.l. fin. C. qui ob long. temp. præser. Capic.Latr.decis.102.numer.8. Fontanel. decision.586. sub num.6.*

Nec obstat, quod in instrumento assignationis domus, de qua agitur, celebrato constante matrimonio contrahentes asseruerint, se deuenire ad hanc assignationem, eo quod tractu temporis compertum fuit domum ad viam Babuini prius datam in solutum pro scutis bis mille non esse valoris scut. 1500. Quia cum hoc aliundè iustificatum non fue-
14 rit partium† assertio emissa constante matrimonio non probat in præiudiciũ tertij *l. duobus §.1.ff.de iur.iuran.Natta cons.438.num.9 Surd. decis.325.num.3.Burat.decis.873.num.9.* & magis in terminis, quod priuilegia dotis non mili-
15 tent,† quando probatio desumitur ex sola assertione emissa constante matrimonio *glos. in l.assiduis uerb.date,C.qui pot.in pign.habeant: Couarruuiar.resolut.lib.1.cap.7.num.4. Ludouic.à Peguer. decis.147. in fin. Cæs. Manent. decis.40. numer.17. & seq.*

Eo minus, quia eadem assertio non caret
16 vehementi fraudis, † qua suspicone concurrente non esse satis titulum dotis ad obtinendam exequutionem contra tertium possessorem lite pendente possessionem nactum, comprobatur ex adduct. *à Modern. Foroliuien. contr.iur.tom.4.lib.24.cap.3.num.20. in fin. Capic. decis.128.sub num.10.uers.& quamuis.* post *Bald. in l.2.num.8.C.ne uxor.pro marit.Parlador.rer.quotid.lib.2.cap.fin.p.4.§.5.nu.10.* vbi dicit ratione, quia contractus simulatus est nullius mo-
17 menti, † & ipso iure nullus, cum alijs allegatis *in decision.coram Reuerend.P.D. Meltio §. Vlterius.*

Simulatio autem, seu fraus, vt scilicet imminentem exequutionem Lælius reus conuentus in iudicio tunc pẽdente eluderet alienando hanc domum in Attauantem, qui imminentiæ exequutionis conscius erat, apparet ex pluribus coniecturis in deciss. bis editis in hac causa *coram R.P.D.meo Royas 29.Martij 1643.§. Et nihil. & coram R.P.D. meo Meltio 11.Decembris 1648.§.præsumptiones, & §.seq.ad-*
18 *ductis*, quibus fraudem, & collusionem † probari vltra ibi allegatos dixit, *Rota penes Burat. decis.724.num.3.decis.928. num. 2.* Aduertendo eædem coniecturæ suspectos reddunt, etiam
19 actus iudiciales, † qui post litem à Francisco motam facti asseruntur coram A.C. super extimatione domus ad Babuinum inter eosdem Lælium, & Attauentem, vt per *Mant. de tac. lib.8.tit.25.sub num.37.uers. Quamobrem, Rota in Romana domus ad Transtiberim 18.Iun.1638.§.fin. coram Eminentissimo D. Cardinali Panzirolo, & in Rossanen.decimarum 28.Iun.1641.§.probata in fin.*
20 *coram me*, & nocere non valent † Francisco ibi non citato, *l.si seruus plurium §.1.ff.leg.1. Menoch.cons.311.num.25.cum.alijs alleg.in Romana fideicommissi de Spiritibus 12. Ianuarij 1643.§. pen. in fin.coram me.*

Adeò quòd tàm ratione vitij litigiosi, quã fraudis, vt initio dicebam, quæ sola suffice-
21 ret, † competit via executiua contra Attauantem licet tertium possessorem ex prætenso titulo oneroso ex allegatis à Papponio *cons. 63.num.18.& seq.ubi signanter num.19.* ait quod
22 si acquirens sciuit litem pendere, † dicitur particeps fraudis, *Giurb. decis.62. num.12.& 13. & num.15.& seq.Coler.de proces.exequtiuo par.2. cap.3.n.418.Rota coram Reuerendiss. Vrgellen.decis. 364.num.58.& num.65.& seq.* vbi & si vlterius ad hunc effectum requiratur euentus fraudis,
23 videlicet, † quod alia bona debitoris non adsint, quando alienatio fuit facta titulo oneroso, quod necessarium esse dixit etiam *Conarru.* & alij relati ab *Add.ad Burat. decis.917.num.10.* vtique, & hoc requisitũ adest in casu nostro, in quo non fuit actum pro quantitate, quę ex alijs bonis debitoris possit recuperari, sed pro hac ipsa domo consequenda tanquam hæreditaria Octauij, quæ niũ è manibus tertij possessoris recuperari posset executiuè, euentus
24 fraudis, ac damnũ actoris euidens esset, † quia Franciscus actor breuiorem rei ad se pleno iure spectantis captum amitteret, neque illi æquè vtile est ipsius rei pretiũ consequi actione, quæ competeret contra alienantem, ex quo desierit dolo possidere iuxta tradita per *Menoch.de adipisc. remed.1. num.65. Peregr. decis. Patauin. 120. num.2. & 4.* aliosq; plures, quos secuta est, *Rota in Ciuitatis Cestelli supplementi Legitimæ 23. Martij 1640. coram bonæ memoriæ Merlino.*

Et ita informante solum Francisco, præuijs tamen octo citationibus aduersario præsentatis, &c.

R. P. D. ARGVELLES.

Pisaureñ Iocalium.

Lunæ 28.Iunij 1649.

ARGVMENTVM.

Quod Iocalia, & vestes pretiosę, quæ vel donationis titulo, aut alias transmitti consueuerunt per sponsum spontæ, matrimonio dissoluto veniant restituendę in præsenti decisione concluditur.

SVMMARIVM.

1 *Iocalia, & uestes prætiosæ per sponsum sponsæ transmissa nõ donata, sed ad ad usum accomdata censentur, Amplia ut nu.seq.*
Iocalia, & uestes prætiosæ soluto matrimonio ueniunt restituendæ nu.1.& 2.ubi amplia.
2 *Sponsus etiam si donare dixisset iocalia, & uestes prætiosas, intelligitur ad solum usum donare uoluisse.*
3 *Donatio facta de iocalibus alijsque pretiosis per consanguineos sponsi ad fauorem sponsæ pertinet ad virum*

uirum, non autem ad uxorem, Amplia vt numero 4.

Bona donata sponsæ per consanguineos sponsi soluto matrimonio sunt uiro eiusque hæredibus restituenda nu.3.amplia ut nu.4.

4 *Iocalia etiam ad solum usum mulieris apta, & donata uxori per consanguineos uiri si sunt pretiosa pertinent ad uirum, eique restituuntur.*

5 *Matrimonio culpa mulieris non consumato omnia per uirum uxori transmissa, eo soluto restitui debent.*

DECISIO CCCXXXX.

PLACVIT Dominis decisio coram me edita 22. Iunij præteriti, qua firmatum fuit iocalia prætiosa, & vestes festiuas transmissas per bon.mem.Dom.Camillum Pamphilium sponsum D. Comitissæ Mariæ Lauræ Santinellæ sponsæ dissoluto per sponsi obitum matrimonio, illius hęredi fore restituen. Ideoque eamdem decisionem hodie confirmarũt eo præcipuè fundamento, quod res prædictæ non censentur donatę, sed ad vsum dumtaxat

1 accommodatę, † vt sponsa gratia ipsius sponsi honorificentior, & speciosior incederet, & sic soluto matrimonio veniunt restituendę, *l.hoc legatum 45.ff.de leg.3.l.mortis suæ 54.ff.de donat.int. uir. & uxor.* quos bene inducit *Sanchez de matrim.lib.6.disput.25.num.10.post.principium*, faciunt ralati per *Mascard.de probat.conclus.564.num.2.& 3.* vbi quod hæc conclusio vnanimi Doctorum sententia approbatur, *Afflict. decis. 315.num.1.& 2.*vbi ita plures iudicasse Consilium Neapolitanum, *sanct.mem.Greg.XV.dec. 474.num.1.Rota decis.113.num.3.par.1. recen. Romana iocalium 11. Decembris 1641. §. posito autem &c.coram Merlino*, & alijs in dicta decisione præterita huius causæ §. *aut sumus in dubio &c. & seq.coram me cumulatis.*

2 Etiam si sponsus donare dixisset; † Quia iuxta subiectam materiam intelligendum esset de donatione ad vsum *Bart.in l.1.§.nec Castrense num.10.uers.& ideo puto &c.ff.de collat.bon. Palat.Rub.de donat.int.vir.& vx.§.7.num.1.& seq. & §.11.nu.eod.Vrsill.ad Afflict d.decis.315.num.1. cum pluribus in præterita §. absque eo &c. vers.tum etiam quia &c.*

3 Et hoc procedere etiam in rebus sponsæ transmissis à consanguineis sponsi, † quas vti ad hunc spectantes, eius hæredi restituendas tradit *Bart.in l.sed & si plures 10.§.in arrogato numer.4.vers.siquidem donatio est facta à consanguineis ex parte viri &c.ibique Adden.littera H. vers.quam vxori, ff.de vulg.& pupill. Ias.in l.vt liberis nu.17. C.de collation.vbi de magis communi.Clar.lib.4.sententiarum, §.donatio q.10.num.2. vers. sed nunquid ea &c. Io.Lup.rubr.de donat.§.11.num.9.Sanchez. de matrim.d.lib.6.disput.25.num.11.vers.eadem distinctio &c.*

4 Licet sint res ad vsum solius mulieris aptatæ, † & conuenientes; vt reiecta opinione *Angeli benè Imol.in d.l.sed, & si plures 10.§.in arrogato, sub num.11.vers.sed certe hæc opinio Angeli non placet &c.*& melius ibi *Alex.sub num.13.*vbi reijcit Angelum, ac etiam Baldum qui contrà Bartolum limitauerat, subdens quod hæc non est limitatio, sed destructio doctrinæ Bartoli, *vt vers.hæc sua limitatio &c. ff.de vulg.& pupill.*

5 Et magis ex quo propter culpam † sponsę, matrimonium non fuit consumatum, *Greg. Lopez.in l.3.tit.21.partit.4.Gomes.in l.50. Tauri, nu.3.Sanchez.d.lib.6.disput.19.nu.3.uer.hinc infertur &c.& fuit latè ostensum in præterita, §.vnus tamen, & seq.*

Et hæc quo ad iocalia, aliaque descripta in præterita decisione §. *Et hæc concordes Domini &c.* Quo vero ad alias res minores valoris, neque in hodierna disputatione Domini fuerunt concordes, Ideo &c. Vnica &c. altera tamen citata, & intimata &c.

R. P. D. BICHIO.

Vercelleñ Præposituræ.

Lunæ 5. Iulij 1649.

ARGVMENTVM.

Resignatio probatur facta per metum quando fuit Carceratus resignantis frater ad hoc vt processus resignaret, qui metus coadiuuatur per publicam vocem, & famam per protestationes iunctis testibus super illo deponentibus. Regula de triennali quomodo procedat.

SVMMARIVM.

1 *Metus extrema qualia sint in illius probatione.*

2 *Metus probatio valde coadiuuatur per publicam vocem, & famam.*

Item per protestationes emissas tam antequam post actum super quo metus disputatur num.3.

Siue emissæ sint extraiudicialiter siue in absẽtiam partis num.4.

Quæ protestationes tam iuuant contra inferentem metum, quam contra illum ad cuius instantiam metus infertur num.6.

5 *Metus probatur ex assertione principis.*

7 *Dolus tertij nocet acquirenti quando est causa immediata acquisitionis, licet acquirens non participauerit de dolo.*

8 *Beneficium resignatum per metum incussum ex carceratione vel retentione in carceribus restituendũ est absque noua collatione.*

9 *Acquiescentia præsumitur meticulosa durante eadem causa metus.*

10 *Lis excludit acquiescentiam, & turbat possessionem ne sit pacifica.*

11 *Possessor triennali dummodo sit, pacificus iuuetur regula Cancellariæ de triennali, & nu.12.*

13 *Possessor contradictus non dicitur pacificus nisi contradictio sit extraiudicialis, vel si Iudicialis sit extincta per finem litis nu.15.*

Vel lis esset coram Iudice Iurisdictione carente num.14.

16 *Lis per temporis lapsum numquam finitur cum instantia sit perpetua.*

Fallit quando concurreret actus positiuus indicans litem pro derelicta nu.17.

18 *Lis*

18 *Lis ad effectum vt possit dici finita per cursum temporis debet apparere de non iure Collitigantis ita quod controuerti non possit.*
19 *Ordinarius non potest cognoscere de potestate Papæ vel de eius litterarum interpretatione.*
20 *Ordinarius potest cognoscere de metu in resignatione interuento.*

DECISIO CCCXLI.

REPORTATO processu in vim remissorialium Rotalium compilato, quo Augustinus probatum asseruit resignationem Præpositurae S. Stephani Oppidi Bugellæ à se factam fuisse metu, vt scilicet Clemens frater ad id carceratus dimitteretur, & è conuerso D. Abbas Bertodanus negando assertam probationem metus obiecit vltrò suffragari sibi regulam Cancellariæ de triennali possessore; super vtroque hodie sub vnica disputatione, ne liticantium dispendia dupplicentur, litisq; finis longior fiat, assumpta fuit cognitio, ac decisum quod resignatio tãquam metu facta non substineatur, nec Bertodanum iuuat regula de triennali.

Quod enim Clemens Augustini frater detrusus fuerit in carcerem ad extorquendam dictæ Præpositurae resignationem, & præstito demum per Augustinum consensu resignationi libertatem receperit, quam alioquin
1 non recepisset, † quæ sunt extrema iusti metus *Felin. in cap. Ecclesiæ S. Mariæ sub numer. 99. versicul. & loquuntur de const. Paris. de resign. lib. 13. q. 1. num. 158. & seqq. Rot. decision. 7. de renunc. in nou.*

Deponunt disertissimis verbis formitèr examinatis Frater Thomas Leuinus, & Frater Isidorus Calcaneus, dati in *Summ. Augustini numer. 4.* Item nonus testis iuxta tertium, & quartum interrogatorium *Summ. ibid. num. 11.* & accedunt tùm alij testes de publica voce, &
2 fama, † quæ ad probandum metum valde inseruit *Cæpol. cons. ciuil. 2. num. 3. & 8. Menoch. præsump. 126. num. 22. lib. 3. Seraph. decis. 859. num. 7. Burat. decis. 205. nu. 18.* tùm epistolæ Clementis tunc in Carceribus ad fratrem, & aliarum personarum *Summ. num. 4.* tùm protestationes renunciantis ante, & post constitutum procu-
3 ratorem ad resignandum, † quibus probatio metus non leuitèr coadiuuatur *Surd. dec. 194. num. 26.* & in his terminis *Dec. cons. 219. num. 2. post med. vers. & hoc comprobatur, Ruin cons. 121. num. 24. & seqq. lib. 4. Paris. de resign. lib. 13. q. 1. numer. 191. & seqq.* quamuis extraiudicialiter,
4 & † absente parte fuerint emissæ *Surd. d. decis. 194. nu. 26.* tum nuperrima attestatio Serenissimi Principis Mauritij à Sabaudia data *in Summar. nu. 12.* in fide Principis id ipsum affirman-
5 tis, † cuius excelsa dignitas, Orbique toto cõtestata virtus addit mirificè tot aliis documẽtis fidem *cap. nobilissimus 97. distinct. Român. consil. 59. num. 6. Lap. allegat. 32. sub nu. 3. Mant. decis. 325. num. 1. ad fin. Rot. inter rec. dec. 594. n. 16. & 17. p. 5. dec. 11. nu. 9. par. 7.*

Nec obstat quod ex data carcerationis Clementis appareat eam secutam fuisse de mense Augusti 1627. ante quam Augustinus de mense Decembris subsequentis consensum resignationi præstitisse in Cancellaria Apostolica, *vt in Summ. Bertodani num. 1.* Quia animaduertendum est quòd antecedenter Augustinus, vt Clemens è carcere liberaretur trasmiserat ad partes mandatum ad resignandum in personam Gasparis Bertodani fratris Abbatis resignatarij, cuius mandati vigore iuncta etiã promissione dicti Serenissimi Principis facta Magnati iussori carcerationis quod Augustinus resignabit, secuta fuit excarceratio, vt probatur ex epistola dicti D. Principis *Summ. Augustini num. 5.* ac cæteris supra deductis probationibus; ex quibus insuper constat, quod ipse Abbas institit pro dicta carceratione; cum tamen sufficeret eius fauore illam emanesse,
6 vt in punct. *Dec. cons. 219. num. 4. vers. quod illi. Paris. de resign. lib. 13. q. 1. num. 199. add. ad decis. 5. num. 5. de renunc. in nou.* quia etiam dolus tertij
7 quando est causa immediata † acquisitionis, nocet acquirenti licèt de dolo non participauerit *Surd. cons. 373. num. 34. in fin. vers. præterea, cum alijs allegatis in Meliuitana Hæreditatis 1. Iuly 1633. §. neque &c. coram Eminentiss. D. Card. Panzirolo.*

Minùs obstat quod Clemẽs carceratus fuerit ob alias causas nempè litteras Serenissimi Ducis interceptas. Quia cum superiùs ponderata conuincant veram carcerationis causam fuisse ad effectum, vt Augustinus resignaret Præposituram, aliæ causæ debent censeri coloratæ, & affectatæ, ac satis esset, quod postea Clemens fuerit ex hac causa absque spe liberationis, nisi resignatio sequeretur, vt hęc indicetur metu facta, ac proindè resignãti re-
8 stituenda sit Præpositura † ex allegatis in *decisione super remissoria, §. ex quibus, &c.* absque eo quod sit opus noua collatione *Calderin. cons. 1. de renunc. Paris de resignat. lib. 13. q. 2. nu. 22. & seqq. vbi testator de communi.*

Purgatio verò metus simulquè regula de triẽnali nixa taciturnitati resignationis ab anno 1627. vsque ad annum 1647. eliditur, quia tempore vitæ incutientis metũ de anno 1630.
9 defuncti subducto vt debet, † cum durante causa metus acquiescentia quoque meticulosa præsumatur, vt præter allegatos in *dicta decisione super remissoria §. penult.* notat *glos. fin. in cap. 1. circa med. de his quæ vi metus, caus. fin. Prob. ad Menoch. in cap. vnico nu. 8. ad fin. eodem tit. in 6,* paulò post resignans nullitatem resignationis in iudicium deduxit de anno 1631. contra resignatarium mouendo litem, quæ acquiescentiam excludit, ac aduersarij possessio-
10 nem turbauit ne pacifica sit. † vt dicta regula Cancellariæ requirit *Card. in clem. gratiæ numero 8. de rescr. Mant. decision. 46. numero 4. Coccin. decision. 172. numero 6. Buratt. decis. 699. numer. 1. & 2.*

Non attento quod aduersarius etiam postea continuauerit possessionem vltra decennium quod præbere solet titulum coloratum
11 ita † vt possessor si alio triennio possideat iuuetur regula de triennali *Cassad. decis. 8. sub n. 3. & 4. super reg. Cancell. Sanch. respons. moral. tom. 2. cap. 1.*

cap. 1. dubit. 30. num. 4. Rot. in Gerunden. Prioratus 9. Decembris 1644. §. & addebatur, &c. & §. quodque &c. coram me; nam hoc procedit dummodo sit
12 pacificus possessor, † vt declarauit *Rota penes Put. decis. 411. in fin. lib. 2. in corr. dec. 599. num. 39. & 40. par. 4. tom. 2. recent.*

Talis autem si semel contradictus fuerit, esto quod contradictor diù soluerit non euadit
13 possessor, † nisi vel controuersia esset extraiudicialis, in quibus terminis loquitur *Mohed. decis. 8. num. 3. de caus. poss. & propr.* quem secuta est *Rota in Legionen. Canonicatus 27. Aprilis 1640. coram R. P. D. meo Royas, & in Salernitana beneficij 17. Aprilis 1644. coram me*: ea ratione, quia controuersia de facto tantũ durat, quantum ipsum factum, vel si iudicialis, aut laboraret vitio nullitatis ex defectu Iurisdictionis;
14 tunc enim † æquiparatur molestiæ de facto, & extraiudiciali, *Sarnen. super reg. de annal. quæst. 45. sub num. 4. & seqq. Lotther. de re benefic. lib. 2. quæst. 53. num. 30.* aut finem habuerit, nam lite semel mota durat effectus turbatiuus pacificę
15 possessionis donec ipsa lis finiatur, † vt distinguendo inter molestias extraiudiciales, ac iudiciales benè aduertit *Cassad. decis. 6. numer. 8. super regul. Cancell. Rota in dicta Salernitana Beneficij, §. fin. coram me*, & in terminis litis finitæ præsentiam ob non interoositam appellationem in iudicatum transactam loquitur exaduerso allegata *decis. 80. num. 14. par. 7. recent.*

At finita non dicitur lis de iure Canoni-
16 co per lapsum a temporis cùm instantia sit *cap. penult. de iudic. Bero. consil. 1. nu. 17. lib. 3. Vestr. in prax. lib. 3. cap. 5. num. 1. vers. sed iure Canonico*, vbi quod ita seruatur in Romana Curia *Scac. de iudic. lib. 2. cap. 2. num. 687.* nisi quando vltra negligentiam actoris in prosequendo copulatiuè concurrat factum aliquod positiuum
17 indicans † quod collitigans litem pro derelicta, & sui non iuris notitiam habuerit, vt benè declarat *Achill. decis. 7. num. 4. & seqq. vt lit. pend. Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. in præfat. nu. 277 & seqq. Rota penes Garz. de benef. par. 6. cap. 4. n. 42. ad med. vers. neque obstare, &c. decis. 307. num. 10. coram Buratt. decis. 383. num. 3. par. 2. decis. 166.* vbi dicitur, quod ad effectum desertionis propter
18 cursum temporis, adeò clarè † de non iure collitigantis apparere debet, vt illud controuerti non valeat, *par. 4. decis. 1. num. 8. num. 11. et seqq. par. 7. recent. et in Romana fideicommissi de Capagnolis 8. Februarij anni currentis §. calculandi etc. coram R. P. D. meo Peutingero*, & prius in puncto regulæ de triennali fuit decisum in *Fauen. Capellaniæ 22. Iunij 1646. §. nec dicatur, et §. hæc quæ indubitanter &c. coram R. P. D. meo Royas*, neque in hoc differt desertio litis, ac cessatio à lite iuxta distinctionem, quam affert *Achill. dec. 10 num. 1. vt lit. pend.* quia idem sub *num. 7.* ait ad vtrumque effectum requiri, quod constet de non iure collitigãtis licèt minus tempus sufficiat ad inducendam cessationem, quam desertionem.

In casu verò nostro sola adest negligentia in prosequendo litem, nec probatur, quod actor se bono iure destitutum esse crediderit; imò semper sciuit nulliter resignasse, quia resignauerat metu, de quo etiam tempore litis coram Ordinario motæ docuit per epistolas tunc productas. Dici neque potest litem fuisse motam coram Iudice carente iurisdi-
19 ctione, eo quod Ordinarius de potestate † Papæ, aut litterarum Apostolicarum interpretatione cognoscere non valeat, *cap. cum venisset de iudic. & ibi gloss. verb. iudicari, cap. cum venissent, de priuileg. cap. cũ inferior de maior. & obed. Rot. decis. 36. de appellat. in nou.* Quia in casu nostro nulla aderat quæstio potestatis, aut voluntatis Papæ, sed tota versabatur circa metũ resignanti illatum, de quo nullum verbum
20 in litteris Apostolicis, † & proinde potuit etiam ab Ordinario cognosci, vt in *dicto cap. cum venisset de iudic.* notat *Hostien. nu. 1. vers. item si quæritur, Barbat. num. 14. Anton. de Butr. num. 5. Anchar. num. 5. Bero. num. 13. Henric. Boich. nu. 13. Gabr. cons. 182. num. 14. & 15. lib. 2.* atque hinc Ordinarius non remisit causam hanc ad Curiam, quia se Iudicem incompetentem iudicauerit, sed attenta natura causæ, & suspicionis allegatione, *vt in Summ. Abbatis num. 5.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

R. P. D. BICHIO.

Callieñ. Prioratus.

Lunæ 5. Iulij 1649.

ARGVMENTVM.

Possessio beneficij data ab executore nulliter, & sine citatione antiqui possessoris procedentis est nulla, etiasi possessor per sententiam fuerit beneficio priuatus, modò tamen illa non sit executioni demandata.

SVMMARIVM.

1 *Possessio probata per instrumentum alio non existente in possessione est manutenibilis.*
Amplia etiamsi probetur per locationem, num. 2.
2 *Locatio sola non probat possessionem in præiudicium tertij.*
Fallit concurrentibus adminiculis plurium solutionum. num. 3.
4 *Decimæ solui debent à possessore.*
5 *Possessio instrumentalis adminicalata plenè probat etiam alio in possessione existente.*
6 *Titulus nec etiam in beneficialibus requiritur ad obtinendam manutentionem.*
7 *Possessio plena auctoritate priuata ingredi non potest, sed requiritur mandatum Iudicis.*
Possessor antiquus præferri debet, nisi se habuerit pro spoliato. num. 7.
8 *Possessio probatur ex confessione partis etiamsi ea sit extraiudicialis.*
9 *Sententia priuationis beneficij sine executione possessorem non priuat sua possessione.*
10 *Confessio in precibus facta non probat in fauorem ipsius confitentis.*
11 *Literæ apostolicæ executioni demandatæ præsumuntur iustificatæ.*
12 *Sententiæ aliorum iudicum in Rota non attenduntur, nisi iustificentur ex actis,*

13 *Exc-*

13 *Executio litterarum Apostolicarum dicitur nulla si fuit facta non citato possessore.*
14 *Prouisus ex capite homicidij commissi à possessore beneficij, in possessionem immitti non potest, nisi citato possessore.*
15 *Priuatio beneficij etiãsi induceretur ipso iure, adhuc possessor citari debet, vt sua possit possessione priuari.*
16 *Intrusus est citandus, nisi ex actis constet ipsi nullam competere defensionem.*
17 *Possessor vt sua possit possessione priuari, semper citari debet, siue actor sciuerit, siue ignorauerit illum esse possessorem.*

DECISIO CCCXLII.

INSTRVMENTVM captæ possessionis beneficij simplicis Prioratus S. Matthæi de Lacu nuncupati, & locationem bonorum Ecclesiæ, necnon solutiones decimarum Papalium successiuè à se factas produxit Martinotius Clotius de eodem beneficio prouisus à fel. record. Vrbano Octauo, vt manutentionem in possessione eiusdem beneficij consequatur, cui obtinendę vtrumque suffragari
1 solet; nam possessio probata per instrumentũ alio non existente in possessione est manutenibilis, *l. prædia, vbi notant omnes, ff. de acquir. poss. Rot. penes Greg. XV. decis. 138. num. 1. & penes Coccin. decis. 14. num. 5.*

2 Prout etiam probata† per locationem, quę licet sola non sufficiat in præiudicium tertij, *Menoch. de retin. remed. 3. num. 571. Rot. dec. 24. nu. 8 in fin. par. 1. recent. decis. 161. num. 4. coram bo. mem. Coccino*, probat etiam contra tertium concur-
3 rentibus adminiculis † plurium solutionum decimarum Papalium ratione eiusdem beneficij factarum, *Ang. in l. officium num. 2. ff. rei vindic. Gabr. de locat. conclus. 4. num. 16. Rot decis. 51. num. 3. inter impress. apud Modern. Perus. de manut. decis. 566. num. 5. & 6. coram bo. me. Buratt. dec. 662.*
4 *num. 2. par. 1. recent.* nam earum † soluendarum onus spectat ad possessorem, *Bald. in l. 3. num. 9. C. natural. liber. Soccin. sen. cons. 187. sub num. 12. vers. secundo, & maximè lib. 2. Menoch. de retinend. remed. 3. num. 581. Pacif. de saluian. inspect. 1. cap. 6. num. 31.*

Quo magis instrumento captæ possessionis, & locatione adminiculata simul iuncta, quæ efficit, vt possessio non sit merè instru-
5 mentalis, † vt propterea etiam alio existente in possessione manutenibilis euadat, prout ponderauit *Rot. decis. 269. num. 3. in fin. par. 1. rec.* etiam non exhibito titulo, qui nec in benefi-
6 cialibus requiritur† ad obtinendam manutentionem, ne liceat cuicumque possessores molestare, *Abb. in cap. in litteris num. 27. de restit. spoliat.* quem sequuta est *Rota decis. 212. num. 6. coram san. mem. Greg. XV. decis. 13. num. 3. & seqq. coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 689. num. 3. part. 2. recent.*

Cæterum hæc procedunt, dummodo possessio capta fuerit de mandato Iudicis ritè, & rectè procedentis, in quibus terminis loquitur mox allegata *decis. 269. num. 3. par. 1. recent.* alias possessio instrumentalis, aut locationes
7 nec seiunctim, nec simul iunctæ prosunt, † eo quod possessione plena nõ potuit alter eã ingredi authoritate priuata in pręiudiciũ ãtiqui possessoris, qui proinde præferendus est, nisi se pro spoliato habuerit. *Felin. in cap. licet causam num. 8. vers. tertia causa, & num. 9. de probat. Surd. cons. 168. num. 16. Rot. decis. 293. num. 8. par. 1. recent.* & aliàs sæpissimè.

Fuisse dictam possessionem plenam retentam nempè à Laurentio Andreonio longè antequam Martinotius illam appręhenderet, vel bona Prioratus locaret, ac decimas Papales solueret, apparet ex cõfessione ipsius Mar-
8 tinotij, † quæ licèt extraiudicialis esset id probare, vt Rota pluries resoluit in decisionibus allegatis *à Modern. Perus. obser. 19. nu. 44. & seqq.* Nec obstat, quod Andreonius ob homicidiũ commissum fuerit beneficio priuatus per sententiam Iudicis, & ex hoc capite de eodem beneficio Papa prouiderit Martinotium; Pri-
9 mò, quia sola sententia priuationis† nisi probetur executioni demandata possessionem ab antiquo possessore non abstulit. *Cassad. decis. 7. in princip. & num. 1. de caus. poss. & propr. Rot. decis. 225. num. 2. par. 1. recent. decis. 613. num. 6. inter impress. apud Modern. Perus. de manut. & in Romana successionis de Ametis 16. Aprilis 1646. §. 1. coram me.*

Secundò, quia de tali sententia non constat, nisi ex assertione ipsius Martinotij emissa in
10 precibus Papæ porrectis; †cui in eius fauorẽ, ac tertij præiudicium non creditur, *l. duobus, §. 1. ff. iur. iur. Imol. cons. 91. num. 1. & 2. Surd. dec. 825 num. 3. Buratt. decis. 174. num. 3. & seq.* Neque intrat præsumptio, quòd eadem assertio fuerit
11 iustificata, † ex quo litteræ Apostolicæ habuerunt executionem, iuxta tradita *in dec. 197. num. 3. par. 2. recent. decis. 342. num. 4. coram bon. me. Buratt. & in Compostellana parochialis 1. Iul. 1648. nec aduersarij coram R. P. D. meo Otthobono.*

Tum quia nullibi apparet, quod Martinotio tradita fuerit possessio ab executore Apostolico, quod tamen, necnon supradicta sententia priuationis exhibenda esset vnà cum actis coram executore, & Iudice, qui priuauit productis, cum in hoc Sacro Tribunali non soleant attendi sententiæ aliorum Iudicum,
12 nisi † iustificentur ex actis, *Buratt. decis. 76. n. 3. decis. 278. num 2. decis. 636. num. 6. vbi Add. nu. 10. allegat. concordantes.*

Tum etiam quia nulliter ad executionem litterarum Apostolicarum deuentum fuit nõ
13 citato † Andreonio antiquo possessore, *cap. licet Episcopus de præb. in 6. Flores de Mena variar. resol. lib. 1. q. 4. num. 26. & seq. Buratt. decis. 186. n. 4.*
14 & in puncto prouisi ex capite † homicidij commissi à possessore beneficij, *Rota in Compostellana parochialis 26. Iunij prox. præt. coram R. P. D. meo Otthobono, & in Meliten. parochialis 28. Iunij prædicti coram me*, quod procederet etiãsi
15 per Constitutiones Apostolicas † induceretur priuatio ipso iure dixit *Rota in Valentina pensionis 3. Iunij 1602. coram bon. me. Litta impress. post cons. Farinacc. decis. 179. num. 9.* vbi infertur, quod alias primus possessor commodo suæ possessionis non priuatur, quia nimirum requiri-

16 quiritur declaratoria facti, † & etiam intrusus est citandus, nisi constet ex actis ipsum esse talem, nullamque prorsus ei competere defensionem, *Gabr. consf. 31. nu. 20. lib. 2. Rota decis. 211. num. 1. par. 2. recent. decis. 234. num. 1. inter impress. apud modern. Perus. de manut. & in Valentina Rectoria 24. Maij 1647. §. hinc informantes coram me*.

Quapropter disputato hodie dubio cui sit dandum mandatum de manutenendo informante solum Martinotio ipsi denegandum esse responsum fuit; maximè quia sciuit beneficium fuisse possessum ab Andreonio, quę tamen scientia non requirebatur, nam vt possessor facto Iudicis sua possessione priuetur
17 semper citandus est, † siue Actor sciuerit, siue ignorauerit illum possidere, *Rota decis. 284. num. 17. par. 5. rec. &c.*

R. P. D. ARGVELLES.

Bituntina Census.

Lunæ 5. Iulij 1649.

ARGVMENTVM.

Pulcherrima est decisio, an pacto concedi possit, vt quis executiuè teneatur, & possit per creditorem propria capi auctoritate, & in carcerem detrudi; Instrumentum census etiam in Regno habet executionem paratam, quæ adhuc contra clericos conceditur, quoties vt hic laico successerunt.

SVMMARIVM.

1 *Decisiones Rotæ semper supponuntur, nec licet eas in dubium reuocare.*
2 *Obligari vt voluerit quilibet potest.*
Pacta, quæ non sunt contra ius, ac bonos mores seruari debent, num. 2.
3 *Creditor ex pacto potest propria auctoritate capere, & detrudere debitorem non soluentem in carcere, & num. 8.*
4 *Clausula guerentigia non est necessaria vbi publicũ adest instrumentum.*
5 *Ius exequendi iudicis auctoritate, aut partium conuentione æquiparatur.*
6 *Lex, & contrahentium pacta æquipollent.*
7 *Executio realis, ac personalis propria auctoritate possit ex pacto concedi.*
9 *Executio paratur ex pacto executiuo.*
10 *Statutum potest omnibus instrumentis paratam concedere executionem.*
11 *Argumentum de statuto ad pactum, & è contrario quando valeat.*
12 *Clausula,* via ritus, *in Regno Neapolitano semper intelligitur.*
13 *Instrumentum census paratam habet executionem.*
Amplia etiam in Regno Neapolitano procedere. num. 14.
15 *Actiones eædem dantur contra hæredes, quæ competebant contra defunctum.*
16 *Hæres est vna eademque persona cum defuncto.*
17 *Hæres succedit ad omnia iura actiuè, & passiuè, ad quæ tenebatur defunctus.*
18 *Carcerari si quis potest, & ita hæres illius in carcerem detruditur.*
19 *Obligationis conditio non immutatur ex persona hæredum, & num. 29.*
20 *Hæres, quem constat non confecisse inuentarium citandus non est ad docendum de inuentario.*
Citari non debet, cui certum est nullas competere defensiones. num. 20.
21 *Associatione pro census fructibus concessa, introduci potest iudicium executiuum contra ipsum debitorem.*
22 *in Via executiua potest variari, & num. 23.*
24 *Statutum concedens executionem instrumentis non compræhendit clericos. & num. 25. & seqq.*
29 *Clericus succedens laico executiuè conuenitur.*
30 *Hæres adeundo se obligat, & quasi contrahit cum creditoribus.*
31 *Clericus succedens laico conuenitur coram suo iudice, sed executiuè, sicut defunctus tenebatur. & num. 32.*

DECISIO CCCXLIII.

EX latè, & luculentissimè deductis *in Bituntina census 27. Nouemb. 1645. & 24. Maij 1647. coram * R.P. D. meo Corrado*, decisa penè remanet præsens controuersia. Firmatur enim ibi multis iuribus, & Doctoribus, Bouios teneri insolidum, quia constat, quod sunt hæredes; nec vllibi apparet, quod confecerint inuentarium, optimè reiectis omnibus tunc ab eis latissimè deductis, & partim licet breuius, nunc frustrà inculcatis; Tum quia plenissimè satisfactum; Tum etiam Rotæ decisiones sē-
1 per supponuntur; † nec licet eas in dubium reuocare, *Rota apud Buratt. decis. 596. num. 2. & 857. num. 4. post Zacch. de oblig. Cam. decis. 275. n. 1. in Mediolanen. pensionis 27. Iunii 1646. §. fuisse coram R.P. D. meo Bichio, in Bonon. fideicom. de Guidottis 23. Ianuarii præsentis anni in princip. corā me*. Tum denique quia earum virtute fuit data associatio, quam habuisse effectum contendunt & ipsi de Bouijs, & eam seruare volunt.

Agitur nunc de executione ipsorum instrumentorum, quorum validitas, nec tunc controuertebatur, in quibus cum adsit pactū executiuum, non potest negari mandatum executiuum, (quod esset relaxandum contra bona, & personas dictorum Rota decreuit) licèt non fuerit expressa clausula guarentigia, aut obligationis Cameralis. Etiam de iure communi; nam vnusquisque potest obligari,
2 vt voluerit, † cum pacta, quæ contra ius, & bonos mores non sunt, debeant seruari, *l. 1. §. si conuenerit, ff. deposit. cap. 1. extra de pact. & aliis vulgaribus, Valasc. littera P. axiom. 1. Azeued. ad l. 2. tit. 16. lib. 4. recopill. Vela dissertat. Hispal. 12. nu. 86. Asin. de execut. §. 9. num. 3. in fine*, & fieri, vt cre-
3 ditor propria auctoritate possit † capere, & in carcerem detrudere debitorem nõn soluentē disputat idem *Azeued. contra Quesadam in l. 2. tit. 13. lib. 8. recopill. num. 205.* & faciunt rationes *Azeud. in l. 2. tit. 21. lib. 4. recopill. num. 54.* quibus probat, non esse necessariam clausulam gua-
4 rentigiam, † vbi adest publicum instrumentum

tum obligationis; faciunt tradita *per Abbat. in cap.de causis 4.de offic.& potestate iud. deleg.* quia
5 ius exequendi Iudicis auctoritate,†& partium conuentione æquiparatur *l.penultima,C.de pign.*
6 *act.l.cum creditorem, C. de furt.* & quia † lex, & contrahentium pacta æquipollent, *l. fin. C. de reb.alien.non alien.l.cum quasi,§. si plures, ff. de fideic.libert.* vt istis iuribus probat *Asin. sup. cap. 15.num.2.& 3.* & prosequitur alijs rationibus, & Doctoribus; Et licet hoc limitare velint
7 nonnulli ad executionem realem, †non verò personalem, vt per relatos *à Zacch.de oblig.Camer.q.2.nu.41.& à Cancer. ibi non citato lib.2. var. cap.3.num.4.* contrarium tenet *Boer. decis. 295. num.10.Asin.vbi proximè num.fin. Azeued. d.leg.2. tit.13.lib.8.recopill. nu.205.* dum aiunt posse pacisci, vt quis in carcerem pro debito detinea-
8 tur, † sed per hoc pactum executiuum, parari executionem, tenuit *Rota decis. 172. nu.2. 173. num.6.& 177.num.9. post Zacch. de oblig. Cam. in*
9 *Baren. seu nullius pecuniaria 26.Maij.1645. coram R.P. D. meo Cerro*, quod nullo modo possunt negare, vel ipsi supra relati, cum teneant sta-
10 tuto fieri posse, † vt omnia instrumenta publica habeant paratam executionem relati *à Zacch.d.q.2.num.19.* & multo plures *ab Asin. d. §.1.cap.26.Parlad. rerum quotid. cap. fin. 1. par.§. 11.num.8.* cum à statuto ad pactum valeat ar-
11 gumentum, † & è contra saltim affirmatiuè dicant citati *à Valasc.litt.A.axiom.490.* & quod
12 in Regno Neapolitano † semper intelligatur apposita clausula, *per viam ritus, Franch. decis. 366.num. fin. iuncto nu.6. Modernus Licien. in semi centuria discept. foren.cap.15.num.57.58. & 60.*

Sed quidquid sit de omnibus,extra dubium præsens resolutio est,cum fundetur in instru-
13 mento census, † quod executionem paratam habere sæpissimè tenuit Rota, & multi alij citati per *Cenc.* quos ipse sequitur *de cens.q.95.* Præterquã quod in Regno Neapolitano hoc lege speciali Regis Alphonsi (emanata ad acceptationem, & corroborationem Bullæ Nicolai V.inserta in ipsa pragmatica, & vtraque relata *à Duard.de cens.in princip*) cautum
14 expressè† legitur,& ita testantur *Petr.de Greg. ad d.Bullam q.6.num.4.*& alij relati *à Duard. vbi sup.§.3.q. 24.num.9. in med.vers.in Regnis quoque, Buratt.decis.879.num.3.uers.vltra quod.*

Non obstat, quod Bouij sint hæredes, vulgatissimum enim est in heredem dari easdem
15 actiones ciuiles, † quæ competebant contra defunctum : *cur enim recuset, quam recusare non potuit is, cuius hæreditatem suscepit S.C. Paulus ait in l.postulante 44.in princ. ff.ad S.C.Trebell. Bald. in l. fin. §. in computatione num.3. C. de iure delib.*
16 Quia est vna persona † cum defuncto, *Auth. de iure iurand.in fin.Principij Baylicon. lib.41.nu.6.* hoc autem, & ibi Scholiastes optima ratione, & alijs iuribus, & auctoribus, *Velasc. axiomat. 19.litt.H.Carp.de execut.lib.1.cap.20. num.22.* Et
17 ad omnia iura passiuè,†& actiuè succedit, & alijs vulgaritatibus per *Salust. Tiber. in prax. A.C.lib.1.cap.45.Paz in prax. par.4.tom.1. cap.1. num.36.Parlad.d.lib.2.rer.quotid.cap.fin.par.4.§.1. à num.1. Asin.vbi sup. d.§.1. q.29. num. 10.* (vbi quod si statutum disponit quem posse in car-
18 cerem detrudi, † posse etiam hæredem detrudi) multis iuribus, & Doctorib. *Carleual. de iud.lib.1.tit.3.disp.9. nu.1.* Non enim ex per-
19 sona hæredum † conditio obligationis immutatur, ait *Paulus in l.2.§. ex his 2. ff. de verb. oblig.Ciarlin.controu.lib.1.cap.34.num.51.Graff. de effec.Cler.effect.1.num.287.Rota decis.28.nu.4. p.5. & dec.39.num.1.& 8.par.6.rec. et in Romana cambiorum 4.Decemb.1592.corã Mellino, quæ est apud Marches.de commiss.p.2. fol. 151. num.6.* quæ loquitur in puncto viæ executiuæ, facit *san. me. Greg.XV.decis.539.num.23.* & doctè trad.*in Bonon: fideicomm.de Rubeis 11.Martij coram R.P. D. meo Corrado*, & in pacto executionis census multis citatis *Cenc.de cens.q.73.num.17.quæst.95. num.12.& quæst.96.à num.2.vbi latius Rota dec.39 num.1.8.& 9.par.6.rec.et dec.269.n.12.post Zacch. de oblig.Camerali.*

Non obstat,quod aiunt de inuentario;nam plenissimè fuit responsum in supra allegatis *Bituntinis census*, & ex eisdem rationibus ibi adductis respõdetur ad id, quod dicitur,quod non fuerint citati ad ostendendum inuentarium, & bona inuentariata exhibenda,& reddendam rationem ex *Salust.Tiber.d.cap.45. numer.17.* nam hoc procedit, quando dubitatur, An hæres sit cum beneficio legis, & inuentarij, non quando iam decisum contrarium, vt
20 in præsenti, † citandus enim ille non est,quẽ constat nullam habere defensionem; *Roman. cons.499.ibique Add.litt. G. Felin.in cap. cum olim nu.11.de re iud. cum sexcentis per Modern. Panorm. de citat.q.18.num.41.*

Nec refragatur, quod aliàs fuerit motum iudicium super associatione, vt videtur sen-
21 tire † *Surd.allegatus cons.414.num.18.*quia si ipse *Surd.* benè inspiciatur, concludit contrariũ *num.19.* videlicet, quod vbi non est creditor plenè satisfactus, potest etiam post factam executionẽ in vna re ad alias transire,& quod
22 in via executiua possit variari † hac ipsa die *Rota decreuit in Romana census,§.verum, quod dicta sententia,coram me*, & tenent *Carleual. alijs antiquioribus adductis lib.1.de iudic.tit.2. disp.2. nu.16. Galles.de oblig.Cam.q.11. num.2. & ibi multi citati per Zacch.ante num.1. clarius Gratian. discept.593. num.6.vers.nec facit cum seqq.Cenc.de cens. d.q.95. num.32.& 33.Marta de iurisdict.cas.177.num.1.& seqq.*rectè ad propositum explicat *Rota dec.163 num.3.& 161.à num.4.et per tot.et 140.num.10. et 273.num.11.Zacch.de oblig.Cam. et dec.161.nu.23. par.6.rec.et in Romana dotis 4. Iunij 1635.corã Pirouano*, qui omnes benè explicant, quod vsquequo probetur plenè satisfactum creditorem etiam post executionem, seu immissionem, aut assecurationem super vna re factam
23 posse variari, † & Iudicem, & iudicium, & remedium, & capturam personæ alios refert, & sequitur *Cancer.lib.1.var.cap.17.num.49.*

Tandem non obstat,quod sint Clerici;nam licet iam dubitatio non possit, quod statuta concedentia, publicis instrumentis executio-
24 nem † nullo modo compræhendant Clericos, vt benè probant multi laudati *à Sperell. dec.10.num.13.Marta de iurisdict. par.4. centur.1. cas.61. num.13.* Reiecta opinione *Couar. pract. q.18.*

*quæst.*18.*num.*5. *ad med. verſ. nihilominus*. (Qui
25 tentauit; † hoc non procedere in ſtatutis conditis à Principe habẽte iura Imperij; cum ſint licita, & honeſta, *ex cap.*1.*de nou. oper. nunciat.*) *& Aſin.* multis relatis pro vtraque ſententia, *de exeq. ante* §.1.*cap.*3. *à nu.*4. *Paz. in prax. tom.*2. *part.*3. *cap. vnic. nu.*1. *Parlad. d. cap. fin.* §.12.*nu.*28. *Vela.* alios referenti *diſcept. Hiſpalen.*23. *num. fin. Bart.* relati ab *Abb.* & penè recepti *conſ.*33.*lib.*2. *nu.*3. *ex cap. conſtitutus* 8. *de in integr. reſtit. & cap.*5. *de eo, qui mittitur in poſſ. & in cap. cum cauſam* 8. *de*
26 *re iudic.* reiecta etiam † conſuetudine Regni Neapolitani relata per *Genuen. in prax. Epiſcop. Curiæ Neapolit. quæſt.*15.*nu.*2. *Ricc. in deciſ. eiuſdem Curiæ part.*1. *deciſ.*155. *à numer.*4. *cum ſeqq. Graſſ. vbi ſuprà, effect.* 2. *num.*305. & Conſtitutione Synodali ipſiuſmet Archiepiſcopalis Curiæ;
27 quæ † omnia reijcit, optimè *Rota d. deciſ.*603. *poſt Zacch. num.*12. & quacumque conſuetudine etiam mixta Clericorum, & Secularium,
28 quam † non eſſe attendendam bene, ait *Ciarlin. d. lib.*1. *cap.*31. *num.*16. cui fauet *d. deciſ.*163. omnino videnda: quamuis contrarium aſſerat *Reuerendiſſ. Vngentin. d. cap. Conſtitutus num.*5.

Attamen ad præſentem cauſam iſta neceſſaria non ſunt cum hic agatur de Clericis, qui
29 ſucceſſerunt Laico executiuè obligato; † cuius obligatio ex perſona hæredum immutari non potuit ex ſuprà allegatis, *& Surd. cap.*222. *num.*10. *Gomez. lib.*2. *var. cap.*11. *num.*11. *&* 24. *Marcheſ. vbi ſuprà num.*3. *&* 6. quia adeundo ſe
30 obligant, † & quaſi contrahunt cum creditoribus, *l.*3. §. *fin. ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eat.* §. *hæres inſtit. de oblig. quæ ex quaſi contractu*, & latè ibi *Pichard. Donell. ad l. ſtipulationes non diuiduntur* 71. *numer.*55. *ff. de verb. oblig. Saluſt. Tyber. in prax. d. lib.*1. *cap.*45. *nu.*13. *Duaren. ad tit. ff. de acq. hæred. cap.*6. *fol.*455. *Sanch. in decalog. lib.*6. *cap.*11. *nu.*12.
31 Mutatur quidem forus; † nam iſte Clericus hæres conuenietur coram ſuo Iudice, *Carol. de Graſſ. de effect. Cleric.* multis relatis *effect.*1. *nu.*281.
32 vbi vtrumq; probat, nempè conueniẽ † executiuè, & coram ſuo Iudice, *Mart. de iuriſdict. part.*4. *cent.*1. *caſ.*33. *num.*7.

Et ita vtraque, &c.

Deciſiones iſtæ duæ emanatæ coram Eminentiſſ. D. Card. Corrado ſub diebus 27. *Nouemb.* 1647. *&* 24. *Maij* 1647. *Prima eſt deciſio* 273. *Altera verò eſt deciſio* 49. *ſuprà in hac eadem part.*

R. P. D. BICHIO.

Barchinonẽ Iuriſdictionis.

Veneris 5. *Iulij* 1649.

ARGVMENTVM.

Declaratoriæ executio retardare propter nullitates, vel iniuſtitiam mandati Rotalis, neque partis, neque iudices de partibus vllo modo poſſunt, quibus ius aliquod non conceditur de viribus eiuſdem mandati diſcutere.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatione multantur non parentes mandatis Rotalibus, illis perſonaliter intimatis, quoties quatuor termini ad docendum de paritione fuerint ſeruati.*
2 *Oppoſitiones, & proteſtationes excludunt patientiam parendi.*
*Patientia ſola parendi ſufficit quoties in condemnato aliquis actus obedientialis expleri non debet. num.*2.
3 *Contradicere per ſe ipſum, vel per alium paria ſunt.*
4 *Relatio m̃dati ad deciſiones, comprehendit ea omnia, quæ in deciſionibus continentur.*
5 *Viſitatione conceſſa, viſitationi neceſſariò conſecutiua, & connexa conceſſa dicuntur. & num.*7.
6 *Partitæ extractæ ex libris viſitationum plenè probant.*
7 *Mandatum non ſolum expreſſa continere dicitur, ſed etiam ea omnia, quæ veniunt in neceſſariam conſequentiam illius.*
8 *Poſſeſſorio in ſummariſſimo nudum factum, non quid fieri debeat inſpicitur.*
9 *Declaratoria propter nullitatem mandati non euitatur, niſi nullitas ſit vndique clara, & notoria.*
10 *Nullitas palmaris, ac notoria non ſit non excuſat à paritione.*
*Iniuſtitia à paritione non excuſat. num.*10.
*Iuſtitiam, aut iniuſtitiam decretorũ Rotalium partes cognoſcere non poſſunt. num.*10. *&* 12.
11 *Condemnatus etiam ſi mandatum fuerit nullum, vel iniuſtum parere tenetur, & deindè ad Rotam recurrere.*
12 *Partes de viribus iuſtitiæ mandatorum Rotalium iudicium aſſumere non poſſunt.*
13 *Ius viſitandi de iure competit Epiſcopo.*
14 *cum Oblatione parendi in futurum habẽtes aliquam cauſam ſe confoneudi in iure ſuo excuſauit quandoque Rota.*
15 *Appellatio à ſententia diffinitiua non comprehendit mandatum ſub particulari decreto relaxatum.*
16 *Rediens poſt appellationem coram Iudice à quo appellationi renunciaſſe dicitur.*

DECISIO CCCXLIV.

BENEFICIATI Eccleſiæ S. Petri Puellarum, quibus perſonaliter intimatum fuiſſe mandatum Rotale de manutenendo ad fauorem Abbatiſſæ relaxatum, legitur *in Summar. Abbatiſſæ nu.*2. quia eidem mandato non paruerunt declarandi an ſint incurriſſe in cenſuras ibidem contentas fuit hodie dubitatum, & affir-
1 matiuè reſponſum; † ſic enim multari ſolet contumacia uõ obedientiũ mandatis Rotalibus, quæ præuia intimatione perſonali ſatis probata dicitur niſi infrà quatuor terminos ſeruari conſuetos, & in caſu noſtro ſeruatos de paritione doceatur, iuxtà *text. in cap.*1. *in fin. vt lit. non conteſt. gloſſ. in l. in actionib. verb. non etiam de in lit. iuran.* & in terminis mandati de manutenendo, *Rot. deciſ.*364. *num.*1. penès *Card. Caualer. deciſ.*456. *num.*1. penès *Modern. Peruſin. de manuten.* & alijs relatis in *Aſten. Penſionis* 4. *Iulij* 1646. *coram R. P. D. meo Otthobono*.

Eo

Eo magis quia preceptis Visitatoris in executionem dicti mandati ab Abbatissa electi se opposuerunt protestando, & ab eisdem præ-
2 ceptis appellando,† quod excludit patientiam equipollentem paritioni quãdo positiuus aliquis actus obedientialis à cõdemnato explendus non est, vt dixit *Rot. decis.62. num.* 1. penès *Cenc. de cens. dec.*614.*n.*8 .*dec.*617.*n.*5.*&* 6. penès *Moder. Perus. de manut.* & quãuis protestationes, & appellationes interiecta fuerint à duobus Beneficiatis tantum, nempè à Ludouico Flaquer, & Antonio Ramagosa, quia tamen erant aliorum Procuratores, & hoc nomine se opposuerunt, omnium exindè conuincitur
3 contumacia, & conuentio, † cum paria sint per se ipsum, vel per alium contradicere, vt in his terminis *Nauarr. consil.*41. *per tot. de sentent. excomm.* cum alijs alleg. *à Moder. Manicalciatensi in coment. Bull. Cœnæ Domini lib.*2. *can.*13.*quæst.*9. *in addit. littera C. & à Modern. Perusin. de manut. obseru.*103.*num.*14. fuitque decisum in *Marsicen. Iurisdictionis* 10.*Maij* 1649. *caram me*, declaratoriam esse dandam tàm contrà Procuratorem, quàm contrà Principales.

Circa duo autem Beneficiatorum oppositio punibilis versatur, videlicet ne vltra Portionarios alij Beneficiati visitentur, ne ve libros in Archiuio existentes, & administrationis rationem à Beneficiatis Visitator exquirat, asserendo neutrum comprehendi in concordia anni 1401. & decisionibus in hac causa coram me æditis ad quarum limites idem mandatum restringitur.

Sed vtrumque comprehendi euidens est, quia mandatum loquitur indifinitè de quasi possessione visitãdi omnes Beneficiatos, & decisiones innituntur visitationibus omnium Beneficiatorum alias factis ab Abbatissa ibidem recensitis: qua propter relatio mandati
4 ad decisiones † æquiualet explicitè omnium Beneficiatorũ comprehensioni, *l. certum, ff. reb. cred. l. ait Prætor*, vbi *Bart. ante num.* 1. *ff. re iudic. Piccard. in* §. 1. *num.*40. *in fin: instit. de testam. Rot. decis.*1152.*num.*2. *lib.*3. *part.*3. *diuersor.* includiturque mandato in quasi possessione visitandi etiam facultas perscrutandi libros Archiui, & oblationum, ac reddituum rationem exi-
5 gendi, † quia sunt necessariò consecutiua, & connexa visitationi, vt notat *Timot. in prax. visitat. Eccles. lib.*2. *tract.*1. *cap.*45. *& tract.*5. *cap.*1. *vers. si sunt descripti, Zerola in prax. Episc. verb. visitatio. vers. ad quartum ibi de omnibus rebus fol.*208. *Piasec. in prax. Episc. part.*2. *cap.*3. *artic.*5. *num.*5. *vers. inquirere debet fol.*219. *Rot. decis.*440. *num.*7. *part.*1. *recent.* Maximè quia id ipsum seruatum fuisse in visitationibus à Visitatore per Abbatissam deputato factis de anno 1429. & 1585. constat ex partitis datis in *Summar. Abbat. nu.*6.
6 extractis è libro visitationum,† qui plenè probat *Grat. discept.*727. *num.*3. *Barbos. de potest. Episc. alleg.*73. *num.*43. alijque relati à *Modern. Carpen. controuer. foren. lib.* 1. *cap.*65. *num.*14.

Debuerunt itaque omnes Beneficiati parere Visitatori etiam quoad dictam exhibitionem librorum, & administrationis compendium licet id mandatum Rotale specialiter
7 non exprimat, † quia satis est quod sit necessariò consecutiuum expressis, vt in puncto declaratoriæ respondit *Rota in Cæsaraugustana de Caspe* 4. *Martij* 1644. §. *fin. coram me facit theor. Socc. in l. hæredes mei*, §. *cum ita nu.*10. *ff. ad Trebell*, quam sequitur *Giurb. dec.*45. *nu.*3. *Surd. consi.*143. *num.*20. *consi.*294. *num.*21. *& decis.*254. *num.*38.

Nec releuant quæ pro interpretatione suprà memoratæ concordiæ exaduerso congeruntur ad conuincendam iniustitiam mandati Rotalis, tum quia respiciunt petitorium, & iustitia mandati non desumitur ex concordia, sed ex quasi possessione visitandi ex visitationibus alias factis Abbatissæ quæsita, quæ sola manutentionem mereri potuit non attento, an concordiæ metas excesserit, & vno verbo an iusta fuerit, nec ne cum in iudicio sum-
8 marijssimo retinendæ † non inspiciatur quid fieri debuerit, sed quid fuerit factum, & simplex actus possessionis, *Innoc. in cap. bona il secondò num.*4. *de postul. Prælat. Bald. in l. ordinarij iuris num.*7. *Cod. rei vindic. Couarr. pract. quæst. cap.*17. *per tot. Rot. inter impress. apud Modern. de manut. decis.*211. *num.*6. *decis.*265. *num.*12.


Tum etiam, quia, vt declaratoria euitetur
9 ob nullitatem mandati Rotalis, † oportet illam vndique claram, & notoriam esse in quibus terminis loquũtur quotquot exaduerso allegantur relati *à Modern. Perusin. de manut. obseru.*103. *num.*23. & distinguendum est inter nullitatem, & iniustitiam; nullitas enim si palmaris, ac notoria sit, puta ex defectu cita-
10 tionis excusat à paritione, † non sic iniustitia quia non spectat ad condemnatum, vel ad Iudices de partibus cognoscere de iustitia, aut iniustitia decretorũ Rotalium, vt fuit dictum *in Toletana fructuum* 16. *Decembris* 1586. *coram clar. me. Card. Hieronymo Pamphilio patruo Sanctiss. D. N. Innocentij X. impress. apud Marches. de Commiss. part.*2. *fol.*80. *num.*4. sed parere debet, ac postea recurrere ad Rotam, quæ si agnouerit, aut suspicata fuerit decretum de cuius paritione agitur esse iniustum abstinebit ab vlteriori executione, & quatenùs opus fuerit omnia in
11 pristinum restitui mandabit, † alias aperiretur via proteruiæ damnatorum confouendi se in contumacia, ac temerario prætextu iniustitiæ, vel nullitatis obedientiam huic sacro Tribunali hoc est Sedi Apostolicæ debitam eludendi, vt dixit *Rot. decis.*407. *sub nu.*13. *vers. quæ dicebantur part.*4. *tom.*2. *recent. decis.*664. *sub nu.*18. *vers. non obstat secundum*, vbi quod nunquam fuit habita ratio *decis. Cardin. Caualerij*, quæ in
12 contrarium allegari solet,† non enim est danda anxia partibus, vt ipsi de viribus iustitiæ huius sacri Tribunalis iudicium assumant, *inter impress. post tract. Modern. Perusin. de manut. & in Toletana augumenti seruitij* 27. *Iunij* 1640. *coram Reuerendiss. D. meo Decano, in Monopolitana Iurisdict.* 1. *Iulij* 1645. *coram R. P. D. meo Peutingero, in eadem* 11. *Febr.* 1647. *coram me, & in Iuuenacen. & Melphiten. bonorum* 1. *Iulij* 1648. *coram R. P. D. meo Corrado.*

Præter quod in casu nostro pleraque obiecta contrà iustitiam mandati relaxati euacuantur in decisionibus coram me æditis super bono iure;

iure; & de nouo excitata eo quod concordia Episcopo facultatem visitandi, si quæ noua Altaria in Ecclesia erigerentur quibus Monasterium non administraret necessaria Missis ibi celebrandis; & Iurisdictionem tàm ciuilem, quàm criminalem super singulis hebdomadarijs, & alijs Beneficiatis huius Ecclesiæ concedat, non sunt momenti, nam hodie non agitur de visitatione nouorum Altariũ, sed iam erectorũ quorum visitatio nominatim in concordia prohibetur Episcopo, & à Iurisdictione ciuili, & criminali in personas Beneficiatorum dubitabile saltem est an inferri possit ad potestatem visitandi in eadem concordia spe-
13 cialiter Abbatissæ concessa, † quamuis illa de iure communi competeret Episcopo, vt ex *Bald. Felin. & alijs ibi alleg.* ponderauit *Rot. coram san. mem. Gregor. XV. decis. 4. num. 17. & 19.* vbi concludit quod quæstio ista est multum intricata, & augetur difficultas contrà Episcopum in casu nostro quia illi concordia limitat ius visitãdi ad respicientia curam animarum, ac propter successiuam obseruantiam, & quasi possessionẽ Abbatissę visitandi superius adductam, quæ vt dicebam circumscripta etiam cõcordia mandati de manutenendo iustitiam probat; vndè nullatenus Beneficiatis militat equitas qua Cæsaraugustanos de Pilari, qui aliquam causam saltem coloratam habebant
14 confouendi suam prætensionem; † & obtulerant in fururum parere declarationibus desuper hic faciendis, excusauit pro tunc, *Rota in Cæsaraugustana præeminentiarum 6. Nouembr. 1628. coram recol. mem. Coccino Decano, impress. apud Modern. de manuten. decis. 244. num. 18.*

Tandem non prębet Beneficiatis excusationem appellatio pendens, quia cum illa interposita fuerit, non à mandato de manutenendo per separatum decretũ relaxato, sed à sen-
15 tentia diffinitiua in petitorio † lata, eiusdem mãdati executionẽ non afficit, aut remoratur, *cap. cum teneamur 17. vbi notant omnes de appellat. Lancellott. de attent. part. 2. cap. 12. limit. 2. num. 18. & 19.* & magis in terminis *Paris. cons. 14. nu. 21. lib. 3. Vestr. in prax. lib. 8. cap. 4.* & ibid. *Grauat. num. 35. Grat. decis. Marchesi. 132. num. 18.* alijque relati à *Modern. Perus. de manut. obseru. 8. num. 45. Rot. in Pisauren. pensionis 29. April. 1648. coram me.* Eo minus, quia Beneficiati dicta appellatione pendente redierunt quoad manutentionem coram Iudice à quo, & proindè agnouerunt, vel nullam desuper appellationem pendere,
16 vel † illi quatenus adesset renunciarunt, vt notant *Doct. in cap. gratum de offic. deleg. cap. cum venissent de Testib. Franc. in cap. cum teneamus in vlt. notab. de appellat. Scacc. eod. tract. quæst. 17. limit. 2. num. 14. Lancell. de attent. part. 2. cap. 12. in præfat. num 15. & seqq. Barz. decis. 334. num. 12. Caputaq. decis. 29. num. 1. part. 1. Acchill. decis. 19. numer. 1. de appellat.*

Et ita decisum vtraque parte informante.



R. P. D. ARGVELLES.

Romana Pretij Equorum.

Lunæ 5. Iulij 1649.

ARGVMENTVM.

Appellatio quamuis efficiatur deserta ob non reditum pro Apostolis, si Iudex à quo dedit appellanti terminum iuris ad redeundum pro Apostolis, licèt infrà dictum terminum causa appellationis reperiatur commissa, tamen id declaratur procedere, quando appellatur ab interlocutoria, in qua lex non defert appellationem, sed expectanda est responsio Iudicis; secùs tamen esse firmatur quando appellatur à diffinitiua, in qua lex defert appellationem ipso iure.

SVMMARIVM.

1 *Appellans, cui Iudex à quo dedit terminum iuris, si eo durante non redyt pro Apostolis censetur appellationi renunciasse, perindè, ac si non appellasset.*

2 *Res iudicata excluditur, quando durante termino iuris, causa reperitur commissa, & quando secus num. 3.*

4 *Apostoli sunt pars appellationis.*

5 *Appellans, cui datus est terminum iuris ad redeundum pro Apostolis, si pro illis non redit infrà dictũ terminum, appellatio circumducitur.*

6 *Res iudicata intrat ob lapsum biennij absque prorogatione fatalium, & terminatione causæ.*

7 *Appellatione non prosequi, idem est, ac non appellare.*

8 *Appellatio quando non dicatur deserta ob non reditum pro Apostolis si intra terminum iuris fuerit commissa causa appellationis. & quando secus num. 9.*

10 *Appellatio non efficitur deserta si infrà biennium fuerunt transportata acta.*

Et biennium ad transportandum acta, conceditur etiam sine causa. num 11.

12 *Validitas sententiæ ex quibus resultet.*

13 *Venditio benè probari potest per Testes, sicut cæteri contractus.*

14 *Epistola optimè probat contrà scribentem.*

DECISIO CCCXLV.

ANNO 1643. Abbas Franciscus Thomasius vendidit D. Io: Petro Philonardo pro complenda Equitũ Cohorte, cui pręerat Equos 32 pretio inter eos conuento, cuius cum Philonardus remansisset debitor in scutis 610. sub die 20. Maij 1645. condemnatus fuit ab A. C. in hac summa per sententiam, quam prætendens Thomasius transiuisse in iudicatum obtinuit coram me subrogato in locum Reuerendiss. D. Terracineñ disputare, *An constaret de re iudicata.*

1 Et pro affirmatiua deducebat, † quod licèt Philonardus infrà decem dies appellauerit, Appellanti tamen A. C. dederat terminum iuris, sed eo durante Appellans non rediit pro Aposto-

Apostolis, ideò censetur appellationi renunciasse perinde, ac si non appellasset, & consequenter Sententia transiuit in iudicatum *l. Iudicibus 34 C. de appellat. Clementina Quamuis 2. eod tit. cap. ab eo 6. appell. in 6. Vestr. in praxi lib. 7. cap. 3 num. 33. ibiq; Adden. verbo Consueuimus littera Z. num. 63. Lancell. de atten. appell. pend. p. 2. cap. 12. in præfation. n. 55. & 56. Cardos. in Palatio Aduocat. verbo appellatio num. 22. Rota recen. decis. 81. num. 2 & 3. & decis. 161. num. 1. p. 1. Romana fideicom. de Incoronatis 16. Ianuar. 1643. §. Nam quod rem iudicatam &c. coram Reuerendiss. D. meo Dunozet. Decano, & Bononien. fideicomm. seu domus 30. Aprilis 1646. §. Nam certi, &c. coram R. P. D. meo Bichio.*

2 Et licèt † durante termino iuris Philonardus obtinuerit commissionem in Rota, per quam excluditur res iudicata, vt probant relati per, *Adden. ad san. mem. Greg. XV. decis. 575. num. 14. vers. Sufficeret enim, &c. & per Adden. ad Burat. decis. 556. nu. 11. vers. At si causa, &c. & fuit dictum in Romana fideicomm. de Ferratinis 15. Iun. 1648. §. Nec obstat, &c. coram R. P. D. meo Meltio.*

3 Secus † tamen procedit quando datus est terminus iuris Appellanti ad redeundū pro Apostolis, quia eo durante Appellans detinetur adeo suspensus, vt nedum consequi non possit appellationem, sed nec Iudicem impetrare nec commissionem obtinere, & si obtineat, non valet, *Rota decis. 357. de Appell. in nouis.* ea

4 ratione, † quia Apostoli sunt pars appellatio-

5 nis, *cap. 1. & d. cap. 6. de appell. in 6.* † ideoq; priusquam Appellans illos obtineat status appellationis manet in suspenso, & si non redeat pro Apostolis infra terminum appellatio circumducitur *ex sup. allegat.*

6 Deducebat † etiam Thomasius pro re iudicata lapsum biennij absque prorogatione fatalium, & terminatione causæ, ex quo etiam intrat res iudicata, *Auth. ei qui appell. C. de temp. appellat. & reparat. &c. Dec. cons. 436. num. 1. & 20. Seraph. decis. 597. num. 1. Caual. decis. 333. numer. 4. Pacif. de Saluian. decis. 12. nu. 2. Anconitana dotis 11. Martij 1641. coram Reuerendiss. D. meo Carillo Episcopo Salamantino, & Spoletana fideicommissi 27.*

7 *Martij 1648. coram R. P. D. meo Bichio.* † Paria enim sunt non appellare, & appellationem non prosequi *Lancell. de atten. d. p. 2. cap. 12. ampl. 1. num. 10. circa fin. vers. Domini tenuerunt &c. Rota decis. 206. num. 5. vers. ita vt paria &c. p. 2. recen. & in Romana Locorum Montium 25. Februar. 1641. §. quoniam dicta sententia &c. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Quibus benè discussis Domini nihil firmarunt circa rem iudicatam.

8 Quia quo ad primum caput visa fuit excusari posse ex eo quod appellans infra terminū iuris impetrauit commissionem, quod sufficit quando appellatur à diffinitiua, in qua lex defert appellationi ipso iure, vt probat *Lancel. d. p. 2. cap. 12. in præfat. nu. 59. & melius ead. p. 2. cap. 13. tit. de attent. pend. tempor. Apostol. peten. num. 29. melius Scacc. de appell. q. 13. nu. 53. & q. 14. num. 26. vbi plenissimè. Rota decis. 54. de appell. in antiq; &*

9 *d. decis. 357. aliàs 41. eod. tit. in nouis,* † vbi quod contraria procedunt quando Appellatur ab interlocutoria, in qua quia lex non defert Appellationi, expectanda est responsio Iudicis.

Quo verò ad secundum caput res iudicata excusari visa fuit ex eo quòd Philonardus, ne-

10 dum obtinuit commissionem, vt supra † sed insuper infra annum citare fecit Thomasium ad dicendum contra, & infra biennium transportare fecit acta in Rota, quod sufficit ad excusandam desertionem appellationis *vt latè Scac. de appell. q. 15. num. 151. vbi plures allegat,*

11 & † testatur de stylo Curiæ concedendi biēnium etiam sine causa, *Burat. decis. 170. num. 20 & facit Textus in d. cap. ei qui appellat. C. de temp. ad appell. & cap. cum sit Rom. 5. de appell. ibique Reuerendiss. Barbosa Episcopus Vgentin. n. 2. & 3. & communiter Scirbentes.*

Firmarunt tamen Domini d. sententiā A. C. esse validam, & iustam.

12 Validam, † quia ex reuolutione actorum apparet concurrere in ea, omnia quæ ad effectum validitatis enumerat *Caputaq; vulg. decis. 260. par. 2. Rot. decis. 204. par. 1. recen. & in Tiburtina hæreditatis 22. Iunij 1637. §. validitatis &c. corā Merlino.*

Iustam, quia ex testium depositionibus datis in Summ. Thomasij num. 3. & 4. constat de venditione, & traditione 32. Equorum facta Philonardo emptori pretio inter eos cō-

13 uento, † & indubitati iuris est posse venditionem probari per testes, sicut & cæteros cōtractus *l. in exercendis. C. de fid. instrum. Decian. respons. 64. nu. 8. Afflict. decis. 398. nu. 2. Rot. decis. 113. nu. 14. par. 5. recen.*

14 Iuncta præsertim † epistola eiusdem Philonardi, qua fatetur debitum, & promittit Thomasio celebrem satisfactionem integri pretij Equorum, quę optimè probat contra Scribentem, *l. Publia Mœuia 26. §. finali, ff. deposit. l. qui negotia 41. ff. mandat. & alijs per Reuerendissim. Dom. meum Vrgellen. decision. 368. numer. 4. & per Buratt. decision. 201. numero 4. & decis. 266. numer. eod. Cardos. in prax. verbo epistola num. 4. vbi alij multi.*

Iunctisq; receputa Alexandri Scocciæ officialis Cohortis D. Philonardi, fatentis se pro eo recepisse 32. Equos, & alijs epistolis Reuerendiss. D. Episcopi Aquinatis, & Equitis Io: Baptistæ Muti totum hoc negocium recensentibus, ex quibus omnibus sententia A. C. visa fuit iusta, & ualida &c. Thomasio tantum informante &c. Philonardo tamen citato & intimato &c.

R. P. D. PEVTINGERO

Anconitana Cambiorum.

Lunæ 2. Augusti 1649.

ARGVMENTVM.

Facultas recipiendi pecunias ad interesse Administratori concessa sub conditione, purificata conditione, & non prius censetur concessa, quæ conditionis purificatio denunciari debet demādanti, aliàs quidquid gestum fuerit, nullum,

lum, & irritum esse firmatur. Cambia vt debeantur ratione damnorum, & interesse, quæ requirantur, clarè demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Ablatiuus absolutus importat conditionem.*
2 *Dictio*, parimente, *quid operetur.*
3 *Dictio*, come di sopra, *refert omnia in præcedenti casu expressa.*
4 *Conditio superiùs expressa, censetur etiam inferius repetita, quod vtrique casui benè conueniat, & equaliter adaptetur.*
5 *Sub conditione concessum, purificata conditione, & non priùs censetur concessum.*
6 *Facultas recipiendi pecunias ad interesse Administratori sub conditione concessa, vt ab eo exerceri possit, quæ requirantur.*
7 *Scientia, vt preiudicet, debet esse certa, ac indubitata, nec sufficit præsumpta.*
8 *Cambia, quæ priùs minùs legitime fuerunt recepta, non remanent iustificata ex librorum inspectione post finitum negotium, & quare.*
9 *Cambia ut debeantur ratione damnorum, & interesse, post litem contestatam, uidendum est priùs an constet de credito liquido Actoris.*
10 *Item an secus conuenctus habuerit iustam causam contradicendi.*
11 *Cambia ut debeantur ratione damnorum, & interesse, quæ concurrere debent.*

DECISIO CCCXLVI.

AVDITIS denuò partibus, relatisque in Congregatione memorialibus per eas exhibitis, censuerunt Domini non esse differendam vlteriùs traditionem voti. Quia licèt Sturano concessa fuerit per Angelum de Grimaldis facultas recipiendi pecunias sub interesse cambiorũ non solum pro soluendo prætio olei à Betto empti, verum etiam alterius cuiuscumque quantitatis necessariæ pro seruitio appaltus ab eodem Angelo comparandæ, vt legitur in instrumento inter eos celebrato sub die vltima Decembris 1630. † illa
1 tamen non fuit simplex, & absoluta, sed conditionalis scilicet, (*bisognando*) *Rot. penes Card. Saraph. decis. 593. num. 1. vers. & cum illa facultas*;

Nam verbum illud adiectum in primo casu soluendi videlicet pretij olei à Betto empti fuit repetitum in sequenti, in quo agitur de soluendo pretio ab alijs per Angelum comparandi mediantibus illis verbis (*con pigliare parimente denari à cambio, ò altro interesse, che si po-*
2 *trà come sopra*;) † Quæ sanè dictio (*parimente*) eamdem repetit conditionem appositam in alio casu immediate præcedenti, eumque parificat, atque connectit cum sequenti *ad text. in cap. uenerabilē, §. quod autem extr. de elect. Rebuff. in l. Paries 157. in fin. princip. uers. de aduerbio, pa-*
3 *riter, ff. de uerbor. signif.* † Præsertim iunctis alijs verbis relatiuis (*come di sopra*) quę item referunt omnia in præcedenti casu expressa, *Rot.*
4 *decis. 168. sub nu. 8. vers. præcipua p. 2. recen.* † Eoquè magis cum eadem conditio vtriquè casui benè conueniat, & æqualiter adaptetur, cum non sit verisimile Angelum voluisse in alterutro casu latiorem concedere facultatē, quatenùs pecuniæ ex reuenditione olei retrahendæ superessent, vel aliter prouideri possent, sed vrgente tantùm necessitate vt in his terminis respondit *Rot. decis. 711. sub num. 1. uers. cum in eo tantum casu, & sub num. 2. uers. non obstat, ac seq. par. 3. recen.*

5 Atque ideò † non poterat Sturanus illam antea exercere, quàm purificata esset huiusmodi conditio, cum non aliter, nec priùs ipsi censeretur concessa *l. pecuniam, ff. si certum pet. l. grege, §. si sub conditione, ff. de pign. l. si quis sub conditione, ff. si quis omnis caus. test. Bald. cons. 149. Isti executores lib. 4. Surd. cons. 91. nu. 11. uers. & conditio cum alijs adductis per Galgan. de condit. & demonstr. p. 1. cap. 88. sub nu. 1. & seq.*

6 Quarè iustum, & æquum erat, † quod tam conditionis purificatio, quam facultatis executio Angelo intimaretur, tùm pro iustificatione mandatarij, tùm pro indemnitate mandantis, vt ille posset, vel pecunias aliunde sub leuioribus fortè vsuris, vel aliter prouidendo grauiores cambiorum euitare, vel ab eis demùm se eximere, ac liberare, vt benè probat *Rot. Genuen. diuers. dec. 14. sub nu. 93. uers. 4. concessis prædictis*, & fuit resolutum *in Mediolanen. pecuniaria 27. Martij 1602. coram Litta decis. 775. sub num. 1. uers. secundum est*, vbi aliæ plures referuntur concordantes *p. 4. diuers. & in Romana Cambiorum 4. Iulij 1618. coram bon. mem. Manzanedo in princ.* ac in alijs relatis in præcedentibus decisionibus in hac causa emanatis. Et propterea cum in his omnibus Sturanus defecerit, non possunt illi cambia deberi, estò quod cætera requisita, quæ desiderantur, fuissent plenè probata.

Nec releuans visa fuit præsumpta illius notitia ex eo deducta, quod sciuerit pecunias in negotio collocatas non reperiri, ac libros Sturani viderit.

7 Quià nec † scientia præsumpta ad hunc effectum sufficiens erat, sed certa, ac indubitata requirebatur. *Rot. penes Card. Seraphin. dec. 991. sub num. 2. uers. cum enim simus, & san. mem. Greg. XV. dec. 425. num. 5. uers. quæ tamen cum seq. & decis. 525. num. 8. uers. & requirebatur certa*, & in his terminis *in d. Romana cambiorum 4. Iulij 1614. coram Manzanedo in fine princip. uers. de qua intimatione* Eoquè magis quia cum pecuniæ ex reuenditione olei redigendæ ad manus Sturani peruenire deberent, vt specialiter conuentum fuit in d. instrumento, ibi, (*che tutto il denaro che giornalmente entrarà di detto olio, che si uenderà à minuto uadi in mano del detto Sig. Storano per sua sicurezza come sopra, e à esso Sig. Storano stia tutto il maneggio del detto ritratto per pagare li ogli che occorreranno*,) non poterat Angelus esse certus, quod pecuniæ ad negocium spectantes non reperirentur penès Sturanum administratorē, nisi specialiter admoneretur.

8 Nec † illa librorum inspectio post finitum negotium satis iustificatur, neque suffragari potest pro iustificatione cambiorũ priùs minùs legitimè receptorum, quæ à consensu, & voluntate partium non pendent, vt fuit respon-

ſponſum *in d.dec.775.num.2.uerſ. nec facit par. 4. diuerſ. & in d.deciſ.711. ſub num.6.uerſ. non obſtat par. 3. recent. & in d. Romana Cambiorum coram Manzanedo in §. quibus non obſtat*.

9 An autem † cambia per Sturanum prætenſa debeantur ſaltem ratione damnorum, & intereſſe poſt litem cum Dario Scalamonte Angeli fideiuſſore conteſtatam, alia eſt inſpectio pro cuius reſolutione videndum eſſet; An conſtet de credito liquido Actoris, vt fuit dictum *in Lauretana bonorum Februarij 1618. coram bon.mem. Card. Sacrato in recent.dec.12.par.4. to.2. cum alijs relatis per Modern.Roman.diſcept.42.n.23. uerſ. quinto an debitum ſit liquidum, & ſeq.* Et an

10 Reus conuentus iuſtam habuerit contradicendi cauſam *l. lecta ad fin.uerſ. non enim in mora eſt, ff. ſi cert. pet.l. ſi quis ſolutioni, ff. de uſur. cap. non eſt de reg.iur. in 6.Card.Mant.deciſ.78.num.5.uerſ. nam ſicut, & deciſ.23.num.3.uerſ. quoniam mora cũ ſeq. inter conſilia Farinac.* Et an alia concurrant

11 tradita *per Card. Seraphin. dec. 946. num.5. uerſ. ideoque & ſeq.Coccin.dec.256. num.4. uerſ. circa intereſſe, ac deciſ.362.inter conſilia Farinac.Scac.de camb.§.1.q.7.par.2.ampliat.8.num.100.verſ.accedo ad primum,& ſeq.* quæ ex hactenùs deductis nõ videntur ſatis iuſtificari, ideò Domini voluerunt de ijs particulariter videre.

Et ità &c.

R.P.D. MELTIO

Poſteà Reuerendiſsimo Epiſcopo PAPIEN.

Ampurien.& Ciuitaten. electionis Vicarij.

Mercurij 20. Octobris 1649.

ARGVMENTVM.

Excomunicatio ſeù interdictum, quando fuit comminatum contra Canonicos, & Capitulum ob non paritionem mandati de manutenẽdo, ad effectum euitandi declaratoriam an ſufficiat oblatio verbalis de parendo collegiatim facta, cum patientia abſque aliquo actu poſitiuo, eruditè tractatur.

Expenſæ factæ pro declaratoria, tunc ueniunt reficiendæ, quandò quis poſt incurſum cenſurarum ob contumaciam in parendo, deinde reuerſus, abſolutionem peteret; quid autem dicendum ſit, vbi declaratoria non fuerit ſimpliciter, & abſolutè relaxata, ſed cum termino ad parendum, & infra dictum terminum ſecuta fuerit paritio, ingenioſè reſoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio verbalis de parendo, quando habeatur pro ipſamet paritione.*

2 *Oblatio verbalis de parendo cum patientia, quando ſufficiat ad effectum euitandæ declaratoriæ.*

3 *Obligatus obedire omnibus in mandato contentis, & expreſſis, attendi debet mandatum, & non obligatio.*

4 *Relatio inducit repetitionem omnium cum ſuis qualitatibus.*

5 *Excommunicatio, & interdictum contra Capitulum & Canonicos comminatum ob non paritionem, quando ſufficiat oblatio de parendo collegiatim facta pro euitanda declaratoria, vide nu.7.*

6 *Paruiſſe ſatis dicitur ille, qui monitionem Iudicis adimplere, ſollicitè curauit.*

8 *Vicarium eligere ſede Epiſcopali vacante non ſpectat ad Canonicos vti ſingulas, ſed ad Capitulum Cathedralis.*

9 *Expenſæ factæ pro declaratoria obtinenda quando ſunt illiquidæ, inſtare debet pro illarum liquidatione is, qui declaratoriam euitare intendit, intellige ut num.* 10.

11 *Contumacia in parendo conſiderari non poteſt reſpectu eorum, quæ in mandato non fuerunt expreſſa.*

12 *non Paritio, aliud eſſe non dicitur, quam uoluntaria inobedientia, qua quis monitionem Iudicis adimplere contendit.*

13 *Expenſæ pro declaratoria in eo caſu tantum ſunt reficiendæ, quo quis poſt incurſum cenſurarum, abſolutionem peteret.*

DECISIO CCCXLVII.

IN deciſione in hac cauſa coram me emanata ſub die 26. Iunij 1648. fuit reſolutum cõtra ſingulos Canonicos Eccleſiæ Collegiatæ de Templo excomunicationem, & contra Capitulum interdictum eſſe relaxandum, niſi infra menſem paruiſſet mandato de manutenendo, per Rotam relaxato, ad fauorem Capituli, & Canonicorum Cathedralis Ampurien. & Ciuitaten. ſuper deputatione Vicarij Capitularis, Sede Epiſcopali vacante. Sed quia Canonici dictæ Eccleſiæ prætendebant ſe paruiſſe, quod, ex aduerſo nagatur, ideo ſub hac die dubitaui, an conſtet de corũ ſufficienti paritione, & affirmatiuè fuit per Dominos reſponſum.

Ad intimationem enim illis factam de executorialibus d. mandati Rotalis pro reſponſione illi declararunt ſe promptos, atque paratos Apoſtolicis obedire mandatis, & ſignãter promiſerunt obedire omnibus expreſſis, & contentis in dicto mandato, & illi non cõtrauenire nunc, nec alio vnquam tempore, ſub obligatione omnium bonorum; immo renunciarunt omnibus, & ſingulis legibus, ſtatutis, priuilegijs, & conſtitutionibus, quæ in ipſorum fauorem, & contra expreſſa in dicto mandato allegare potuiſſent, prout conſtat, ex inſtrumento oblationis, & ex ſucceſſiuis proteſtationibus relatis in Sũmario Ca-

1 nonicorum Collegiatæ *num.3. & 4.* † Ex qua quidem oblatione, licet verbaliter facta reſultat ſufficiens paritio, quando quidem mandatum Rotale concedens ſimplicem manutentionem Capitulo Ampurien. & Ciuitaten. in poſſeſſione deputãdi Vicarium Sede Epiſcopali vacante nullum præceptum poſitiuum continet, quod ad ſui implementum actum pariter poſitiuum requirat; ſed potius præceptum prohibitiuum, vel negatium, quod per ſolam oblationem cum patiẽtia, abſque actu aliquo poſitiuo adimpleri poteſt; Quo circa in ta-

in tali casu oblatio de parendo habetur pro ipsamet paritione, ad tradita *per Garz. de benef. p. 6. cap. 3. num. 145. uers. & tanto magis in hoc casu. Mohed. decis. 9. de sent. & re iudicat. Put. decis. 244.*
2 *num. 1. lib. 1. uers. Domini tamen*; † & in terminis euitandæ declaratoriæ, quod satis sit oblatio verbalis cum patientia, vbi is contra quem concessum fuit mandatum de manutenendo actum aliquem positiuum exercere, & explicare non tenetur, firmauit sæpius *Rota, & præsertim coram Durano decis. 311. num. 2. Burat. decis. 52. num. 6. & decis. 825. num. 3. & Add. ad eundem Burat. decis. 17. nu. 8. Caual. decis. 364. num. 3. in rec. decis. 319. num. 1. p. 2. & 614. nu. 2. p. 3. & 166. nu. 3. par. 7. Modern. de manut. obseru. 103. num. 11. & 12. & post eumdem decis. 272. numer. 3. vers. adhuc non constat.*

Dici neque potest, quod huiusmodi oblatio tanquam equiuoca, & minus concludens non sit habenda in aliqua consideratione, ex quo Canonici, in declaratione per eos facta de se non opponendo electioni Vicarij faciendæ per Capitulũ Ampurien. omiserunt nomen Ciuitaten. quasi declaratio huiusmodi restringi possit ad deputationem solius Vicarij Ampuriensis: vnde eueniente casu sedis vacantis in dicta Ecclesia Canonici prætendere
3 valeant electionem Vicarij Ciuitaten. † quia huiusmodi obiectum de facili visum est tolli ea ratione, quod in actu præsentationis mandati Rotalis Canonici capitulariter congregati promiserunt, & se obligarunt obedire omnibus in dicto mandato contentis, & expressis, & cum in eo concedatur manutentio Capitulo Ampurien. deputandi Vicarium in vtraq; Diœcesi Ampurien. & Ciuitaten. clarè exinde resultat, quod dicti Canonici voluerunt in omnibus cōsentire electioni faciendę per Capitulum Cathedralis Ampurien. ad formam, & tenorem dicti mandati, & per consequens, vt possit sede vacante eligere Vicarium, etiã pro Diœcesi Ciuitaten. priuatiuè, quoad dictos Canonicos Collegiatæ, vt in ipso mandato continetur *l. si ita scripsero, ff. de condit. & demonstr. l. institutio talis, ff. de condit. instit. l. asse toto, ff. de hæred. instit. l. edita in vers. prout cum, ibi not. C.*
4 *de eden.* † relatio enim inducit repetitionem omnium, cum suis qualitatibus *l. à filio, §. testator cum §. seqq. de aliment. & cibar. legat. Bart. in l. si quis seruum, §. vlt. de legat. 2. Alex. cons. 201. numer. 20. versic. quia cum Honophrius, lib. 6. Menoch. cons. 287. num. 34. Rot. post Pich. ad stat. Vrb. decis. 52. num. 9.*

Neque resistentia paritionis prætẽdi potest ex eo, quod Canonici hanc oblationem verbalem fecerint, vti Capitulum, & nomine Collegiali, non autem, vti particulares Canonici, prout attento tenore decisionis emanatę super declaratoria, coram me sub dicta die 26 Iunij 1648. ad hanc etiam declarationem te-
5 neri videbantur. † Quia placuit responsio data ab informantibus pro parte dictorum Canonicorum Collegiatæ Villæ de Tempio, vt ad effectum cognoscẽdi de sufficienti paritione attendendus solum sit tenor, & substantia mandati Rotalis, quidnè in eo præcipiatur; Vnde cum in eo ordinata fuerit paritio dicti mandati de manutenendo, sub pœna excommunicationis, & interdicti Capitulo, & Canonicos Collegiatæ Ecclesiæ Villæ de Tempio, absque vlla additione, vti particularibus, vel vti singulis satis illis fuit, pro euitanda declaratoria, licet collegiatim congregatis declarasse se promptos, & paratos Rotæ obedire mandatis, neque ad aliquam aliam oblationẽ
6 singulariter faciendam potuerunt † astringi, cum satis paruisse dicatur is, qui monitionem Iudicis adimplere sollicitè curauit, *can. absit. 11. q. 3. Rot. coram Mohed. decis. 9. ad med. ver. ex altera parte de sentent. & re iudicat. Duran. decis. 311. num. 2. Burat. decis. 151. nu. 6. & 7.* Additio præ-
7 terea, † quod nec minus dictum mandatum fuit intimatum dictis Canonicis vti singulis, sed capitulariter congregatis, vnde non poterat oblationem facere nisi capitulariter conformando se modo, & formæ, quibus intima-
8 ti fuerant; † nec ad ipsos vti singulos spectat eligere Vicarium sede vacante, sed ad Capitulũ Cethedralis, vigore dispositionis *S. Conc. Tridentini sess. 24. cap. 16. de reformat.*

Eadem responsione tollitur obiectum de expensis, quæ licet reficiendæ veniant, quan-
9 do sunt liquidæ; † quando verò illiquidæ instare debeat pro illarum liquidatione is, qui declaratoriam euitare intendit, *vt notat Genuen. in prax. Cur. Archiep. Neap. cap. 29. nu. 24. & 25. in Addit. Rota coram Achil. de Grass. decis. 1. num. 2. & seqq. de sent. excomm. in recen. decis. 284. num. 8. p. 6. & in Toletana decimarum 3. Aprilis 1649. coram*
10 *R. P. D. meo Celso §. vel erit illiquida.* Hoc † tamen procedit vbi constat de tali condemnatione, secus autẽ est, quando prout in proposito casu nulla facta fuit condemnatio expen-
11 sarum in mandato; † nam tunc considerari non potest contumacia in parendo, respectu eorum, quæ in dicto mandato non continentur, *dicto can. absit 11. q. 3. Rot. decis. 591. num. 1. p. 2.*
12 *recent.* † non paritio enim aliud esse non dicitur, quam uoluntaria inobedientia, qua quis montionem Iudicis adimplere contemnit, *Rota dicta decision. 591. numero 1. & 641. numer. 3. par. 2. recent. & coram Buratt. decis. 748. in fin.*

Neque uisa fuit alicuius releuantiæ replicatio illa, quod in sententia declaratoriæ dicti Canonici Collegiales legantur condemnati in expensis in articulo declaratoriæ factis Sũmario Capituli Ampurien. *numer.* 1. & sic ad euitandam declaratoriam teneantur saltem liquidare, & reficere huiusmodi expensas. Quia pro responsione considerabant Domini dictam declaratoriam non fuisse simpliciter, & absolutè relaxatam, sed cũ termino unius mensis ad parendum, infra quem cum Canonici sufficienter paruerint declarando se prõptos adimplere omnia contenta in mandato Rotali, minime dici potest, ut locum habe-
13 re potuerit declaratoria, † atque ita Canonici minus obligati fuerunt ad aliquam refectionem expensarum, ad quam tenerentur, in casu tantum, quo post contumaciam in parendo, & post incursum cen-

censurarum in se deinde reuersi peterent absolutionem.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

Habetur præsens decisio in hac eadem causa facta coram eodem Reuerendiss. Papien. sub die 26. Iunij 1648. est supra in hac eadem part. 10. recent. decisio 227.

R. P. D. ARGVELLES.

Calaguritana Beneficij de Ocon.

Mercurij 15. Nouembris 1649.

ARGVMENTVM.

Subdelegatio Iudicis in partibus pro nouo examine faciendo ad instantiam reprobati, quando reprobatus docet de grauamine, & accessus ad Vrbem, non est actus à Rota in ista decisione concessa fuit.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio semper conceditur in causis beneficialibus Calaguritanis.*

2 *Præsumptio iuris stat pro Episcopo.*

3 *Examinatores præsumũtur suspecti si reprobent approbatum ab Episcopo. & num. 4.*

5 *Approbatus semel reprobari non debet.*

Quod procedit tàm in approbato ab eodem Episcopo, quàm ab antecessore num. 6.

Quo casu potest pro nouo examine subdelegari Iudex, & num. 11.

7 *Delegationi Iudicis in partibus eò fortius concedenda est quando accessus ad Vrbem non est tutus.*

8 *Pontifices multa sibi reseruata Episcopis permittunt propter difficultatem adeundi Sedem Apostolicã.*

9 *Prouocatus ad nouum examen debet in Curia accedere.*

Cura animarum reputatur materia grauis, nu. 9.

10 *Fumus grauaminis non est necessarius ad prouocationem pro nouo examine concedenda.*

12 *Rota sequitur Oraculum Sacræ Congregationis Cõcilij.*

13 *Sacra Congregatio Concilij nouum examen in Vrbe non concedit, nisi in parrochialibus, & intra Italiam.*

14 *Decisio 505. part. 2. rec. n. 3. declaratur.*

15 *Examinatoribus Synodalibus Metropolitani est cõmittendum examen stante grauamine examinatorum Ordinarij.*

16 *Oldrad. cons. 18. n. 2. declaratur.*

17 *Scientia est habitus acquisitus, & indiget tempore.*

Examen nouum non est denegandum, n. 17.

Fallit quando effluxit longum temporis spatium, quo quis possit fieri doctior, num. 18.

Quæ fallentia non procedit, quando quis statim nouum examen petyt, licet tempus postea intercedat, num. 19.

20 *Iudex in causis ecclesiasticis nullam habet iurisdictionem sine actorum transportatione.*

21 *Notarij Hispaniarum non solent dare copiam actorum sine compulsoria.*

22 *Citatio contra appellatum, & compulsoria contra Notarios Hispaniarum conceduntur tàm à Tribunali ecclesiastico, quàm à sæculari.*

23 *Malitijs non est indulgendum.*

DECISIO CCCXLVIII.

IVSTISSIMA visa fuit (si vlla vnquam alia Calaguritana) Francisci Gomez appellatio (cui locum esse in istis beneficij constanter 1 semper tenuit † Rota ex doctè, & eleganter deductis in Calaguritana Beneficiorum 17. Februarij 1648. coram R. P. Domino meo Bichio, *) qui cum die 8. Martij 1648. fuisset ab Ordinario approbatus ad curam animarum, & obtinuisset licentiam generalem inseruiendi Parochialibus loco Rectorum, audiendæ confessiones, & absoluendi à casibus reseruatis, excepta excommunicatione maiori, sacrilegij (vt ipsa cantat facultas (per spatium vnius anni summ. num. 3. In concursu postea (tribus tantum mensibus interiectis nempe 8. Iunij eiusdem anni) de more habito ad Beneficiũ simplex de Ocon fuit ad curata reprobatus habili, & digno ad ea declarato Garzia Clerico primæ tonsuræ, & qui nõ ita pridem in alio examine fuerat reiectus. Immo (quod plus est) cum eadem ipsa die reprobationis fuerit ei reualidata, & confirmata supradicta facultas ab ipso Episcopo vsque ad futuram visitationem, & per separatum instrumentum specialis commissa potestas, vt in Beneficio Parochiali de Ocon, & eius annexis munere fungeretur curati per biennium cum clausula, *& pariter mandamus Beneficiatis, & cæteris personis ecclesiasticis, & sæcularibus oppidi prædicti, & illi annexorum quod habeant, & teneant pro Curato deferendo ei honores, & præeminentias, & respondendo ei de fructibus, & emolumentis ipsi debitis occasione dicti muneris, &c.* A quo si non manifesto, saltem plusquam probabili grauamine appellante Francisco, & vt subdelegaretur Iudex in partibus, coram quo iterum ad examen reuocaret petẽte, fuit affirmatiuè responsum.

Quid enim aliud fecisse videntur examinatores, quam Episcopum suum ipsum, cuius famæ prospicere, cuius decreta reueri maximè tenebantur, redarguere, & insimulare summæ negligentiæ, dum, quem in Curatum ipse deputat, eadem die incapacem iudicant ad beneficium simplex in eadem Ecclesia, li-
2 cet in vanum † cum præsumptio iuris stet pro iudicio Episcopi, *cap. in præsentia 6. & ibi Doct. de renunciat. Sacros. Concil. Trident. sess. 24. de Reformat. cap. 18.* vbi multis de more congestis *Barbos. n. 15. & de offic. Episc. alleg. 60. num. fin. in fine tom. 3. et de offic. Paroch. par. 1. cap. 2. num. 141. Rota cũ alijs in Maioricen. parochialis 13. Iun. 1646. §. si quidem pro iudicio Ordinarij semper præsumendum est, & 18. Iunij 1647. §. nam quamuis, coram*
3 *R. P. D. meo Celso*, † & magna suspicio irrationabilis iudicij examinatorum, & tam ad id, quàm ad subdelegationem concessam optimè quadrant verba *Pontif. in cap. accepimus 13. de ætate, & qualitate ordinandorum*, ibi, *Vnde gra-*

uiter

uiter sustinere non debes, sed uobis potius deuotè inclinare teneris si illos examinare per alios facimus, quos sine examinatione non credimus ordinatos; & Rota quasi adamussim pro nostro casu resecata *in vna Legionen. beneficij de Capillas 15. Februarij 1588. coram clar. mem. Card. Pamphilio* §.1. ibi, *Et maximè quia ex circumstantijs facti non modicam conceperunt suspicionem, quod huic repulsioni causam debent nimia gratia erga Garziam*, & apud *Seraphin. decis. 968. num. 1. ad fin.* ibi, *Præterea cum & ante præsentationem, & post habitus fuerit pro habili ad Curata, valde inuerisimile est, quod medio tempore fuerit inhabilis, vnde valde suspecta videtur relatio priorum examinatorum*. Et agitur ibi
4 de reprobato, † qui & ante, & post examen (licèt non ipso die, vt iste noster,) sed multis interiectis habuerat licentiam inseruiendi in Curatis, & sic in fortioribus, & mirè corā *Comitulo in causa Calaguritana, & subdelegationis examinis decis. 38. num. 3.* ibi, *Prætérquam quod qui per ipsum Ordinarium ad curam animarum deputatus fuerat in ascensu ad simplex beneficium citra iniuriam non præsumitur reprobatus, &c.* & paulò inferius. *Maximè cum paucos post dies idem Petrus ab examinatoribus approbatus fuerit, & ex prouisione datus in Coadiutorem curæ*.

5 Conducit etiam regula vulgaris, † quod approbatus semel non debet reprobari, *l. Pomponius, ff. de negoc. gest. & multis DD. Valasc. axiom. 19. littera A.* vbi in fine respondet contrarijs, & addo *Oldrad. cons. 18. cum primum in princip. Innoc. in cap. cum venerabilis num. 7. vers. item si admitto, de except. et in d. cap. accepimus num. 1. Felin. in cap. ex litteris de constit. num. 6. et in dicto cap. cum venerabilis num.* 48. qui loquuntur in puncto approbatorum ad beneficia, & est optimus *text. in dicto cap. accepimus*, vbi loquitur non solum
6 de approbato † ab Episcopo, sed etiam de approbato ab antecessore, *cap. horrendum 17. 37. quæst. 5. cap. satis peruersum 7. 56. distinct. et alijs per Amayam in l. 3. in fin. C. de canon. largit. tit. lib. 10. & Larream decis. Granat. 2. num. 5. et 12. vbi num. 20.* respondet contrarijs. Et in terminis, quod debeat subdelegari examen in partibus, *Rota dicta decis. 38. coram Comitulo*, & pro constanti supponitur coram *Penia decis. 106. num. 2.* vbi fuit negatum ex eo, quod post quadriennium à die reprobationis fuerat petitum, & in fortioribus coram *san. mem. Gregor. XV. in alia Calaguritana decis. 581. num. 2.* quia ibi appellans venerat ad Curiam, & ibi fuerat approbatus ad Curata, & appellatus, qui remanserat in partibus, obtinuit, vt subdelegaretur examen in partibus, quia prætendebat esse etiam habilis ad Curatum, cum fuissent antea à Synodalibus vterque tantum ad simplicia approbati: & quod magis est, quia nec in dictis decisionibus fuit dubitatum dandam esse subdelegationem, sed ex alijs causis prætendebatur, esse denegandum examen, non verò subdelegationem, in casu quo examen esset concedendum.

Et multò minus posset dubitari in præsen-
7 ti ex supra deductis circumstantijs. † Accedit ratio æquitatis, & iuris, quod valde onerosum, & damnosum videretur, propter magna pericula quibus (istis maximè temporibus) terræ scatent, & maria, & si quis à longissimis Hispaniæ Occidētis Regionibus per varios casus, per tot discrimina rerum in latium tendere cogeretur, & tot dispendia ferre viarum, & malitijs indulgeretur *quippe sæpè etiam cum magna captione à rebus nostris auocamur*, vt in non dissimili prorsus *tex. in l. sed si quis 7. ff. de testam. quemadm. aperiantur*, & benè faciunt in fortioribus tradita per *Castr. consil. 195. num. 2. ad fin. vers. respondet Ioannes Andreas ad Speculat. addit. vltim. in tit. de offic. omn. iud. pag. mihi 154. col. 1. post princip. vers. sufficit cum seqq. nam extra larem ad iudicium vocati* (ipse ait) *mæsti solent esse, & mæstos penates componere item constat*, (sunt etiam verba ipsius) *longe pluris posse esse grauamen itineris, quam causæ principalis*, & sic ratiocinantur Imperatores *in l. Mediterranea, C. de annon. & trib. lib. 10. tit. 16.* ibi, *vt plus haberet dispendij translatio, quam deuotionis illatio, & in l. apparitores 5. C. de exactor. tribut. eod. lib. tit. 19.* ibi, *ne longinqui itineris diuersitate susceptor abductus, & curiæ suæ desit* (penè dixit curæ, vt in nostro casu) *& rei familiaris detrimenta sustineat*, & quæ iunxit *Amaya. in l. pro locis, C. dicto tit. de annon. à num. 2. ad 7. & verba text. in l. nemo 8. eod. tit.* ibi, *sed omnis itineris, ac necessitatis habita ratione delegetur*, & sanctè Pontifices multa permittunt Episcopis dispensare propter diffi-
8 cultatem adeundi Sanctam Sedem, † quę sunt ipsi Sedi Apostolicæ reseruata, de quibus *Sanchez lib. 4. Decalog. cap. 40. Barbosa de offic. Episc. alleg. 37. num. 11. & 13. cum alijs*.

Non obstant modò, quæ contrariū trahuntur, non Rota in allegatis Maioricen. parochialis, vbi quod appellatus, & prouocatus ad nouum examen in Curia debeat accedere, nam magna est differentia, quia ibi agitur de
9 parochiali ob grauitatem materiæ, † quæ animarum curam concernit, vt ait *Lotter. de re benef. lib. 2. q. 31. in fin.* Præterquam quod ibi appellans venerat in Curiam, & ibi prouocabat ad nouum examen, & videbatur magis necessarium, quia non posset cognosci quis esset doctior, nisi facta comparatione, & collatione in concursu, & dabatur fumus grauami-
10 nis (licet fortè non sit necessarius ad † istam prouocationem, *Gonzal. reg. 8. gloss. 4. num. 144. Garz. de benef. par. 9. cap. 2. num. 151. post med. vers. vnde Gonzal.*) quę omnia potuerunt mouere ad denegandam subdelegationem, nos verò sumus in simplici, & Garzia nō prouocat ad nouum concursum, & examen, nec agunt de probanda maiori literatura, sed Franciscus tātum nititur se fuisse grauatum in reprobatio-
11 ne ad Curata, † quo casu esse concedendam petitam subdelegationem pro constanti supponit *d. decis. 106. coram Penia num. 3. cum seqq.* & ambo sunt in partibus, & grauamen ostenditur iuris maxima præsumptione (vt iam dictum est) & tandem quia non ita longè sunt positæ Insulæ Balleares à Rota, quam locus de Ocon Occidentis vsq; ad vltimum sinum ablegatus, & Sacra Congregatio, cuius ora-
12 culum sequitur † *Rota in dictis Maioricen.* & semper reueretur ex ibi congestis non hoc practicauit

cauit, nisi in Parochialibus, & intra Italiam
13 non extra, † & nouum, & singulare esse notat *Barbosa de offic. Parochi d. par. 1. cap. 2. num.* 148. & sic non est interpretatione extendendum, *l. 2. C. de noxal. l. si quando 35. C. de inoff. testam. D. Martinus de Larreatiqui lib. 8. selectar. cap. 10. nu. 3. in fin. & Bulla Pij V. in conferendis in ord. 33. mihi qui vtor Bull. impress. anno 1617. pag. 219. §. vt autem 7.* ex qua sumitur fundamentum, loquitur etiam in parochialibus tantum.

Nec refragatur *decisio 505. par. 2. recen. num. 3.*
14 vbi † quod Bulla Clementis Octaui super Beneficijs Calaguritanis recipit interpretationem passiuam à Concilio vbi supra, & d. Bulla Piana, quia decisio non loquitur generaliter, sed eo casu, quo agebatur de numero examinatorum Synodalium necessario, in quo pars est vtriusque ratio, non verò in alijs, prout in nostro casu expresse in allegatis decisio prout nec in executione sententiæ, vt toties dixit, & dicit Rota (vtinam, non tantoties, & daretur, & arriperetur occasio ab examinatoribus, & litigantibus) & luculenter in *dicta Calaguritana beneficiorum* 17. *Februarij* 1648 *coram R. P. D. meo Bichio*.

Parum facit, quod examen est faciendum
15 coram Examinatoribus Synodalibus, † quia sunt etiam Synodales apud Metropolitanum, & viciniores ex Sacri Concilij decreto, quibus committi poterit, & ad quos (nempè Metropolitanum, & viciniores) recurri posse in casu grauaminis, vt ibi examen nouum fiat dicunt expresse verba Piana supra relata.

16 Nec obloquitur *Oldrad.* † *d. cons. 18. n. 2. & seqq.* (quem refert, & sequitur *Felin. vbi supra in d. cap. ex litteris num. 7.*) quia in specie benè respondet *Rota d. decis. 968. num. 9. vers. ibi, & ideo non obstat quod allegatur ex cons. Oldr. 18. quia prærterquam quod loquitur in Curato ibi non concurrebat probatio extremorum, vt in casu isto, & si quis per nouum examen reprobari potest, quod non negamus admitten. quoque est per nouum examen, & per vrgentiores probationes approbari posse*, quæ tota est in persimili casu, vt supra notaui, & Oldrad. solum dicit, *quod promotus ad duo Curata potest repelli à tertio ex defectu insufficientiæ detectæ* (sic sunt verba) hic nec sumus in Curatis, nec in casu insufficientiæ, cum potius constet de contrario ex approbationibus Episcopi, maximè ipso eodem die examinis, *cum regula sit, quod nemo repente fuit bonus, nec doctus*, quia scien-
17 tia est habitus acquisitus, † & indiget tempore ex allegat. à Lotter. vbi supra, & esse dandũ nouum examen benè docet *Greg. X. in cap. si fortè 11. de elect. in 6.* illis adiectis verbis notandis, *Cæterum si præmissi examinis exitus huiusmodi oppositiones docuerit veritate destitui opponentes omninò à propositione causæ, in qua talia obiecerunt excludimus, & perinde puriori decernimus ac si penitus in probatione omnium, quæ obiecerant, defecissent*, vbi obijciens illiteraturam, & alios defectus falsus inuentus per examen, quod illam, factus est omnium reus.

Non vrget denique, quod ex longo temporis lapsu potuerit Franciscus fieri doctior,
18 & sic † examinis probatio non sit concedenda, cum non possit iuuare *ad l. ad probationem la 2. in ordine 22. C. de probat. san. mem. Gregor. XV. decis. 184. num. 3. Caual. decis. 87. num. 4.* (*Lotter. d. lib. 2. quæst. 31. num. 155. vers. primo qui extollit Rotæ ratiocinationem d. decis. 505. num. 4. par. 2. recent. Penia d. decis. 106. num. 4.*) cum habilitas debeat inspici de tempore primi examinis ex allegatis à Lotter. & Rota vbi proximè, & in dicta Legionen. Primò, quia in dictis decisionibus erat transactum quadriennium à die primi examinis; Secundò, & melius, quia hoc intelligitur quando per appellantem stetit quominus statim subijceretur examini. At Franciscus cum primum potuit appellauit, misit ad Curiam pro inhibitione, & compulsoria,
19 & subdelegatione examinis, † ex qua ratione nihil interesse temporis inter capedinem dixit *Rota coram Seraph. d. decis. 968. num. 8. & coram clar. mem. Card. Pamphilio in d. Legionen. de Capillas 15. Februarij 1588. §. nec etiam obstat*, vbi cum fuisset lapsus annus cum dimidio Domini dixerunt (sunt verba Rotæ) *non tantum temporis intercessisse, vt potuerit fieri doctior*. Quinimo magno conatu obstiterunt Agentes pro Garzia non solum huic subdelegationi, sed etiam dubij disputationi per multos menses ante ferias allegando defectum transportationis
20 actorum, † sine qua in causis ecclesiasticis nulla est Iudici iurisdictio, ex latè discussis in *Romana Societatis affictus 27. Martij 1647. coram me*, in quo nihil potuit Francisco imputari,
21 quia Notarij Hispaniarum † nec solent, nec volunt dare copiam actorum sine compulsoria (licet si vellent posse tenuit *Scacc. de appell. lib. 2. cap. 11. num. 125. cum seqq. & lib. 3. quæst. 20. nu. 34.* qui refragantes memorat numeris antecedentibus *Pareia de edition. instr. tit. 3. nu. 25.*) Immò multoties expectant secundam iussionem, & ideo appellantes se præsentant cum testimonio suę appellationis coram superiore, & petunt mandatum inhibitionis contra inferiorem, & citationem contra appellatum,
22 & compulsionis contra Notarium, † & hæc duo vltima conceduntur tam in Tribunalibus ecclesiasticis, *Paz. in prax. 2. par. 2. tom. cap. vnico num. 12.* quam in sæcularibus, *ibi 6. part. 1. tom. cap. 1. num. 10.* & sic non licuit misero grauato firmare Rotæ iurisdictionem cum transportatione actorum. Et satis exclamabat Dominus causæ Patronus Abbas Bertuccius, quod erat partis cauillationis, vt tempus interim laberetur vti posset postea dictam exceptionem tẽporis transacti obijcere, & protestabatur ne hoc sibi inferretur præiudiciũ, vel non officeret si opponeretur, vel de aliquo
23 remedio prouideri, † nec malitijs indulgeretur, *l. cum hi 8. §. si cum lis, ff. de transact. cum vulg.* quando per hoc nullum præiudicium inferebatur negotio principali (quod esse obseruãdum, & notandum dixit Ioãnes Andreas vbi supra) & tandem transportatis actis Agentes Garziæ varijs vsi subterfugijs, fecerunt ne causa vsque ad supra in Epigraphe notatum diem proponeretur (& ego postea aduersa valetudine detentus non potui ita oppido decisionem extendere.) Et ita visum Dominis nihil

nihil obstare temporis decursum prædicti, cũ non sit culpa Francisci, vt in allegatis decisionibus Pamphilij, & Seraphini, maximè stante dicta magna suspicione contra Examinatores, & dictis approbationibus ad Curata, vt in ipsis decisionibus, & in dicta decis. 38. coram Comitulo.

Et ita vtraque &c.

Decisio hic allegata in hac eadem causa emanata sub die 17. Februarij 1648. coram bo. me. Bichio est impress. in part. 9. recent. decis. 155.

REVERENDISS. P. D. CERRO.

Sacr. Rot. Rom. DECANO.

Firmana Codicillorum.

Lunæ 15. Nouembris 1649.

ARGVMENTVM.

Legatum Vxori relictum de vsufructu hæreditatis, quod regulariter ad alimenta restringitur extantibus filijs communis matrimonij hic limitatur stantibus coniecturis, de quibus in decisione.

SVMMARIVM.

1 *Legatum vsusfructus relictum vxori restringitur ad alimenta quando supersunt filij communis matrimonij.*

Quod fallit suadente contrarium voluntate testatoris. num. 2.

Item fallit quando testator reliquit vxorem dominam, & madonnam, & vsufructuariam omnium, & singulorum bonorum, ac vniuersæ hæreditatis. num. 3. & 4. & 12.

Item fallit ex discretiuo modo loquendi à testatore adhibito. num. 5. & 7.

6 *Diuersitas in modo loquendi demonstrat diuersam dispositionem.*

8 *Dispositio fauorabilius, & latius est interpretanda pro eo, erga quem testator dixit habere beneuolentiam, & amorem.*

9 *Verba sat est, quod aliquid operentur ad euitandam superfluitatem.*

10 *Dispositio Testatoris, quod mater conuiuat, & commoretur cum filio substantialiter importat onus.*

11 *Legatum quid comprehendat dignoscitur ex qualitate oneris iniuncti.*

12 *Rota apud Crescentium decis. 5. de testament. declaratur.*

13 *Pater vxoris quærelatus à marito nullum potest consequi emolumentum ex vsufructu eidem vxori à marito relictum.*

14 *Legatum vsusfructus vxori relictum quando ob existentiam filiorum restringitur ad alimenta.*

Hoc debent intelligi vsquequo filij viuant, nam si matri præmoriantur debet illa ad vsumfructum admitti.

15 *Vsusfructus relictus matri contemplatione cohabitationis cum filio expirat si filius moriatur.*

16 *Vsusfructus relictus matri facta mẽtione, quod cohabitet cum filio, quando ob illius mortem non expiret. & num. 17. & 19.*

18 *Vsusfructus ad vitam relictum non extinguitur nisi cum morte illius, cui relictum fuit.*

20 *Pater potest recipere restitutionem dotis filiæ viduæ diuerso modo, quo eam constituit dum integra remaneat eiusdem dotis mensura.*

21 *Verba debent intelligi singula singulis congruè referendo, & quomodo procedat. num. 22.*

23 *Priuatio non incurritur absque mora damnabili.*

24 *Matrices, seu sbozzi, extenso instrumento in publica forma solent lacerari. & num. 25.*

26 *Voluntas codicillantis potest etiam sine scriptura probari, sed cum depositione Parochi, & duorum testium.*

DECISIO CCCXLIX.

IN hodierna propositione super resolutis coram me prima Martij præteriti informantes pro Venerabili Monasterio S. Martæ Ciuitatis Firmanæ eadem repetierunt, quæ alias per eos adducta fuerunt, & in præcedenti decisione iure optimo reprobatur; Ideò Domini ijs non obstantibus steterunt in decisis.

Iterum siquidem non obstare visa fuit opinio Bulgari consuetudine vniuersali recepta,
1 quæ † superexistentibus filijs communis matrimonij legatum vsusfructus vxori relictum ad alimenta restringit, vt refert *gloss. in auth. hoc locum, verb. derogari, vers. sed secundum, C. de secundis nupt. Rot. decis. 748. num. 1. & 2. par. 4. diuers. & coram sanct. mem. Gregor. decis. 460. num. 7.* Nam
2 ab ipsa receditur, ita suadente † testatoris voluntate, ex adductis per *Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 9. tit. 7. num. 20. Castill. de vsufruct. cap. 45. num. 10. Cyriac. controu. 242. num. 1. vers. tamen, & seq. Rot. decis. 241. num. 13. par. 5. recent. Adden. ad sanct. mem. Greg. dicta decis. 460. sub nu. 17. cum alijs relatis in decisione huius causæ edita 25. Maij 1648. coram R. P. D. meo Otthobono, §. minusque releuat, & in dicta præcedenti decisione coram me, §. quia ab huiusmodi.* Quæ in casu nostro satis manifestè dignoscitur tum ex verbis Codicillorum, tum ex discretiuo modo disponendi, tũ etiam ex coniecturis nouiter perpensis eam plenè conuincentibus.

3 Ex verbis Codicillorum, quia Testator in ipsis reliquit Dianam eius vxorem, Dominã, & Madonnam, & vsufructuariam omnium, & singulorum bonorum, ac vniuersæ ipsius hæreditatis. Huiusmodi enim dispositio reiteratis, & geminatis verbis vniuersalibus concepta non recipit restrictionem ad alimenta, sed plenarium designat vsumfructum, vt probant *Soccin. sen. cons. 1. num. 11. vers. vnde primo facit lib. 4. cæterique adducti in dicta decisione coram me dicto §. quia ab huiusmodi, vers. ponderando præsertim, & vltra eos Gozzadin. cons. 47. num. 5. Rimin. iun. cons. 322. num. 3. cum seqq. Surd. cons. 218. nu. 6. & seqq. Sim. de Præt. de interpret. vltim. volunt. lib. 4. dub. 10. sub num. 71. vers. vltra eum potest comproba-*
4 *ri fol. mihi 414. dicens,* quod ista verba † geminata, & reiterata impediunt restrictionem, quæ alias fieri deberet secundum consuetudinem Bulgar. *Card. Mant. d. tit. 7. n. 24. & 32. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 136. n. 54.*

Ex

Ex discretiuo modo disponendi. Quia quando voluit eidem vxori sola alimenta relinquere, vsus fuit alijs verbis id specialiter exprimentibus, vt legitur in Testamento ab ipso antecedenter confecto, ibi, *E dargli quel tanto, che gli farà bisogno per vitto, e vestito, &c.* & ibi, *Gli si debbe dare il soprapiù per vitto, e vestito, &c.* Vnde dum in Codicillis postea conditis sermone diuerso, & longe ampliori loquutus fuit expressè relinquens vsumfructũ omnium, & singulorum bonorum, & vniuersæ eius hæreditatis, ex hac profecto discretiua, & differenti loquendi forma apertè conuincitur, quod non alimenta simpliciter, sed plenum, & integrum vsumfructum eidem
5 vxori relinquere voluit; † vt benè in pũctualibus terminis firmant *Castr. cons. 218. nu. 1. lib. 1 Alexan. cons. 56. sub num. 2. vers. & in indiuiduo lib. 3. & cons. 214. num. 13. lib. 6. Rimin. sen. cons. 456. num. 12. Bero. cons. 34. num. 5. lib. 2. Dec. cons. 454. sub nu. 2. vers. ex tali enim distinctione, Aym. cons. 32. sub num. 1. & seq. Sim. de Prat. vbi supradicto dub. 10. num. 72. Surd. de alimen. tit. 2. quæst. 15. sub num. 129. Card. Mantic. d. tit. 7. num. 25. in fin. vers. verum enim uerò, Menoch. d. præsumpt. 139. num. 44. Benintend. decis. 98. nu. 1. vers. ad hoc tamen, & dictum fuit in d. Romana hæreditatis de Fabijs 13. Maij 1646 coram R. P. D. meo Otthobono, §. vlterius,* ac in dictis præcedentibus decisionibus locis supra allegatis.

Nec facit, quod huiusmodi posterior dispositio etiamsi restringatur ad sola alimenta, nihilominus nõ sit planè inutilis, sed aliquid operetur vltra id, quod fuerat in testamento ordinatum, cum ex ipsa Diana haberet preeminentiam, & eximeretur ab onere conferendi, & computandi fructus dotales.

Quia (vt responsum fuit in altera decisione §. idque etiamsi) vis in eo consistit, quod
6 diuersa forma loquendi demonstrat † testatorem voluisse diuersam facere dispositionem circa substantiam, & quantitatem relicti, atq; ideo eam verbis adeo amplis, & reiteratis cõcepit, vt congruè restringi non posset ad alimenta, quæ solum in testamento reliquerat, vnde non sufficit aliqualis operatio, nisi relictum extendat ad integrum, & plenarium vsumfructum. Ponderando præsertim, quod si intellexisset testamentariam dispositionem repetere addita dumtaxat præeminentia, & reiecta fructuum imputatione, facilius sibi fuisset adimere imputationis huiusmodi conditionem, & addere facultatem percipiendi alimenta propria auctoritate, quæ præemi-
7 nentiam importat; † ideo cum dispositio posterior diuersam à præcedenti præferet relicti formam de victu, & vestitu ad vsumfructum omnium, & singulorum bonorum, & vniuersæ hæreditatis, verius esse existimarunt Domini, codicillare relictum intelligi de pleno vsufructu formali iuxta propriam verborum significationem, & testatoris mentem, quæ fuisse censetur, vt in sui vniuersalitate præstationem dicti plenarij vsusfructus totaliter operetur, vt concludit *Castr. d. consil. 218. sub d. num. 1. in fine, vers. verbum namque lib. 1. Rim. sen. dicto consil. 456. à num. 8. per tot. & numer. 12. Rim. iun. dicto cons. 322. ante num. 10. vers. sed interposuit.*

Ex coniecturis denique, quorum prima desumitur ex declaratione ipsius Testatoris, qui in principio Codicillorum explicitè professus fuit eos ideo conficere, vt declararet amorem, & beneuolentiam, & charitatem erga prædictam eius vxorem, ibi, *Ad declarandum amorem, beneuolentiam, & charitatem, quam (vt æquum est) habuit, & habet erga D. Dianam nunc ipsius vxorem, &c.* Quæ sanè aperta dilectionis, & charitatis declaratio arguit animũ pinguius ad eius fauorem disponendi, & per
8 consequens operatur, † vt latius, & fauorabilius in illius beneficium huiusmodi dispositio debeat interpretari; *vt per text. in l. in testamento, ff. de fideicomm. liber. in l. si seruus plurium, §. final. ff. de legat. 1. & in l. Aurelius, §. Titius testamentum, ff. de liber. legat. ad propositum arguit Dec. cons. 601. num. 6. Surd. cons. 493. sub num. 6. vers. & hæc interpretatio, Menoch. præsumpt. 123. num. 7. & seqq. lib. 4. Benintend. d. decis. 98. num. 8. Card. Seraph. decis. 240. sub num. 1. Adden. ad decis. 636. sub num. 65. & seqq. par. 8. recent.*

Idque etiam si ibidem non solum expresserit amorem, & beneuolentiam erga vxorẽ, sed etiam erga filium.

Quia ob amorem vxoris addit relictum pleni vsusfructus; & detraxit onus imputandi fructus dotales, ob amorem verò filij apposuit onus eidem vxori iniunctum conuiuendi, & commorandi cum eo, & conditionem quod non illa solum, prout in testamento ordinauerat, sed pater etiam, & quiuis alius, ad quẽ spectaret dotem recuperare, illam recipere teneretur in eisdem bonis ipsi Testatori assignatis, & consequenter exindè non eneruatur vis ponderatæ coniecturæ, cum regulariter sufficiat, quod verba aliquid operentur,
9 & in † aliquo casu verificari possint ad euitandam superfluitatem, per ea, quæ dixit *Rota decis. 446. num. 4. & decis. 527. num. 8. par. 4. recent.*

Secunda elicitur ex prædicto onere conuiuendi, & commorandi cum filio, quod sub-
10 stantialiter præsefert onus † illum alendi, vt in simili voluit *Bart. cons. 4. num. 3. in fine lib. 1.* Quod equidem non potuisset impleri si alimenta tãtum ipsi vxori necessaria relicta fuissent; Ideoque eo magis arguit plenum vsumfructum testatorem eidem reliquisse, vt ex eo
11 filium quoque alere posset. † Ex qualitate enim oneris iniuncti benè dignoscitur, quid fuerit in legato comprehensum, *ad text. in l. Mæuia, §. fin. ff. de ann. legat. Giouagnon. consil. 63. num. 39. lib. 1. Surd. cons. 493. sub num. 4. vers. & ex qualitate, & in tract. de aliment. tit. 2. quæst. 3. num. 8. Card. Mantic. vbi supra lib. 6. tit. 12. sub num. 1. cum seqq.*

Indeque non applicantur deducta coram *Crescent. decis. 5. de testam.* cum alijs pro contra-
12 ria opinione allegatis. † Procedunt enim in casu, quo Testator simpliciter legauit vsumfructum cum solis verbis, *omnium, & singulorum bonorum, vt in dicta decis. 5. ante num. 3.* Secus

autem vbi, prout hic, concurrit discretiuus modus disponendi inter vnam, & alteram dispositionem addita fuerunt verba adeo vniuersalia geminata, & reiterata, ac adsunt coniecturæ superius ponderatæ, ijs enim saltem omnibus simul iunctis plenarium vsumfructum deberi puntualiter probant omnes superius congesti.

Nec contrarium suadetur ex coniecturis ab altera parte ponderatis, prima namque desumpta ex litibus, & quærela criminali vertentibus, & porrecta contra patrem Dianæ,
13 etiamsi forsan obesse poterit eidem patri, † vt proinde consequi non posset aliquod emolumentum ex vsufructu eius filiæ relicto ad tradita per *Rot. coram sanct. mem. Gregor. decis. 443. num. 5. & in decis. 547. num. 4. par. 4. recent.* Attamen obijci non potest contra eandem Dianam, quę ab ipsomet testatore agnita fuit pro vxore dilectissima, vt clarè ostendit declaratio superius adducta.

Secunda verò elicita, ex quo ipse Testator filio in pupillari ætate decedenti substituit Monasterium cum prohibitione detrahendi legitimam, & trebellianicam, & cum onere recipiendi tot moniales, quot recipi possent iuxta quantitatem reddituum eius hæreditatis, nullius pariter est momenti; nam prædicta prohibitio ostendit quidem mentem Testatoris deferēdi hæreditatem substituto absq; vlla detractione Proprietatis, non autem repugnat legato integri vsusfructus, cum ex eo nulla inducatur Proprietatis diminutio; onus verò recipiendi Moniales pro quantitate reddituum cum appositum fuerit absque præfixione diei incipere, & impleri poterit, quando hæreditas ad ipsum Monasterium cum effectu perueniet extincto vsufructu per mortē naturalem legatariæ; Interim verò, quia sub huiusmodi relicto non comprænhenditur legitima eiusdem filij, vt declaratum fuit in sententia R.P.D. mei Otthoboni, & firmatur in altera decis. §. quia cum legitima impleri poterit, quatenus fieri possit, ex fructibus ipsius legitimæ ibidem non comprænhensæ, & ad Monasterium deuolutæ.

Præterea animaduertebant Domini, quod sicut supradicta indubitanter procedunt viuente ipso filio ex iuribus allegatis, ita certius procedere debent ipso in pupillari ætate de-
14 functo. † Regulariter enim etiam in casu, quo ob cōsuetudinem Bulgari legatum vsusfructus reducitur ad sola alimenta, huiusmodi tamen reductio non est perpetua, sed temporalis, donec scilicet filij communis matrimonij naturaliter viuant, ipsis verò defunctis, prout hic, & extraneo succedente, vxor legataria cōsequitur integrum vsumfructum eodem modo, quo illam cōsequuta fuisset iuxta mariti prædefuncti dispositionem, nisi filij tunc temporis adfuissent, vt distinguendo docet *Bart. in l. Titia 35. §. Titia cum nuberet, num. 7. in fin. ff. de legat. 2. & in consil. 56. sub num. 5. vol. 1. Roland. consil. 54. sub num. 10. & 11. lib. 2. Paris. cons. 96. num. 29. lib. 2. Gozzadin. cons. 99. nu. 9. Honded. consil. 63. num. 135. lib. 1. Crass. in §. legatum, quæst. 24. num. 4. Fontanell. de pact. nupt. lib. 1. claus. 4 gloss. 22. num. 58. & lib. 2. claus. 7. gloss. 3. num. 10. & 99. Gabr. de vsufruct. conclus. 3. num. 7. Surd. de aliment. tit. 2. quæst. 15. num. 162. Gail. practic. obseruat. lib. 2. obseruat. 144. num. 7. cum seqq. Card. Mantic. vbi supra dicto tit. 7. num. 19. Peregrin. de fideicommiss. artic. 12. nu. 28. Petr. Pecch. de testament. coniug. lib. 5. cap. 3. Cyriac. dicta controuers. 242. nu. 5. sanct. mem. Gregor. d. decis. 460. num. 7. & 8. ibique Adden. num. 17. vers. cessat autem.*

Nec subsistit, quod ob conditionem commorandi, & conuiuendi cum filio præfatus vsusfructus videatur relictus eius contempla-
15 tione, † & proinde expirauerit sequuta morte ipsius, ex traditis per *Menoch. consil. 970. n. 26. Cyriac. controu. 50. n. 8. cum seqq.*

Quia vltra responsiones datas in dicta decisione, §. quinto denique vsque in finem, quæ Dominis visæ fuerunt omninò subsistentes, ponderatum fuit, quod Testator exprimendo prius affectionem erga Vxorem, & deinde
16 erga filium, † verisimiliter præsumitur, quod vel principaliter respexerit ad vxorem, per *tex. in l. quoties, ff. de vsufruct. in l. hæredes mei, §. fin. ff. ad Senat. cons. Trebel. & in l. de fideicommisso, ff. de legat. 2. Dec. dicto cons. 601. nu. 5. vers. & cum respectus, Menoch. præsumpt. 16. num. 4. lib. 4. Buratt. decis. 721. num. 3.* Vel saltem personam vtriusq; æqualiter contemplauerit, vxoris scilicet ratione emolumenti, filij verò ratione com-
17 modi, † ac beneficij educationis, ideoque ob mortem istius cessare non potest codicillaris dispositio, *l. si non lex 83. ff. de hæred. instit. Dec. dicto consil. 601. sub num. 5. vers. concludendo mihi videtur, Surd. de aliment. tit. 5. quæst. 4. num. 16. & comprobauit Rota coram bo. me. Buratto decis. 12. nu. 12. & decis. 251. nu. 12. par. 5. recent.*

Quæ fortius procedunt in proposito, quo ipse Testator non solum specialiter respexit tempus vitæ naturalis Dianæ vxoris, ibi, *Do-*
18 *nec ipsa naturaliter vixerit;* † Itaut proinde nonnisi per eius obitum relictū extingui debeat, *per text. in l. 3. C. de vsufruct. & in dict. §. finitur instit. eod. Purpurat. cons. 416. per tot. Rimin. iun. consil. 323. num. 15. Benitend. dicta decis. 98. num. 5. Rota dicta decis. 636. num. 1. & seqq. part. 8. recent.* Sed etiam adiecit conditiones, & onera illius personæ cohærentia, nempè viduitatem, & ac-
19 ceptationem dotis in corporibus † assignatis, quæ sanè demonstrant relictum ad eam fuisse relatum, & cum ea substineri, nec extingui cum persona filij, *Dec. dict. consil. 601. nu. 5. vers. ista verba, & seqq. Menoch. consil. 146. num. 12. vers. quarto confert, & præsumpt. 123. num. 11. lib. 4.* quos sequuta fuit *Rota dicta decis. 636. num. 6. & seqq.* Aliàs enim nimis esset absurdum, quod vxor dotem acceptasset, & vidua permansisset, ac permanere velit, & tamen ob mortem filij commodo relicti priuaretur contra iuris, & æquitatis rationem, ac prudentis cuiusque iudicium.

Minusue obstat, quod huiusmodi relictum euanuerit ob non impletam conditionem recipiendi dotem in corporibus assignatis.

Quia cum illius repetitio de iure spectaret ad Claudium Dianæ progenitorem, & ipse

tam

tam proprio nomine, quam nomine eius filię acceptauerit Codicillos, & obtulerit se, ac filiam paratos recipere restitutionem dictæ dotis iuxta formam in ipsis præscriptam, prout valdè facere potuit tam attento codicillorum
20 tenore, quàm ex iuris dispositione, † dum salua remanebat integra dotis mensura *Auth. & quamuis, C. de rei vxor. act. sumpta ex §. quia verò auth. de æqualit. dot. Rimin. sen. cons. 105. numer. 1. Rota decis. 540. num. 10. par. 8. recen. & coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 153. num. 3. & 4.* Prædicta conditio videtur totaliter impleta, vt dictum fuit in supradicta decisione corã me §. *Placuit enim responsio*. Dictoque implemento obesse non potest mandatum de manutenendo deinde per Dianam obtentum super omnibus bonis viri. Tum quia petitum fuit non solum ex iure dotali, sed etiam Codicillorum, &
21 successionibus ab intestato, † proindeque singula singulis congruè referendo intelligi debet pro iure dotali super bonis mariti iure aliorum titulorum, vt respondetur in dicta decisione *dict. §. Placuit enim responsio*, & probat *Aym. cons. 188. nu. 8. Rota decis. 30. num. 38. part. 5.*
22 *rec.* † Quamuis Iudex, vel Notarius ibidem expresserit sola iura dotalia, vt animaduertitur *in Caietana bonorum 10. Iunij 1648. coram me §. fin.* Tum etiam quia Diana non tenebatur prædictæ conditioni parere nisi relictum vsusfructus, cui erat correspectiua, realiter consequeretur, quod cum vsque in præsenti sibi fuerit pro parte Monialium accerrimè controuersum, & adhuc controuertatur, licitũ illi profecto fuit se ipsam quocumque iure magis competente illatis molestijs interea defendere donec his tandem terminatis, & pacifica possessione acquisita posit re, ac verbis iniunctum onus implere, & Testatoris voluntati
23 tutius vt decet, parere, † cum verè adhuc constituta dici nequeat in mora damnabili, sine qua huiusmodi priuatio non incurritur *Bero. consil. 36. sub numer. 9. lib. 2. Rota decision. 208. numer. 12. cum seqq. & decis. 601. num. 23. part. 5. recent.*

Denique non subsistit, quod ad effectum dignoscendi intentionem Codicillantis Diana teneatur exhibere illam scripturam codicillorum, quam Parochus asseruit stipulasse in lingua vulgari.

Quia præter quod ex stylo, & consuetudine Notariorum huiusmodi primæ scripturæ, quæ vulgo dicuntur matrices, seu sbozzi non solent conseruari, sed extenso Instrumento in publica, & nitida forma, ac redacta in Proto-
24 collo lacerantur, † vt post *Paris. cons. 28. nu. 27 & seqq. lib. 2. Testatur Sfort. Odd. cons. 78. num. 22. & 23.* qui optimè pertractando materiam subdit huiusmodi stylum esse conformem iu-
25 ris dispositioni, † de qua *in l. contractus, C. de fid. instrument. sequitur Farinac. de fals. & simulat. q. 154. num. 33.* cum in casu nostro ex dispositione *cap. cum esses de testament.* nullum fiat fundamentum super simplici scriptura codicillorum, sed super dispositionibus Parochi, & duorum testium qui formiter seruatis seruandis examinati de verbo ad verbum deposuerunt omnia contenta in schedula eorumdem codicillorum latinè exarata, & in actis producta, illamque sub iuramento affirmaruot fuisse codicillarem dispositionem q. Comitis Francisci Mariæ Paccaroni Dianæ viri, vtique ambigi non potest de veritate, & realita-
26 te intentionis eiusdem Codicillantis, † quæ ex præfatis Parochi, & testium depositionibus satis aperte fuit iudicialiter declarata, vt responderunt in decisione huius causæ 13. *Nouembris 1645. coram Reuerendiss. D. meo Ghisilerio nunc Episcopo Terracinen. §. non obstat quod licet, vers. neque illius fides.*

Atque ita cum cætera alia optimè tollantur in præcedentibus decisionibus Domini in decisis permanserunt vtraque parte informãte &c.

REVERENDISS. P. D. CERRO
Sacræ Rotæ DECANO.

Cathaceñ Hæreditatis.

Veneris 24. Nouembris 1649.

ARGVMENTVM.

Dispositio testatoris æquiuoca declaratur à communi illius iure loquendi, & substinetur quando per coniecturas docetur de quo intellexisse voluerit.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio quando est certa in substantia non vitiatur per variationem nominis.*
2 *Voluntas testatoris probatur coniecturis, & demonstrationibus, & duæ tantum sufficiunt, & numer. 3.*
4 *Voluntas testatoris declaratur non rite examinatos, cum etiam vnici, & singulares sufficiant.*
5 *Testis vnicus contra inducentem plusquam semiplene probat.*
Imò concurrentibus adminiculis plene probat numer. 6.
7 *Adminiculum rectè desumitur à teste nulliter examinato.*
8 *Dispositio testatoris æquiuoca vel erronea recipit interpretationem ab vsu loquendi testatoris.*
9 *Vsus loquendi testatoris non potest desumi ab instrumento, cum verba instrumenti sint Notarij non contrahentium.*
10 *Causa Testati facit cessare causam intestati.*
11 *Incertitudo, quæ alias vitiat dispositionem non attenditur, quando aliunde potest de certitudine doceri.*
12 *Remedium possessorium immissionis non potest denegari hæredi pro quo adest testamentum, & coniecturæ.*
13 *Immissio concedenda est hæredi de quo constat testatorem intellexisse.*
Licet nomen aptius alteri congruat.

DECISIO CCCL.

CONTENDENTIBVS hodie non solum Horatio, & nepotibus de Scoglio vti ab in-

testa-

testato venientibus, sed etiam Confraternitate Sanctissimi Saluatoris Cathaceñ; Domini iterum censuerunt dãdam esse immissionem Confraternitati Sanctissimi Sacramenti, & sic steterunt in decisis 28. *Maij præteriti* *.

Indubitata siquidem visa fuit Iuris cõclusio quod variatio nominis non vitiat disposi-
1 tionem in substantia certam,† quando ex coniecturata Testatoris voluntate cõgruenter apparet de persona, quam ipse verisimiliter voluit sub illa æquiuoca dispositione comprehendere, vt præter allegatos in præterita Decisione §. *quia præter quod &c. vers. cum aliundè &c. probat tex. in l. his verbis 48. §. fin. ff. de hæred. instit. Bart. in l. si quis in fundi num. 5. ff. de legat.* 1. In casu autem nostro nedum ex congruentia denominationis, ex quo sub Sacratissimo Eucharistiæ Sacramento memoriam Dominicæ Passionis recolimus, & Redemptorem ipsum adoramus, sed etiam ex pluribus; & peculiaribus coniecturis, in eadam Decisione ponderatis, validè demonstratur, Testatorem instituendo Confraternitatem Redemptoris de hac Sanctissimi Sacramenti intendisse, ex quibus vtique satis probatur eius certa voluntas
2 etiamsi † apertissimis argumentis debeat apparere *ad text. in l. licet Imperator, ff. de legat. 1. & in specie explicat Bald. in l. in tempus, §. quoties numer. 2. vers. ista enim apertissima, ibique Imol. sub numer. 6. vers. aduerte tamen, ff. de hæred. instit. Card.*
3 *Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 6. tit. 1. n. 8.* † quamuis duæ tantum demonstrationes sufficiant, *vt probatur in dicta Decisione §. intentio autem.*

Nec releuat, quod excepta prima coniectura, cæteræ omnes desumantur ex depositionibus nonnullorum testium, qui nulliter examinati fuerunt coram Iudice incõpetenti, & post interpositam appellationem.

Quia cum ferè omnes sint Sacerdotes bonę famæ, & honestæ qualitatis, illorumque depositiones non deducantur ad probandam hęredis institutionem, sed dumtaxat ad declarandam ipsius Testatoris intentionem, suffi-
4 cientes videntur, † licet minus ritè fuerint examinati, cum ad istum effectum admittantur etiam Testes vnici, & singulares, *vt tradũt Castr. cons. 395. num. 1. lib. 2. Aym. cons. 73. numer. 3. Gabr. cons. 51. num. 8. lib. 2. & dixit Rot. coram bon. mem. Buratto decis. 205. num. 2. in Bononien. fideicommissi 17. Martij 1640. coram R. P. D. meo Bichio, & in Romana successionis 21. Iunij 1641. coram Reuerẽdiss. D. Salamantino, §. quoniam obiectum, relat. in d. Decis. sub §. quia cum non deducantur.*

Ponderando præsertim, quod quarta coniectura in eadem decisione desumpta ex particulari vsu loquendi Testatoris, qui in vita consueuerat Sanctissimum Sacramentum denominare Redemptorem, non solum comprobatur ex dictis Testibus pro hac Confraternitate deponentibus, sed etiam à tertio Teste super dementia Testatoris ab ipsismet Horatio, & Nepotibus inducto, ac ser. ser. examinato, qui iuxta decimum quintum interrogatorium per hæc verba deposuit, ibi, *Il Sig. Decio quando passaua il Santissimo Sacramento s'inginocchiaua, & diceua passa il Redentore &c.* Huiusmodi enim Testis, quamuis vnicus nedum inseruit pro adminiculandis cæterum deposi-
5 tionibus, † sed contra ipsos inducentes pluſquam semiplenam facit probationem, *Rom. cons. 104. num. 6. cum alijs per Gratian. discept. forens*
6 *cap. 552. num. 9.* † quinimo plenè probant concurrentibus adminiculis *Aym. cons. 198. num. 5. Caputaq; decis. 271. num. 1. & 3. par. 3. Rota in recen. decis. 87. num. 9. p. 6. & coram clar. mem. Coccino dec. 462. num. 1.* quæ rectè desumuntur ex alijs su-
7 pradictis Testibus, † quamuis nulliter examinatis, *& respondit Rota decision. 277. numer. 14. dicta parte 6. & decision. 160. numero 9. parte 7. recent.*

Particularis autẽ Testatoris loquendi vsus
8 remouet omnem difficultatem, † cum testamentaria dispositio aliàs æquiuoca, & erronea ab eo omnimodam recipiat interpretationem, *vt probat text. in l. si seruus plurium, §. fin. ff. de legat. 1. & in l. cum alimenta, ff. de alim. & Cybar. legat. Alciat. in l. prima num. 47. in fin. ff. de iurisdict. omn. Iudic. cum cæteris alijs plenè adductis in dicta decisione §. quarto denique.* Illique non obstat quod Decius in quodã Instrumento emptionis Census ab eo factæ ad fauorẽ ipsius Confraternitatis proprio eius nomine illam appel-
9 lauerit: † quia verba dicti Instrumenti non sunt propria Decij, sed Horatij de illo rogati, quæ proinde immutare non valent peculiarẽ illius loquendi vsum ad hunc effectum attendendum.

Vndè prorsus eliditur prætensio eorumdẽ
10 de Scoglio succedendi ab intestato; † quia causa testati facit cessare causam intestati, *ex probatis in eadem priori decisione §. indeque cessat.* nec applicatur dispositio *text. in l. si quis de pluribus, ff. de rebus dub.* vbi habetur quod libertas vni ex pluribus relicta ratione incertitudinis
11 nulli debetur, quia non procedit † quando aliundè constat Testatorem de aliqua specialiter sensisse, vt habetur *in l. in tempus, §. quoties in fine, ibi, nisi ex alijs apertissimis probationibus fuerit reuelatum, pro qua persona Testator senserit, ff. de hæred. instit. & in l. duo sunt Tity 30.* ibi, *is datus est, quem dare se Testator sensit. ff. de testam. tutel. gloss. in l. si ita fuerit* 11. *verb. sed & si legatum, vers. item hoc verum, ff. de reb. dub. & in l. si quis seruum §. si inter duos, verb. debere, vers. sed impediri, ibique Bart. nu. 1. & 2. ff. de legat. 2.*

Et hinc etiam non releuat cessio à R. Fabrica Sancti Petri per illos reportata; quia nullum ius illi competit, quando ex coniecturata, & verisimili mente Testatoris certitudinariè cõstat de persona hæredis ab eo vniuersaliter instituti; vt pater ex multiplicatis Sũmorum Pontificum Cõstitutionibus, ac Priuilegijs illi concessis.

Minusuè obstat, quod in cõcursu plurium prætendentium causa sit ordinariè pertractanda, quia cum Confraternitati Sanctissimi Sacramenti assistat lectura Testamenti tot alijs circumstantijs, & coniecturis comprobata,
12 summaria † cognitio, & remedium possessorium illi denegari non potest, *vt præter relatos in dicta dec. §. final. faciunt deducta in rec. dec. 36. nu. 50. p. 1.* quicquid sit de appellatione.

Et ex

Et ex præfatis pariter remouetur prætensio Confraternitatis Sanctissimi Saluatoris, quod scilicet ipsi magis, quam alteri conueniat denominatio Redemptoris; Quia licet huiusmodi denominatio simpliciter sumpta ipsi etiam generaliter valeat applicari; hoc tamen in proposito fieri non potest, quo ex dictis coniecturis de illa Sanctissimi Sacramenti nō de ista Testatorem sensisse conuincitur; ideoque merito non attenta aptiori nominis congruentia ipsi Confraternitati Sanctissimi Sacramenti concedi debet immissio, *iuxta respōsum I.C. in l. falsa demonstratio, ff. de condit. & demonstrat. pluribus alijs adductis in altera decisione approbatum.*

Et ita resolutum fuit omnibus informantibus &c.

Decisio hæc emanata in hac eadem causa sub die 28. Maij hoc eodem anno 1649. coram eodem Reuerendiss. Decano est supra in hac part. 10. recen. decisio 310.

R. P. D. BICHIO.

Ampurieñ, seu Ciuitateñ Archipresbyteratus.

Veneris 26. Nouembris 1649.

ARGVMENTVM.

Vnio satis probatur ex Instrumento originali solius Episcopi ab eodem subscripto, & suo sigillo signato, præsertim concurrente obseruantia, & effectuatione vnionis. Vbi multæ connumerantur coniecturæ pro effectuatione vnionis.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum originale ab Episcopo tantum subscriptum, & suo sigillo munitum probat vnionem.*

Quod fortius procedit concurrentibus recognitione manus per similitudinem, antiquitate, & obseruantia. num. 2.

3 *Pragmatica Regni Sardiniæ* tit. 14. cap. 11. *prohibet recipi instrumenta per substitutos, qui actu non sint Notarij.*

4 *Negatiua est probanda ab allegante, tanquam propriæ intentionis fundamentum qualitas est probanda ab eo, qui illa vti vult. num. 4.*

6 *Archipresbyteratus est prima dignitas post Pontificalem.*

7 *Vnio non potest fieri massæ distributionum, sed singulis præbendis.*

Fallit stante confirmatione Apostolica num. 8.

9 *Confirmatio Apostolica stante lapsu 50. annorum cum obseruantia præsumitur.*

10 *Diligentiæ ad effectum probandi negatiuam alicuius scripturæ debent fieri in quolibet officio à duobus Officialibus.*

11 *Diligentia ad hoc, vt dicatur benè facta pro inuenienda confirmatione Apostolica necessarium est, vt scrutentur*

Fasciculi memorialium Secretariæ Breuium.

12 *Diligentia ad hoc, vt negatiua probari possit, est in quolibet loco facienda.*

Nec vllus debet remanere locus non perquisitus, vbi res inuenienda adnotari potuerit.

13 *Confirmatio vnionis præter disposita in Concilio potest fieri à Legatis à Latere.*

14 *Legati à latere habent amplissimam facultatem, etiā in locis Legationis, per quæ non transierunt.*

15 *Diligentiæ non probant negatiuam, quando datur possibilitas, quod aliquid sit.*

16 *Probatio contra probationem eam elidit, & offuscat.*

17 *Verba* Ecclesiarum suppressarum *comprehendit Ecclesias accessoriè vnitas.*

18 *Dubium, quando adest, an Ecclesia sit Cathedralis, necne dubia etiam redditur reseruatio ex illa elicita.*

19 *Vinci etiam potest ex non iure actoris.*

DECISIO CCCLI.

BONI Iuris Capituli Ampuriensis, mali Antonij Vsai, de quo constare censuit Rota sub die 14. Decembris 1646. * vt in decisione tūc extensa præcipuum fundamentum est vnio huius Archipresbyteratus dicto Capitulo facta ab Episcopo Ampuriensi de anno 1594. ad quam probandam, productum fuit publicum Instrumentum non ab alio exaratum,
1 sed † originale sigillo, & subscriptione Episcopi munitum, contra quod non vrget defectus recognitionis dictæ subscriptionis, quia sufficit sigillum Episcopi, vt fides sit præstanda, *Rot. decis. 36. de procur. in antiq. decis. 170. nu. 1. & seqq. decis. 205. per tot. par. 4. tom. 2. recent.* & ex abundanti subscriptio quoque Episcopi fuit recognita per similitudinem, vt *in Sum. Capi-*
2 *tuli num. 11.* † sufficitq; huiusmodi recognitio concurrentibus, vt in casu nostro, adminiculis antiquitatis, & obseruantiæ, *Menoch. de arbitr. cas. 114. num. 32. Grat. discept. 895. num. 35. alijq; allegati ab Adden. ad Buratt. decis. 543. sub num. 42. Rot. decis. 184. num. 6. par. 6. recent.*

Obseruantia autem, & sic vnionis effectuatio patet, ex quo per 50. annos Archipresbyteratus iste fuit à Capitulo tanquam vnitus possessus, vt quicquid dicat fides extraiudicialis cuiusdam Notarij data in *Summ. Antonij nu. 2.* quæ vlteriùs verificari potest de tempore locationum à Capitulo factarum, probant disertissimè Testes *Summ. Capituli num. 8.* & aliud publicum Instrumentum possessionis à Capitulo captæ *d. Sum. num. 7.* exactum à substituto vt potuit iuxta consuetudinem illarum partiū ex allegatis in prima decisione §. *quod verò.*
3 Neque † illud impugnari potest siuè ex pragmatica Regni Sardiniæ *tit. 14. cap. 11.* prohibente recipi Instrumenta per substitutos, qui actu non sint Notarij, *Summ. Antonij nu. 1.* siuè quia eiusdem substituti subscriptio recens facta videatur; hoc enim tollitur ex relatione periti iudicialiter electi, affirmātis eadem manu contextualiter Instrumētum fuisse scriptū, & subsriptum, *Summ. Capituli num. 12.* & primum obiectum non applicatur, nisi doceatur exaduersò, quod substitutus ille non sit Notarius; Cur enim Capitulum habeat intentionem fundatam in consuetudine Vniuersali extendi instrumenta per substitutos, Aduersario

rio alleganti pragmaticam, quæ fidem abrogat substitutis, qui non sunt Notarij, † incum-
4 bit onus probandi hāc negatiuam Notariatus in substituto, qui subscripsit, tanquam suæ intentionis fundamentum, & qualitatem à pragmatica requisitam probandam ab eo, qui illa vtitur *Rot. decis. 402. num. 4. ad fin. par. 2. recent. & in Toletana Decimarum de Dayniel 17. Decembris 1605. coram bon. mem Card. Lancellotto*. Maximè quia veritas Instrumenti confirmatur testibus de continuata à Capitulo possessione depo-
5 nentibus, quibus Instrumenti fides, † quatenus etiam informe esset, suppleretur *Bart. inter cōsil. Bald. cons. 400. num. 5. lib. 4. Seraphin. decis. 928. num. 3. Buratt. decis. 857. num. 5. Rota in recent. decis. 482. num. 3. par. 1.*

Non obstant obiectæ nullitates vnionis, tùm
6 ob perpetuam Archipresbytetatus vniti, † quia post Pontificalem prima dignitas est reseruationem, tùm quia facta massæ distributionum,
7 quod prohibet *Concilium Trident. sess. 24. de reformat. cap. 15.* mandando, quod fiat singulis præbendis, & alioquin nulliter fit, vt notat *Lotther. de re benefic. lib. 1. q. 29. num. 45.* alijsque relatis firmauit *Rot. decis. 565. sub num. 1. vers. tamen par. 2. recent. & in Mediolanen. Cimiliarcatus 10. Martij 1645. §. nec refragatur coram R. P. D. meo Peutingerio.*

Vtrumque enim obiectum tollit confirma-
8 tio Apostolica, † quæ ex lapsu 50. annorum
9 cum obseruantia præsumitur, † vt in terminis dixit *Rot. decis. 222. num. 4. decis. 698. num. 3. p. 2. recent. & in alijs allegatis in prima decis. §. docuit.* Non obstantibus diligentijs ad eam excludendam exaduersò in Curia factis, quia non releuant, cum factæ fuerint in quolibet officio ab vno tantum Officiali, & fieri debuissent à duo-
10 bus, † quos ego parte citata iudicialitèr deputaueram, ac de stylo Curiæ requiruntur, *Caputaquen. decis. 265. par. 1. Lotther. de re benefic. lib. 2. quæst. 46. num. 51. Rota decis. 323. num. 4. par. 2. decis. 88. num. 6. par. 4. recent.* Et quod plus est, scrutari Officiales non fecerunt fasciculos memorialium Secretariæ Breuium, per quæ passim
11 gratiæ conceduntur, † vt scrutari debuisse, fuit decisum *in Ianuen. quarti dotalis 27. Aprilis 1643. coram Reuerendiss. Terracinen.* namq; vt ex diligentijs probetur negatiua, nullus debet re-
12 manere locus non perquisitus, † in quo adnotati potuerit præsumpta confirmatio Apostolica, *Greg. XV. decis. 287. num. 1. Rot. inter re-*
13 *cent. decis. 18. num. 23. par. 7.* † Cumque eadem confirmatio concedi potuerit à Legatis de Latere semel atq; iterum à tempore factæ vnionis per Summos Pontifices missis ad Serenissimos Reges Hispaniarum, habētibus amplis-
14 simam potestatem, † etiam in locis Legationum, per quæ non transierunt, *Put. decis. 467. in aduotat marginali lib. 2. in cor.* nisi exaduersò doceatur, quod facultates Legatorum, Sardiniæ Insulam non compræhēdebant, intrat confirmationis ab eis concessæ possibilitas, ob quam ex diligentijs in Curia factis negatiuæ probatio non resultat, vt in puncto respondit *Rot. de-*
15 *cis. 353. num. 1. & 2. coram san. me. Greg. XV.* † quia sufficit aliquid esse possibile nē probatio nega-

tiuæ non existentiæ concludat, *Rota decis. 323. num. 4. vers. sufficit enim par. 2. decis. 88. num. 6. in fin. par. 4. decis. 29. num. 67. & seqq. par. 7. recent.*

Et præterea ad obiectum perpetuæ reseruationis eductę eo quod Archipresbyteratus iste sit prima dignitas in Castro Terrænouæ, vbi residet Cathedra Ciuitaten. signanter respondetur eam reseruationem saltem dubiam reddi. Primo quia ex testibus formiter examinatis, ex Historijs, & alijs iuribus datis *in Summ.*
16 *Capituli num. 23. & seqq.* probatur, † quōd Castrum Terrænouæ non est Ciuitas, nec ibi Cathedra Episcopalis manet, vnde contrariæ probationes Antonij offuscantur, *Bald. consil. 79. num. 7. lib. 2. Surd. consil. 505. sub num. 6. Rota decis. 238. num. 24. in fin. par. 1. diuers. decis. 664. n. 7. par. 1. rec.* Secundo quia san. mem. Pius V. in sua Constit. 74. inter eius impress. Dignitates Ecclesiarum Cathedralium Sardiniæ alijs vnitarum, qualis est Ecclesia Ciuitatensis, habentes Parrochiales Ecclesias annexas, vel vti præbendas, prout habuisse hunc Archipresbyterum, constat ex datis *in Sum. Capituli numer. 17.* extinxit, & ad simplices Rectorias reduxit, debetque dicta Constitutio intelligi de Cathedralibus vnitis, æquè principaliter, cum loquatur discretiuè, ac nominatim de Cathedralibus vnitis, vel suppressis, ibi, *Ecclesiarum*
17 *aliàs vnitarum, vel etiam suppressarum*, † quarum hoc est suppressarum nomine compræhēduntur vnitæ accessoriè, *Sarnen. super reg. de triennal. quæst. 8. num. 2. Rot. decis. 614. num. 6. par. 4. tom. 3. recent.* & in vnitis accessoriè, extinctio necessaria non erat, quia veniebat ex natura ipsius vnionis, vt alijs allegatis, ponderat prima decisio, §. sed propterea suffragante etiam in id obseruantia subsecuta, quā probat relatio Episcopi Apuriensis in Visitatione liminum Apostolorum, ac Testes, *dicto Sum. Capituli num. 16. & 17.*

Contrariam autem obseruantiam non conuincunt prouisiones Apostolicæ obseruatæ, & erectio Canonicatus Pœnitentiarij, quem in Ciuitatensi Ecclesia constituit fæl. rec. Gregorius XIII. *vt in Summ. Anconij num. 8.* Quia prouisionum huiusmodi effectuatio non docetur, immò Canonicatus Villarba, cum præbenda de Aggios, & Canonicatus de Bortegiata, fuerunt collati tanquam Rectoriæ, & Parochiales *Sum. Capituli num. 16. & 20.* Et quoad Canonicatum Pœnitentiarium, excluditur, quia Canonicatus, qui primò vacauit, & in dicta erectione destinatus fuerat officio Pœnitentiarij, fuit ab eodem Greg. XIII. collatus tanquam Ecclesia Parochialis *Summ. Capituli num. 20.* Ex quibus negari non potest, quin sicuti dubia saltem reddatur Cathedra Ciuitaten. in Castro
18 Terrænouæ, eiusq; dignitatum existentia, † dubia pariter fiat reseruatio, exindè ab Aduersario elicita, vt in proximis terminis ponderauit *Rot. decis. 706. num. 12. par. 3. rec. & in Bonon. Beneficiorum 29. May 1645. coràm me*, vt propterea ipse ex prouisione Apostolica, tanquam de reseruato obtinere non possit aduersus Capitulum,
19 titulo vnionis possidentes, † cui sufficit vincere ex non iure actoris, ac reseruationem dubiam

biam reddere, *Burratt decis. 720. num. 6. Reuerendiss. Vrgellen. decis. 14. num. 5. & 18. Rot, decis. 143. numer. 1. par. 7, recent. & in d. Bonon. beneficiorum coram me.*

Quapropter primam decisionem iterũ hodie malleo expositam Domini confirmarunt vtraque parte informante.

Decisio hæc facta in hac eadem causa die 14. Decembris 1646. coram eodem Bichio est decisio 433. supra in par. 9. recent.

REVERENDISS. P. D. CERRO

Sacræ Rotæ DECANO.

Beneuentana Parochialis.

Lunæ 29 Nouembris 1649.

ARGVMENTVM.

Manutentio est concedenda anteriori possessori licet instrumentali, etiamsi posterior possessor sit ab Executore Apostolico prouisus, dum Executor nulliter, & iniustè procedat.

SVMMARIVM.

1 *Possessio instrumentalis alio non possidente est manutenibilis.*
2 *Testis vnicus etiam cũ exceptionibus prebet sufficiẽs adminiculum in iudicio manutentionis.*
3 *Possessio turbatiua, & posterior non potest impedire manutentionem anterioris possessionis.*
4 *Executor Apostolicus nulliter, & iniustè procedens non priuat anteriorem sua possessione.*
Immò non potest transferre possessionem manutenibilem num. 5.
6 *Executor Apostolicus nulliter, & iniuste procedit nisi citet alterum anteriorem possessorem.*
7 *Obreptio est expressio falsi contra facti veritatem.*
8 *Litteræ Apostolicæ quæ sunt obreptitiæ exequi non debent.*
9 *Exceptio requirens altiorem indaginem reijcitur ad petitorium.*
10 *Manutentio conceditur absque titulo, & nu. 11.*
12 *Exceptio excomunicationis non attenditur ad impediendam manutentionem in beneficio.*
Si impetretur, & Dominis exhibeatur absolutio.

DECISIO CCCLII.

VACAVIT de mense Septembris 1648. Ecclesia Parrochialis S. Andreæ Terræ Paulisiorum, & Rotundorũ Beneuentanæ Diœcesis, ideò in dicto Concursu super illius Prouisione Examinatores synodales, peracto examine retulerunt esse habiles pro illius Regimine Io: Antonium Militiam, & Franciscum Landum, quorum primus die 15. *Februarij* 1649. electus fuit magis idoneus à Reuerendiss. D. Archiepiscopo Beneuentano, & ab eo Callationem obtinuit, illiusque vigore possessionem eiusdem Ecclesiæ actualiter adeptus fuit *die* 12. *Martij sequentis*; Secundus verò, scilicet, Landus electionem de magis idoneo obtinuit à Vicario (vt prætenditur) Apostolico, & deindè præuia narratiua quod D. Archiepiscopus de dicta Ecclesia neminem prouiderit infrà terminum per Pianam Constitutionem præfixũ à Sede Apostolica illius prouisionem impetrauit, & eius vigore die 2. *Iulij* 1649. in possessionem eiusdem Ecclesiæ se intrusit: Vndè introducta causa caram me inter prefatos Prouisos, & suscepta disputatione super possessorio, & Domini non dubitarunt respondere Io: Antonio Militiæ dandum esse mandatum de manutenendo.

Probat siquidem suam anteriorem possessionem ex Instrumento publico sub die 12. Martij proximi præteriti, *eius Summ. numer. 1.*
1 Quæ † licet instrumentalis alio tunc temporis nõ possidente est manutenibilis *uulg. l. prædia ff. de acquir. possess. l. penult. ibibue Bald. in princ. & alij scrib. in l. idcirco C. de fid. instrum. san. me. Greg. decis. 40. num. 1. cum alijs relatis in Florentina Parrochialis 27. Iunij 1642. coram R. P. D. meo Bichio*; Eoque magis concurrentibus decreto confirmationis, & relaxationis ratæ fructuum facto per Commissarium Apostolicum in vim litterarum Nuncij *dicto num. 1.* & depositione Testis formiter examinati affirmantis à dicta die 12. Martij ipsum Io: Antonium semper administrasse Sacramenta, inhabitasse domũ Parrochialem, locasse bona dictæ Ecclesiæ, ac omnia alia fecisse, & adimpleuisse, quæ propriè spectant ad illius veros Parochos, & Rectores *d. Summ. codem numer. 1.* Iste enim Testis licet sit vnicus, & ex quãpluribus defectibus
2 impugnetur, † aliquod tamen præbet adminiculum sufficiens in hoc iudicio summarijssimo manutentionis per ea, quæ dixit *Rota coram bon. mem. Buratto decision. 533. numer. 2. & in Bononien. affictus 4. Iulij 1629. coram bon. me. Card. Virili, penes modern. Perus. de manutent. decis. 269. num. 4. & 5.*

Nec visa fuit attendenda possessio capta per Landum. Quia tanquam posterior, ac per consequens clandestina, & tarbatiua non est apta impedire manutentionem anteriori pos-
3 sessiori, † qui non habuit se pro spoliato *cap. licet Episcopus de Præbend. in 6. cap. licet causam de probat. l. clam possidere §. qui ad nundinas ff. de acqui. possess. san. me. Greg. decis. 171. n. 2. cum alijs allegatis in Lauretana Beneficij 26. Iunij 1645, coram R. P. D. meo Corrado.*

Idquè etiam si apprehensa fuerit de manu executoris vigore litterarum Apostolicarum.
4 Quia † cum dictus Executor nulliter, & Iniustè processerit non priuauit Io: Antonium sua anteriori possessione *Soccin. in cap. quoniam §. quod si super num. 125. vers. secus autem in Iudice vt lit. non contestat. Rot. decis. 802. num. 7. vers. Quia pro ratione par. 1. diuers. coram san. mem. Greg. decis. 46. nu. 2 in recen. decis. 135. nu. 3. p. 1. & in Colonien. Præpositura 1. Iulij 1648. coram R. P. D. meo Meltio*
5 *§. non obstat quod Anna*: † Nec potuit transferre in Landum possessionem manutenibilem, vt *responsum fuit, in Perusina Fideicommissi de Baptistis 12. Decembris 1625. coram bo. mem. Pirouano apud Modern. Perus. de manuten. decis. 14. num. 19. & in Me-*

in Meleuitana Canonicatuum 1. Iulij 1648. coram R.P.D. meo Otthobono §. final.

Quod autem nulliter processerit, nō potest dubitari, dum non citauit Ioannem Antonium, qui tunc temporis in possessionem eiusdem Ecclesiæ reperiebatur, existēte enim possessore executor tenetur assumere partes
6 Iudicis, † illumque in iudicio præuia citatione vocare, aliàs nulliter, & de facto procedit *l. fin. C. si per vim, vel al. mod. l. de vnoquoque, ff. de re iudic. Cald. consf. 9. de dilat. Rot. decis. 187. num. 1. par. 3. decis. 507. num. 3. par. 4. & decis. 488. num. 3. par. 5. recent. coram Reuerendissimo Vrgellan. dec. 220 num. 4. in dicta Colonien. Præpositura coram R.P.D. meo Meltio, ac in Celsonen. Præceptoriæ 27. Ianuarij præteriti coram me.*

Iniustè verò; quia demandauit executioni Prouisionem Apostolicam à Lando obreptitiè extortam absque vlla narratorum iustificatione. Etenim Sanctissimus D. N. supposuit D. Archiepiscopum neminem prouidisse de Parrochiali controuersa infra terminum per Pianam Constitutionem præfixum, & propterea illam adhuc vacasse; cuius tamen contrarium apertè conuincitur ex electione, & collatione per eūdem Dominum Archiepiscopum factis, quæ cum factæ fuerint die 15. Februarij 1649. eius *Summ. num. 1.* & vacatio Ecclesiæ, de qua agitur sequuta mense Septembris præcedentis, vtique factæ videntur infrà terminum sex mensium à dicta Cōstitutione præfixum; & per consequens dicta prouisio Landi patitur notorium vitium ob-
7 reptionis, † quæ incurritur per falsam expressionem contra facti veritatem, *cap. dudum il 2. vers. insuper indulgentiam de elect. & cap. si proponente de rescript. cū alijs allegatis in Bononien. exemptionis 27. Nouembris 1628. coram bon. mem. Cardinali Vbaldo in recent. decis. 496. num. 2. & 3. par. 5 & in Florentina Parrochialis 26. Iunij 1647. coram me, §. 1. circa fin. & in Clusina Beneficij 5. Iulij præteriti coram R.P.D. meo Bichio.* Ideoque absque
8 notā notoriæ iniustitiæ † executioni demandari non poterat, *cap. super litteris, ibique Felin. num. 8. de rescript. Rota in recent. decis. 418. num. 1. par. 1. decis. 141. num. 2. vers. nam alias par. 2. decis. 351. num. 14. par. 6. & decis. 83. num. 24. par. 7.*

Nec Domini habuerunt in consideratione adductam nullitatem dictæ collationis ex eo desumptam, quod non fuerit facta Francisco, qui magis idoneus pronunciatus fuerat à dicto prætenso Vicario, ad quem prætenditur huiusmodi declaratio spectare.

Quia cum hæc nullitas respiciat titulum, & altiorem requirat indaginem, ac maturam
9 discussionem exposcat † ad petitorium referri debet, non autem discuti in hoc iudicio sūmarijssimo retinendæ, in quo manutentio
10 conceditur etiam absque titulo † secundum veriorem opinionem, quam probauit *Rota decis. 595. num. 1. & 8. par. 1. diuers. coram Card. Seraph. decis. 299. num. 5. coram bon. mem. Buratto decis. 263. num. 6. ibique Addilittera B. coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 13. num. 3. & alibi passim.* Ac attenditur tantummodò nudus factus posses-
11 sionis manutenendo anteriorem † possessorē præfatis omnibus ad iudicium petitorium, & Ordinarium reiectis, vt tradit *Abb. in cap. querelam num. 2. & 12. de elect. quem sequuta fuit Rota decis. 175. num. 1. & 2. par. 4. diuers. coram Card. Seraphino decis. 499. num. 3. coram bon. mem. Buratt. decis. 378. num. 7. in Colonien. Monasterij 21. Iunij 1628. coram bon. mem. Cardinali Vbald. penès Modern. Perus. de manut. decis. 240. num. 6. in Romana subcollectoriæ 17. Martij 1645. coram R. P. D. meo Bichio, §. Quæ omnia, & in Barchinonen. manutentionis 28. Iunij eiusdem anni coram R.P.D. meo Corrado §. finali.*

Cæterum allegata excommunicationis exceptio sublata fuit per absolutionem à Ioan-
12 ne Antonio impetratam, † & sub oculis DD. exhibitam, prout etiam seruatum fuit *in decisione 514. num. 2. in fine par. 2. recent.*

Et ita resolutum vtraque &c.

R. P. D. CELSO,

Posteà Eminentiss. D. CARDINALI.

Vrgellen. Decanatus, & Canonicatus.

Lunæ 29. Nouembris 1649.

ARGVMENTVM.

Sententia lata super Decanatu, & Canonicatu est nulla, quando super vno istorum tantum reperiatur expeditum monitorium.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium regulatur à iure.*
2 *Executio semper est suspendenda quando Iudex nulliter, & iniustè procedit.*
3 *Sententia est nulla quando fuit lata super re, de qua in monitorio non fuit facta mentio.*
4 *Monitorium debet expediri cum insertione litterarum apostolicarum ad hoc, vt reus sit informatus de petitis.*
5 *Monitorium expeditum super prima gratia sufficit etiam pro secunda obtenta lite pendente.*
Declara vt num. 7. & 8.
6 *Ius omne tam præsens, quàm futurum censetur in beneficialibus ab initio deductum fuisse.*
9 *Sententia, quæ est difformis à petitione, & libello nulla est.*
10 *Vnio in dubio semper præsumitur facta æquè, & principaliter.*
11 *Vnio beneficij est specificè exprimenda.*
12 *Citatio ad libellandum deseruit loco monitorij.*
13 *Citatio ad terminos substantiales supplet defectum citationum malè executarum.*
Non autem illarum, quæ penitus ommissæ fuerunt.
14 *Litteræ Apostolicæ debent expediri ad formam, & tenorem supplicationis.*
15 *Litteræ Apostolicæ licet possint corrigi ab expeditoribus, non tamen in præiudicium partis potest mutari substantia illarum. & num. 16.*
Cancellaria non habet potestatem mutandi substantiam gratiæ ex correctione litterarum, num. 15. & num. 16.

17 *Papa*

17 *Papa, qui in suis litteris derogauit unioni, non præsumitur, quod prouidere voluerit de beneficio vnito.*
18 *Duæ præbendæ non solent concedi prouiso in eadem Ecclesia, etiamsi vna sit alicui dignitati vnita.*
19 *Gratia Papæ corruit ob malam expressionem valoris.*
21 *Negatiua supplicationis probatur ex reuolutione registri.*

DECISIO CCCLIII.

RESOLVTVM fuit intrare arbitrium pro retardanda vlteriori executione litterarum Apostolicarum, & sententiæ earum vigore
1 latæ; † Nam cum illud reguletur à iure *gloss. in l.qualem, verbo videtur, ff.de recept.arb. Bart. in extrauag.ad reprimendum,verbo videbitur,n.8. Rota decis.71.nu.1.par.6.recent.& alijs.*
2 De iure sēper executio suspenditur,†quando Iudex nullitèr, vel iniustè processit, *Marches. de comm.appell.ab exec.Breu. & litt. Apost. part.1. §.2.num.7. fol.397. Rot. in Tarraconen. parochialis post eumdem d.par.1. fol.434. num.5. & coram bon. me.Coccino decis.177.num.2.*

Constat autem nulliter fuisse processum,ex quo sententia lata fuit super Decanatu,& Ca-
3 nonicatu, † & tamen monitorium, quod deseruit loco libelli emanauit tantummodo super primis litteris loquentibus de solo Decanatu; Aliæ verò litteræ postea expeditæ super Canonicatu, de quo agitur fuerunt quidem in actis productæ, sed nullum desuper monitorium obtentum fuit cum earumdem inser-
4 tione, † prout necessarium est ad effectum, vt citatus notam habeat iurisdictionem Iudicis, & informatus de petitis ab Actore deliberare possit, an velit cedere, vel contendere, iuxta *text.in cap.præterea, ibique gloss. de dilatio. & notat Salust.in sua praxi lib. 3. cap.2. sub num. 5. & in cap.12.num.3.Rot.in Salernitana beneficij 15.Aprilis 1644.coram R.P.D.meo Bichio.*

5 Nec obiectum euitari potest ex eo, † quod in beneficialibus sufficiat vnicum monitoriū expeditum super prima gratia ad effectum,vt etiam vigore alterius obtentæ lite pendente procedi possit ad executionem absq;alio monitorio, immo absque alia seruatione termi-
6 norum substantialium, ea ratione, quia † in beneficialibus censetur ab initio deductum omne ius, tam præsens, quam futurum, vt egregiè ponderauit *Rota coram Aegid. decis.661. per tot.& in Maioricen.parochialis 1. Aprilis 1643. coram Reuerendiss.Salamantino.*

7 Quoniam prædicta benè† procedunt,quando secunda gratia emanauit super eodem beneficio,super quo ab initio lis contestata fuit, in quibus terminis loquitur *Aegid. & alleg. Maioricen.parochialis*, secùs verò si illa expedita
8 fuerit super beneficio diuerso, † quia tunc diuersitas beneficiorum efficit, ne petitio vnius suffragetur pro alio, sed requiritur noua citatio, & nouum monitorium, vt docet *Bart. in l.aut qui aliter, ff.quod vi aut clam,* & optimè firmauit *Rot.in Hispalen.Canonicatus 15. Nouembris 1560.coram Oradino, & in Lucana pensionis 28.Iunij 1617.coram bo.me.Seleucien.*

Et si aliter executor procedit sententia re-
9 manet nulla † tamquam difformis à petitione, & libello *l.vt fundus,ff.comm.diuid.gloss.in c.1. verbo libelli post med.de libell.oblat.& in cap.quoniā contra verbo petitiones de probation.Rot. coram Pen. decis.8.nu.3.& in rec.decis.99.num.1. in fin. part.4. & decis.278.num.1.par.6.*

Quod autem in præsenti casu Gratiæ productæ à Iacobo emanauerint super diuersis beneficiis, patet ex eo, quia primæ litteræ loquuntur de Decanatu, secundæ verò,non solum de Decanatu; sed etiam de Canonicatu, qui nec venire poterat appellatione annexorum in primis litteris, quamuis Decanatui esset vnitus; nam cum vnio facta fuerit æquè
10 principaliter, † prout partes videntur admittere, & in dubio semper præsumitur *Rebuff.in prax.tit.de vnio.benef.num.20.Gonzal. super reg.8. gloss.5.§.7.num.134.Rot. coram Caual. decis. 330. num.2.& in Meleuitana vnionis 13. Ianuarij 1642. coram Reuerendiss.D.meo Decano.*

11 Vtique de eo debebat fieri† expressa mentio, vt aduertit *Felin.in cap.in nostra num.30. de rescript.Caccialup.de vnio.art.8. sub numer.7. vers. quam tamen,* cum alijs pluribus relatis per *Viuian.de iurepatr.lib. 14. cap.5. num.28. & per Modern. Alexandrinum in prax.hab.concurs. prælud.13. Rubr.1.num.5.*

Replicatio verò, quod defectus huiusmodi sanatus fuerit per reiterationem terminorum
12 substantialium, in quibus continetur † citatio ad libellandum deseruiens loco monitorij, *iuxta decis.Seraph.1451. num.4. vers. non obstant,& coram Duran.decis.457. num.1.* Visa fuit Dominis non releuare; Cum enim circa Canonicatum monitorium nullo modo præcesserit, potest quidem talis citatio ad terminos substantiales supplere defectum citationum,
13 quæ malè, & nulliter fuerunt † executæ, secus verò illarum, quæ penitus fuerunt omissæ, vt aduertit *Scacc.de iudic.lib.2.cap.3.nu.265.* & declarat *Rota coram Verall. decis. 149. in fin. par.3.Mantic.decis.254. num.5. & 6. & post Pacif. de salu.decis.6.num.3.& fuit dictum in Elboren.iuris conferendi 8.Martij 1641. coram Eminentiss. Card. Panzirolo, & in Toletana Canonicatus pœnitentiarij 10.Martij 1645.coram R.P.D.meo Otthobono.*

Iniustitia enim manifestè resultat ex quo dictæ secundæ litteræ fuerunt expeditę contra
14 formam, & tenorem supplicationis, †ad quā in dubio, tamquam ad matricem, recurrendum erat. *Paris. cons.51. num. 17, lib.4. Maresc. var.resol.lib.2.cap.71.num.9.Caputaq. dec.54.n.4. & 6.par.1.Mohed.decis.17.nu.1.de præbend.* & firmatum fuit *in Sipuntina, seu nullius Archipresbyteratus 25.Iunij, & 28.Nouembris 1646. coram R. R.P.D.meo Verospio, & in Tirasonen. vnionis 26. Febr.præteriti coram R.P.D.meo Otthobono.*

Nam licet expeditores Cancellariæ possint corrigere litteras, & nouas expedire super eadem supplicatione, non tamen in præiudiciū
15 partium possunt alterare, vel immutare substantiam gratię, quia hoc pendet à plenitudinæ potestatis, quam non habet Cancellaria, *Butr.*

Butr.cons.49.num.4.Paris.cons.112.num.8.& seqq. lib.4.Maresc.var.lib.2.cap.71.num.10.& seqq.Lotther.de re benef.lib.3.q.2.num.37.vers. procedit vero,Rota coram Canal.decis.285.num.1.& 2.& decis. 313.num.1. in rec. decis. 730. per tot. & præsertim num.5.par.2.& decis. 225. num.12. & 13. par. 4. tom.2.& in Montis Alti beneficij 28.Iunij 1645.coram R.P.D.meo Bichio.

Præsertim contra mentem,& intentionem
16 Pontificis, † qui tantum abest, quod appellatione annexorum intellexerit de hoc Canonicatu, vti Decanatui vnito, quod immo derogauit vnioni quatenus esset facta nulliter, & de facto, vt legitur in supplicatione data in *summ.num.5*. Repugnant enim inter se hæc duo, quod Papa derogauerit vnioni, & contextualiter tamquam de vnito prouidere vo-
17 luerit, † vnde attenta repugnantia prædicta excluditur intentio, & voluntas Pontificis circa similem compræhensionem, vt benè ad propositum ratiocinatur *Rota coram Card. Seraph.decis.398.num.10.*

Prout pariter intentio eiusdem excludi videtur ex eo,quod in gratia de Decanatu concessit retentionem Iacobo alterius Canonicatus, & Præbendæ in eadem Ecclesia, quam sanè non concessisset, si in prouisione Decanatus fuisset etiã Canonicatus annexus; quia sic prouisus tres haberet præbendas in eadem
18 Ecclesia, cum tamen, † nec duæ concedi soleant, etiamsi altera ex illis alicui dignitati sit annexa, & vnita *Clem. vlt. ibique gloss. in fin. & Card.num.4.de præb.Abb. in cap. litteras num.2. de concess.præb.Gemin.in cap.1. num. 12. de consuetud. in 6.latè Garz. de benef. par. 11. cap.5. num. 187. & seqq.*

Immo non solũ censuerunt Domini constare de defectu intentionis Pontificis, quo ad huiusmodi compræhensionem, sed etiam ipsius impetrantis, dum in gratia Decanatus expressit valorem per non excessum in ducat. 24.vna vero cum incertis in ducat. 60. cum tamen admissa compræhensione valor vna cum incertis ascendet ad ducat.130. vt idem Iacobus fatetur in secundis litteris suæ prouisionis; itaut gratia vel penitus corruat,ob ma-
19 lam † expressionem valoris, *Felin. in cap. ad aures sub num.4. vers. secunda conclusio, de rescript. Rota decis.41.eodem tit.in antiq.*& probat *Mandos. super reg.Cancell.reg.27.q.20. sub num.1.*vel semper sit verum dicere in ea Iacobum nullatenus voluisse Canonicatum compræhendere, ex adductis per *gloss.in l.1.§. qui superficiem,verbo agendo,ff.de superficieb.Bald.in l.emptorem,n.15. C.locati,Menoch.præsumpt.73.num.5.lib.3.Mantic. de tacit.lib.4.tit.9.num.8.& seqq.*

Obiectum, quod secunda gratia poterit expediri vigore alterius supplicationis diuersæ à prima tollitur ex diligentijs factis in Regi-
21 stris,ex quorum reuolutione probari negatiuam firmauit in his terminis *Rot. in Pampilonen.de Ianzi 12.Nouembris 1612. coram bon. mem. Coccino.*

Ex quibus ita resolutum fuit vtraque parte informante &c.

R. P. D. BICHIO.

Hispaleñ.Decimarum.

Veneris 10.Decembris 1649.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo in quasi possessione exigendi decimas quando dicatur concessum super decimis tàm ante, quàm post motam litem decursis,vel tantùm super decursis post litem motam.

SVMMARIVM

1 *Mandatum de manutenendo super solutione decimarum colligitur super decursis à die motæ litis tantùm.*

Quando lis fuit intentata non super decimis, sed super iure decimandi. Secus autem quando lis fuit introducta super decimis, quia tunc omnes decursæ ante litem motam debentur,num.3.

2 *Bonæ fidei possessor facit fructus suos, nec illos restituere tenetur.*

4 *Lis quando dicatur introducta super decimis.*

5 *Decimarum appellatione venit emolumentum, & fructus decimalis distinctum à iure decimandi.*

6 *Actor præsumitur in iudicijs deduxisse ius suum modo sibi magis proficuo.*

7 *Verba perceptionem decimarum sonant exactionem vt facti, non vt iuris.*

8 *Perceptio decimarum distinguitur formaliter à iure illas percipiendi.*

Perceptio fructuum formaliter distinguitur à iure vsusfructus,ibid.

Fructus census distinguuntur ab ipso censu. n.8.

9 *Procurator non potest alterare petitionem actoris in illius præiudicium.*

10 *Iudicis qualitas non ab exceptione rei, sed ab intentione, & libello actoris metienda est.*

11 *Exceptio regulatur ab actione, & est illius exclusio.*

12 *Reus non potest excipiendo cumulare nouam actionẽ contrariam intentatæ per actorem.*

13 *Decimæ quando fuerunt principaliter petitæ, tunc bona fides percipientis non suffragatur.*

DECISIO CCCLIV.

EXPEDITIO mandati de manutenendo decreti ad fauorem Capituli Hispalensis in quasi possessione exigendi decimas ex fructibus prædij nuncupati *di Buona Speranza*, à Patribus Dominicanis possessi incidit in quæstionem decimarum decursarum,prætendente Capitulo,quod omnes vsque ab initio possessionis Prædij per Dominicanos captæ; Dominicanis verò, quod solum à die motæ litis decursæ in hoc iudicio veniant: qua quæstione particulariter hodie examinata responsum fuit omnes decimas venire.

Iuxta distinctionem, quod aut in iudicium deductum fuit principaliter ius decimandi,
1 aut ipsæ decimæ. † Primo casu quia decimæ veniunt accessoriæ ad rem ipsam petitam, hoc est ad ius decimandi, & consequenter, vt de-

debeantur necessaria est mora, & mala fides possessoris, quæ nonnisi per litis contestationem, vel aliam interpellationem contrahitur, solui in summarijssimo possessorio non debent nisi à die motæ litis, cũ bonæ fidei possessor fecerit antea fructus suos, † illosque re-
2 stituere non teneatur, *l. bonæ fidei emptor, ff. acq. rer. domin.* & in his terminis loquitur *Seraphin. decis. 1168. vt constat sub num. 3.* ibi, *quod non applicatur casui nostro, in quo lis fuit introducta super iure percipiendi tertiam partem decimarum*, quam sequuta est *Rota in Tirasonen. decimarum 5. Maij 1608. coram bon. me. Card. Lugdunensi impress. apud Marches. de commiss. tom. 1. fol. 1262. Mant. decis. 172. num. 6.* prout in terminis rei fructiferæ principaliter petitæ loquitur *Buratt. decis. 225. Reuerendiss. Vrgellen. decis. 222.* & quotquot ex aduerso allegantur.

3 Secundo † verò casu decimæ iudicantur de per se tamquam sors principalis, quæ cum consistat in omnibus decimis, siue ante, siue post motam litem decursis æquè censeantur petitæ non ratione moræ, seu malæ fidei debitoris, sed iure dominij penès actorem existentis, omnes propterea restituendæ sunt, & omnes secum trahit iudicium manutentionis, nõ secus ac trahit totum prædium, siue domum, si super prædio, vel domo motum fuerit, vt hoc modo remoueatur omnis turbatio, & possessor in sua pacifica possessione totius cõseruetur, aliàs talis possessor nusquam posset decimas ante litem decursas recuperare per viam manutentionis in summarijssimo, quia certum est, quod debitor non posset in iudicio conueniri, nisi postquam venit dies solutionis, & sic semper remaneret aliquis terminus ante litem motam decursus, super quo nisi ille quoque in summarijssimo possessorio compræhenderetur præcluderetur via Actori remouendi mediante manutentione, turbationes, & molestias super eodem termino à debitore per denegationem illatas, quod ferent dum non est, vt egregiè ponderauit *Rota in Toletana pensionis 16. Februarij 1618. coram Sanctiss. D. N. impress. apud Modern. de manut. decis. 471. num. 6. & seqq.* & hanc distinctionem in puncto decimarum amplexa est Rota in exaduerso allegata *decis. Seraph. 1168. num. 3.* vbi dicitur, quod ita conciliantur decisiones contrariæ, *& in Elboren. decimarũ 22. Maij 1642. §. quia decisio,* vbi ponderatur, quod ita se explicat eadem decisio Seraphini *coram bon. mem. Pirouano*, ac nouissimè *in Toletana decimarum 3. Aprilis 1649. §. fin. coram R. P. D. meo Celso*. Eamdem distinctionẽ tradit generaliter *Gratian. discept. 206. num. 218. & seqq. Cancer. variar. resol. par. 3. cap. 16. num. 97. Cinc. de censib. quæst. 91. num. 15. aliique relati à Modern. Perus. in tractat. de manut. obseruat. 74. n. 11. & seq. & in trac. de subhast. inspect. 55. num. 111.*

Et hic secundus est casus noster; quia vt constat ex commissione originali data in
4 summario Capituli *num. 1.* † lis introducta fuit super decimis, ibi, *de & super decimis fru-*
5 *ctuum &c.* † quarum appellatione significatur ipsum emolumentum decimarum, ac fructus decimales seiunctim à iure decimandi, *Bald. cons. 274. sub num. 1. vers. si decimæ, & num. 2. lib. 1 Calder. cons. 15. num. 1. vers. aut simpliciter, de iudic. Giouagnon. respons. 27. num. 30. lib. 1. Barbos. in l. Titia 35. sub num. 4. vers. quia quando, ff. sol. matr. Couarr. var. resol. lib. 1. cap. 17. sub num. 5. uers. decimarum fructus. Rota in Albiganen. decimarum 25. Iunij 1627. coram bon. mem. Card. Virili in Rauennaten. seu Ferrarien. decimarum 25. Martij proximè præteriti coram R. P. D. meo Meltio*, & in ipsissimis his terminis in supra citata *Elboren. decimarum 22. Maij 1642. §. quia decisio in fine ibi*, dũ decima petebatur, non autem declaratio super iure decimandi coram bon. mem. Pirouano. Eo magis, quia hoc magis prodest
6 actori, † & in iudicijs actor præsumitur voluisse ius suum deducere modo sibi magis proficuo, *Alex. cons. 38. n. 3. lib. 3. Rota decis. 366. num. 5. par. 1. recent.*

Nec repugnat, quod Procurator Capituli in prosecutione iudicij institerit declarari pertinere ad eius principales perceptionem, & exactionem decimarum à Dominicanis ex Prædio de *Buona speranza*, vt in summario Dominicanorum *num. 3.* Quia verba illa *perceptio-*
7 *nem decimarum*, † sonant in exactionem decimarum, vt facti est, non ius exigendi, quod
8 formaliter ab ipsa perceptione† distinguitur, prout distingui perceptionem fructuum à iure vsusfructus tradit *Molin. de iust. & iur. tom. 1. disp. 7. uers. licet proprietarius, Sanch. super præcep. Decal. lib. 7. cap. 13. num. 12. Barbos. in l. vsusfructus 58. num. 2. ad med. & num. 3. ff. solut. matrim. Rota in Bononien. vsusfructus 18. Iunii 1640. §. tertius est casus coram bon. mem. Merlino*, & fructus census ab ipso census aduertit *Cinc. de censib. quæst. 72. num. 26. Rota decis. 403. num. 7. inter impress. post eumdem tract. de censib.* præsertim declarando, vt debet prosecutionem à primordiali petitionem ad decimas restricta, & ab eiusdem Procuratoris potestate, qui petitionem ab
9 ipso Actore factam, † in illius præiudicium alterari non potuit, *Crescent. decis. 4. num. 4. de senten. & re iud. Surd. decis. 181. nu. 16.*

Non obstat, quod Dominicani prætenderent se exemptos, ac de exemptione exceperint, quod enim in iudicium fuerit deductũ, & iudicij qualitatem non metimur ab excep-
10 tione rei conuenti, † sed ab intentione, ac libello actoris, *l. 1. §. 1. ff. si pars hæred. petat. Cassad. decis. 3. num. 2. de iudic. Gregor. XV. decis. 335. num. 13. decis. 470. num. 6.* & ideò in puncto Rota in sæpè allegata *Elboren. decimarum coram bo. mem. Pirouano* dixit, quod totum operatur petitio Actoris. Præterquod exceptio exempaionis sicuti tenderet ad eligendum ius decimandi si super illo lis esset introducta, ita restringitur ad solas decimas si ad illas restricta fuit petitio Actoris, cùm exceptio regu-
11 letur ab actione, † eiusque sit exclusio, *l. 2. ff. except. Azzo. in sum. Cod. eod. tit. num. 1 Io. Harpret. in §. 1. num. 3. instit. eodem tit.* nec possit reus ex-
12 cipiendo † cumulare nouam actionem contrariam intentatæ per Actorem, vt ex *Ancharan. consil. 146. num. 3.* & fuit dictum in *Hlerden. decimarum decimasexta Decembris 1639. §. ne-*

§.neque ex responsione coram bon.mem. Pirouano.

Tandem non obstat, quod ante litem contestatam Dominicani fuerint in bona fide,
13 quia † vbi decimæ fuerunt principaliter petitę, earum restitutionem pendet à bona, vel mala fide debitoris, sed ab Actoris dominio, & quasi possessione habente se vniuersaliter ad omnes decimas decursas, vt alijs alleg. respondit *Rota decis. 3. sub num. 22. par. 7. recent.* & in alijs, quas in his terminis sequuta est *Rota in Toletana decimarum 3. Aprilis* 1639. *coram R.P. D. meo Celso.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

R.P.D. LEONE VEROSPIO

Ciuitatis Castelli Census.

Veneris 10. *Decembris* 1649.

ARGVMENTVM.

Census licet extinguatur ex actu retrosimili numeratæ pecuniæ, benè tamen extingui potest cum traditione alterius speciei, siue extimatæ, siue insolutum datæ dum accedat Domini consensus.

SVMMARIVM.

1 *Fructus census non debentur post illius extinctionem.*
2 *Census extingui potest altera specie siue extimata, siue insolutum data, dum accedat Domini consensus.*
3 *Confessio est probatio omni altera præferenda.*
4 *Consensus debitoris quando habeat vim traditionis.*
5 *Epistolæ contra scribentem plenè probant.*
6 *Quietatio Procuratoris habentis legitimum mandatum, est quietatio ipsius principalis.*
7 *Fides mediatoris iunctæ fidei testis præmortui, iunctis aliis adminiculis plenè probat. & num. 8.*
9 *Mensuratio facta de consensu partium post tempus conuentum dicitur approbata.*
Et remissum quodcumque interesse ab illius temporis conuentione resultans.

DECISIO CCCLV.

RELAXATVM fuerat mandatum ab A.C. contra Pirrum, pro fructibus Census super proprijs bonis, in Citernæ Territorio cōsistentibus impositi, ac venditi Domino Lutio Vitellio pro scutis 1200. à quo appellationis causa sub clausula si quid exequendum mihi commissa; Dubitaui, An mandati prædicti exequutio debeat ipsius Lutij fauore decerni, & Domini negatiuè responderunt, Quia post prædicti census extinctionem, vsq:
1 ab anno 1621. subsequutam, † mandatum iure relaxari non potuit pro fructibus ex tunc eidem Lutio indebitis, vt tradit *Cenc. de censibus par. 3. cap. 1. quæst. 3. artic. 7. num. 76. & cap. 2. num. 2.* & respondit *Rota coram Buratt. decis. 645. numer. 2. in Romana fructuum dotis decimaquarta Maii* 1612. *coram Manzanedo in Ariminen. Census* 26. *Iunii* 1610. *coram Remboldo, & in Romana Census secunda Februarii* 1612. *& in Farfen. pecuniaria* 25. *Maii* 1618. *coram Sanctissimo Domino Nostro vel. in Add. ad eund. Cenc. in vlt. cap. par. 3. num. 2. & in aliis manu congestis in Cæsenaten. Censuum* 3. *Iunii* 1644. *coram R.P. Domino meo Corrado.* Ab eo verò tempore prædicti census extinctionem contigisse conuincitur ex apoca à Pirro, ac Lutio subscripta, qua inter vtrumque legitur inita transactio, seu conuentio, vt ille staria vltra sexcenta frumenti consignaret, quorum quadringenta recollecta de anno antecedenti in ipsiusmet Lutij horreo sub Alberti Fancelli custodia reposita fuerant. Alia verò ducenta, & vltra tum de anno currenti, tum à diuersis debitoribus exigenda. Hic verò eiusdem frumenti partem in satisfactionem fructuum, hactenus decursorum reciperet: reliquam verò in extinctionem census teneretur conuertere. Ex hac enim consignatione frumenti integrè subsequuta ex tunc census remansit extinctus, quamuis actus retrosimilis numeratæ
2 pecuniæ non intercesserit, † cum talis extinctio ex consignatione alterius speciei, siue æstimatæ, siue insolutum datæ, non reprobetur à iure quoties, prout his Domini consensus accedat, prout *in l. satisfactio, ff. de solutionibus, & in l. si rem, §. omni, ff. de pignor. act. & tradit Nauarr. in comm. de vsur. in 37. quæst. num. 123. Cenc. de censib. quæst. 108. num. 1. cum sequen. & quæst. 109. num. 13. Rota in Ariminen. census 26. Iunii 1620. coram Remboldo, & in Romana census 7. Maii 1629. coram Reuerendissimo Terracinen. impressa post eumd. Cenc. decis. 351. num. 2. & 530. num. 8.*

Hanc quoque consignationem in starijs quadringentis, iuxta legem conuentionis præcessisse comprobat propria ipsius Lutij
3 confessio † quibuscumque probationibus præferenda ex dispositione *text. in l. cum te, C. de transact. & in l. generaliter, C. de non numer. pecun.* Atque resultans, tam ex sequentibus eiusdem Apocæ verbis, videlicet, *detto Signor Pirro dà, & promette al medesimo Signor Lutio presente, & accettante stara quattrocento di grano, quale di già si ritrouano nel Granaro di detto Sig. Lutio,* quæ à Pirro debitore prolata præsente Lutio creditore, ac acceptatione importat frumenti traditionem penès ipsum tunc temporis
4 existentis cum consensus ille debitoris, † qui frumentum tradere tenebatur vim traditionis obtinet ex dispositione *text. in l. 2. C. de acquir. poss. vbi post gloss. in verb. dominium notat Cagnol. num. 137. Alexan. cons. 33. num. 6. in fine lib. 6. Decius cons. 179. in fine, Surd. cons. 221. num. 247. & 248.* tum ex pluribus epistolis ab ipsomet Lutio subscriptis, atque transmissis ad Pirrum debitorem hanc frumenti existentiam in proprio Lutij horreo concludenti-
5 bus, ac subsequutam illius † consignationem, quæ sanè epistolæ contra eumdem Lutium plenè concludunt, iuxta *tex. in l. publica, §. vltimo, ff. depositi, & notant ibi DD. & in cap. 2. de fide instrum. Ias. in repet. l. admonendi num. 140. & 141. ibique Ripa num. 133. ff. de iur. iur. Couar. pract. quæst.*

quæst.cap.22.n.7.Rota coram Seraph.dec.996.nu.1. coram Buratt.decis.266.num.4.& 154. nu.1.par.7. recent.

Respectu verò alterius quantitatis promissæ in Apoca transactionis iustificatur quoque subsequuta traditio, ac mensuratio in starijs 299. cum dmiidio ex quietantijs à Iacobo Fācello conscriptis cum illæ vti peractæ à Procuratore sub amplissimis clausulis ad exigendum, & quietandum constituto eamdem
6 vim probationis obtineant, † ac si ab eodem met Lutio principali fuissent conscriptæ, ita vt tamquam minùs legitimæ ab eodem impugnari nequeant iuxta *text.in l. verò Procuratori, & in l. si hominem §. si Titium ff.de solut.& in l. si Procurator ff.de cond. indebiti, & in l. Lucius §. tutela, & §. vltimo ff. de administrat. tutor. Matth. Brunus consil. 16. num. 19. Rot. in Cremonen. pensionis 2. Maii 1652. coram Vbaldo*; Et totius pręterea quantitatis consignatio conuincitur, tū ex iurata fide, atque recognita Camilli Rampaccij mediatoris, tùm ex altera fide Mariotti de totius frumenti mensuratione attestan-
7 tis, quæ ex ipsius obitu vires sumit, † ac iunctis alijs adminiculis plenè concludit iuxta theoricam *Bart. in l. admon. num. 27. ff. de iure iurando, & in l.nuda ratio. ff. de Donat. Decius consil.42. num.6. Aymon. consil.6.num.52.Fulgos.consil.132.num.2. Bero.quæst.65.num.7.* tum ex Epistola eiusdem Lutij in hæc verba conscripta: *Mi contento d'accordarmi, come però V.S. faccia il conto di quanto importa il grano, che in quanto al prezzo V.S. sà, che è notorio.* Tùm ex publica voce, & fama comprobata ex literis à Gubernatore Ciuitatis Castelli conscriptis, ac de ea attestantibus, & demum ex taciturnitate eiusdemmet creditoris, qui licet alias diligēs esse soleat in suis exactionibus, hanc tamen distulit post obitum Pirri debitoris, licet mādatum sufficiens habuisset expeditum. Hinc enim inferebatur subsequutam fuisse frumēti traditionem, & consequenter censum, tàm respectu fructuum, quàm sortis ex ea extinctum remansisse.

Non obstat, quod in transactionis apoca partes conuenerant, vt mensuratio frumenti, ac ipsius æstimatio fieret à Mariotto ad hunc effectum à partibus deputato, ea siquidem mensuratio, ac subsecuta æstimatio conuincitur ex præfata Mariotti fide, quæ vti verisi-
8 milis, † ac de facto proprio concludens ex pluribus coniecturis supra deductis fulcita, eiusque obitu adminiculata plenam meretur fidem, *cap. cum in Ecclesiis de maior. & obed.* vbi notat *Host. num.4. Imol. num.9. Butrius num. 15. Rot.decis.vlt. part.1. diuers. num.2. cum.seqq.& coram Buratt. 306. num.6. & in Romana assecurationis nauis 16. Februarii 1630. coram Reuerendiss. Terracinen.* Et licet mensuratio iuxta legem conuentionis facta non probetur intra diem videlicet 22. Augusti anno 1621. Dum tantum de vtriusque partis consensu postmodū subsequuta dignoscitur post tempus prædictū eam proindè mensurationem, licèt non sequutam intra tempus legitimum partes ap-
9 probasse censentur, † & quodcumque interesse inde resultans remisisse *ad tex.in l. de lege §. vltimo; & in l. post diem ff. de leg.commiss. l.commissione ff. de pactis inter emptorem, & venditorem*, & alijs relatis iuribus respondit *Rot. in add. Cæsenaten. Census 3. Iunii 1644. in §. Verum coram R. P.D.meo Corrado.*

Et ita vtraque, &c.

R.P.D. LEONE VEROSPIO

Calaguritana Beneficij.

Mercurij 15. Decembris 1649.

ARGVMENTVM.

Appellatio interposita ab vno ex collitigantibus, an, & quando suffragari possit etiam socijs, eruditè tractatur; Appellatione interposita à relatione approbationis ad aliquod Beneficium Ecclesiasticum, si ea pendente deuentum fuerit ad institutionem, an succurratur appellanti per restitutionem in integrum, clarè demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non interposita coram Iudice, apud quem ex dispositione iuris tenebatur, non reputatur legitima.*
2 *Appellatio interposita coram honestis viris, vt suffragari possit, quid requiratur.*
3 *Appellatio interposita ab vno ex collitigantibus solet quoque alijs suffragari, licèt principalis appellantis renunciatio præcesserit.*
4 *Intellige quandò legitimè, vel congruè infra decennium d. appellationi adheserunt.*
5 *Secus si aliundè colligatur, prædicta appellatione iuuari noluisse.*
6 *Appellatio interposita ab vno ex collitigantibus, non suffragatur socijs, quando est diuersa causa, atque defensio.*
7 *Restitutio in integrum non admittitur deficiente læsione.*
8 *Beneficium Ecclesiasticum adiudicandum est ille qui nullo adhuc beneficio gaudet, in concursu, cum prouisio de alys beneficijs.*
9 *Episcopus in conferendis beneficijs præsumitur elegisse digniorem.*
10 *Appellatione pēdente quidquid gestum fuerit est nullum, & attentatum.*
11 *per Appellationem interpositam à relatione approbationis ad aliquod beneficium, an dici possit impedita patronorum præsentatio, ac retardata Episcopi institutio.*
12 *Restitutio in integrum cessat, vbi competit actio ordinaria.*

DECISIO CCCLVI.

CVM in Ecclesia Parochiali Oppidi de Nalda Calaguritanæ Diœcesis vacasset quarta pars Beneficij controuersi per ascensū Dominici possessoris ad integrum, propositis de more Edictis ab Ordinario iuxta formam à Clementina Constitutione in eadem Diœcesi sancitam, præ cæteris declarati fuerant

rant legitimi oppositores, Gaspar Raual, Frãciscus Munilla, & Ioannes Duro, omnesque prædicti ab Examinatoribus Synodalibus approbati ad curata; Ex his verò cum Gaspar à Beneficiatis Ecclesiæ præsentatus, institutionem ab Ordinario obtinuisset cæteri Oppositores coram honestis viris prouocarunt, & commissionem præfixionis termini ad docendum de appellatione, eiusque prosecutione legitima, necnon restitutione in integrum mihi directam impetrarunt, cuius vigore cõmissionis dubium vtrumque proposui, super legitima, videlicet, appellatione, ac causis restitutionis in integrum eisdem Ioanni, ac Frãcisco competentibus hodie negatiuè resolutum.

1 Appellatio† siquidem ab ipsis producta forum curam honestis viris interposita dignoscitur, non autem coram Iudice, apud quem ex iuris dispositione tenebantur prouocare, nec proindè poterit reputàri legitima, *l. 1. §. vlt. ff. de appellat. §. 1. auch. eodem tit. cap. vt debitus extra de appellat. cap. appellatio eodem tit. lib. 6. & comprobat. Specul. de appellat. §. qualiter*

2 *num. 8.* Dum maximè, † nec ab ipsis iustificatur propter metum coram honestis viris prouocasse, vel Iudicis copiam tunc tempotis defuisse, vel aliter eumdem Iudicem impeditum, quo minùs coram ipso appellarent prout alterum ex his teneretur ostendere, vt prędicta possent appellatione iuuari, ex notatis in *dicto cap. vt debitus de appellat. lib. 6. & in cap. vlt. vbi post gloss. in verbo coram Iudice, notant ibi DD. communitèr de appellat. Bart. in l. cum quidam, ff. eod. tit. Bald. in l. apertissimis num. 3. C. de iudic. & plures alij relat. per Scacc. de appellat. quæst. 6. numer. 11. cum seqq. Rota coram Burat. dec. 202. nu. 3.*

3 Nec ipsis † poterit suffragari appellatio ab alijs Oppositoribus interposita coram Iudice, quæ alteri ex Consortibus solet quoque prodesse, licet principalis appellantis renunciatio præcesserit, *iuxtà tex. in l. 1. & 2. C. si vnus ex*

4 *pluribus, & in cap. penult. de appellat.* †Tum quia eidem appellationi, nec legitimè, nec congruè decendij tempore adhæserunt, vt forent necessarium aduertit *Salycet. in authen. hodie, quæst. 9. sub num. 4. C. de appellat. Milis in repertorio in verbo appellationis ab alio fol. 18. & in verbo excommunicatus petens fol. 118. Rota decis. 5. de*

5 *sent. excommunicat in nouis*, sed propria vti voluerunt appellatione, eamque separatim per Procuratorem specialem prosequi curàrunt, ac proindè collitigantium appellationi renũciasse censentur, nec prædicta iuuari voluisse, vt notat *Felin. in cap. cum super num. 15. in secunda limitatione de re iudic. Lancellott. de attent. par. 2. cap. 12. ampl. 11. num. 8. Ruginell. de appellat. §. 6. gloss. 1. cap. 1. num. 43. Scacc. eodem tract. quæst. 5. num. 58. §. Subextende declarando, Rota coram Verall. decis. 37. num. 1. par. 1. & coram Crescent. de-*

6 *cis. 7. num. 2. de procurat.* † Tum quia non vna, eademque erat omnium causa, atque defensio, sed diuersa, dum vnusquisque Oppositor ex maiorum qualitatum concursu, quas obtinere contendit, consocium intendit excludere, cuius proinde appellatione gaudere non poterit *iuxta text. in l. si qui separatim, §. quid est rescriptum ff. de appellat. & l. 1. & 2. ff. si vnus ex pluribus appellan. & notant vtrobiq; DD. post gloss. in verbo obtinere, gloss. in l. vnica in verbo patrocinari, C. si in communi, eademque causa cap. penult. ibiq; gloss. in verb. eadem causa de appellat. & alijs relatis iuribus comprobat Scacc. eodem tract. de appellat. quæst. 5. num. 58. & quæst. 12. num. 77.*

7 Ex defectu † quoque læsionis negatiuè paritèr DD. responderunt ad alteram dubij partem restitutionis in integrum, quæ regulariter ipsa deficiente læsione non admittitur ex dispositione *tex. in l. minor. ff. de minor. & in cap. auditis cum duob. seqq. de restitutione in integrum in nouis, & coram Seraphin. decis. 1238. num. 1.* Neque elici valet in casu proposito, siue ex sacerdotali charactere per Ioannem, & Franciscũ antiquitùs recepto, siue ex prouectiori ætate,

8 qua vterque præpollet; Dum Gaspar aduersarius in cæteris qualitatibus ipsis æquiparatur, ac nullo adhuc beneficio gaudet Ecclesiastico, sed ob paupertatem congruo dignoscitur indigere subsidio; cuius vigore paupertatis prælatio per Gasparem obtenta debet sustineri, prout ex eadem causa posset iterum præferri Francisco, ac Ioanni de alijs beneficijs pro eorum congrua sustentatione prouisis (prout ex trium depositione testium comprobatur *iuxta text. in cap. conquærente de Cleric. non resid. & gloss. in cap. dudum il 2. in verb. intitulatam in fine, vers. sed credo de elect. & dispositionem Sacr. Concilij Tridentini sess. 24. de reform. cap. 17. & pluribus comprobat Lambert. de iurepatr. par. 3. lib. 2. quæst. 5. principali art. 3. num. 5. cum seqq. Barbos. de offic. Episcopi allegat. 72. nu. 305. & de officio Parochi cap. 2. num. 116. Rota decis. 16.*

9 *num. 7. par. 2. diuers.* † eaque prælatio eo facilius visa fuit Dominis admittenda. † Quia Episcopi iudicio fulcitur, pro quo solet regulariter vigere præsumptio, *cap. quoniam de iure patronat. Card. in Clement. 1. num. 20. ibique Ancharan. num. 7. de sequestr. possess. & fruct. Rot. coram Verall. decis. 406. par. 2. coram Buratt. dec. 22. num. 30. coram Mantic. decis. 12. num. 1. & 537. numer. 14. par. 1. recent. & in aliis relatis per Adden. ad decis. Buratt. 635. num. 10.*

Neque pro causa restitutionis petitæ pote-

10 rit deseruire † subsecuta præsentatio, atque institutio, Gasparis appellatione pendente ab aduersarijs postmodum interposita, ac proinde nulla.

11 Præterquam enim † comprobatur à relatione approbationis ipsiusmet Gasparis, eiusdem præsentationem præcedente, aliquam interpositam fuisse prouocationem, ex qua beneficiati in exercitio proprij iuris dici possent impediti, ac retardata præsumi Episcopi instituto, vt ponderauit *Rota in Calaguritana Beneficii de Zurbano 19. Ianuarii 1661. coram Penia.*

12 Hęc† sanè nullitas causam restitutionis in integrum operari non poterit fauore Francisci, atque Ioannis, qui minùs legitimè prouocarunt, vt probat *text. in l. in causa, ff. de minoribus, Odd. de restit in integr. quæst. 17. sub num. 62. cum seqq. Rot. decis. 731. num. 2. par. 2. recent.*

Et ita vtraque, &c.

R.P.D.

R. P. D. ARGVELLES.

Pampiloneñ Beneficij de Esparxa.

Mercurij 15. Decembris 1649.

ARGVMENTVM.

De probatione valoris, & clericatus plenè in hac decisione tractatur ad concedendam immissionem prouisio Apostolico, qui litteras suæ prouisionis plenè iustificauit, aduersus eum qui à Nuncio eamdem prouisionem obtinuerat sub expræssione non excessus ducatorum 24. cuius contrarium fuit deinde probatum.

SVMMARIVM.

1 *Vacationem impugnare non potest, qui ex eadem uacatione venit.*
2 *Clericatus ex testibus quomodo probetur.*
3 *Clericus præsumiturq, ui alia possidet beneficia. Clericatus probatur inditijs, & argumentis numer. 3.*
4 *Clericus dicitur quitalis à Papa enunciatur.*
5 *Ciuem aliquem esse vel ex aliquaCiuitate oriundum probatur ex testibus.*
6 *Narrattua non dicitur causa gratiæ.*
7 *Familiaritas non melius probatur, quam per confamiliares.*
8 *Valor probatur vnico teste, & qualicumque probatione.*
9 *Valor probatur ex testibus beneficiatis iunctis etiam libris publicis ciuitatis.*
10 *Valor per non excessum probatur ex confessione partis, quæ sub eadem expressione beneficium impetrauit.*
11 *Probatio non excessus leuiores admittit probationes.*
12 *Testes de valore simpliciter deponentes intelliguntur deductis oneribus, & nu. 13. vbi amplia.*
14 *Beneficium in dubio præsumitur simplex.*
15 *Beneficium probatur simplex, si quis tanquam simplex illud impetrauit.*
16 *Litteræ Apostolicæ iustificatæ veniunt exequendæ.*
17 *Prouisio Apostolico datur immissio sicuti datur hæredi ex testamento.*
18 *Contradictor legitimus non dicitur habens titulum nullum, & inualidum.*
19 *Titulus probatur nullus, & inualidus si fuit narratum beneficium non excedere 24. ducatos, & fuit probatum contrarium.*
20 *Libris Ciuitatis, & Ecclesiæ standum est.*
21 *Partitæ ab aliquo productæ ab eo impugnari non possunt.*
22 *Nuncius Apostolicus restrictam habet facultatem conferendi beneficia non excedentia ducatos 24.*
23 *Probatio non excessus ab impetrante fieri debet.*
24 *Qualitatem probare debet habens regulam qualificatam.*
25 *Exceptionem à regula probare debet qui ea se tuetur.*
26 *Decretum irritans inficit titulum, & possessionem.*
27 *Status vltimus in reseruationibus attenditur.*
28 *Sententia denegans executionem quando non dicatur vulnerare viam executiuam.*

DECISIO CCCLVII.

IN Ecclesia Parochiali Oppidi de Esparza Pampiloneñ Diocesis, per obitum Marci de Calle in mense reseruato, simplex Beneficiũ seruitorium vacauit; Istud q. Domini Ioannes Diaz de Isla, & Andreas Chauari inpetrarunt, ille à Reuerendiss. Hispaniarum Nuncio per non excessum 24. ducat. auri de Camera, & possessionem etiam obtinuit, Iste verò à Sanctissimo Domino Nostro cum narratiua valoris non excessus ducat. 24. certorum, & cum incertis 50. At ipse Andreas dum coram Iudicibus duputatis suarum litterarum executionem petebat, propter recursum per Ioannem ad Iudices Laicos habitum, iura sua coram Ordinario Pampiloneñ experiri fuit coactus, qui sententiam ad fauorem Ioannis protulit, eo quia Andreas excessum 24. duca. non iustificauit: Ab huiusmodi sentẽtia prędictus Andreas appellauit, & causa mihi commissa, Dubitaui, An Gratia Apostolica sit iustificata, itaut Andreæ danda sit immissio, & per Dominos meos affirmatiuè fuit responsũ quia omnia narrata in litteris prouisionis ad eius fauorem emanatæ remanent iustificata.

Vacatio siquidem beneficij per obitum Marci vltimi possessoris controuerti non potest, † cum dictus Ioannes Diaz ex eadem va- 1
catione veniat. *Rota decis. 544. num. 4. p. 4. decis. 302. numer. 2. part. 7. recent.* cum alijs adductis *in Mutien. beneficij 27. Martij 1648. §. vacatio beneficij coram me.*

Clericatus iustificatio clara resultat ex testibus in Curia examinatis de publica voce, fama, & visu deponentibus, scientiæque suę
2 causam reddentibus, † quia viderunt illum clericali habitu indutum, & pro tali communiter reputatum. *Graff. de effect. cleric. in præl. num. 204.* cum multis ibi citatis iunctis alijs adminiculis *num. 205. Rota coram san. mem. Greg. decis. 137. num. 10. & 11. penes Burat. decis. 31. nu. 2. in recen. decis. 613. num. 4. par. 1. decis. 550. num. 3. coram Penia.*

Adminicula in præsenti sunt. Primo quod Andreas alia beneficia posidet, & sic oritur argumentum quod de tempore prouisionis
3 Apostolicæ esset Clericus. † Inditijs autem, & argumentis clericatum probari *est tex. in cap inter quatuor, & ibi gloss. in verbo per argumenta de Cleric. Peregr. Boer. decis. 171. num. 25. Graff. vbi supra num. 203.* Secundo quia in titulis dictorũ
4 beneficiorum † Clericus à Papa enunciatur, *Graff. cum ibi congestis vbi proximè num. 220. & seq. cum ex aduerso non negetur.*

Insuper prædicti Testes *sum. num. 6.* attestantur, quod prænominatus Andreas est Pam-
5 piloneñ Diœcesis† (vt ipse in gratia narrauit) *Rota decis. 266. num. 5. par. 4. recent. in Calaguritana præstimonij 10. May 1649. §. vacatio coram R. P. D. meo Otthobono.*

Narratiua, & suæ pręsentiæ in Curia de tempore gratiæ, & suæ familiaritatis cũ clar. mem. Cardinali Albernoz iustificata redditur ex ijsdem testibus *sum. num. 7.* quorum deposi-

positiones respectu quidem præsentiæ suffi-
6 ciunt,† cum illius narratiua non dicatur causa gratiæ. *Rota coram Duran. decis. 237. numer. 4.* Prout etiam respectu familiaritatis, quæ me-
7 lius quam per confamiliares†(quales sunt isti testes) probari non potest. *Gabr. de test. concl. 10. nu. 34.* quem sequitur *Rota decis. 125. nu. 12. coram Coritulo.*

Obtentorũ valor ex præfatis testibus *sum. num. 8.* datis iustificatur. Hæc autem iustificatio sufficiens reputatur, cum hoc Sacrum Tribunal in probando obtentorum valorem
8 vnico teste, & qualicumque probatione sit contentum *Rota coram Card. Caual. decis. 33. n. 3. in Bonon. Abbatiæ 3. Iulij 1645. §. qualitates quoque, & in Placentina beneficij 11. Decembris 1647. §. quo verò, vers. & valor obtentorum coram me, confirmata 15. Iunij 1648. §. quod beneficium, vers. cum tamẽ coram Reuerend. P. D. meo Celso*, quod indubiè procedit, quando exaduerso non controuertitur.

Iustificatio valoris non excessus ducat. 24. pro certis, & vna cum incertis 50. ex Testibus in partibus examinatis desumitur, qui sunt
9 eiusdem Ecclesiæ Beneficiati *sum. num. 11.* † & vti tales fructus perceperunt, iunctis libris publicis Ciuitatis *sum. num. 13.* ideo benè fructuũ valorem probant *Rota decis. 603. num. 2. p. 1. rec. & in Placentina beneficij 27. Martij 1647. corã Reuerendiss. Domino meo Terracinen. in Oscen. Archidiaconatus 14. Decembris 1648. coram R. P. D. meo Peutingero, & in dicta Bonon. Abbatiæ 3. Iulij 1645. coram me.* Circa quam iustificationem cessat omnis scrupulus, stante Aduersarij confessio-
10 ne, † qui huiusmodi beneficium per non excessum ducat. 24. impetrauit. *Rota coram Burat. decis. 931. nu. 1. vers. ex qua etiam, & decis. 595. num. 1. p. 3. recen. in Bonon. Archipresbyteratus 23. Martij 1648. §. valor autem coram R. P. D. meo Cor-*
11 *rado.* Præcipuè cum ad probationem † non excessus leuiores probationes sufficiant *Garz. de benef. 5. p. cap. 3. n. 198. Rota coram Card. Caual. dec. 533. n. 6. in dicta Placentina beneficij 11. Decembris 1647. in fine coram me.*

Non releuat si dicatur, quod dictis testibus fides non sit præstanda, cum deponant deductis oneribus. Nam respondetur, quod cum dictorum testium depositio simpliciter fuerit
12 facta † est interpretanda deductis oneribus, *Rota coram san. mem. Greg. XV. decis. 273. num. 3. decis. 277. num. 7. in allegata Placentina beneficij, §. nec facit coram me.* Maximè cum deponant circa
13 valorem † negatiuè narratum. *Rota coram Mantic. decis. 138. nu. 2. & in citatis Placentin. §. non obstat, vers. & quod coram Reuerendiss. D. meo Terracinen. & d. §. nec facit in fine coram me.* Et qui contrarium probare intendit, magis valorem per non excessum narratum iustificat. Nam si non deductis oneribus non excedit summam de qua agitur, multo minus deductis ita in mox allegatis decisionibus.

Denique ad probandum, quod beneficium
14 sit simplex, vltra iuris præsumptionem, † quę in dubio facit, vt simplex præsumatur *Rota decis. 266. num. 6. p. 4. recen. coram san. mem. Greg. XV. decis. 89. num. 1. & apud Peniam decis. 517. nu. 1. & decis. 683. num. 8.* Concurrit dicti Ioannis con-
15 fessio, qui (prout in *summ. num. 1.*) † hoc beneficium tãquam simplex à Reuerendissimo Hispaniarum Nuncio impetrauit. *Rota dd. decisionibus 266. nu. 6. p. 4. recen. & 517. num. 2. coram Penia.*

Cum igitur ex his omnibus litteræ proui-
16 sionis Andreæ appareant † iustificatæ veniũt exequendæ, *text. in cap. si capitulo 5. ibique gloss. in verbo exequatur de concess. præb. in 6. Rota in d. Bonon. Archipresbyteratus 23. Martij 1648. §. fin. coram R. P. D. meo Corrado in dicta Bonen. Abbatiæ in princ. coram me.* Et ipsi danda immissio, si-
17 cuti † ex testamento non abolito, nec cancellato *per l. fin. Cod. de edict. Diu. Adr. toll. Rota in Volaterana prioratus 27. Iunij in princip. coram bon. mem. Pirouano cum superius allegatis, & alibi passim.*

Quam quidem immissionem impedire nequit Ioannes à Reuerendissimo Nuncio prouisus, quia cum suæ prouisionis titulus, nul-
18 lus, & inualidus detegatur, † non sit legitimus contradictor ad hunc effectum, *Rota in Bonon. fideicommissi de Rubeis 30. Martij 1646. in fine coram R. P. D. meo Corrado in Compostellana parochialis 1. Iulij 1648. sub §. verum eo magis, & in dicta Calaguritana præstimonij 10. Maij anni præteriti §. neque ad immissionem coram R. P. D. meo Otthobono.*

Nullus autem, & inualidus detegitur titu-
19 lus † ex quo Andreas verificauit beneficium excedere summam 24. ducat. non solum per testes datas *sum. num. 9. Rota apud Cæsar. de Grass. decis. 3. de probat. Verall. decis. 277. num. 7. par. 1. in Aretina Cappellaniæ 11. Martij 1633. §. valor autẽ, & in dicta Volaterana prioratus 3. Iunij 1634. §. de valore, coram Pirouano.* Et per testes productos ab ipso Ioanne in partibus *summ. num. 10.* qui sunt Beneficiati eiusdem Ecclesiæ, & fructus perceperunt vt supra dictum est; Verum etiã
20 tam per libros Ciuitatis, & Ecclesiæ † quibus standum est, cum per partes variari non possint *Rota cum ibi citatis decis. 287. num. 4. & 5. coram Penia.* Quam per partitas formiter extractas, quas hodie impugnare non potest Ioã-
21 nes † cum fuerint ab illo productæ, & sic approbatæ *cap. cum venerabilis 6. de except. cum vulgatis. Rota coram Burat. decis. 160. nu. 3.* Et propterea Reuerendissimus Nuncius illud con-
22 ferre non poterat, † cum restrictam habeat facultatem ad beneficia ducat. 24. non excedentia, *Garz. de benef. 5. p. cap. 3. num. 182. in dicta Calaguritana præstimonij §. tituli verò corã R. P. D. meo Otthobono.* Et huiusmodi non excessus erat
23 probandus † ab ipso Ioanne tamquam suæ gratiæ pars, & fundamentum, *Rota coram Crescent. decis. 4. num. 1. de probat. Mohed. decis. 20. num. etiam 1. eod. tit. in Calaguritana Archipresbyteratus 20. Maij 1587. coram Cypsio impress. apud Garz. de benef. d. 5. p. cap. 3. fol. mihi 447. num. 188.* Et qui
24 habet regulam qualificatæ † debet probare qualitatem, vt ex Rota, & multis alijs latè probat *Fontanell. de pact. nupt. clau. 5. gloss. 1. par. 2. numer. 19. & seqq.* quia tuetur se exceptione à
25 regula, † & sic debet eam probare latè *nu. 24. & seqq.*

Nec

Nec præterea dictus Ioannes opponere potest subsequutam possessionem, quia in mandato Reuerendiss. Hispaniarum Nuncij de non conferendo beneficio vltra 24. ducat. de
26 Camera adest decretum irritans, † quod possessionem, & titulum inficit. *Rota decis. 679. num. 7. coram Penia dec. 440. n. 13. p. 4. tom. 2. & dec. 108. nu. 8. par. 5. recen.*

Accedit vlterius pro maiori tituli nullitate & inualiditate quod huiusmodi beneficium non à Nuncio, sed à Papa semper fuit collatum, qui vltimo loco prouidit Marcum de la Calle, per cuius obitum nouissimè vacauit, ideo non Nuncio, sed Pontifici est reser-
27 uatum; † cum in reseruationibus vltimus status potissimè attendatur. *Rota coram Penia decis. 659. num. 25. decis. 71. nu. 5. in fine par. 2. decis. 257. num. 12. par. 4. tom. 2. recent. Duran. decis. 340. num. 3.*

Nihil facit, quod via executiua litterarum Apostolicarum vulnerata fuerit per sententiam Ordinarij denegantem eisdem litteris executionem, quia cum sententia non simpliciter executionem deneget, sed ob non iustificationem valoris in dictis litteris ab impetranti narrati, ibi, *Non probarunt quod dictum beneficium excedat in omnibus suis fructibus ducat. 24. aureos Cameræ sum. nu. 4.* non vulnerauit viam
28 executionem, † quominus facta iustificatione in secunda instantia valeat Iudex appellationis executiuè procedere, vt respondit *Rota in Astoricen. Archidiaconatus 6. Nouembris 1602. coram Card. Lancell. impress. apud Marches. de commiss. part. 1. fol. 374. & coram Cardin. Caual. decision. 11. sub numer. 5. & 6. & in Meleuitana beneficij 25. Iunij prox. præt. §. fin. coram R. P. D. meo Bichio.*

Et ita vnica &c.

QVÆ SVPRA IN EISDEM CAVSIS EMANARVNT DECISIONES

Ad Vberiorem Studentium commoditatem, cum nullibi habeantur impressæ, hic adnotatæ reperiuntur.

R. P. D. PANZIROLO

Posteà S. R. E. CARDINALI.

Tiburtina Fideicommissi.

Mercurij 27. Iunij 1640.

ARGVMENTVM.

Successio aliud est, quod fiat per viam Primogenituræ, seu Maioratus, & aliud per viam fideicommissi, nam Iura loquentia in terminis Fideicommissi, non intrant quoad Primogenituras, & maxime quia fideicommissa possunt stare in suspenso donec impleatur cōditio euentura, quod non sit est in Primogenituris.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio, quando est conditionalis, dum durat spes adimplementi non cessat dispositio.*

2 *Et hoc maxime procedit, si adimplementi non habeat tempus determinatum.*

3 *Conditionis negatiuæ natura, qualis sit.*

4 *ad Fideicommissa non extenduntur Iura, quæ loquuntur in terminis Maioratuum, seu primogenituræ.*

5 *Primogenituræ, vt sit locus qualiter sufficit, vt conditio vocatorum impleatur.*

6 *Primogenituræ natura est, vt nec memento vacare possit.*

7 *Franch. decis. 169. loquitur in terminis fideicommissi simplicis, & non primogenituræ, & numer. 8.*

9 *de Conditionis implemento dare non potest, qui non habet interesse, & numer. 10. & 11. amplia numer. 13.*

13 *Vir, quando est octogenarius, & habet quoque vxorem octogenarius non est aptus ad procreandos filios.*

14 *Maritus octogenarius habens vxorem octoganariam non est verisimile, quod ea moriente ducat aliam vxorem.*

15 *Conditio, dum est impossibile vt eueniat, quid sit faciendum, declara vt nu. 16. & 17.*

17 *Testamentum, quod non dicit, non est diuinandum.*

19 *Verba indeterminata in testamentis, an debeant extendi ad quodcumque tempus.*

20 *Verba generalia prolata à Testatore, ad certum casum non debent restringi.*

21 *Conditio à testatore prolata in testamentis, de quo tempore sufficit, vt purificetur, & nu. 22.*

23 *Testator, dum mandauit, vt bona conseruentur in familia, censetur voluisse, vt fideicommissa sint perpetua.*

24 *Testator disponens, quod bona conseruentur in familia in casu confiscationis, hæc probatio non debet extendi ad alium casum.*

25 *Pereg. decis. 51. lib. 5. loquitur in casu, quo ratio conseruādi bona in familia in casu delicti, nō erat rescricta ad illum tantum casum.*

Probibitio testatoris, quando est realis, censeri debet perpetua num. 25.

26 *Testatoris verba, quando sunt restricta ad certam*

tam personam non possunt dici realia.
27 *Verba testatoris quando reuera non possint dici realia, sed personalia.*
28 *Prohibitio testatoris, quando non vestita fuit, aliqua causa non est attendenda.*
29 *Quod procederet, etiamsi prohibitio sit facta in perpetuum.*
30 *Verba testatoris non sunt iudicanda superflua.*
31 *Verba debent operari in casu à Testatore disposito.*
Superfluitas potius est tolleranda quam vt dispositio testatoris vltra casum suum protrahatur numer. 31.
32 *Text. in l. pater filium, §. fundum ff. de leg. 3. quid determinet.*
33 *Superfluitas est potius tolleranda, quam vt admittatur extensio in odiosis.*
34 *Verba testatoris ad omnia præcedentia debent referri.*
35 *Verba testatoris quando sunt restricta ad certum casum, non ad alios debeant extendi.*
36 *Verba, quando sunt vniuersalia, ad omnia suprarelata immediate prolata sunt referenda.*
Relatio est fundata in proprietate verborum, numer. 36.
37 *Conditio restricta ad certum casum non potest extendi ad diuersum.*
38 *Fideicommissi perpetuitas deducitur, quando testator disposuit in casu mortis, non autem contrauentionis.*

Allegatur præsens decisio sub die 24. Iunij 1640. supra in decision. 1. quæ est in hac eadem causa sed coram bonæ memor. Arguelles.

DECISIO CCCLVIII.

PLACVERVNT Dominis fundamenta decisionis Emanata corã me sub die 16. Martij proximi præteriti in qua firmatum fuit fideicommissum Fabij de Blasis esse purificatum ad fauorem Vespasiani, & propterea ex rationibus, ibi, adductis esse in decisis persistendum.

Quibus non visum est obstare quod cum Testator disposuerit per hæc verba (*non vi essendo figliuoli di Vespatiano mio Nepote maschi, che possa succedere, succeda il Maggiore in linea Masculina*) dum Vespasianus est vxoratus, & est in spe suspiciendi filios, quamdiu ista spes durat tamquam conditione pendente ipse non
1 dicitur ad hæreditatem vocatus, † sed potius hæreditas debet remanere in suspenso cum Testator de liberis Vespasiani mentionem fe-
2 cerit † Conditionaliter, & negatiue absque præfixione certi temporis, *ita glos. in l. post. §. fratre verbo in familia ff. de leg. 2. l. hoc genus verb. nubendo ff. de condit. & demonstr.* Cum de natura
3 conditionis † negatiuæ sit, quod tunc tantum impleatur quando certum, & indubitatum est rem aliter esse non posse, & implementum esse duraturum vsque ad mortem illius in cuius personam conditio purificanda est, & super reductionem ad impossibile, *vti per Bald. in l. Mutiare in fin. ff. de Condit. & demonstr. Castr. in l. 2. num. 1. vers. item in 3. C. de instit. & substit. & hoc videtur sentire Molin. de primog. lib. 3. capit. 10. numer. 16. Franc. decis. 169. Rot. decis. 593. nu. 1. par. 2. recent.*

Fuit enim responsum quod quicquid sit in fideicommissis iura supradicta nullo modo,
4 applicari † casui nostro in quo Testator constituendo primogenituram inter filios Vespasiani post defectum illorum vocauit maiorẽ natu in linea masculina etenim ad effectum
5 vt † statim sit locus substituto sufficit quod de tempore obitus vltimi possessoris filij nati vel in vtero concepti non reperiantur absque eo quod natiuitas alterius expectetur, cum
6 successio † Maioratus illius naturę sit, vt nec momento quidem vacare possit, sed mortuo vltimo possessore statim sequentem vocatũ admittat, vt se ipsum declarando pluribus explicat *Molin. dict. lib. 3. capit. 10. num. 35. & plurib. sequen.*

Nec *Decisio Franch.* 169. aliquod obesse po-
7 test, quia vltra quod non versamur † in simplici fideicommisso, sed in primogenitura, adducti in terminis fideicommissi casus ille omnino est diuersus ex quo ibi erat quæstio testatoris filium qui prætendebatur exclusus & alium qui fuerat substitutus casu quod defficeret linea masculorum descendentium ex filijs testatoris, vnde cum extaret filius testatoris quandiu aderat spes quod ex ipso filij
8 nasci possent substitutio † alterius vocati in defectum dictæ lineæ nullo modo poterat, habere locum, *vt habetur in d. decisione sub nu. 12 vers. dictum fuit*; in casu autem nostro vocatio testatoris restringitur, & limitatur ad filios Vespatiani, & ad maiorem natu in linea masculina qualis est Vespasianus, & sic cum ipso nullus alius potest concurrere nec dare de defectu implementi conditionis negatiuæ, si
9 quidem filiæ fœminæ vltimi † grauati sunt manifestè exclusæ, dum post defectum illius sine masculis vocatur maior in linea, vt in alia decisione firmatum fuit, nec Augustinus habet aliquam actionem, cum de eo testamẽtum nullo modo loquatur sed tantũ de filijs Vespasiani, ac de maiore natu in linea masculina, qualis non est Augustinus, & sic in casu præsenti hæreditas non est pœnes alium voca
10 tum, † cuius deficientiam sine filijs debeat Vespasianus expectare ad effectum vt postea
11 succedere posit in quibus etiam † terminis loquitur, *d. decis. 593. num. 1. par. 2. recent.* sed ipse Vespasianus est vocatus, & illi qui nullum
12 habent ius, ad hanc hæreditatem dant † de non implemento conditionis negatiuæ sub prætextu, quod Vespasianus ad hoc vt efficiatur hæres debeat expectare mortem sui ipsius
13 sine filijs, qui casus nec, † in dictis decisionibus firmatur, & multo minus dum oppositio prouenit ab illis, ad quos hæreditas nullo pacto deferri potest.

Sed in omnem casum ad repellendum Augustinum, & filias vltimi grauati satis videbatur constare de implemento conditionis negatiuę, dum ipsi examinarunt testes ad pro-

ban-

bandum quod Vespasianus vti octuagenarius
14 cum vxore pariter † octuagenaria nullo modo est aptus ad filios procreandos, qua impossibilitate petita statim purificatur fideicommissum etiam non expectata morte Vespasiani cuius filij vocati sunt *per text. in l. cum ita legatum, ibi, aut certum fuerit nasci non posse ff. quand. dies lega. vel, fideicomm. ced.* cum non sit præsu-
15 mendum quod vxor moriatur, & † ipse aliã vxorem ducat, vt in terminis considerat, *Gam. decis. 160. num. 5. Fusar. de substit. q. 415. nu. 1. in fin. & licet num. 3.* dicat, quod in hoc casu
16 hæreditas defertur quidem † sed exercitium suspenditur in tempus mortis ex, *Oldr. consil. 239. num. 7. cum alijs ibi allegat.* hoc tamen debet
17 inteligi in terminis habilibus, † quando scilicet adhuc viuit impotens, & substitutus petit immitti, non autem quando impotens, &
18 substitutus est vna eademque persona, † nec vllus alius reperitur in testamento vocatus vt in casu præsenti.
19 Nec obstat quod illa verba (*non ci essendo figli maschi &c.*) vbi indeterminata posint, & debeant extendi ad quodcunque tempus vt firmatur, *in alia in vers. etenim itaut quandocunque filij extiterint impedire possint substitutionem maioris natu*, & sic Vespasiani quia decisio tantum firmat supradicta verba non esse restringenda ad
20 tempus obitus testatoris sed† intelligenda de defectu filiorum quocumque tempore ille sequatur absque vlla temporis præfinitione tam amplectẽdo casum mortis testatoris quã
21 vltimi grauati, de quo tempore † sufficit, quod conditio purificetur, *vt tradit Peregr. de fideicomm. art. 29. num. 13. Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 6. num. 7.* Sed hoc non tollit quin Vespasianus substitutus succedere posit dum nullus viuit ex eius filijs vocatis, & omnes obierunt
22 sine filijs, † ipso Vespasiano superstite, & vocato tanquam maiore natu vt supra dictum est.

Non obstat quod cum Testator voluerit, quod bona conseruarentur in familia videtur habuisse voluntatem, quod fideicommissum
23 duraret † in perpetuum quæ tamen voluntas non impleretur si hæreditas deueniret ad Vespasianum destitutum omni spe habẽdi filios, quia vt in alia dicebatur, ratio illa conseruationis bonorum in familia non respicit pro-
24 hibitionem alienationis † sed tantum confiscationis in casum delicti, & ideo extra illum non extenditur, *vt bene per Roland. Cons. 43. numer. 43. lib. 4. Odd. de fideicomm. q. 75. Rot. in rec. dec. 368. nu. 7. & seq. par. 5.*

Nec facit in contrarium, *cons. Pereg. 51. lib. 5*
25 quia in eo Casu ratio conseruandæ † agnationis in familia non legitur restricta ad casũ delicti, sed erat absolute posita.

Nec releuat quod prohibitio vti realis cẽ-
26 seri debeat perpetua, quia† tam ex antecedẽtibus quam subsequentibus verba testatoris potius sunt restricta ad personam Andreę hę-
27 redis instituti, & ideo † non potest dici realis, sed re vera apparet porsonalis vt considerat, *Rimin. iun. cons. 371. num. 124. & seq. lib. 4. quem sequitur Petra de fideicomm. q. 2. num. 30.* vltra quod
28 ponderatum fuit, quod cũ prohibitio† nõ fuerit vestita aliqua causa non est considerabilis, *vt ex cumulatis per Fusar. de subst. q. 685. num. 10. Odd. de fideicomm. q. 2. art. 4. nu. 25.* vbi quod hoc
29 conclusio procedit† etiam si prohibitio sit facta in perpetuum.

Nec dicatur quod si ratio conseruationis bonorum in familia esset restricta ad solum
30 casum confiscationis † verba testatoris essent superflua quia superfluitas sufficienter euita-
31 tur quando† verba operantur in casu testatore disposito, & potius esset inconueniens si illa traherentur vltra casum à testatore consideratum, *vt per text. in l. pater filium, §. fund. ff. de leg. 3.* vbi testator vsus fuerat verbis denotantibus perpetuitatem ibi, (ita enim fit, vt fundus de nomine vestro numquam exeat,) &
32 tamen † fideicommissum restringitur ad casum contrauentionis, *Criuel. decis. Rolan. 22. numer. 73.* vltra quod potius tolleratur superflui-
23 tas, quam extentio de casu ad casum † quæ est odiosa, *Rot. decision. 490. numer. 9. part. 4. diuers.*

Nec releuat quod verba testatoris debeant
34 referri ad omnia præcedentia † nam responsum fuit quod aut Testator vsus fuit numero singulari, & verbis demonstratiuis restrictis ad dispositionem immediate præcedentem,
35 & tunc relatio † non debet fieri ad omnia sed ad illum tantum casum, aut vsus est numero plurali, & verbis vniuersalibus non restrictis ad dispositionem immediatè præce-
36 dentem† & tunc relatio debet fieri ad omnia quia relatio est fundata in propietate verborum, *iuxta Text. in l. fin. et ibi Bart. ff. ad Trebell.* & secundum hanc distinctionem non facit in contrarium, *Bero. cons. 64. num. 35. lib. 2. cum alys allegatis* vnde dum Testator in casu cõtrauentionis vocauit ex filijs Vespasiani unum natu maiorem post alium addendo illa verba,
37 *e così di mano in mano &c.* nõ † debet illa dispositio aliquo pacto extendi ad casum mortis, *prout scribentes ex aduerso prætendunt* sed tantum debet operari suum effectum in casu speciali
38 à Testatore prouiso † perpetuitas autem fideicommisi deducitur quando prędicta verba sunt apposita in casu mortis non autem in casu contrauentionis, *vt videre est apud Fusar. quæstion. 384. numero 5. cum alijs per ipsum allegatis.*

Et ita vtraque parte informante &c.

R. P. D. PEVTINGERO

Romana Domus.

Veneris 4. Decembris 1643.

ARGVMENTVM.

Emphyteusis licet non possit dari in dotem, cũ sit inalienabilis, cum dos debeat remanerę penes filios, aut hęredes tamen fallit, si in concesione emphyteusis, adsit clausula, ad habendum, & alia circa hac materiam.

SVM-

SVMMARIVM

1 *Sententiæ ualiditas colligitur ex reuolutione actorum.*
2 *Possessio probatur ex substentatione litis, & ex ademptione ipsius possessionis.*
Possessio probatur ex confessione partis aduersa numer. 2.
3 *Bona emphyteotica sunt inalienabilia.*
4 *Emphyteusis pro se, filijs, & nepotibus acceptat cum clausula ad habendum, cuius natura sit, & num. 5.*
5 *Emphiteusis habita cum clausula ad habendum, ex causa onerosa petest à primogenito alienari, in præiudicium uocatorum.*
6 *Emphyteotica bona non dicuntur talia, dum fuerunt data in dotem.*
7 *Emphiteusis non potest dari in dotem, cum non possit transire ad hæredes mulieris, & nu. 8.*
9 *Possessio quæ est iure pignoris, non est vera possessio.*
10 *Filijs competunt remedia possessoria pro recuperatione dotis, quæ competebant matri.*
11 *Libellus quando non est restrictus ad certam actionē non potest fieri talis restrictio.*
12 *Et maxime stante in eo clausula, & omni meliori modo.*

Præsens decisio in hac eadem causa emanata sub die 4. Decembris 1643. allegatur supra ad decisionem 55.

DECISIO CCCLIX.

CVM Margharita Constantina filia, & hęres ab intestato Fuluię Grappolinę, obtinuisset per sententiam ab Audit. Cam. immissionem super Domo hęreditaria per Margheritam Grappolinam detenta, hac appellante, Domini censuerunt, sententiam Aud.
1 Cam. esse confirmandam, quia† eius ualiditas constat ex reuolutione actorum, & iustitia, probatur ex eo, quod domus, de qua agitur fuerit per Fuluiam de tempore mortis possessa, vt deponunt testes in summario Constantinę num. 4. & 5. eamque filium fuisse, & hęredem Fuluię, neque ab ipsa Grappolina controuertitur. Possessio vero recens Grappoli-
2 næ probatur † ex substentatione Litis, & ademptione possessionis, & confectione articulorum in actis datorum, quę sunt extrema ad effectum, de quo agitur, requisita.
3 Nec obstat, quod hęc Domus † afferatur emphiteotica inalienabilis, nec ad hęredes transitoria.

Quia dato etiam, quod esset emphiteotica nihilominus cum fuerit acquisita pro se, Filijs, & nepotibus, cum clausula ad habendū,
4 &c. † quę faciunt emphiteusim mere hęreditariam, vt sepius dixit Rota, *& signanter in decis. 438. num. 2. par. 1. recen.* bene potuit ex causa onerosa à Primo acquirente alienari in præ-
5 iudicium vocatorum, *vt pluribus relatis dictum fuit in Romana Dotis 20. Aprilis 1643. uers. nec aduersari, coram R. P. D. meo Carillo, & in Romana Vineæ, 4. Maij 1643. coram me,* maxime cum di-
6 cta Domus fuerit bis alienata† ex causa dotis nempe primo dotanda Martia filia Alexandri primi acquirentis, cui fuit data in solutum, & fundum dotalem, & secundo loco, pro parte dotis ipsius Fuluię, vnde tanto minus ob-
7 stat prędicta obiectio, quia bona† emphiteotica alienari possunt ex causa dotis, & sic alienata, Mortua Muliere, non reuertuntur ad
8 ad Vocatos in Inuestitura, † sed transferuntur ad Mulieris hęredes, vt pluribus relatis tradit *Gratian. discep. forens. cap. 511. num. 9. & 10. Rota Romana domum 9. Decembris 1641. uers. minus obstare coram R. P. D. meo Roijas*, Minus obstat, quod Fuluia non possideret etiam Domum, vti uera Domina, & posseditrix, sed solum
9 iure pignoris, † ex quo fuerit assignata in satisfactionem ressidui dotis, & alterius crediti.

Quia licet Fuluia, dictam Domum detitineret tantum iure pignoris, adhuc Marghe-
10 ritę filię &, hęredi, competunt remedia possessoria pro dote detentis per eandem Fuluiā defunctam, *vt tradunt Glos. & Doct. in l. fin. C. de edit. diu. adr. Tolen. Rota coram Sanct. mem. Greg. XV decis. 194. numer. 9. versicul. non obstat, & numer. seqq.*
11 Quod autem dicitur, actum fuisse † ex remedio l. fin. vigore fideicommissi donis non videtur releuare; quia cum Libellus nō fuerit restrictus ad certam actionem, sed fuerit
12 deductum omne Ius, † & omnis actio cum clausula omni meliori modo, &c. censetur deducta actio, & remedium magis proficuū Agenti, *ut pluribus relatis dixit Rota in rec. dec. 175. num. 5. par. 6.*

Et ita resulutum fuit vtraque parte informante.

REVERENDISS. P. D. CERRO Sacræ Rotæ DECANO.

Valentina Parochialis.

Veneris 28. Aprilis 1645.

ARGVMENTVM.

In præsenti decisione multa deducuntur circa validitatem resignationis beneficij, vt potius sit standum originali, quam Registro Datariæ, & quid veniat exprimendum, vt tanquam valida persistat.

SVMMARIVM.

1 *Originali potius standum est, quam Registro Dataria.*
2 *Scripturæ omnes debent regulari ab ipso originali, amplia num. 3.*
4 *Iustificatio fit de actu iam gesto.*
5 *Litteris expeditis resignationis magis standum est, quam registro, dum cum originali concordant, & num. 6.*
7 *Resignationes vt habeant suum effectum, debent seruari*

uari conditiones, in eo apposita.
8 *Quod maxime attendendum venit quando onus est perpetuum num.7.& 9.*
10 *in Resignationibus beneficiorum an sint exprimenda onera perpetua.*
11 *Onus, quando non est voluntarium sed necessarium an sit exprimendum.*
12 *Papa præsumitur scire omnia decreta Concilij Tridentini.*
13 *Subreptio, vt euitetur in resignationibus beneficioru quid sufficit fuisse expressum.*
14 *in Mandato excessus, quando faciat deficere consensum in resignante declara vt nu. 15.*
16 *Stylus Datariæ, & Cancellariæ debet attendi, circa resignationes beneficiorum.*
17 *Clausula, non alias aliter nec alio modo, remouet consensum ab actu.*
18 *Papa, quod noluit, censetur nec voluisse resignans.*
19 *Verba, si sanctissimo placuerit, quid importent, & num.20.*
21 *Clausula, non alias, aliter, nec alio modo, ad quid sit referanda, & num. 22.*
22 *Decisio in Causa Corduben. Dimidiæ Portionis corã Chiroga qualiter intelligenda, vt num.23.*

Decisio ista emanata in hac causa sub die 28. Aprilis 1645. allegatur supra in decisione 121. quæ est in eadem causa coram eodẽ Reuerendiss. P.D. Cerro Decano.

DECISIO CCCLX.

NON constare de resignatione valida dictum fuerat prius vtraque parte informatẽ die 8. Aprilis 1644. corã R.P.D. meo Præside Vallisoletano, licet decisio propter eius ab Vrbe discessum à me in Rota subrogato fuerit extensa, & postea coram me vna tantum parte informãte die 13. Ianuarij præteriti duplici fundamento. Primo scilicet quia ex registro Datarię apparebat supplicationem fuisse signatam à fel. rec. Vrbano VIII. 3. nonas Ianuar. Pontificatus anno 18. qui est 1641. à Natiuitate, & sic postquam resignans obierat, secundo quia mandatum ad resignãdum erat conditionale cum decreto exprimendi onus antiquum duorum cafficiorum tritici, & reseruata pensione ducat. 200. auri de Camera integrè soluẽ literis non expeditis, quæ tamen conditiones impletę nõ fuerant, sed imò signata supplicatio cũ clausulis omninò repugnãtibus, vndè resignatio remanebat nulla, ex defectu cõsẽsus resignãtis, qui sub illis pactis, & conditionibus consensit, & latius habetur in dd. decisionibus.

Sed hodie reproposita causa DD. recesserunt à decisis, quia ex nouiter in facto adductis ab altera parte visum fuit vtrumq; fundamentum cessare.

Etenim licet supplicatio appareat signata de anno 1641. in regestro Datariæ, cui visum fuerat potius adhiberi debere fidem, quam litteris, quæ solummodò ostendebantur, hodie tamen fuit exhibitum originale eiusdem supplicationis signatæ 3. nonas Ianuarij Pontificatus S. mem. Vrbani VIII. anno 17. quod correspondet anno 1640. quo tempore resignans adhuc viuebat, in concursu autem ma-
1 gis standum † est originali, quàm registro, *iuxta theoricam Bart. in l. si quis ex argẽtarijs §. prætor ait ff. de edendo, Surd. qui latè exornat materiam cons.* 141. num. 8. & in terminis supplicationis firmat *Mandos. ad reg. Cancell. reg. 15. q. 2. num. 3. & in reg. 27. q. 1. num. 3. Caputaq. decis. 75. nu. 6. par. 1. Rota coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 265. num. 11. cum seqq. et decis.* 306. num. 1. *et coram bo. mem. Bu-*
2 *rati. decis.* 294. *num.* 12. imò secundnm† originalem supplicationem omnes aliæ scripturæ postea factæ emendari, & regulari debent, *gloss. in cap. vt veterũ librorũ ver. Greci circa mediũ in verbo et est hic argum. dist. 9. Rota dicta decis.* 265. *n.* 12. *et coram Cardin. Caual. decis.* 255. *num.* 8.

Eoque magis in casu nostro cum originali supplicationis concordant cum parua data,
3 quæ † pariter legitur sub eodem die, & anno, *Sum. Insa num.* 4. consensus præstitus à Colle Procuratore in Cãcellaria pariter sub eodem die, & anno *dicto Sum. num.* 2. & ratificatio resignantis facta sub 26. Februarij 1640. *Sum. numer.* 3. Si enim ratificatio facta fuit de anno 1640. consequens est supplicationem eo tem-
4 pore iam fuisse signatam cum † ratificatio fiat de actu iam gesto, actumq; præcedentem conualidet non subsequentem ad instar confirmationis *Gemin. cons.* 128. *num.* 4. *vers. ratificatio enim Menoch. consil.* 364. *num.* 13. iunctis etiam literis ad fauorem resignatarij expeditis, quibus ma-
5 gis standum est† quàm regestro dum cum originali concordant, vt aduertit *Rota coram Vrgellen. dicta decis.* 306. *num.* 1. cum præsertim de legalitate originalis suspicari non possit, dum Reuerendissimus tunc Datarius eo viso, & diligenter inspecto testatus mihi fuerit, nec alteratum esse, nec in aliqua parte vitiatũ adeò vt propterea potiùs sit præsumẽdum erratum
6 fuisse in regesto, quod à solo viro†registratore conficitur, quam in originali supplicatione signata manu Papæ, nedum visa per Datariũ, sed de eius manu datata, & diligentèr vlterius examinata per tot Officiales.

Ad alterum fundamentum, quod ob non seruatam formam mandati, & conditiones in
7 eo appositas † non impletas deficiat consensus resignantis dictum fuit, quod aut agitur de nõ facta expressione duorum caffitiorum tritici, & cum hoc sit onus perpetuum extractum ab Archiepiscopo Valẽtiæ ex fructibus istius Parochialis, & assignatum seminario dictæ Ciuitatis vigore Concilij Tridẽtini sess. 23. c. 18. de reform. fortè non erat de necessitate exprimendum, prout similiter non exprimitur o-
8 nus subsidij excusati triennium, & similium, quia scilicet cum sint onera perpetua, quæ distrahuntur à Corpore beneficij non continentur in valore expresso, sed illum minuunt *Gigas de pens. q. 96. num. 2. et 3.* loquens de oneribus Episcopalibus *Put. decis. 201. lib. 3. in nonis Rota in recent. decis. 158. num. vlt. par. 1. add. Greg. decis. 245. sub num. 12. vers. ad istum autem effectum, et coram Buratt. decis. 418. num. 1.* verus enim valor dicitur, qui remanet deductis oneribus, vt notat

Bart.

Bart.in l.fundi trebiani in fin. ff. de vsufr. leg. Rota diuers.decis.548.par.1.et in rec.decis.640. num. vlt. part.3.et coram Cardinali Caual.decis.462. num. 1. onera autem intelliguntur de perpetuis non de temporalibus, vt explicat *Gonzales ad reg.8. gloss.5.§.2. num.21.Garz.de beneficijs par. 5. cap.3. num.161. cum seqq. add.ad Greg.decis.490. num.9.*

Sed quia in cōtrarium deducebatur huiusmodi
9 modi expressionem fuisse necessariam† prout in terminis perpetuæ pensionis impositæ ad fauorem Seminarij vigore Concil. Tridentin. videbatur decisum *in Valentin.pensionis 25.Iunij 1601. coram bon.mem.Card.Millino*, vbi ratio adducitur, quod cum huiusmodi pensio sit perpetua continet in effectu dismembrationem fructuum.

Ad hòc pariter fuerunt datæ variæ responsiones, & præsertim fuit allegatum, quod hodie
10 die seruatur stylus † contrarius in Dataria, scilicet non exprimēdi similia onera perpetua nedum generalis aliarum prouinciarum, & Diœcesum, sed indiuidualis Valentiæ, & adeò hoc comprobandum datæ fuerunt fides, & attestationes plurium Officialium, & Curialium *in Sum.num.6.*

Prout etiam dedùcebatur, quod cum hoc onus non sit voluntarium, sed necessarium à
11 iure, † vel decr. Concilij iniunctum cuicumque Beneficio huius Diœcesis eius taciturnitas non potuit reddere gratiam subreptitiam *ad not.per Felin.in cap.super literis num.8. de rescr. Rota decis.75.eodem tit.in antiquis,& dec.569.n.15. par.5.recent.tom.2.* & in simili de onere perpetuo, quo grauantur Prioratus, & Commendæ Religionis Hierosolymitanæ *dixit Rota in Monopolitana pensionis 1598.coram Orano,* quam refert, & sequitur *Garz.de Benef.p.1. cap.5. numer.564.* ea ratione, quia cum Papa præsuma-
12 tur optimè scire† omnia Concilij decreta, vel cogitauit, vel cogitare potuit super hac Parochiali adesse hoc onus pro seminario, quæ sola generica cogitatio sufficit in gratijs Apostolicis ad euitādam subreptionem ex taciturnitate resultantem. *Ruin.cons.68.num.4. & cons. 75. num.16.lib.3. Honded.cons.89.num.27.lib.1.& alijs relatis in dicta decis.100.num.30.par.5.recent firmās*
13 *vlterius num.31.* ea sola esse † exprimenda ad euitandam subreptionem, quæ de stylo, & consuetudine Datariæ solent exprimi, non autem alia.

Aut verò agitur de alijs in supplicatione conditionaliter expressis ob quorum inobseruantiam dictum fuit in decisionibus fuisse
14 excessum † in mandato, deficere consensum in resignante. Et placuit responsio, quod dū istæ conditiones fuerūt à procuratore in supplicatione appositæ, & per Sanctiss. delatæ tan-
15 quam † non solitæ concedi dicitur satisfactū mandato, & valet resignatio, vt aduertit *Paris.de resignat.lib.9.q.17. num. 19. vers. sed dubium Lotter. de re Benef.lib.3.q.16.nu.38. vers.prius autem in suis terminis decis.387.num.2.par.4. diuers.*


Et hinc cessat in facto motiuum primæ decisionis, quod scilicet non fuerint adhibitæ diligentiæ ad illas obtinendas, dum enim vt dictum est, fuerunt in supplicatione appositæ,
16 & Pontifex illas † deleuit diligentiæ remanēt eo ipso probatæ, quia ex cassatura, & delineatura iuxta stylum Datariæ, & Cancellariæ arguitur petitorum denegatio *Card.Seraph.decis. 683.num.2.*

Non obstat Clausula, *Non alias alitèr, nec alio*
17 *modo* apposita in fine † mandati procuræ quæ remouere videtur concensuum, casu quo cōditiones impletæ non fuissent, quia cum post appositas conditiones additum fuerit, si ita Sanctissimo placuerit, vt subsequatur postea Clausula, Non alias alitèr, nec alio modo argui debet resignantem, tunc demum voluisse implementum casu quo Sanctiss. placuerit, &
18 non alias, vndè dum † Papa voluit censetur, & resignantem noluisse, vt in puncto extat decisio *Cæs.de Crass.10.de præben. aliàs 121.nu.2. 3.& 4.* quam sequitur, & referunt *Gloss.ad reg. 8.gloss.12.num.93. & Lotter.de re Benef.lib.3.q.19. n.38.* & ita licet Procurator concenserit absq; his conditionibus, ex hoc tamen non deficit consensus in mandante, quia dum illas con-
19 ditiones solum voluit quatenus† Sanctissimo placuerit, eo ipso quod Pontifex eas delendo noluit admittere censetur etiam illas noluisse mandantem, quia prædicta verba, Si Sanctis-
20 simo placuerit † ad antecedentia omnia non stant resolutiuè, sed conditionaliter, vt expressè firmatur *in d.decis.Cæs.de Grass.10.num.8.*

Nec intrat replicatio quod dicta clausula
21 Non alias alitèr nec alio modo † referri debeat ad conditiones appositas, non autem ad beneplacitum Sanctissimi, quia cum stet apposita post requisitum d. beneplacitum ma-
22 gis ad illud referri † debet, quam ad alia magis remota *ex doctrina Bart.in l.final.C.de reb. dub.* aliàs autē superflua fuisset reseruatio beneplaciti, si non aliter quàm modo expresso resignatio fieri potuisset.

Nec obstant deducta *per Rotam in Cordubeñ*
23 *dimidiæ † portionis 14. Nouemb. 1558.coram Chiroga* in alia decis.allegata, quia procederent si resignans simplicitèr, & absolutè noluisset aliter resignare, quàm sub pactis, & conditionibus in mandato expressis, secus prout hic vbi conditionalitèr tantum, & accedente beneplacito Apostolico. Eo enim non accedē-
24 te censetur etiam alitèr † voluisse, vt in puncto respondendo huic obiecto distinxit *Rota apud Cæs.de Grass. d.decis.10.* Ex quibus etiam habetur responsio *ad alleg. decis.in Causa Saonen. Cantoriæ,* quia eo casu resignans liberè, &
25 absulutè protestatus fuerat† non aliter in resignationem cōsentire, quam sub expresis pactis, & in conditionibus in mandato suppositis, quod non est in hoc casu.

Et ita vtraque parte, &c.



R.P.D.

R. P. D. GHISILERIO
Posteà Episcopo IMOLEN,
Aretina Vnionis.

Veneris 2. Iunij 1645.

ARGVMENTVM.

Vniones beneficiorum qualiter, & quando dicantur probatæ, vt non intret Regula Cancellariæ reuocatoriæ vnionum.
Et plura alia deducuntur circa talem probationem vnionum.

SVMMARIVM.

1 *Vnio, quando dicatur integrè, & validè facta.*
2 *Vnio confirmata à Papa, vna cum insertione dictæ Vnionis, est seruanda.*
3 *Vnio, quod fuerit effectuata, probari potest ex sententia desuper lata.*
4 *Regula reuocatoria vnionum vt non operetur, satis est vnionem fuisse in parte effectuatam.*
5 *Obseruantia non est attendenda quando per sententiã fuit sublata.*
6 *Obseruantia quælibet per decretum irritans dicitur sublata.*
7 *Consuetudines laudabiles Ecclesiarum sunt seruandæ.*
8 *Vniones beneficiorum, quando non possint dici, nisi effectuatæ.*
9 *Verba sunt intelligenda secundum subiectam materiam.*
10 *Dictio, prout, est restrictiua.*
11 *in Vnionibus negotia vniuersalia, & non particularia communicantur.*
12 *Vicarij deputatio, quando beneficium est vnitum ad quem spectet.*
13 *Effectum ea, quæ non habuerunt, non attenduntur.*
14 *Effectuatio ex lapsu temporis an præsumatur.*
15 *Iura extracta parte non citata non iuuant.*
16 *Iura debent extrahi cum compulsarialibus Iudicis.*
17 *Decretum irritans tollit quemlibet actum in contrarium.*
18 *Actus, facti, proximi liti non attenduntur.*
19 *Testes, qui deponunt per possibile, & non per necesse non releuant.*
20 *Actus, qui non sunt conuenientes, non sunt admittendi.*
21 *Testes, non releuant, si deponant, de his, qui acciderunt, in infantili ætate duorum vel trium annorum.*
22 *Intentionis fundamentum partis, vbi consistit, concludenter id est verificandum.*

Allegatur præsens Decisio in causa Aretina Vnionis 2. Iunij 1645. supra in decisione 37. quæ est in eodem causa, & ista ibi allegatur in fine:

DECISIO CCCLXI.

VNIVIT vsquè de anno 1250. Episcopus Aretinus Ecclesiam Collegiatam S. Mariæ Plebis nuncupatam Ecclesiæ Cathedrali S. Petri dictæ Ciuitatis, & ei communicauit honores, & Priuilegia dictæ Cathedralis Ecclesiæ vnitæ, & cum voluerit in posterum esse vnum, & idem Capitulum determinauit, Canonicos vtriusque Ecclesiæ communiter admitti debere ad electiones, tractatus, negotia, & contractus, ita tamen, quod per illam vnionem humaniora Priuilegia, & laudabiliores consuetudines vtriusque Ecclesiæ cõmuniter, & æqualiter cum ipsis Ecclesijs à Canonicis obseruarentur, & quod Archipresbyter, & Canonici prædictę Plebis subessent Præposito Aretino, & Obedientiam, ac reuerentiam præstarent, & facerent eidem debitam, vt sicuti erat vnum vnitum, ita etiam esset vnum caput in ipsa Ecclesia. Dictam vnionem confirmauit Innocentius Quartus cum insertione totius tenoris. Ortis deinde tractatu temporis controuersijs inter Canonicos vtriusque Ecclesiæ à fel. rec. Clemente VIII. illarum determinatio cõmissa fuit Cardinalibus Alexandro tituli S. Praxedis Florentiæ nuncupato, & Antonio Mariæ Saluiato, qui negotio maturæ discusso sub die 5. Iulij 1595. per sententiam diffinitiuam declararũt, vnionem prædictam per Sedem Apostolicam confirmatam à Partibus acceptatam, & effectum sortitam, & executioni demandatam per plures, & diuersos actus, ac per longa temporum spatia obseruatam in pristinã obseruantiam reuocandã, & restituendam fuisse, & esse, adeò quod eidem Ecclesiæ Plebis, eiusdemque Capitulo, & Canonicos honores & Priuilegia dictæ Cathedralis censeantur, & sint communicata, & competant, & competere intelligantur, & Canonici Collegiatæ ad instar Cathedralium habeantur, nominentur, & reputentur, saluis tamen nonnullis declarationibus, de quibus in dicta sententia, determinando in reliquis extra præmissa, laudabiles consuetudines in vtraque Ecclesia seruari. Hanc sententiam confirmauit idem Clemens Octauus sub die 8. Iulij 1596. cum clausula, sublata, & decreto irritanti. His non obstantibus ortis deinde inter supradictos nouis controuersijs, & introducto iudicio corã A.C. fuit lata altera sententia, in qua fuit declaratum, vnionem, litteras Apostolicas, & sententiam prædictas ad pristinam illarum obseruantiam reuocandas, reducendas, & restituendas esse, honoresque Priuilegia, & Iura quæcumque competentia Capitulo, & Canonicos dictæ Cathedralis competijsse, & competere Ecclesiæ S. Mariæ Plebis, eiusque Capitulo, & Canonicis, perinde ac si prędicta duo Capitula essent vnum corpus, ac vnum & idem Capitulum, exceptis tractatibus, contractibus, & negotijs particularibus, & priuatis cuiuslibet Capituli, quæ in vnaquaque Ecclesia, & Capitulo prout ad illorum alterũ peculiariter, & separatim spectant, & pertinent, pertractari debeant, quibus exceptis, reliqua omnia tanquam communia, & commune interesse concernentia ab vtroque Capitulo simul vnitim, & coniunctim esse tractanda,

ctanda; veluti (*Electio Vicarij. Sede Episcopali*
vacante, receptio noui Episcopi, possessio ei tradenda,
Electio Subcollectoris spoliorum, reuisio computorum
facienda eidem Subcollectori, perceptio, & partici-
patio spoliorum Episcopi defuncti, deputatio, seu ele-
ctio vniuersalis Canonicorum per Episcopum facien-
da pro visitatione Diœcesis, locorumque Piorum,
examine Ordinandorum, & approbatione ad beneficia
electio Prioris nuncupati de Murello) in cuius ele-
ctione mandatur in eadem sententia, quod
ipse Prior eligatur alternatim ex Canonicis
vtriusque Capituli. A qua sententia cū fue-
rit interposita appellatio, & causa mihi com-
missa sub die 18. Maij 1642. proposui dubium
An supradicta vnio suffragaretur, & in qui-
bus. Et quia pro parte Cathedralium plura
allegabantur ad docendum de obseruantia
eorum fauore, Canonici verò Plebis nega-
bant Instrumenta à Cathedralibus producta
esse in forma probanti. Domini aduertentes
interpretationem vnionis plurimum pendere
ab obseruantia, suspensa resolutione, man-
darunt, quod informaretur strictè super ob-
seruantia, ad quam probandem fuerunt pro
parte Capituli, & Canonicorum Ecclesiæ Ca-
thedralis exhibiti in actis articuli, & petita re-
missoria, quæ, cum non peteretur ad effectū
protrahendi causam in infinitum, siuè ad eui-
tandam expeditionem, sed quidem ad com-
probandam veritatem ad hoc vt illa magis
elucescere; fuit præuia decisione coram me
facta sub die 22. Iunij eiusdem anni concessa
Remissoria, cuius vigore examinatis pluribus
testibus, & reproducto processu, nec non
compulsatis nouis Iuribus. Nouiter repropo-
sita causa super eisdem quoad primam partē
dubij, An scilicet, vnio, de qua agitur, suf-
fragetur, affirmatiuè responderunt, cum ta-
lis vnio fuerit facta anno 1250. ab Episcopo
tunc temporis, & per Innocentium Quartū
confirmata cum integra illius insertione, quo
casu hæsitari non potest, quin illa sit valida,
1 & suffragetur, *Abb. in cap. inter dilectas nu. 9. uer.*
& credo, ubi Felin. num. 7. vers. hæc prædicta de fid.
instrum. Ruin. consil. 31. num. 7. lib. 1. Surd. cons. 419.
num. 21. Boer. decis. 247. nu. 3. uers. fallit; vnde ob-
seruari debet tanquam Papalis, hoc enim ope-
2 ratur confirmatio † Papæ cum insertione to-
tius tenoris *Rot. decis. 36. num. 1. p. 2. diuers. in rec.*
decis. 166. num. 7. p. 5. decis. 157. nu. 8. p. 6. decis. 174.
num. 5. & decis. 222. num. 12. & 13. p. 7. Cui non
obstat regula reuocatoria vnionum, dum ex
3 prædicta sententia † Cardinalium Medices, &
Saluiati probatur effectum sortita, per longa
temporum interualla, & executioni deman-
data per plures, & diuersos actus, & ad effectū
vt regula reuocatoria Vnionum non opere-
4 tur, † satis est, Vnionem fuisse in parte effe-
ctuatam. *Garz. de benefic. p. 12. cap. 2. nu. 294. &*
seqq. Rota coram Caualer. decision. 408. numer. 6. &
decis. 449. num. 7. & 8. coram eodem in recent. & de-
cis. 109. num. 1. num. 9. & seqq. par. 6. & d. decis. 174.
num. 10. par. 7.

Quo vero ad secundam partem, in quibus
nimirum, eadem Vnio suffragetur, præmit-
tendo, in his, quæ per sententiam supradicto-
rum Cardinalium latam de anno 1596. & à
Clemente Octauo confirmatam cum clausu-
sula sublata, & decreto irritanti, ac à partibus
5 acceptatam, disponuntur, † nullius esse mo-
menti obseruantiam antecedentem etiam im
memorabilem, quia per dictam sententiam
fuit sublata ad *text. in l. 1. ff. de transact. l. causas C.*
eodem, Corn. cons. 167. num. 15. lib. 2. Rota decis. 161
num. 2. decis. 218. num. 2. par. 2. recen. prout nec es-
se momenti actus contrarios gestos post sen-
tentiam ea ratione, quia inficiuntur à decre-
to irritanti dictæ confirmationis Apostolicæ;
Itaut obseruantiam non inducant, cum per
6 dictum † decretum irritetur omnis obseruan-
tia contraria *cap. si eo tempore de elect. in 6. Cassa-*
dor. decis. 1. num. 7. de restitut. spol. Rot. decis. 41. nu. 9.
par. 1. recen. In reliquis autem per dictam sen-
7 tentiam non dispositis, laudabiles † consue-
tudines in vtraque Ecclesia esse seruandas, vt
in fine supradictę sententię Cardinalium DD.
censuerunt, illam suffragari. (In eo, quod
negatoria communia. & commune interesse
concernentia ab vtroque Capitulo simul vni-
tim, & coniunctium tractentur. In Electio-
ne Vicarij Capitularis Sede Episcopali vacan-
te. In receptione noui Episcopi. In possessio
ne ei tradenda. In perceptione, & participa-
tione Spoliorum Episcopi defuncti.

In eo, quod idem modus, qui seruatur in
Ecclesia Cathedrali, & in Ecclesia S. Mariæ
Plebis, tam in eundo, quam in sedendo, &
stando obseruetur in omnibus Ecclesijs Ci-
uitatis Aretinæ; & in alijs, in quibus dicta
duo Capitula simul interuenire contigerit; &
in Electione supradicti Prioris nuncupati, de
Murello.)

Quod negotia communia, & commune in-
teresse concernentia ab vtroq; Capitulo simul
vnitim, & coniunctim tractentur; legitur
dispositum in supradicta vnione, quam effe-
ctuatam fuisse, affirmat sententia, & proba-
8 tur ex testibus Collegiatæ, † & est de natura
vnionis. *Gloss. in cap. & temporis 48. verb. vnire,*
ibi, (*& tam isti quam alij Canonici interuenerunt*
electioni Episcopi, & alijs communibus negotijs) cap.
causa 16. q. 1. Et quamuis dd. Cardinales, &
A.C. in sententia mandauerint (*electiones, tra-*
ctatus, contractus, & negotia vtriusque Capituli se-
paratim pertractari debere in vnaquaque Ecclesia, &
Capitulo, prout ad illorum alterum spectant, & per-
tinent,) hoc tamen nihil facit, cum supradi-
9 cta verba intelligantur † de negocijs particu-
laribus, & consequenter de pertinentibus pri-
uatim ad quamlibet Ecclesiam: non autem
de omnibus respicientibus actus Capitulares
Ecclesiæ Cathedralis, illaq; non sint indefini-
ta, sed restricta ad spectantia ad actus particu-
lares, cum adiecta sint alia verba immediate,
10 (*prout ad alterum spectant, & pertinent*,) † & illa
dictio, (*prout*) restrictiua denotat, dicta verba
esse intelligenda de negocijs particularibus;
vltra quod, declaranda sunt verba sententiæ
11 secundum subiectam materiam, † & sic in
proposito vnionis, iuxta quam solum nego-
tia vniuersalia, non tamen particularia com-
municantur, *capitul. & Episcopus, 16. quæst. 1.*
& fa-

& faciunt tradita *per Garz. de benef. par.* 12. *cap.* 2 *num.* 35.

Quoad electionem Vicarij Capitularis, dũ in sententia mandatur, quod seruetur vnio, sub qua comprehendi deputationem Vicarij
12 Capitularis patet, quia anno 1413. † vigore Vnionis fuit ab vtriusque Ecclesiæ Canonicis deputatus, qui est effectus vnionis, vt ponderauit *Rota in Vercellen. Vnitatis Capituli* 12. *Iunii* 1598. *coram Penia*, 18. *Aprilis* 1614. *coram bon. me. Seleucien.* §. *plures enim actus*, inde sequitur dicendum, in sententia dispositum, quod electio Vicarij Capitularis spectet ad Canonicos vtriusq; Ecclesiæ.

Nec valet allegari quod cum non constet
13 de effectuatione dictæ deputationis non† debebat attendi. *Mochedan. decis.* 36. *de enunciat. Rota in recent. decis.* 460. *num.* 6. & 483. *num* 14. *p.* 5.
14 quia ex lapsu tanti temporis præsumitur† effectuata *Rata coram bon. mem. Buratto decis.* 857. *numero* 6. & *decision.* 864. *sub numero* 5. *coram eodem bonæ memoriæ Coccino decision.* 386. *num.* 4. *in fine*.

Neque vnicus actus deputationis Vicarij Capitularis, factæ à solis Canonicis Cathedralis de Anno 1588. ante sententiam supradictorum Cardinalium meretur allegari ad probandam contrariam consuetudinem, quia præter quam quod fuit extractus parte non
15 citata, † & lite pendente, cum dederit causã liti paulo post motæ, in qua emanauit supradicta sententia; non est habendus in consideratione. Prout nec sunt habendæ in consideratione deputationes factæ successiuis temporibus post dictum annum 1596. nedum; quia
16 fuerunt extractæ † absque compulsorialibus Rotalibus, & Partis citatione, sed etiam, quia inficiuntur, vt fuit dictum supra à decre-
17 to irritanti, contento† in cõfirmatione Apostolica *Clementis Octaui*.

Traditio possessionis, Episcopis pro tempore est consecutiua ad vnionem, nec releuãt duo actus contrarij ante sententiam, alter nempe anni 1542. alter 1580. quia postremus
18 est † proximus liti, primus est vnicus, alij vero actus sunt omnes post sententiam, quales etiam sunt electiones subcollectorum, spoliorũ & quod plus est, secundus testis Cathedralium deponit, Collegiales interuenire electioni subcollectorum.

Pariter participatio Spoliorum Episcopi defuncti est consecutiua ad vnionem, & testes Cathedralium; & si dicant, in Sacrestia Cathedralis adesse paramenta Antiquorum Episcoporum, non tamen excludunt, quod alia pars eorumdem paramentorum possit ad-
19 esse penes Collegiatam, † quia fere omnes deponunt, possibile esse, quod antiquitus essent communia vtrique Capitulo.

Quod idem modus, tam in eundo, quam in sedendo, & stando, qui seruatur æquè in Ecclesia Cathedrali, & in Ecclesia Sanctę Mariæ, obseruetur in omnibus Ecclesijs Ciuitatis Aretinæ, suadet omnis ratio; cum non sit conueniens, vt eadem Capitula æquè princi-
20 paliter vnita, † & incorporata, ita vt in posterum esset vnum, & idem Capitulum Ecclesiæ Cathedralis Aretinæ vno modo stent in supradictis duabus Ecclesijs, & alio diuerso in alijs Ecclesijs dictæ Ciuitatis: vnde merito A.C. in sua sententia pronuntiauit, eundem modũ esse seruandum, occasione præambuli tituli supradictæ vnionis &c.

Quoad electionem Prioris de Murello, illa est facienda iuxta tenorem sententiæ Cardinaliũ alternatiuè de Canonico vtriusque Ecclesiæ.

Nec circà præmissa quidquam releuant sex testes vltimo loco examinati pro parte Cathedralium; nam primus, secundus, & tertius non excedunt, ætatem annorum 52. & sic nõ sunt apti ad deponendum de obseruãtia ante annum 1505. de quo tempore fuit lata sen-
21 tentia, † cum haberent solummodo annos duos, vel tres àd summum; alij vero testes, qui defectu ætatis notari non possunt, neque vllam probationem faciunt: cum non viderint, & ignorent; quid actum fuerit ante promulgationem dictæ sententiæ; & non solum non coarctant negatiuam obseruantiæ, dum non dicunt, aliter esse non posse, quin ipsi scirent; quinimmò omnes admittunt illius possibilitatem, & sic excludunt negatiuam coarctatam, sine qua inobseruantia vnionis probata dici non valet, quam tamen Capitulum Cathedralis, concludenter probare deberet,
22 cum † in illa consistat fundamentum suæ intentionis, *Innocen. in cap. super his, num.* 10. *vbi Felin. numero* 16. *de accusat. Gabr. de probat. conclusion.* 1. *numero primo Rota decision.* 502. *numero* 7. *par. prima*, & *decision.* 19. *numero* 2. *part.* 2. *recent.*

Ex his vtraquè parte informante fuit resolutum, vt supra &c.

REVERENDISS. P. D. CERRO

Sacr. Rot. Rom. DECANO.

Valentina Parochialis.

Veneris 18. *Maij* 1646.

ARGVMENTVM.

Resignationes beneficiorum, quando non possint dici inualidæ ob defectus consensus in resignante. Et quid si Procurator omnia contenta in mandato non adimpleuerit, & an mandatum validè possit adimpleri per æquipollens.

SVMMARIVM.

1 *Resignatio Beneficij, quando dicatur nulla ex defectu consensus resignantis.*
2 *Factum, dum ex nouiter deductis mutatur, mutatur etiam ius.*
3 *Literæ originales supplicationis resignationis beneficij sunt attendendæ.*
4 *Onus dum est perpetuum, non est facienda mentio de eo, in resignatione beneficij.*
5 *Resignatio beneficij non redditur nulla ex taciturnitate oneris perpetui.* & *num.* 6.

7 *Papa non præsumitur voluisse grauare duplici onere beneficium.*
8 Verall. decis. 314. num. 3. par. 2. & aliæ decisiones *quo casu loquantur.*
9 *ad Cautelam abundantiorem, quæ fiunt non nocent.*
10 *Resignatio beneficij, vt substineatur, quid sit admittendum, quoad Procuratorem.*
12 *Mandati implementum, vel alterius rei, vt probetur quid requiratur. & num. 13.*
14 *Diligentiæ quando non sunt profecturæ frustra admittuntur.*
15 *Resignans beneficium censetur noluisse, quod Papa noluit, & num. 16. & 17.*
18 *Clausula,* Si Sanctissimo placuerit, *in resignatione Beneficij quid operetur.*
19 *Mandatum potest adimpleri per æquipollens.*
20 *Procurator quando validè dicatur seruasse omnia in resignatione Beneficij, & num. 21. & seqq.*
25 *Literæ Apostolicæ resignationis beneficij intra quale tempus sint expediendæ. Et declaratur ad hoc Constitutio Gregoriana. num. 26. & 27.*
28 *in Beneficialibus passim admittitur multiplicatio titulorum.*

Decisio ista in hac eadem causa emanata sub die 18. Maij 1646. allegatur supra in decisione 121. quę est in eadem causa coram eodem Reuerendiss. Cerro Decano.

DECISIO CCCLXII.

PLVRES in hac Causa emanarunt resolutiones, prima sub die octaua Aprilis 1644. coram R.P.D. meo Carillo, in qua Domini dixerunt non constare de valida resignatione duplici fundamento, altera, quia ex rescripto Datariæ apparebat supplicationē signatā fuisse à fel. record. Vrbano VIII. tertio nonas Ianuarij Pontificatus anno 18. qui fuit 1641. à Natiuitate, & consequenter post obitum resignantis, altero quia mandatum ad resignādum erat conditionale cum decreto exprimēdi onus antiquū duorum Cafficiorum tritici, & reseruata pensione ducatorum 200. auri de Camera integrè soluendorum literis non expeditis. quæ cum per Procuratorem impleta non fuerit, quinimo supplicatio signata cum
1 clausulis omninò repugnantibus, nulla† videbatur resignatio ex defectu consensus resignātis, *vt ex decisione à me extensa* in eius locum subrogato.

Secunda sub die 13. Ianuarij 1645. in qua Murillo tantum informante ex ijsdem fundamentis iterum responsum fuit non constare de valida resignatione.

Tertia sub die 28. Aprilis eiusdem anni, in
2 qua Domini ex nouiter in facto † deductis, ex quibus videbatur cessare vtrumq; fundamentum recesserunt à decisis, & pro validitate resignationis responderunt Verum, cum hodie dubitauerim, An esset standum in primo, vel vltimo loco, decisis persistendum esse in vltimo loco responsum fuit.

Quantum enim attinet ad primum fundamentum; Adhuc esset non subsistit, dum
3 exhibito † originali supplicationis apparet illam signatam fuisse tertio nonas Ianuarij Pōtificatus eisdem san. mem. Vrbani VIII. anno 17. qui correspondet anno 1640. quo tempore resignans erat in humanis.

Quo verò ad secundum, vel prætenditur formam mandatj non fuisse seruatam ob non factam expressionem duorum cafficiorum tritici seminario annuatim debiti, & obiectū
4 non releuat, quia cum hoc † sit onus perpetuum ex dispositione *Sacri Concilij Tridentini sessione 25. c. 18. de reformat.* fortè non erat de necessitate exprimendum, cum similia onera perpetua, quæ distrahuntur à corpore Beneficij non contineantur in valore expresso, sed illum minuant, vt notat *Gig. de pension. quæst. 96. nu. 2. & 3. cum alijs relatis in vltima decisione §. Ad alterum.* Et sine difficultate attento recenti stylo Datariæ non exprimendi in supplicationibus similia onera perpetua seruato à tempore san. mem. Sixti V. vsque ad fel. record. Vrbanum Octauum nedū generaliter in alijs Prouincijs, sed particulariter in Diœcesi, de qua agitur, vt ex fidelibus, & partitis datis, tàm in præterita, quàm in hodierna propositione propter quam non releuant deducta *per Rotam in Valentina pensionis 25. Iunij* 1601. *coram bo. me. Card. Mellino,* vt copiose respondetur *in d. vltima decisione §. ad hoc pariter cum pluribus seqq. in*
5 qua † vlterius dictum fuit taciturnitatem huius oneris non reddere gratiam subreptitiam cum voluntarium non sit, sed necessarium à iure, & Concilij decreto iniūctum cuicumq; Beneficio huius Diœcesis.

Et nihil facit altera fides quamplurium sollicitatorum literarum Apostolicarum, qui attestantur, quod in resignationibus cum pē-
6 sione quando † beneficium est grauatum aliqua pensione antiqua semper narrari debeat illa antiqua pensio, vt noua sustineatur.

Quia animaduertunt Domini prædicta locum sibi vendicare posse in cæteris pensionibus, quæ ex gratia reseruantur in quibus cum
7 non † præsumatur Papam duplici onere voluisse grauare beneficium, expressio antiquę pensionis videtur necessaria, in quibus termi-
8 nis procedit *decis.* † *Verall. 314. num. 3. par. 2. cum concordantibus.* Secus verò quando prout hic agitur de pensione perpetua imposita per decretum Concilij, in quibus cum vigeat modernus stylus Datariæ illa non exprimendi fū-
9 datus in præsumpta scientia † Pontificis omnium decretorum Concilij opus non est illas Sanctiss. exponere *ex iuribus supra, & in vltima decisione allegatis.*

Prout nec obstat vnica reseruatio pensionis cum expressione dictæ antiquæ pensionis debitæ *Sum. Murilli num. 6.* quia cum similis ex-
10 pressio facta † fuerit ad abundantiorem cautelam non exindè cessat recens stylus Datariæ illas non exprimendi, cum quo Domini transierunt.

Vel prætenditur excessum in mandato ob inobseruantiam aliarum conditionum, & cū præfatæ conditiones fuerint in supplicatione appo-

appositæ per Procuratorem, & à Sanctissimo
11 delatæ, tanquã non solitæ concedi satisfactũ fuit mandato, & resignatio sustinetur, vt aduertit *Paris. hoc tractat. lib. 9. quæst. 17. n. 2. vers. & hæc. Lott. de re benef. lib. 3. quæst. 16. num. 36. versic. prius autem cum alijs per Rotam decis. 883. num. 2. par. 4. diuers.*

Vne non iuuat allegare, quod aliquando
12 Clausulæ in supplicationibus † appositæ deleantur in Dataria de cõsensu partium, ideoq; nisi delineatura probetur facta inuito petente ea non sufficiat ad effectum probandi implementum mandati, sed vlterius requiratur reiteratę diligentiæ pro illis impetrãdis ex adductis in *Sauonen. Cantoria 27. Iunij 1642. coram R. P. D. meo Peutingerio. 22. Iunij 1644. coram R. P. D. meo Otthobono & 6. Martij 1645. corã R. P. D. meo Ghislerio.*

Quia prętet quod hoc procedit in clausulis à Papa concedi solitis, pro quarum impetratione non sufficit sola expressio in supplica-
13 tione, † sed iterandæ sunt diligentiæ, in quibus terminis loquuntur *decisiones in dicta Sauonen. Cantoriæ.* Secus in Clausulis, de quibus agitur numquam solitis concedi in his enim
14 cum nouæ diligentiæ non essent † profecturæ iterari non debent tanquam superfluæ, vt dixit *Rota in recent. decis. 261. num. 32. par. 2.* placuit respõsio, quod cum post expressis in mãdato has conditiones mandans addiderit, *si ita Sanctissimo placuerit*, cum clausula *non alias aliter*
15 *nec alio modo*, quæ operantur, vt † nolente Põtifice noluisse etiam censeatur resignans; *Cæsar de Graff. decis. 10. de præbend. num. 2. 3. & 4.* quę referunt, & sequuntur *Gonzal. et Lotter.* relati *in dicta vltima decisione §. non obstat clausula.* Procu-
16 rator non tenebatur nouas diligentias † adhibere, sed satis fuit in supplicatione Sãctissimo porrecta illas exponere cum sequuta volũtate
17 Pontificis eas denegandi defuerit † consensus etiam in mandante illas eatenus potente quatenus Sanctissimus dignaretur concedere, vt in terminis expressè firmatur *in sup. allegata decisione Cæs. de Graff. num. 8. & benè respondit vltima decisio d. §. non obstat clausula.*

Nec quicquam releuat replicatio, quod licet per clausulam si Sanctissimo placuerit, re-
18 signatio † sustineatur quoad ea, quæ Pontifici narrata fuerunt, & ab eo delineata sustineri tamen non possit, quoad non narrata, videlicet quoad clausulam, quod pensio non possit reduci etiam ex causa onerum Ecclesię in supplicatione non expressam.

Quia satis dicitur expressum dum pẽsio petita fuit libera immunis, & exempta ab omni onere imposito, & infuturum imponendo ex causa quantumuis necessaria, & consequen-
19 ter mandatum † videtur impletum per æquipollens, quod sufficit *per text. in l. vltima §. vltimo ff. mand. & in l. non solum, vbi Alex. num. 5. ff. solut. matrim.* & in omnem casum anno post signatam supplicationem Resignans ratam habuerit resignationem ab eius procuratore factam, illamq; ratificauerit, tam quoad Clau-
20 sulas delineatas, † quàm quoad reductionem pensionis: ibi Michael Insa, &c. scienter, & sponte meliori modo, &c. scienter, & sponte meliori modo, &c. ratum habebat, & ratificabat, &c. omne id, & quidquid per Doctorem Raymũdum Coll. procuratorem suũ legitimum fuit actum gestum, &c. nomine Procuratorio in Curia Romana, siue eius Cãcellaria in expeditione, & negotio Resigna-
21 tionis dictæ Parochialis factæ in fauorem Doctoris Thomæ Insæ, &c. & signanter in illis clausulis per Suam Sanctitatem, seu, &c. lineatis, &c. etiam ratione alimentorum non possit dictus Thomas, nec successores minuere pensionem, &c. volens, ac cupiens; quod dicta resignatio maneat, & persistat firma, &
22 ratificata, & firmata † modo, & forma in prędictis lineatis clausulis, &c. facien. indè generalissimum posse ratificationis aliarum clausularũ, &c. Resignatio quoad præfatas clausulas respicientes fauorem, & vtilitatem resignantis per huiusmodi ratificationem valida,
23 & firmata † remansit adeòut amplius opponi non possit de defectu implementi ex parte Procuratoris *cap. Ratihabitio de regul. iur. in 6.* cũ
24 subsequuta † ratificatio omnem tollat difficultatem præcedentis mandati, vt dictum fuit *in Romana Pecuniaria 3. Nouembr. 1627. coram bo. mem. Coccino in recent. decis. 103. num. 2. p. 5.*

Quod autem vltimò literæ tàm Resignationis, quàm Reseruationis pensionis fuerint
25 expeditæ † elapso termino præfixo nouem mensium non fuit per Dominos habitum in consideratione, quia quoad literas reseruationis pensionis illæ non erant amplius expediẽdæ, dum in dicto termino decessit Pensiona-
26 rius, quo verò ad literas resignationis † non docetur illarum expeditioni fuisse præfixum similem terminum, & licet adsit Constitutio Gregoriana de de publicandis infra nouem menses, quæ per necessarium antecedere importat etiam expeditionem, attamen dum Põtifex terminum ad publicandum prorogauit, potuerunt in termino prorogato expediri, &
27 publicari, † & ad tollendam omnem dubitationem datur altera gratia nouæ prouisionis eidem Insæ per Sedem Apostolicam concessa quæ illi suffragari debet cũ in Beneficialibus
28 passim † admittatur multiplicatio titulorum, *cap. post electionem* vbi *Abb. num. 4. de concess. præben. Lotter. de re benef. lib. 2. q. 46. num. bonæ mem. Coccin. decis. 47. numer. 20. & decis. 317. numer. 4. Rota decis. 117. num. 2. par. 1. recent.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. CORRADO
Postea Eminentiss. D. CARDINALI.
Bononien. Fideicomissi de Rubeis.
Mercurij 30. Maij 1646.

ARGVMENTVM.

Fideicommissi derogatio in forma commissaria à Papa concessa, nullum producit effectum, nisi ab executore fuerit pro derogatione pronunciatum; quid autem dicendum sit, si priùs

fuerunt alienata bona fideicommissaria, deinde verò impetrata licentia alienandi ab Executore, & medio tempore ius alteri quæsitum, magistraliter, & eruditissimè pertractatur.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissario quibus concurrentibus concedatur immissio.*
2 *Et quid si ageretur cõtra tertios possessores causam habentes ab hærede grauato.*
3 *Breue Apostolicum non suffragatur, si præscripta in eo forma non fuerit obseruata.*
4 *Fideicommissi derogatio à Sede Apostolica impetrata suffragari non potest si præsumpta forma non fuit seruata amplia vt num. 6.*
5 *Vnde si commissum fuerit Episcopo vt licentiã alienandi concederet, & tamen prius fuit facta alienatio, & postea licentiam impetrata, d. licentia subsecuta non conualidat præcedentem alienationem, & nu. 10. & seq.*
Et quid si fideicommissarius post impetratam licentiam præstasset consensum retrouenditioni, an per hoc contractus dicatur instauratus nu. 12. & 13.
7 *Licentia alienandi rem sub certa pœna alienari prohibita post factum impetrata, an, & quando non conualidet præcedentem alienationem, & quando secus nu. 9. & seq.*
8 *Princeps non censetur voluisse derogari iuri alteri quesito, si non fuerit ipsi narratum.*
11 *Potestas alicui concessa sub certa forma, ea non seruata, non tenet quod geritur, & quando sanari non possit per subsequens implementum.*
14 *Bona fideicommissaria alienata antequam derogatio fideicommissi fuerit impetrata, si post obtentam derogationem præstetur nouus consensus, an alienatio substineatur.*
15 *Derogatio fideicommissi concessa cum qualitate quod pars pretij bonorum alienandorum inuestiri deberet, non suffragatur si non fuerit factum d. instrumentum.*
16 *Et d. instrumentum faciendum est integrum in primis alienationibus, nec satis est quod fuerit factũ in parte quamuis postea fuerit expletum, & quare num. 18.*
17 *Forma est indiuidua, & ideò remanet corrupta, si fuerit diuisa.*
19 *Fideicommissi derogatio non suffragatur, nisi narratiua Breuis fuerit iustificata.*
20 *Et quid si dicta narratiua in parte tantum verificaretur.*
21 *Vel ex alijs causis iustificari posset.*
22 *Narratiua Breuis Apostolici non præsumitur posse iustificari ex alijs causis, quæ coram Iudice exequente fuerunt omissæ.*
23 *Fideicommissi derogatio non suffragatur si Pontifici non fuit expositum, quod extarent alia bona libera, vel particulari fideicommisso non subiecta.*
Et quid si ex generalitate verborum in supplicatione appositorum id colligi potuisset numer. 25. & 20.
24 *Subreptio inficit ipsam gratiam, & num. 29.*
27 *Bona præsumuntur libera.*
28 *Maximè si tamquam talia fuerunt vendita, & possessa.*
29 *Breue Apostolicum quando suffragari non possit.*
30 *Et consequenter neque sententia in executionem illius prolata.*
31 *Legitima non potest detrahi ex bonis particulari fideicommisso subiectis, si alia extarent bona.*
32 *Et onus probandi quod non extiterint alia bona preter quæ fuerunt fideicommisso particulari subiecta ad quem spectet.*
33 *Legitimam quandò non possint detrahere Nepotes in bonis Aui specialiter alienari prohibitis.*
34 *Legitimam non possunt detrahere Nepotes in bonis Auitis fideicommisso subiectis, si eorum Pater aliud fideicommissum ad fauorem descendentium ordinasset.*
35 *Dos ne detrahatur ex bonis fideicommissarijs quando possit à fideicommittente prohiberi.*
35 *Dos vt repeti possit, debet probari quod fuerit soluta, nec sufficit promissionem soluendi ostendere.*
36 *Dos quandò præsumatur soluta.*
37 *Dotis priuilegio circa illius constitutionem, & restitutionem in bonis fideicommissarijs, quando quis vti possit.*
38 *Ratificatio filij etiam cum iuramẽto circa alienationes à Patre peractas contra Testatorum, & legũ dispositiones, non potest illas conualidare.*
39 *Vocato ex propria persona non præiudicat quidquid ab eius Patre gestum fuerit.*
40 *Hæres non potest impugnare factum defuncti.*
41 *Aditio hæreditatis non probatur ex assertione, & enunciatiua à Tutore emissa, sed aliunde iustificari debet.*
42 *Enunciatiua non probat quando sumus in re de recenti gesta.*
43 *Restitutio in integrum aduersus inconsulto aditam hæreditatem datur minori mediante confectione inuentarij à Tutore omissi.*
44 *Hæres cum beneficio l. & inuent. potest impugnare factum defuncti.*
45 *Hæres quando possit venire contra factum defuncti, etiam si non confecerit inuentarium.*
46 *Restitutio in integrum an concedenda sit minori, dum illi competit remedium ordinarium contra Tutorem.*
47 *Fideicommissum in casu alienationis, secuta alienatione, concedenda est immissio Vocato ex propria persona.*
48 *Ratificatio quando est nulla, non impedit quin ratificantes contrauenire possint, & quare.*
49 *Fideicommissarius, qui habet cessionem à confideicommissarijs potest solus agere ad totum fideicommissum.*
50 *Remedium leg. fin. C. de Edict. Diu. Adr. Tollen. quando competat fideicommissario etiam contra tertios possessores, & num. 51.*
Et quid si Titulus possessionis allegatus esset nullus.

Allegatur præsens decisio in causa Bononien. Fideicommissi de Rubeis 3. Aprilis 1646. supra ad decis. 41. quæ est in eadem causa.

DE-

DECISIO CCCLXIII.

QVONIAM sententia super immissione in possessionem Prædij, de quo agitur ad fauorem D. Iacobi de Rubeis iam prolata visa fuit Rotæ non satis iustificari ex rationibus adductis in *decis.sub die 23. Maij 1644.coram me.* Ideo præuia illius renunciatione eamdem immissionem ipse petebat ex integro, quam hodie Domini concedendam esse censuerunt.

1 Quia † existentia fideicommissi ordinati per q. Minum, & Hectorem de Rubeis tàm in casu mortis, quàm alienationis, illiusque purificatio ad fauorem d. Iacobi descendentis Mini, ac identitas eiusdem prædij in eorum bonis relicti, probatur ex lectura testamenti, & processus, ac decisione emanata coram *Eminētiss. D.meo Card. Panzirolo die 4. Martij 1641.* Quibus concurrentibus concedenda est immissio fideicommissario vocato ex testamento, siue in casu mortis, siue alienationis re-
2 medio *l.fin.C.de edict. Diu. Adr. tollend.* † etiam contra tertios possessores habentes causam ab hærede grauato *iux.gloss.fin.in l.pen.ibique Bart. sub nu.5.vers.quæro vtrum, & seq.C.ad S.C.Trebell.Gabr.cons.44.num.6.vers.competit etiam remedium l.fin.& seq.lib.2.Peregr. de fideic. art. 48. sub num.20.vers. quinimo & seq. Rot. in Montisfalisci fideicommissi 12. Maij 1603. coram bon.mem.Card. Pamphil.& penes bon.me.Card.Caualer. decis.204. nu.4.vers.quare cum per alienationem, & penes bon. me.Coccin.decis.167.sub nu.2.vers.nec facit.ac seqq. & bon.me.Burat.decis.494.ac Reuerendiss.Vrgellen. decis.258.sub num.7.vers.secundo, cum seq.& decis. 432.num.1.vers. propterea, ac in recent.decis.298.à nu.1.& seq.vers.quia de fideicommisso, & decis.301 num.5.vers.stante itaque, ac seq.& decis.306.num.1* vbi quod hæc opinio fuit perpetuo in Rota retenta, *p.6.& dec.135.nu.22. vers.probata autem par.7. ac sæpè in alijs.*

Difficultas autem reducebatur ad ea, quæ opponebantur pro parte DD. Comitum de Vrsis eiusdem prædij possessorum prætendentium illud iusto emptionis titulo fuisse acquisitum per Com. Henricum eorum partem à Tiberio de Rubeis testatorum nepote auo præfati Iacobi, tum vigore facultatis per san. mem. Paul. Quintum illi concessæ cum derogatione d. fideicommissi ad effectum soluendi æs alienum per Breue sub dat. die 28. Iulij 1611.& sententiæ Vicarij Bonon. in eius executione prolatæ de anno 1612. Tum ratione detractionis legitimæ, ac dotium eidem competentium; Et denique quia mortuo Tiberio omnes eius filij, inter quos Ioannes Galeatius pater, & auctor Iacobi d. contractum approbarunt, & ratificarunt, ac iureiurando promiserunt illum obseruare, nec contrauenire, ac insuper legitimam præstare defensiomem, & euictionem emptori eiusq; hæredibus prout legitur in instrumento die 24. Ianuarij 1622.ex quibus immissionem petitā impedire nitebantur.

Verum hæc visa fuerunt Dominis non obstare; nam obiecta Summi Pontificis licentia, & derogatio ex pluribus suffragari non posse dignoscitur; Primo scilicet quia non fuit seruata forma in eo Breui præscripta, in quo Summus Pontifex non concessit Tiberio petitam alienandi licentiam, sed cum certam narratorum notitiā non haberet Archiepiscopo Bonon., seu eius Vicario commisit, quod illam concederent, ac impartirentur; ipse vero die 18. Iunij 1612. non facta Breuis præsentatione, neque iustificatione, nullaq; partis ab Executore Apostolico licētia d. præ-
3 dium vendidit Com. Henrico; ideoque merito eius beneficio gaudere non potuit, qui præscriptam formam non obseruauit *l.cum hi §.si prætor.ff.de trans.ibique no.DD.l.si pupullum in princ.vers.si prætor.ff.de reb.eor.l.fin.§.fin.vero post quam adierint, ibi, nec legis nostræ beneficio perfruātur, quam contemnendam esse censuerunt. C.de iur. deliber.Clem.1.vbi DD.de reb.Eccles.non alien.Rot. penes Reuerendiss.Vrgellen.decis.225.sub nu.4.vers.*
4 *verum Domini*, & in his terminis fuit responsum *in decis.621.sub num.6.vers.vltra quod, & decis.773.sub num.9.vers.5.in multis, & seq.p.3.recent.& in Bonon.fideic.de Ramundinis 9.Maij 1636 coram Reuerendiss.D.meo Decano decis.131.sub numer.6.& 7.vers.ideoq; gratia confirmata, & 14. Decembris 1637.coram R.P.D.M.Ghisilerio dec.261. num.7. vers. prout nec etiam iuuari possunt part. 7. recent.& rursus coram eod. 22. Maij 1638. in §. pariter censuerunt Domini, & 29. Nouembris eiusdem anni coram Eminentiss. Dom. meo Cardinal. Verospio.*

Nec refert, quod postea die 4. Augusti eiusdem anni d. Breue fuerit exhibitum coram Vicario, constructoq; processu, sententia demum prolata die [illegible] qua concessa fuit licentia vendendi d. prædium præfato Com. Henrico.

Quia nulla facta fuit in ea mentio, nec conualidatio venditionis iam antea factæ, quæ neque poterat conualidari, seu confirmari ob inobseruantiam formæ prædictæ, quia cum in hac parte immediatè concerneret modū, & ordinem procedendi ad actum alienationis quem solum Summus Pontifex ibi respexit (cum aliàs ipse potuisset absque ministerio alterius petitam impartiri licentiam, quod
5 tamen facere noluit,) † ideo necessario præmittenda erat illius præcisa obseruantia vti substantialis, neq; subinde adimpleri, vel sanari potuit, esto quod idē resultaret effectus, *cap. cum delicta, ibique gloss. in verb. transponentes extr.de rescr.cap.venerabili de offic.iud.delegat. Bar. in d.l.cum hi.§.si prætor.in princ.vers.sed quando, ff. de trans.Alex.in l.1.sub num.8.vers.ex prædictis, ff. deliber.& posth.Franc.Aret.in l.2.sub num.7.vers. tu autem aduerte, ff.de vulg.& pupill.* vbi notat quod licèt cesset ratio ob quam fuit inducta
6 huiusmodi forma, non tamen cessat eius obseruationis necessitas, *Dec.in cap.de appellationibus sub num.15.vers.tertius casus est, ac seqq.extr. de appellat.* & probauit *Rot. in Valentin. Baroniæ de Cortes.10.Martij, & 18. Aprilis 1603.coram bo. mem.Ortembergo, & penes san.mem.Greg.decis.395 num.7.vers.quæ autem, & decis.518. num.2. vers. quæ forma, & seq.& Card.Caualer.decis.612.nu.16 vers.& vlterius, ac seq.& penes Reuerendiss.Vrgell. d.dec.*

d.decis.225.sub num.16.vers. non autem procedunt, ac seq.& in recent.d.decis.167. sub numer.9. versic. quæ roboratur ex eo par.2. & in his terminis fuit responsum *in d.decis.261.sub n.11.ver.quia Papa & seqq.par.7.*

7 Nec aduersatur † *decision. in Roman. domus 18. Nouembris 1643. coram Reueren. P. D. meo Cerro.*

Quia pro congrua illius declaratione nonnulli casus sunt distinguendi. Alter scilicet quando venditio rei absolutè alienari prohibitæ sub certa pœna facta fuit purè, atque simpliciter, & tunc alienandi licentia deinde impetrata eam non comprehendit, quia non trahitur ad alienationes antecedentes, ex quibus iam incursa est pœna per testatorem imposita contra alienantes, & ius sequentibus
8 in gradu acquisitum,† cui non censetur Princeps derogare voluisse, præsertim si non fuerit ipsi narratum *Castr.in l.si quis, §.irritum.sub num.4.vers.& istis diebus, ff.de iniust.rupt. & irrit. fact.testam.*& alijs relatis probat *Molin.de primogen.lib.4.cap.5.sub nu.34.vers.sed verius, & nu.36 vers.immo in maioratibus &c.* vbi ponderat verba quæ leguntur in testamento supra relato, & benè explicat, *Surd.cons.351.sub num.4.vers. & quamuis. ac seq.& sub num.47.vers. nec. turbat. quod licentia, ac fuit dictum in Perusin.spol.4. Aprilis 1636.coram R.P.D.meo Royas in §. tandem non*
9 *obstat.* † Alter vero, quando alienatio facta fuit non quidem purè, ac simpliciter, sed cũ reseruatione, seu relatione licentiæ obtinendæ, ac eius contemplatione, & tunc contractus huiusmodi tanquam conditionalis quãdocunque obtineatur licentia, purificatur, atque perficitur, & ex ea vires assumit, quia in illud tempus censetur collatus ad *l. in tempus, ff.de hæred.instit.l. si quis locuples, ff. de manumiss.testam.l.cum hæreditas, ff. qui, & à quibus manumiss.lib. non fiant*, & in his termiuis procedit obiecta *decisio coram R.P.D.Cerro,*nam eo casu administratores hæreditatis Salustiæ Cerrinæ pro solutione æris alieni ad eam spectantes locauerant domum illam cum apotheca Iulio Pocobello ad eius vitam, *vtendo quibuscunque derogationibus fideicõmissi per illam ordinat &c. concedendis infuturum, ac earundem derogationum, indultorum, facultatum concessarum, & concedendarum vigore &c.*vt legitur in instrumento rogato per Antonium Seuerum Notarium die 7. Iunij 1611. & clarè, ac doctè distinguendo dd. casus declaratur in antecedenti decisione in eadem causa emanata 23. Maij 1642. corã eod. D. meo Cerro,& ex alijs comprobat *modern.Roman.discept.514.à num.3.vers.quod etiamsi ac seqq.* & in eisdem terminis procedit *decis.in Auximana bonorum 2.Iunii 1595. coram bon.mem. Card.Mellino penes Marches. de commiss.tom.1. fol.* 867. ibi enim facta fuerat venditio cuiusdam prædij bon. mem. Card. Gallo per fratres de Francolinis cũ expressa reseruatione, & obligatione liberandi illud à fideicommisso, & subrogandi alia bona per instrumentum deinde celebrandum, ante cuius celebrationem superuenerat licentia,ac beneplacitum Summi Pontificis, vt apparet ex scripturis exhibitis in positione illius causæ, quæ cum alijs bon.mem.Card.Mantic. conseruantur penes R.P.D. meum Celsum, nec erat contentio super validitate, vel resciβione contractus, sed tantum super eo, an esset sufficienter cautum emptori, vt declaratur *in ead. decis. in §. principale fundamentum decisionis fuit, & in §. non*
10 *obstat.ac seq.* † Tertius demum(qui est noster) quando facta fuit post obtentum beneplacitũ non quidem in forma (vt dicitur) gratiosa, neque simpliciter, sed per viam commissionis sub certa indicta forma immediatè concernente ordinem, ac modum deueniendi ad illam; Ea vero in ipso contractu, vel ante non fuit obseruata,& hoc casu ex subsequenti implemento robur assumere nequit, nam obstat defectus præscriptæ formæ, cuius obseruantia necessario debuit præcedere,nec sufficit, quod postea interuenire *vt no.Card.in clē. 1.in §.volumus sub num.2. vers. secundo quæro, &*
11 *seq.extr.de for.compet.*dicens rationem. † Quia vbi potestas conceditur alicui eam non habēti sub certa forma, ea non seruata non tenet quod geritur, nec per subsequens implementum sanari potest, quando illa respicit ordinem, quia est substantialis, & præcisè seruari debet, & in specie firmauit *Rot.in d. Valentin. Baroniæ de Cortes.10.Martij 1603.coram bon.mem. Ortemberg. in § verum Domini, & seq. confirmata 18.Aprilis eiusd.anni, at Reuerendiss.Vrgellen.decis. 250.num.14.vers.quia cum beneplacitum, & clarius in recent.d.decis.167.sub numer.9.versicul.quæ roborantur ex eo part.* 2. & in his terminis *in d. decis. 261.sub nu.11.vers.quia Papa non derogauit, & seq. part. 7.*

12 Minus aduersatur, † quod ex nouo consensu per eumdem Tiberium præstito d.alienationi post latam à Vicario sententiam, dũ interuenit in instrumēto retrouenditionis factæ per Cæsarem de Barberijs Com. Henrico emptori de anno 1613. 3. Ianuarij, videatur fuisse renouatus dictus contractus, vt fuit dictum in dict. *Auximan.bonorum coram bon.mem. Card.Mellino in §.non obstat quod post secutam alienationem.*

Quia cum ex antecedenti alienatione facta per Tiberium non seruata forma Breuis,fuisset continuo ius acquisitum cæteris in eo casu vocatis, vt expressè disponitur in dicto testamento in §. *item voluerunt, & ordinarunt &c.*
13 Ideo non potuit nouo eius consensu, † ac voluntate instaurari contractus super eo prædio, in quo ex testatoris dispositione ius abdicatum ab ipso,& iam alijs quæsitum fuerat *ad.l.peto, §.fratre.l.cum pater.§.libertis ibique gloss. & DD.ff.de leg.2.gloss.in d.l. plen.in verb.ipso iure in princ.vers.quia rogatus C. ad S. C. Trebel. Surd. cons.382.sub num.78.vers.respondeo secundo,& seq. Rot.decis.328.sub num.5.vers.minus etiam facit,p.4 recent.& penes Card.Canaler.d.decis.204.nu.1.vers. nam respectu ac seqq. cum alijs relatis in decis.coram R.P.D. meo Peutingerio sub die 2. Martij 1643. in*
14 *§.fin.* † In casu autem *d.decis.bon.me.Card.Mellini* non fuerat per testatorem apposita expressa priuationis pœna contra alienantes, neque tunc alij vocati, præterquam in casu delicti, nec

nec cæteri in eo testamento substituti in executione citati pro subrogatione fienda se opposuerant, nec bona alienata vendicabant (vt hic) Ideoque nil mirum si quoad ipsos contrahentes validè potuit post obtentam licentiam nouus præstari consensus.

15 Secundo † quia in eodem Breui iusserat Summus Pontifex, quod ex pretio bonorum alienandorum scut. quatuor mille in bonis stabilibus, vel locis montium non vacabilium in Vrbe in primis, & ante omnia inuestirentur ad effectum reintegrandi hæreditatem fideicommittentis his verbis, *Volumus autem &c. quod ex summa 54. mill. librarum huiusmodi in primis, & ante omnia quatuor mille scuta in tot bonis stabilibus, seu locis montium non vacabilium de d. Vrbe inuestiri, & subinde illorum, & infra emendorum fructus in emptione aliorum bonorum, seu locorum montium eiusdem annuatim conuerti, nec inde nisi ad hunc effectum amoueri debeant donec ad integram summam dd. 54. librarum in sorte principali perueniatur, & hæreditas ipsius exponentis reintegretur, quæ omnia in locum bonorum venditorum huiusmodi subrogentur, ac eisdem fideicommissis, & alienandi prohibitionibus, alijsq; vinculis subiacent in omnibus, & per omnia absque vlla prorsus differentia &c.* quæ sane verba, *Volumus autem &c. quod in primis, & ante omnia &c.* aliam quoque præseferunt formam præcisè seruandam *Card. in d. clem. 1. §. Volumus sub nu. 2. vers. tertio quæro extr. de for. compet.* & firmauit *Rot. penes bon. me. Card. Seraph. decis. 1474. num. 2. vers. ponderando verba (volumus,) & Card. Caualer. d. decis. 612. sub numer. 16. vers. cum enim Papa, & in d. Valentin. Baron. coram Ottemberg. & in recen. decis. 345. num. 1. vers. quia prouisio p. 2.* & in terminis *d. decis. 131. num. 6. vers. dicta enim verba p. 7. ac in ead. caus. coram R.P.D meo Ghisilerio 22. Martij 1638. in §. pariter censuerunt Domini*, & in hoc ipso casu coram *R.P.D. meo Peutingerio 2. Martij 1643. in princ. & 27. Ianuarij 1644. in §. quod vero forma Breuis seruata non fuerit*. Et tamē neque in hac parte fuit obseruata forma Breuis cum non fuerit factum d. instrumentum.

16 Nec refert, † quod in actu alienationis d. prædij fuerint inuestitæ libr. 4. mill. & residuū deinde anno 1622. 24. Ianuarij prout constat ex Instrumento celebrato cum DD. de Pepulis: Quia licet Summus Pontifex mandauerit concedi licentiam Tiberio vendendi tot bona valoris libr. 54. mil. simul, vel successiuè & in vna, vel pluribus, ac diuersis vicibus, statim tamen subdit, quod ex ea summa in primis, & antè omnia scut. quatuor mille inuestiri deberent ibi, *Volumus autem &c. quod ex summa libr. 54. mil. &c. in primis, & ante omnia quatuor mille scut. inuestiri &c.* qua stante inuestiendum erat totum pretium ex primis alienationibus redigendum, vsq; ad integram summā dd. scut. quatuor millium, nec satis erat inuestire partem, vt factum fuit in alienatione huius Prædij, residuum vero inde ad nouem circiter annos; Forma enim ibi præscripta erat indiuidua, & præcisè, ac integrè seruanda, aliàs nihil dicitur actum etiam si seruata fuerit parte, ad *text. in Auth. de non alienand. aut permutand. in §. emphyteusim autem ibi, neque quòd sit habere aliquod penitus robur. finibus &c. Bald. in l. si seruus in Addit. num. 3. vers. tertio, &c.* dicens

17 quod † diuisio ipsam formam corrumpit, *ff. si quis caut. Ant. de Butr. in cap. Pisanis sub num. 9. vers. Item quia forma &c. extr. de rest. spol. Felin. in cap. cum dilecta sub num. 6. col. 7. vers. & ideo dicit. Butr. de rescript. Dec. cons. 532. num. 5. vers. & dicit Anton. &c. Surd. dec. 268. sub nu. 19. vers. imò forma est indiuidua, & seq. Rot. decis. 471. sub num. 8. & 9. vers. & forma, p. 1. diuers. & in recen. decis. 30. sub num. 3. vers. Inuisibilem verò par. 1. & penes Burat. dec. 437. nu. 7. vers. & forma, ac Reuerendiss. Vrgell. decis. 286. num. 3. vers. propterea, Moder. Rom. discep. 853. sub num. 27. & 28. vers. adeo vt talis forma,*

18 &c. † quod fortius procedit in proposito casu, in quo ex huiusmodi inuestimentis, nec etiam idem resultabat effectus à Summo Pōtifice apprimè consideratus, & verbis præcisis expressus, vt fuit ponderatum in *d. dec. 27. Ianuarij 1644. in §. fin.*

19 Tertiò, † quia non fuit iustificata (vt par erat) narratiua d. Breuis in ea parte, in qua Tiberius exposuit se multis debitis ad summam lib. 45350. mon. Bon. vel circiter ascendentibus esse grauatum. *Ossc. decis. 171. n. 20. vers. & ex hoc capite ac seq. Thesaur. decis. 99. nu. 11*

20 *vers. 2.* † Quinimò ex illorum notula coram d. Vicario exhibita contrarium conuincitur demptis nonnullis grauioribus partitis, quæ ad constandam d. summam in ea fuerunt iniustè descriptæ, vt animaduerterunt Domini coram eodem *R.P.D. meo Peutingerio sub die 24 Martij 1643. in §. & cessat difficultas, & iterum sub d. die 27. Ianuarij 1644. in §. nec subsistere visū fuit, ac hodie confirmarunt.*

21 Nec releuat, † quod præfati æris alieni sūma potuerit ex alijs causis per Tiberium iustificari; Quia cū ille pro iustificatione Breuis exhibuerit in iudicio coram Vicario executori Apostolico d. notulam asserens in ea contineri omnes partitas æris alieni; quo se præmi narrauerat, non sunt inquirendæ, siuè præsumendæ aliæ causæ, sed illæ attendi debent, quæ per ipsum fuerunt expressæ *l. cum ex filio §. 1. ibique glos. in verb. & alius ff. de vulg. Crau. cons. 23. nu. 2. vers. sed ista voluntas Rot. penes Reuerendis. Vrgellen. decis. 74. num. 56. vers. quia vbi habemus causam expressam, & decis. 285. nu. 42. vers. Vnde intrat regula, & in Recent. decis. 166. sub nu. 7.*

22 *ver. Vndè cum petitio, p. 2.* † Neque præsumendum est, quod si alia veriora, & vrgentiora viguissēt debita illa prætermisisset *Innoc. in cap. dudum num. 2. vers. sed quia extr. de decim. & declarat Bellam. cons. 10. sub num. 20. ad fin. vers. Item, & aliter respondeo Crau. cons. 134. numer. 44. vers. pro hoc quod scribit. Rot. decis. 208. num. 2. vers. secundo par. 4. diuers. & in recen. decis. 310. num. 3. versicul. neque facit par. 2. & decis. 295. num. 12. vers. ex quo producens, p. 5.* & benè comprobatur ex traditis *in d. decis. 131. num. 9. vers. Vndè cum ex lectura, & seq. par. 7. recen.*

23 Quartò † quia præfatus Tiberius non exposuit Summo Pontifici, quod ipse plura alia haberet bona, tùm libera notabilis valoris, tum etiam hæreditaria eorumdem Mini, & Nesto-

Nestoris, quæ licet fideicommisso obnoxia, non tamen erant comprehensa sub illa prohibitione alienationis per ipsos expresse ordinata de nonnullis tantum stabilibus ad honorificam eorum memoriæ conseruationem, vt apparet ex d. testamento; Hæc enim si fuissent Pontifici nota, prudentis erit arbitrium, quod vel non concessisset, vel certe difficilius concessisset licentiam alienandi prædicta particularia, tàm enixis verbis, honestaq; ratione à Testatoribus reseruata, dùm ex alijs consuli poterat hæredis necessitati, *Burs. cons. 80. num. 27. vers. tum etiam quia licentia, Molin. de Primog. lib. 1. cap. 18. num. 10. vers. vltimo, & lib. 4. cap. 7. sub num. 1. & nu. 5. vers. his tamen non obstantibus, & firmauit Rot. in Rom. Dotis 20. Maij 1633. coram Reuerendissimo D. meo Decano in §. subreptito*
24 *visa fuit patens*; † Hincq; resultat subreptionis vitium, quod inficit ipsam gratiam *capit. constitutus cap. super litteris, cap. postulasti, & cap. ad audientiam il secondo extr. de rescr. cap. 2. de fil. Præsb. l. vniuers. C. de diuers. rescr. Abb. in d. cap. ad audientiam il 2. n. 14. vers. mihi tamen, & infr. vers. quod autem dico, & seq. extr. de rescr. Crau. cons. 68. nu. 5. vers. secundum vitium Card. Seraph. decis. 601. num. 2. vers. prout in casu nostro, & decis. 496. nu. 1. vers. quia cum fuerit obreptita par. 5. & prius decis. 718. sub nu. 6. vers. quibus non obstat Breue p. 2. rec.* & in his terminis fuit decisum *in d. decis. 621. num. 3. vers. non obstat Breue, & seq. p. 3. & in d. dec. 261. num. 8. vers. respectu vero Breuis Pauli Quinti ac seq. p. 7. recen. & in d. Romana Dotis coram Reuerendiss. D. meo Decano in §. quo vero ad secundã par-*
25 *tem, & seq.* † Neque euitari potest ex eo, quod ex generalitate verborum supplicationis prædictæ satis colligi, ac innotescere potuerint; Quia hæc conclusio admittenda non est in huiusmodi gratijs tertio præiudicialibus, nisi talis sit narratiua, ex qua inferantur pernecesse, quæ specialiter non fuerunt expressa, vt declarat *Felin. in d. cap. in nostra sub nu. 15. in Vndecimo Corollar. vers. sed tenendo istud dictum ibiq; Abb. sub nu. 4. vers. vltimo nota. extr. de rescr. Alex. cons. 94. in causa, & lite sub num. 3. vers. quinimo, & seq. lib. 2. Dec. cons. 194. sub nu. 4. vers. & in tantum ac infr. Ossasch. decis. 142. sub num. 16. vers. nec ratum fuit Crau. d. cons. 68. sub num. 2. versicul. Primo, quia Gram. Decis. 66. num. 18. vers. nàm primissa dicens*
26 *sub num. 19.* † quod aliàs ex huiusmodi verborum inuoluero, ac generalitate, quę pariũt obscuritatem, Princeps de facili posset circũueniri, & fuit responsum in *d. decis. 27. Ianuarij 1644. in §. quod autem dicitur, coram præfato D. m. Peutingerio.*

Nec obstat, quod existentia bonorum liberorum Tiberij non iustificetur aliunde, quã ex eius assertione in instrumento venditionis factæ D. q. March. Cæsari de Pepulis de anno 1613. 26. Ianuarij quæ pręiudicare non potuit Com. Henrico de Vrsis, cui iàm anteà vendiderat hoc Prædium anno 1612.

Nam eiusmodi assertio comprobatur non
27 solùm ex iuris præsumptione, † quæ viget prò libertate bonorum *Abb. in cap. quia verisimile sub num. 2. extr. de Præs. Menoch. Præs. 91. sub nu. 2. vers. at omnis res, & seq. lib. 3. Rot. penes Card. Seraph. decis. 126. nu. 5. vers. quæ in dubio, & Burat. decis. 668. num. 3. vers. prout etiam, ac in recent. de-*
28 *cis. 286. num. 1. vers. quoniam p. 5.* † sed re ipsa, quia bona, quæ ille libera asseruit, eoque titulo vendidit Marchioni, fuerunt per eum, ac eius hæredes ab eo tempore citrà pacificè possessa nemine contradicente, nec præsumẽdum est, quod mentiri voluerit in præiudiciũ Com. Vrsi ad cuius defensionem ipse tenebatur *Imol. in l. facta §. si hæres scriptus sub num. 5. ad fin. versicul. & sic siuè fiat ff. ad S. C. Trebel.* & alijs relatis probat *Ceph. consil. 21. sub num. 1. & seqq.*

29 Quarè † cum ex prædictis appareat Breue Pontificium DD. de Vrsis non suffragari, tum ob eius formam non seruatam; tùm ob defectum iustificationis, quin etiam subreptionis, quæ illius vigorem prorsus elidunt, vt in his terminis *Rot.* firmauit *in d. Bonon. fideic. de Ramundinis coram Eminentiss. D. meo Card. Verospio, Reuerendiss. D. meo Decano, & R. P. D. meo Ghisile-*
30 *rio.* † Consequenter neque sententia à Vicario Bonõ. in eius executione prolata illis prodesse potest, vt in eisdem Decisionibus fuit resolutum, *& in d. Rom. Dotis 20. Maij 1633. coram eodem D. meo Decano, & in d. decis. 621. nu. 5. vers. minùs obstat sententia Vicesgerentis, p. 3. recen. & coram R. P. D. meo Peutingerio 24. Martij 1642. in §. fin.*

31 Quo verò † ad prætensas detractiones, Hæ quoque visæ fuerunt Dominis irreleuantes; Nã legitima debita Ludouico ex bonis Mini eius patris detrahi non poterat ex his particulari alienationis prohibitioni speciali ratione subiectis, dùm alia plura extabant ex quibus deduci poterat, *Ias. in l. Marcellus §. res quæ n. 18 vers. ego pro ista conclusione addo. ff. ad S. C. Trebel. & in Repet. l. filius familias §. Diui sub nu. 30. vers. secundo nota ff. de leg. 1. vbi etiam Ruin. Alciat. Crot. & alij Crau. cons. 19. num. 14. vers. nec posset. Rot. decis. 113. num. 4. vers. quantum ad quartam p. 2. diuers. ac penes Card. Seraph. decis. 760. num. 1. uers. nempe quia, & Burat. decis. 693. num. 10. vers. huic etiam, & in Roman. fideicomm. de Victorijs 10. Martij, & 2. Iunij 1627. coram bon. mem. Merlin. in recent. decis. 47. sub num. 1. vers. Aut vero prætenditur, & seq. & decis. 77. à num. 1. & seqq. p. 5. Surd. decis. 316. nu. 13 versicul. videmus in simili Honded. consil. 66. sub numer. 11. versic. Primo quia, & seqq. lib. 2.* cum alijs relatis per *Modern. Brixien. de substit. q. 692. num. 21. vers. declaratur tertio, & cons. 158. num. 18. vers. sexto addo.*

Nec obstat, quod non constet alia extitisse bona præter alienari prohibita; Quia prçterquod satis probatur ex instrumento diuisionis factæ inter dictum Ludouicum, & alios eius fratres filios Mini, & Octauianum Nestoris filium de anno 1627. relatio in *Bonon. de Rubeis 8. Martij 1619. coram bon. memor. Vbaldo.*
32 Huiusmodi † probationis onus spectat ad eũ, qui legitimam detrahere intẽdit ex bonis sub illa particulari alienationis prohibitione comprehensis, quando testatoris hæreditatem adeptus fuit sine beneficio Inuentarij (quod nõ constat à Ludouico, minusque à Tiberio fuisse confectum) quia tunc non viget pro eius asser-

assertione præsumptio de qua per *gloss.fin.in l. cum de leg.ff.de Prob.vt ibid.explicant Bald.Fulgos. Iacob.de S. Georg.* & alij DD. ac in specie probat *Natt. cons.* 199. *sub num.*8. *vers. & si forsitan. ac seqq.& cons.*238. *sub nu.*6. *vers.& si dicatur. cum seqq.Surd.decis.*316. *sub nu.*13. *vers.& licet dicatur, cum seqq.* & latè fuit dictum in *Roman.legat.*29. *Aprilis* 1613. *coram bon.me.Card.Caualer.dec.*246. *per tot.& in recen.decis.*462. *sub nu.*7. *vers.non obstat quod dicitur par.*4.*& decis.*47. *num.*4. *vers. non obstat, & seq.ac decis.*77. *sub num.*1. *vers.nec visum fuit obstare, ac seqq.par.*5. *& in Viterbien.Castr.*11. *Martii* 1622. *coram bon.mem. Coccino in §.non obstant exceptiones, vers.& in omnem euentum*, & in

33 alijs; † Quod facilius procedit in proposito casu, in quo cum Ludouicus ipse viuens nūquam impugnauerit patris dispositionem, neque ex his bonis legitimam detraxerit, seu detrahere prætenderit, minus vtique id licebat Tiberio eius filio, ac hæredi ad *l.posthumus & l.filio præterito ff.de iniust.rup.& irrit.fau.testam.* & latè probant *Alb.cons.*377. *à nu.*12. *vers.secundo modo, & seq.Peregr.de fideic.art.*36. *num.*75. *vers.*3. *Surd.cons.*570. *nu.*6. *vers.*3. *respondeo, & Honded. cons.*66. *num.*16. *vers. & quamuis D. Io. Paulus ac seq.lib.*2. *& probauit Rot.apud. Card. Seraph. decis.*570. *nu.*7. *vers.neque omnino, & decis.*47. *sub nu.*2. *vers.quod eo magis et seq.p.*5. *recen.*

34 Præterea † si quæ ex eisdem, seu alijs bonis debita fuisset Ludouico legitima, seu alia portio, non tamen eius detractio competijsset Tiberio, nec habentibus causam ab eo, quandoquidem esset subiecta fideicommisso ab eodem Ludouico ordinato ad fauorē eius descendentium (ac proinde d. Iacobi, vt fuit firmatum coram *Eminentiss. D. meo Card. Panzirolo sub die* 4. *Martii* 1641. *in princip. & §.* 1.) vt respondit, *Rota in Roman. fideicomm.de Inconatis* 5. *Nouemb.*1639. *coram bon. mem. Pirouano in §.demum.*

35 Dotes † vero Lucretiæ vxoris Alphonsi alterius filij d. Ludouici, & fratris Tiberij, necnon filiarum eiusdem Tiberij, neque detrahi poterant ex dd. bonis, quia ita expressè iusserunt, & prohibuerunt testatores, quibus id facere licuit, quando alia (vt dictum est) supererant bona sub ea particulari prohibitione non comprehensa, *Ias.in repet. d.§. Diui sub num.*96. *vers.*2. *quærit Bart.&c.& vers. vbi limitat nisi in indiuiduis, & in d.auth. res quæ sub num.*24. *vers.& ibi limitat.C.commun. de legat. Didac. uar. resol.lib.*3. *cap.*6. *sub nu.*10. *vers.*3. *& vers.ego uero. Molin.de primog.lib.*4. *cap.*6. *num.*11. *uers.cæterum, & seq. Rot. penes Cardin. Seraphin. decision.*447. *numer.*1. *uersicul. præsupposita namque ac in recent. d.decis.*47. *numer.*10. *versic.ex quibus etiam, ac seq. par.* 5.

36 Præter quod † Instrumenta exhibita indicant quidem solutiones in eas causas fiendas, at non probant illas effectualiter factas fuisse, vt necessarium est, *Gabr.cons.*118. *num.*5. *vers.*1. *quia lib.*1. *Osasc.decis.*171. *sub nu.*7. *uers.consequens est, & seq. Rot.in Bonon.fideic.de Poetis* 31. *Ianuarii* 1614. *coram bon.mem.Vbaldo in §. nam licet uerum sit, & penes Card.Caualer. decis.*463. *num.*5. *uersic.*5. *detractio, ac in recent.decis.*541. *num.*32. *uers.ulterius, p.*5. *& decis.*126. *num.*23. *uers. & primo p.*7.

36 Neque † iura dd. mulierum DD.de Vrsis legitimè fuisse acquisita, quia non constat de præcedenti conuentione, vel subsequenti stipulatione, vt per *Rot.decis.*26. *sub nu.*3. *uers.non obstat quod census p.*1. *recen.& penes.sanct.me.Greg.*

37 *decis.*68. *num.*4. *uers.quoad secundum, & seq.* † nec quod eorum pecuniæ fuerint in eam causam conuersæ, vt intret æquitas *l.eum qui à debitore ff.qui potior.in pign.hab.& l.si potiores, C.de his qui in prior. cred.loc. succed.* cum alijs adductis per *Card.Mantic.dec.*69. *sub num.* 3. *uers. diuersum est autem, & in decis. Benitend.*50.

38 Demum † quoad ratificationes, & obligationes factas etiam cum iuramento à filijs Tiberij, dictum fuit illas nullius esse momenti in hoc iudicio, quippe quod prohibito alienationis dd. bonorum ex ipsis non procedebat, sed ex dispositione testatorum, ac legis; ideo contractus contra eam celebratus ex eorum consensu, atque approbatione conualidari non potuit *iux.theor.Bart. in l. obseruare sub num.*7. *uers. Doctores dicunt contrarium, ff. de offic. Proconf.Bald.in l.mancipia nu.*1. *uers. nota quod ratificatio, ibique Salyc.C.de reb. alien. non. alienand. Natt.cons.*262. *sub num.*10. *uers.*1. *quod, illud quod dicitur. Surd.cons.*28. *num.*122. *uers.*3. *respondetur, & seq.Honded.cons.*38. *sub num.*25. *uers.*3. *quia, & seq.lib.*1. *Rot.decis.*535. *sub nu.*11. *uers. & stantibus prædictis p.*1. *& decis.*65. *sub num.*3. *uers.non obstat*

39 *quod dicitur p.* 2. *recen.* † Ac proinde Iacobo, qui in eis non interuenit ex propria persona vocato in præsentia immissionem petēti præiudicare non possunt *l.seia.ff.de euict.l.fin.C.eod. tit.Natt.cons.*470. *num.*13. *uers. quia negatur.Ceph. cons.*371. *sub num.*32. *uers.sed cum iuribus propriis, Crau.cons.*200. *sub num.*7. *uers.rursus, Rot.decis.*97. *num.*9. *uers.quia ultra quod, & decis.*110. *numer.*8. *& seq.uers. secundo respondetur p.*2. *diuers.ac in rec. decis.*363. *num.*12. *uers.*3. *respondetur, ac decis.*597. *num.*15. *uers.nec aduersatur, ac seq.par.*5. *& fuit resolutum in Bonon.prædii* 27. *Iunii* 1639. *coram R.P. D.meo Ghisilerio, in §.imo dato, in fin. uers. quemadmodum etiam &c.& in Bonon.fideic. de Boatteriis* 8. *Aprilis* 1644. *coram Reuerendiss.D. meo Carillo, in §.*2. *quia quicquid sit quoad interesse ipsorū, & seq.* & sequitur *modern. Brix. de substit. q.*717. *num.*7. *uers.filii tamen.& cons.*5. *num.*33. *uers.*3. *renuntiatio fideicommissi.*

40 Nec obstat, † quod ille sit hæres Io. Galeatij eius patris, vt præmissum est obligati, atque ideo exceptione doli mali sūmoueri possit *d.l.seia. in fin.ff.de euict.l. cum a matre. C.de rei uend.*

41 Quia † id non probatur ex sola assertione eius matris, ac tutricis in instrumento exhibito sub die 20. Februarij 1629. sed aliunde iustificari debet *l.potuit, C.de iur.deliber.Ruin.cons.*113. *num.*6. *uers.dum ergo dicitur, lib.*3. *Rot. penes san.mem. Greg.decis.*460. *nu.*2. *uers.hoc tamen uerum & decis.*781. *sub num.*1. *uers.cum enim Faustina p.*3 *recen.& in Maceraten.reddit ration.*21. *Iunii* 1641.

42 *in §.& ex dictis coram bon. mem. Merlin.* † Cum præsertim res præsupponatur de recenti gesta ex publico instrumento per cuius exhibitionem plenè probari potest *gloss. in l. cum aliquis in verb.*

in uerb. ex hoc, & ibi Bart. sub num. 2. uers. inducit hanc legem, C. de iur. deliber. Rot. penes san. me. Greg. decis. 387. num. 14. uers. & ita etiam respondetur, & Card. Caualer. decis. 558. num. 2. uers. tamen, & Coccin. decis. 105. num. 5. uers. tamen huius modi enuncia-
43 *tiua, & seqq. ac sæpe in aliis.* † Et in omnem casum cum ille sit minor potest beneficio restitutionis in integrum, propriæ indemnitati consulere mediante confectione inuentarij, quatenus illa fuisset per tutricem omissa, *iux. text. in §. illud quoque, uers. pupillis autem, in auth.*
44 *de hæred. & falcid.* † cuius vigore, cũ eius propria iura non confundantur, sed prorsus separata remaneant ab hæreditarijs, perinde ac si duplicem distinctam præseferet personã; Ideo non prohibetur ex propria vindicare, quod à patre fuit distractum, seu non reuocari promissum præsertim concurrenti iusta affectionis, ac conseruationis memoriæ defuncti ratione per *tex. in l. fin. §. in computatione, uers. si uero & ipse, C. de iur. deliber. Gabr. cons. 125. sub num. 9. uers. tertia limitatio est lib. 1. Laderch. cons. 138. sub num. 4. uers. alterum est caput. Peregr. de fideic. art. 52. sub num. 97. vers. nisi hæreditatem adierint cum beneficio, & fuit resolutum in Romana de Theodolis 10. Decembris 1593. coram bon. mem. Card. Blanchetto, & in Romana fideic. de Cataneis 14. Decembris 1615. coram bon. mem. Pirouano in recen. decis. 724. num. 2. vers. nam ea, p. 3. & decis. 298. num. 5. & 8. par. 6. & in Bonou. de Lutio 9. Decembris 1619. coram bo. me. Card. Sacrato, & in Bonon. fideic. de Lambertin. 1. Febr. 1627. coram bon. mem. Card. Virili, ac in d. Bonon. fideicomm. de Boatteriis 8. April. 1644. in §. & licet ijdem fratres coram Reuerendis. D. meo Carrill.*
45 Quod † eo magis procedit quando factum auctoris nullum, & illicitum fuit, vtpotè contra expressam testatoris, ac legis prohibitionem, quo casu etiam circumscripto inuentarij beneficio licitum esse hæredi, ex propria persona illud reuocare late probauit *Rot. d. decis. 110. per tot. par. 2. diuers. vbi à nu. 22. vers. quoad secundum multipliciter declaratur, tex in l. filiusfamilias, §. cum pater. ff. de leg. 1. & penes Card. Seraph. decis. 477. num. 1. vers. & quamuis, ac seq. & in d. Bonon. prædij 27. Iunij 1639. in d. § immo dato, & in Auenion seu Carpentoraten. iur. pascen. 7. Iunij 1627. coram bo. mem. Card. Viril. in §. non obstat quod Dominicus, & in recen. decis. 176. nu. 48. vers. qnia regula illius legis par. 5.* & in alijs adductis comprobat *Laderch. cons. d. cõs. 138. à n. 1. uers. primũ est & seqq. Barz. decis. Bonon. 64. sub num. 12. & seq. & num. 18. uers. postremo, & idem Modern. de substit. d. q. 557. nu. 8. uers. limitatur 1. & d. q. 717. nu. 7. uers. filij tamen, & cons. 149. num. 6. uers. nihilominus hæc communis sententia.*

46 Nec releuat, † quod remedium restitutionis in integrum tanquam extraordinarium concedi non debeat minori, dum illi competit ordinarium cõtra tutricem ex cuius facto, vel negligentia fuit læsus.

Quinimo in electione minoris est agere alterutro *iux. l. etiam in his, & l. fin. C. si tut. uel curat.* & probat littera *tex. in dict. §. pupillis, ibi, est enim eis &c. ne lædantur duplex quodam subsidium, & per restitutiones, & per uiam contra negligentes curatores &c.* & late probat *Rimin. seu. cons. 163. numer. 4. vers. his tamen non obstantibus, & seqq. per tot.* ac in his terminis, *Surd. cons. 95. num. 19. uers. postremo, & seqq. usque ad fin.* vbi contrariis argumentis benè respondet *Rot. penes san. mem. Greg. decis. 181. vers. est etiam in electione minoris, & per tot.* cum alijs relatis per *Odd. de rest. in integr. q. 22. art. 3. sub numer. 16. uersicul. sed breuiter, ac seqq. & in Romana fideicommiss. de Capiteferro 19. Februarii huius anni coram me in §. nec demum releuat excusatio.*

Minus obstat, quod immissio concedi non debeat Iacobo saltem quoad portiones Philippi Mariæ Ludouici, & Antonij filiorũ Tiberij, ac eius patruorum, qui (vt dictum est) ratificarunt alienationem, ac se obligarunt ad fauorem Com. Vrsi.

Quia (quicquid sit de illius obligationis effectu) visa fuit Dominis cessare omnis difficultas; nã aũt illa ratificatio valida est quoad ipsos ratificantes, itaut contrauenire non pos-
47 sint, † & tunc certum est, quod admittti debet Iacobus sequens in gradu ex propria persona vocatus ob illorũ priuationem, ex huiusmodi actu incursam, non solum ex iuris communis dispositione *iux. tex. in d. l. peto. §. fratre, & l. cum pater. §. libertis, ff. de leg. 2. & in l. fin uers. hoc eodem. C. de uerb. signif. Ceph. cons. 318. à nu. 33. uers. cum igitur, Cecian. cons. vlt. num. 12. uers. quo uero ad secundum caput. & seq. lib. 1. Peregr. de fideic. art. 22. sub nu. 75. uers. uerum circa*, cum alijs relatis per *modern. Brix. de substit. q. 318. num. 113. uers. ampliatur secundo, & seqq. ac q. 739. num. 7. uers. & si prior in gradu*; Verum ex præcisa testatorum dispositione, vt legitur in d. testamento in d. §. *item uoluerunt, & ordinarunt, in uers. & si contingeret &c.*
48 Aut † non est valida, nec illos impedit agere, & tunc cum ex ea nullum fuerit acquisitum ius Com. Vrso *iux. no. in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudicat. l. non putauit, §. non quæuis, ff. de bon. poss. contr. tabul. cap. non præstat impedimentum, de regul. iur. in 6. Rot. decis. 572. nu. 9. uers. quatenus uero par. 1. & decis. 326. nu. 4. uers. minus etiam facit p. 3. decis. 516. num. 8. uers. ex quibus apparet, p. 4. recen.*
49 Ideo † illi bene potuerunt repudiare, seu cedere eorum iura ad fauorem d. Iacobi (vt fecerunt) qui propterea in omnem casum solus agere potest *gloss. pen. in l. unic. C. quando, non pet. par. Ruin. cons. 105. numer. 18. uers. & ubi ueniret uellet. lib. 2. Rot. decis. 458. sub num. 3. uers. non obstat par. 4. diuers. & decis. 180. nu. 16. uers. responderunt enim Domini, & seq. p. 5. & decis. 38. num. 10. uers. unde dubium non est, ac dec. 126. sub nu. 13. uers. itaq; firmata, & nu. 21. uers. neque refert, ac seq. p. 7. rec.* & alios refert *Brix de substit q. 609. num. 8. uers. declaratur tertio, & seq.*

50 Non obstat † deniquè quod cum DD. de Vrsis possideant hoc prædium titulo emptionis ex causis, ac iuribus prædictis roborato, impediant saltem viam exequutiuam, itaut ordinario iudicio contra eos agendum sit.

Nam obiectum procedit quando allegatur cõsimilis titulus ab eodem fonte prouenienS *iux. theor. Bart. in l. fin. sub num. 21. uers. aut compareret aliquis, qui dicit possidere. C. de edict. Diu. Adr. tol-*
51 *lend.* † Non autem quando est diuersæ speciei & à

& à persona diuersa procedit (vt hic) tunc enim non impeditur summaria cognitio, sed in eodem iudicio de iuribus tituli allegati cognoscitur, vt explicat ibidem *Bart. in uers. si uero alium titulum, Rot. penes Verall. decis. 329. p. 1. & in Roman. de Naris 4. Martij 1596. coram bo. me. Penia, decis. 36. sub num. 3. uers. non obstat praeterea obiectio p. 1. recen.* & latius in *Dertusen. canonicat. 2. Mij 1616. coram bon. mem. Coccino decis. 711. sub nu. 2. uers. neque obstat, ead. par. 1. & penes Reuerendiss. Vrgell. decis. 430. nu. 9. uers. quia fuit responsum, & in Ciuitaten. benef. 26. Martij 1632. coram bo. me. Motman. in §. hanc enim immissionem, uers. tum etiã quia attenta.*

52 Præterea † nec procedit quando titulus allegatus nullus est, vel irreleuans, qualis in proposito casu iam apparet iste DD. de Vrsis, tam ex prædictis, quàm ex deductis in decisionibus emanatis coram *R.P.D. meo Peutingerio, ut declarauit Rot. in d. decis. 36. sub d. nu. 3. uers. in casu proposito, par. 1. recen. & in d. Ciuitaten. benef. 4. Martii 1633. in §. fin. uers. quia obiectum procederet coram eod. bon. mem. Motman. & penes Reuerendiss. Vrgellen. d. decis. 430. nu. 11. uers. & cessat difficultas, ac seqq. & in recen. decis. 755. nu. 5. uers. quæ nullitas, par. 2. atque fuit conclusum in d. decis. 718. sub num. 6 uers. quibus non obstat Breue, ead. p. 2. & decis. 261. num. 13. uers. unde cum derogatio fideicommissi par. 7.* confirmata in alijs supra relatis, in *§. quare cum ex prædictis appareat &c. & in d. Bonon. fideic. de Boatteriis 8. Aprilis 1644. in §. fin. uers. quare Domini existimarunt.*

Atque ita fuit resolutum vtraque parte informante &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO

Calaguritana Beneficij de Cornago.

Lunæ 10. Decembris 1646.

ARGVMENTVM.

Sententiæ iniustitia non parum iuuat ad obtinendam restitutionẽ in integrum, quod procederet etiam si ex nouiter deductis detegeretur, Beneficij adiudicatio in concursu, quãdo diceretur male facta.

ex Habilitate de præsenti, quando non arguatur in præteritum.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ iniustitia iustificata releuat pro obtinenda restitutione in integrum.*
2 *Sententiæ iniustitia iuuat pro obtinenda restitutione in integrum, etiam si ea delegatur ex nouiter deductis.*
3 *Beneficium debet adiudicari ei, qui habet maiores qualitates.*
4 *Beneficij concursus quando fuit factus, & illud fuit adiudicatum doctori, non possunt exclusi post longum interuallum vt iterum fiat examen; instare.*
5 *Habilitas de præsenti nõ præsumitur in præteritum, quando ea non est innata.*
6 *ex Doctrina de præsenti, non est arguendum ad præteritum, quia potuit acquiri postea studendo.*
7 *Approbatio examinatorum Synodalium pro concursu Beneficiorũ maior numerus, præfertur minori.*
8 *Dignitatis non assecutæ gradus, ex quo iustificetur, & num. 9.*
10 *Dignitatis assecutio pobatur ex eius producto priuilegio.*
11 *Intellige tamen nisi ex eius oculari inspectione appareat de aliqua falsitate.*
12 *Falsitatis suspicio in ciuilibus habetur pro falsitate.*
13 *Scriptura, quæ conuincitur de mendacio, non meretur fidem.*

Allegatur præsens Decisio in causa Calaguritana Beneficij de Cornago supra in decisione 22. quæ est in eadem causa, & ista ibi allegatur.

DECISIO CCCLXIV.

A Sententia ob non interpositam exaduerso appellationem in Iudicatum transacta beneficium controuersum adiudicante Petro Rodrico ob maiores qualitates, quæ tunc in eo visæ fuerunt concurrere, commissa mihi causa restitutionis in integrum; de ea constare hodie Domini responderunt ex probationibus nouiter productis, ex quibus excludun-tur maiores qualitates in sententia suppositę,
1 ac eius† idcircò iniustitia conuincitur pro restitutionis fundamento deseruiens ob læsionem inde resultantem, *l. nam, & postea §. si minor ff. de iur. iur. cap. de restitut. in integr. notat. Innoc. in cap. ex litteris num. 7. vers. quod si probauerit eod. tit. Odd. de restitut. in integrum q. 34. art. 7. numer. 37. & q. 36. num. 10. Rot. decis. 1. eodem titulo in*
2 *nouis*, licet † iniustitia ex nouis probationibus detegatur, vt ponderauit *Rot. coram Cassad. decis. 1. nu. 3. in fine de restit. in integr. & coram Verall. dec. 94. p. 3. & in Perusina Societatis 10. Maij 1624. coram Vbaldo.*

Ex patentibus enim litteris, Ioannes de Peralta, ac Ioseph de Baroxa ostendunt se se ad ordines Præsbyteratus prius esse promotos de anno scilicet 1628. Petrum vero aduersariũ solum de anno 1636. eiusdem ordinis caracterem insignitum, atque iustificant ex testibus de prouedictori eorundem ætate deponentibus, ac habilitate maiori, cuius etiam iustificatio desumitur ex Synodalium examinatorum approbatione, etiam quoad Curata eisdem concessa, dum se se beneficio controuerso opposuerunt, & ad alia eiusdem Diœcesis beneficia aspirarunt; Hinc vero excluditur primum sententiæ fundamentum, consistens in qualitate Sacerdotii Antiquiores, atque arguitur maiorum qualitatum concursus in Ioanne, ac Iosepho, quibus idcirco, non
3 autem Petro debuerat controuersum † beneficium adiudicari, vt notat, *Gozal. ad regul. 8. gloss. 9. nu. 81. Lotter. de re benefic. lib. 2. q. 31. nu. 133* cum seqq. & alijs relatis auctoritatibus firmauit *Rot. coram Greg. decis. 11. num. 4. & in Calaguritana bene-*

benefitij de Lumbreras 4. Iulij 1646. coram Reuer. P. D. Otthobono, & in alia *Calaguritana beneficij de la Casa de la Reina eadem die, & anno coram me*.

Neque hæc maior habilitas excluditur ex approbatione, quam Petrus etiam obtinuit ad Curata post viginti tres menses à die suæ reprobationis ab altero Vrbis Examinatore,
4 quia non † se subiecit examini intra annum solum pro iustificatione grauaminis concessum; vt aduertit *Lotter. de re benefic. dicto lib. 2. q. 31. num. 155. §. ad quod quidem examen Rot. in Calaguritana beneficij de Ceruera 8. Februarij 1591. coram Penia, & in in alia Calaguritana benef. de Fuemayor 13. Ianuarij 1614. coram Vbaldo impressa p. 2*
5 *recen. decis. 595. nu. 4.* vbi ratio subijcitur, † quia post tempus prædictum habilitas, & litteratura consequi potuit, quæ proinde tamquam habitus acquisitus, non autem innatus de tempore examinis in esse non præsumitur ex
6 doctrina, † seu litteratura de præsenti, vt aduertit, *Bald. in l. ex persona nu. 2. vers. sed in materia contingenti de probat.* & latè prosequitur *Menoc. de præsumpt. lib. 1. q. 24. nu. 51. & 52.* attenta præsertim tum ætate prouectiori Ioannis, ac Iosephi, tum eorundem sacerdotio antiquiori, tum demum approbatione omnium exami-
7 natorum † synodalium, quæ in concursu approbationis ab vno tantum examinatore obtenta à Petro, præferri debet, vt ponderauit, *Rot. coram Buratto dec. 362. nu. 10.*

Alterum quoque sententiæ fundamentum ex Laura Bacalaureatus assequuta per Petrū corruit ex reuolutione librorum Vniuersita-
8 tis Salamantinæ, in quibus † numquam eius nomen legitur descriptum, & tamen ante assecutionem gradus per vndecim in vices debuisset apponi ex dispositione Statuti Vniuersitatis à testibus in Curia examinatis comprobata, ex quorum reuolutione librorum asse-
9 cuti gradus † negatiua conuincitur, vt notat, *Barthol. in l. vltima num. 2. C. de rebus credit. Bald. in l. 2. C. de error. Aduoc. num. 5. in fine Trentacinque variar. resolut. lib. 2. tit. de fide Instrument. resolut. 2. numero 3. Rot. coram Gregor. decision. 139. num. 5.*
10 Neque gradus collationem iustificat † productum à Petro priuilegium iuxta notata per DD. in *l. si solemnibus C. de fide Instrum. vbi Bald. num. 1. Salyc. num. 2. Cast. num. 5. Alex. cons. 107. numer. 2. volum. 7.* vel testes super eo deponentes:
11 Ex oculari † enim inspectione priuilegij insurgit alternatiuis suspicio, quæ eidem fidem adimit, vt aduertit *Aym. cons. 56. nu. 21. Menoch. cons. 199. num. 5.* & plures firmauit, *Rota coram Caual. decis. 445. num. 1. & 2. & in Bracaren. Parrochialis del Basto 15. Decembris 1606. coram Sacrato inter impressas post 2. vol. cons. Farin. decis. 229. nu. 2. & in Perusina pecuniaria 28. Nouembris 1612 coram Manzanedo inter impressas p. 3. decis. 452. n. 4* vbi rationem adducit, quia in Ciuilibus sola
12 falsitatis † suspicio pro falsitate reputatur vt notatur in *l. habemus C. de probat.* Testes vero tum ex ipsius priuilegij aspectu, tum ex libris
13 Vniuersitatis de ordine † Tribunalis generaliter compulsatis, conuincuntur mendaces, nec ideo merentur fidem, vt tradit, *Salyc. in l. nullum num. 1. in fine C. de test. Iul. Clar. in praxi §. fin. numer. 6.* vbi testatur de communi, de qua etiam testatur, *Farinac. quæstion. 67. nu. 58.* & plures alij adducti per *Gabriel. de maleficijs conclus. 4. num. 1.*

Et ita altera tantum.

R. P. D. ARGVELLES.

Romana Fideicommissi seu Attentatorum.

Lunæ 11. Februarij 1647.

ARGVMENTVM.

Attentatorum vitium nullo modo potest negari, quando causa fuit alicui Iudici commissa, & reditur ad Iudicem, ad quem Possessionem quando quis continuat, non attentat & quando sit verum, & plura deducuntur quando attentata non possint excusari etiam in materia possessoria.

SVMMARIVM.

1 *Causa quando alicui Iudici commissa fuit non potest alteri committi, citra vitium attentatorum.*
2 *Possessionem suam continuans non dicitur attentare.*
3 *Associationem à Iudice a quo, quando quis obtinuit, & causa fuit commissa alteri Iudici, non potest redire ad Iudicem ad quem.*
4 *Possessionem continuare non dicitur, qui alio modo continuat, & num. 5. 6. & 7.*
8 *Possessionis causam, quando quis multat, illa dicitur noua possessio, & non continuatur prima.*
Castren. in l. 3. §. ex pluribus 4. ff. de acquir. rer. possess. declaratur & nu. 8.
9 *Possidere uelle ex pluribus causis, vel mutare causā possessionis, sunt diuersa.*
Bart. in l. 3. §. ex pluribus 4. nu. 4. ff. de acq. rer. pos. quando procedat nu. 9.
10 *Possessionis tituli, quando non possint dici compatibiles.*
11 *Bona subiecta fideicommissa possunt possideri vti libera in vim Auth. res quæ C. comm. Legat.*
12 *Hæres, quando quis est cum beneficio legis, & inuentarij, non confundit suas actiones cum defuncto, declara vt nu. 13.*
14 *Actio, & passio non datur in eodem subiecto simul, & semel in vno, eodemque tempore.*
16 *Causa non potest dici diuersa, si sit inter easdem personas, & easdem res, declara, vt ibi numer. 17. & 18.*
19 *Causa quando est commissa, cum clausula, quam, & quas, comprehendit causas ne dum motas, sed etiam mouendas num. 20.*
21 *Attentata non possunt excusari, si sint commissa intra terminum datum ad appellandum.*
22 *Sententia, quando est appellabilis, quod fit intra terminum datum ad appellandum, est attentatum.*
23 *Appellatio de Iure Canonico in possessorio admittitur ad vtrumque effectum.*
24 *Sententia in summarijssimo possessorio an admittatur de Iure Canonico.*
25 *Appellatio de Iure Canonico admittitur in summarijssi-*

rissimo possessorio, si desuper fuit lata sententia, & num. 26.

27 *Grauamen, vt reparetur iudicio possessorio, admittitur appellatio.*

28 *à Sententia lata per cedulam super manutentione, datur appellatio.*

29 *Executio facta intra decem dies datos ad appellandum, est nulla ex reuocanda.*

30 *Ius aliquod, quando alicui auferri non potest, ita nec spes ad illud auferri potest.*

31 *Appellationem simpliciter in aliqua causa quando signatura committet, quid inde sequatur, & numer. 32. & 33.*

Allegatur præsens decisio in causa Romana Fideicommissi 11. Februarij 1647. supra in decis. 13. vbi hæc decisio in eadem causa allegatur.

DECISIO CCCLXV.

Ex dispositione *Auth. res quæ, C. commu. de legat.* & in vim clausulæ *constituti*, appositę in instrumento dotis scutorum 1500. Thopatię vxoris Cæsaris Vrsini prædefuncti, obtinuerunt de mense Martij 1637. Balthassar Vandellus, & Remedius Albanus Clerici eiusdē Thopatiæ hęredes testamentarij ab Auditore Cameræ associari ad possessionem duarum domorum, & vigintiquatuor locorum Montium in hæreditate dicti Cæsaris, ad d. dotis restitutionem obligati repertorum, & fideicommisso q. Panthasileæ de Matthæis subiectorum contra Hilarium, & Claricem de Vrsinis fideicommissarios, & possessores, per quos interposita appellatione commissa fuit causa in Rota *Reuerendiss. D. meo Carillo Præsidi Vallisoletano*, cum clausula, sine præiudicio mandati de associando.

Successiuè ijdem Clerici 24. Aprilis 1638. ab eodē Auditore Cameræ obtinuerunt sententiam confirman. prædictam associationē, & ex abundanti conceden. manutentionem seu immissionem in possessionem dd. domorum, & locorum Montium ex causa retentionis, & mutationis possessionis d. Thopatię eorum Auctricis, & vigore d. sententiæ 28 eiusdem, & 4. Maij cæperunt possessionē eorumdem bonorum.

Vrsini personaliter non citati à die habitæ notitiæ iterum appellarunt, & obtinuerunt per Signaturam committi causam *simpliciter*, eidem Reuerendiss. Domino Carrillo, ideo contingit dubitari coram me subrogato An constet de attentatis, quæ veniant reuocanda, & Domini affirmatiuè responderunt.

Siquidem attentata visa fuit hæc secunda sententia manutentionis, seu immissionis tāquam obtenta ab Auditore Camerę post cōmissam in Rota causam appellationis à mandato de associando, postquam non potuerunt illi Clerici aliud iudicium super ijsdem rebus
1 coram alio Iudice introducere, † & multo minus sententiam obtinere citra vitium attētatorum *cap. 1. cap. ad hæc 6. cap. præsentiam 16. ca. cum teneamur 17. cap. qua fronte 25. cap. ad hæc 32. cap. an sit 42. cap. constitutis 46. cap. bonæ 51. cap. dilecti 55. & cap. sequen. & cap. cum cessante 60. de appell. cap. non solum 7. eod. tit. in 6. cap. cum nobis 19. de elect. cap. pastoralis 29. de iurepatron. cap. post appellationem 31. §. appallatione 2. q. 6. Clementin. 1. de sequestr. poss. l. 1. in fin. ff. ad Senat. Consul. Turpill. l. sciendum. ff. de appellat. recip. l. vnica. ff. nil. nou. appel. interpos. Auth. vt nulli iudicium liceat, c. & hoc peruenit 3. in fin. collat. 9. edicto Iustinian. 8. cap. 1. Greg. lopez. in l. 2. tit. 23. partit. 3. Didac. Perez. in l. finali tit. 13. lib. 3. ordinamenti, Lancellot. de attentat. lit. pend. in præfat. num. 296. Rota decis. 393. per tot. p. 2 recen. decis. 465. num. 4. vers. quia lata pendente lite in Rota coram san. me. Greg. XV. cum alijs per Couar. pract. cap. 23. num. 1. Balboa in d. cap. 1. de appell. numer. 14. & in Leodien. Abbatissatus 13. Iunij 1643. §. attentatum est &c. in fine coram R. P. D. Ghisilerio.*

Et quamuis prætenderetur excusare attentata ex eo, quod licuerit recurrere ad Aud. Cameræ pro obtinenda manutentione in pos
2 sessione in † qua illi Clerici reperiebantur, iuxta *notata per Doctores in cap. cum teneamur 17. de appellat. & Lancellot. vbi supra par. 2. cap. 4. limit. 1. sub numer. 1. ex vulgari regula, qui continuat non attentat, Scaccia de appellat. quæstion. 3. num. 70. vbi plures.*

Attamen nullibi constat de eorum præcedenti possessione, quin immò probatur anterior possessio istorum de Vrsinis, ac propterea dum illi obtinuerunt associationē ab Auditore Cameræ tamquam creditores Cęsaris,
3 non † potuerunt post commissam causam in Rota variare, & ab eodem Aud. Camerę obtinere manutentionem, seu immissionem tamquam hęredes Thopatię, quia ex hac variatione resultant inexcusabilia attentata, vt declarat idem *Lancellot. vbi supra num. 92. uers. secundo quando &c. Caualer. decis. 615. nu. 3. uers. ultra*
4 *quod &c.* vbi quando non eodem † modo continuatur, quod dignoscitur ex quo virtute mandati obtenta fuit possessio, vt in pręsenti.

Et quando apparet reum prius possedisse, *Lancell. ubi supra num. 100. uers. quarto limita. Rota decis. 110. num. 1. uers. cum continuatio, & decis. 637. num. 3. uers. quia respondebatur, & num. 4. uers. unde regula p. 1. recen. Adden. ad Greg. XV. decis. 557. nu. 5*
5 & etiam quando dubitatur quis † esset in possessione, vt dixerunt relati per *Lancell. ubi proximè num.* 101. quod ille probat *num.* 13. Eo magis quia super ipsa possessione, & mandato de associando erat quęstio, & causa appel
6 lationis introducta † in Rota, *ad Lancell. supra num. 70. & 113.* & pręsertim quia Aduersarij non dixerunt velle continuare antiquam possessionem, sed velle *mutare sibi causam possessio*
7 *nis, & possidere tamquam hæredes*, quę noua, † & diuersa ab illa priori possessio est, & ideo attētata *Lancell. ubi supra num. 111.*

Immo, dicebat vnus ex Dominis, quod
8 illi mutando causam eorũ possessionis,† ami-
serunt possessionem primam, *ut est textus ex-
pressus in l. qui bona 19. §. 1. ff. de acquir. poss. ubi Glos.
in uerbo reiecta, Alexan. num. 1. uers. ibi quo est scri-
ptum, & num. 3. Cuman. in d. §. 1. in princ. & num. 2
& 3. Zass. num. 2. Cuiac. in recit. d. l. 19.* Licet con-
trarium putauerit *Castren. ex l. 3. §. ex pluribus 4.
9 ff. eod. tit.* quę non obstat. Primo, quia † diuer-
sum est velle ex pluribus causis possidere, *vt
dicto §. 4.* & velle mutare causam possessionis,
vt d. num. 1. Secundo quia, vt rectè ait *Bart.
in d. §. 4. nu. 4.* procedit quando causę possiden-
di sunt compatibiles, scilicet pro emptore,
& pro suo, & similes, non autem quando
10 sunt † contrariæ, vt in pręsenti, si quidem illi
Clerici voluerunt primo possidere ex benefi-
cio *Auth. res quæ C. commun. de legat.* ex quo sup-
ponitur bona, de quibus agitur esse subiecta
11 fideicommisso, † & postea volunt possidere
eadem bona tamquam libera, & vti, Cęsaris
hęredes ex persona Thopatię, quę sunt con-
traria. Tertio quia se gerere volunt tamquã
creditores Cęsaris ad dotem Thopatię, &
12 tamquam † hæredes ipsius Cæsaris, ex quo
resultat confusio actionum, *l. Cranius 71. ff.
de fideiuss. l. sticum 95. §. auditio. ff. de solu. cum
vulg.*

Nec suffragatur si ostenderent se esse hære-
13 des cum beneficio inuentarii, † quia licet ex
facto non confundantur actiones *l. finali §. in
computatione, C. de iure delib.* Attamen fieri nõ
potest, vt eamdem rem quam possident vti
creditores, possideant vti hæredes, nam in
14 vna eademque † re non possunt has duas per-
sonas contrarias repræsentare, nempe credi-
toris, & debitoris, quia alias daretur actio,
& passio simul, & semel in vno eòdemque
indiuiduo contra notata *in l. frater à frate 38.
& ibi Bartol. numer. 11. ff. de condit. indebit.* li-
15 cet possint in tota, & vniuersa † hære-
ditate, ex beneficio legis, sed non in singulis
rebus.

Nec dicatur quod sint causæ diuersæ. Quia
16 cum agatur inter easdem personas,† & super
iisdem rebus (licet diuersa sit actio, quæ cau-
sæ continentiam efficitur, *Afflict. cum pluribus
17 decis. 354. nu. 13.* illa quæ est facta † coram alio
Iudice est nulla, & attentata, *Afflict. ibid. nu. 19
Lancell. de atten. lit. pend. p. 2. cap. 4. limit. 2. num. 67.
post med. vers. & ad propositũ, & est textus clarus in
l. nulli prorsus 10. C. de iudic. & in cap. dispendia 3.
de rescript.* Insuper quia probationes Hilarij,
& Claricis faciendæ in prima causa excludẽt
18 intentum secundæ, † si enim probent aper-
tum sibi fideicommissum, nihil consequen-
tur Aduersarij, etiam si probauerint Thopatiã
eorum auctricem fuisse hæredem Cæsaris ad
tradita per *Lancell. de atten. appellat. pend. cap. 12.
limit. 2. num. 43.*

Et maximè quia causa fuit in Rota com-
missa cum clausulis, *quam, & quas, inciden. &
19 deponen. &c.* † quæ nedum compræhendunt
causas motas, *Rota decis. 34. de rescript. in no. Se-
20 raph. decis. 644. circa finem num. 3.* Verum † etiã
mouendas super eadem re, & circa idem ne-
gocium, *Cæs. de Graff. decis. 2. num. 4. & 5. de re-
script. Burat. decis. 226. num. 6. vers. & vti concepta
&c. & dec. 405. n. 1. & sequen. cum alijs in Cæsar. Au-
gustana distributionum 26. Iunij 1645. §. quod eo for-
tius coram R. P. D. Cerro.*

Attentata insuper clariora dicebant Domi-
21 ni resultare ex subsecuta executione † eius-
dem sententiæ Aud. Cameræ facta infra ter-
minum competen. ad appellandum, quæ ci-
tra vitium attentatorum fieri non potuit, cũ
22 à dicta sententia † daretur appellatio, *cap. cum
ad sedem 3. vbi Gloss. in verbo interdictum de rest.
spoliat. Caual. decis. 2. num. 8.* cum alijs plenè con-
gestis in *Romana de Cæsareis 20. Maij 1639. coram
R. P. D. Ghislerio, & 22. Aprilis 1641. coram Re-
uerendissimo Domin. Carillo,* & pluribus per *mo-
dern. Perusin. in tract. de manuten. obseruat. 12. nu-
mer. 134.*

Quodque à dicta sententia daretur appel-
latio liquet ex eo, quod dd. Balthassar, & Re-
medius erant Clerici, ob quorum interesse
cessabat Aegidiana, & ideo seruandam erat
23 ius canonicum † permittens appellationem
ad vtrumque effectum *d. cap. cum ad sedem de
rest. spoliat. Couarr. pract. quæst. cap. 23. num. 3. vers.
prima conclusio. Honded. cons. 20. num. 3. lib. 1. Rota
in Recanaten. bonorum 21. Aprilis, & 6. Iuny 1640.
coram R. P. D. Cerro, in Auximana prætensi fideicom-
missi 26. Iuny eiusdem anni in §. quod autem esset ap-
pellabilis &c. confirmata 11. Iuny 1641. in §. secundo
rursus 16. Maij 1642. in §. de attentatis autem, corã
eodem R. P. D. Cerro.*

Non obstat, quod circumscripta quoque
Aegidiana inappellabilis esset ista sententia
24 etiam de iure canonico tamquam † lata in
summarissimo possessorio manutentionis,
iuxta tex. in l. vnica C. si manuten. possess. fuer. appel.
quæ lex fuit à Gratiano inserta *in cap. finali, §.
de possessione 2. q. 6. vt inquit Seraph. dec. 1295. nu. 2.
vers. adeo quod &c.*

Quia conclusio solum intrat quando pro-
ceditur per decretum, tunc enim Iudex non
25 infert parti grauamen † irreparabile, cum
melius infomatus valeat quandocumque ab
eo reponere, & præiudicium (si quod intulit)
reparare iuxta *textum in l. quod iussit 14. ff. de re
iudic. & in d. §. de possessione, ibique Glossa verbo
momentò caus. 2. quæstion. 6. Rota decision. 287.
sub numer. 7. versicul. nec etiam obstare videtur &c.
& decis. 404. num. 4. vers. quod magis procedit par. 2.
recent.*

Secus autem quando proceditur per cedu-
lam sententiæ (prout processit Auditor Ca-
meræ in casu isto, vt in summ. numer. 3.)
26 Tunc enim non † remanet amplius Iudici
aliqua facultas suam sententiam reuocandi,
aut reformandi, vt sancitur in *l. Iudex postea
quam 55. ff. de re iudic.* & in alijs ibi cõgestis per
Gloss. in verbo non possit, & ideo ad reparandum
grauamen, necessarium est recurrere ad reme-
27 dium appellationis, † quod cessante Aegedia-
na, non denegatur, vt vltra supra allegat.
dixit, *Rota in Neapolitana grani, & ordei 18. Maij
1619. in prima coram Vbaldo,* & in puncto quod
à sen-

28 à sententia lata per cedulam † super manutentione detur appellatio decisum fuit in *dec. 23. nu. 5. vers. accedit quod sententia &c. post modern. Perusin. de manuten.*

Ista executio eo magis subiacet vitio attẽtatorum. Quia legitur facta 18. Aprilis, seu 4. Maij, & sic infra decem dies competen. ad appellandum, cum sententia emanauerit 24. eiusdem quapropter est notoriè † nulla, inualida, & attentata, & consequenter reuocanda *d. cap. non solum 7. de appell. in 6. Gloss. in cap. dilectis 55. in verbo exequendam de appell. Rot. dec. 10 vt lit. pend. in no. & fuit dictum in Salernitana iurispatnonatus 4. Iulij 1642. coram R.P.D. Royas, in Vicen. beneficij 10. Decembris. 1646. coram R.P.D. Cerro, & in Gerunden. beneficii 1. Iulii 1644. coram eod. R.P.D. Cerro, & docent Balboa. in cap. 1. de appell. num. 20. Barbos. in d. cap. 7. num. 1.* nam quo-
30 ties ius ali quod alicui † auferri non potest, ita nec spes ad illud auferri potest *l. si vsusfructus 9. in princip. ff. de vsufruct. quemadmod. caueat. l. Diui Seuerus, & Antonius, ff. ad leg. Iul. de adult.*

In quam sententiam procliuiores fuerunt Domini, ex eo, quia Signatura commisit Rotæ simpliciter appellationem à dicta senten-
31 tia, quæ † commissio omnia medio tempore gesta reddit attentata *l. vnico ff. nil. nou. app. inter. Burat. decis. 902. num. 2. vers. & cum pariter &c.* & declarat sententiam vsque ab initio fuisse appellabilem, *Gloss. in l. appellatio num. 3. in verbo deliberationis, & ibi Bald. C. de appell. Reuerendiss. Vrgellen. decis. 96. num. 4 & decis. 191. numer. 5. vbi*
32 *ampliat*, etiam † si appellatio non fuisset admittenda, *subdit*, quod tunc omnia gesta etiã ante appellationem sunt attentata, *Buratt. d. decis. 902. nu. 6. vers. appellatio per Signaturam simpliciter admissa &c.* Et enim tali casu rescriptũ Signaturæ retrotrahitur ad diem sententię
33 ad † effectum causandi attentata, vt pluries fuit in Rota decisum, & signanter in *Bononien. rescissionis contractus 15. Aprilis 1644. corã R.P.D. Verospio, in Viterbien. fideicommissi, seu attentatorum 13. Maii 1644. & 12. Maii 1645. coram R.P. D. Cerro, & in aliis relatis in Toletana matrimonii 26. Iunii 1645. & secundo quia cum d. appellatio, &c. coram R.P.D. Corrado, in Calaguritana beneficii 23. Iunii 1645. §. & maximè quia causa appellationis &c. & in Bisuntina iurispatronatus 26. Febru. & 7. Maii 1646. coram me.*

Et ita &c. vna &c. altera tamen &c.

R.P.D. LEONE VEROSPIO

Romana Fructuum Census.

Mercurij 24. Nouembris 1649.

ARGVMENTVM.

Explicatur text. in l. Curabit, C. de action. empt. qualiter scilicet procedat, eius æquitas semper ad mitti soleat fauore Domini rei venditę & quid si pretium retineatur, pro euictione.

SVMMARIVM.

1 *Leg. Curabit. C. de action. Empt. Domino rei venditæ fructus attribuit donec ei integre pretium soluatur.*
2 *Accollatio ad quid sit referenda.*
3 *Leg. curabit. C. de action. empt. ad cuius fauorem declaratur intrare.*
4 *Leg. curabit. C. de action. empt. an habeat etiam locũ in casu quo pretium remanet emptoris pro assecuratione, & num. 5. 6. 7.*

DECISIO CCCLXVI.

FVERAT coram me pro duabus vicibus resolutum indebitos esse fructus à Margarita & Aurelia petitos ex capitali scu. 500. olim pro dote Lucretiæ ipsarum auctricis assignato, ac cauto super vinea extra portam Angelicam consistente quam summas in eiusdem venditione vineæ conuentum fuit, vt Petrus Emptor teneretur in casu restitutionis dotis inuestire in locis Montium, censibus, seu stabilibus, interim vero pro ea persoluere eidem venditori annuum redditum scu. 37. cum dimidio ab eodem Emptore in eam causam accollatum, & à successiuis ipsius vineæ Emptoribus promissum, eos proinde fructus exigi non posse responsum fuit, siuè ex iure dotali Lucretiæ, postquam per ipsum obitũ fuerat matrimonium dissolutum, siuè ex re propria, seu fundo dotali, dum dos ipsa fuerat constituta in pecunia, & solum assecurata in eadem vinea, siue ex titulo censuali, cum ipsius creatio neque per Instrumẽtum, neque per testes exaduerso iustificetur, siuè demum ex dispo-
1 sitione, *tex. in l. curabit*, Domino rei vẽditæ fructus attribuentes, donec integrè pretium cõsignetur, ex quo per accollationem integra pretij solutio pręcesserat; quo dubio ad disputationis trutinam hodie reuocato, animaduerterunt Domini tria prima decisionum fundamenta in suo robore persistere, vltimum vero ex facto corruere, adeoquè à decisis recesserunt.

Ex ipso enim venditionis Instrumento cõuincitur annuum redditum scu. 37. cum dimidio ab ipsomet Emptore fuisse tantum accollatio sub expressa declaratione, vt in quocumque casu restitutionis dotis illud tenere-
2 tur restituere, quæ proinde† accollatio ad aliã causam præter ibi expressam referri non poterit, siuè extinctionem capitalis operari, *iuxt. cons. Socc. 65. num. 5. lib. 4. Rot. Ianuen. dec. 1. num. 8. Rot. coram Card. Caual. dec. 165. nu. 2. & 520. n. 5. & in alys relatis in Romana pecuniaria 18. Iunij 1646. coram R.P.D. meo Corrado in §. 2. partita, & in §. 4. demum*, nec ipsis proinde mulieribus, hæredibus Ioannis Baptistæ Baccij primi venditoris, ac Domini eiusdẽ vineæ obesse quin beneficio, *l. curabit* vti possint cũ ea legis æqitas
3 semper† admitti soleat fauore Domini rei vẽditæ, ac ipsius hæredum; quoties conuentum pretium cum graui eiusdẽ iactura penes empto-

ptores vel in totum, vel in aliqua sui parte remanserit, vt ex verbis eiusdem manifeste colligitur, *& in l. fructus C. eod. tit. notat glos. in l. Iulianus §. ex venditio ff. de act. empt. Bald. in l. 2. nu. 7. C. de vsur. Castr. nu. 1. Hond. cons. 30. nu. 34. Rot. in Romana Casaletti 20. Iunij 1616. coram Sacrato, & coram Mellino inter impres. 378. nu. 3. & in Romana pecuniaria 17. Iunij 1641. coram Eminentissimo D. Card. Verospio, confirmata deinde coram me de anno 1646. sub die 8. Iuny*, & pluribus comprobant, *moderni Romani discept. foren. cap. 939. n. 17. & 18.*
4 vbi præterea declarant dispositionem eius† legis obtinere locum in casu, quo prætium penes Emptorē pro securitate euictionis remansisset, prout in proposito casu contingit, quia euictionis periculum solum excusat à mora,
5 non † autē à fructibus compensatiuis. Quos sanè fructus eo facilius admittendos esse in casu proposito Domini responderunt, quo ipsemet Emptor eueniente casu restitutionis dotis prædicta scuta 500. erogare promiserat in census, stabilia, vel loca montium pro euictione subroganda in locum venditæ vineæ,
6 cuius vigore obligationis † idem iure poterit conueniri loco damnorum, & interesse pro fructibus, qui ex inuestimento percepti fuissent, *iux. text. in l. Tutor §. si post. ff. de admin. tutor. l. si Procuratorem §. mandati actio ff. mand. Hond. cōs. 139. nu. 3. cum seqq. lib. 2. Rot. in Romana multiplici 25. Febr. 1619. coram Vbaldo inter impress. dec. 85. p. 4. tom. 2. rec. n. 14.* vbi† conclusionem ampliat
7 etiamsi requisita, *Castr. in l. 3. ff. de eo quod certo loco non iustificentur, & in Bononien. de Lambertinis 3. Iulij 1647. in §. ratio prima partis cum seq. coram R. P. D. meo Bichio, & in Romana quatuor domorum 21. Iuny præteriti coram R. P. D. meo Peutingerio.*

Et ita vtraque parte decisum &c.

R. P. D. PEVTINGERO

Nouarieñ Iurispatronatus.

Veneris 10. Decembris 1649.

ARGVMENTVM.

Iurispatronatus vsurpatio præsumitur in vniuersitate prætendente ad se spectare tale ius, & qualiter debeat, probare quod procedit, etiam si vniuersitas sit parua.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas si prætendat ad se spectare iuspatronatus præsumitur illud vsurpasse.*
2 *in Iurepatronatus, quando cadit præsūptio vsurpationis, qualiter probetur, & nu. 7. & 8.*
3 *Iuspatronatus non probatur per enunciatiuas, quando intrat præsumptio vsurpationis.*
4 *Vsurpationis præsumptio iurispatronatus cadit etiā in Vniuersitate parua.*
5 *Instrumentum non releuat, si contradicat voluntati producentis.*
6 *Iuspatronatus aliud est, quod dotetur ex bonis proprijs, & aliud ex bonis alienis.*

DECISIO CCCLXVII.

DEFVNCTO in mense Iunij præsentis Anni, Sedi Apostolicę reseruato, Iacobo Agnete Rectore Parochialis Ecclesiæ SS. Andreæ, & Gaudētij Oppidi Zuccari Nouarien. Diœc. fuit ab hominibus, & Parochianis assertis Patronis præsentatus coram Vicario Nouarieñ Carolus Terlottus, eiusdemque præsentatio si, & in quantum admissa, *vt in Sum. nu. 1. & 2.* Attamen publicato posteà concursu, cum Francisco Rasario vti prouisio Apostolico Immissio concessa fuisset, appelauit Carolus, causaque appellationis mihi commissa, Domini priùs resoluerunt, Francisci possessionē esse attentatam, sed hodie proposito dubio, an d. Carolus sit instituendus, negatiuè respōderūt ex defectu probationis Iurispatronatus non probati ab Vniuersitate supradicta iuxtà formam præscriptam per Sac. Concil. Triden. sess. 25. de reform. cap. 9. vers. in ijs verò personis, quæ omninò seruari debet, quia in Iure-
1 patronatus alicui † Vniuersitati competente ob præsumptionem vsurpationis, vel Instrumentum donationis, seu fundationis requiritur, vel saltem immemorabilis cum præsen-
2 tationibus † continuationis, & effectum sortitis per spatium 50. Annorum, *Put. decis. 55. num. 1. in correct. & decis. 199. eodem lib. 1. per tot. Mantic. dec. 234. nu. 1. & decis. 253. n. 1. cum duobus seqq. Rot. decis. 199. n. 2. & 3. p. 2. diuers. in rec. decis. 481. num. 1. p. 1. decis. 59. num. 11. & 12. & dec. 275. nu. 2. & 3. p. 4. tom. 2. decis. 197. n. 36. p. 5. & dec. 302 nu. 6. p. 7. coram bon. me. Coccino decis. 25. n. 1. & seq. coram Penia decis. 395. num. 1. & decis. 628. nu. 8. & fuit dictum in Lucana Iurispatronatus 29. Ianuarij 1644. post princ. vers. siquidē coram Reuerendiss. Terracinen. & in eadem 10. Ianuarij 1645. §. nam respectu, coram eodem.* Adeout in proposito nec enū-
3 ciatiuæ, † nec sententiæ Episcoporum suffragentur, vt *fuit dictum in Hyeracen. iurispatronatus 27. Iunij 1614. coram Eminentissimo Card. Verospio apud. Viuian. de iurepatr. decis. 9. sub nu. 8. & in Cusentina Abbatiæ 20. Decemb. 1627. corā Virili impressa apud eundem Viuian. decis. 53. nu. 8.*
4 Quam quidem formam† etiam in parua Vniuersitate seruandum esse aliàs declarauit Sac. Congregatio ad tradita per, *Gonzal. ad reg. 8. gloss. 18. nu. 68. Garz. de benef. p. 5. cap. 9. num. 102 Barbos. in suis collect. nu. 4. Mant. d. decis. 253. num. 3 Rot. d. decis. 481. num. 1. p. 1. & decis. 477. nu. 14. p. 5 tom. 2. & decis. 302. num. 7. p. 7. recen. Coccin. d. decis. 25. nu. 4. Adden. ad Greg. XV. dec. 222. nu. 11. & in d. Lucana iurispatronatus 29. Ianuarij 1644. in fine principij coram Reuerendiss. Terracinen.*

Instrumentum verò prætensæ donationis de Anno 1643. confectum, cui Vniuersitas innititur, non solùm ei non suffragatur, sed po-
5 tius eius intentioni, † vt legenti patet, aduersatur, dum in eo enunciata præcedente donatione, instantibus ipsis Vniuersitatis hominibus pro eorum leuamine ab ipsamet dotatione

ne receditur, & alimenta Rectori Ecclesiæ, de qua agitur, ex varijs redditibus alijs diuersis locis, & pijs operibus anteà iã applicatis, assignantur; & propterea ex huiusmodi reddituũ translatione in Rectorem ab Vniuersitate facta, ipsi Iuspatronatus acquisitum dici nequaquam potest; quia hoc solum procederet
6 quando de prorijs † facultatibus, non autem de alienis iam Deo prius dicatis Ecclesiam dotasset, vt probant, *tex. in c. quicunque 30. c. filijs iuncto c. decernimus, & cap. Monasteriũ 33. q. 7. Lambertin. de iurepatr. lib. 1. p. 1. q. 7. princ. art. 7. sub n. 9. vers. secus si per Populum, Garz. de benef. d. p. 5. cap. 9 num. 52. & seq. cum alijs relatis à Barbos. de Episcop. alleg. 70. num. 9. & seq.*

Nec refert, quòd Cæsar Audena Episcopi Nouariensis olim Vicarius idem Iuspatronatus tanquam ritè, & rectè acquisitum ab Vni-
7 uersitate de Anno 1562. approbauerit, † quia ex ipsius approbationis tenore cognoscitur, id per viam tolerantiæ, præsentationis tantum factum fuisse; Neque etiam Vicarius Episco-
8 pi absque speciali facultate † Iuspatronatus prout non reseruare, ità nec approbare potuisset ad, *tex. in c. nobis 25. de iurepatr.* & probat *Franch. in c. cum in genarali num. 5. de offic. Vicar. in 6. Calder. tit. eodem cons. 3. num. 1. Ferret. cons. 327. num. 4. & seqq. et cons. 343. num. 10. Lambert. de iure. patr. lib. 1. p. 1. q. 9. princ. art. 1. num. 5. Garz. de benef. d. par. 5. cap. 9. num. 75. et dixit Rota in Pampilonen. Cappellaniæ 25. Maij 1646. §. tùm quia non potuisset, in fine coram R. P. D. meo Corrado, et decis. 87. nu. 9 par. 7. recent.*

Ex quibus Carolum non esse instituen. resolutum fuit, ipso tantùm informante.

R. P. D. PEVTINGERIO.

Comeñ Collegij.

Lunæ 5. Iunij 1649.

ARGVMENTVM.

Fundans Seminarium in loco vbi ipse est natus præsumitur erexisse pro Iuuenibus dicti loci, & hoc maxime concurrentibus plurimis signis, & coniecturis hic in decisione adductis.

SVMMARIVM.

1 *Seminarium fundans in loco, vbi quis est natus, ad quorum fauorem censeatur erectum.*
2 *Testatoris voluntas debet seruari, circa educationem Iuuenum in Seminario ab eo erecto.*
3 *Papa confirmans creationem Seminarij, potest declarare mentem fundatoris.*
4 *pro Oseruantia attẽdi debet actus secutus statim post quam fuit erectum Seminarium.*
5 *Liti, actus illi, qui dederunt causam, non sunt attendendi.*
6 *contra Voluntatem fundatoris Seminarium, actus facti, non attenduntur.*
7 *Iudiciales actus, quando non sunt, non possunt dici satis validi.*
8 *Testamentaria dispositio circa aggregationem, an iuuet.*

DECISIO CCCLXVIII.

ITERVM Domini hodie dixerunt in Collegio ex fundatione Bartholomæi Papij de Ascona de anno 1580. pro alendis eiusdem Terræ Iuuenibus ordinato, solos conciues esse admittendos priuatiuè quoad Iuuenes Ronchi, & Locarni, confirmando potissimùm in hac parte decisionem sub die 17. Martij præteriti in hac causa coram me emanatam, ea videlicet ratione, quia dum Bahtholomæus fundator erat de eadem Terra
1 oriundus † verisimiliter censetur in beneficium suorum conciuium disposuisse, *ad text. in l. si quis ad declinandam 38. §. vbi autem Cod. de Episcop. & Cleric. gloss. in capit. primo verb. pauperes de Testament. in 6. Paris. consil. 38. numero 28. libr. terzo Feder. de Sen. consil. 282. numero 2. Couar. in capitul. cum sibi numero 14. de Testament. Sard. de Aliment. tit. 1. quæstion. 93. num. 13.*
2 Hæc autem Testatoris voluntas † præcipuè in hac meteria sequenda est, vt tradit, *Mantic. de coniect. vltim. volun. libr. 3. tit. 3. per tot.* & tenuit, *Rota decision. 216. numer. 1. in princip. part. 2. & decision. 112. numer. 5. part. 1. recent. Caualer. decision. 643. numer. 6.* prout eandem secutus est in suis litteris erectionis Greg. XIII. Pontifex, asserens hoc Seminarium fuisse à Papio pro conseruatione Iuuentutis Asconæ in vera Religione institutum,
3 quod † sæpius in ijsdem litteris repetitum legitur, & loco interpretationis deseruit, cui standum est. *Bald. in l. 2. numer. 1. C. de seru. manum. & consil. 259. super primo puncto numer. 1. lib. 4. Castr. consil. 437. sub numer. 2. in fin. lib. 2. Mantic. supra allegat. libr. 3. tit. 1. numero 20. & 31. Simon. de Præt. de interpret. vltim. volunt. solut. 4. numero primo, & seqq. & solut. 7. num. 1. & 2. lib. 1. Rot. decis. 365. num. 2. par. 5. recent.*

Hanc etiam ipsam fundatoris voluntatem S. CAROLI executoris post erectionem Collegij nominatis, videlicet, trium puerorum de Asconè, & iussio nominandi alios tres pueros de eodem loco confirmauit
4 qui † quidem actus statim post fundationem subsecuti plurimi ponderis sunt, & pro obseruantia attendi debent, *Soccin. Sen. consil. 6. numero quarto, & sequen. Rot. decision. 39. nu. 12. part. 2. diuers. dict. decis. 216. num. 2. in fin. par. 2. & decis. 105. num. 10. par. 7. recent. Caualer. dec. 122 num. 5.*

Non obstat si Communitates Ronchi, & Locarni, aliæque vicinæ ex admissione forsan aliàs gratuitò facta suos etiam Ciues admitti prætenderent, quia vltima admissio,
5 quæ † dedit causam liti non est habenda in consideratione, *Gregor. XV. decis. 4. numer. 2. ibique Addentes littera A, sub num. 19. & dec. 417. num. 4.*

numer. 4. in recent. decis. 53. numer. 49. part. 5. Caualer. decis. 634. num. 10. & decis. 650. num. 2. Reuerendiss. Vrgellen. decis. 23. num. 19. & decis. 74. numer. 49. Aliæ verò in præteritum factæ
6 tanquam contra voluntatem fundatoris, & contra mentem Papæ erigentis Collegium, suffragari non possent ad not. per, *Felin. in c. cum accessissent num. 4. de constit. Natt. cons. 160. numer. 46. libr. 1.* quos refert, & sequitur, *Rot. decis. 63. num. 10. par. 5. recent. Buratt. dec. 129. nu. 6. in fin. Coicin. dec. 203. nu. 15. & dec. 66. nu. 12. par. 7. recent.*

Et cum tunc Communitas Ronchi esset vnita Communitati Asconæ potuit forte tolerari dicta admissio, quæ si aliàs fuisset,
7 in †Iudicium deducta exigente Iustitia permitti non debuissent, *ad tex. in c. iam dudum 19 in fine de præb. Oldrad. cons. 14. sub num. 7. in fin. Ias. cons. 129. num. 32. circa med. lib. 2. Rota coram Greg. XV. decis. 162. num. 11.* cum ex aggregatione non propterea dici possint esse effecti Ciues loci aggregati, nec dicta Testamen-
8 taria † dispositione iuuari, vt præter adductos in, *decision. quæ reuidetur §. admittendos in fine tradunt Anchar. consil. 437. numer. 2. Rolan. cons. 1. num. 46. & seq. lib. 2. Dec. cons. 360. num. 7. libr. 2.*

Et ita vna tantum &c.

GRATIAS ALTISSIMO,
Propter magnam Gloriam suam,
CVM ET IPSE SIT LEGIS
FINIS.

Teste Paul. Apostol. scribendo ad Romanos capit. 10.

Cui BEATISSIMO FINI, Qui obsequiosus adhæret Rex est, iuxta illud verum, & vulgatum dictum, nempe



INDEX
RERVM, ET MATERIARVM
LOCVPLETISSIMVS
SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
DECISIONVM
In hac præſenti Decima Parte Recentiorum contentarum
A PAVLO RVBEO I. C. ROMANO SELECTARVM
ALPHABETICO ORDINE DIGESTVS.

A

ADITIO.

ADMINISTRATOR.

Agna-

Appel-

APPROBATIO,

AQVA.

 B  

BENEPLACITVM;

BREVE.

C

CADVCITAS.

CAMBIA.

CEDENS.

CENSVS.

CESSIO.

CLERICATVS.

CLERICVS.

Cle-

Com-

CONFESSIO CIRCA DOTEM.

quie-

CVRATOR.

 D 

DAMNVM.

DATARIVS.

DEBITOR.

DEBITVM.

De-

DELEGATIO.

DEMONSTRATIO.

DEPOSITVM.

DEROGATIO.

DESCENDENTIA.

DESCENDENTES.

DETRACTIO.

Digni-

Dos

 E. 

ECCLESIA.

corum

EPISTOLA.

Exce-

EXCOMMVNICATIO.

EXECVTIO.

Exem-

F.

FACTVM.

FAMA

Cessat

Filia-

FOEMINA.

FORMA.

G

 H  

HABILITAS.

HAEREDITAS.

HAERES.

Hæres

  I 

In-

admitti

Iusp.

IVSTITIA.

 L  

LAESIO.

LAICVS.

LAVDVM.

LEGATARIVS.

rum

Licen-

tis

LITERAE IN GENERE.

LOCATIO.

 M. 

Nan-

MANVTENTIO.

 N 

Nepos

OBLI-



PACTVM.

PAPA.

Pos-

Pretij

Pro-

QVIETANTIA.

R

RATIFICATIO.

RETENTIO.

Sub-

TA-

T

TESTIVM.

Testis

V

VACATIO.

VALIDITAS.

VALOR.

VENDITIO.

VER-

VERI-

VOCATIO.

Voca-

VTILITAS.

VXOR.

INDEX DECLARATIONVM DIVERSORVM CAPITVLORVM VARIARVM CONSTITVTIONVM,

Regularum Cancellariæ, Legum, Statutorum, Decisionum, & Doctorum, quæ in hoc Volumine continentur.

CIRCA DIVERSA CAPITVLA.

CIRCA CONSTITVTIONES PAPALES.

CIRCA CONCILIVM TRIDENTINVM.

CIRCA REGVLAS CANCELLARIAE.

Regula

R O M Æ,
Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apostolicæ.
M. DC. LXVI.

Superiorum permissu, & Priuilegio.

Decis.
Recent
Pars. X.



